


78

Sep 8
---
no 90

PLATONIS OPERA

a Marſilio Ficino traducta: adiectis ad eius vitæ & operum enarrationem Axiocho ab Rodulpho Agricola: & Alcyone ab Auguſtino Datho tralatis.





Vęnundantur Iodoco Badio.

Iodocus Badius Ascensius, D. Michaeli Bodeto, viro mortalium consensu optimo, Consiliario regio prudentissimo, Pari Franciæ, ac Lingoneñ. Episcopo dignissimo, bene agere & lætari.



VANQVAM Pater merito tuo laudatissime longe abhorreo ab impudẽtissimo hac fere tempestate scribentium instituto, q teterrimo, optimi cuiusq; præiudicio, sine delectu, absq; iudicio, citraq; omnem ruborem, infimos mortaliũ & vix qui nominentur, dignos, manifestaria & impotẽti assentatione, summis nominibus extollunt: vsqueadeo vt vix vllam conspicias ab eis cõscriptam paginam, in qua non septies, colendissimi, metuendissimi, reuerendissimi: & id genus latinæ linguæ priscis obseruatoribus ignota monstra, inculcentur, quę res effecit, vt re integra neminem nunc pro meritis laudare valeas, cunctis simile de omnibus præiudicantibus. Q̃q̃ præterea, me latet minime Licinium Fimbriam virum consularem a summis auctoribus Marco Tullio Cicerone in officiorum tertio: & Valerio Maximo lib. antiquorum institutorum septimo, immortali laude donatum, q a Marco Luctatio Pinthia, splẽdidissimo equite Romano iudex aditus de sponsione quam is cum aduersario, q vir bonus esset, fecerat, nunq̃ id iudicium pronunciatione sua finire voluerit: ne (inquit Valerius, cuius hæc agnoscis verba) aut probatum virum, si contra eum iudicasset, fama spoliaret: aut iuraret eum virum bonum esse, cum ea res innumerabilibus laudibus contineatur. Q̃q̃ inquam hæc ita sunt, tamen communẽ mortalium consensum secutus, & aurium oculorumq; iudicio inductus (nam quæ audiuimus, vidimusq; testamur) nihil sum veritus, te virum optimum pronunciare. Ita enim a teneris vnguiculis instituisti vitam: ita in consulatu regio: ita in episcopatu vixisti & viuis, vtq; diu viuas optamus: vt eo nomine dignissimus extra omnem aleam comproberis: vsqueeo, vt si priscorum consuetudinem sectari velim, qui optimum ac maximum quemq; in suo genere deum nuncupabant: te merito & virorum, & consiliariorum, & Episcoporum, & eorum quos nunc Pares Franciæ, olim regulos Galliarum appellabant, deum compellauero. Quocirca cum opera Platonis, quem philosophorum Deum prædicant omnes, & qui vnus Antimacho poetæ, instar omnium erat: a Marsilio Ficino tralata & paraphrasi egregia illustrata prælo nostro iamiam emittenda, nullius viuentium tam visa sint expetere ac tuum præsul dignissime quo tueantur, præsidium: ne istud eis deneges maiorem in modũ iterum atq; iterum precamur. Vale. E chalcographia nostra ad quintum Calendas Iunias Anno ab redemptione humana. MDXVIII. Et rursus ad Idus Septẽb. MDXXII.

MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBROS PLATONIS AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM.

PROOEMIVM.


IVINA Prouidentia, fortiter attingens omnia, suauiterqꝫ disponens magnanime Laurenti, statuit, religionē sanctam non solū prophetis, & Sibyllis, sacrisqꝫ armare doctoribus, verumetiam pia quadā, elegantiqꝫ philosophia, singulariter exornare: vt ipsa pietas omnium origo bonorꝫ, tam secura tandem inter omnes sapientię, & eloquētię professores incederet, q̄ tuta penes domesticos conquiescit. Oportebat enim religionem (quæ vnica est ad felicitatē via) non rudioribus tantum hominibus, verūetiam peritioribus communem fore. Qua quidem duce omēs ad beatitudinem, cuius gratia nati sumus, & ad quā consequendam, communi studio laboramus, facilius, tutiusqꝫ peruenire possimus. Itaqꝫ deus omnipotens, statutis temporibus diuinum Platonis animum ab alto demisit, vita, ingenio, eloquioqꝫ mirabili, religionem sacram apud omnes gentes illustraturū: Cum vero ad hæc vsqꝫ sęcula sol Platonicus nōdum palam latinis gentibus oriretur, Cosmus Italię decus, & insignis pietate vir, Platonicam lucem, religioni admodū salutarem, a Græcis ad Latinos propagare contendens, me potissimū intra suos lares plurimū educatum, tanto operi destinauit. Ego autē & si a tenera ętate nominis Platonici cultor, rem tamen adeo grauem, nō meis quidē, sed aui tui Cosmi prosperis auspiciis, sum aggressus sperans diuinam opem tam necessario, tamqꝫ pio officio non defuturam. Hac ergo in primis spe ductus, Academiam sum ingressus, decemqꝫ ex ea platonis nostri dialogos, Cosmo prius q̄ naturæ concederet, latinos feci. Post eius obitum patri tuo Petro pręstantissimo viro, dialogos nouem legendos dedi. Postq̄ vero Petrus e vita decessit, fortuna pręclaris sæpe operibus inuida, inuitū me a traductionis officio distrahebat. Verū tu & religionis cultor, & philosophię patronus, me ad inceptum omni fauore & auxilio reuocasti. Quāobrem ad institutum munus felicibus iterum auspiciis sum regressus, neqꝫ traduxi tantum, verūetiam partim argumentis mentē perstrinxi Platonicā, partim quoad potui breuibus cōmentariis explicaui. Opus itaqꝫ totum diuino auxilio iam absolutum tibi libētissime dedico. Ad quem illa etiam, quę maioribus tuis inscripta sunt, iure hęreditario pertinent, virum profecto auitæ paternæqꝫ in patria colenda virtutis hęredem. Leges autē inter dialogos funebrē Platonis orationē pio fratri tuo Iuliano dicatam. Pręterea vbi ad librū de Regno perueneris, videbis Federicum Vrbinatē ducem eo die a me honoratum quo ipse tuas ædes honorifice salutauit. Nō solū vero septē atqꝫ triginta libri, qui solo tuo insigniti sunt titulo, sed cuncti deniqꝫ tui sunt, quandoquidem omnes tui gratia sunt absoluti, atqꝫ ego sum tuus. Neqꝫ vero me Platonicum in his libris stylū omnino expressisse profiteor, neqꝫ rursus ab vllo, q̄uis admodum doctiore, vnq̄ exprimi posse confido. Stylum inquā non tam humano eloquio, q̄ diuino oraculo similē, sæpe quidē tonantem altius, sæpe vero nectarea suauitate manantē, semper autē arcana cælestia complectentem. Profecto quēadmodum mundus tribus præcipue dotibus est munitus, vtilitate, ordine, ornamento, atqꝫ ex his diuinū nobis testatur artificē, ita Platonicus stylus continens vniuersum, tribus potissimū abundat muneribus, philosophica sentētiarū vtilitate, oratorio dispositionis elocutionisqꝫ ordine, florum ornamēto poeticorū, & vbiqꝫ tum diuinis vtitur testibus, tum etiā certissimū de architecto mundi deo perhibet testimoniū. Valeant igitur Magnanime Laurenti, valeant procul omnes, qui minutissimas erudiendæ pueritię a Platone rationes efflagitant. Erudiāt alii rudiores, & eruditi deniqꝫ fores Platonicas adeant, inde non tam puerilia rudimēta, q̄ diuina mysteria tandē reportaturi. Dixi modo Laurenti tandem. Nam Plato noster anteq̄ diuina fundat oracula, ne sacra prophanis cōmunia fiant, audiētium animos triplici paulatim ad summū calle perducit, purgatione, resolutione, conuersione. Quāobrem multa legūtur apud Platonē ad purgandos pturbationibus animos pertinētia. Plura rursum ad soluēdas mentes a sensibus. Plurima etiā ad conuertēdas, tum in seipsas, tum in deū omniū auctorem, in quē, veluti solem, rite cōuersæ, optatis inde veritatis radiis feliciter illustrētur. Interea Plato noster, dū occultis sępe modis humano generi necessariū tractat officium, interdū iocari videt & ludere. Verū Platonici ludi atqꝫ ioci multo grauiores sunt q̄ seria Stoicorū. Neqꝫ eñ per humiliora quędā dedignat alicui peruagari, modo sensim auditores captans humiliores facilius ad excelsa perducat. Miscet frequēter grauissimo quodā cōsilio vtilia dulcibus, quo modestis sermonis blādi leporibus, animos natura proniores ad voluptatē, per ipsam voluptatis escam ad cibū alliciat salutarē. Fingit & sępe fabulas more poetico, quippe cū ipse Platonis stylus, non tam philosophicꝰ, q̄ reuera

De Platonico stylo.

Plato erudítis legēdus.

Platonis pręparamenta:



poeticus videatur. Furit enim interdum, atque vagatur, vt vates, & ordinem interea non humanum seruat, sed fatidicum, & diuinum: neque tam docentis personam agit, quam sacerdotis cuiusdam atque vatis: partim quidem furentis, partim vero cæteros expiantis: & in diuinum furorem similiter rapientis. Fabulis vero inter hæc ob id potissimum vti videtur: vt inter varios Academię flores oblectentur quidem omnes: sed expiati duntaxat poma decerpant, vescantur suauius, facilius concoquant, perfectius nutriantur. Agit autem dialogis omnia: vt sermo viuens, personas loquentes ante oculos ponat, persuadeat efficacius, & moueat vehementius. Accedit ad hęc quod amicos (vt par est) opportune dialogis suis honestat, facilius multos posteritati commendans. Preterea opiniones eadem de re diuersæ commodius dialogo recensentur. Mitto quod dialogus mira quadam verietate delectat: & attentione audientes detinet, & legentes. Verum quidnam longius per minutiora quędam & humiliora digredimur? Sophia magnanime Laurenti, quę solo Iouis capite nata, ab initio cum eo erat cuncta componens, patrem imitans, ipsa quoque filiam solo capite peperit, Philosophiam nomine, cuius delitię forent, esse cum filiis hominum. Hanc igitur in terra quondam per varias gentes peregrinantem excellentiora passim admirabantur ingenia. Quorum in numero, Plato noster non solum admiratus est illam: sed & primus & solus ad summum excoluit. Huic enim ille primus tanquam sacrę sacerdotia cinxit tempora mitra: pręterea peplum induit, quod Augustam filiam Mineruę deceret: caput etiam manusque & pedes suauiter redolentibus illiniuit vnguentis. Denique solum ipsum quacunque philosophicum numen incederet, variis aspersit floribus, & orauit. Talis erat, atque etiam est huius diuę intra limites Academię deambulantis habitus, talis ornatus. Quotiens vero extra hortos Academicos peruagatur, non solum vnguenta semper amittit, & flores, sed etiam proh nefas, sæpe incidit in latrones, atque amissis sacerdotii & grauitatis insignibus nuda passim, & quasi prophana pererrat, adeoque deformis apparet, vt neque Phœbo vlterius Mercurioque suis familiaribus placeat: neque insuper vel auo suo Ioui, vel Mineruę matri probetur. Cęterum statim materno consilio intra parietes & hortos Academię sese recipiens, antiquum resumit decus: & ibi velut in patria libentissime requiescit. Quamobrem iuuat vna tecum Platonice Laurenti omnes: tum discendi, tum bene viuendi cupidos, ad Academiam Platonicam cohortari. Hic enim iuuenes vel inter iocandum præcepta morum, vel inter ludendum industriam disserendi iucunde admodum, & facile consequentur. Hic viri etiam rei tum familiaris, tum publicæ disciplinam abunde perdiscent. Hic senes pro mortali vita, vitam sperabunt ęternam. In Academię hortis poetę sub lauris canentem Apollinem audient. In vestibulo Academię oratores spectabunt Mercurium declamantem. In porticu vero, & aula iurisconsulti ciuitatumque gubernatores, Iouem ipsum auscultabunt, sancientem leges, iura dictantem, imperia gubernantem. In ipsis denique penetralibus, philosophi Saturnum suum agnoscent, cęlestium arcanorum contemplatorem. Vbique vero sacerdotes rerumque sacrarum antistites arma reperient, quibus pietatem aduersus impios strenue propugnant. Huc igitur, huc precor, omnes accedite, qui liberales colitis disciplinas: hic eas, & libertatem vitæ pariter adepturi: huc denique cuncti concurrite, quos assequendę veritatis, & consequendæ beatitudinis perpetuus ardor inflammat: hic aspirante deo, veritatem ad votum, & felicitatem consecuturi. Verum interim admonendi estis, ne temere de rebus Platonicis, immo vero diuinis, feratis sententiam, sed longo, & ęquo examine iudicetis, neque liuidam in eos censuram exerceatis, qui procul ab omni liuore vobis vigilant, & laborant. Immo vero fauete libenter auctori pio, fauete etiam traductori, non solum translatione verborum, sed explicatione sententiarum communi omnium vtilitati pro viribus consulenti. Nolite precor antiquam salutaremque doctrinam, heu iamdiu nimis oppressam, nuper autem in lucem diuina prouidentia prodeuntem, insequi crudeliter, & opprimere, ne forte quam deus omnipotens vult vbique viuam, mortalis homo frustra perditam velit. Dextera enim domini fecit virtutem, dextera domini iam exaltauit eam, non morietur, sed viuet, & narrabit opera domini.


Ed quonam optime Laurenti nos ingens in Platonem ac nesciens tenere modum, raptauit amor? Num in Platonis causa declamauimus: oratorię facundię principis? Satis enim superque ipse pro sua causa declamauerit, apud eos presertim, qui perturbationibus vacui, ęquos se pręstiterint auditores. Te vero in pręsentia minime adhortabor, mirum in modum ad hęc omnia voluntate propensum, ingenio promptum, studio eruditum. Sed optabo duntaxat, vt & legas feliciter, & felicissime viuas, Marsilii tui memor. Dum vero Marsilium Ficinum nomino, Philippum quoque Valorem Academicum nostrum intellige pariter nominatum. Nam si Valor atque Marsilius in Platone defendendo, & in te amando idem sunt, proculdubio inter se quoque sunt idem. Valorem tibi Laurenti singularis sua virtus probat, Platonicus honor laudat, incredibilis in te amor valde commendat.

PLATONIS VITA, ET PRIMO GENEALOGIA ET GENESIS.



LATO Athenienſis Ariſtonis & Perictiones ſiue Potonæ filius a Neptuno genus vtrinq; ducit. Nam Solon a Nereo & Neptuno deſcẽdit. Solonis vero frater Dropides Critiam maiorem genuit: a quo Caleſcrus ortus duos habuit filios: Critiam ſcilicet minorẽ, qui vn⁹ ex trigita Athenarũ gubernatorib⁹ fuit, atq; Glauconẽ Charmidis & Perictiones patrem. Perictione vero Ariſtoni nupta, Platonẽ peperit & Adimantum & Glauconem. Fœminam quoq; Potonam: quæ Eurymedonti nupta, peperit Speuſippum. Rurſus Ariſto Platonis pater a Codro filio Melanti deſcendit, qui iterũ in Neptunũ ſicut & Solon originem referunt. Ferunt Athenis celebre eſſe, Ariſtonem Perictione cum eſſet ſpecioſiſſima congredi conatum eſſe. Verũ fuiſſe illius conat⁹ irritos, vidiſſeq; in ſomnis Apollinem, atq; ab eo iuſſum mũdam a coniugali copula quoad pareret ſeruauiſſe. Qđ & Laerti⁹, & Polycrates ſcribũt. Naſcitur Athenis vel in Aegina a Troiæ captiuitate anno ſeptingenteſimo quinquageſimoſexto: ab Vrbe cõdita trecẽteſimotertio: ante Chriſti aduentũ quadringenteſimo vigeſimotertio. Platonis Geneſim qualẽ adoleſcẽs audiuerã in libro de Amore ſignificaui: ſed nũc adducã qualẽ Iulius Firmicus Aſtronomus deſcribit. Cuius opinionem, hac in re exiſtimo veriorem. Eſt autem eiuſmodi: In aſcendẽte aquario Mars, Mercurius, Venus. In ſecũda, Sol in piſcibus. In quinta, Luna in Geminis. In ſeptima, Iupiter in Leone. In nona, Saturnus in Libra. Hanc geneſim Iulius Firmicus aſſerit ſignificare virum, qui mirabili eloquentia polleat, cæleſtiq; ingenio ad omnia ſecreta diuinitatis accedat.

Platonis parentes.

Natiuitas.

Geneſis.

EDVCATIO, IMDOLES, ERVDITIO, SOBRIETAS PLATONIS.



Ertur, cum in cunis eſſet, labiis infantis apes mel infudiſſe, eloquentię futuræ præſagium. Aiũt Socratem vidiſſe per ſomniũ holoris pullum ſibi in gremio plumeſcere, qui continuo exortis pennis, expanſis alis in altum euolans, ſuauiſſimos cantus ediderit. Poſtridie cum a patre ſibi Plato commẽdatus eſſet, hunc eſſe cygnum quẽ viderat dixiſſe. Poetico ſtylo in adoleſcẽtia floruit. Elegias compoſuit, & tragœdias duas, quas & ipſe igni dedit, cum primum animũ ad philoſophiam applicuiſſet. Primis literis a Dionyſio præceptore imbutus eſt, deinde Socratem audiuit vigeſimũ annum ætatis agens. Poſt Socratis mortem Cratylo Heracliti diſcipulo, & Hermogeni Parmenidis philoſophiam tuenti ſeſe accommodauit. Cum eſſet annorum duodetriginta Megaram ſe ad Euclidem cum aliis Socraticis contulit. Hinc Cyrenem profectus Theodorum mathematicum audiuit, atq; inde in Italiam ad Pythagoreos Philolaum & Architam Tarẽtinum Eurytumq; cõceſſit. Ab his in ægyptũ ad ꝓphetas & ſacerdotes ſe recepit. Decreuerat ad Indos Magoſq; progredi: verum propter Aſiæ bella a propoſito deſtitit. Regreſſus demum Athenas in Academia vitam duxit. quem inſalubrem Atticæ locum dicitur elegiſſe, qđ etiam diuus Baſilius & Hieronymus comprobãt, vt nimis bonus corporis habitus ceu vitis nimia luxuries amputaretur. Erat eñ & ſpecioſiſſimo & robuſtiſſimo corporis habitu. Vnde & a latis humeris, ampla fronte, & egregio totius corporis habitu orationiſq; vbertate, Plato eſt nuncupatus: cum ante nominatus fuiſſet Ariſtocles. Nihil in eo deforme niſi forte vox aliquãtulum gracilis, & neſcio quid ſub ceruice gibboſum eum aliquantulum deformabat. Ob Academię habitationem paſſus eſt quartanam febrem mẽſes decem atq; octo: ſed ſobrietate & diligentia ſua vires poſt febrem validiores q̃ ante recuperauit.

Euclides Megarẽſis tẽpe Platonis extitit In Italia philoſophi.

MILITIA ET NAVIGATIO PLATONIS TRINA.

PRIMA NAVIGATIO.



Ilitauit ter. Primo in Tanagram, ſecundo in Corinthum, tertio in Delum, vbi etiam victoria potitus eſt. In Siciliam ter nauigauit. Primo vt inſulam & ęthnea miracula crateresq; videret. Agebat tunc. xl. ætatis annum: quo etiam tẽpore Dionyſius Hermocratis filius vt ſecum loqueretur impulit: vbi cum ille de tyrãnide diſſereret, dicens non id præſtare quod ſibi ſoli eſſet vtile, niſi virtute etiam excelleret, offenſum tyrannum atq; iratum dixiſſe aiunt. Verba tua otioſorum ſenum ſunt. At ille. Et tua inquit tyrannidem ſapiunt. Ad hæc indignatum tyrãnum primo quidem illum necare voluiſſe. Deĩde vero a Dione & Ariſtomene obſecratum, id minime effeciſſe: verum Polidi Lacedæmonio, qui per id tempus legatus ad ſe venerat, eum tradidiſſe, vt venundaretur. Eum ille in Aeginam adductũ

vendidit. Quo tempore & Chamander tanq̃ mortis reum accusauit. Sane iuxta promulgatam apud eos legem capitale erat, siquis Atheniensium eam insulam adiisset. Cæterum cum a quodam fuisset allegatum, disciplinæ gratia eo philosophum ascendisse, legemq; illam de hominibus non de philosophis qui super homines sunt, loqui, absolutum eum dimisere: neq; occidendum sed vendendum decreuerunt. Aderat forte Anniceris Cyrenaicus, qui eum viginti minis redemit, remisitq; Athenas ad amicos. Polidem vero a Cabria superatum & postmodum in Elice fuisse submersum fama est, dæmonio sibi nunciante talia illum philosophi gratia perpeti. Non tamen quieuit Dionysius. Verum cum cognouisset quæ illi contigerāt, scripsit Platoni, orans ne in se maledicta intorqueret. Ad quem ille scripsit, non tantum sibi a philosophia superesse otii, vt Dionysii meminisset. Obtrectatoribus quibusdam Platonem a Dionysio derelictum obiectantibus respondit, immo vero a Platone Dionysius est relictus. Secundo profectus est ad Dionysium iuniorem, ab eo & Dione philosophandi gratia accersitus: hac quoq; spe ductus, se suis consiliis effecturum, vt illic ex tyrannide, aut respublica fieret, aut regnum: visurumq; quod iādiu vehementer optabat, gubernationem. s. quandam maxime philosophicam, in qua vel gubernent philosophi, vel gubernatores philosophentur. Putabat enim ciuitates non aliter posse miseriam euitare. Id omne non vi aut dolo sed philosophicis rationibus persuaso Dionysio fieri cupiebat. Sed quarto fere mense post Platonis accessum, Dionysius falsis impulsus calumniis Dionem quasi tyrannidi insidiantem expulit. Platonem vero libenter amplectebatur. At Plato in patriam rediit. Tertio accessit, Dionem Dionysio reconciliaturus, & ab vtroq; iterum atq; iterum obsecratus, rogatus etiam ab Archita. Tunc & Dionysius vittatam illi triremem obuiam misit, & Archedemum Pythagoricum oratorem, nobilesq; permultos, & ipse quadrigis albis egredientem excepit. Postulauit Plato promissam Dionis restitutionem, atq; insuper vrbem ac homines qui iuxta constitutam ab eo rempu. viuerent. Idq; ille q̃q̃ pollicitus, implete detractauit. Cum vero Plato palam Dionysium redargueret, q̄ fefellisset fidem, tum sibi de Dione restituendo, tū Theodori suo de Heraclide seruando: infensum deinde habuit Dionysium: vnde in summo viuebat periculo, ne a militibus interficeretur. Sed Architas Tarētinus Salmiscum misit ad Dionysium oratorē vna cum naui, rogans vt Platonem dimitteret. Ille eum dimisit, ac præbuit commeatum: Plato in patriam rediit. Dionysius paulo post a Dione ciuibusq; pulsus tyrannide, criminis in philosophum cōmissi, pœnas dedit. Plato miro quodā honore exceptus est in patria. Ibiq; ad Remp. accersitus accedere noluit: quia plebs malis se moribus assuefecerat.

QVIBVS PLATO LEGES DEDERIT.



Ertur Arcadas & Thebanos condita ciuitate honestę magnitudinis, rogasse illum, vt eam Rempub. institueret. Verum cum illum eos intellexisset æqualitatem sectari nolle, profectum non esse. Syracusanis vero expulso tyranno leges dedit. Et Cretensibus Magnesia nuper cōdita siue instaurata ciuitate, scripsit leges, XII. in libros digestas. Misit ex familiaribus suis Aristonymum ad Arcades legibus instituendos, ad Ilios Phormionem, ad Pyreos Meledimum.

CONTINENTIA, GRAVITAS, COMITAS PLATONIS.



Ixit autem cælebs & sobrius admodum, & vt Aurelius Augustinus perhibet, castus. Vnde & in senio sacra Naturæ fecisse dicitur, vt se apud vulgus a crimine sterilitatis absolueret. Iuuenis adeo verecūdus, adeo cōpositus fuit, vt nunq̃ ridere, nisi modice, deprehensus sit. Iratum vero vidit nemo. Vnde apud Platonem educatus puer cum ad parentes reuersus vociferantem videret patrem, nunq̃ inquit hoc apud Platonem vidi. Semel tantum clam subiratus est puero grauiter delinquenti. Sed Xenocrati inquit: Cęde tu hunc puerum. Ego enim quia iratus sum, nequeo. Edebat quolibet die aut semel tantum, aut si bis, parcissime. Dormiebat solus. Contrariam vitam multum vituperabat. Ad amādos adolescentes, quemadmodum & Socrates suus videbatur paulo pronior, verum vterq; tam ratione continēs q̃ sensu procliuis. Q̄ diuine isti amauerint, & quo pacto quæ de amore loquuti sunt, exponantur, satis in libro de Amore tractauimus. Optabat memoriam sui vel in libris, vel in amicis relinquere. Et si melancholicus erat, profundissimiq; ingenii, vt scribit Aristoteles, iocis tamē plurimis vtebatur, atq; Xenocratem & Dionem seueriores sæpissime admonebat, vt Gratiis sacra facerēt, quo iucundiores gratioresq; redderentur. Platonis autem grauitati comitas erat admixta.

DISCIPVLI PLATONIS PRAECIPVI.

Iscipuli eius fuere, Speusippus Atheniensis, Xenocrates Chalcedonius, Aristoteles Stagirites, Philippus Opuntius, Hestięus Perinthius, Dio Syracusanus, Amicles Heracleotes, Erastus & Doriscus Sceptii, Timolaus Cyzicenus, Hebeon Lāpsacenus, Pithon & Heraclides Henii, Hippothales & Calippus Atheniēses, Demetrius Amphipolites, Heraclides Ponticus, & complures alii: & cū his mulieres duę, Laschenia Mantinea, & Axiothea Phlyasia: quæ viri vtebantur veste. Theophrastum itē illius fuisse auditorem ferunt, & Hypericlem oratorem, Camelcon, & Lycurgū, & Demosthenē quoq; ipsius fuisse studiosum, & Menesistratū. Vestibulo Academię inscriptum erat. Nemo huc geometrię expers ingrediatur. Qđ quidē non solum de linearū, sed etiā de affectuū debita mensura volebat intelligi.

LIBRI QVOS SCRIPSIT PLATO, AC A POSTERIS IN QVATERNITATES NOVEM COLLECTI.

Prima quaternitas.

Euthyphro: vel de Sanctitate
Apologia Socratis. i. defensio
Crito: vel de eo quod is egit in carcere cum Socrate: vel de agendo.
Phædo, vel de Animi immortalitate: vel de anima.

Secunda quaternitas.

Cratylus: vel de recta nominum ratione
Theętetus: vel de scientia
Sophista, vel de ente
Ciuilis: vel de regno.

Tertia qua ternitas.

Parmenides: vel de vno omnium principio, & de ideis.
Philebus vel de summo bono, vel de voluptate
Conuiuium: vel de amore
Phædrus: vel de pulchro.

Quarta quaternitas.

Alcibiades primus: vel de natura hominis
Alcibiades secundus: vel de voto
Hipparchus: vel de studio lucrandi: vel de lucri cupiditate
Amatores: vel de philosophia.

Quinta quaternitas.

Theages: vel de sapientia.
Charmides: vel de temperantia
Laches, vel de fortitudine
Lysis: vel de amicitia.

Sexta quaternitas.

Euthydemus: vel litigiosus
Protagoras: vel de moribus sapientiæ professorum
Gorgias, vel de rhetorica
Meno, vel de virtute.

Septima quaternitas.

Hippias maior, vel de pulchro, vel de honesto
Hippias minor, vel de mendacio
Io, vel de furore poetico, vel de Iliade
Menexenus, vel de Attica antiquitate, vel Epitaphius.

Octaua quaternitas.

Clitopho, vel exhortatorius
De repub. libri. x. vel de iusto
Timæus de mundi natura
Critias, vel Athlanticus, vel de Athlantica antiquitate.

Nona quaternitas.

Minos, vel de lege
De Legibus libri. xii.
Epinomis. i. legum appendix, vel Philosophus
Epistolæ duodecim.

Hos omnes Platonis libros ipsi e Græca lingua transtulimus in latinam. Tres vero sunt Platonicorum species dialogorum. Aut enim sophistas cōfutat, aut adolescentes adhortatur, aut docet adultos. Quæ in epistolis, vel in libris de Legibus, & Epinomi Plato ipse suo disserit ore, certissima vult haberi. Quę vero in cæteris libris, Socratis, Timęi, Parmenidis, Zenonis ore disputat, verisimilia.

PLATONIS VITA AVCTORE MARSILIO.

ELOQVENTIA, SAPIENTIA, AVCTORITASQVE PLATONIS.



Tylus Platonis, vt ait Aristoteles, medius inter solutam orationem & carmen fluit; Suauitas & copia tanta, vt Cicero Platonẽ & intelligẽdi & dicendi grauissimũ auctorẽ fuisse dixerit. Adiecit, ꝙ si Iupiter humana lingua loqui voluisset, non alia ꝗ Platonis lingua fuisse locuturũ. Doctrina vero tanta in eo, vt cũ ante illũ oẽs inter Græcos illustres, ad externas gentes sapientiæ gratia peregrinati fuissent, post Platonis tempora cæteræ nationes Athenas confluxerint, & Aristoteles tã miro ingenio preditus, ac nouę heresis auidissimus, cũ Platonẽ iã pœne adultus adisset, viginti eũ cõtinuos annos audiuerit. Adde ꝙ prius ꝗ adiret Platonẽ, iam literis prouectus erat. Deinde Platonẽ solũ habuit prę ceptorẽ. Mitto qđ a Cicerone scribitur. Malo cũ Platone errare, ꝗ cũ cæteris recte sentire. Præterea ꝙ vna cũ Panętio illũ appellat Homerũ philosophoꝝ. Mitto illud Quintiliani. Quis dubitet Platonem esse ꝑcipuũ, vel acumine disserẽdi, vel eloquẽdi facũdia diuina quadã & Homerica? Multũ eñ illius oratio supra prosam orationẽ, & quã pedestrẽ Gręci vocãt, surgit: vt mihi non humano ingenio, sed Delphico quodã oraculo videat̃ instinctus. Diuina quadã sapientia & ꝓbitate mirabilẽ auctoritatem etiã in patria, qđ rarissime fieri solet, sibi cõparauisse videt̃. Reuersus ea Sicilia Plato, cũ ad magnificẽtissimã illã Olympioꝝ celebritatẽ quasi quẽdã orbis terrarũ cõuentũ ꝑuenisset, tã lętis cũctoꝝ occursibus exceptus est, vt e cælo deus ad mortales demissus videret̃. Ludos deseri, Athletarũ spectacula relinqui: Pugiles solos omitti cerneres: & qđ admirabilius est, qui tã lõgis terrarũ marisq; tractib⁹, pascendorũ oculoꝝ animorũq; & aliorũ gratia ad Olympia venerãt, oĩs voluptatis obliti Platonem adibant: Platonẽ intuebãtur, in Platone perinde atq; amœnissimo diuersorio conquiescebãt. Cũ tragœdiam quis referret, nec quispiã pręter Platonẽ adesset, obiectãtibus quibusdam dedecori esse illi ꝙ nemo præter vnũ adesset, respondit ille. Et hic vnus plus est, ꝗ totus Atheniensis populus.

CHARITAS, MAGNANIMITAS, SANCTIMONIAQVE PLATONIS.



Vam magno & constanti animo, præsertim in amicorũ causa fuerit, declarant eius epistolę. Tyrannũ sæpe ꝙ iniuste gubernaret, ꝙ ve amicos falleret, etiam pręsentibus testibus audacter redarguebat, tantum aberat, vt illi assentaretur. Mitto minutiora illa, quale illud est ꝙ iusserat Dionysius in conuiuio vt singuli purpura induti saltarent. saltauit protinus Aristippus: Plato vero noluit: dicens non conuenire philosopho muliebria. Et correptus tyrãni, Dionisiq; defensio. Præterea Cabrię fortissimo duci Crobylus accusator improbus diem dixerat, & capitis iudicium intẽtauerat. Quocirca cũ a reliquis destitutus ciuibus metu periculi in arcẽ ascenderet, solus Plato auxiliũ præstaturus semp illi adfuit. Cũ vero calumniator Crobylus vt eum a patrocinio deterreret minitãs dixisset, aliis defensionẽ pręstaturus aduentas, ignorans ꝙ te quoq; Socratis venenũ expectat: Ipse respõdit. Olim Crobyle cũ patriæ dignitati militabam, in tolerandis periculis haud segnis eram, nũc pro officio, & amici salute licet ferrũ ac venena mineris & ignẽ, nullum recuso discrimen. Cum Socrates carcere iniustissime inclusus esset, Plato pecunias congregauit, vt redimeret innocentẽ. Et dum iudiciũ agebat̃, ascendẽs in suggestum sic cœpit orare. Cũ minor natu sim viri Atheniẽses his omnibus q tribunal ascenderunt Verũ tyrãnici iudices veriti, ne auctoritate & eloquẽtia sua ciues moueret, interpellauerũt repẽte, reclamauerũt, descẽde. Plato domũ abiit. Nã quãtũ illi malę mẽtis morbo, tantũ hic sic morbo corporis laborabat. Socratis vero ꝑsecutores pœnas paulo post dederũt. Cũ ex cõdiscipulis quidã instigaretur inuidia Xenocratẽ adeo Platoni gratum acceptũq; esse, vt in eum conflaret inimicitias, multa in Platonem Xenocratis maledicta renũciauit. Plato medio sermone criminationem respuens, obaudit. Instar obtrectatoris vultus seueritate crimẽ affirmãs. Deniq; deos omnes, ac deas obtestãti: Plato vt ab eius sese pertinacia solueret, esto inquit. Sed ea Xenocrates fide ac grauitate pollet, vt nisi sic expedire iudicasset, dicturus ea nunꝗ fuisset. Grauitatẽ, magnanimitatẽq; Platonis imitatũ fuisse Xenocratem dilectũ eius discipulũ, testis est vita Xenocratis apud Diogenẽ, quæ quidẽ est fortitudinis & sanctitatis exẽplar. Imitatũ quoq; fuisse Dionẽ: Plutarchus est testis. Præterea Philiscus Lycurgi oratoris vitã describẽs: Magnus vir inqt fuit Lycurgus, multaq; sunt ab eo gesta ꝑclare, ꝗ facere nemo potuisset qui nõ fuisset Platonis auditor. Demosthenes cũ Antipatrũ fugeret: Archię blandis verbis se ei vitã seruaturũ polliceti, absit, inqt, vt viuere turpiter malim ꝗ honeste mori, postꝗ Xenocratẽ & Platonẽ de immortalitate animi disserentes audiui. Idẽ scribẽs ad Heracleodorũ quẽdã condiscipulũ suũ, atq; eum reprehẽdens, ꝙ postꝗ Platonẽ audierat, negligeret bonas artes, & vitam parũ honeste duceret, Nonne inqt erubescis ea negligere, quę a Platone accepisti? Dionysius ad Speusippũ scribẽs ait. Plato

quidem gratis sua limina terentes docebat. Tu vero tributa exigis, & a volentib⁹ ac nolentib⁹ accipis. Laertius quoq; carpit eũdẽ, q̃ nõ sicut Xenocrates Platonis castitatẽ, & fortitudinẽ, mãsuetudinẽ q̃, fuerit imitatus. Illud vero de fortitudine Xenocratis tacere non possum, q̃ cũ Platoni Dionysi⁹ diceret, Caput tibi quispiam tollet: Xenocrates q aderat, inquit, Nemo istud prius q̃ meũ hoc abscidet.

SENTENTIAE ET PROVERBIA PLATONIS.

DE Aristotele & Xenocrate hæc Plato dicebat. Hui qualem equum, qualemq; asinum iũgendos assumpsi. Aristoteles quidem freno indiget: Xenocrates vero calcaribus. Erat inter discipulos eius lautus nimium, & curandæ cutis studiosissim⁹ adolescens. Quem Plato rogauit: Quousq; tibi carcerem ædificare perges? Quotiẽs hominem amore irretitum videret, Ille, aiebat, proprio in corpore mortuus est: viuit in alieno. Addebat, Qui se ipse alterius gratia deseruerit: omnium esse miserrimũ: quippe qui neq; se possideat vlterius, neq; alterum. Platonis quidam familiaris vir doct⁹, eum orabat, vt sibi aures paulisper accommodaret libellum a se editum lecturo. Rogatus subinde a Platone, quæ libri esset inscriptio, respondit contradicendum non esse. Cui Plato. Cur igitur ipse hoc factitas? Cur contradicentibus contradicis? Cur me consulis, si tibi prohibes contradici? Leo ciuis potens in cœtu carpebatur, q̃ magnas & immodestas in senatu vociferationes habuerat. Plato, hoc ipsum, inquit, est vere leonem esse. Diogeni Cynico dicẽti, q̃ humana quidem ista videret, ideas vero nequaq̃: Cui mirum inquit? Oculos enim quibus ista videntur habes, & vteris, mente vero nõ vteris, qua sola illę cernuntur. Mirantibus discipulis, q̃ Xenocrates in omni vita seuerus, nescio quid risu excipiendum dixisset, Quid inquit miramini inter spinas aliquando rosas & lilia nasci? Ad iuuenes crebro dicere solebat. Otio labores anteponite, nisi forte rubiginem splendori præstare putatis. Iuuentutem ad beatam vitam hac ratione sæpissime incendebat. Cõtrariam virtutis ac voluptatis naturam animaduertite. Huius enim momentaneam dulcedinem subita pœnitentia sequitur, dolorq; perpetuus. Illius autem breues labores, æterna voluptas. Cum vidisset quendam alea ludentem, arguit: & cum ille, q̃ parua reprehendis diceret: Plato respondit. At non est paruum consuetudo. Ebriis & iratis consulere solitus erat, sese vt in speculo studiose intuerẽtur: ab eiusmodi statim fœditate discessuros. Ebrietatem & somnum valde detestabatur. Aiebat plurimum referre ad pueritiam educãdam vt honestis solum gaudere pueri assuescerent. Alioquin voluptatem dicebat escam esse malorum. Addebat sanitatẽ animi veram esse philosophiam, cæteras vero facultates non tam philosophiam q̃ ornamẽta videri. Nihil sanæ menti suauius esse q̃ vera dicere & audire. Veritate enim nihil vel melius vel durabilius. Interrogantibus quibusdam, quænam possessionum genera filiis essent potissimum comparanda: Ea dixit quæ non grandinem, non hominum vim, non ipsum deniq; Iouem extimescerent. Demodoco de filii eruditione consultanti, qualis inquit in arbusculis plantandis dirigendisq;, talis & in filiis gignẽdis, & instituendis cura esse debet. Hic labor, illic voluptas. Cauendum autem ne in hoc sopiti, in illo plus q̃ vigiles videamur. Philedono cuipiam Platonem carpenti, q̃ non minus in discendo q̃ in docẽdo studiosus ac sedulus esset, & quoad discipulus esse vellet interroganti: quoad inquit meliorem ac peritiorem esse me non pœnitebit. Interrogatus quidnã inter peritum imperitumq; interesset, q̃d inter medicum ægrotumq;, respondit. Principibus nullum præstantius prædiorum genus esse dicebat, q̃ eorum familiaritates hominum: qui cauponari nescirent. Principi non aliter necessariam esse sapiẽtiam, quæ corpori animam. Beatissimas fore respublicas, si aut philosophi dominentur, aut saltem qui gubernant, diuina quadam sorte philosophentur. Nihil enim pestilentius esse potestate & audacia, quam ignorantia comitetur. Tales quoq; subditos esse solere, quales principes videantur. Magistratui non proprium bonum, sed publicum cogitandum: non partem solum ciuitatis quandam, sed totam esse curandam.

QVANTVM PLATO NEGLEXIT HVMANA, QVANTVM DIVINA DILEXIT.

REpetebat quotidie sola æterna esse vera: Temporalia vero verisimilia. Dormire in corpore animum. Et quæ sensus appetit aut timet, nihil aliud esse q̃ somnia. Itaq; hæc omnia penitus contemnenda. Et vt mala vitent̃ q̃bus plenus est mundus, ad æterna confugiendũ, aliter enim deuitari non posse. Ipse quoq; q̃ p̃cipiebat, impleuit. Nã cũ & hęreditario quodã iure & ciuium fauore princeps in rep. esset futurus: oẽm prorsus ciuilẽ respuit dignitatem. Cũ patrimonio ditissimus esset: fratri

bus largitus est oīa ṕret suburbanū ṕdiolū,quā Academiam nominabant.hoc solo contētus vixit.Et si preceptor amicusq; principū extitit,diuitias tamē ab his nullas accepit.Solebat rex Dio suis dicere Aristippus semp pecunias petit:Plato semp libros . Adde q; neq; vxorem duxit,neq; vixit in vrbe,ab oībus liber,soli seruiēs veritati.Vnde diuus Hieronymus inqt. Plato Aegyptū & Architā Tarētinū eāq; orā Italiæ quæ quōdā magna Græcia vocabat̄,laboriosissime peragrauit: vt q Athenis magister erat & potens,cuiusq; doctrinā Academiæ gymnasia personabant. fieret peregrinus atq; discipulus, malens aliena verecunde discere,q̄ sua impudenter ingerere. Deniq; cū literas quasi toto orbe fugientes persequitur,captus a piratis,& venundatus,etiam tyranno crudelissimo paruit captiuus,vinctus & seruus:tamen quia philosophus,maior emente se fuit.Hæc Hieronymus.

PIETAS ET GRATITVDO PLATONIS.



Ratus deo fuit,a quo principium cogitandi,dicēdi,agendi oībus in rebus,& faciēdū dicebat esse,& ipse semp efficiebat.Preterea deo gratias agebat quotidie,q; homo natus esset,nō brutū:q; græcus,nō barbarus:q; tēporibus Socratis.Q̄; gratus ṕceptoribus fuerit,oībusq; amicis,testimonio sunt eius dialogi.In qb⁹ mirifice eos oēs honorat,atq; Socrati libros suos attribuit. Nō solū em̄ illū in oībus pene dialogis disputantē inducit,sed etiā omnia a se composita,scribit non sua,sed Socratis esse.

QVAE PLATO AFFIRMAVIT.



N his q̄ sensibus subiacēt,partes Heracliti tuebat̄.Porro in his q̄ ad intelligentiā ṕtinēt,Pythagorę maxime acqescebat.In reb⁹ aūt ciuilibus Socratē suū amplectebat̄. Quę vbiq; asseuerabat,hęc sunt. Deū oībus ṕuidere.Animas hoīm īmortales esse. Bonorū prēmia,malorꝝ supplicia fore.Augustinus in libro cōtra Academicos inqt. Christi auctoritatē oībus anteponēdā.Si aūt rationibus agēdū sit,apud Platonicos reperire se dicit,quod sacris Christianorum literis non repugnet . Idem Dionysius Areopagita significauit:Eusebius postea & Cyrillus latius declarauerūt.Hinc Augustinus ī libro de vera religione:Platonici inqt paucis mutatis Christiani fierēt.Atq; in Cōfessionib⁹, narrat se procemiū Ioānis Euāgelistę ferme totū apud Platonicos reperisse.Propterea ī secūdo de Ciuitate dei inqt: Labeo Theologus apud gētiles,Platonē inter semideos cōnumerādū putauit,sicut Herculē atq; Romulū:semideos aūt heroib⁹ aṗponit,sed vtrosq; īter numina collocat. Verūtn̄ istū quē appellat semideū nō heroibus tm̄,verūetiā diis ipsis ṕferēdū eē nō dubito.Vn̄ inqt se Platonicos an̄ alios elegisse, qa de rebus diuinis atq; humanis rectius admodū q̄ ceteri phi senserint.Qd & Marcus Varro antea iudicauerat.& Apuleius Platonē,nō tm̄ heroib⁹ supiorē fecit,sed diis æqlē,qa videlicet diuinarū rerū adyta penetrauerit.Plato tāta fuit modestia ṕditus,vt cū mirabilē sibi auctoritatē ante alios cōparauisset,tn̄ īterrogatus a quodā quaten⁹ ṕceptis suis parēdū foret,rn̄derit: quoad in terris appareat sacratior aliqs,q fontē oīb⁹ veritatis apiat,quē deniq; sequant̄ oēs.Addidit,nihil suo sed diuino tātū lumine reperisse.Qđ aūt in phia senserit,satis in libro de Amore,& Theologia nostra tractauimus.

REDITVS PLATONIS IN PATRIAM CAELESTEM, ET LAVDES.



Atali suo decessit,& ānū vnū atq; octogīta īpleuit,sine vlla dubitatione.Ideo magi q tūc Athenis erāt,Platoni īmolauerūt,āpliorīs fuisse sortis q̄ humanę rati, qa cōsummauisset numerū ṕfectissimū,quē noue nouies multiplicata cōficiūt.Atq; qđ mirum est,adhuc in ea ætate,& ī eo ipso die scribebat.de quo Cicero inqt.Est etiā quiete,& pure,atq; elegāter actę ætatis placida ac leuis senectus, qlē accepim⁹ Platonis,q vno & octogesimo anno scribēs mortuus est. Seneca etiā affirmat id Platoni sobrietatis & diligētię bn̄ficio cōtigisse.Alii īter scribēdū,alii discūbētē in nuptiis remotis dapibus inter disserēdū ad supos rediisse.Aristoteles in tēplo aram Platoni statuāq; sacrauit hoc epigrammate.

.i.Aram Aristoteles hanc Platoni dicauit,viro quē nefas est a malis laudari.Addit Aristoteles . Qui solus vita,doctrina,moribus,ore, Admonuit cūctos,& monimēta dedit: Vt virtute queant felicē ducere vitā.Nulla ferent talem secla futura virū.Adiūxerūt & sapientes alii in Platonis laudes carmina plurima:sed ṕcipua epigrāmata tria.Primi hęc est sentētia.Tēpērātia iustitiaq; excelluit oīb⁹,tātū vero sapiētia supauit:vt oēm prorsus inuidiā supauerit.Secūdi hic est sensus.Plato in deorꝝ numerū est

translatus.Lōginquæ hūc nationes honorant:q͞a diuinā vitā ipse nouit,aliisq; monstrauit.Tertii sententia est huiuscemodi.Phœbus Aesculapiū genuit & Platonē,vt ille corporibus,hic animis mederet.Praeterea Mithridates Persarū rex Platonis statuā in Academia ita locauit inscriptā.Mithridates Rhodobati filius Perses Musis imaginē Platonis dicauit,Sylla niani opus.Ex his oib9 id Plato est cōsequut9, vt græci Aristotelē q͞dē dęmoniū:Platonē vero diuinū cognominauerint. Quia videlicet ille & vita hūanus & sciētia naturalis maxie fuerit:Hic aūt scientia simul & vita sese potissimū ad diuinū cōtulerit.

APOLOGIA DE MORIBVS PLATONIS.



Finē iā verbis imponā,si pauca q͞dā rursus addidero.Sunt plebei q͞dā versificatores q immerito poetarū sibi nomē vsurpāt. Hi tā morū dissimilitudine q̄ malignitate inuidiæ ꝓuocati,in optimū quēq; impudētissime ludūt.Quib9 summa q͞dā licentia in bonos potius q̄ in malos cōcedit.Tales igit olim poeticuli,diuinū Platonē a græcis,Apollinis filium,& Socratē ab Apolline græcoꝝ sapiētissimum iudicatū,mordere nō dubitarūt.Quoꝝ impietatē Laertius Diogenes summopere detestat.Atq; vt ipse declarat,ridicula etiā comicorū cōuicia Aristippus auxit Cyrenēsis, hō pessimus,& optimi cuiusq; suoꝝ tēpoꝝ aduersari9,qui sicut alios plerosq; modestissimos doctissimosq; ficta quadā historia vituperauit,sic etiā Socratē ꝑceptorē,& cōdiscipulos suos Xenophōtē atq; Platonē:finxitq; hoꝝ noīe carmina q͞dā in scorta puerosq; lasciua,videlicet vt falso magnoꝝ philosophoꝝ exēplo liberiorē ipse peccādi licētiā nācisceret. Verū Aristoteles cui veritas magis q̄ Plato fuit amica tā falsas in virū sanctū calūnias sustinere nō potuit.Nā in Elegiis ad Eudemū,illa de Platone q̄ in superioribus diximus,cecinit:id illi maxime tribuēs,vt ꝓphani nō solū vitupare Platonē vllo pacto nō debeāt:verūetiā sub ꝑtextu laudis sanctū illius nomē ore ꝓphano noīare nō audeāt.Neq; Elegia cōtētus fuit:sed etiā,vt tradit Olympiodorus,ꝑclarā orationē de Platonis laude cōposuit. Obmutescant igit apud supos inferni canes,atq; apud inferos latratu Cerberū comitent.Nos aūt Platonis vitam,& sapientiā iudicio sapiētū approbatissimā veneremur,atq; vna cū Apuleio Madaurensi libere ꝓclamemus.Nos Platonica familia nihil nouimus nisi festum,lætum,cæleste,supernum.

PLATONIS VITAE FINIS.

❡Tabula Librorum Platonis a Marsilio Ficino Florentino traductorum.Itē q̄ insunt partim argumēta:partim autem commentaria:per eundem Marsilium in libros eosdem composita.

❡Primi decē libri ad Cosmum medicē.Ex reliquis autem,nouem quidem ad Petrum Medicem,septē vero atq; decem,immo vero cuncti,ad Laurentium Medicem.

AD LECTOREM.

Ne forte putes amice lector tātū opus editū temere,scito cum iā cōposuissem, anteq̄ ederē,me cēsores huic operi plures adhibuisse:Demetriū Atheniēsem non minus philosophia & eloquio q̄ genere atticū,Georgiū Antoniū Vespuccium,Ioannem Baptistam Boninsegnium,Florentinos,viros latinę linguæ gręcæq; peritissimos. Vsum ꝑterea acerrimo Angeli Politiani doctissimi viri iudicio. Vsum quoq; consilio Christophori Landini,& Bartholomæi Scalæ,virorum clarissimorum.

SEQVVNTVR PLATONIS DIALOGI DVO AB ALIIS TRALATI: AXIOCHVS ET ALCYON. AXIOCHVS RODOLPHO AGRICOLA FRISIO INTERPRETE, ALCYON AVGVSTINO DATHO SENENSI.

AXIOCHVS PLATONIS DE CONTEMNENDA MORTE.

SOCRATES. CLINIAS. AXIOCHVS.

SOCRA.



XEVNTI AD Cynosarges mihi, cũ ad Dissum venissem, vox cuiusdã allata est clamãtis, Socrates Socrates! Vtq; cõuersus circũspectabam vnde ea redderet: Axiochi filiũ video Cliniã, ad Callirhoen currẽtẽ, cũ Damone musico: Charmideq; Glauconis filio. Horũ alter quidẽ musicam docebat: alter ex familiaritate amabat simul atq; amabatur. Visum est ergo mihi recta deflectenti occurrere eis: vt q̃primũ cõueniremus. Perfusus autem lachrymis Clinias, nũc tempus est, inquit Socrates, vt vulgatã semper de te sapiẽtiam ostẽdas. Pater em̃ ex aliquo iam tẽpore viribus de improuiso destitutus est, & prope est exitũ vitæ, molesteq; fert adesse sibi finẽ, tametsi antehac cõtẽneret mortem horrenda imagine exprimẽtes, comiterq; derideret. Perge ergo, proq; tua cõsuetudine illum cõfirma, vt volens eo quo ducit necessitas sequatur, vtq; ille mihi ad reliqua hoc ipso etiã pie colatur. SO. Nullã me Clinia moderatã rẽ rogaueris frustra, quãto nũc magis cũ ad hęc me voces pietatis officia. Acceleremus autẽ. Si enim ita res se habet, festinato opus est. CLI. Vbi modo te viderit Socrates, rectius habebit. Crebro em̃ iã euenit ei, vt exanimat⁹ rursus reficeret. SO. Quo citius aũt peuniremus, ea q̃ Circa murũ cognominata est, iuimus. In proximo nãq; habitabat portę q̃ est apud Amazoniã columnã. Inuenimus ergo eũ ęqui sumptis rursum sensibus, & corpore robustũ, defectũ vero mẽte, prorsusq; indigẽtẽ consolationis, reuoluentẽ crebro se, suspiriaq; cũ lachrymis atq; manuũ crepitu cientẽ. Aspiciẽs aũt illũ, q̃d hoc inquã rei Axioche? Vbi nobis illa pridẽ magnifica verba, cõtinẽtesq; laudes virtutũ, & maius q̃ vt dici posset ĩ te animi robur! Sicut em̃ timidus Athleta, cũ in gymnasio insignẽ te p̃bueris, ad certamen ipsum defecisti. An non mediate considerabis naturã vir tãtus & rationi obsequẽs, vtq; nihil aliud, Atheniẽsis! q; cõmune videlicet hoc & ab oĩbus iactatũ, peregrinatio quędã vita est, q̃q; peragẽtes eã alacriter, & tãtũ nõ pęana canẽtes, ad postremã accedere necessitatem, tã molliter vero habere se tãq; ægre pueri more diuelli, nequaq̃ prudẽtiæ pręse fert altioris ætatem. AXIO. Recte q̃dẽ Socrates ista mihi dicere videris: verũ nescio quo pacto vbi propius accessit periculum, fortia illa grandiaq; verba occulte subteruolant atq; neglĩgũtur. Oborit aũt metus q̃dã, mentẽ multipliciter discerpens, si hac luce hisq; priuabor bonis, & expers mẽtis sensuũq; iacebo vbicũq; demũ putrescẽs, & in puluerẽ vermesq; cõuersus. SO. Impfecte coniungis Axioche p̃pter imperitiã cũ sensuũ orbitate sensum, tibiq; ipse cõtraria facis & dicis, neq; cogitas q; simul q̃dẽ defles id, q; sensibus carebis, simul ob putrefactionẽ doles amissionẽq; vitę oblectamẽtorũ, veluti morte sis in aliã vitã trãsiturus, neq; ĩ omnimodã abiturus sensuũ abolitionẽ, & eãdẽ ĩ qua prius q̃ nascereris fuisti. Vt em̃ cũ Dracon Clisthenesq; gubernabãt Rẽp. nihil te male habebat (necdũ em̃ cœperas esse vt male tibi q̃cq̃ accidere posset) ita neq; post mortẽ erit. Nullus em̃ vt male tibi esse q̃cq̃ possit, es futur⁹. Quin tu igit hãc oẽm discutis ineptiã, illud cogitãs, q; soluta simul hac cõpage, aĩo q; rursus in p̃priũ restituto locũ, relictũ istud corpus terrenũ, atq; rationis expers amplius nequaq̃ est homo. Nos eteni aĩa sumus, aĩal ĩmortale, mortali inclusum munimẽto. Hoc aũt tabernaculũ nõ sine malo nobis circũdedit natura, cuius lęta q̃dẽ abstrusa sunt, & volucria, pluribusq; dolorib⁹ admixta: tristia vero improuisa, diuturna, prorsusq; vacua gaudiorũ. Valetudines nẽpe, sentiẽtiũ mẽbrorũ vlcera, morbi interni. Quib⁹ necessario (q̃m̃ p corporis meatus sparsa est) cõdolẽs aĩa cæleste, & cognatũ desiderat æthera, sititq; cupide supnę illius cõsuetudinẽ gaudiaq; vitæ. Discessus itaq; e vita mali cuiusdã est in bonũ cõmutatio. AXIO. Cũ malũ ergo Socrates vitã putes, quid ita viuere pleueras, cũ verũ sis indagator, & nobis, id est multitudini, intelligẽtia p̃stes! SO. Nequaq̃ verũ de me Axioche testimoniũ dicis. Arbitraris em̃ queadmodũ vulgus Atheniẽsiũ, q̃n̄q̃dẽ res inq̃ro, alicuius quoq; me sciẽtiã habere. Abest autẽ tantũ vt recõditiora sciam, vt voto optauerim etiam vulgata me ista nouisse. Sũt autẽ ista q̃ dico Prodici sapiẽtis tradita. Illa q̃dẽ duob⁹ obolis, illa duabus, illa quatuor drachmis redẽpta. Gratis em̃ hic vir neminẽ docet, estq; mos ei semp Epicharmi illud in ore habere. Manus manũ fricat, da aliq̃d & aliq̃d cape. Nup ergo cũ apud Calliã Hipponici filiũ declamaret, tantis disseruit cõtra vitã, vt ego ad ea q̃ nullius sunt momẽti, ascripserim illã. Ex eoq; iã ĩ mortẽ mihi animus Axioche p̃pẽdit. AXIO. Quę dixit aũt! SO. Dicã eq̃dẽ tibi ea, quorũ mihi veniet in mẽtẽ. Quæ em̃ pars in

Prodic⁹ sophista

quit,ętatis,calamitatibus vacat?Nõne statim a principio plorat,vt primũ natus est infans:vitamq; a lachrymis auspicat?Quæ tandem nõ premit eũ molestia?Semp.n.vel pœnuria,vel frigore,vel calore vel verberibus vrgetur.Antea quoq; q̃ loqui possit,quanta patitur?flens.s.hácq; solam habens anxietatis suæ querelã. Vbi septimũ dehinc expleuerit annũ:multosq; labores exhauserit:iã custodes,gymnastę,magistri ludi:iã adolescẽti critici,geometrę,rei militaris p̃ceptores:ingẽs plane dominorum multitudo.Post ista vbi in ephebos inscriptus est,peior iam metus,Lyceũ,Academia,gymnasiarcha,virgę,nullaq; prsus malorũ mensura.Omnis adeo adolescentis sub moderatoribus est labor : qui ex Areopagi delecti consilio pręsunt iuuentuti.Deinde cũ fuerit istis exolutus,iã curę palã emergũt,reputatioq; q̃d viuẽdi potissimũ instituat iter:pręq; sequẽtib[9] incõmodis priora illa puerilia videtur: & infantium reuera territamenta.expeditiones enim, & vulnera , perpetuiq; certaminum labores. Hinc iam fallẽs subrepit senectus:in quã cõfluit quicquid est infirmũ fragileq; naturæ.Q; nisi ocyus qs vitam velut æs alienũ reddiderit:astans supra caput natura tanq̃ fœnerator reposcit vsuram. Ab alio quidem visum,auditum ab alio:persępe vtrũq;.At siquis diutius cũctetur,debilitat eum excruciat:mẽbrisq; destituit.Alii itaq; multa senectute repuerascunt:animoq; bis pueri fiunt senes. Dii ergo p̃pter hoc ipsum(vt quibus notissimę sint res humanæ)quos plurimi faciunt:eos citius auferũt e vita.Agamedes & Throphonius itaq;,cum Pythii Apollinis ędificassent templum:orantes dari sibi q̃d optimũ esset:cum obdormissent,nũq̃ deinde surrexerũt.Sic etiam Iunonis Argiuę sacerdotes, p̃cante matre eorum,vt gratiã eis aliquam Iuno pietatis illorum referret.cũ eñ cũctarentur iumenta,succedentes ipsi vehiculo matrem ad templum vsq; pertraxerant.Post preces ergo nocte decesserunt.Longum foret autem poetarum dicta recensere:qui diuinioribus poematis ea quæ ad vitam p̃tinent nostram,vel ut ex oraculo decantant,quemadmodum deplorent illam.Vniusq; solum memoratu dignissimi sat habeo meminisse:qui inquit.Q; superi miserum stamen mortalibus æui Neuere, vt viui deflenda per omnia durent.Iterumq;.Et cunctis hominum generi sors pessima vitæ Stat,q̃cunq; supra terram spirantq; meantq;.De Amphiarao vero quid dicit?Iuppiter hunc totis animis: hunc magnus Apollo Diligit:& iusti metas non attigit æui.De illo quoq; qui ita iubet:Nascens fleat,qui tanta vitæ intrat mala:quid tibi videt?Sed cesso:ne cõmemorando alios,rem cõtra q̃ institui longius ducam.Q̃d autem vitæ quisq̃ institutũ,quã artẽ deliget vt non queratur de ea,atq; p̃senti bus offendatur?Opifices,mercenariasq; recẽseamus artes:ex nocte in noctẽ vsq; laborãtes,& vix tolerãtes vitæ necessarios sumptus cõplorãtes seipsos,omnemq; vigiliam suam mœrore lachrymisq; cõplentes.At nautam dicamus,per tanta penetrantem pericula , quiq; (quemadmodum Bias ait)neq; inter mortuos est,neq; inter viuos.Terrestris enim homo velut ambigui generis,ipse in mare sese p̃iecit:totusq; arbitrii factus est fortunæ.Verũ dulcis est agricultura.Est sane.nõne tota tamen est(q̃d aiunt)vlcus,semper paratam doloris habens causam,nunc q̃dem siccitatem,nunc pluuias,nunc vredinem,nunc rubiginem,nunc vel æstum intempestiuum,vel frigus conquerens? Illa quoq; honorata in primis reipublicę cura(multa enim pretereo)per quãtas rapitur anxietates?Quę gaudia quidem habet furũculi in modũ trepida semp,atq; stimulis repleta,repulsas vero acerbas & millies morte peiores.Quis eñ beatus esse possit vulgi viuens arbitrio?tametsi faueatur ei plaudaturq;,populi.s.ludicrum,iactatus,exibilatus,damnatus,mortuus,& tum miserãdus visus.Vbi nãq; Axioche tu qui in republica versaris,vbi Milciades,vbi Themistocles,vbi Ephialtes abiit,vbi item qui nuper in Republica duces fuerunt?quando ego quidem in eam non sum adductus sentẽtiam.Neq; enim honestum mihi videbatur,vt insanienti populo dominationis particeps fierem.Theramenes autẽ & Calixenus deinde constitutos p̃ficientes magistratus,vt indemnati necarent homines effecerunt:tuq; cum Triptolemo resistebas illis solus e triginta milibus in concionem coactis . AXIO.Sunt ista Socrates vt dicis.itaq; ex eo suggesti me satietas cepit,neq; mihi q̃cq̃ acerbius republica visum est. Perspicuũ id quidem illis qui in ipso sunt negotio versati.Tu nãq; dicis hęc,veluti qui de sublimi spectaueris:nos vero qui fecimus periculũ,quanto exactius scimus?Populus.n.charissime Socrates ingratus est, morosus,crudelis,inuidus,immodestus:vt qui sit ex colluuie turbę,& stultis insolentib[9] collect[9].Huic aũt qui assentatur,multo ipse miserior est.SO.Quando igit Axioche hanc quæ liberalis maxime omniũ est,artiũ,omnium maxime abominandam putas,quid reliqua vitæ genera?an non putabimus prorsus esse fugienda?Audiui etiam Prodicum quandoq; dicentem.q; nihil quicq̃ neq; ad viuentes mors,neq; ad defunctos pertineret.AXIO.Quomodo dicis ista Socrates?SO.Quoniã neq; circa viuentes est:hi vero qui obierũt,non sunt amplius.Itaq; neq; apud te est:nondũ enim obiisti, neq; siq̃d tibi accidat,est circa te futura.non enim eris.Stultus est igit dolor,de Axiocho,qualis neq; est, neq; futurus sit.Axiochũ mente torqueri,sitq; simile,veluti si Scyllam aut siqs Centaurum reformidet, q̃ neq; iam imminent tibi,neq; sint vnq̃ ad exitiũ tuum affutura.Existentium enim rerum est met[9]: quæ non sunt autem,nemo est qui pertimescat.AXIO.Tu quidem docta hæc verba ex ea quæ nunc

Miseria vitę hũanę.

Nauta neq; inter mortuos neq; inter viuos.

Mors.



pullulat garrulitate protulisti. Illinc est enim hęc q̃stus captatio illiciendę iuuentuti apparata. Me vero amissio bonorum quę sunt in vita, tristem reddit: etsi Socrates probabiliorem etiã hac quã modo dixisti, crepueris orationem. non enim errabunda iam mens ducitur apte cohęrentibus verbis: neq̃ cõtingunt mentẽ ista: sed in ostentationem splendoremq̃ orationis parata multum absunt a veritate. At animi ęgritudo captiosis nequaq̃ sistitur verbis: sed illis acquiescit solum quæ valeant ad mentem vsq̃ penetrare. SO. Coniũgis imprudẽter Axioche: & bonorum priuationi malorum substituis sensum, oblitus q̃ tunc mortuus sis futurus. Eum nanq̃ q bona amittit, contraria lędũt quę patitur mala: at q non est, nihil in ei⁹ quo priuatur locum recipit. Quomodo ergo esse posset vllus in eo dolor, qđ nullã lædentium notitiam exhibebit? Q; si non ab initio Axioche per imprudentiam vnum aliquem sensum cum morte componeres: nequaq̃ metueres eã. Nunc ipse te subuertis: timens amissum iri animã, aliãq̃ animam illius amissioni circundas. Et turbaris q̃ sis sine sensu futurus, hocq̃ ipsum non sentire alio te sensu comprehensurũ putas. Ad hæc multę sunt perpulchręq̃ de animi immortalitate rationes. Neq̃.n. mortalis natura in tã varias res attollere sese posset: vt cõtẽneret ingẽtiũ ferarũ vires: maria trãsmitteret: cõderet vrbes, resp. cõstitueret, respiceret etiã in cælũ, & astrorũ videret reuolutiones: cursusq̃ solis & lunę, ortus itẽ & occasus: defect⁹, celeritatẽ, distãtias, ęqnoctiaq̃, & duplices cõuersiones, Pleiadũ etiã & hyemis atq̃ ęstatis vẽtos, imbriũq̃ casus & horrendos turbinũ raptus: vt comprehensos quoq̃ mundi labores seculis traderet: nisi diuinus quidam mentibus nostris spiritus inesset: quo complexum notitiamq̃ tantarum attingeret rerum. Transis itaq̃ non in mortem Axioche, sed in immortalitatem, non in amissionem bonorũ, sed in synceriorem eorum perceptionem, neq̃ ad voluptates mortali confusas corpori, sed ab omnibus prorsus molestiis purgatas. Illuc enim ex hoc solutus carcere proficisceris: vbi requieta lętaq̃ oĩa, & nulla fathiscẽtia senecta, tranquillamq̃ illic perages vitam, ab omnibus liberam incõmodis, & serena placidã quiete, rerũ contemplãs naturã: atq̃ philosophiæ nõ ad turbã, neq̃ in speciem, sed ad puram germanãq̃ deditus veritatẽ. AXIO. In contrariũ me Socrates hac oratione distulisti. Non eĩ metus iã me, sed desideriũ tenet mortis. Vtq̃ ego rhetores imitatus grandius aliqd dicam, iãdudũ superna mente concipio, & immensum illum diuinumq̃ recenseo cursum, collegiq̃ ex infirmitate me: sumq̃ iterum quasi nouus effectus. SO. Si vis aũt aliam etiã rationem cape quã retulit mihi Gobrias Magus. Is dicebat secundũ Xerxis in grętiam transitum auum suum sibi cognominem missum esse in Delũ quo eam tueretur insulam, in qua bina sunt numina prognata. Ibi illum ex ęneis qbusdam tabulis, quas attulissent, ab Hyperboreis Opis, & Hecaergus, didicisse animam postea q̃ a corpore sit exoluta in ignotum quendã locũ subterraneo discedere recessu, in quo Plutonis sit regia nihilo minor q̃ aula Iouis. Terra eteĩ mũdi mediũ tenente ambitũ eius esse globosum cuius alterum quidem semiorbem dii superi acceperint: inferi alterum, atq̃ hi qdem fratres illorum, hi vero filii fratrum. Vestibula autem qua aditus ad Plutonis est regnũ, ferreis esse claustris atq̃ clauib⁹ offirmata. Aperientem illa fluuius excipit Acherõ: post quẽ Cocytus est. Eos vbi qs traiecerit, ad Minoem & Rhadamãthũ est accedere necesse Vocant hũc campũ veritatis, inq̃ eo iudices sedent recognoscentes eorum qui aduenerint vniuscuiusq̃ vitam, & quaq̃sq̃ ratione corpus inhabitans ætatem peregerit. Nec mentiẽdi illic vlla facultas. Quibuscunq̃ autem in vita melior aspirauerit dæmon, ii sedes incolunt piorum: vbi omnes oræ scatẽt oĩgena fructuũ vbertate, fontes puris labunť aqs, variis prata oĩmoda florib⁹ vernãt, conuentus sunt philosophorũ, theatra poetarũ, exultantiũ coronę, musiciq̃ cõcẽtus. Ad hæc instructa diligenter cõuiuia, & ipsa sese suppeditans affluentia victus. Non enim frigus illis, non ęstus est grauis, sed tẽperatus aer fundiť mitib⁹ solis radiis illustratus. Hic etiã initiatis est dignatio qđã, & religiosa ibidem quoq̃ peragũt sacra. Quomodo ergo nõ hic tibi honor habebiť collegę deorũ? Herculẽ nãq̃ Liberũq̃ patrẽ descẽdẽtes ad inferos priscus est sermo hic initiatos fuisse, & fiduciã quo illuc irẽt ab Eleusinia accepisse. At illi qbus p scelera vita fuerit pacta, p Tartarũ a furiis ad Erebũ chaosq̃ rapiuntur, vbi impiorũ est locus, inexplebilesq̃ Danai filiarũ vrnę, vbi Tãtali sitis, p̃cordia Tityi, Sisyphi inexplicitũ saxum, cuius finis ab alio incipit rursus labore. Ibi circũlãbentib⁹ eos feris, indesinẽter lãpadib⁹ adusti, & oĩm pœnarũ afflicti cruciatu, tormentis laniañ immẽsis. Ista qdẽ ex Gobria ego audiui, tuũ vero de eis erit Axioche iudiciũ. Illud nãq̃ ratione adductus solũ scio constanter, q̃ omnis immortalis est anima q̃cũq̃ ex hoc loco transferť & prorsus expers doloris. Siue sursum ergo Axioche, siue deorsum, beatus sis oportet q p̃be pieq̃ vixisti. AXIO. Pudet me Socrates dicere tibi qddã. Tantũ abest vt timeã mortẽ, vt nũc eius etiã tenear amore, vsqueadeo & hæc mihi, & illa persuasit oratio. Cõtemno etiã vitã, vt q sim in melius domiciliũ transiturus, nũcq̃ paulatim ea q̃ dicta sunt ipse mecũ recensebo. Tu vero meridie fac adsis mihi Socrates. SO. Faciam vt dixisti. Ego quoq̃ ad Cynosarges vnde huc vocatus sum, redeo ad deambulationem.

fabulosa sunt hæc et poetica

FINIS

DIALOGVS PLATONIS QVI ALCYON INSCRIBITVR, AVGVSTINO DATHO SENENSI INTERPRETE.

PERSONAE DIALOGI.

CHAEREPHON. SOCRATES.

CHAERE.



Væ vox insonuit nobis o Socrates procul a littoribus & promontorio illo:q̃ iucunda auditu:quodnam est inquam vocale animal? Nam muta quidem sunt quæ in aquis degunt.SO. Maritima quædam ales o Chærephon cui Alcyon nomen est:luctuosa admodum,& perq̃ flebilis.de qua vetus iam pridem hominibus fabula proditur.Etenim ferunt hanc aliquando mulierem Aeoli Græci filiam, quem a puella virum acceperat:studii atq; amoris gratia,lugere mortuum Thrachyniũ Ceyca Luciferi Astri pulchri atq; honesti patris pulchrum quoq;,atq; honestum filium. Mox vero diuino quodam numine pennis circunfusam volucris instar maria circundare:atq; illum perquirere.Cæterum terram omnem peragrans,inuenire haudquaq̃ poterat.CHAE.Nunquidnam Alcyon est,quod ait?Neq; ego vnq̃ antehac vocem audieram.At mihi quidem externa quæpiam contingit. Lugubrem.f.perq̃ vere vocem profundit animal.Cuiusmodi quæso & hoc est o Socrates?SO.Non magnum Chærephon.at magnum ob coniugalem pietatem a diis accepit honorem.Siquidem in nidulatiõe istarum auium & Alcyonum, quas appellant,dies mundus agit per mediam quoq; hyemem tranquillitatis differentis, e quibus est & hodierna præsens nunc in primis. Nonne cernis summa ac superiora maris : q̃ serenissima ?Pacatum autem ac tranquillum omne pelagus,simile deniq;(vt ita dixerim)speculi? CHAE. Recte dicis.videtur nãq; hodierna Alcyonis dies.sed & hesterna quoq; talis quępiã fuit.Sed per deos quæso nunqd opus est iis fidem adhibere,quę initio habita sunt o Socrates,vt vel ex auibus mulieres aliqñ effectæ sint,vel ex mulieribus aues?Nullo enim pacto tale quippiam videtur fieri posse.SO. O amice Chærephon videmur nos quidem & eorum quæ fieri possunt, & eorum quoq;, quæ effici nequeant tardi,atq; obtusiores quidam esse iudices.Nam iudicamus nos plane pro humanæ facultatis viribus quæ & rerum ignara,ac rudis est,& difficile adducitur vt credat, sed & nequaq̃ perspicaciter intuetur.Itaq; compluria nobis & de iis quæ facilia sunt,difficilia:& quæ cõsequi possunt,impossibilia sæpe videtur.Atq; id quidem nõnunq̃ per imperitiam,sępenumero vero ob quandam mẽtium ipsarum infantiam.Omnis nãq; homo infans vtiq; videtur esse,vel vltima senectute prouectus. Quandoquidem pusillum admodum,ac nouellum vitæ tempus ad præsens ęuum.Quid est igitur o bone vir,qđ ex eiusmodi rebus,possibiles ne,an impossibiles sint,dicere quippiam possint ii quos deorum diuinarumq; rerum latent potestates,quibusve totius naturæ vis incognita est?Meministi o Chærephon quãta nudiustertius tempestas extiterit.Nam vel cogitantem quidem tum fulgura illa, ac tonitrua: tum ventorum incredibiles,atq; immensas magnitudines,cogitantem inquã pauor incessit. vereret̃ forsitan quispiam vniuersam iamiam ruituram mundi fabricam.Porro vero admirabilis q̃dam tranquillitatis constitutio exorta est,quæ ipsa & hactenus perdurauit. Vtrum igitur maius, ac difficili⁹ arbitraris esse,eam ne serenitatẽ ex illo vehementissimo turbine,ac perturbatione traducere,trãsferreq; in tranquillitatẽ mundum omnem,an potius mulieris formã trãsfiguratam in au[?] cuiuspiam speciẽ cõuertere?Etẽ & pueri nostri quoq; huiusmodi aliquid fingere,ac formare sciẽtes, limũ cęrã ve cum ceperint,facillime ex eodem tumore varias multiplicesq; transfigurant formarum naturas. Diuino autem numini,quicum ne minima quidem ex parte nostrę facultates conferri debent,perfacilia forte fortuna hęc sunt omnia.Tum mundũ oẽm quãto teipso maiorem putas esse?Dices ne tu? CHAE.Quis hominum o Socrates huiusmodi quicq̃ vel cogitatione complecti,vel oratione consequi valeat?Neq; enim id dicẽdo quisq̃ assequatur.SO. Itaq; iam cernimus homines, si forte inuicem conferant̃,permultum differre inter sese,pstareq; alterum alteri, tum viribus,tum etiam imbecillitatibus.Etẽ matura hoĩm ętas collata ad pueros penitus infantes,quinq; puta decemve dies natos,q̃ magnũ q̃so,q̃q; admirabile discrimen habet & infirmitatis,& roboris:cum in om̃ibus fere vitę actionibus,atq; artium studiis,tum in iis quoq; omnibus,q̃cunq; aut corpore administrantur,aut animo geruntur?Hęc nãq;,id quod pauloante dixi,teneriorib⁹ pueris ne in mentem quidem videntur venire posse. Ac roboris quidem magnitudo eius,qui perfecta ætate sit,quantam, q̃ve immensam atq; inæstimabilem præ illis præstantiã habet?Myriadas enim talium vir vnus p[?]multas manu complectatur,& quidem facile.Aetas nãq; ab ipso initio imperita prorsus rerum omnium: & quæ moliri

Auis

nihil possit, hominibus natura cõtingit. Cum igitur homo homini (vt videtur) tantum intersit: qd censebimus vniuersum videri cælum præ nostris facultatibus, iis qui talia hæc cognitione assequantur! Credibile itaq; fortassis plerisq; videbitur: eiusmodi habet mundi magnitudo præstantiã ad Socratis & Chærephontis formam: eiusmodi & suam ipsius potestatem, & prudẽtiam, ac deniq; cognitionem irrationabilem eam quæ in nobis inest antecellere facultatem. Proinde multa & tibi, & mihi, sed & aliis: qui perinde ac nos sunt: impossibilia videntur ex iis quæ aliis forsitan perfacilia sunt. Quandoquidem & tibia vti iis, qui tibicines non fuerint, & legere, ac scribere Grãmaticę artis ignaris impossibilius est: vt qui illa ignorant: q̃ aut mulieres constituere ex auibus: aut ex mulieribus aues. Ac natura quidem cũ informe ferme animal compararet, & pedis, & manuum, & pennarum expers: pedes subiiciẽs atq; adhibẽs pẽnas, sed & varietate quadã multiplicũ, variorũq; colorũ exornans apẽ effinxit, sapientem diuini effectricem mellis. Quinetiam ex mutis ouis atq; inanimis compluria genera constituit animalium: tum volucrium, atq; terrestrium: tum etiam aquatilium, ætheris magni (vt nonnulli tradunt) sacris vtens artibus. Quãobrem immortalium potestates: quæ profecto q̃ maximę sunt: mortales nos, ac pusilli, & qui nec magna, nec etiam parua percipere valeamus: pleraq; etiã addubitemus eorum, q̃ circa nosipsos versantur: haud firmum quicq̃ vel de Alcyonibus: vel de philomelis tradere possimus. Cæterum gloriã fabularum qualis a patribus prodita est, talẽ & pueris meis o ales questuũ, ac luctuum (debeo enim) præbuero de tuis laudibus. Tuum vero pium: ac studiosum viri amorem concinam crebro vxoribus meis Xantippe, ac Myrrhæ, referens cũ alia multa, tum in primis, quem a diis honorem cõsecuta es. Tu quoq; o Chærephon huiusmodi aliquid feceris. CHAE. Decet igitur plane o Socrates, & quæ abs te dicta sunt, duplicem vt habeãt persuasionem, ad mulierum inquã consuetudinem, ac virorum. Iam igitur Alcyoni salutatione facta regredi ad vrbem ex Phalerico tempus. SO. Sane quidem: igitur sic faciamus.

FINIS.

MARSILII ARGVMENTVM IN HIPPARCHVM.




ROPOSITVM Platonis in Hipparcho est docere nos oẽs homines bonum appetere,cũ & illi q ꝓpter auaritiam aberrare videnť,bonum appetant.Illi si quidem lucri cupidi sunt,lucrũ vtile est,vtile vero bonum:bonum itaq; cu-piunt.Etenĩ lucrũ damno cõtrarium.Damnum vero cum obsit,malũ: malo igiť contrarium.Contrarium malo,bonum:lucrum ergo bonum. Quãobrẽ cum illi etiam,qui ab appetitu boni declinare videnť, bonum cupiant,nihil iam repugnat quo minus oẽs homines bonũ appetant. Bonum aũt duplex. Vnũ finis.Ad finem alterũ.Illud ꝓpter seipsum, hoc propter aliud expeten-dum.Illius appetitio voluntas,huius electio.Illud venerandum,hoc vtile.Il lo fruimur,hoc vtimur.Illius adeptio beatitudo,huius lucrum vocatur.Lu crum igitur est boni vtilis acquisitio,qđ ad venerandi boni consecutionẽ cõducere potest. Qđ vero ad hoc non confert,nec ipsum vtile est,nec eius adeptio lucrũ.Laudanda igitur lucri cupiditas,quæ omnibus natura inest. Vituperanda autem opinio falsa,quę dum qđ reuera vtile & lucrum est, igno rat,appetitum naturę ad aduersa retorquet.Hæc omnia Plato latenter docet, dum Socrates defini-tiones falsas,quas Hipparchus de lucricupiditate refert,& inducendo & ratiocinãdo refellit.Vtitur tamen Plato hac ꝓpositione, Oẽs homines bonũ appetunt,tanq̃ manifesta,ad concludẽdũ ꝙ omnes natura lucrũ appetunt,ꝙꝙ hęc appetitio naturalis laudanda est.Hæc autem est conclusio quã modo quodã directo Socrates tribus argumentãdi modis infert.i.exemplo, inductione,ratiocinatione.Sed modo quodã cõuerso ex omni hac disputatione per argumentationẽ a minori colligimus ꝓpositio-nem illã maxime confirmatã,Omnes.s.homines bonum appetunt.quæ huius libri finis vltimus est, cum primus finis sit ostendere omnes lucricupidos esse,neq; id esse vituperandum.

Colligiť definitiõ lucri.

Lucri cu-piditas oĩbus natu-ra inest.

HIPPARCHVS, VEL DE LVCRICVPIDITATE, VEL STVDIO LVCRANDI.

SOCRATES. HIPPARCHVS. SO.



VIDNAM LVCRICVPIDITAS EST? ET QVI SVNT lucricupidi?HIP.Mihi qdẽ videnť q lucrandũ putant ex rebus nulla existimatione dignis. SO.Videnť ne tibi scire, ꝙ nullius precii sint,an ignorare?ꝙ si ignorare, amẽtes lucricupidos vo-cas?HIP.At nõ amẽtes appello,sed callidos atq; iprobos,& vi-ctos a lucro,cognoscẽtes nullius ꝑcii esse,ex quibus lucrari au dent,& tamen audent lucrari p impudẽtiã.SO.Num huiusce-modi lucricupidũ vocas?veluti si agricola plãtãs cognoscensq; nullius precii plantã esse,dignũ tamẽ putet ex ea lucrari,talem ne ipsum nuncupas?HIP. Vndecunq; o Socrates lucricupidus quęrendũ cẽset.SO.Ne adeo temere verba effundas,veluti ali-cui ꝓpter acceptã iniuriam infensus, sed ad me potius attẽdẽs responde,ac si a principio rursus interrogarem. Confiteris lu-cricupidum cognoscere quanti sit,vnde lucrari dignum putat?HIP.Confiteor.SO.Quis peritus est circa plantarum dignitatem,qua in regione ac tempore plantare dignum sit,vt aliquid & nos sapiẽ tum verborum quibus elegantes causidici vtunť,in mediũ afferamus? HIP. Agricolã arbitror. SO. Num dignum lucro vocas aliud q̃ lucrandum esse existimare?HIP.Idipsum.SO.Ne me coneris de-cipere virũ iam seniorem,cũ adeo iuuenis sis,respondens quemadmodum nunc quę ipse minime pu tas,sed responde q̃ verissime potes.An censes agricultorẽ quẽpiam cognoscentẽ arborem quę nullo modo plãtatione digna sit,putare ex ipsa se lucraturum?HIP.Non p Iouẽ.SO.Equestrẽ præterea vi rũ intelligẽtẽ nullius precii pabulũ se equo ꝑbere,ignorare cẽses ꝙ equum perdit?HIP.Nequaq̃.SO. Non igiť putat se ab huiusmodi pabulis lucraturũ. HIP.Minime. SO.Gubernatorẽ vero q̃ temone & velis nullius extimationis nauẽ muniuerit,ignorare cẽses ꝙ damno afficieť & periculum incurret, ne ipse simul & nauis & quęcũq; in naui sunt,perdanť?HIP.Nõ certe.SO.Haud igiť putat se ex eius modi instrumẽtis nullius precii lucraturũ.HIP.Minime. SO.Itẽ belli dux cernẽs exercitũ vilibus ar mis cõfisum,sperat ne ac dignũ putat ex iis lucrũ aliqđ assequi?HIP.Nullũ.SO.Eodẽ modo tibicẽ ti biam,& citharista citharã,& arcifer arcũ,& vt breui complectar,quicũq; artifex,aut alius quisq; vir peritus organa,ac reliquũ apparatũ nullius ꝑcii habeat,putat ne ex iis aliquãdo se lucraturũ? HIP. Nõ vt apparet.SO.Quos itaq; lucricupidos nũcupas?neq; enĩ eos quos supra retulimus,qui ex reb[9] nulla ratiõe dignis rentur oportere lucrari.HIP.At hoc modo o mirifice vir,quo ipse loqueris,nul-

Prima fal sa defini-tio lucri cupidita-tis.

Cõfutatio ab iductio ne.

Secũda definitio falsa lucricupidi. Cõfutatio a rõnibus.

lus hominũ lucricupidus esset. Sed ego eos lucricupidos esse intelligo, qui ꝓpter inexplebilẽ auiditatẽ minima quęq꞉ at ꝑ vilia, & nullius ꝓcii mirũ in modũ sitiũt, & in iis etiã lucrum quęrũt. SO. Non tamẽ o vir optime discernũt ista nullius esse ꝓcii. Iã eñ nosipsos in hoc ꝗa esset impossibile, rationibus redarguimus. HIP. Mihi sane videẗ. SO. Si nõ cognoscũt, ignorãt igiẗ: opinanẗ tñ ꝙ nullius ꝓcii sunt, multifaciẽda esse. HIP. Apparet. SO. Lucricupidi nõne lucrũ cupiũt? HIP. Profecto. SO. Lucrum vero damno cõtrariũ? HIP. Est. SO. Est ne bonũ alicui damno affici? HIP. Nemini. SO. Malũ autem? HIP. Prorsus. SO. Lędunẗ itaq꞉ a damno hoĩes? HIP. Lędunẗ. SO. Malũ igiẗ damnum? HIP. Malũ. SO. Cõtrariũ dãno lucrũ? HIP. Cõtrariũ. SO. Bonũ ne igiẗ lucrũ? HIP. Certe. SO. Bonũ igiẗ amãtes lucri cupidos nũcupas? HIP. Videẗ. SO. Nõ insanos qdẽ o amice lucricupidos dicis. Sed tu ipse vtrũ amas qđ bonũ est, an nõ amas? HIP. Amo eqdẽ. SO. An est bonũ qcq̃ qđ nõ affectes, sed malũ? HIP. Nõ ꝑ Iouẽ. SO. At forsitan oĩa bona affectas. HIP. Oĩa. SO. Interroga insup & me vtrũ & ipse, bona eqdẽ amare me cõfitebor: sed ꝑter me ac te, nõne reliq̃ hoĩes omẽs amant bona, mala oderũt? HIP. Videnẗ. SO. Lucrũ aũt nõne bonũ esse cõfessi sumꝰ? HIP. Nẽpe. SO. Om̃es igiẗ lucricupidi videnẗ hoc modo: quo vero prius diximus, nullus lucricupidus esset. Vtra igiẗ istarũ rationũ aliqs vtẽs non aberrarit? HIP.

Tertia definitio falsa lucricupidi. Cõfutatio a rõnibus.

Siqs o Socrates recte lucricupidũ definiat, cũ vt puto lucricupidũ arbitrabiẗ, ꝙ studet iis, & decens existimat in iis lucrũ q̃rere, ex qbus boni viri lucrari nunq̃ auderẽt. SO. At nõ tenes qđ paulo ante inter nos cõuenit, lucrari scilicet esse vtilitate affici? HIP. Quid tũ? SO. Q꞉ etiã in hoc cõsensimus, oẽs semp bonũ velle? HIP. Cõfessi sumus. SO. Nõne & boni viri om̃e lucrũ expetẽt, si qdẽ huiusmodi om̃e bonũ est? HIP. Nõ tamẽ ea lucra qbus lędi possint. SO. Lędi vocas damnum pati, an aliud quippiam? HIP. Nil aliud q̃ pati damnũ. SO. A lucro ne damno afficiunẗ hoĩes, an a dãno potiꝰ? HIP. Ab vtrisq꞉ etem̃ a dãno, & a turpi lucro dãno afficiunẗ. SO. Nũ tibi videẗ aliqđ vtile ac bonũ turpe existere? HIP. Minime. SO. Nõne paulo ante cõcessimus lucrũ damno malo existẽti, cõtrariũ esse? HIP. Fateor. SO. Et cũ sit malo cõtrariũ, esse bonũ? HIP. Cõcessimus. SO. Ergo vt vides me conaris decipere, de industria cõtraria iis afferẽs, ꝙ supra cõfessi sumus. HIP. Nõ ꝑ Iouẽ o Socrates: sed ecõtra tu me decipis, ac nescio quõ in disputãdo rẽ sursum deorsumq꞉ cõuertis. SO. Bona verba q̃so. Neq꞉ eñ recte facerẽ, nisi viro bono & sapiẽti parerẽ. HIP. Cuinã? aut qđ hoc tandẽ? SO. Conciui meo & tuo Hipparcho Pisistrati Philędonici filio, ꝙ filiorũ Pisistrati & maior natu erat & sapiẽtior, ꝙ & alia multa pręclara opera sapientię edidit, & Homeri libros primus in hanc vrbẽ inuexit, coegitq꞉ poetas cantores carminũ apud Atheniẽses referre ꝑ ordinẽ, qđ etiã his tẽporibus obseruãt. Et Anacreonta Teiũ missa naui quinquaginta remorũ in hãc vrbẽ accersiuit. Simonidẽ ꝑterea Chium apud se semp habuit, amplis eũ muneribus ornans. Hęc aũt agebat oĩa ciues suos instruere volẽs, vt illis q̃optime viuentibus imperaret, ratus minime oportere, alicui sapientiã inuidere, qp̃pe ꝙ honestus ac bonus existeret.

Laudatur Hipparchus Pisistrati vt remittaẗ acies disputãdi.

Cũ vero ciues abũde eruditi essent, atq꞉ eiꝰ sapiẽtiã admirarenẗ, cõuertit animũ ad agricolas & peregrinos erudiẽdos, atq꞉ ideo colũnas siue quadratos lapides in singulis vrbis triuiis erexit. Ex ea post modũ sapiẽtia quã partim didicerat, ptim ipse inuenerat, eliciẽs potiora, elegis inclusit carminibꝰ, & instituta sapiẽtię ĩscripsit, adeo vt ciues haud ampliꝰ admirarenẗ egregia illa epigrãmata Delphica, Cognosce teipm, Nihil nimis, & reliqua huiuscemodi, sed Hipparchi ꝑcepta veluti sapiẽtiora venerarenẗ. Deinde hac atq꞉ illac ꝑtereũtes, ac legẽdo illiꝰ sapiẽtiã degustãtes, ex agris & syluis ad reliqua doctrinę instituta ꝓgebãt. Erãt aũt epigrãmata duo in qbusdã ad sinistrã cuiusq꞉ colũnę, quę inscribebaẗ Mercuriꝰ loquẽs, quęve in medio vrbis ac populi extabat. In qbusdã vero ad dexterã, Monumẽtũ hoc Hipparchi, Per ordinẽ ꝓge iusta cogitãs. Itẽ & alia carmina plura atq꞉ ꝑclara in cæteris colũnis intueri licebat. Sed in via Stiriaca inscriptũ id erat. Monumentũ hoc Hipparchi, Ne amicũ decipias.

Columna vocata Mercuriꝰ loquens. Præcepta q̃dã Hipparchi.

Quãobrem ego te mihi amicũ fallere nunq̃ auderẽ, & illi tãto viro repugnare. Quo vita functo tres annos sub fratre illiꝰ Hippia tyrãnide pressi Atheniẽses fuerũt. Ipse vero ab omnibus seniores acceꝑisti solũ id triẽniũ in hac vrbe tyrãnidẽ viguisse: reliqs aũt tẽporibus, eodẽ pene modo quo Saturno regnãte Atheniẽses vixerũt. Tradiẗ aũt ab elegãtioribꝰ viris, mortis eiꝰ causam extitisse nõ eam quę vulgo ferẗ, sororis .s. Canephorię cõtẽptũ, nã id credere absurdũ est. Sed Harmodiũ amatũ eruditũq꞉ ab Aristogitone fuisse tradũt, magnũ quiddã futurũ ex hac educatione sperãte. fore nãq꞉ Hipparchũ aduersariũ arbitrabaẗ. Interim contigisse vt Harmodius nobilẽ quẽdã cuius nomẽ non satis teneo, amaret, ꝙ primũ Harmodiũ & Aristogitonẽ, veluti sapiẽtes admirabaẗ. Verũ deinde familiaris factus Hipparcho cõtẽnere illos cœpit, quo illi indignati Hipparchũ interemerũt. HIP. Videris ergo o Socrates vel amicũ me nõ putare: vel si putas amicũ, Hipparcho minime credere. Ego .n. quõ me nõ decipias differẽdo ꝑsuaderi abs te nequeo. SO. Atqui volo tibi ꝑinde ac si talis luderem, retractare qcqđ ex superioribꝰ libet, ne te deceptũ existimes. Vis ne illud immutari qđ diximus, oẽs hoĩes bona appetere? HIP. Nolo. SO. Quid vero illud, q꞉ damnũ, ac damno affici, malum esse concessimus? HIP. Neq꞉ id mutari volo. SO. Sed quid illud, q꞉ lucrum atq꞉ lucrari, & ipsi damno, & ei quod est da-

Repetitur disputatio sed cõstructiua.

mnũ pati, contraria sunt? HIP. Neq; istud quidẽ. SO. At illud forsitan, ꝙ lucrari vtpote malo contrarium, bonũ est. HIP. Neq; id retractes. SO. Videt igit tibi vt apparet, aliquod lucrũ bonum esse, aliquod vero malũ? HIP. Mihi vero. SO. Retracto itaq; tibi hoc. Esto em̃ lucrũ aliud bonũ, malũ aliud, nihilo tamẽ magis hoc q̃ illud lucrũ est, nõne? HIP. Quid interrogas? SO. Dicã, cibus & bonus est & malus. HIP. Est. SO. Est ne magis cibus alter altero, an similiter cibi sunt ambo, neq; inquãtum cibus vnus ab altero differt, sed inquãtũ vnus quidem bonus, alter vero malus? HIP. Est vt dicis. SO. Non ne & pot⁹ & reliqua oĩa, quęcũq; in specie eadẽ existẽtia talia sunt vt partim bona, partim mala sint, nihil inter se differunt secundũ id quo eadẽ sunt, queadmodũ homo qdem vnus bonus, malus alius? HIP. Sic est. SO. Cęterũ neuter illorũ, vt arbitror, magis aut minus homo est q̃ alius, neq; bonus malo, neq; bono malus. HIP. Vera dicis. SO. Nõne de lucro similiter iudicabimus? ꝙ pariter lucrũ tã bonum q̃ malum sit? HIP. Necesse est. SO. Nil igit magis lucrat q bonũ lucrũ assequit, q̃ qui malũ, neq; istorũ aliqd maius lucrũ apparet, vt iam cõuenit. HIP. Profecto. SO. Neutro hic aut magis aut minus adest? HIP. Neutro. SO. Tali aũt re, cui neutrũ horũ cõpetit, quomõ qs magis vel minus aliqd aut ageret, aut etiã pateret? HIP. Impossibile. SO. Postq̃ lucra & vtilia sunt similiter ambo, hoc deinceps animaduertendũ restat, ꝓpter qd vtraq; ipsa lucrũ appellas, quidnã idẽ in vtrisq; aspicis. veluti si ipse modo me rogauisses, quare cibũ seu bonũ, siue malũ similiter cibum appellem, respõdissem vtiq;: qm̃ vterq; sicca est corporis esca, ideo vtrũq; cibũ nomino. qđ qdem & tu nobis cõcederes, nonne? HIP. Fateor. SO. Et circa potũ eadẽ rursus respõdẽdi ratio esset, ꝙ humido corporis alimẽto, seu bonum siue malũ sit, id nomẽ potus imponit, & in aliis eodẽ modo. Enitere itaq; me sic respõdentẽ imitari. quidnã idẽ in lucro bono & malo cernis, ꝓpter cuius pręsentiã vtrũq; lucrũ nominas? Q; si tibi desit qđ mihi respõdeas, me dicẽte attẽde. Nũ lucrũ appellas oẽm possessionẽ quã qs acquisiuerit, vel nihil expẽdẽs, vel expẽdẽs parũ cũ plus accipiat? HIP. Id lucrũ vocare mihi videor. SO. An huiusmodi dicis, ceu siqs nihil expendẽs abũde epulatus sit, & ex epulis morbũ acqsiuerit? HIP. Nõ per Iouẽ. SO. At bonã valetudinẽ ex epulis adept⁹, lucrũ ne an damnũ nãcisceret? HIP. Lucrũ. SO. Nõ est igit lucrũ, quodlibet acqrere. HIP. Non certe. SO. Nũquid ita se habet, vt nõ lucret q qđuis assequit, siue bonũ seu malũ? HIP. Apparet. SO. Neq; in damnũ incurrat, q in quoduis incurrit, siue bonũ seu malũ? HIP. Mihi quidẽ videt. SO. Cernis ergo ꝙ circa idẽ reuolueris? Lucrũ em̃ bonũ, damnũ vero malũ apparet. HIP. Ignoro qd dicã. SO. Et iure qdem. Sed p̃terea hoc mihi respõde. Siqs minus expendens plus acceperit, lucrari hũc diceres? HIP. Nõ malũ dico, verũ si auri vel argẽti minus erogãs, plus accipiat. SO. Enimuero hoc insup interrogabo, si qs dimidiã auri librã erogãs, duplũ reportaret argẽtũ, lucrũ ne, an damnũ esset? HIP. Damnũ ꝓfecto o Socrates: nam ꝓ duodecuplo p̃cio, duplũ solũmodo recipit. SO. Verũtamen plus accepit. An nõ plus est duplũ dimidio? HIP. Nõ eiusdẽ dignitatis ac precii est argentũ cuius est aurũ. SO. Ergo oportet hoc lucro adiicere, æstimationẽ. s. ac preciũ. Nũc vtiq; argentũ plus existẽs q̃ aurũ, haud ęque ęstimãdũ ac p̃ciosum dicis: & aurũ minus existẽs, preciosum quoq; ac dignũ. HIP. Et maxime, sic em̃ se res habet. SO. Ipsa ergo ęstimatio dignitasq; lucrũ cõtinet, siue parua res siue magna sit. Indignũ vero ęstimatione sine lucro est? HIP. Profecto. SO. Ipsum p̃ciosum ac dignũ, vocas ne aliter dignũ q̃ adeptione dignũ? HIP. Adeptiõe. SO. Dignũ aũt adeptione vtile an inutile? HIP. Vtile. SO. Vtile nonne bonum? HIP. Est. SO. O vir omniũ fortissime, nonne iam tertio & quarto cõclusum a nobis est lucrũ bonũ esse? HIP. Videt. SO. Memoria tenes vñ sermo hic incidit? HIP. Arbitror. SO. At si min⁹ ipse memineris, ego in memoriã reducã. Ex eo em̃ ꝙ dubitabas ne boni viri lucra q̃libet acceptare nolint, sed ex lucris bona dũtaxat, mala vero nequaq̃. HIP. Hinc sane. SO. Nõne lucra oĩa esse bona, seu magna siue pua sint, ratio nos fateri coegit? HIP. Coegit certe o Socrates me magis q̃ psuasit, sed forsitã deinceps psuadebit. SO. Nunc tñ siue psuasus fueris, seu quõcũq; aliter sis affect⁹, cõsentis nobiscũ lucra oĩa & ampla & exigua bona esse? HIP. Cõsentio. SO. Et bonos viros oẽs bona oĩa velle fateris? nec ne? HIP. Fateor. SO. Malos aũt dicebas oĩa lucra tã exigua q̃ magna cupere. Nõne igit secũdũ sermonẽ tuũ vniuersi hoĩes & boni pariter atq; mali lucri cupidi essent? HIP. Videt. SO. Nõ recte igit vituperabit quispiã lucricupidos, cũ ipse quoq; lucricupidus sit.

Fit diuisio vt ex diuisis colligat definitionẽ lucri.

Ratio cibi est siccitas Rõ potus est humiditas. In lucri rõ ne iest possessio acqsita. Itẽ inest acqsitio bona.

Hinc vide singula auri põdo tũ valuisse duodena põdo argẽti. Itẽ ĩ lucro inest æstimatio.

Itẽ ĩ lucro inest bonũ esse.

Concludit oẽs hoĩes lucri cupidos esse.

HIPPARCHI FINIS.

Argumentum Marsilii in Librum Platonis de Philosophia, seu Amatores.

SVmma huius dialogi est, quid sit & quale officiũ philosophi definire. Est aũt philosophi officium, diuina nosse, gubernare humana: in illo cõtẽplatiua philosophia, in hoc actiua cõprehendit. Philosophus itaq; primo diuinã, id est absolutã ipsius boni naturã p sapientiã contemplat. Deinde ad id bonũ velut ad finẽ humanas operationes dirigẽs, humana gubernat. Hęc aũt gubernatio duo reqrit. Primũ, vt qd humana natura sit, & quo pacto ducat ad bonum, a malo remoueat, cognoscat. qđ qdẽ p prudentiã philosophus agit. Alterũ, vt sic instituat hominũ & affectus & actus, sic temperet atq;

cohibeat,vt ad bonũ qđ sapiẽtia ipsa inuenerat,& ad qđ prudẽtia deinde direxerat,facile tendãt. Id vero p morales virtutes efficit,quas oẽs vno iustitię noĩe Plato cõplectit. Atq; ex iis duobus humanorũ gubernatio cõstat.Eiusdẽ aũt est scire recte vnũ hoĩem,familiã,ac rẽpublicã gubernare. Quam obrẽ q moralis est,idẽ dñs ciuilis,rex idoneus esset.Ex qb⁹ cõcludit in ipso philosophãtis officio hęc oĩa cõtineri,sapientiã,prudẽtiã,iustitiã,moralẽ,domesticã,ciuilẽ,ac regiã disciplinã.Per sapiẽtiã diuina cognoscit,p prudẽtiã iustitiãq; humana gubernat,dũ rẽ suã,rẽ familiarẽ,rẽpub.administrat.Eiusmodi est phi ipsius officiũ,qđ Plato in libris de republica latius explicat,in hoc significat breui⁹.Ac primo duas aliorũ opiniones circa phi officiũ cõfutat. Prima videt vel Solonis fuisse vel similis alicui⁹ dicẽtis id esse q̃plurima discere, secũda Hippię sophistę volẽtis philosophiã artiũ oĩm peritiam esse.His deniq; cõfutatis,sentẽtiã quã pdiximus,breuiter innuit.Socrates ergo fingit hæc in scholis Dionysii,q grãmaticę elemẽta Platoni tradidit, aduersus discipulos duos Dionysii disputasse:deinde quæ in scholis tractauerat,in corona familiariũ suorũ a principio recensere.

Que cõtineãt i philosophantis officio

PLATONIS DIALOGVS DE PHILOSOPHIA, VEL AMATORES.

SO.

Occasio dialogi, q̃ vnũ est ex cõsentaneis ipsi dialogo,& si interdũ pter mittatur.



DIONYSII Grãmatici ludũ ingressus iuuenes quosdã vidi honestã prę se ferentes indolẽ,claris ortos parẽtibus,cũq; iis vna eorũ etiã familiares. Aderant aũt duo qdã adolescẽtuli inuicẽ cõtendentes,quę vero esset illorũ quęstio haud satis aduerterã. Verũtamen de Anaxagora vel Oenopide disceptare videbant,circulos describẽtes,& inflexiones quasdã summo quodam studio manibus imitantes.Ego aũt alterius illorũ amicũ iuxta quẽ sedebã, cubito tãgẽs,interrogaui cur ita cõtẽderẽt adolescẽtes,& nũ magnũ quiddã esset & pulchrũ,in quo tantũ studiũ ponerẽt. Tũ ille,qd inqt magnũ & pulchrũ?Nugant eñ isti de iis quę sublimia sunt, & philosophantes garriunt.Huius ego respõsum admiratus,o adolescẽs inquã an turpe tibi philosophari videt?curve tam acerbe respondes? Alter vero,iuxta eũ assidebat æmulus quidã istius,cũ & me interrogantẽ,& respondentẽ illũ audisset, nõ expedit tibi Socrates inqt,interrogare hũc an turpe existimet esse philosophiã,nec ne.Nõne intellexisti ipsum in tumiditate quadã & saturitate atq; somnolẽtia vniuersam ętatẽ egisse, vt credas aliud quicq̃ eũ tibi respõsurũ, q̃ q turpe sit philosophia?Erat aũt iste in musica eruditus,alter aũt quẽ carpebat in gymnastica.Videbaturq; mihi oportere aliũ quẽ prius interrogauerã, missum facere,qm haud sane in disputando, sed in agẽdo potius seipsum demõstrabat expertũ.Interrogandũ aũt cẽsui illũ,q sapiẽtiorẽ se ostẽdebat,vt siquo modo possem ab eo vtilitatẽ aliquã reportarẽ.Dixi igit ad eũ,in cõmuni me q̃stionẽ pposuisse.Si aũt tu putas meli⁹ isto te respõsurũ,illud idẽ te nũc interrogo,vtrũ videat tibi philosophari pulchrũ esse an secus?Hęc fere dicẽtes nos audierũt adolescẽtes,atq; omissa ea quę inter ipsos erat cõtẽtione,ad ea q̃ disserebam⁹ audiẽda,seipsos silẽtio parauerũt.Respõdit aũt ille mihi,& valde qdẽ ambitiose.Siquãdo o Socrates philosophari turpe esse ducerẽ, neq; me hoĩem putarẽ,neq; quẽuis aliũ sic affectũ.Innuẽs aũt in æmulũ dicebat hęc ea voce,vt amici exaudire possent.Hic ego,pulchrũ igit tibi philosophari videt?& maxime qdẽ inqt ille.Quid ergo ĩquã, nũ videt tibi fieri posse, vt noscat qs turpe ne aliqd sit an pulchrũ,nisi a principio qd ipsum sit nouerit?Nõ. Nosti igit inquã q est aliqd philosophari?Noui eqdẽ.Quid est?Quid aliud q̃ secũdũ dicta Solonis?Dicebat eñ Solo, senesco semp plurima discẽs.Et mihi qdẽ videt semp sic oportere aliqd discere eũ hominẽ,q philosophus futur⁹ sit,siue iunior,siue senior sit,vt in vita q̃plurima discat. Atq; is primo visus est mihi aliqd dixisse.Deinde mecũ reputãs,interrogaui,an sibi philosophia polymathia,id est multa discere videret.Et ille omino inqt.Existimas pulchrũ aliqd solũ esse philosophiã vel etiã bonũ?Et bonũ quoq;. Vtrũ in philosophia id ppriũ inspicis,an etiã in aliis eodem pacto iudicas, vt verbi gratia,studium gymnasticę,nõ modo pulchrũ esse,sed etiã bonũ?Tũc ille & valde ironice duo diuersa ptulit.Aduersus hũc inqt,dicat,q neutrũ sit.Aduersus aũt te o Socrates & pulchrũ & bonũ simul esse confiteor. Ergo in gymnasiis multũ laborẽ existimas esse gymnasticę studiũ?Et maxime qdẽ inqt ille, queãdmodũ in philosophãdo multa discere,pliam puto.Atq; ego,credis ne gymnasticę studiosos aliqd aliud appetere,q̃ vt eorũ corpora bene se habeãt?Idipsum inqt.Nũ multi labores bonã corporis habitudinẽ efficiunt?Quonã pacto inqt ille ex paucis laboribus robustũ corpus fieri possit?At deinceps mihi visus est gymnastic⁹ ille puocãdus eẽ,vt mihi ex peritia gymnasticę auxiliũ ferret. Illũ deinde pcõtat⁹ sum.Quid aũt tu taces o vir optime hęc isto loquẽte?Nũ & tibi vident hoĩes ex multis laborib⁹,an temperatis robur acqrere? Equidem o Socrates asserere ausim ex moderatis corpus bene sese habere. Vnde inquã?Nõ virũ vigilantẽ dico & esurientẽ,& insuetã spinã habẽtẽ,& curis extenuatum.Et cũ hęc dixisset,delectati adolescẽtes arriserũt.Alter autem ille erubuit. Tũc ego,qd tu igit?concedis ne nec paruos,neq; magnos labores habitudinẽ bonã corporis efficere, sed moderatos?an repugnas cũ

Ordo quęstionũ analyticarum, nõ scietur quale, nisi sciat quid sit:neq; qd sit, si ignoret,an sit.

Pria definitio philosophiæ ex Solone

Cõfutatio de ratione aliorũ studiorum.

duo ſimus in diſputatione concordes? Libenter quidem inquit huic repugnarẽ, atq; aduerſus eũ valerem, id qđ ꝓpoſui, defendere, etiã ſi cauſam haberem minus validam. Nullius enim ꝓrecii eſt. Verum tecũ nihil decet pter opinionẽ contendere, ſed cõfiteor nõ multas, immo temperatas exercitationes bonũ corporis habitũ hominibus præſtare. Cibi aũt inquã multi, an moderati? Et cibi aĩt. Præterea compuli eum, vt concederet reliqua omnia quę circa corpus verſantur, temperata quidẽ ĩn prodeſſe ꝗplurimum, pauca vero vel nimia nunꝗ. Et ille moderata iuuare confeſſus eſt. At quę ad animã ſpectant, cum moderata adhibentur, conducunt? an potius immoderata? Moderata. Diſciplinæ autem nonne ex iis ſunt, quæ animę adhibentur & conferunt? Conſenſit. Ex diſciplinis itaq; quæ temperatę ſunt, non quę multæ, vtilitatem afferunt? Conceſſit. Quem ergo interrogare merito cõueniret quales ſint labores atq; cibi moderati ad corpus? In hoc tres vna conuenimus, medicum videlicet, vel pedotriuam. i. exercitationis magiſtrũ interrogandũ. Quem vero de ſpargendis ſeminibus, quot moderata ſint? Agricultorem confeſſi ſumus. At vero de ſemente & plantatione diſciplinarum in anima, quẽnam merito ꝑcontabimur, quales vel quantę temperatę ſint? Verum deinceps cum ambiguitatis pleni eſſemus, ego iocans inquã, vultis ne poſtꝗ nos in hoc ambigui ſumus, ab iis adoleſcentibus id quęramus? An forſitan erubeſcimus, quẽadmodum procos inducit Homerus nolentes alium quempiam pręter ſe arcum intendere? Sed cum orationem meã grauiter ferre viderent, alia quadam via id inueſtigare aggreſſus inquã. Qualia eſſe debere coniiciemus quæ oportet philoſophum diſcere, cum neq; omnia neq; multa ſequi debeat? Suſcipiens vero ſermonẽ ſapientior ille ait, pulcherrimas atq; maxime congruas animo diſciplinas eſſe, ex quibus maximã quis gloriã in philoſophia conſequitꝰ. maximã vero gloriam adipiſcetꝰ ſi ſingularum artium peritus eſſe videatur: ſi minus omnium, plurimarum ſaltem, earũq; ꝓſertim quæ ęſtimatione ſunt dignę, ea præ cęteris diſcens, quę liberos homines decent, quęve intelligentiæ ratione, nõ manuũ miniſterio perficiuntꝰ. Tũ ego: ſic inquã dicis, quẽadmodum in fabrica contingit? in qua fabrum quidem miniſtrum vel ad ſummũ quinq; aut ſex minis emeres, architectũ vero neq; drachmarũ decem milibus. nam ꝑ omnem Gręciam rari admodum reperiuntur. nunquid tale aliquid ais? Ille me audiens idipſum ſe dicere cõfeſſus eſt. Eum mox interrogabam vtrum poſſibile eſſet, duas eundẽ dũtaxat artes hoc pacto, nedum permultas magnaſq; percipere. Ne ita me dicere putes o Socrates quaſi philoſophantẽ oporteat ſingulas artes ad ſummũ proſequi, quẽadmodum artifices, verũ vt liberũ virum eruditũq; decet, vt potis ſit percipere quæ a quocunq; artifice ꝓferuntꝰ, præ cæteris omnibus qui præſentes ſint, & ipſe præterea ita mẽte coniectare, vt ſemper ipſe elegãtiſſimus ac ſapientiſſimus ꝓſentium omnium in his, quæ in vnaquaq; arte & dicuntꝰ & fiunt, appareat. Atq; ego, adhuc enim quorſum tenderet, ambigebã: intelligo ne inquã qualem dicis eſſe virum philoſophũ? Videris eñ mihi talem dicere, quales in certamine ſunt pentathli. i. periti quinq; certaminũ erga curſores, vel peltaſtas. i. clypeatos iaculatores. Etenim illi a curſoribus vel peltaſtis in eorum certaminibus ſuperantur, atq; ſecundum ordinem obtinent, reliquorum vero athletarum primi atq; victores. Tale aliquid forte dicebas philoſophiæ ſtudiũ præſtare philoſophis vt ab iis qui in quauis arte ſupremi ſunt, in eadem arte intelligentia ſuperentꝰ, dumq; ſecũdum locũ tenent, ſequẽtes reliquos antecedant, vt philoſophus in ſingulis facultatibus ſecundæ ſortis exiſtat. Eiuſcemodi mihi videris philoſophantem virum oſtendere. Recte inquit o Socrates accepiſſe videris quæ de philoſopho dicta fuerũt, cum eum pentathlo comparaueris. Eſt enim ꝓculdubio talis, vt nulli negotio ſeruire penitus velit, neq; in aliqua re vſq; ad ſummum elaborare, ne ꝓpter vnius exactam diligentiam in aliis omnibus facultatibus quẽadmodum artifices omnino deficiat; ſed omnia mediocriter temperateq; attingat. Poſt hanc illius reſponſionem cupiens planius noſſe quid diceret, interrogaui, bonos viros vtiles ne an inutiles eſſe arbitraretur? Vtiles inquit o Socrates. Nonne ſi boni vtiles, mali inutiles erunt? Cõſenſit. Quid autem philoſophos viros vtiles vel inutiles putas? Ad hæc ille maxime omnium vtiles eſſe philoſophos aſſeuerauit. Age igitur dignoſcamus ſi tu quidem vera dicis, quomodo vtiles nobis ſunt iſti ſecũdæ ſortis homines. Manifeſtum eñ eſt ꝙ ſingulis artẽ habẽtibꝰ inferior eſt philoſophus. Annuit. Age inquã ſi vel tu vel ex amicis aliquis tibi chariſſimus ęgrotaret, vtrũ ad curam valetudinis philoſophum illum ſecundariũ induceres, an medicũ? Vtrũq;. Ne mihi dicas vtrũq;. Sed vtrũ potius? Nullus inquit ambigeret, quin medicum & magis & prius. Quid aũt in naui fluctibus agitata, vtrum te & tua gubernatori, an philoſopho cõmitteres? Gubernatori equidem. Et in reliquis oĩbus, donec artifex aliquis adſit, philoſophus erit inutilis? Apparet inquit. Philoſophus igitur nunc nobis inutilis eſt, cũ artifices adſint. Confeſſi vero ſumus bonos quidem vtiles eſſe, malos inutiles. Coactus eſt deniq; confiteri. Quid ergo poſt hæc abs te petam? An forſitan inhumanũ eſt, vltra perquirere? Quicquid lubet inquit. Nihil aliud peto niſi vt iterum concedantur iam dicta, habent autem ſe in hunc modum. Confeſſi ſumus philoſophiam bonum eſſe, & extare philoſophos, atq; ipſos philoſophos bonos, bonos autem vtiles, malos contra inutiles. Deinde

παιδοτρίβης

Secunda philoſophię diffinitio.

Declaratio eiꝰ diffinitionis.

Architecti rari admodum.

πένταθλοι.

πελταστάς

Cõfutatiõ ex iõnibꝰ.

cõcessimus, donec artifices adsunt, philosophos inutiles esse, & artifices adesse semp. Nonne concessa hæc sunt? Sũt. Confitemur igit vt videtur secundũ tuam orationem, si quidem philosophari est esse scientẽ in artib⁹ eo pacto quo ipse dixisti, malos ipsos esse & inutiles, q̃diu inter homines artes sint. Verũ nõ sic se habẽt o amice. Neq; philosophari est circa artes studiose versari, nec multis negotiis incumbere, neq; multa perdiscere, sed aliud quiddã. siquidẽ existimarem & absurdum hoc esse, & mechanicos appellari eos, qui artibus incumbũt. Hoc autem modo planius intelligemus an vera dicam si hoc mihi respondeas. Qui equos recte domare sciunt? vtrũ qui illos meliores reddunt, an alii? Qui meliores. Quid aũt canes, num qui illos meliores reddere, iidem & recte illos coercere sciunt? Omnino. Eadẽ ergo ars & illos meliores reddit, & recte coercet? Eadem. Quid aũt? vtrum quæ & meliores facit, & recte coercet, eadem cognoscit bonos & malos, an alia? Eadem inquit. Voles igitur inquã idẽ de hominibus confiteri, quæ optimos reddit homines, eandem esse quæ & recte cohibet, & qui boni sint, quive mali, cognoscit? Prorsus, inquit. Nonne quæcunq; vnum, eadem & multos: & quæ multos vnum? Ita. Et in equis præterea cæterisq; omnibus eodẽ modo? Eodem modo. Quænam scientia est, quæ intẽperantes & legum transgressores in ciuitate recte punit? nõne iudiciaria? Prorsus. An vocas iustitiam aliam quandã prẹter istam? Non aliam. Nonne qua scientia recte castigant & puniunt, eadẽ bonos ac malos dignoscũt? Eadẽ. Quicunq; vero vnum norit, plures quoq; cognoscet? Cognoscet. At qui multos ignorat, ignorabit & vnum? Consensit. Si ergo equus existẽs, bonos ac malos equos ignoret, seipsum etiã qualis est, ignorabit? Cõcessit. Et si bos cum sit, haud nouerit qui sint boni aut mali boues, sese etiã qualis ipse sit ignorare eum necesse est? Ita est, inquit. Eodem quoq; modo si canis fuerit? Confessus est. Nũc vero cum homo quis existens ignoret bonos homines & malos, nonne suiipsius etiã ignarus erit, bonus ne sit an malus? Adnuit. Seipsum ignorare, sapere est, vel desipere? Desipere. Seipsum itaq; nosse, sapere est? Cõfiteor, inquit. Hoc igit vt videt & inscriptio quæ in Delphis est, præcipit, Prudẽtiam. s. & iustitiam colere. Apparet. Hac eadẽ & recte cohibere scimus. Adnuit. Qua ergo recte cohibere scimus, ea vtrq; iustitia est. Qua vero & nos ipsos & alios dignoscere possumus, prudentia. Videtur. Eadem igitur est iustitia atq; prudẽtia. Apparet. Quinetiã ciuitates tũc optime gubernantur, cum iniusti dãt pœnas. Vera narras. Atq; hẹc ciuilis scientia est. Est, inquit. Quid vero quotiẽs vir vnus recte ciuitatem instituit, nomen illi conueniens nõne tyrannus & rex? Adnuit. Nõne tyrannica aut regia arte gubernat? Immo. Hẹ itaq; facultates eędem ac superiores sunt. Videtur. Quid vero cum vir vnus domũ recte disponit, qđ huic nomẽ maxime congruit? nõne œconomus ac dominus? Cõuenit. Vtrũ & iste iustitia bene regit familiam, an alia facultate? Iustitia. Idem est igitur vt apparet rex, tyrãnus, ciuilis, œconomus, dominus, prudẽs, iustus. Atq; vna quoq; ars est, regia, tyrãnica, ciuilis, dominica, œconomica, iustitia, atq; prudẽtia. Videt. Quid itaq; philosopho viro, quotiens medicus de ægrotãtibus quicq̃ dixerit, turpe est non posse dicta illius assequi, neq; ex seipso aliquid coniectare, & quãdocũq; alius quisq̃ aliorũ artificũ? Eodem pacto. Cũ aũt iudex aut alius qs eorũ quos paulo ante retulimus, non absurdũ in iis nec assequi dicta, neq; p seipsum coniicere? Quid ni esset absurdũ o Socrates in tantis rebus nihil habere qđ cõsulat? Vtrum igit inquã & circa hæc philosophũ vt pentathlũ esse oportere dicimus, & secundas possidentẽ partes inutilem esse, donec aliqs ex superioribus adsit, vel primũ quidẽ ipsum oportere domũ suam nulli administrandam prẹbere, neq; secũdas in hoc partes tenere, sed ex seipso omnia castigate, iuste diiudicantẽ, si quidẽ eius familia recte administrari debeat? Assentiebatur ille mihi. Atq; ego addidi. Si etiã sibi amicus aliquis vitẹ suẹ rationẽ, aut ciuitas aliquid discernẽdum aut iudicandum cõmittat, esset ne turpe illi o amice secundum in iis esse, aut tertiũ, neq; ducẽ existere? Ita mihi videt. Absit igit o vir optime vt philosophari sit plurima discere, artesq; tractare. Cum ista dixissem, sapiens quidẽ ille ex antedictis rubore affectus tacuit. Indoctus aũt affirmauit sic esse, & cæteri omnes dicta laudarunt.

Verã philosophiæ definitionẽ ex iductione a rõne colligit. Quæ est hæc. Philosophia est q̃ quisq̃ se & alios boni ne an mali sint cognoscit. Pulchrę rationes ab eodẽ & diuerso, & cõtrario sumptæ. Declaratio inscriptionis in Delphis, Prudentiã & iustitiã colas.

FINIS LIBRI DE PHILOSOPHIA.

Argumentum Marsilii in Librum qui Theages inscribitur, vel de Sapientia.



DIstinguit in hoc dialogo Sapiẽtia, & vltimũ distinctionis mẽbrũ sic inuestigandum assumit, vt quo pacto acqrat ab hominibus, pateat. Prima partitione Sapiẽtia duplex dicit. Vna absoluta, conditionalis altera. Absoluta, quæ simpliciter absq; additione aliqua sapiẽtia nominatur. Conditionalis, quẹ non simpliciter sapientia, sed sapientia quædam dicta est. Illa sic definitur. Cognitio earum rerum de quibus haberi scientia potest. Habetur aũt sciẽtia de iis quẹ semp eadem, & eodem modo sunt. huiusmodi sunt, summa rerũ principia, & ẹternæ rerum omnium rationes: hæc autem diuina dicuntur, quo fit vt sapientia sit diuinarum rerum scientia: quæ quidem absoluta sapiẽtia est. Conditionalis vero omnibus artibus & facultatibus est communis. Nam summitas cuiusq; artis sapientia quædam vocatur, vt sapientia gubernatoria, sapientia aurigaria, sapientia militaris.

Ex omnibus aũt quę cũ additione sapientię nũcupatur, præcipua est, quę cęteris vt ministris vtitur, cuiusmodi ciuilis sapientia est. Quę quidẽ facultas cõmune ciuitatis & gentiũ bonũ coniectans, definitur. Hæc tum ciuilis tum etiã regia disciplina vocatur. Cuius subiectum ciuitas est. finis cõmune bonum. ministrę artes oẽs. Officia duo, leges condere, & conditas exequi. Illud per prudentiã nomotheticam, hoc per iustitiã legalẽ & iudiciariam agit. Verũ quo pacto quis ciuilem sapientiã nanciscatur, in plurimis eius disputationib⁹ Plato dubitat: & in pręsenti Theage vtrũ ciuiles homines, an sophistę, an cõtẽplatiui dũtaxat philosophi eã doceãt. Qꝫ a ciuilibus viris, aut sophistis, aut soli cõtẽplationi deditis discatur, in Menone & hic quodãmodo negat, ꝙ illi ne filios quidẽ suos vnq̃ docuerint, ꝙ isti rationẽ boni non habeant, ꝙ hi rerum humanarum experti minime sint. Restat igitur, vt hęc aut a philosophis & cõtẽplandi & agendi apprime peritis percipiatur, aut diuina sorte contingat. Illi nusq̃ reperiunt. Vnde in Menone & in Theage diuino munere fieri asserit, vt in animos ciuium temperatos dei prouidentia boni ipsius intelligentiã & leges ad id ducentes infundat. Quã sane notionẽ hic ciuilẽ sapiẽtiam, in Menone pro priori vocabulo vaticiniũ quoddã nominat, ciuilesq; viros furẽtibus cõparat. Sæpe etiã ait nunq̃ a malis genus hominũ cessaturũ, nisi aut legitimi philosophi dominent, aut ii qui gubernant rempu. diuina quadã sorte philosophentur. Hoc aũt libro cum Socrates in sua mẽbra sapientiã distinxisset, & hanc ciuilem sapientiã sub quadã ironiæ specie, nec a ciuilibus viris, nec a sophistis, nec a se vt a philosopho cõtẽplationi dedito Theagẽ adipisci posse dixisset, subiũxit tẽtandã esse vim dęmonis, & deniq; voluntatẽ dei precibus exorandã, quasi illinc ista discant, & dei prouidẽtia ꝑ medios spiritus, sępe hominibus agendorũ oracula pandat. Eos aũt ministros, qui dei iussu bonorũ ciuium & legitimorũ principum mentes ad bene gubernandũ illuminant Dionysius Areopagita Principatus nominat. Esset hic fortasse de Dęmone Socratis disputandũ, sed argumenti breuitas ꝓhibet. Quinetiã Maximus Tyrius, & Hermias, & Apuleius de hoc abũde disseruerunt. Inducit autẽ hic tres Plato personas, Demodocum ciuem Atheniensem vna cum filio suo Theage sapientiã affectante, & Socratem. Incipit vero a Demodoci petitione dialogus.

THEAGES, VEL DE SAPIENTIA.
DEMODOCVS. SOCRATES. THEAGES.

DE.



NDIGEBAM O Socrates quædã priuatim tecum communicare, si quidem otium adsit: vel si sit negotium, neq; id magnum, velim tamẽ mea causa te otium agere. SO. Equidem otiosus sum, sed tui causa maxime. Si ergo quid dicere vis licet. DE. Vis ergo secedamus huc in proximum Iouis liberatoris porticũ? SO. Vt lubet. DE. Eamus ergo o Socrates. Oẽs quidẽ plantę eodẽ se modo habere vident, & quæ quidem ex terra oriuntur, & animalia omnia, & homines ipsi. Enimuero in plãtis facillimũ hoc est nobis q terrã colimus, pręparare quidẽ omnia anteq̃ plantemus, & ipsam etiam plantationẽ: postq̃ vero qđ plantatũ est viuit, tũc cultus ipsius varius est, & difficilis, eodẽq; modo & de hominibus videt. Ex meis enim rebus ad alia coniecturam facio. Etenim hæc mihi mei filii siue plantatio, seu filii generatio appellanda sit, omniũ facillima extitit: educatio aũt difficilis, & semper in timore, maximũ metũ sui causa subeunti. Et alia quidem multa de hoc dici possent, præcipue vero cupiditas quæ huic nunc inest, vehemẽter me sollicitat. Est enim nõ ingenerosa, verum talis, vt fallere possit. Cupit enim hic o Socrates vt ipse ait, sapiens effici. Et vt mihi videtur, populares quidam eius ęquales in vrbẽ veniẽtes suis sermonibus hũc vehementer incitauerũt, quos hic ęmulari cœpit, & mihi iãpridẽ molestus est, fas esse putans me illius curã suscipere, ac pecuniã sophistę alicui, q ipsum sapientem reddat, prębere. Mihi aũt pecuniarũ minor est cura: verũ hunc existimo ob hoc eius studium in periculũ non mediocre incurrere. Hactenus igitur huic obstiti, cõsolans: sed postq̃ vlterius nequeo, operæpreciũ fore duco vt sibi obtẽperẽ, ne sine me frequenter cũ aliis viuens corrũpatur. Nũc aũt ad hoc ꝓficiscor, vt eum apud aliquẽ sophistarum sistã. Tu igitur peropportune nobis obuiam factus es, quem quidẽ hac in re mihi cõsultorẽ maxime cupiebam. Itaq; siquid habes quod mihi in iis quæ audisti cõsulere queas, licet & expedit.

Occasio dialogi est oratio Demodoci. in quo dialogo vt nomẽ habet sapientię, ita mõstratur per alia studia quę non est, ita vt nõ q̃ sit sed q̃ non sit declaret

SO. Cęterum o Demodoce consiliũ res sacra dicitur: quod si vnq̃ vllũ aliud, hoc est in primis de quo quęris. Nõ. n. est diuinius aliqd de quo homo cõsulere queat, q̃ de eruditiõe sui atq; suorũ. Primũ igitur ego & tu cõueniamus, qdnã putemus hoc esse de quo cõsultam⁹, ne sępenumero ego quidẽ aliud illud existimẽ, tu itẽ aliud, ac deinde lõge dissentiamus, ridiculi quidẽ existẽtes ambo, & ego q do, & tu q postulas cõsiliũ, cũ in nullo inuicẽ cõsenserimus. DE. Recte qdẽ mihi dicere videris o Socrates. Itaq; faciendũ censeo. SO. Atqui recte qdẽ ex parte, non tamen omnino dicebã recte. nam paulisper id muto. dubito eñ ne forte hic adolescẽtulus alia q̃dã q̃ quę nos rebamur, cupiat. ꝙ si alia, nos quoq;

Prouerb. Quid ꝑuenire oporteat eos q de re cõsultare velint

absurdiores essemus de alio cõsultantes. Rectissimũ igitur mihi videt, vt initiũ hinc sumẽtes, ipsum quid cupiat interrogemus. DEM. Apparet id qđ dicis optimũ esse. SO. Dic igit mihi, qđ pulchrũ nomen est puero? quo nomine ipsum vocabimus? DE. Theages o Socrates. SO. Pulchrũ o Demodoce filio nomẽ imposuisti. Sed tu dic mihi Theages, cupis ne sapiens esse? ac dignũ existimas esse, vt pater hic tuus virũ inueniat, q te sua consuetudine sapientẽ reddat? THE. Cupio. SO. Sapientes aũt vtrũ vocas hoĩes scientiã habẽtes, quęcũq; illa sint quæ scierint, nec ne? THE. Sciẽtes equidẽ. SO. Quid igitur, nõne te pater edocuit quę hic nobiliũ virorũ filii docent? scilicet literas, citharam pulsare, palęstrã, & alia certamina? THE. Docuit. SO. Putas preterea te aliqua scientia indigere, de qua curã suscipere tui causa patrem deceat? THE. Puto. SO. Quę est igit ipsa? dic nobis, vt tibi gratificemur. THE. Nouit & hic o Socrates, qm̃ persępe illi enarraui, sed de industria hęc nunc tecũ loquit quasi nesciat quę cupiã: hoc eñ modo & in aliis multis mecũ pugnat, neq; vult alicui me tradere. SO. Atq; quæ hactenus aduersus hũc abs te dicta sunt, testibus carẽt: nunc aũt me adhibe testẽ, atq; corã me denuo recẽse. Quænã est hæc sapiẽtia quã appetis? Age si cuperes eã qua hoĩes nauigia gubernant, & ego te rogarẽ, quanã o Theages sapiẽtia indigẽs, patri succẽses q te apud aliquos a qb[9] sapiẽs reddaris, sistere nolit, quãnã ipsam esse respõderes? nõne gubernatoriã? THE. Certe. SO. Sin autẽ illius cuperes eruditum te fieri, qua currus regunt, ac patri succẽseres, ego vero interrogarẽ, quęnã esset hęc sapiẽtia, nõne aurigariã respõderes? THE. Vtiq;. SO. Quã igit nũc cupis? Vtrũ illã quidẽ nosti, nomẽ autem ignoras? vel nomẽ etiã eius habes? THE. Et nomẽ equidẽ. SO. Dic ergo qd est. THE. Qđ aliud nomẽ huic cõgruere qs diceret o Socrates, nisi sapientiã? SO. Nõne etiã aurigaria, sapiẽtia est? An ignorantia tibi videtur? THE. Nullo modo. SO. An non sapientia? THE. Sapientia. SO. Qua ad qd vtimur? num qua scimus equorum iuga regere? THE. Profecto. SO. At gubernatoria nonne & ipsa sapientia est? THE. Mihi qdem videt. SO. Nũ & ea est, qua naues gubernamus? THE. Ea vtiq;. SO. Ea vero quã nũc optas, quęnã sapiẽtia est? quidve illa scimus administrare? THE. Mihi qdẽ videt ea qua scim[9] hominibus imperare. SO. Nũ qua ęgrotãtibus? THE. Minime. SO. Ipsa eñ medicina est, nõne? THE. Est. SO. At qua canẽtibus scimus in choris p̃cipere? THE. Nequaq̃. SO. Musica eñ est. THE. Ita. SO. Sed vtrũ illa qua certantibus p̃cipere nouimus? THE. Nequaq̃. SO. Gymnastica eñ est. THE. Est. SO. Verũ qua qd faciẽtibus, conare exprimere, queadmodũ in superiorib[9] ipse narraui. THE. Mihi plane videt ea, qua illis q sunt in ciuitate, p̃cipit. SO. Nõne in ciuitate ęgroti etiã sunt? THE. Sũt qdẽ, sed nõ istis solũ dico, verũ oĩb[9] q in ciuitate versant. SO. Intelligo quã artẽ dicis. Videris eñ nõ eã qua præesse nouimus metẽtibus, aut vindemiãtibus, aut plãtantibus, aut serẽtibus, aut triturãtibus. ipsa eñ p quã iis imperamus, agricultura est. THE. Est. SO. Neq; rursus qua secãtib[9], vel pforantibus, vel polientibus, vel torno aliqd faciẽtibus: nã hęc ad fabros ptinet. THE. Certe. SO. Verũ fortasse qua iis vniuersis, & agricolis, & fabris, & artificibus oĩb[9], ac priuatis cũctis mulieribusq; & viris imperitamus, eã tu sapiẽtiã dicis. THE. Istã ipsam o Socrates iãpridẽ dicere volebã. SO. Potes ne dicere an Aegisthus q Agamẽnonẽ apud Argos interfecit, his oĩb[9] imperauit quos dixisti, artificib[9], priuatis, viris, mulieribusq; vniuersis, vel aliis qbusdã? THE. Nõ aliis, sed iis oĩb[9]. SO. Quid aũt Peleus Aeaci filius in Phthia, nõne iisdẽ dominatus est? THE. Eisdẽ. SO. Periandũ vero Cypsei nonne audisti apud Corinthios imperasse? THE. Equidẽ. SO. Nõne eisdẽ in eius ciuitate dominatus est? THE. Certe. SO. Quid vero Archelaũ Perdicę nup in Macedonia imperãtẽ, nũ iisdẽ existimas dominatũ? THE. Equidẽ. SO. Hippiã aũt Pisistrati in hac vrbe dominãtẽ, qbusnã pfuisse arbitraris? nõne iisdẽ? THE. Quid ni? SO. Bacis vero, & Sibylla, & Hemedapus Amphilytus, quonã pacto tibi cognominãdi viderẽtur? THE. Nõ alio q̃ varũ noĩe. SO. Recte dicis, eodẽ modo conare vt inuenias quo cognomine Hippiã & Periãdrũ pp̃ter eũdẽ principatũ nomines. THE. Cur aliter q̃ tyrãnos? SO. Ergo qcũq; cupit more istorũ vniuersis suis ciuib[9] iperare, dñationẽ tyrãnicã appetit, seq; tyrannũ fieri? THE. Ita videt. SO. Hãc tu optas? THE. Videt ex iis quæ dixi. SO. O scelestẽ nobis ne more tyrãni p̃esse cupis? Ac iãdudũ succẽses patri, q te ad aliquẽ tyrãnidis p̃ceptorẽ nõ miserit? Et te Demodoce nõne pudet, cũ olim noueris qd hic cõcupiscat? Et si habuisses quo ipm̃ mitteres, eũ artificẽ illi[9] sapiẽtię quã appetit effecisses? Deĩde iuides ipsi, nec vis mittere, sed nũc vides. Cũ vero te corã me accusauerit, cõsultemus simul ego ac tu. Est quo ipm̃ mittam[9], vt pp̃ter alicui[9] cõsuetudinẽ sapiẽs tyrãn[9] efficiat. DEM. Per Iouẽ o Socrates cõsulrem[9]. Est. n. vt mihi videt cõsilio opus, & maximo. SO. Sine bone vir, iterogem[9] ipm̃ pri[9]. DE. Interroga. SO. Quid si Euripide ad aliqd vtamur o Theages? Inqt. n. ille, Sapiẽtes tyrãni sapiẽtũ cõsuetudie. Si qs ab Euripide peteret, q̃ in re sapiẽtũ cõsuetudie ais sapiẽtes eẽ tyrãnos? quẽadmodũ si cũ dixisset, sapiẽtes agricolę sapiẽtũ cõsuetudine, pcõraremur, i quo sapiẽtũ, qd putas ipm dicturũ? an aliđ q̃ i re rustica? THE. Nihil aliđ. SO. Eodẽq; mõ si dixisset, sapiẽtes coci sapiẽtũ cõsuetudie, nosq; iterrogarem[9], qnã i re sapiẽtũ, qd aliđ rñderet, q̃ i coquaria? THE. Idipm̃. SO. Quid si dixisset sapiẽtes certatores sapiẽtũ cõsuetudie, & nos i quo sapiẽtũ iterrogarem[9], nõne i certãdo rñderet?

Pulchra noĩa iponẽda pueris.

Hic concedit sapientia cõditionalis quæ multifariã habetur. Et si sapiẽtię nomen habeat illa q̃ pp̃rie & simpliciter est sapiẽtia ab iis q̃ nõ pp̃rie sunt sequestrata, mõstrat.

Quib[9] p̃sit agricultura.

THE.Immo.SO.Postq̃ aũt dixit,Sapiẽtes tyrãni sapientũ consuetudine,si interrogaremus illũ,qua in re o Euripides sapientũ,quid eum responsurũ putas?THE.Per Iouem nescio.SO.Vis tibi dicam? THE.Vt lubet.SO.Hęc sunt q̃ ait Anacreo ipsam Callicratẽ nosse.Audisti carmen? THE.Audiui. SO.Quid igitur?huiusmodi ne viri cõsuetudinẽ cupis,qui particeps esset eiusdẽ artis,cuius & Callicrates Cyane nata,sciretq́ tyrannica quę Callicratẽ nouisse poeta inquit,vt nobis & ciuitati tyrannus efficiaris?THE.Iãdudum me mordes Socrates atq́ irrides.SO.Quãobrem?nõne ais hanc te sapientiã optare,qua cunctis imperes ciuibus?Atqui hæc faciens,aliud ne q̃ tyrãnus esses?THE.Optarẽ equidem omniũ hominũ vel q̃plurimorũ tyrannide potiri,qđ idẽ de te ac cęteris oĩbus arbitror, vel potius Deus esse.Verũtamẽ nõ hoc appetere dicebã.SO.Quid tandẽ est hoc qđ cupis? nõne ciuibus pręesse?THE.Non vi quidẽ,neq́ vt tyrãni,sed volentib⁹,queẽadmodum alii in ciuitate rationis cõpotes hoĩes.SO.Dicis ergo qualis Themistocles fuit,& Pericles,& Cimo,& quicũq́ alii in administratione reipublicę floruerunt?THE.Per Iouẽ istos inquã.SO.Quid vero si nobilem effici equestrem expeteres,& in ea arte sapientẽ,ad quosnã vt hoc assequereris, accederes p̃terq̃ ad equestres? THE.Ad nullos alios.SO.Quippe ad hos ipsos qui equestri arte pollerent,& qui equis tum nostratibus,tum alienis q̃plurimis vterent̃.THE.Scilicet.SO.Eodemq́ modo si sapienter iaculandi artem adipisci cuperes,ad eos qui optime iaculentur,& qui multis tam alienis q̃ p̃priis vtuntur spiculis p̃ficiscereris.THE.Mihi q̃dem videtur.SO.Age itaq́ postq̃ in ciuilibus erudiri vis,ad alios, vt in iis sapiens fias,accedendum putas,q̃ ad hos ciuiles homines,qui disciplina ciuili summopere valent,& vtunt̃ ea,tũ patria,tũ aliarũ ciuitatũ & gręcarũ & barbararũ?An putas ab aliis sapientiam consequi eorũ,quę isti soli cognorunt?THE.Audiui Socrates sermones quosdã,quos tuos asserũt,ciuiliũ virorum filios nihilo meliores q̃ cerdonũ esse.Et mea q̃dem sentẽtia vera dicis.Insipiens ergo essem,si mihi persuaderẽ aliquẽ istorũ mihi suã sapiẽtiã traditurum,qui filios q̃dem suos minime iuuent,putarẽq́ posse me vlla in re circa hæc cuiq̃ prodesse.SO.Quomodo te optime hominũ verteres,si cum tibi filius esset,hęc tibi negotia pręberet,& ostenderet cupere in optimũ pictorẽ euadere,tibi aũt succenseret q̃ nullam in eo pecuniam horũ gratia cõsumere velles,huius vero rei artifices pictores paruipenderet,neq́ ab eis aliq̃d vellet discere,vel tibicinas tibicen effici volens,vel etiã citharœdos, haberes ad q̃d eo vtereris,vel quo alio illum mitteres,nolẽtẽ ab iis discere?THE.Minime p̃ Iouẽ. SO. Nunc igitur eadẽ hęc aduersus tuum patrẽ faciẽs,miraris ne atq́ succẽses,si dubitat ad quid te vtatur,& quo te mittat,postq̃ Atheniensium in administranda republica p̃stãtissimorũ cuicunq́ voles cõmendaturi sumus,qui tecum sine precio versetur,& simul neq́ argẽtum eroges, & multo magis vulgo honoreris,q̃ si aliis congrediaris?THE.Quid igitur Socrates nõne tu ex bonis viris es?Si me susceperis,sat habeo,neq́ alium quęrã.SO.Quid hoc dicis?DEMO.Non male dicit o Socrates, neq́ mihi quicq̃ hoc iocundius vtiliusq́ vt arbitror esse posset,q̃ si huic tua cõsuetudo placeret,& tu cũ eo versari velles:& p̃fecto pudore impedior dicere q̃ vehemẽter affectem. Itaq́ ambos vos rogatos velim,& te vt velis hunc suscipere,& te ne alium q̃ Socratẽ quęras,meq́ maximis curis & formidine plenis obsecro liberetis,q̃m nunc vehemẽter timeo,ne hic cuiuspiam alterius consuetudinẽ quęrat, a quo deinde perdat̃.THE.Ne vlteri⁹ mihi timeas mi pater si huic p̃suadere potes vt me suscipiat. DEMO.Recte loqueris,& aduersus te o Socrates oĩs posthac sermo erit.Ego enĩ vt breuissime loquar, me simul ac mea omnia vel charissima quocũq́ indigeas tibi libẽtissime trado,si hũc Theagẽ susceperis,eiq́ quoad poteris,benefeceris.SO.Equidem o Demodoce studium hoc tuum non admiror,si quidem existimas maxime a me hũc iuuari posse.Non enim noui cui rei maiorem diligẽtiam quisquis mentem habet adhibere debeat,q̃ vt filiũ optimũ reddat.Sed vnde tibi hoc ita visum est, me videlicet tuũ filiũ meliorẽ posse ciuẽ reddere q̃ teipsum?Atq́ vnde hic sibi persuasit posse magis a me q̃ abs te ad hanc rem iuuari?Id enim vehemẽter admiror:tu enim primum me senior es,deinde multis ac maximis apud Atheniẽses functus es magistratibus , neq́ alius magis q̃ tu a popularibus Anagyrasiis ac reliq̃s ciuibus honorat̃.In me aũt horũ aliq̃d neuter vestrũ videt.Verũ si ciuilium virorum consuetudines Theages iste cõtẽnit,aliosq́ quęrit qui adolescẽtes instruere profitent̃,est hic Prodicus Chius,& Gorgias Leontinus,& Polus Agrigẽtinus,aliiq́ p̃multi,q̃ adeo sapientes sunt,vt vrbes adeuntes nobilissimos & ditissimos iuuenes ad seipsos alliciant,q̃bus licet quorũcũq́ ciuium volunt,grata familiaritate vti,q̃bus p̃suadent priori relicta cousuetudine,cũ ipsis cõgredi,magnũ argẽti p̃cium afferẽtes,& gratiã insup maximã habẽtes.Ex iis ergo decebat te ac filiũ tuũ aliquẽ eligere,me vero ad id elegisse nõ cõuenit.Nullã.n.ex istis beatis & pulchris disciplinis p̃fiteor,veli tñ mihi illas adesse.Verũ semp nihil scire me dico pręter exiguã quãdã amãdi disciplinã.hac vtiq́ disciplina apud quẽlibet vehemẽtior,tũ superiorib⁹,tũ etiã p̃sentib⁹ viris esse videor.THE.Vides ne pater Socratẽ hunc nõ multũ familiaritatẽ meam recipere?Nam quãtũ ad me attinet,paratus sum,modo ipse velit.sed hęc oĩa ille ioco aduersus nos dicit. Noui enĩ meorum æqualiũ & aliquanto seniorũ

Kaιgδos latine dr̃ lucrum Vnde cerdones dicti sunt lucriones sunt autẽ artifices sordidi et qui artes illiberales quæst⁹ gratia exercẽt quales sunt sutores ueterũ calceorum

Nulli rei maior diligẽtia adhibẽda q̃ filio.

Munus sophistarũ. Cũ naso laudatis sophistis indicat vt i eis sapiẽtia nõ sit.

nōnullos,qui cū antea nullius essent ęstimationis,postq̄ familiaritate istius vsi sunt , breui omnium supremi illorū euaserūt,quorū infimi prius fuerant.SO.Nosti quale hoc sit o Demodoci fili?THE. Noui per Iouē.ꝙ si volueris,talis fiā,quales illi fuerūt.SO.Non ita o optime,sed hoc te fefellit,quale fit.ego autē tibi dicā.Adest mihi diuina quadā sorte dęmoniū quoddā a prima pueritia me secutum.hoc enim vox est:quę cū fit,semp eius rei quā facturus sum,dissuasionē demonstrat,puocat vero nunq̄.Q; siquis amicorum mecū quādoq; aliqd cōmunicat,extatq; vox,hoc illa dissuadet,neq; facere finit.Cuius qdē rei vobis testes dabo.Charmidē virum bonū Glauconisq; filiū noscitis,hic aliquādo in Nemea stadio se exercitaturus mecū communicabat.Ac statim ipo dicere incipiēte ꝙ se exercitaturus esset,affuit vox,atq; ego ꝓhibui,sibi enarrās quēadmodū dęmonii vox extiterat,ne se exerceret.Tum ille,fortasse,inquit,significat me victorem non euasurū.Ego autē & si victoria non sim potiturus,tñ hoc in tpe me exercens,aliqd proficiā.Atq; ita locutus,certaturus abiit.Operæpreciū igit̃ est ꝑcōtari quid sibi ex hoc certamine cōtigerit.Si aūt vultis Clitomachum Timarchi fratrē interrogare qd sibi Timarchus dixerit,qñ ꝓpemodū moriturus esset ipse simul & Euathlus,stadii qdē excursor qui illum fugientē suscepit,referet vobis qd sibi tūc dixerit.THE.Quidnā?SO.O Clitomache inqt,eqdē q̄primū moriturus venio,qm̄ Socrati obtēperare nolui.Quidve hoc inqt Timarchus ego dicam, quādo surrexit ex cōuiuio Timarchus,& Philemon Philemonidis filius interfecturi Niciā Hiroscamandri:soli enim insidiarū ii conscii fuerāt.Timarchus mihi dixit.Quid ais o Socrates? Vos quidē bibite,me vero oportet alio exire,redibo aūt paulo post, si occasio cōtigerit.Tū mihi adfuit vox.Itaq; ne surgas inquā,solitū mihi a dęmone signū datū afferēs.Quieuit ille.Deinde paulisꝑ cōmoratus ardebat iterū eundi cupiditate,dicēs,eo iam Socrates.Et quia iterum vocem audiui,rursus illū cohibui,donec ille tertio latere me cupiens clanculū,cū ego mentē alio diuertissem , se subripuit.Et sic profectus ea ꝑegit,ex qbus in mortem incidit.Vnde hęc eadē fratri suo dixerat, vt ego nūc vobis,se scilicet moriturū venire ꝙ mihi credere noluisset . Audietis p̄terea ab iis qui in Sicilia sunt,quę de exercitus cōflictu pręd ixerā.Et pręterita quidē ab iis qui illa nouerūt,audire licet.Tētare vero dęmonii signū siquid forte dicat,nunc etiā possumus.In expeditionē nāq; exiit Neonus Cali filius.Mihi aūt signū adfuit,ꝓficiscit̃ vero nūc cū Thrasylo aduersus Ephesum & Ioniam militaturus.Ego autē illum existimo vel interfectū iri,vel in hmōi aliqd incursurū,& de alia negotiatione vehemēter timeo.Hęc oīa tibi ideo dixi,qa potentia hęc huius dęmonii in familiaritates eoꝝ qui mecū versant̃,oīa pōt.Multis em̄ aduersat̃,neq; licet his auxiliū ferri,qui mecū inuito dęmone cōsuetudinē habēt:quare impossibile est mihi cū iis viuere.Multis autē hęrere nō ꝓhibet,sed cōsuetudine nostra nihil oīno iuuant̃.Quib⁹ aūt fauerit in ipsa familiaritate potestas dęmonii,isti sunt de qbus ipse sensisti,breui em̄ ꝓficiūt.Sed eoꝝ partim hoc beneficiū firmū habent atq; durabile,plerīq; vero quoad mecū sunt,mirifice pollēt.At cū a me discesserint,rursus nihilo ab aliis differunt.Hoc quādoq; accidit Aristidi Lysimachi filio.Nā mecū cōmorās,breui multū ꝓfecit:postea vero in militiā ꝓfectus est,rediēs deinde offendit mecū esse Thucydidē Melissi filiū,hic aūt Thucydides pridie mihi aduersarius in sermonib⁹ qbusdā extiterat.Cū me salutasset,& quędā insup allocutus esset Aristides,Thucydidem inquit o Socrates audio gloriari,& in qbusdā tecū etiam concertare,tanq̄ aliqd sit.Est inquā vt dicis.Tum ille,nōne meminit,inqt,anteq̄ tibi adhæreret,tāq̄ mancipiū se fuisse?Non videtur inquā ꝑ deos.At ego inqt ille,ridiculus sum.Quidnā maxime inquā?Quoniā priusq̄ hinc abirem,cum quouis disputare audebā,neq; aliquo videbar in differēdo deterior,adeo vt cœtus p̄stātiū viroꝝ audacter adirem.Nūc aūt contra,fugio quēcūq; eruditū esse intelligo, adeo pudore abducor ob meā inscitiā.Vtrum igit̃ inquam euestigio te reliquit ipsa vis?an paulatim?Paulatim inquit. Quādo vero in te incessit,vtrū accidit tibi aliqd a me discenti,an aliter?Dicā o Socrates rem quidē incredibilē,verā tñ.Nihil vnq̄ a te vt ipse scis,didici,proficiebā aūt quotiescūq; tecū essem,& si in eadē solū domo essem,nō tamen in eadē parte domus,magis tñ quotiens eadē in parte . Et mihi qdē videbar multo magis,quādo in eadē parte existēs,aliqd te dicētē intuebar,q̄ cū alio intuerer.Sed lōge magis proficiebā,cū apud te sedēs,te tangebā.Nūc aūt oīs habitus ille defluxit.Est igit̃ o Theages hmōi nostra cōsuetudo.Si em̄ Deo gratū est,ꝑmultum qdē & breui proficies.sin cōtra,minime. Vide igitur ne tibi tutius sit ab aliquo illorum erudiri,qui ipsi in sua potestate cōtinent vtilitatem qua hominibus prosunt,q̄ a me fortuna quadam id assequi . THE.Mihi quidem sic faciendum Socrates videt̃,vt consuetudine nostra dæmonium id tentemus. Quod si nobis annuerit, recte omnia: sin minus,quid agendum sit inuicem consultabimus,vtrum alteri cuipiam adhęreamus,vel hoc diuinum quod tibi insitum est,precibus & sacrificiis & alio quouis pacto quo vates exponant , placare conemur.DEMO.Nihil ad hæc o Socrates huic adolescenti repugnes,bene enim dicit Theages. SO.Atqui si videtur oportere sic agere,sic agamus.

Dęmon Socratis.

FINIS DE SAPIENTIA.

Argumentum Marsilii in Menonem De Virtute.



Vatuor esse argumentationũ genera, quibus Plato vtitur, exẽplum, inductionem, ratiocinationem, & enthymema, & quo pacto fiant, satis in Alcinoi cõpendio, qđ & nos traduximus, declarat. Vbi etiam tres Platonicorum dialogorũ species inuenimus, & qbus argumentationib⁹ in vnaquaq; dialogi specie vti soleat. Aut eñ solũ inqrit falsave confutat dialogus, aut solũ vera exponit ac docet, aut in vtroq; versatur. Primus inquisitiuus & contentiosus. Expositiuus alter. Postremus mixtus est dictus. Meno aũt licet mixtus sit, maiori tamen ex parte contẽdit & confutat, & oẽs argumẽtatiões attingit. Vt nisi qs ex aliis Platonis dialogis, qui ad expositionẽ magis q̃ ad disceptationẽ ptinẽt, sensa colligat, & Menoni huic adiiciat, difficile summã disputationis huius elicere possit. est autẽ hæc, qd virtus sit, & quomõ nobis adsit, ingrere. Id Socrates efficit, dũ quatuor Menonis, Aristippi, Gorgię, & Prodici de virtute definitiones cõfutat, & definitionẽ suã post illas inductã geminis obiectionibus retractat. Veritas quippe ex redargutione falsitatis elucet. Est aũt hoĩs virtus affectio siue habitus animę, quo potẽtia naturalis eius q̃optime suum opus exercet. quę definitio in libris de Republica traditur. Opus cuiusq; potẽtię tũc optime exercet̃, cũ ad finẽ suum dirigit̃. Qđ ad finem confert, vtile dicit̃. Merito igit̃ in hac disputatione cõmune virtutis officiũ id esse traditur, vt & actiones & ea quibus agẽdo vtimur, vtilia reddat. Illa itaq; definitio huic dialogo cõsonat, cũctisq; virtutibus est cõmunis. Virtutũ ꝑfecto species plures sunt, ꝓ viriũ animę & actuũ diuersitate, in qbus vna tñ q̃ dicta est cõmunis virtutis ratio semp inspicit̃. Prima vis aĩę mens est, cuius actus est ꝑpetua cõtẽplatio veritatis. Secũda ratio, cui⁹ actus veritatis inuestigatio. Tertia phãtasia, cui⁹ act⁹ collectio eorũ quę sensus eius nuncii porrigũt, pq; illa discursus. Atq; hæ sunt vires animę, quę cognitiuæ dicunt̃. Restant tres alię, quas appetitiuas vocant: Voluntas, & irascẽdi vis, & cõcupiscẽdi. Volũtatis actus, appetere q̃ mens & ratio porrigit. Irascibilis, aggredi q̃ ratio & phantasia ꝓponit. Cõcupiscibilis actus, adsciscere quę phãtasia sensusq; obiiciunt. Sex insup istis duę subiiciuntur, mouẽdi & nutriendi vigor. sed hę cũ supiorib⁹, aut nihil, aut vix, & parũ admodũ in virtute cõmunicant. Affectio mẽtis q̃ contẽplationẽ pficit, sapiẽtia est: q̃ rationis indaginẽ, sciẽtia, atq; prudẽtia. Sciẽtia qdẽ indagationẽ eorũ quę natura facit, prudẽtia consultationẽ in iis q̃ nos agimus. Quę phantasię discursum opinio recta, quã sagacitatẽ quidã vocant. Iustitia voluntatẽ & liberalitas. Irascibilẽ fortitudo eiusq; ꝑdissequę. Cõcupiscibilẽ cõtinẽtia simul & tẽꝑrãtia. His oĩbus id est cõmune, vt q̃libet earũ sit affectio actũ potẽtię naturalis ꝑficiẽs, dũ decorũ reddit & vtilẽ ad finẽ vltimũ consequendum. Variæ vero virtutes diuerso modo habent̃. Sapiẽtia quidẽ natura: est eñ ęterna rationũ oĩm in mẽte cõplexio, ꝑpetuusq; veritatis intuitus. Sciẽtia p doctrinã philosophiæ q̃ reminiscẽtiã pstat, acqrit̃, dũ ratio quę pẽnas olim abiecit, ad mẽtẽ cõuersa reminiscẽdo iterũ alas recuꝑat. Prudẽtia doctrina simul & longo vsu rerũ aduenit. Recta opinio exẽplis, auctoritate, inductione, sorte. Iustitia fortitudoq; & tẽꝑantia cæteręq; morales virtutes prudẽtię rectęq; opinionis legib⁹ & exercitatione legitima pficiuntur. Vnde duo hęc moraliũ virtutũ principia Plato posuit, prudẽtiã & rectam opinionẽ. Quãobrem prudentia sępenumero totius moralis virtutis apud Platonẽ nomẽ vsurpat. Est & virtus q̃dam ad rectã opinionẽ attinẽs, qua legitimi principes ac ciues, in agendo honesti, contẽplationis tñ expertes bonũ publicũ curant, quã ciuilẽ ꝑitiam nominãt. Eamq; Plato facultatẽ, & in Theage, & in prę senti Menone, haud aliter q̃ sorte diuina, dari ciuilibus hoĩbus disputat. Hac igit̃ summula qs mẽtẽ Platonis in Menone colliget, & huiusmodi ꝑmissa distinctiõe cõtradictiones renuet, obiectionesq; vitabit. Disputationẽ vero illã de reminiscẽtia geometricisq; figuris in argumẽto tractare idcirco non placuit, qm̃ nõ vt principalis, sed vt accessoria est inserta. Argumẽtũ autẽ summã rei caputq; reqrit. Singula quippe discutere non argumenti, sed commentarii potius est officium.

Tria dialogi officia.

Vires animę cognitiuę.

Vires appetitiuæ.

Vigores duo.

MENO, VEL DE VIRTVTE.

MENO. SOCRATES. PVER ANYTVS.



ME. POTES NE mihi ostendere Socrates, vtrum virtus doctrina, an exercitatione potius acquiratur? An forsitan nec doctrina, nec vsu ab hominibus comparetur, verum ipsa natura, vel alio quoq; modo hominibus insit? SO. Hactenus o Meno Thessalici homines inter Græcos illustres, tum equestri facultate, tum etiam diuitiis habiti sunt. Nunc autem vt mihi videtur, sapientię quoq; gloriam consequentur, præsertim amici tui Aristippi Larissæi conciues. Atq; huius rei causa vobis Gorgias extitit, qui in vrbem vestram profectus amicos sibi ob sapientiam comparauit cum reliquos Thessalicos optimates, tum maxime Aleuadorum familiam, ex qua amicus tuus Aristippus originem ducit. Quamobrem sic vos Gorgias assuefecit, vt intrepi-

Tergiuersatio Socratis ne respõderet: sꝫ vt eo deueniret vt interrogaret. Thessaliæ laus.

Gorgias cōcedebat vnicuiq; interrogare qcqd vellet.

de & alto animo interrogantibus respondeatis, queadmodū sciētes decet. quippe & ipse cōcedebat grecorū cuiq; rogare qcqd vellet, ac singulis respōdebat. Nobis o amice Meno contrariū contigit: si qdem sapientia nostra quodāmodo iā exaruit, atq; ex iis locis ad vos diuertisse videt. Itaq; siquē nostrorum hominū hoc pacto percontari tentaueris, nemo vtiq; erit, quin tibi subridendo respōdeat. O hospes forte tibi beatus quidam videor, q me nosse existimas vtrum doctrina, an alia quadā ratione virtus hominibus adsit. Ego vero vsqueadeo ab hac cognitione absum, vt nec qd ipsa sit virt⁹ intelligam. Atqui ipse quoq; o Meno sic affectus sum: in eadem qppe paupertate animi qua & cōciues mei, sum constitutus, ac meipsum accuso, vtpote qd sit virtus penitus ignorantē. Cū vero qd sit nesciam, quonā pacto quale sit nossem? Num tibi fieri posse videt, vt qui nullo modo quis Meno sit nouerit, vtrū tn̄ bonus, aut diues, aut generosus, an contra sit noscat? ME. Mihi quidem nequaq̄. At vero ipse reuera o Socrates, qd sit virtus ignoras? Ista de te in patria renunciabimus? SO. Nō id queso solum amice domi pdices, verū etiā q nullum vnq̄ vt mihi videt, id scientē nactus sim. ME. Ergo ne Gorgiam qdē cū hic commoraretur aliquando cōuenisti? SO. Eqdē. ME. An hec ignorare tibi visus est? SO. Haud satis o Meno memini, ideoq; quid tum mihi visum fuerit, in presentia referre nequeo. Sed forte & ille nouit, & tu qd ille docuerit, tenes: quare si placet, ipe dicas. Nā tu forsitan cū illo cōuenis. ME. Conuenio equidē. SO. Eum igitur cū absit, omittamus. ipse vero o Meno, dic per deos obsecro qd esse virtutem existimes: dic inquā, nec inuideas, vt fortunati cuiusdam mēdacii redarguar, si qdē tu & Gorgias id cognoscere videamini, cū tn̄ ego nemini vnq̄ hoc sciēti occurrisse pdixerim.

Prima virtutis definitio mala.

ME. At o Socrates nequaq̄ difficile est id dicere, & primo qdē si Iubet que viri sit virt⁹. hec plane est ad ciuilium rerū administrationē, sufficientē esse, iisq; tractandis amicos iuuare, inimicos ledere, nec non diligēter cauere, ne quid ipse tale aliqn̄ patiatur. Q2 si vlterius que sit mulieris virtus nosse reqris, neq; id arduū erit. Est enim mulieris virtus, domū recte gubernare, dum custodit domestica, viroq; obedit. Alia quoq; virtus est pueri foeminęq; & masculi, & viri iam etate maturi, nec non liberi si velis, alia & alia serui. Atq; alie pmulte virtutes existunt. Quāobrem haud nobis deest, quid de virtutis definitione dicamus. Enimuero secundum singulas actiones atq; etates ad opera singula singulis hominib⁹ virtus adest. Totidē pterea & de vitio o Socrates, vt arbitror, dici possent. SO. Non mediocriter in hac venatione fortunatus sum o Meno: siquidē vnā virtutē inuestigās, examen quoddā virtutum apud te habitantium repperi. Verūtamen o Meno secūdū hoc exēplū examinis, si me quae sit apis ipsius substantia pcontante, multiplices illarū esse substātias respōdisses, atq; ego iterum te rogarē, nunqd ex hoc ais apum substātias esse diuersas quo apes sunt, an alio quopiam, veluti pulchritudine vel magnitudine, aut alio quopiam huiusmodi, quid inquā sic interrogatus potissimū respōderes? ME. Q2 inuicē eo quo apes sunt, minime differūt. SO. Et si ego post hec dicerē, quid ergo id est o Meno, quo minime differunt, sed idē cuncte sunt? haberes ne qd mihi responderes? ME. Haberē pfecto. SO. Eadē itaq; ratione virtutes q̄q̄ multe atq; varie sunt, vnam tn̄ spēciē quandam in omnibus eandē habent qua virtutes existunt, in quā respicere decet eum qui respōsurus sit interroganti cuiq̄ quid virtus sit. Tenes ne quid dicam? ME. Intelligere mihi videor. nondū tn̄ vt vellem qd quesitum est comprehendo. SO. Vtrum vero circa virtutem id solum o Meno tibi videtur, aliam quidem viri esse, aliam mulieris, & aliā reliquorū? An etiā circa sanitatē, magnitudinēq;, & robur eodem modo, vt alia quidē viri sanitas sit, mulieris alia? an potius eadem vbiq; sanitatis species est, si qdē sanitas sit seu viro, siue mulieri, siue alteri cuilibet adsit? ME. Eadē mihi sanitas & viri simul & mulieris esse videtur. SO. Nōne igitur si quidem robusta sit foemina, eadem specie roboris robusta erit? Cū vero eandē dico, q nihil differt qua robur ad hocq; robur sit intelligo, seu viro, siue mulieri insit. Nū tibi differre aliqua ex parte videtur? ME. Minime. SO. Ergo & virtus, ad id q virtus sit, differet ne, seu iuuenem, seu senē, siue virū ornet, siue foeminam? ME. Mihi quidem o Socrates hoc ceterorū simile nequaq̄ esse videtur. SO. Nonne viri virtutē esse dixisti, recte rempublicā gubernare, mulieris vero domū? ME. Dixi eqdē. SO. An pōt q̄sq̄ ciuitatē vel domū, aut aliqd aliud recte disponere, nisi tēpate siue prudēter ac iuste disponat? ME. Nō certe. SO. Nōne si tēperate iusteq; instituūt, tēperātia, iustitiaq; instituēt. ME. Necesse est. SO. Vtrisq; igit tā vir q̄ mulier indiget, si boni futuri sint, tēperātia. s. atq; iustitia. ME. Apparet. SO. Quid vero puer ac senex dum intēperati & iniusti essent, num boni existerent? ME. Nequaq̄. SO. Ad dū temperati & iusti. ME. Ita. SO. Vniuersi igit hoies eadē ratione boni fiūt, nā eorūdem participatione boni semp efficiunt. ME. Videt. SO. Nunq̄ nō eadē ratione boni fierent nisi eadē illorū virtus esset? ME. Nunq̄. SO. Qm̄ ergo eadē virt⁹ est omniū, conare in memoriā reducere qdnam hoc esse Gorgias dixerit, ac tu vna consenseris. ME. Quidnam aliud q̄ pesse hoibus posse? Siquid vnū in oībus exigis. SO. Requiro equidē. attamē eadē ne pueri & serui virtus erit o Meno pesse posse domino, ac videtur tibi vlterius seruus esse dū imperat? ME. Haud certe mihi videtur o Socrates. SO. Neq; em̄ o optime vir id fas esset. sed hoc rursus cōsidera, verū dominari posse aliquē

Cōfutatio definitionis redditę ex inductione.

Scda virtutis definitio mala.

Cōfutatio

putas,ſi iuſte pēſſe adiiciamus:iniuſte vero,nequaq̃.ME.Puto equidem,Iniuſtitia eñ virtus eſt.SO. Vtrũ virtus o Meno,an virtꝰ q̃dã?ME.Quo pacto id ais?SO. Quẽadmodũ de quouis alio.vt ecce de rotũditate dicerẽ eã figurã quadã eẽ nõ abſolute figurã,atq; ob eã cauſam ita loq̃rer,q̃a aliẹ quo q; figurẹ pter rotũditatẽ ſunt.ME.Recte admodũ inq̃s.Atq; & ipſe nõ iuſtitiã tãtũ,verũetiã virtutes alias eſſe fateor.SO.At quas dicis alias explica obſecro.Eq̃dẽ ſi me de aliis figuris interrogaſſes,vti q; reſpõdiſſem,ergo & tu quẹ ſint aliẹ virtutes enarra.ME.Fortitudo,tẽperantia,ſapientia,magnificentia,cẹtereq; permultẹ.SO.Rurſus in idem incidimus.Nam multas iterum virtutes alio quodam pacto inuenimus,dum vnã inquireremus:vnã vero q̃ per omnes diffunditur,reperire nequmus. ME. Nõdum queo o Socrates,vt ipſe quẹris,vnã in oĩbus virtutẽ quẽadmodũ in cẹteris aſſeq̃.SO.Et iure q̃dem:at ego ſi mõ potuero,pducere nos conabor.Cognoſcis ne ſic in cũctis cõtingere,ſiquis a te petat idẽ q̃d modo dicebã,q̃d figura ſit,ac tu q; ſit rotunditas reſpõderes,& ille tibi quẹ & ego inferret,vtrũ rotunditas ſit figura,an figura q̃dã,an nõ illi diceres figurã quandã eſſe?ME.Proſus.SO. Nõne ob id q; aliẹ quoq; figurẹ ſunt?ME.Ita.SO.Qꝫ ſi quales illæ ſint quærat,eueſtigio reſpõdebis? ME.Eq̃dẽ.SO.Quinetiã ſi de colore ſimiliter q̃d ſit q̃rat,& tu q; albedo ſit dicas,ac ille ſic deinde reſumat,vtrũ albedo color ſit,an color aliq̃s,inferres ne colorẽ quẽdã ob hoc eſſe,q; alii quoq; colores reperiantur?ME.Maxime.SO.Si iterũ colores cẹteros referre iuſſerit,narrabis vtiq; & alios multos, qui nihilo minus q̃ albedo colores ſint?ME.Narrabo.SO.Si aũt vt ego nũc,ſermonẽ ille percurrat, dicens q; ſemp in multa declinaremus,q̃d ille nequaq̃ fieri permittat.ſed poſtq̃ hẹc multa vno nomine nũcupas,diciſq; nihil ex iis eſſe quin figura ſit,q̃uis iſta inter ſe contraria ſint,eſt autem hoc q̃d non minus rotundum cõtinet q̃ rectum,quã q̃dem figuram nominas,& nihilo magis inq̃s rotũdũ q̃ rectum figuram eſſe.an ſic dicis?ME.Sic plane.SO.Nunq̃d cum ita dicis,tũc nihil magis dicis rotundũ eſſe rotundum q̃ rectum,neq; rectum magis rectum q̃ rotundum?ME. Nõ certe o Socrates. SO.Verũtamen aſſeris rotundum nihil magis figuram eſſe q̃ rectũ,neq; rectum magis q̃ rotundũ. ME.Vera narras.SO.Quid ergo id eſt,cui nomen hoc figura competit?declarare enitere.Si itaq; ſic percontanti cuipiam de figura ſiue colore diceres,te nequaq̃ q̃d ipſe velit cognoſcere,forte ille vehemẽter admiraretur,ac diceret,an non intelligis q; in iis omnibꝰ idẽ quæro?Vel nõ haberes o Meno q̃d diceres,ſiquis quẹrat quid in rotundo ſit ac recto, & cẹteris quas figuras appellas in oĩbꝰ idẽ?Explicare quẹſo id nitere,vt hoc pacto reſponſionẽ ad quẹſtionem de virtute aliquam mediteris. ME. Nequaq̃,ſed ipſemet o Socrates diſſere.SO.Vis ne tibi gratificer?ME.Omnino.SO.Voles & ipẽ deinde virtutis quæſtionẽ ſoluere? ME.Equidem.SO.Expediendũ iam eſt,decet enim.ME.Et maxime quidem.SO.Age experiamur q̃d figura ſit exprimere,& vide vtrum iſtud admittas.Eſto itaq; id nobis figura,q̃d ſolum ex oĩbꝰ ſemper colorẽ ſequitur.Satis ne tibi hoc eſt,an forte aliud exigis?Ego enim ſat haberẽ,ſi mihi poſthac virtutẽ ipſam oſtẽderes.ME.At iſtud abſurdum quiddã eſt o Socrates.SO.Quãobrẽ?ME.Quoniam figura ſecundũ rationem tuam eſt quæ ſemper colorem ſequit̃.Si ergo colorem quis noſſe negaret,eodẽ modo quo circa figuram dubitans,quid illi potiſſimũ reſponderes?SO.Vera equidẽ.Nã ſi qui rogat ſapiẽtũ aliq̃s & contentioſorum ac pugnantium ſit,reſponderem vtiq; me dixiſſe.q; ſi minus recte dixerim,ad te nunc attinet rationẽ ſumere,ac mea dicta refellere.Sinautem quemadmodum ego nunc & tu illi amici ſint,velintq; inuicẽ diſputare,decet profecto mitius & magis dialectico more reſpondere.eſt aũt dialecticus mos pręſtantior non modo verum proferre,ſed iis illud rationibus approbare,quibus & ille qui rogat,plane ſe dignoſcere fateat̃. Hoc itaq; more nunc tecũ in diſſerẽdo vti conabor.Dic ergo,num finem appellas terminũ quendã, atq; extremũ?Hẹc.n.oĩa veluti idem profero,forte vero Prodicus iis tanq̃ differentibus vteretur. Tu autem num dicis terminari aliquid atq; finiri?nihil quippe diuerſum iis verbis intelligo.ME.Dico ſane,& quod ais,intelligere arbitror.SO.Et planũ aliq̃d vocas,& ſolidũ aliud,cuiuſmodi quæ in geometria tractantur?ME.Voco equidẽ.SO.Iam igitur quid figuram eſſe dicam,ex iis percipies:in omni quippe figura id aſſero,figuram eſſe id in q̃d ſolidum deſinit.Atq; vt ſummatim dicam,figurã appello ſolidi terminũ.ME.Colorẽ vero q̃d vocas o Socrates?SO.Procax nimiũ es o Meno : homini iã ſeni onus imponis,ac reſpondere tibi iubes:ipſe aũt memor q̃d Gorgias virtutẽ eſſe dixerit, definire minime vis.ME.At poſtq̃ id mihi declaraueris o Socrates tibi illud referam?SO.Qꝫq̃ in imperãdo ſupbior es q̃ deceat,gratificabor tñ, ac breuiter reſpõdebo.ME.Gratificare obſecro.SO.Vis ne tibi ſecũdũ Gorgiã reſpõdeã?ſic maxime aſſentieris?ME.Quid ni velim?SO.Nõne defluxus q̃dã ſcd̃m Empedoclẽ a rebus manare dicunt̃?ME.Et maxime q̃dẽ.SO.Ac pori.i.meatus in quos & p quos etiam defluxus huiuſmodi manãt?ME.Oĩno.SO.Ex defluxibus aũt q̃dã poris q̃buſdã cõgruere,q̃dã minores,aut maiores eſſe?ME.Sic eſt.SO.Nũq̃d & viſum aliq̃d vocas?ME.Voco.SO.Ex iis iã q̃d velim accipe,vt ait Pindarus.Eſt.n.color defluxus q̃dã rerũ viſui congruẽs,atq; ſenſibilis. ME.Optime mihi o Socrates reſpõdiſſe videris.SO.Forte.n.tibi vt ſolitꝰ es audire nũc reſpõſum ẽ,& ſimul aduer

Tráſlatio de virtutis diſputatione ad figurẹ diſputationẽ:vt ad euidẽtius & notiꝰ

Mos diſputãdi cõtẽtioſus atq; acer.

Mos diſputãdi dialecticus mitis ac melior.

Huius definitionis collectio q̃a eſt ab interrogatis ẽ dialectica:nã ſi eẽt a ſenſibilibus eſſet analytica.

Defi. dialectica, figura eſt ſolidi terminꝰ.

πόροι.

Coloris defini. ſecũdũ Gorgiã, dialectica.

tis ꝙ ex hac responsione facile etiam definire queas, quid sapor, quid vox, quid odor sit, cæteraq; hu iusmodi plurima. ME. Prorsus. SO. Atqui tragica o Meno ista responsio est: ideoq; tibi magis q̃ figu

Illa melior q̄ analyticę vicinior.

rę definitio placet. ME. Mihi vero. SO. At mihi quidem o Alexidemi fili minime persuadeo, est enim illa melior. forte etiā nec tibi ista placebit, vt arbitror, nisi nūc queadmodū & heri, nobis obiicias, te anteq̄ pficiantur mysteria, discessurū. sed pmaneas, atq; hic mysteriis initieris. ME. At diu morarer o Socrates, mō huiusmodi multa narrares. SO. Nihil vtiq; ptermittā, quin talia quędā & tui simul & mei gratia dicam. Vereor tamen ne minus possim huiusmodi plurima dicere. Cęterum iam ad promissa seruanda nobis accingere, ac nobis cōiter qd virt⁹ sit exprime, nec vt fecisti hactenus, deinceps vnū in multa discerpas, queadmodū dicaces aiūt mordētes eos q aliqd semp in multa dispertiūt: sed dimittēs eā integrā atq; sanam, dic tandē qd virtus sit. exempla vero loquēdi a me accepisti. ME. Vi

Tertia virtutis definitio mala.

det mihi o Socrates virtus esse, vt poeta inqt, gaudere honestis ac posse. Atq; ego idipsum virtutē voco, honesta qdē appetere, eaq; cōsequi posse. SO. Nū honesta cupiētē, bona cupere dicis? ME. Omi no. SO. Nunqd ita loqueris quasi sint nōnulli qui bona cupiāt, qdā vero q mala? ME. Immo. SO. Nō

Quarta definitio.

oēs igit o optime vir bona tibi appetere videnť? ME. Mihi nequaq̄. SO. Quidam itaq; mala? ME. Ita. SO. An ita dicis quasi q̄ mala sint, bona esse opinenť, aut etiā noscētes ꝙ mala sint, nihilominus illa cupiāt? ME. Vtrūq; aio. SO. An censes aliquē cognoscētē mala ꝙ mala sint, illa tñ appetere? ME. Arbitror. SO. Quid aūt exoptare hūc dicis? nū hęc sibi adesse? ME. Adesse sane. nam qd aliud optet? SO. Vtrū qui mala desiderat, mala esse cognoscēs, iuuare illa cū adsint existimat? an vnūquodq; potius sua psentia lędere? ME. Sunt certe q mala pdesse putent, nec desunt qui obesse cognoscant. SO. Vidē

Cōfutatio quartę definitiōis.

tur tibi mala nosse ꝙ mala sint, qui mala pdesse cuiq; opinanť? ME. Haud sane id mihi videť. SO. Ex iis igitur patet eos non appetere mala, qui illa minime norint, sed illa potius, q̄ bona esse putauerint cum tamen mala sint. Quapropter ignorantes illa, bonaq; existimātes, perspicuum est bona potius ex optare. An non? ME. Sic isti se habere videnť. SO. At vero qui mala qdē affectant, vt ipse inquis: eaq; cuicūq; accidūt, obesse censent: noscunt ne ꝙ illorū psentia lędenť? ME. Necessario sequiť. SO. Quid vero lęsos hoīes, nōne isti miseros esse quatenus lęsi sunt, opinanť? ME. Hoc quoq; necessariū. SO. Miseros aūt nōne infelices? ME. Reor eqdē. SO. Est ne aliqs, q miser & infelix esse velit? ME. Nō videtur. SO. Nemo igiť mala vult, si qdē talis esse minime velit. Nā qd aliud est esse miserū, q̄ cupere mala, in eaq; incurrere? ME. Vera loq videris o Socrates: nemo em̄ vult mala. SO. Nōne paulo ante dixisti vir tutem esse bona velle, ac posse? ME. Dixi eqdem. SO. An non ex eo qđ dictū est, voluntas quidem ipsa omnibus adest, atq; hac ratione nullus alio melior? ME. Apparet. SO. Ergo si quidē est alius alio me lior, nec id scđm ipsam voluntatē, sequiť vt secūdū ipsam potētiā sit melior. ME. Sequiť. SO. Secūdū igiť rationē tuā hoc est virtus, bonorū cōparandorū potestas. ME. Sic prorsus se habere videtur, vt nunc accipis. SO. Animaduertamus posthac, vtrū id vere asseras necne: forte enim bene loqueris. bo na vēdicare posse virtutē esse dicis? ME. Isthuc ipsum. SO. Bona vero nōne hęc vocas, ceu sanitatem, diuitias, aurūq; & argentū plurimū possidere, honoribus ptērea & magistratibus in repu. fungi? nū alia qdam pter ista bona nūcupas? ME. Nequaq̄, sed oīa bona huiusmodi esse dico. SO. Eia aurum atq; argentum acqrere virtus est, vt inquit Meno magni regis patrius hospes. Vtrū vero addis huic

Quæ media sūt inter mala & bona ea nō esse bona nisi virtutis pars adsit.

lucro o Meno, iuste ac sancte lucrari? an nihil interest, sed & si iniuste quis ista possidet, nihilominus questū huiusmodi virtutē vocas? ME. Nequaq̄ o Socrates, sed vitiū. SO. Omnino igiť, vt videť, huic possessioni, iustitię, vel tēperantię, vel sanctitatis, aut alterius virtutis psentia opus est. Aliogn virt⁹ minime erit, q̄uis bona sibi vendicet. ME. Qui enim sine iis virtus existat? SO. At non cōparare aurū & argentū, quando minime iustū sit, aut sibi, aut alteri, neq; etiā virtus est hęc egestas? ME. Videtur. SO. Nihilo magis igitur horum bonorum copia virtus erit q̄ inopia. Verum vt videtur, quodcūq; cum iustitia fit, virtus est. quod aūt absq; illa, eiusq; similibus, prauitas. ME. Videtur mihi necessarium esse qđ dicis. SO. Nōne vnūquodq; horum paulo ante virtutis partem esse diximus, iustitiam & temperantiam, cæteraq; huiusmodi? ME. Diximus plane. SO. Siccine o Meno me deludis? ME. Quorsum hęc o Socrates? SO. Q m̄ cum te orassem ne amplius virtutē discerperes, & exempla respondendi dedissem, id tu neglexisti, dicens virtutē esse, bona cum iustitia cōparare posse, iustitiam vero vir tutis partē cōfessus es. ME. Sic est. SO. Nonne efficitur ex iis quę iā cōcessisti, virtutē esse agere cum parte virtutis quicquid agitur? Iustitiam enim & huiusmodi singula virtutis particulas confiteris. ME. Quid tū? SO. Quia cū rogassem vt totā ipsam virtutē ostenderes, qd ipsa sit, nullo mō explicuisti: omnem vero actionem quæcūq; cum parte virtutis fit, virtutem esse dixisti, quasi quid tota virtus sit summatim prędixeris, atq; ipe iam pceptūrus sim, si tu eam in particulas diuidas. Eadem igiť quęstio rursus o Meno tibi suboritur, qd virtus sit, si qdem oīs actio cū virtutis parte sit virtus. Id nāq; tunc dicitur, cum omnis actio cū iustitia virtus esse definiť. An nō eadem iterum q̄stione opus esse vides? Num putas quēpiam virtutis partē aliquā nosse, q toti⁹ naturā minime nouerit? ME. Nō

videtur.SO.Si enim memineris quę in superioribus de figura tibi respondi,reiecimus vtiq; responsionem illam quę per ea fit quibus vlteriori probatione opus est,nec dum rata habentur.ME.Et merito quidem reiecim⁹.SO.Neq; tu igitur o vir optime,cũ quęritur,quid ipsa vniuersalis,ac tota sit virtus,secundum partes eius respondens eam quęrentibus patefacies,neq; aliud qcq; dũ eodẽ modo respõdeas,sed rursus eadem interrogatione opus erit,qdnam virtus sit,qua supposita ista dicis.Nũ aliquid tibi dicere videor?ME.Mihi quidẽ probe loqui videris.SO.Respõde itaq; iterũ a principio, quid esse virtutẽ & tu & amicus ille tuus asseritis.ME.Audiuerã equidem o Socrates anteq̃ te allo querer,officiũ tuum nihil aliud esse q̃ dubitare,& aliis scrupulos dubitationũ iniicere.Et nũc quidẽ vt mihi videris,me pręstigiis,& veneficiis incãtationibusq; perturbas,adeo vt ambiguitatis sim plenus.Ac mihi videris omnino,si tamẽ te iocãdo mordere aliquãtulum decet,q̃ simillimus esse tũ forma,tum cęteris oĩbus latissimo illi pisci marino qui Torpedo dicitur:ille siquidẽ hominem sibi ꝑpinquantem,atq; tangentem,stupidum reddit.Et tu quoq; nunc me stupefacis.Reuera eñ & animũ simul & os stupidum habeo,hęsitoq;,nec quid tibi respondeam inuenio,q̃q̃ milies iam de virtute ꝑ multa & aduersus q̃plurimos disputaui,& vt mihi visus sum, q̃optime.At in præsentia nec etiam quid ipsa sit virtus proferre vllo pacto valeo.Itaq; caute tibi consuluisse te censeo,q; nunq̃ alio ꝑegrinaris.Nã si aduena in aliena vrbe hæc ageres,vtpote pręstigiator quidam,atq; veneficus,supplicio forsitan afficereris.SO.Callidus es o Meno,ac ferme nunc me decepisti.ME. Quamobrem o Socrates?SO.Aduerti iam quam ob causam imitatione quadã me depinxisti,quanam alia de causa,nisi vt ipse quoq; te contra depingam?Viri enim honesto habitu præditi cum effinguntur,delectari solent.illud quippe conducit.honestorum enim honestę sunt & imagines.At ego ꝑsonã tuam minime effingam.Equidem si piscis ille stupidus ipse alios reddit stupidos,ei sum persimilis,secus autem minime.Neq; ipse fœcundus,cęteros titubare compello,sed maxime omnium ego dubitans,dubitare quoq; alios facio.Etenim in præsentia,qd virtus sit,haud certe noui:tu tamen forte priusq̃ mihi occurreres,noueras,nunc vero ignoranti mihi assimilis euasisti.Verũtamen vna tecũ discutere hoc institui,quidve sit virtus inuestigare.ME.At quo tramite id inuestigabis o Socrates, quod quidem omnino quid sit ignoras?Quale enim tibi proponẽs id quod ignoras inquires? Aut etiam si in illud incidas,quonã signo id quod ignoraueras esse illud agnosces?SO.Intelligo quid velis o Meno.At tu animaduertis ne,q̃ litigiosam argumentationẽ in medium adduxisti?q; videlicet homo,neq; qđ noscit,neq; quod ignorat inquirit.Nam si noscit,nulla inquisitione opus est.Sed neq; qđ nescit inuestigat:non enim nouit quid quęrat.ME.Nõne recte induci o Socrates hãc rationem existimas?SO.Nequaq̃.ME.Potes dicere cur tibi non placeat?SO.Possum.id enim a viris ac mulieribus diuinarũ rerum peritis quandoq; percepi.ME.Quis istorũ sermo?SO. Verus,vt mihi videtur,atq; præclarus. ME.Quis inquã iste?& quinam testantur?SO.Qui hoc asserũt,religiosi viri sunt,ac religiosæ etiam mulieres,qbuscunq; cura extitit,vt eorum quę profitentur rationem reddere possent.Tradit pręter ea Pindarus,& quicunq; ex poetis diuini sunt,talia quędam:quę aduerte quęso,num vera tibi videãtur.Ferunt enim hominis animũ immortalẽ esse,eũq; tum decedere,quod qdem mori vocant,tũ iterum redire,interire vero nunq̃.Quam ob causam vitam q̃ sanctissime agere monent. Quicunq; eñ pœnas antiquę misería Proserpinę iam dederũt,iis illa ad supernum solem nono anno rursus animã reddit,quousq; in reges gloria celeritate sapientiaq; præstantes euadant. Reliquum autem tempus sancti heroes inter homines vocant.Cum ergo animus immortalis sit,ac sępius in hãc vitam redierit,viderítq; persępe & q̃ in hac, & q̃ in alia vita sunt,omniaq; perceperit,nihil vtiq; restat, quin ipse didicerit.Quamobrem nihil mirum est,si eorum q̃ ad virtutem & ad alia ꝑtinent,reminisci possit: q̃ppe cum olim illa cognouerit.Cũ eñ tota natura cognata sit,ac sibimet consona,& animus cuncta didicerit,nihil prohibet hominem vnius cuiusdam reminiscentem,quã disciplinam vocant, reliqua oĩa recuperare,siq̃s adeo fortis sit,vt q̃rendo minime fatiget.Quęrere igitur ac discere reminiscẽtia est.Quapropter litigiosę illi argumẽtationi nequaq̃ credere decet,pigros enim nos quodãmodo redderet.Ea quoq; mollioribus hominibus mirifice placet.Ratio autem nostra solertes rerũ inuestigatores efficit,qua ipse vtpote vera fretus,vna tecum qd sit virtus perscrutari desidero. ME.Immo o Socrates.sed nũ absolute id asseris nos minime discere?quã disciplinã vocam⁹ reminiscẽtiã esse? potes ne hoc ita esse me docere?SO.In superiorib⁹ quoq; o Meno te callidũ esse dixi, & nũc rogas vtrũ docere te possim, cum ante nullam esse disciplinam,sed reminiscẽtiam asseruerim,vt e uestigio mihi ipsi repugnare videar.ME.Per Iouẽ o Socrates nõ hoc aĩo,sed potius cõsuetudine quadã ita locut⁹ sum. Qz siq̃ ratione illud mihi ostẽdere potes,oñde obsecro.SO.Haudquaq̃ facile est, tui tñ gratia explicare conabor.Verũ huc ad me vnũ aliquẽ istorũ q te sequunt,accerse,vt in eo demonstrationẽ hãc experiamur.ME.Libẽter.heus tu huc aduẽta.SO.Grec⁹ ne est?& gręce loqt?ME.Et grec⁹ est, & in domo mea genitus atq; educatus.SO.Attẽde igit nũ illi memorẽ,an doceã.ME.Attendam certe,

Relaxatio disputati onis a moribus dispu tãdi Socratis.

piscis genus qui limo mersus occultat se et pisces supra natãtes torpētes facit, postquã obtorpuere deuorat plin lib 9 cap 42.

Menonis ambiguitas circa iq̃stionem ei⁹ quod nescit.

Pindari & diuinorũ poetarũ sñia de aĩe immortalitate.

Quę disciplina secũ dũ illos. Quęre reminiscẽtia ẽ.

Ostensio Socratis disciplinā esse reminiscentiā.




SO. Dic age o puer, cognoscis ne tale hoc spatiū quadrāgulū esse? PV. Eqdem. SO. Habet ne quadrangulus has om̄es quatuor lineas ęquales? PV. Habet. SO. An non & istas quę p mediū ptrahunt, ęquales habet? PV. Et istas. SO. Nōne & maior & minor esse potest? PV. Potest. SO. Si ergo sit hoc latus duorū pedum, & istud quoq; duorū, quot pedum totum ipsum erit? Sic autē considera. si latus hoc duorum esset pedum, illud vero vnius, esset ne plusq̄ semel duorū pedū hoc spatium? PV. Semel. SO. Quoniam vero alterum quoq; latus duorum pedum est, num aliud q̄ bis duorum pedum fit? PV. Illuc ipsum. SO. Duorum ergo bis pedum efficitur. PV. Ita. SO. Quotnam sunt bis duo pedes? computa. PV. Quatuor. SO. An non fieri posset spatium aliud ad hoc duplum, habens similiter omnes æquales lineas quemadmodum istud habere vides? PV. Prorsus. SO. Quot pedum erit? PV. Octo. SO. Age iam conate mihi dicere, qualis est quælibet illius linea: huius siquidem duorum pedum. linea vero illius dupli, qualis? PV. Patet o Socrates esse duplam. SO. Cernis o Meno, me nihil ex his docere, sed singula potius interrogare? Et nunc iste nosse se putat, qualis ea sit a qua spatium octo pedum conficitur. An nō tibi videtur? ME. Mihi quidem. SO. Nouit igitur? ME. Minime. SO. Putat autem a dupla. ME. Ita. SO. Aspice deinceps hunc per ordinem vt oportet reminiscētem. Tu autem dic amabo a dupla linea duplum spatium nasci fateris? tale pfecto dico, qđ non hac lōgum, illa breue, sed æquale vndiq; quemadmodum istud: duplum vero isti⁹, octo pedum. sed inspice an tibi adhuc a dupla fieri videatur. PV. Mihi plane. SO. Nonne huius dupla hæc fit, si aliam æqualem huic adiiciamus? PV. Prorsus. SOCRAT. Ab hac fore dicis octo pedum spatium, si quidem quatuor huic æquales efficiantur? PVER. Aio. SOCRA. Describamus iterum igitur ab hac æquales quatuor, aliud ne q̄ quod octo pedum vocas, suborietur? PVER. Hoc ipsum. SOCRA. Nōne in ipso sunt hæc quatuor, quorum quodlibet isti quadrupedali æquale est? PVER. Certe. SOCRATES. Quantum itaq; fit? an non quater tantum? PV. Quidni? SO. Num duplū est id quod quater tantum? PV. Non per Iouem. SOC. At quotuplum? PVER. Quadruplum. SOCRATES. A dupla ergo o Puer non duplum, sed quadruplum spatium procreatur. PVER. Vera loqueris. SOCRA. Quater enim quatuor sex & decem complent, nonne? PV. Sic est. SOCRA. Octo pedum autem spatium a qua linea? nōne ab hac quadruplum? PVER. Fateor. SOCRA. Quartum vero hoc ab hac dimidia? PV. Ita. SOCRA. Age igitur octo pedum nonne hui⁹ duplū est, illius vero dimidium? PV. Immo. SOCRA. An non erit ergo a maiori linea q̄ hæc tanta, & a minori q̄ illa tanta? PV. Mihi quidem videtur. SOC. Sic vtiq; recte loqueris. quod enim tibi videtur, id responde, ac mihi dicas, hæc ne duorum pedum, illa quatuor? PV. Ita. SO. Oportet itaq; octo pedum spatii lineam maiorem esse linea spatii bipedalis, minorē vero quadrupedalis linea. PV. Oportet. SO. Annitere vt nobis qualis sit dicas. PVER. Tripedalis. SOCRA. Nōne si tripedalis est, dimidium huius assumemus, eritq; tripedalis? Duo nanq; ii, is autem vnus: & hinc eodem modo, duo quidem isti, iste autē vnus: fitq; hoc quod ais spatium. PV. Ita. SO. Nonne si hęc trium est & illa trium, totū vtiq; spatiū ter trium pedum conficitur? PV. Apparet. SO. Ter vero tres, quot pedes sunt? PV. Nouem. SOCRA. Duplum autem quot pedum esse supra oportuit? PV. Octo. SO. Non ergo a tripedali spatium octo pedum exoritur. PV. Non profecto. SO. A quali igitur conare nobis liquido exprimere: qđ nisi numerare velis, saltem a quali demōstra. PV. Per Iouem o Socrates haud noui. SOCRA. Aduertis iterum o Meno quantum hic ad reminiscendum proficiat. Nam ab ipso principio disputādi nequaq̄ nouerat quę sit octo pedum spatii linea, quemadmodum nec in pſentia noscit: verum tunc se nosse illam opinabatur, & audacter nimium quasi sciens respōdebat, nec deesse sibi qcq̄ putabat, nūc autem egere se iam existimat, & vt ignorat, sic se ignorare fatetur. ME. Vera dicis. SO. Nonne melius nunc ad id qđ ignorat affectus est? ME. Hoc quoq; arbitror. SO. Cum ergo ambigere ipsum compulerim, & piscis illius more stupidum fecerim, num aliquid obfuit? ME. Non vt mihi videtur. SO. Operępcium itaq; fecimus ad veritatem inueniendam: nunc enim vtpote ignorantię suæ conscius libenter & sponte perquirere: at tunc sine controuersia, & sæpe, & aduersus q̄plurimos loq se recte arbitrabaẗ, dū spatiū duplū, duplā lōgitudine lineā habere oportere profiteretur. ME. Videtur. SO. Nū censes ipsum studuisse vnq̄ id vel inuenire, vel discere, qđ cum ignoraret, nosse rebaẗ? priusq̄ ī hāc ambiguitatē īcidere, q̄ & suā ignorātiā re dephēdit, & sciētiā appetere cœpit? ME. Nequaq̄ o Socrates. SO. Profuit igiẗ sibi stupor eiusmodi. ME. Videẗ. SO. Cōsidera itaq; ex


Quam de ignorātia ad dubitationē accesserit quis, tūc melius affect⁹ est

Ab instantiis qs excitaẗ, vt ignorātiā suam animaduertat


hac ambiguitate q̇ iste vna mecũ inuestigãs nihil me docere,sed potius interrogante reperiet.Obser ua obsecro diligẽter,num vnq̃ docere hũc ac demõstrare illi quicq̃ videat potius q̃ eiusmodi opinio



nes singulas sciscitari. Tu eñ dic,hoc ne spatiũ quadrupedale est? Intellextin?PV. Equidẽ.SO.Nũ & hoc aliud æquale isti apponere licet?PV. Licet.SO. Et tertium istud vtriq; istorum ęquale?PV.Et istud.SO.Nonne hoc qđ in angulo est comple re licet?PV.Prorsus.SO. Hæc inde æqualia spatia quatuor nascerentur? PV. Ita. SO.Totum igiẽ hoc quotuplũ ad istud efficiẽ?PV.Quadruplum.SO. Oportebat autem duplũ nobis contingere,nũ recordaris?PV.Maxime.SO. Nonne hæc linea ab angulo in angulum aliquẽ porrecta, in duo vtrũq; spatiũ diuidit? PV.Ita.SO. Ergo quatuor hæ lineę ęquales fiũt,id spatiũ cõprehendentes? PV. Fiunt.SO. Considera itaq; quale est id spatium.PV.Haud intelligo.SO.Nõne cum hęc quatuor sint, dimidium cuiusq; linea quęq; se



cat intrinsecus?PV.Secat.SO.Quot igiẽ tanta in hoc sunt?PV.Quatuor.SO.Quot autem in isto?PV.Duo.SO.At quatuor ad duo quotupla sunt?PV.Dupla.SO.Hoc itaq; quot pedum fit?PV.Octo.SO.A qua potissimum linea?PV.Ab hac.SO.Ab ea ne,quę quatuor pedum est,ab angulo protracta in angulum?PV.Ita.SO. Hanc vero diametrum sophistæ nuncupant:& si huic nomen est diametrus, a diametro,vt ipse ais o Puer,duplum spatiũ nasceretur.PV.Prorsus o Socrates. SO. Quid tibi Meno videẽ?respõdit ne hic vnq̃ ex alterius q̃ suiipsius opinione?ME.Nunq̃,sed ex ꝓpria semper.SO. Verũtamen haud nouit, vt pauloante confessi sumus.ME. Vera loqueris.SO. Inerant igitur huic opiniones huiusmodi.ME.Inerant.SO.Huic igiẽ ignorãti opiniones de iis quę ignorat vere insunt.ME. Apparet.SO.Nũc igiẽ huic opiniones tales quasi per somniũ suscitatæ sunt.q̇ siquis interroget hũc talia quędam sępe & multa,certo scies hũc ista,siqs alius nouit,pfecte sciturũ.ME.Videtur.SO.Nonne ergo nemine prorsus docẽte,sed interrogante potius ista sciet ex seipso scientiã ad se reuocãs?ME. Sic est.SO.Resumere vero scientiã in seipso,an non reminisci dicitur?ME.Prorsus.SO.At vero scientiam quã hic nunc habet,aut accepit aliqñ,aut semper habuit.ME.Verũ.SO.Et si habuit semper,sciens semper extitit.sin qñq; percepit,hac in vita nequaq̃.nemo enim hũc geometrica docuit,cũ in cæteris omnibus quęcunq; vel ad geometriam ,vel ad alias disciplinas pertinẽt, hæc eadem sit facturus. Est ne aliquis a quo hic cuncta didicerit? Verisimile est te illũ cognoscere,præsertim cũ penes te & natus & nutritus fuerit.ME.Noui equidẽ hunc neminẽ docuisse.SO.Has ne opiniones habet?ME. Necessariũ o Socrates id apparet.SO.Sinautẽ vtpote in ꝑsenti vita minime adeptus, haud nouit, patet eum in alio quodã tempore habuisse,atq; didicisse. ME.Apparet.SO. An non tempus iam fuit, cum nõdum homo hic erat?ME.Istuc ipsum.SO.Ergo siqñ tẽpus sit in quo homo non sit,inerunt tamen ipsi opiniones veræ,quæ sciscitando expergefactę,sciẽtię fiunt,certe per omne tẽpus hęc hoĩs animus sciet.nam omne per tẽpus,aut est,aut nõ est homo.ME.Videtur.SO.Nõne igiẽ si semper rerum oĩm veritas in animo est,immortalis extitit?Quãobrem audacter & magna cum spe oportet,quæ in præsentia minime scimus,hoc est minime recordamur,vt reminiscamur inquirere.ME.Bene mihi nescio quo modo o Socrates loqui videris.SO.Mihi quoq; o Meno,atq; cætera non admodum disputando asseuerarem,q̇ autem dum putamus quę quis ignorat,esse quęrẽda,potiores efficacioresq;, ac minus pigri sumus,q̃ si ignota,nec inuestigãda esse,nec iueniri posse arbitraremur: de hoc inquã siquo modo possem,& verbis & ope decertarẽ.ME.Hoc quoq; recte dicere videris o Socrates. SO. Vis ne igiẽ postq̃ confessi sumus ignota perscrutari licere,quid virtus sit,cõmuniter inuestigemus?ME.Q̃ maxime:gratius tamen mihi esset audire prius,qđ in principio disputationis interrogaui, vtrum virtuti incumbendum sit,quasi per doctrinã percipi possit,vel natura potius insit, vel alio quopiã pacto hominibus adsit.SO.Atqui si tibi o Meno queẽadmodũ mihi ipsi imperarẽ, haud prius vtrũ doceaẽ nec ne virtus perscrutaremur,q̃ quid ipsa sit indagassemus.postq̃ vero nec tu te tibi dominari contẽdis vt liber viuas,ac me vt tuo arbitratu respõdeã obsecras,iã vtiq; respõdebo. Videẽ igiẽ considerandũ esse quale sit qđ nondũ qđ est cognouim⁹. Attamẽ paulisper a ꝓposito tuo declina, idq; ex suppositione cõsiderare permitte,vtrũ doctrina vel alio pacto virtus possideaẽ.Ex suppositione aũt sic dico,quẽadmodũ geometrę sępe discutiũt,postq̃ illos quispiã interrogauit,veluti an possit in hunc circulũ trigonus hic extendi:vbi quis dixerit nondũ se nosse an hoc huiusmodi sit verũ,suppositionẽ arbitror talẽ conducere.Si eñ est hoc spatiũ tale,vt ad positã eius lineam protendens ab eo deficiat,quale ipsum protẽsum est, aliud quiddã euenturũ puto:& aliud itẽ,si talia quędã pati nequeat. Per suppositionem ergo disputare decreui de iis q̃ cõtingũt circa ꝓductionẽ illius in circulum,an fieri possit nec ne.Sic & nos de virtute,quoniã nec quid,nec quale sit nouimus,supponẽtes hoc,vtrũ doceri possit in hunc modũ quęramus.Si virtus est



Monstraẽ anim⁹ immortalis esse.

Quo pacto liceat disputare de re qua lis sit, qñ nõ cõpertũ sit qđ sit.

Spatiũ triangulare.

Hoc theorema discutiẽ in lib. iiii. Euclidis ꝓpo.ii



aliquid corũ q̃ circa animũ verſanť,aut doceri poterit,aut nõ. Principio.n.ſi aliud eſt q̃ ſciẽ
tia,nũ doceri poterit an nõ?vel potiꝰ,vt mõ diximus,memoria reuocari?nihil referat apud
nos vtro noĩe vtamur.ſed an doceri poterit?an id oĩbꝰ manifeſtũ,ꝙ p̃ter ſciẽtiã nihil hõ do
ceť?ME.Mihi ſane videť.SO.Sin autẽ ſciẽtia q̃dã virtus eſt,doctrina percipiť?ME.Quid ni?
SO.Hoc ergo q̃primũ expediť:nã ſi talis ſit,doceť,aliter vero nequaq̃.ME.Prorſus.SO.Poſthac inue

An virtus doctrina cõparet̃,q̃rit:ac primo oſtẽditur cõparari qua ſciẽtia eſſe creditur, nec etiã natura conſiſtere.

ſtigandũ cẽſeo verũ virtus ſciẽtia,aut aliud quiddã ſit.ME.Mihi quoq̧ idẽ q̃redũ eſſe videť. SO.An
virtutẽ aliud q̃ bonũ eſſe dicimus?& hęc nobis poſitio ſtabilis permanet, virtutẽ ſcilicet eſſe bonum?
ME.Valde.SO.Si q̃dẽ eſt aliq̃d ſeorſum a ſciẽtia bonũ,nõne virtus forſitan ſciẽtia nulla erit? ſin autẽ
nullum bonũ eſt quin ſciẽtia cõprehendať,ſcientiã eſſe virtutẽ ſuſpicantes, recte vtiq̧ ſuſpicabimur?
ME.Sũt hęc vera.SO.Quinetiã virtute boni ſumus?ME.Sumus.SO.Et ſi boni,vtiles?oĩa quippe bo-
na,vtilia.ME.Sic eſt.SO.Ergo & virtus vtile quiddã.ME.Ex iis quę cõfeſſi ſumus, neceſſario ſequiť.
SO. Conſideremus rurſus in ſingulis qualia ſint quę nobis proſunt:ſanitas ne & robur,formaq̧ atq̧
diuitię,cęteraq̧ huiuſmodi cõferre dicũť?ME.Ita.SO.Eadẽ hęc aliq̃n nocere fatemur. An tu aliter ſen
tis?ME.Sic certe ſentio.SO. Vide itaq̧ quo ducẽte hęc obſint,quove proſint.nõne cũ rectus vſus pręeſt,iuuãt,cõtra vero nocẽt?ME.Prorſus.SO.Pręterea q̃ circa animũ verſanť cõſideremus. Tẽperãtiã
aliq̃d vocas,& iuſtitiã,& fortitudinẽ,docilitatẽq̧,& memoriã,& magnificẽtiã, & huiuſmodi reliqua?
ME.Equidẽ.SO.Aduerte quęſo,quęcũq̧ ex iis ſciẽtię nequaq̃ eſſe videnť,ſed aliud quiddã pręter ſciẽ
tiã,nõne interdũ iuuant,aliquãdo lędũt,veluti fortitudo remota prudentia?num fortitudo aliud eſt
q̃ audacia quędã: & quãdo cũ ratione vir audet,iuuatur:cũ abſq̧ ratione,lędiť?ME.Sic eſt.SO.Tem-
perantia quoq̧ & docilitas eodẽ modo,cũ ratione quidẽ percepta atq̧ condita emolumẽto ſunt,con-
tra aũt detrimẽto?ME.Q̃maxime.SO. Vt ergo ſummatim dicã,oẽs animę impetus,atq̧ oẽs declina-
tiones ducẽte prudentia ad beatitudinem tendunt,imprudẽtia vero ad contrarium.ME.Videť.SO.

Merita prudentiæ & imprudentię.

Quapropter ſi virtus aliq̃d eſt eorũ q̃ cõſiſtũt in aĩo, neceſſarioq̧ vtilis eſt,prudẽtiã hãc eſſe oportet:
quippe cũ oĩa q̃ ſunt circa animũ,ipſa quidẽ ſecũdũ ſeipſa,nec conferẽtia,neq̧ noxia ſint:adiũcta vero
prudẽtia,vel imprudẽtia,ſtatim aut vtilia,aut noxia fiãt.Hac itaq̧ ratione virtutẽ cũ maxime omniũ
cõferat,prudẽtiã quãdã eſſe concludiť.ME.Mihi ſane videtur.SO. Quinetiã in aliis quę modo dice-
bamus,opulẽtiã atq̧ ſimilia tũ vtilia eſſe,tũ noxia : nõne queẽadmodũ prudẽtia cęteris animi viribus
& officiis p̃ſidẽs vtilia reddit,imprudẽtia vero cõtraria, ſic & illis animus recte vtẽs atq̧ ducẽs bona
efficit,nõ recte aũt mala?ME.Prorſus.SO.Recte aũt ducit animus prudẽs,imprudẽs aberrat.ME.Sũt
hęc vera.SO. Quãobrẽ oĩno aſſerẽdũ eſt cętera q̃dẽ humana oĩa referri ad animũ: & q̃ in aĩo ſunt,ad
prudẽtiã,ſi modo bona futura ſunt:eaq̧ ratione prudẽtia ipm cõferẽs erit,virtutẽ vero cõferre p̃diximus.ME.Oĩno.SO.Ergo prudẽtiã virtutẽ,aut vniuerſam,aut ptẽ aliquã cõfitemur.ME.Recte mihi

Prudẽtiã, aut virtutẽ totã aut ptẽ virtutis eſſe.

hęc oĩa dici videnť.SO.Nõne ſi hęc ita ſe habẽt,haud natura boni hoĩes erũt?ME.Haud mihi viden
tur. SO. Id p̃terea cõtingeret,ſi natura boni fierẽt: adeſſent ꝑfecto nobis q̧ filios noſtros natura bo-
nos dignoſcerẽt,eoſq̧ nos illorũ indiciis ſeligẽtes in arce quadã cõſeruaremꝰ,illos multo magis q̃ au-
rũ obſignãtes,ne q̃s corrũperet,ſed poſtq̃ adoleuerint,vtiles eſſent in rẽp.ciues.ME. Cõſentaneũ hoc
o Socrates.SO.Cũ vero natura boni minime ſint,nũ forſitã diſciplina?ME.Neceſſariũ id apparet.Ac
ſecũdũ poſitionẽ noſtrã ſequiť,vt ſi ſciẽtia virtus eſt,doctrina ꝑcipiať.SO. Forte ꝑ Iouẽ.vereor tñ ne
id temere cõfeſſi fuerimꝰ.ME.In ſupioribꝰ plane id recte dici viſum eſt.SO.At nõ in p̃terito ſolũ,ſed
in p̃ſenti etiã & futuro tẽpore tale videri debet,ſiq̃d ĩ eo ſynceri futurũ eſt. ME. Quidnã impedimẽti
eſt?ad q̃d potiſſimũ reſpiciẽs ſuſpicaris ac diffidis,ne forte virtus ſciẽtia minime ſit? SO. Dicã tibi o
Meno:virtutẽ q̃dẽ doceri poſſe,ſi q̃dẽ ſciẽtia eſt,nequaq̃ reiicio quaſi minꝰ recte ſit dictũ:ꝙ vero ſciẽ-
tia ſit,vide an iure diffidã.Age,id mihi reſpõde.Si q̃d doceri põt,nõ de virtute ſolũ, ſed de quolibet
alio loquor,an nõ illiꝰ p̃ceptores,diſcipuloſq̧ eſſe aliquos neceſſe eſt?ME.Mihi q̃dẽ videť.SO.At cõ-
tra,cuius nec doctores extãt,nec auditores,ſi id doceri nõ poſſe cõiiciamus,nõne ꝓbabiliter cõiecta-
bimus?ME.Sic eſt.ſed nũ virtutis p̃ceptores nullos eẽ cẽſes?SO. Sępenumero ſi q̃ huiꝰ magiſtri eſſent
omni ſtudio inueſtigaui,nec vnq̃ inueni,& ſi vna cũ cęteris pluribꝰ,atq̧ iis,vt videbať,huius facul-
tatis peritis id q̃ſiui.Et nũc q̃dẽ opportune o Meno,iſte iuxta nos aſſedit, quẽ inq̃ſitionis huiꝰ ptici-
pẽ faciamus.Ac merito ad id ſociũ adhibebimus:hic em̃ primũ diuite & ſapiente patre Anthemione
natus eſt,q̧ profecto nõ caſu quodã,aut alicuius largitione opulẽtus euaſit,quẽadmodũ nuꝑ Theba-
nus Iſmenias Polycratis pecunias nactus,ſed prudẽtia ꝓpria,atq̧ vigilãtia lucratus eſt. prætereа nec
ſuperbus ciuis,neq̧ inflatus aut difficilis,verũ modeſtus,& frugi,faciliſq̧ vir extitit.Deinde hũc be-

Nõ eſſe p̃ceptores virtutis tradendæ oſtẽdiť.

ne educauit erudiuitq̧,cuiꝰ rei teſtis eſt oĩs Atheniẽſis populus,q̧ eũ ad ſummos eligit magiſtratus.
par eſt vna cũ huiuſmodi viris,an ſint aliq̧ virtutis magiſtri,& q̧ ſint, paſſim inueſtigare.Ergo age o
Anyte,q̃re mecũ vnaq̧ cũ hoſpite tuo Menone,q̧nã huiꝰ rei p̃ceptores ſint,& in hũc modũ cõſidera.
ſi vellemus Menonẽ hũc optimũ fieri medicũ,ad quos potiſſimũ doctores ꝑducceremꝰ?nõne ad medi-

cos?ANY.Prorſus.SO.Et ſi cerdonẽ optimũ euadere cuperemus,an non ad cerdones?ANY.Ita.SO.
Et in aliis eodẽ modo?ANY.Omnino.SO. Sic iterũ de medicis mihi dicas: cũ diximus mittẽdũ hũc
eſſe ad medicos ſi medicũ fore velimus,an nõ id ſentiebamus,vt ſiſti debeat apud eos dũtaxat,qui ar
tem illã ꝓfitenť,ac mercedẽ pro ea palã ab auditoribꝰ capiũt?nõne huiꝰ ratio habẽda eſt,ſi modo illũ
prudenter locaturi ſimus?ANY.Sic eſt.SO.Et de tibiarũ ſono,ac cæteris omnibus ſimiliter iudican-
dum.Neq; eñ mediocris inſcitia eſſet,dũ ſtuderemus quẽpiã tibicinẽ fieri,cõmendare iis nolle qui fa
cultatẽ hanc pollicenť,mercedẽq; reportant,ſed hoc onus illis imponere,qui nec doctrinam ſibi vẽdi
cant,nec eſt apud illos vllus in hac arte diſcipulus,qua inſtrui hunc quẽ mittimus deſideramus. An
non procul a ratione id eſſet?ANY.Per Iouẽ nõ modo abſq; ratione,verũetiam dementia quędã.SO.
Probe loqueris.Nũc itaq; licet tibi cõiter vna mecũ de hoc hoſpite tuo Menone deliberare:hic eñ o
Anyte iãpridẽ mihi dixit,ſe hãc ſapientiã virtutẽq; appetere,qua hoĩes ciuitates & domos recte gu
bernant,filioſq; ſuos ꝗoptime educant,ac ciues & hoſpites tũ admittere tũ dimittere ſciunt,vt bono
viro dignũ eſt.Meditare igiť ad quẽ potiſſimũ huius cõparandæ virtutis gratia hũc mittere deceat.
An ex his quę modo diximus patet:cõmittendũ his eſſe,qui ſe docturos talia pollicenť: ſeq; palã cui
ꝗ græcorũ diſcere voléti ſemp exponũt:huius diſciplinę præſcriptum precium capientes? ANY.At
quos dicis o Socrates?SO.Noſti quodãmodo & ipſe hos eſſe qui publice ſophiſtę vocanť.ANY.Her
cle bona verba quęſo o Socrates.Nullus cognatorũ,vel familiariũ,vel amicorũ,aut ciuiũ,aut hoſpi-
tum in tantam inſaniam incidat,vt iſtis adhærens,inde ꝑdať.eorũ quippe cõſuetudo manifeſta illoꝝ
qui eos ſectanť,peſtis eſt.SO.Cur ita dicis Anyte?nũ ii qui ſoli ex omni hominũ genere ꝓdeſſe homi
nibus profitenť,tanto cęteris deteriores ſunt,vt nõ modo nõ iuuent quẽadmodũ alii,ꝙ ipſis tradi-
tũ ſit,verũ cõtra corrũpãt,atq; huius gratia vulgo mercedẽ exigant?Equidẽ nõ video qua ratione fi
dẽ tibi adhibeã.Noui eñ virum vnum Protagorã,qui plures ob hanc ſapientiã pecunias cumulauit
ꝗ aut Phidias ille cuius tam perſpicua pulchraq; opera extant,aut decem alii ſculptores lucrati fue
rint.ANY.Atqui abſurdũ eſſet,ſi qui calceos veteres conſuunt,veſteſq; reſarciunt,latere nõ poſſent
dies triginta,deteriores reddẽtes ꝗ acceperint.SO.Cæterũ ſi talia facerent,breui fame perirẽt.Prota-
goras aũt vniuerſam Gręciã annos pluſꝗ quadraginta decepit,dũ familiares peruerteret, deterioreſ
q; redderet ꝗ accepiſſet.Nã reor illũ vita deceſſiſſe natũ annos pene ſeptuaginta:quadraginta vero
in hac arte verſatũ.Ac ꝑ omne illđ tẽpus, vſq; in hãc diẽ clarus extitit.neq; Protagoras tãtũ,ſed alii
quoq; ꝑmulti,partim priores illo,partim etiã nũc vitã agentes.Vtrũ ſcđm orationẽ tuã dicemus eos
conſcios decipere atq; lędere iuuenes:an ſeipſos quoq; latere,& inſanos hoc pacto illos eſſe,q a nõnul
lis oĩm ſapiẽtiſſimi iudicanť?ANY.Lõge abeſt vt inſanire dicanť o Socrates: ſed multo magis iuue-
nes,qui illis argentũ tradũt.Atq; his etiã deteriores ſunt ſiq illos quorũ ad ſe cura pertinet, iis cõmit
tãt.Oĩm poſtremo inſaniſſimę ſunt reſpub.ꝗ illos excipiũt,neq; expellũt,ſiue qs aduena ſeu ciuis hoc
opus aggrediať.SO.Nũ aliqs te ſophiſtarũ o Anyte iïuria vnꝗ affecit?vel ꝗđ illis ita ſuccẽſes?ANY.
Nulla mihi vnꝗ cũ aliquo illorũ cõſuetudo fuit,neq; meorũ aliquẽ illis vti ꝑmitterẽ.SO. Nũꝗ ergo
illorũ mores expertus es.ANY.Neq; ſim:ꝗđ tũ?SO.Quanã rõne dignoſces bonũ ne an malũ ſit cuiꝰ
nullũ feciſti ꝑiculũ?ANY.Liꝗdo iſtos noui quales ſunt:ſiue exptus ſim,ſiue nõ.SO. Vates forſitan es
o Anyte:hoc.n.te alia rõne nouiſſe,ex iis ꝗ modo dixiſti,admodũ admirarer. Verũ nõ eos ꝗrimꝰ, ad
quos ꝓfectꝰ Meno ificiať:hi nãq; ſi vis ſophiſtę ſint.Sed opẽ patrio feras amico:oſtẽde illi cuinã adhę
rẽs eoꝝ,ꝗ tã amplã vrbẽ colunt,eã quã narrauimꝰ virtutẽ adipiſceť.ANY. Cur ipſe nõ indicas? SO.
At quos ego magiſtros exiſtimauerã,in mediũ iã ꝓduxi:verũ ſecundũ rationẽ tuã nihil oĩno ꝑfeci.
Ac forte vera loqueris.Itaq; tu quoq; iã partẽ tuã huius muneris exple. Oſtẽde ad quẽ Athenienſiũ
ꝓficiſcatur.profer cuiuſuis nomẽ.ANY.Quid opus eſt hominis vnius nomẽ audire? quecũq; Athe-
nienſiũ nactus fuerit ex bonis clariſq; hominibus,melior illius familiaritate,ſi modo paruerit,euadet
ꝗ conſuetudine ſophiſtarũ.SO.Vtrũ vero ii ꝑclari boniq; viri ex ſeipſis nullo inſtituente tales effecti
ſunt,eaq; tñ docere alios poſſunt,licet ipſi a nullo didicerint?ANY.A ſenioribus viris pręclaris atq;
bonis ꝑcepiſſe arbitror.An nõ tibi videnť in hac ciuitate multi inſignes & optimi homines extitiſſe?
SO.Mihi qdẽ o Anyte eẽ hic viros ciuilis adminiſtratiõis ꝑitos,nec pauciores olim fuiſſe videť. Sed
nũ ꝑceptores idonei virtutis ſuę fuere?hoc eñ eſt de quo nũc diſſeriť,nõ vtrũ ſint aut fuerint hic vi
ri boni,ſed vtrũ virtus doceri poſſit:& ob hoc vtrũ viri boni ſiue ſuperiores ſiue ꝑſentes virtutẽ eã
qua ꝑditi ſunt tradere alteri norint:an forte,nec tradi alteri,nec recipi virtus poſſit. Id inquã eſt,ꝙ
dudũ ego ac Meno inquirimꝰ.Sic aũt ex ipſa tua oratione cõſidera.Num Themiſtoclẽ virũ bonũ fu
iſſe fateris? ANY.Maxĩe oĩm.SO.Et ꝑceptorẽ bonũ virtutis ſuę,ſi qs alius virtutis magiſter ſit,The
miſtoclẽ extitiſſe?AMY.Reor equidẽ dũmodo voluiſſet.SO.Nũ cẽſes ipſum noluiſſe alios quoq; bo-
nos fieri?filium ſuũ ꝓſertim?an putas inuidiſſe filio,& de induſtria virtutẽ ꝓpriã minime cõmunicaſ
ſe?Audiſtin Themiſtoclẽ filiũ ſuũ Cleophãtũ in eqſtri facultate ſtrenuũ effeciſſe,ideo vt eqs rectꝰ in-

Carpũtur ſophiſtæ, atq; iterũ relaxať diſputatio.

Protagorã docuiſſe pluſꝗ annos quadraginta.

sisteret, rectusq; ex equo iacularet, cęteraq; ꝑmulta stupēda pficeret, in qb⁹ ille diligēter erudiri curauit, sapiētēq; in singulis, q̄ pceptores eruditi callebāt, effecit? hęc a maiorib⁹ accepisti? ANY. Audiui. SO. Nemo igitur naturā filii vtpote malā culpauerit. ANY. Nullus forte. SO. Quid vero ad hoc? audisti ne ab aliquo seniore aut iuniore Cleophātū Themistoclis filiū bonū ac sapiētē in qbus pater fuerat, extitisse? ANY. Nunq̄. SO. Num Themistoclē arbitramur alienis artib⁹ imbuere filiū voluisse, paterna vero virtute nihilo vicinis suis pstātiorē facere curauisse, si qdē doceri virtus vllo pacto posset? ANY. Forte p Iouē minime. SO. Talis igit hic virtutis magister fuit, quē ipse vnū ex antiqs optimū asseris. Cōsideremus iā & aliū Aristidē Lysimachi filiū. nonne hūc quoq; bonū fuisse censes? ANY. Et maxime qdē. SO. An nō & iste filiū suū Lysimachū in oībus q̄ pceptores vlli pfiterent, optime Atheniēsiū oīm eruditū euadere voluit? Nū quouis alio meliorē virū eū fecit? hūc etenim allocutus es, & qualis sit optime nosti. Pręterea si vis Periclē virū magnopere sapiētē cōsidera: duos vt te minime pterit, filios educauit, Paralū & Xanthippū. ANY. Noui equidē. SO. Hos vt ipse nosti tum in equestri peritia, tū in musica, tū etiā in certaminibus prę cęteris Atheniēsibus instruxit. Ac deniq; in nullo eorū q̄ arte pcipiunt, inferiores aliis esse voluit, bonos aūt viros an nō fore cupiebat? voluisse qdē existimo, sed id doceri minime potuisse. Ne aūt putes paucos ignobilissimosq; Atheniēsiū id asseq nō posse, aduerte iterū q Thucydides duos filios educauit, Melisiā atq; Stephanū, quos & cętera diligēter edocuit, & palęstrā i primis, vt i ea Atheniēses reliquos superarit. Vnū qdē Xāthię, Euodoro alterū cōmēdauit, hi vero in palęstrę ludo cęteris oībus illis tpibus pcellere putabant. nōne meministi? ANY. Audiui equidē. SO. Neq; vero iste cū q̄ sumptu maximo discebant, filios callere voluerit, virtutē solā quā absq; pecuniis tradidisset, si mō doceri potuisset, asseq filios noluisse putādus ē. An forte Thucydides ignobilis erat, nec amici sibi plurimi tā ciues q̄ cōmilitones & socii aderāt? Quinimo & ampla familia ortus, & summę cuiusdā auctoritatis tū apud cōciues suos, tū etiā apd oēs Gręcos erat. Ideo q si p doctrinā cōparari bonitas potuisset, inuenisset saltē vel ciuē aliquē vel pegrinū, q filios eius bonos efficeret, si min⁹ ipsi ad id docēdū otii a reip. negotiis supfuisset. Sed vide o amice Anyte, ne forte virtus doceri neqat. ANY. O Socrates liberius q̄ decet, hoīes mihi vituperare videris. Itaq; tibi cōsulo si mō parere vis, vt tibi caueas: forte eñ alia in vrbe lene est, vel iniuria, vel beneficio ciues afficere, in hac aūt graue nimiū ac piculosum, neq; id te fugere arbitror. SO. O Meno Anytus hic succēsere mihi videt, neq; id miror. primo. n. hos me viros vitupare cēset, deinde se vnū ex iis arbitrat. Verū hic siqñ didicerit qd sit hoīb⁹ detrahete, haud vlteri⁹ succēsebit, i psentia vero ignorat. At ipse mihi dicas vtrū apud nos clari, ac boni viri sint? ME. Sunt certe. SO. Volūt ne isti iuuenib⁹ seipsos pceptores exponere? atq; id pfiteri? vel virtutē doceri posse fatent? ME. Nō p Iouē o Socrates, sed interdū ab illis doceri posse virtutē, alias nō posse audies. SO. An hos dicimus hui⁹ rei magistros, inter quos nōdū id cōuenit? ME. Nequaq̄ mihi videt o Socrates. SO. Quid vero, nū sophistas, siqdē ii soli id pdicāt, magistros virtutis existimas? ME. Gorgiā in hoc vehemēter admiror & amo, q nūq̄ illū hoc pollicētē audias. Immo & alios ridet, quotiēs polliceri sentit: putat aūt hoc dūtaxat ꝑmittēdū eē, eloquētes scilicet vehemētesq; hoīes reddere. SO. Nō ergo sophistę hui⁹ pceptores esse tibi vident. ME. Nescio qd dicā o Socrates. nā mihi quoq; idē qd plurimis accidit: tū. n pceptores puto, tū nego. SO. Scito nō tibi soli hoc, cęterisq; ciuilib⁹ euenire, vt interdū doceri virtutē credatis, alias vero negetis, verūetiā poetæ Theognidi eadē oīno dicēti. ME. Quibusnā carminibus? SO. Elegis in hunc modū. Hos prope bibe & comede, cū iis vna sedeto, iis obseqte, quorum magna potestas. a bonis eñ bona perdisces. Qz si malis adhęseris, quā habes mētē pculdubio pdes. Vides iā q i iis ita loquit, quasi virtus disci possit? ME. Apparet. SO. At vero paulo post sic inqt. Si sana mēs homini tradi posset, multā sane magnāq; mercedē q id efficerēt reportarēt, neq; bono ex patre filius malus esset prudētibus monitis psuasus. verū docēdo nūq̄ ex malo bonū hominē facies. Cernis hūc circa eadē cōtraria sibiipsi proferre? ME. Videt. SO. Nū aliqd aliud nosti, cuius q pceptores esse pfessi sunt, deinde id nedū docere alios posse, sed ne ipsi qdē scire dicant, sed i eo ipso improbi esse, cuius se asserūt pceptores, & qui clari esse in eo dicunt, nūc doceri posse, nūc vero nō posse ferant? eos ne q in hac cōtrouersia sunt, pręceptores nuncupas? ME. Minime. SO. Ergo si neq; sophistę, neq; boni clariq; viri huius rei doctores sunt, multo minus cæteri præceptores erūt. ME. Certe. SO. Si non sunt præceptores, neq; discipuli etiam. ME. Sic vt ais mihi videtur. SO. An non confessi sumus, illud cuius nec magistri neq; discipuli sunt, doceri minime posse? ME. Confessi sumus. SO. Et virtutis nusq̄ pręceptores reperiuntur? ME. Nusq̄. SO. Si non præceptores, neq; discipuli etiam. ME. Sic apparet. SO. Virtus ergo doceri neqt. ME. Sic videtur, si quidem nos recte diiudicauimus. Quamobrē vehementer admiror o Socrates bonos vllos inter homines reperiri, & quę sit ratio qua boni fiunt, ambigo. SO. Videmur o Meno ego simul & tu parui precii esse. videtur Gorgias quoq; te, ac me Prodicus haud satis erudiisse. Itaq; maxime oīum ad nos ipsos reuocanda mens est, quęrēdusq; aliquis qui hoc vno nos meliores efficiat. Hæc autem dico ad

Athenis periculosum erat queq̄ aliqua iiuria afficere.

Theognidis pcepta digna cognitu.

Prodicus preceptor Socratis.

superiorē inq̄sitionē respiciēs,q̄a nos ridicule latuit,q̄ nō solū ducēte sciētia negotia recte,atq̄ bene p̄cedūt:vel forte nos subterfugit,qua rōne boni hoīes efficiunt̄.ME.Quo pacto id ais o Socrates?SO.Sic q̄ q̄dē bonos viros vtiles esse oporteat,p̄be cōfessi sumus,cū nunq̄ se res aliter habeat,nōne? ME.Ita.SO.Q̄ꝫ ve vtiles futuri sint,si recte agendis p̄sint etiam p̄be inter nos cōuenit.ME.Probe.SO.Q̄ꝫ vero null⁹ recte p̄esse possit,nisi sit prudēs,haud satis recte asseuerasse videmur.ME.Quomodo recte dicis?SO.Dicā.q̄ iter nouit Larissam,vel alio quouis p̄ficiscatur,& alios ducat,nōne recte atq̄ bene p̄ ducet?ME.Prorsus.SO.Quid vero si quis recte opinat̄ q̄ via ferat Larissam,nunq̄ tū profectus sit neq̄ sciuerit,nōne iste quoq̄ recte duceret?ME.Valde.SO.Et donec rectā opinionē habet, de qb⁹ alter sciētiam,nihilo deterior dux erit existimās q̄dē vera,sciens minime,q̄ is qui ista nouit?ME.Nihilo certe.SO.Vera ergo opinio ad recte agēdū nihilo min⁹ q̄ prudētia valet. Atq̄ id est q̄d in cōsideratiōe virtutis in superiorib⁹ p̄termisimus,dū solā prudētiā recte agēdi ducē assereremus.hæc aūt erat opinio vera.ME.Videt̄.SO.Nū igit̄ nihilo minus recta opinio q̄ sciētia cōfert?ME.Hoc vtiq̄ min⁹ cōfert o Socrates,q̄ quicūq̄ sciētiā habet semp̄ assequitur:q̄ vero rectā opinionē,interdū quidē cōsequit̄, non nunq̄ vero fallit̄.SO.Quid ais?qui recta opinione incedit,nōne q̄diu opinat̄ recte,semp̄ voti cōpos efficit̄?ME.Necessariū apparet.Quāobrē miror,quare cū ita sit,sciētia tū longe admodū p̄stātior habeatur q̄ recta opinio:& cur vtraq̄ illarū aliud quiddā sit,dubito.SO.Nostin quā ob causam id mireris?an ipse vis tibi dicā?ME.Dic prorsus.SO.Quia Dędali statuas nunq̄ considerasti,forte vero neq̄ apud vos extāt.ME.Quorsum hæc?SO.Q̄m hæ nisi ligent̄,discedūt atq̄ aufugiunt, ligatæ p̄manēt.ME.Quid tū?SO.Ex eius artificiis q̄d solutū est,haud multę ęstimationis est,instar fugitiui hoīs.neq̄.n.permanet.ligatū vero admiratione dignū.pulcherrima eñ op̄a sunt.Cui⁹ hęc gratia dico? Verarū opinionū gratia:hę quippe quousq̄ stabiles perseuerāt,pulchra q̄dā op̄a sunt,oīaq̄ bona perficiūt.Attamē diu cōsistere nolūt,sed ex hoīs aīo cōfestim effugiūt, quapropter non multi precii sunt donec q̄s illas ratiocinatione a causis ducta liget.hæc vero amice Meno reminiscētia est, vt supra inter nos cōuenit.Postq̄ vero ligatę sunt,primo q̄dē sciētię fiūt,deinde p̄seuerātes.p̄ptereaq̄ sciā recta opinione p̄stantior est,ab eaq̄ vinculo quodā discrepat.ME.Per Iouē o Socrates cōgrua cōparatio.SO.Quinetiā ipse non tanq̄ sciēs,sed vt cōiectās ita loquor.Q̄ꝫ vero est aliud q̄ddā vera opinio atq̄ sciētia,plane mihi cōiicere videor.Sed & si q̄cq̄ aliud me scire faterer,q̄ sane pauca dicerē, vnū hoc iis q̄ scirē adnumerarē.ME.Probe o Socrates loq̄ris.SO.Quid vero?nōne hoc quoq̄ recte, q̄ vera opinio opus q̄dlibet ducēs nihilo peius q̄ sciā illud assequit̄?ME.Hoc quoq̄ verū.SO.Nihil igit̄ vera opinio q̄ scientia deterior,nec min⁹ ad actiones vtilis est,neq̄ vir verā opinionē habēs q̄ sciā p̄ditus.ME.Ita est.SO.Quinetiā virū bonū vtilē esse cōuenim⁹.ME.Cōuenimus.SO.Si igit̄ hoīes nō p̄ ipsam sciam solū boni atq̄ vtiles ciuitatibus essent,si mō inuenirent̄,sed etiā p̄pter opinionē rectā:horū vero neutrū natura hoībus inest,neq̄ sciā,neq̄ vera opinio,neq̄ etiā aduentitia hęc sunt:nū videt̄ istoꝝ aliq̄d natura inesse?ME.Mihi nequaq̄.SO.Nōne postq̄ natura nō insunt,neq̄ boni etiā viri natura erunt?ME.Non sane.SO.Quoniā vero nequaq̄ natura,vtrū doctrina considerabamus?ME. Ita.SO.Et doctrina cōparabilis visa est si sit prudētia virtus?ME.Est.SO.Et si cōparabilis p̄ doctrinā,prudētia quoq̄ visa ē?ME.Prorsus.SO.Ac si p̄ceptores eēnt,doceri posse:si nō,minime?ME.Sic est.SO.Et p̄ceptores eius esse cōi cōsensu negauimus?ME.Negauimus.SO.Conclusimus itaq̄, neq̄ doceri illam, neq̄ prudētiam esse.ME.Cōclusimus.SO.Pręterea bonū ipsum esse cōcessimus.ME.Cōcessimus.SO. Bonū aūt & vtile esse recte ducēs.ME.Maxime.SO.Recte deniq̄ ducere duo hęc sola,verā opinionē atq̄ scientiā,quibus homo p̄ditus recte ducit.Quę eñ fortuna cōtingūt,imperio hoīs nequaq̄ fiūt: q̄bus aūt homo ad rectū dux est,duo hęc,opinio vera,atq̄ sciētia.ME.Idē mihi videt̄.SO.Igit̄ cū virtus doctrina p̄cipi nequeat,nequaq̄ sciētia est.ME.Nō apparet.SO.Cū ergo duo sint bona atq̄ vtilia, alterū illorū excipit̄,neq̄ erit in actiōe ciuili sciētia ducēs.ME.Nō vt mihi videt̄.SO. Nō ergo sapiētia q̄dā neq̄ vt sapiētes ipsi ciuiles hoīes rēpublicā administrant:cuiusmodi qui Themistoclis temporibus,& quos pauloāte Anytus retulit,extiterūt.Vñ nec cęteros tales quales ipsi sunt,reddere possunt, vt pote qui sciētia nulla sint tales.ME.Sicut ais esse videt̄ o Socrates.SO.Si non sciētia,restat vt opinione recta vtētes ciuiles viri ciuitates gubernēt,haud secus ad prudētiam se habētes,ac vates diuinoq̄ furore correpti.Et.n. hi vera q̄plurima nūciāt,nihil tū eorū q̄ loquunt̄ intelligūt.ME.Sic eē videt̄.SO.Nonne igit̄ o Meno diuinos hmōi viros appellare decet,q̄ mēte nequaq̄ vtētes multa tū ac magna & agēdo & dicēdo disponūt?ME.Prorsus.SO.Quāobrē merito diuinos vocabimus,quos mō p̄dixim⁹ vates furētesq̄ ac poeticos hoīes vniuersos,ciuilesq̄ hoīes nō min⁹ q̄ reliquos diuinos existimabim⁹ diuino afflatos numine deoq̄ penitus occupatos,q̄ñquidē rēpu.dirigūt,multa maximaq̄ dicentes, q̄ nequaq̄ intelligunt.ME.Maxime.SO.Mulieres quoq̄ o Meno bonos viros diuinos nuncupāt.Et Laconici quoties bonum quendā virū cōmendare volūt,Diuinus hic vir aiunt. ME.Et recte quidem loqui videntur o Socrates,q̄q̄ Anytus hic tibi forte talia loquenti succenset.SO.Haudquaq̄ mihi curę

Excogitat̄ opinio recta,q̄ etiā vera opinio vocat̄.

Monstrat̄ cōueniētia rectæ opiniōis atq̄ scientiæ.

Dędali statuę.

Differētia inter rectā opinionē & scientiā.

Recta opinio est reminiscētia

Duo recte ducūt,vera opinio atq̄ scientia.

Qui bon⁹ vir est, is diuin⁹ appellatur.

Vnde ad sit virtus.

est: cū hoc enim o Meno alias differemus. Si autē nos in omni hac disputatione recte perscrutati sumus. virtus vtiq; nec doctrina neq; natura nobis aderit, verū diuina sorte absq; mēte in eū q illā sortitus fuerit, influet: nisi forte qs ex ciuilibus talis existat, vt aliū quoq; ciuilē efficere possit. Q; si extiterit, talis hic inter viuētes erit, qualē Homerus ait Tiresiā inter mortuos esse, sic dicēs. Sapiētia pręstat solus iis q apud inferos, cęteri vero vmbrę volitāt. Similiter & ciuis hic ad alios tāq; ad vmbras se haberet. Vera eni res quo ad virtutē eēt. ME. Optime mihi dicere videris o Socrates. SO. Ex hac itaq; ratiōe o Meno diuina sorte virtus adesse cuicūq; adsit apparet. Veritatē tñ de hoc pspicuā tū deniq; cōprehēdemus, cū anteq; quo pacto virtus adsit qrat, qd ipsa secūdū seipsam sit, inuestigare tētarimus. Nūc aūt hora iā est, vt hinc alio abeā. Ipse vero qd tibi psuasum est, Anyto huic hospiti tuo iterū persuade vt mitior sit. Nam si ei hoc persuaseris, Athenienses quoq; iuuabis.

Argumentum Marsilii in Alcibiadem Primum, vel de Natura hominis.



Candidissimus Platonis nostri liber qui Alcibiades primus inscribit, Alcibiade ipso venustior, & oni carior auro, qd hō est, qd eius officiū docet. Est aūt hō aīa rōnalis mētis pticeps, corpore vtēs. Ex hac definitiōe illi⁹ officiū trahit trifariā distributū. Vt.n. rōnalis aīa ē, i seipsam circulo quodā ratiocinatiōis sese aīaduertēdo reflectit. Vt mētis pticeps, i diuinā mētē velut riuul⁹ i fontē suū refluit. Vt vtēs corpore, humanis negotiis gubernādis icūbit. Perfectū igit & absolutū hoīs officiū est, prio qdē vt naturā suā animaduertat, deide ab illa tāq; ab imagine & effectu ad diuinā mētē exemplar eius & causam cōuertat. A qua hoīs anim⁹ illustrat⁹, ipm bonū, ipm vtile, ipm pulchrū, ipm iustū intelligit, suūq; bonū, vtile, pulchrū, iustū pfecte cōphēdit. Vñ qd bonū, qd vtile alioꝝ hoīm qbuscū versat, qbus ve impat, noscit. Cūq; bonū absolutū, bonū sui, bonū alioꝝ cognouerit, ad seipm iā & aliū vnūquēq; curādū secūdū cogniti boni normā debet accedere. Philosophię studio, moralis, mathematicę, theologiæ opus est, vt ad seipm & ad mētē sui cām redeat. Moralis qppe & mathematica disciplina animū in corpus mersū in seipm restituit, theologia supra se rapit, & extra seipm attollit i deū. Mētis diuinę idearūq; cognitio sapiētia dr. Suiipsi⁹ notitia, & sui suorūq; boni vtilisq; iūctio ex diuinę mētis intuitu manās prudētia nūcupat. Prudētia sane vt bonū itelligit, humanas actiones tā publicas q̄ priuatas ad finē optimū refert. Vt vtile, p cōmoda media ppriasq; vias, qbus ad finē pueniat, dirigit. Vt pulchrū, qs ordo, qs modus i hoc pgressu quasi quodā itinere sit seruādus istituit. Vt iustū, q̄ distinctio singuloꝝ operū, q̄ obseruātia ipositi ordinis, qd suppliciū trāsgredietis, qd pmiū legē hui⁹ itineris obseruātis pscribit. A phia igit ad sapiētiā, a sapiētia ad prudētiā fit accessus: prudētia vero magistra vitę disciplinā sui cuiusq;, rei familiaris, & reip. tribuit: hō p prudētiā gubernat, domus aūt & ciuitas p amicitiā publicā, iustitiāq; seruant. Publicam amicitiā voco cōsensionē illā qua cūcti sub eadē lege & pricipe libēter cōueniūt, & ad eūdē finē respiciūt. Iustitiā publicā nomino legitimā distictionē qua singuli licet sub eodē principe, & ad eūdē finē, hoc est publicū bonū, diuerso tñ tramite proficiscunt, variāq; officioꝝ distributionē p natura & dignitate vniuscuiusq; a natura & legibus assignatā seruāt, proprioq; munere sine vsurpatione alieni fungunt. Insunt i hoc dialogo theologicę dictiōes duæ, ipsum idem, & ipsum vnūquodq;. Circa hoīem illa significat animam vt ideā, hęc aīam in corpore. Sed de iis latius in cōmētariis, quę in decē hos Platonis dialogos scribere iam institui.

Ipsum idē ipm vnūquodq;.

ALCIBIADES PRIMVS, VEL DE NATVRA HOMINIS. SO. ALCI. SO.

Occasio dialogi. in quo introducit Alcibiades iuuenis pulcherrimus, generosus, dities, habēs indolē & spem magnorū gestorum, vt ōnderet natura hoīs nō eē i his partibus. Athenę.



O Fili Clinię admirari te arbitror q; cū primus ipse omniū amare te cœperim, cæteris desinentibus te diligere, solus in beneuolentia perseuero: & cum amici reliqui frequētiori cōsuetudine tibi quotidie molesti fuerint, ego tot annis minime salutauerim. Huius autem rei causa non humanū quippiam, sed repugnantia quędam dæmonii fuit, cuius potētiā in sequētibus audies. Nūc vero cū nō vltra repugnet, huc ita pfectus sum. Spero insup nec in posterū nobis aduersaturū. Superiori autē tēpore considerabā quo pacto erga tuos amicos te gereres. Qui q̄uis multi essent atq; superbi, nemo tamen ex illis fuit, quin abs te fastu superatus abierit. Quāve ob causam illos cōtēpseris, explicabo. Ais enim te nulla in re hominibus aliis indigere. quippe quæ tibi insunt, ita esse pręclara, vt nec ad corporis, nec ad animi bona cuiusq̄ egeas. Existimas te i primis procero atq; decoro corporis habitu plurimū excellere. Atq; id apud omnes cōstat. Nobilissimo pręterea genere ortū te pędicas prę cęteris q in hac vrbe sunt ciuitatū Gręcarū amplissima: ex paterno quidem latere amicos atq; cognatos adesse q̄plurimos & optimos viros, q tibi omnia cū opus fuerit subministrare possint. Maternos quoq; nec his inferiores, neq; etiā pauciores. Sed multo maiorem iis omnibus auctoritatē afferre tibi ad res agendas Periclem Xanthippi filium, quē quidem pater tuus tutorem tibi fratriq; reliquit, qui nō in hac ciuitate solū, quęcunq; vult potest, sed in omni Gręcia, &

in multis etiã ac latis barbarorũ generib⁹. Adderẽ quoq; amplissimas tuorũ diuitias, nisi te scirẽ in iis minime oĩm gloriari. Horũ oĩm causa fastu elat⁹ familiares oẽs sup͏bia supasti. Atq; ipsi vtpote iferiores tibi cesserũt. Neq; vero ista te latuere. Quãobrẽ neq; me etiã fugit admirati te, quo aĩo in beneuolentia perseuerauerim, quãve spem de te cõceperim, q͏ aliis te relinquentibus ipse solus omniũ perstiti. AL. At istud forte nescis o Socrates, te nũc me paulo p̃uenisse. Venerat enim in animũ mihi, vt te prior adortus hęc eadẽ te rogarẽ: Quidnã vis? quid sperans me turbas, vt semp vbicũq; sum, tu quoq; obseruantissime adsis? Reuera eñ quod sit cõsilium tuũ admiror, illudq; libenter audirẽ. SO. Audies igitur hoc a me vt decet q̃ptimũ, si quidẽ vt ais nosse desideras quid cogitẽ. Ego eñ tanq̃ expectanti & auscultaturo id referã. AL. Et maxime q̃dẽ: dicas modo. SO. Vide itaq;, neq; eñ mirũ videri debet, si queãdmodũ vix incepi, ita vix desinã. AL. O vir optime dic iã, audiã eñ. SO. Dicendum est p̃fecto. Arduũ quidẽ est, cũ eo q̃ amicos ceteros supauerit, amicitiã cõsuetudinẽq; inire. Audẽdũ tñ sententiã meã exprimere. Equidẽ o Alcibiades si te cognouissem iis rebus quas supra narrauimus, esse contentum, vitãq; illis tuã mãcipauisse: iãdiu vt mihi q̃dẽ videor, beneuolentiã erga te meam deposuissem. Nunc aũt alias quasdã tuas de teipso cogitationes arguã: intelligas quã ob causam cũ semel tibi mentem adhibuerim, nunq̃ destiti. Videris mihi sane si q̃s deus tibi dixerit o Alcibiades: Nunquid viuere vis ea sola possidẽs q̃ nũc habes? an statim obire nisi p̃stãtiora q̃dã assequi liceat? mortẽ poti⁹ electurus. At vero qua nũc spe vitã agas aperiã. putas.n. si mox in Atheniẽsis populi cõcionẽ ascẽderis, q̃d q̃dẽ paucos post dies facturũ existimas: Atheniensibus demõstraturũ te maiori dignum esse honore, q̃ aut Pericles sit, aut alius quisq̃ fuerit eorũ, qui superioribus seculis floruerunt: q̃d si ostenderis, maxime apud ciues tuos auctoritatis fore. Atq; si plurimũ hac in vrbe possis, oĩm quoq; Grecorũ, atq; etiã Barbarorũ quicũq; eãdẽ quã & Greci incolũt regionẽ, clarissimũ te futurũ. Et si deus idẽ imperiũ Europę cõcesserit, trãsire tñ in Asiã & ibi rebus agẽdis preesse vetuerit, nõdũ electurus mihi videris cũ his solis vitã degere, nisi nomẽ tuũ atq; potẽtiã, vt ita dicã, p oĩa hoĩm genera p̃pagare. Teq; arbitror p̃ter Cyrũ ac Xerxẽ, neminẽ memoria dignũ existimare. Q̃z igit̃ hmõi spe nutriris, non coniecto eq̃dẽ, sed certo scio. forte etiã & tu cõfiteberis, vtpote tui cõscius, me vera dixisse. AL. Quid hęc o Socrates ad eã rationẽ quã assignare volebas, ob quã me nõdũ deserueris? SO. Ego tibi dicã o amice Cliniæ & Dinomachis filii. has cogitatiões tuas ad optatũ finẽ p̃ducere, absq; me minime potes: vsqueadeo ĩ te ac tua negotia me posse cõfido. Quapropter deũ ipsum cẽseo nõ p̃misisse olim me tecũ differere: atq; ego expectaui donec ille p̃mitteret. Vt.n. tu speras ciuitati tuę ostẽdere posse omni te apud eã honore dignũ esse, atq; his demõstratis nihil adeo magnũ restare, q̃d nõ statim cõficere possis: sic & ipe plurimũ apđ te posse cõfido cũ primũ ostẽdero cũctis me digniorẽ esse, nec tutorẽ, neq; cognatũ, neq; aliũm quẽpiã p̃ter vnicũ me deo fauẽte tibi eã potẽtiã quã desideras traditurũ. Q̃diu igit̃ eras iunior, necdũ in spẽ tantã veneras, mea q̃dẽ sententia de⁹ tecũ disputare p̃hibuit, ne frustra cõtẽderẽ. Nũc vero impulit. nũc igit̃ audies. AL. Lõge mihi nũc mirabilior videris o Socrates postq̃ loq mecũ cœpisti, q̃ dũ tacitus me sequebaris: q̃q̃ etiã tunc aspectu talis maxime videbaris. Si igit̃ vtrũ ego hæc mente versatẽ necne, vt videt̃, optime cognouisti, etiã si minus verbis exp̃ssero, nihil iã negotii erit vlterius ad te persuadẽdũ: esto sane. Si ergo hęc ipse maxime intẽdo, quonã modo p te cõsequar, nec sine te ista p̃ficient̃? potes ne dicere? SO. Interrogas ne an p̃lixũ sermonẽ incepturus sim, quales audire solitus es? Neq; vero id mei moris est. Verũtñ ostẽdere tibi possum vt arbitror, hęc ita se habere, mõ ĩ hoc vno dũtaxat mihi obseq velis. AL. Nisi arduũ quiddã exigas, cõcedo. SO. Nũ difficile tibi videt̃ ad interrogata respõdere? AL. Nequaq̃. SO. Respõde igit̃. AL. Interroga. SO. An te interrogẽ vt cogitãtẽ ea q̃ cogitare te dixi? AL. Esto si placet, vt tandẽ quid feras videam. SO. Age vtiq;, intẽdis vt supra dixi breui adire Atheniẽsem populũ cõsulturus. Si tibi igit̃ mox ad cõcionẽ p̃fecturo ego obuius dicerẽ: o Alcibiades, postq̃ Atheniẽses de aliquo deliberare cõstituerunt, surrexisti & tu deliberaturus: vtrũ de iis q̃ tu melius q̃ illi calles? q̃d r̃nderes ad hæc? AL. Responderẽ sane de iis q̃ meli⁹ nossẽ. SO. Quę igit̃ nosti de iis quoq; es cõsultor bon⁹? AL. Quid ni? SO. Nõne hęc sola cognoscis q̃ ab aliis didicisti, vel ipe per te inuenisti? AL. Quęnã alia? SO. Est aliquid q̃d quandoq; didiceris vel inueneris cũ nolles inuenire vel discere? AL. Nõ est. SO. Nunquid voluisti vnq̃ inquirere siue discere quæ te scire putabas? AL. Nunq̃. SO. Quę nũc scis, fuit q̃nq; tẽpus q̃n te ignorare putabas? AL. Necesse est. SO. Atq; q̃ didicisti ferme & ipe cognoui: q͏ si q̃d me fugerit dicas. Didicisti.n. vt memini literas, citharã pulsare, palęstrã: nã inflare tibias noluisti. Hęc sunt quorũ tu sciẽtiã habes: nisi quid clãculũ forte didiceris. puto autẽ nec noctu neq; die exisse te domo nos latentẽ. AL. Nullos p̃terq̃ horũ triũ p̃ceptores audiui. SO. An quoties Atheniẽses de literis cõsultabũt, quo pacto scribi debeãt, ad cõsiliũ accedes? AL. Nõ per Iouẽ. SO. At cũ de lyra pulsanda? AL. Nullo modo. SO. Neq; de palęstris etiã in cõcione disceptare cõsueuerũt. AL. Minime. SO. Q̃n igit̃ & qua de re cõsultantibus? non enim cũ de ędificiis. AL. Non certe. SO. Aedificator eñ melius q̃ tu cõsultet. AL. Ita. SO. Neq; tñ cũ de vaticinio disceptabunt. AL. Nequaq̃.

Beneuolẽtiã captat a re ipsa & attentionem.

A persona dicentis.

Duobus modis cognoscim⁹.

Alcib. inflare tibias noluit.

SO. Fatidicus enim hęc melius q̄ tu. AL. Melius. SO. Seu patuus, siue magnus, seu formosus, siue deformis, vel generosus, vel ignobilis. AL. Certe. SO. Sciētis em̄ officiū est nō diuitis de vnoquoq; cōsulere. AL. Quid ni? SO. Atq; ideo seu diues sit, siue paup ille q monet, nihil intererit apud Atheniēses, qñ deliberabūt qua rōne ciues bñ valeāt, sed q̄rēt dūtaxat vt medicus sit cōsultor. AL. Et merito. SO. Qñ igit & in qua causa idoneus cōsultor eris? AL. Qñ de negotiis eo⁊ deliberabūt. SO. An cū de re nauali q̄rent, quales oportet naues fabricare? AL. Non o Socrates. SO. Naues enim struere nescis. Est ne hæc causa, an aliud quiddam? AL. Nil aliud. SO. At vero de quibus eorum negotiis dicebas? AL. Cū de bello o Socrates, vel pace, aut alio quopiā ciuitatis negotio. SO. Nū dicis cū disputabūt q̄bus cū pax retractāda sit, & aduersus quos bellū gerēdū, & quo pacto? AL. Profecto. SO. Oportet aūt q̄bus opęp̄ciū est hęc indicere? AL. His ipsis. SO. Et tūc solū qñ melius? AL. Omnino. SO. Atq; tādiu q̄diu p̄stat? AL. Certe. SO. Si ergo q̄rerēt Athenienses aduersus quos palęstra vel pugnis certādū sit, ecquo mō ipe meli⁹ q̄ gymnasii magister cōsulceres? AL. Gymnasii magister meli⁹. SO. Potes ne dicere ad q̄d ille respiciēs admonebit q̄buscū luctandū sit palęstra vel nō, & qñ, & quo pacto? Tale aliq̄d dico, nōne cū iis certādū, cū q̄b⁹ cū operęp̄ciū est? AL. Cū iis vtiq;. SO. Et quātū p̄stat? AL. Et quātū p̄stat. SO. Et tūc qñ melius? AL. Prorsus. SO. Quinetiā cātorē oportet pulsare citharā, & saltare ad cātilenæ ipsius exēplar. AL. Oportet. SO. Nōne tūc qñ melius? AL. Tūc certe. SO. Et tātū quātū meli⁹? AL. Cōfiteor. SO. Quid ergo postq̄ ipsum melius in vtrisq; nominasti, & in pulsatione citharę secūdū cantilenam, & in palęstra, q̄d vocas in recto ad cātū sono melius? queādmodū ego in palæstra voco gymnasticum. Tu aūt q̄d illud appellas? AL. Haud intelligo. SO. Sed conate me imitati. Eq̄dē ipsum melius respōderem id q̄d per oīa recte se habet. Recte vero se habet q̄d secūdū artē fit: nōne? AL. Idipsum. SO. Nōne ars gymnastica? AL. Quid ni? SO. Id sane q̄d melius in palęstra, vocaui gymnasticum. AL. Vocasti quidem. SO. An nō recte? AL. Mihi videt̄. SO. Age igit̄ & tu, decet enim te quoq; recte differere. Dic primū q̄ ars est, ad quā ptinet recte canere, sonare, saltare. Vniuersa hęc ars quomō nūcupat̄? nondū potes exprimere? AL. Nōdū. SO. Verū sic enitere, q̄nā huius artis deę? AL. Musas ne o Socrates ais? SO. Eq̄dē. inspice iā, q̄d ab his cognomē ars illa nanciscit̄? AL. Musicā dicere mihi videris. SO. Dico vtiq;. Quid igit̄ est, q̄d secūdū hāc recte perfficit̄? queādmodū modo ī illa arte ego tibi q̄d secūdū artē recte fieret gymnasticā nominaui. Tu quoq; in hac eodē modo q̄d ais & quomō fieri? AL. Musicū mihi videtur & musice. SO. Bene dicis. age & iā ip̄m q̄d ī bello melius, & ī pace ip̄m q̄d melius, q̄d nūcupas? queādmodū in superioribus dixisti in vnoquoq; meliori: in vno q̄dē q̄d magis musicū, in altero vero q̄d magis gymnasticū. Conare in iis similiter ipsum melius p̄nunciare. AL. Nō habeo quid dicā. SO. At vero turpe est si q̄s te de cibis asserētē, q̄ melior est iste q̄ ille, & qñ, & quātus, deīde interroget, q̄d ipsum melius nūcupas o Alcibiades? habere in iis quid respōdeas, q̄d videlicet salubrius, q̄uis te medicū esse nō p̄fitearis: in illo vero cuius te peritū esse gloriaris, & tāq̄ eruditus cōsultutus assurgis, si desit tibi q̄d respondeas interrogatus q̄d melius sit. Nōne inquā turpe hoc est? AL. Turpissimū. SO. Cōsidera itaq; & conare nobis ostēdere quorsum tēdit ip̄m melius in pace quibuscū oportet cōficienda, & in bello etiā cōtra quos oportet? AL. Et si ingro, neq̄ tñ id inuenire. SO. Aiaduertisti cū bellū gerimus, q̄d sit q̄d accusamus, & quō nūcupem⁹ illud quo ad bellū incitamur? AL. Aiaduerti equidē ad arma nos p̄uocari, cū decepti sum⁹, vel coacti, vel aliqua re priuati. SO. Age, dicas quo differt pati illa hoc vel illo modo? AL. Cū dicis hoc vel illo modo, ītelligis ne idē ac si diceres iuste vel iniuste? SO. Id ipsum. AL. Oīno q̄dē & secūdū totū differt. SO. Aduersus quos vt bellū ineāt Atheniēses hortaberis? Nū aduersus iniuriā inferētes an iuste agentes? AL. Durū est id q̄d interrogas: nā & si q̄s putaret iustos etiā viros opprimēdos, nō tñ id tibi confiteret̄. SO. Nō enim legitimū hoc vt videt̄. AL. Minime. SO. Neq; bonū apparet. in his ergo tu circa id q̄d iustū est, verba facias. AL. Necesse est. SO. Ita q̄ melius interrogarē ī bello gerēdo aut nō gerēdo, & quibuscū oportet vel nō, & qñ oportet vel nō oportet, id q̄d iustius est, an nō? AL. Videtur. SO. Verū igit̄ o amice Alcibiades te pręterit q̄ hoc ignoras? vel si me inscio ad præceptorē profectus es, vnde diiudicare didiceris q̄d iustius, & q̄d iniustius, age & mihi hūc ostende, vt illi me discipulum atq; hospitē reddas. AL. Mordes o Socrates. SO. Nō per deū mihi & tibi amicū, quē iureiurādo minime fallerē: sed si habes, dic q̄s est. AL. Quid si nō habeā? nōne putas aliter me iusta atq; īiusta posse dignoscere? SO. Immo si q̄dē inueneris. AL. An nō censes inuenisse me? SO. Et maxime quidē modo q̄siueris. AL. Deinde nō credis me q̄sisse? SO. Credo equidē, modo te ignorare putaueris. AL. An nō fuit tēpus, cū sic me haberē? SO. Bene dicis, sed scis assignare nobis id tēpus, quādo nō rebaris te iusto⁊ atq; iniusto⁊ cognitionē habere? Age superiori anno ista quęsisti, nec existimabas te scire, vel existimabas? Ac vera respōde, ne frustra disputationes procedāt. AL. Putabā scire. SO. Tertio vero anno ante id tēpus, & quarto, & quīto, nōne eodē pacto? AL. Eodē. SO. Atq ante hęc tp̄a nōne etas puer? AL. Erā. SO. Tūc sane noui te cognoscere putauisse. AL. Quō nouisti? SO. Sępenumero te puerū audiui cū ap̄d ludi magistros, atq; alibi ī calculo⁊ iactu

Quid melius i vnoquoq; studio vel re, & illud est q̄d per oīa recte se habet.

Dignoscit q inuenit, inuenit qui q̄rit, q̄rit q putat se ignorare.

cæterisq puerilibus studiis exercereris,tanq̃ de iustis atq iniustis minime dubitantē:verū audacter loquentē de quocūq puero sermo incidebat,q malus & iniustus esset,& iniuste ageret.Num vera lo quor?AL.Quid me oportebat facere,cum quis iniuria me afficeret?SO. Tu si te ignorare contigerit vtrum inferat iniuria nec ne,tunc quæris qd agere te oporteat?AL.Per Iouē non ignorabā quidē,sed plane intelligebā iniuriam mihi fieri.SO.Ergo putabas etiā dum esses puer,iusta & iniusta dignosce re.AL.Et sciebā equidē.SO.Quo in tempore inueneras?Nō enim in illo cū te scire credebas. AL.Ne quaq̃.SO.Quādo igitur hęc ignorare putabas?Cōsidera.non enim id tēpus inuenies.AL. Per Iouem o Socrates qđ dicam nō habeo.SO.Non ergo per inuētionē ista cognoscis.AL.Non videor. SO.Sed paulo ante neq per disciplinā etiā percepisse dicebas.q si nec inueneris neq didiceris,quonam pacto & vnde cognoscis?AL.Forte haud recte respōdi cum scire me per inuentionē asserui. Id vero in hūc modū se habuit,didici ipse quoq vt arbitror quēadmodum alii.SO.Rursus in idē relabimur:dic no bis a quo didicisti.AL.A vulgo.SO.Nō ad pbatos refugis pceptores, cū ad vulgus te refers. AL.An non sufficiunt ad hęc docenda hi?Nonne etiā docere possunt quę pertinent ad talares ludos & quæ non?etsi viliora hæc sunt q̃ iusta.An nō sic tu quoq putas?SO.Puto.AL.Deinde nōne minora quæ dam,atq etiā nōnulla maiora tradere possunt?SO.Arbitror eqdē.AL.Enimuero multa docere pos sunt meliora ludo talari.SO.Quęnam ista?AL.Vt est græce loqui.Ab iis enim didici,nec pręceptorē vllum habui pręter istos,quos tu magistros haud satis pbatos esse dicebas. SO.O generose,hui9 qui dem rei vulgares homines idonei pręceptores sunt,& merito in hac doctrina laudant.AL. Cur?SO. Quoniā habent,qđ bonos decet præceptores habere.AL.Quid hoc?SO.Nōne scis oportere eos qui aliqd docturi sunt,priusq̃ doceant,intelligere?AL.Quid ni?SO. Intelligentes autē cōsentire inuicem neq differre?AL.Ita.SO.In quib9 igitur dissentirēt,ea scire illos assereres?AL.Minime.SO. Horū er go quomodo boni essent magistri?AL.Nullo modo.SO. Videt ne tibi dissentire multitudo, siquādo interroget qd lapis,& quid lignū?An non in idem ferunt oēs, cū lignū volunt aut lapidē capere?atq eodē pacto in cunctis huiusmodi?AL.Intelligo ferme q tale quiddā græcā locutionē esse dicis.nōne? SO.Dico equidē. atq idcirco in iis nōne cōueniunt vt diximus & priuatim & publice ciuitates inui cem,neq dubitāt,hę quidē hoc,hę vero aliud quiddā vocātes?AL.Nō dubitāt.SO.Merito ergo isto rū idonei pręceptores essent.AL.Nēpe.SO.Itaq siquē in his vellemus eruditū euadere, recte hunc in doctrinā multitudinis mitteremus.AL.Prorsus.SO.Si autē nosse vellem9 nō modo qui hoīes & qui equi sunt,verū etiā qui ex illis maxime cursu valeāt,& q nō,nunqd vulgus erudire poterit?AL. Ne quaq̃.SO.Sufficiēs hęc tibi cōiectura erit,q nec sciant vulgares oēs,neq apti horū pręceptores sint, qm̄ de iis inter se nequaq̃ cōueniunt.AL.Videt.SO.Qꝫ intelligere cupiamus nō tantum qui sint ho mines,sed qui bene valeāt vel ægrotēt,nunqd multitudo docebit?AL.Non.SO. Multitudinē hęc do cere nō posse facile aduertes,si discordes opiniones cōsideraueris.AL. Sane.SO.De iustis autē homi nibus atq rebus multitudo secum ipsa & cū aliis cōsentit?AL.Minime per Iouem o Socrates. SO.At in iis magnopere discrepat?AL.Summopere.SO.Arbitror nec vidisse te vnq̃,nec audisse hoīes de sa nis & ægrotis inter se adeo dissentire,vt ob ista bellū gererēt,seq inuicē interimerēt.AL.Nunq̃. SO. Cæterū de iustis atq iniustis q̃ acriter dissentiant,& si ipse vt arbitror nō vidisti,audisti tamen cū ex aliis multis,tum etiā ex Homero in Odyssea atq Iliade.AL.Oīno o Socrates.SO. Nonne igitur hæc oīa poemata sunt de iusti atq iniusti discrimine?AL.Sūt.SO.Pugnęq & interitus ob eandē profecto dissensionē īter Achiuos Troianosve fuerūt,eadēq ratiōe īter procos Penelopis & Vlyssem.AL.Ve ra refers.SO.Reorq & inter Atheniēses,Lacedęmonas,atq Bœotios,qui prius in Tanagra,deīde in Coronia perierūt,vbi etiam pater tuus Clinias oppetiit,nulla alia de re q̃ de iusti iniustive differētia pugnā tam acerbissimā extitisse.AL.Vera loqueris.SO.Eos itaq dicemus illa sciuisse de quibus tam acriter cōcertarūt,vt de iusto & iniusto altercātes oīa extrema subirent?AL.Nō videtur.SO.Nonne in eos pręceptores te refers,quos ipsemet ignorare consentis?AL.Videor. SO.Quonam pacto conue niens est te iusta & iniusta cognoscere in quibus sic aberras,nec didicisse ab aliquo videris,neq per te etiā inuenisse?AL.Ex iis q̃ tu dicis,nō est cōsentaneū.SO.Vides iterū Alcibiades hoc te nō recte dixis se?AL.Quid?SO.Qꝫ me aiebas hęc dicere.AL.Quid aūt?nōne ipe dicis me circa iusta & iniusta igna rū esse?SO.Nequaq̃.AL.Ego ne igit?SO.Tu inquā.AL.Quonā mō?SO.Sic intelliges.si te interrogē vtrū vnū aut duo plura sint,respōdebis ne duo?AL.Duo.SO.Quanto?AL.Vno.S.O Vter nostrum erit qui dicet duo vno plura q̃ vnum?AL.Ego.SO.Nonne ego quidem interrogabam, tu responde bas?AL.Ita.SO.De iis ergo vter nostrū dicere videtur?num ego interrogans,an tu respondens?AL. Ego.SO.Quid autē si quęram quot sunt in Socrate literæ,tu vero respōdeas,vter nostrū erit qui di cet?AL.Ego.SO.Age dic vno verbo,quoties interrogatio fit atq respōsio,vter est qui dicit? interro gans ne an respondens?AL.Respondēs mihi videtur o Socrates.SO.Ego in superioribus semp inter rogaui.AL.Semper.SO.Tu vero respōdisti.AL.Respondi.SO. Quæ igitur dicta sunt hactenus vter

Quid oporteat esse in bonis pceptoribus.

Qui doceri velit liguā:is in multitudinē mittendus. liguæ eñi magister est populus.

Qꝫ vulg9 nesciat docere.

Ilias & Odyssea sunt de discrimine iusti & iniusti.

noſtrũ dixit? AL. Ex iis quę conceſſa ſunt, ego dixiſſe videor. SO. Nõne dictum eſt ꝙ Alcibiades bonus Clinię filius iuſtorũ atq; iniuſtoꝝ inſcius, ſe ſcire putabat, eratq; cõcionẽ Athenienſiũ aſcenſurus, ea conſulens q̃ neſciret? Sũt hęc vera? AL. Sũt. SO. Euripidis illud nũc nobis o Alcibiades occurrit. Abs te quippe iſta videris audiſſe nõ a me. Neq; ego hęc, ſed tu dixiſti: me autẽ fruſtra accuſas. Et ꝑfecto bene dicis. furioſum em̃ qddã aggredi o vir optime ſtatuiſti, doctur⁹ illa q̃ neſcias, neq; diſcere cures. AL. Reor o Socrates Athenĩẽſes & alios Gręcos raro quęnã iuſtiora, quęve iniuſtiora ſint, quęrere. talia em̃ putãt eſſe ꝑſpicua. his igiẽ omiſſis, q̃ cõducãt agẽtibus ingrũt. Neq; em̃ eadẽ eẽ iuſta & vtilia puto. quin multis iniuſte agẽtibus iniuſtitia profuit: alios cõtra iuſte agẽtes nil ipſa iuſtitia iuuit. SO. Alia ergo iuſta erũt, alia cõferẽtia. Nũqd vero noſſe te putas q̃ vtilia ſunt hoĩb⁹, & quã ob cauſam? AL. Et qd ꝓhibet Socrates? niſi rurſus exquiras a quo didicerim, aut quomodo ipſe inuenerim. SO. Tale qddã nũc agis, ac ſiqd nõ recte dicas, poſſitq; id oſtẽdi ꝑ eandẽ rationẽ qua ſupiora, ipſe tñ noua q̃dã exiſtimes audiẽda, nouaſq; demõſtrationes ĩ mediũ adducẽdas, quaſi priores diſciſſę & cõfractę ſint inſtar apparatuũ atq; veſtiũ qbus in ſcæna vtunẽ, qbus qdẽ tu nõ amplius induaris, niſi quis aliud quiddã purũ immaculatũq; afferat. Ego autem miſſa faciẽs ſermonis tui præludia, nihilo min⁹ ĩterrogabo, vnde vtilia didiceris, & qs magiſter fuerit, & reliqua cũcta q̃ prius, vna ĩterrogatione requirã. Verũtamẽ eodẽ vt arbitror reuolueris, neq; oſtẽdere poteris qua ratione vtilia diſciplinane, an inuẽtione cognoueris. Quãdo vero adeo delitiis deditus es, vt nõ libẽter ſermonẽ eũdẽ guſtaturus videare: hoc qdẽ dimitto, noſcas ne an nõ, quid vtile qdve inutile ſit Atheniẽſibus. Vtrũ autẽ eadẽ ſint iuſta & vtilia, an diuerſa, cur nõ demõſtras, aut ipſe me interrogans, vt ego te, aut ſi placet ꝑ teipm̃ tua tãtũ oratiõe diſcurrẽs? AL. Haud ſcio o Socrates, an aduerſus te diſputare valerẽ. SO. At o bone vir cõcionẽ me in ꝑ̃ſentia, populũve eſſe puta: nõne illic te vnicuiq; ꝑſuadere oportebit? AL. Oportebit. SO. Nõne eiuſdẽ eſt poſſe vni ſeorſum aliqd demõſtrare, necnon multis ſimul in iis q̃ cognoſcit? ſicut grãmaticus vnũ pariter ĩ literis ac multos erudit: & in numeris eodẽ modo qs poterit vni ac multis oſtẽdere? AL. Certe. SO. Hic aũt eſt arithmeticus. AL. Eſt. SO. Et tu ergo q̃ pluribus eadẽ vni ꝑſuadere potes. AL. Cõſentaneũ eſt. SO. Sũt aũt hęc videlicet q̃ cognoſcis. AL. Profecto. SO. Hoc vero dũtaxat differt rhetor q apud populũ loquiẽ, ab eo q ĩ hmõi cõgreſſu: ꝙ ille ſimul vniuerſis, hic ſeorſum ſingulis ꝑſuadet. AL. Videẽ. SO. Age cũ eiuſdẽ eſſe appareat multis atq; vni oſtẽdere, meditare nũc corã me atq; enitere, vt oſtẽdas mihi qđ iuſtũ eſt, aliquãdo nõ ꝓdeſſe. AL. Cõtumelioſus es o Socrates. SO. Nũc ꝑ cõtumeliã demõſtratur⁹ ſum tibi cõtraria eoꝝ q̃ tu mihi nõ vis. AL. Dic. SO. Reſpõde modo ĩterrogãti. AL. Minime, ſed tu ipſe dicas. SO. Nõne vis q̃ maxime ꝑſuaderi? AL. Prorſus. SO. Si dixeris hęc ita ſe habere, an nõ eris maxime ꝑſuaſus? AL. Mihi quidẽ videẽ. SO. Reſpõde igiẽ: nã niſi a teipſo audieris iuſta oĩa vtilia eſſe, alteri dicẽti nõ credes. AL. Nõ: ſed iã reſpõdendũ eſt: nihil enim nociturũ exiſtimo. SO. Vates profecto es, verum dic. Iuſtorũ quædam conferre aſſeris: quędam minime? AL. Aſſero. SO. Quid autem horum partim eſſe pulchra, partim cõtra? AL. Quomodo hoc interrogas? SO. Vtrum quiſpiã tibi aliquãdo viſus ſit turpia quidẽ facere, ſed tamen iuſta? AL. Mihi nunq̃. SO. Omnia itaq; iuſta etiam pulchra. AL. Ita. SO. Rurſus, pulchra vtrũ omnia bona, an partim bona, partim mala? AL. Arbitror equidẽ o Socrates nonnulla ex pulchris mala eſſe. SO. Et turpia quædam bona? AL. Certe. SO. Nunquid tale quiddam dicis, perinde ac ſi nõnulli dum in prælio amico vel propinquo cuidã opem ferre vellẽt, vulnerati perierint: qui vero debitũ auxiliũ non præſtiterunt incolumes inde diſceſſerint? AL. Et maxime quidem. SO. Nonne auxilium huiuſmodi pulchrum appellas, vbi quis ſeruare conatur quos oportebat? eaq; fortitudo eſt? AL. Profecto. SO. Malũ vero vocas ob interitus ac vulnera? AL. Voco. SO. An nõ eſt aliud fortitudo, aliud mors? AL. Aliud. SO. Non ergo ſecundũ idem pulchrum ſimul ac malum eſt, amicis opem ferre. AL. Non videtur. SO. Vide itaq; vtrum qua ratione pulchrũ, etiam bonũ ſit: Quemadmodũ in iis. Secũdum fortitudinẽ enim cõcedis pulchrũ eſſe auxiliũ ferre. Ipſa autẽ fortitudo bonũ ne an malũ? Sic vero cõſidera: vtra eligeres adeſſe tibi, bona an mala? AL. Bona. SO. Nõne maxima bona maxime optares, ac minime omniũ his priuari velles? AL. Quid ni? SO. Quid de fortitudine dicis? quãto illam precio cõmutares? AL. Ne viuere qdẽ vellẽ, ſi timidus eſſem. SO. Extremũ ne malũ tibi videẽ eſſe timiditas? AL. Mihi vero. SO. Aeque ac mori, vt videtur. AL. Aeque. SO. Morti atq; timiditati vita & fortitudo contraria ſunt? AL. Sũt. SO. Et hęc quidẽ maxime optares adeſſe tibi, illa minime? AL. Certe. SO. An non ex eo ꝙ hæc optima, illa peſſima eſſe cenſes? AL. Valde. SO. Igitur auxiliũ ferre amicis in prælio, pulchrũ quidẽ vocabas ſecũdum boni. i. fortitudinis actionem. AL. Videor ſane. SO. Secundum vero actionem mali, id eſt mortis, malũ. AL. Mihi quidẽ videtur. SO. An non cõgruũ eſt ſic vnãquãq; actionẽ denominare? ſi enim eã prout malum fert, malã appellas: cõtra prout fert bonũ, bonam vocare decet. AL. Videẽ. SO. Nonne etiam qua bonum, pulchrũ: qua malũ, turpe? AL. Maxime. SO. Cum ergo dicis auxiliũ ipſum in bello, pulchrũ eſſe, ſed malum: idem eſt ac ſi dixiſſes, ipſum bonũ quidem

Qua quid bonũ, hac pulchrũ: qua malũ, hac turpe.

malũ tamẽ.AL.Vera mihi dicere videris o Socrates.SO.Nihil igitur pulchrũ quatenus pulchrum malum est,neq; turpe quicq̃ quatenus turpe bonũ.AL.Non videt.SO.Preterea hũc in modũ contemplare.quisqs pulchre agit,nõne bene agit?AL.Vtiq;.SO.Bene aũt agẽtes,nonne felices?AL.Quid ni?SO.An nõ felices pp̃ter bonorũ possessionẽ?AL.Et maxime.SO.Acquirũt autẽ hæc ex eo q͂ pulchre ac bene agũt?AL.Certe.SO.Igit bene agere bonũ.AL.Quid ni?SO.Nõne pulchrum actio bona?AL.Certe.SO.Idẽ itaq; rursus apparet nobis pulchrũ ac bonũ.AL.Apparet.SO.Quicq̃d igit inueniem⁹ pulchrũ esse,idẽ quoq; bonũ existere hac ratiõe reperiem⁹.AL.Necesse est.SO.Bona aũt cõferũt nec ne?AL.Cõferũt.SO.Meministi q̃d supra de iustis cõfessi simus?AL.Reor iusta agentes necessariũ esse pulchra facere.SO.Pulchra vero agẽtes,nõne etiã bona?AL.Ita.SO.Et bona p̃desse?AL.Penit⁹.SO.Iusta igit o Alcibiades vtilia sunt.AL.Videt.SO.Hęc nõne ipse dixisti,ego autẽ interrogaui?AL.Apparet.SO.Si q̃s igit surgat Atheniẽsib⁹ vel Peparethiis cõsultur⁹ putãs iusta se & iiusta dignoscere,dicatq; scire se iusta ĩterdũ esse mala,nõne ip̃m irrideres,cũ tu afferas eadẽ iusta & vtilia esse?AL.Per deos o Socrates q̃d dicã nescio,sed absurdo quodã modo habere me videor.Nũc.n.alia vident mihi interrogãte te,nunc alia.SO.Ignoras o amice quęnã hęc affectio sit?AL.Ignoro.SO.Si q̃s te interrogasset duos ne an tres oculos habeas,manusve duas an quatuor,aut aliud quiddã huiusmodi,putas illi te tũ hoc tũ illud,an idẽ semp respõsurũ fuisse?AL.Et si de me ip̃o iã vereor,puto tamẽ eadẽ respõsurũ.SO.An nõ hui⁹ causa est,quia cognoscis?AL.Arbitror.SO.De q̃b⁹ igit inuitus cõtraria respõdes,cõstat illa te ignorare.AL.Consentaneũ est.SO.Nõne circa iusta & iniusta,pulchra & turpia,bona & mala,vtilia & inutilia respõdẽdo te errasse fateris?deinde nõ manifestũ est,ob eã causam errauisse,q͂ ignoraueris?AL.Videt mihi.SO.Nũ ita se res habet,cũ q̃s aliq̃d ignorat,illi⁹ animũ circa id errare necesse est?AL.Quid ni?SO.Scis ne quo pacto ĩ cęlũ ascẽdas?AL.Minime p Iouẽ.SO.Aberrat circa hęc opinio tua?AL.Nõ certe.SO.Scis autẽ hui⁹ causam?an me dicere mauis?AL.Dic.SO.Q̃m cũ nescias nõ putas te scire.AL.Quomodo rursus id ais?SO.Inspice tu quoq; vna mecũ quæ nescis,cognoscisq; te ea nescire,num in illis laberis,quẽadmodũ de parãdis obsoniis nosti sane q͂ nescis?AL.Penit⁹.SO.Vtrũ circa hęc opinaris quomodo parare cõueniat,atq; erras?an potius sciẽti cõcedis?AL.Hoc pacto.SO.Quid si nauigares,nũq̃d opinareris & ingreres quomõ gubernaculũ esset ad interna ne an ad externa flectendũ,atq; vtpote nescius aberrares,vel poti⁹ gubernatori cõcedens,quietẽ ageres?AL.Gubernatori.SO.Non igit erras in iis q̃ nescis,si nescire te noueris.AL.Non videt.SO.Cernis errores ĩ actiõib⁹ esse ob hãc ignorãtiã,q͂ qui nescit scire se putat?AL.Quo pacto id ais?SO.Tũc agere aggredimur,cũ nosse putam⁹ q̃d agim⁹.AL.Ita est.SO.Q; si qui ignorãtię suę cõscii sunt,aliis se cõmittũt.AL.Quid ni?SO.Quapropter hi ex ignorãtib⁹ soli sine culpa vitã agũt,ex eo q͂ alioꝝ curę se credũt.AL.Profecto.SO.Quinã peccãt?nõ em̃ sciẽtes.AL.Nõ certe.SO.Postq̃ neq; scientes,neq; ex ignorãtib⁹ ii qui ignorãtię suę cõscii sunt errãt,quinã alii restãt,q̃ ii qui cũ nesciãt,scire se putãt?AL.Nõ alii,sed hi.SO.Hęc igit ignorãtia maloꝝ causa est,& vituperãda inscitia.AL.Nẽpe.SO.Et q̃n circa maxima est,tũc deterrima atq; turpissima.AL.Maxime.SO.Num habes q̃cq̃ maius q̃ iustũ,bonũ vtile?AL.Nequaq̃.SO.Nõne circa hęc errasse te asseris?AL.Assero.SO.Q; si erras,nõne ex supiorib⁹ p̃spicuũ est q͂ nõ modo in maximis reb⁹ inscius es,verũ etiã cũ sis ignarus scire te putas?AL.Videor.SO.Papę,o Alcibiades,quo pressus es morbo?hũc eq̃dẽ noĩare horresco.Verũtamẽ cũ soli sim⁹,dicẽdũ est.In turpissima nãq; inscitia o optime versaris,vt ip̃e oratiõe tua de te arguis.Quãobrẽ pri⁹ te ad ciuilia cõfers,q̃ sis gubernãdi p̃ritus.Neq; te solũ morb⁹ hic tenuit,verũ etiã oẽs q̃ hãc rẽp. administratũt,pręter admodũ paucos,ac fortasse p̃ter tutorẽ tuũ Periclem.AL.Fertur o Socrates non casu quodã sapiẽs euasisse Pericles,q̃n multis ac sapiẽtib⁹ viris familiariter vsus fuisse Pythoclide in primis & Anaxagora,& nũc etiã tã grãdis natu,sapiẽtię g̃ra Damone vtit.SO.Nũ quẽ vidisti sapientem,qui in ea re in qua ip̃e sapit,aliũ sapiẽtẽ efficere nõ posset?veluti q̃ te in literis erudiuit,ipse q̃dẽ erat sapiẽs,teq; pariter reddidit sapientẽ: & eodem pacto quẽuis aliũ poterat.AL.Profecto.SO.Et tu quoq; eruditus ab illo,alium instruere poteris.AL.Potero.SO.Similiter citharœdus & magister gymnasii.AL.Penitus.SO.Optima igit hæc coniectura est,quosdã aliquid nosse,cum aliũ quoq; doctũ ab ip̃is ostẽdere possunt.AL.Mihi q̃dẽ videt.SO.Habes quẽ dicere possis a Pericle sapiẽtẽ factũ a filiis incipiẽs?AL.Quid si Periclis filii stolidi nati sunt?SO.At vero fratrẽ tuũ Cliniã?AL.Quid Cliniã in mediũ adducis hoĩem insanũ?SO.Postq̃ Clinias q̃dẽ furit,filii vero Periclis stolidi nati sunt,tibi quã causam adscribem⁹,p̃pter quã te cũ talis sis,negligat?AL.Ego ip̃e vt arbitror,in culpa sum,cũ illi mẽtẽ nõ adhibuerim.SO.Verũ ex aliis Atheniẽsib⁹ vel hospitib⁹,dic quẽ vel seruũ,vel liberũ sapiẽtiorẽ sua cõsuetudine fecerit,sicuti ego tibi oñdere possũ p̃pter Xenonis familiaritatẽ Pythodoꝝ Isolochi & Calliã Calliadę filios factos eẽ dignos sapiẽtesq; viros,quoꝝ vterq; cẽtũ minas Xenoni tradidit.AL.Per Iouẽ nõ habeo quẽ dicã.SO.Esto.Quid ergo de teip̃o cogitas?vtrũ q̃lis nũc es,& in posterũ fore?an curari quodã modo?AL.Cõmuni cõsilio opus est o Socrates.Etem̃ tua dicta ĩtelligo,eisq; assetior.

Felices ob bonorum possessionem.

Ignorãtia causa est respondendi varia & nõ eadem.

Optima coniectura est sciẽtis.

Nam qui rempu.administrãt,preter admodũ paucos,ineruditi mihi quoq; videtur. SO. Quid tum? AL.Si periti essent,oportebat aggredientẽ cũ illis pariter cõcertare: postq̃ didicisset ac seipsum exercuisset,tunc demũ tanq̃ ad athletas ꝓficisci. Nunc autẽ postq̃ & isti imperiti ad rempu.accesserũt,qd exercitatione opus est mihi?quid studio disciplinę? Noui enim q̃ naturę dotibus lõge hos superabo. SO.Papę quidnã o optime dixisti?q̃ indignũ indole tua,ac reliqs quæ tibi adsunt. AL.Quorsum hæc o Socrates? SO.Grauiter enim fero ob mutuã inter nos beneuolentiã. AL. Quidnam? SO. Q2 dignũ putaueris aduersus homines qui hic sunt,fore tibi certamẽ. AL. Aduersus quos igitur? SO. Decet ne vt id quęrat vir qui tãti se facit? AL. Quid ais?nõne aduersus istos mihi certamen? SO. Si pugnaturã triremẽ gubernare statueres,satis ne tibi esset,tuis cõnautis in gubernatione pręstare? an hoc existimares quidẽ adesse oportere,respiceres autẽ ad strenuos aduersarios,non vt nũc facis,ad propugnatores tuos,quib9 te tãtũ oportet excellere,vt nõ cõtra illos pugnãdũ existimes, sed eos potius parui pendẽs,ceu ministris aduersus externos hostes vtaris, si quidẽ reuera egregiũ aliquod facinus edere velis te ac repu.tua dignũ? AL. At id qdẽ cogito. SO. Q2 dignũ est vt sat tibi factũ putes si sis tuorũ militũ pręstãtissimus,non autẽ respicias ad hostium duces,qua ratione illis excellas,coniectãs ad eos semp,& cõtra illos te muniens? AL. Quos dicis o Socrates? SO. Nostin vrbẽ nostrã cũ Lacedæmoniis, ac magno Persarũ rege vndiq; bellũ gerere? AL. Vera dicis. SO. Nonne cum habeas in animo huius ciuitatis dux fieri,recte senties,si putaueris aduersus Lacedæmoniorum Persarũq; reges certamen te subiturũ? AL. Vera dicere videris. SO. Nõ o bone vir,sed ad Midiam coturnicũ nutritorem te decet inspicere,& alios huiusmodi,qui ciuilia tractare similiter aggrediunt adhuc seruiles,vt mulieres dicerent,habẽtes in animo pilos ob rusticã imperitiã, necdum illos abiicientes, verũ adhuc barbariem redolentes:atq; ita affecti prodeũt adulaturi ciuitati,non autẽ imperaturi. Ad istos inquã intueri te decet,ac teipsum negligere, neq; discere quęcũq; ad eruditionẽ ptinent,cũ sis tãtũ certamẽ aditurus, neq; te in qbus oportet exercere,& quę sunt pręparãda parare,atq; ita institutũ ciuilẽ administrationem capessere. AL. O Socrates vera mihi dicere videris. Arbitror tamẽ Lacedæmoniorũ duces regẽq; Persarũ nihilo ab aliis discrepare. SO. At o vir optime aĩaduerte quęso,qualis hęc sit opinio tua. AL. Qua in re? SO. Num existimas teipsum diligẽtius curaturũ si illos formidaueris,potẽtesq; cẽsueris? An si minime eos timueris? AL. Si potẽtes illos existimauero. SO. An censes tuiipsius curã in aliquo tibi posse nocere? AL. Nullo modo:at contra,maxime iuuare. SO. Vnũ qdẽ hoc in primis tantũ malũ ista tua opinio continet. AL. Vera dicis. SO. Secũdũ vero q̃ falsa est,atq; id ex verisimilibus aduerte. AL. Quomodo? SO. Vtrũ cõsentaneũ sit meliores esse naturas in nobili genere q̃ ignobili? AL. Manifestũ q̃ in generoso. SO. Nõne bene nati,si bene etiã nutriantur,ita demũ ad virtutẽ perueniunt? AL. Necesse est. SO. Cõsideremus itaq; illis nostra cõparãtes,primũ quidẽ vtrũ Lacedæmonioꝝ Persarũq; reges ignobiliori q̃ nos genere orti videant. An ignoramus illos quidem ab Hercule,hos autem ab Achemene genus ducere? Herculis autẽ & Achemenis origo in Persem Iouis filiũ reducit. AL. Et nostrũ qdẽ o Socrates in Eurysacem,Eurysacis in Iouẽ. SO. Atq nostrũ o generose Alcibiades in Dædalum etiã,Dædalus autẽ in Vulcanũ Iouis filiũ. Verũ istoꝝ maiores ab iis incipiẽtes reges sunt ex regib9 vsq; ad Iouẽ. Illi qdẽ Argorũ & Lacedęmonis. Hi vero Persidis semp,sęp etiã vt & nũc Asię. Nos autẽ superioresq; nostri priuati. Q2 si te oporteret ꝓgenitores ac patriã Eurysacis ostẽdere Salaminã, vel Aeaci etiã prioris Aeginã Artaxerxi Xerxis filio,quos te risus reportaturũ putas? Sed vide ne generis dignitate ac etiã educatione illis iferiores simus. Nunqd audisti quãta sit Lacedæmonioꝝ regũ dignitas? quoꝝ vxores publice obseruant ab Ephoris.i.præfectis,vt quoad fieri potest,rex nõ ex alio latẽter q̃ Heraclidarũ genere oriat. Persarũ vero rex adeo excellit,vt nemo suspicet regẽ ex alio q̃ ex ipso genitũ esse:quãobrẽ regis vxor nõ ab alio q̃ metu custodit. Postq̃ vero natus est primogenitus qui succedit in regno,primo qdẽ eũ diẽ oẽs q sub regno sunt celebrant,atq; ita in posterũ quotannis natalẽ regis diẽ sacris ac festis oĩs Asia colit. Cũ vero apud nos qs nascit,ne vicini qdẽ,vt ait Comœdus multũ sentiũt o Alcibiades. Deinceps nutrit puer,nõ a quauis nutrice,verũ ab Eunuchis,q reliquorũ circa regẽ optimi videant,quibus & alia q̃ spectãt ad curã pueri demãdant,ac pcipue vt natũ q̃pulcherrimũ reddant,cõponẽtes mẽbra eius atq; dirigẽtes. Atq; hęc facientes magno in honore habent. Cũ aũt pueri septimũ ætatis annũ ĩpleuerũt,ad equestris artis magistros ꝓficiscunt. deĩde ĩ venationẽ tendũt. Anno vero quartodecimo puerũ suscipiũt hi quos regios pędagogos appellãt. Sũt ii profecto electi ex oĩbus Persis ętate sua pcipui quatuor,sapiẽtissim9,iustissim9,tẽperatissim9, atq; fortissimus. Quoꝝ prim9 magicã Zoroastri Oromãsi filii docet. est aũt illa deoꝝ cultus: atq; idẽ tradit instituta regia. Secũdus admonet,vt in oĩ vita sit verax. Terti9 ne vlla cupidine superet,vt liber viuere cõsuescat,ac reuera rex,imperãs primũ iis q̃ in se sunt,nec vlli seruiẽs. Quart9 deniq; ĩpauidũ illũ & ĩtrepidũ reddit,nequãdo qppiã metuẽs seru9 fiat. Tibi aũt o Alcibiades Pericles ĩstituit pędagogũ Zopyrũ Thracẽ oĩm seruoꝝ suoꝝ pręsenio inutilissimũ. Narrarẽ ꝑterea tibi reliquã educationẽ, &

In aio pilos habere,videtur prouerbiũ factũ a sordide facto caseo vel pane ad animum rusticũ iperitum & barbarum.

Consentaneũ est in gñe nobili q̃ ignobili naturas meliores inesse.

Persarum regũ educatio.

Magica Zoroastri deorũ cultus est.

disciplinā aduersariorū tuorū,nisi prolixitatē vererer.Quinetiā satis hęc sunt ad cętera quę ex iis se-
quūtur ostēdēda.Tuę vero aliorū've Atheniensiū generatiōis educatiōis & disciplinæ nulli vt ita di-
cam ꝓpinquorū cura est,nisi forte amici id curēt.Si autē diuitias,delitiasq;,& vestiū luxuriosū orna-
tum vnguentorūq; odores,ac ministrorū sequentiū turbam,aliāq; Persarū mollitiē cōsiderare volue
ris,ipse tecum tui gratia erubesces,sentiens quāto sis illis inferior.Rursus si respicere velis ad Lacedę
moniorū tēperantiā,modestiā,facilitatē,māsuetudinē,magnanimitatē,moderationē,cōpositionē,for-
titudinē,constātiā,tolerātiā,victorię cupiditatē,& amorē glorię,puerū te in iis oībus iudicabis.Si qd
rursus opulētię tribuis,& in hac putas aliqd esse,neq; hęc a nobis silētio prętereat. Modo eñ sentias
vbinā sis,& Lacedęmoniorū diuitias intuearis,cognosces ꝓfecto nos ab illis longe admodū superari.
Quicquid eñ agrorū,aut sui,aut Messanię possidēt,nemo vtiq; dubitaret,quin amplitudine & vber-
tate ac seruorū tā aliorū q̄ Eleticorū frequētia,& equorū pręterea,aliorūq; pecorū quæ fert Messania
copia nostros exuperet.Cęterū hæc oīa in pręsentia omitto.Auri vero &argenti apud Lacedęmonas
copia tanta,quātam ne vniuersa quidē reliqua Gręcia possidet.Multa eñ iam secula inferť quidem il
luc ex vniuersa Gręcia,sępe etiā ex barbaria,efferť autē nusq̄.Sed reuera queadmodū apud Aesopum
vulpes leoni dixit de ferarū vestigiis,sic & nūmorū vestigia ingredientiū Lacedæmonē trita quidē vi
deñt in puluere,egredientiū vero nusq̄ apparēt.Vnde cōiectare licet Lacedęmonios auri atq; argenti
græcorū omniū esse ditissimos.Quinetiā rex illorū pecuniosissimus est. Ex iis enim maxima pars ad
ipsum ꝑuenit.Tributū pręterea regi ꝑgrāde impendiť.Et res qdē Lacedæmoniorū quo ad reliquos
Gręcos amplę:quo ad vero Persas regesq; Persarū,angustæ. Retulit quippe nobis vir quidam grauis
vnus ex iis,q̄ ad Persarū regē ꝓfecti erāt,se quādoq; integrū pene diē latā ac fertilē ꝑagrasse prouin
ciam,quā incolę vxoris regię zonam appellant:esse quoq; aliā noīe Calyptram.i.ornatū capitis mulie
brem,atq; ita multas alias regiones pulchras ac fertiles ad ornatū reginę referri,noīaq; singulis locis
a singulis ornamētis imposita.Quāobrē opinor siquis diceret Amistridi Xerxis quidē vxori,regis au
tē matri,Dinomaches filiū in animo habere cū suo pugnare,cū Dinomachi ornatus adsit forte quin
quaginta minarū,filio vero agri plethra in Erchiasis minus q̄ trecēta,eā admiraturā qua re fret⁹ Al
cibiades audeat cū Artaxerxe pugnare.Reorq; illam arbitraturā hūc virū in nulla alia re nisi diligen
tia sapiētiaq; confisum id aggredi.hęc quippe sola apud Gręcos ęstimatione digna existere. Q; si for-
te audiret Alcibiadē istum certamē tantū inire, primo quidē nondū integros viginti annos natū, de
inde oīno indoctū,nec amico suo obediētē,dicēti prius discendū exercendūq;, q̄ tantū regē inuadat,
arbitror illā admiratione cōcitam interrogaturā quidnam sit quo adolescēs iste cōfidat. Cui si respō
derem⁹,pulchritudine,ꝓceritate,nobilitate,diuitiis,animo te fidere,nos o Alcibiades insanire puta-
ret,hæc apud suos oīa potiora conspiciens.Eodēq; modo Lampidonem Leotychidę filiā, Archidami
vero vxorē,Agidis autē matrē,qui oēs reges extitere,miraturā cū norit qualia circa se sunt,te tā ma
le instructū filio suo nō dubitare bellum indicere.Atqui nōne turpe videť, si hostiū mulieres rectius
de nobis sentiunt q̄ nosipsi,queadmodū cōtra illos nosipsos accingere debeam⁹?Cęterū o beate mihi
parēs,& illi qd in Delphis est,epigrāmati,nosce teipm:qm̄ ii sunt aduersarii nostri,nō quos ipse reba
ris,quos quidē nulla re alia,nisi industria & arte superare possumus.Quibus ꝓfecto si inferior fueris,
gloria quoq; apd Gręcos & Barbaros tibi deerit:quā sic ardēter videris appetere,vt nemo vnq̄ aliqd
ardētius cōcupiuerit.AL.Quā igiť curā adhibēdā censes o Socrates?An potes ostēdere? Mihi eñ su
pra q̄ dici possit,vera dixisse videris.SO.Possum quidē,verū cōmuni consilio opus est qua ratione q̄
optimi efficiamur.Ego eñ nō te tantū,verū etiā me disciplina īdigere dico. Nā vnū solū est,quo a te
differo.AL.Quid?SO.Curator me⁹ melior est & sapiētior q̄ tuus Pericles.AL. Quis hic o Socrates?
SO.Deus o Alcibiades,qui me vetuit ante hunc diē tecū disserere,cui credēs,assero te p nullū aliū ni
si p me claritatē cōsecuturū.AL.Iocaris o Socrates.SO.Forsitā,vera tñ loquor,q; ambo curatiōe īdi-
gemus,imo hoies vniuersi,cęterū nos q̄plurimū.AL.Q; qdē ego īdigeā haudquaq̄ mētiris.SO.Neq;
etiā q; ego ipse.AL.Quid igiť agendū?SO.Nec hæsitandū,neq; etiā mollitiæ indulgendū est o amice.
AL.Nō decet o Socrates.SO.Nō certe,sed simul cōsiderandū.Verū dic mihi,an optimi esse volum⁹?
AL.Certe.SO.In qua facultate?AL.Qua videlicet viri boni.SO.Quanā in re boni?AL.In reb⁹ agen-
dis.SO.In qb⁹?num in equestri negotio?AL.Nō.SO.Ad equestres eñ iremus.AL.Profecto.SO.Nun
quid in nauis gubernatione dicebas?AL.Nequaq̄.SO.Ad nautes eñ iremus.AL.Iremus. SO.In quo
ergo negotio,& quorū hoim officio?AL.In iis q̄ clari boniq; Atheniēsiū viri agūt.SO.Claros ac bo-
nos prudētes ne an imprudentes appellas?AL.Prudentes.SO.In quo vnusquisq; prudens,in eodē bo-
nus?AL.Certe.SO.Imprudens autem malus? AL.Malus. SO. Calceorum sutor prudens ad calceo-
rum opus?AL.Prorsus.SO.Bonus ergo ad hæc?AL.Bonus.SO. Quid vero in vestibus conficiēdis,
nonne cerdo hic imprudens?AL.Ita.SO.Malus ergo ad hæc?AL.Ita.SO.Idem itaq; secundū hanc ra
tionem bonus atq; malus erit. ALCIB. Videtur.SO.An dicis viros bonos malos etiam esse?ALCIB.

Lacedęmoniorū laudes.

Aesopi fabula.

Provincię appellatæ ab ornamētis mēbrorū reginæ.

hic est ille deus quem supra lib 3 in dialogo cui titulꝰ Theages 1. de sapientia demonem appellauit fol 5 col 2.

In quo qſ q̄ prudens in eodē bonus.

Nequaq̄.SO.Quos tandē bonos vocas?AL.Eos qui in ciuitate pręesse possunt. SO. Nō tamē equis? AL.Nō certe.SO.At hoībus?AL.Hominib⁹.SO.Num hoībus ægrotātib⁹?AL.Nō.SO.An forte na-uigātibus?AL.Nō iis dico.SO.Metētibus ne?AL.Neq; his.SO.Aliqd ne vel nihil faciētibus? AL.Fa-ciētibus.SO.Quid tandē facientibus?id mihi declara.AL. Cōmercia inquā agētibus,atq; inuicē mu-tuo se vtētibus,quēadmodū nos in ciuitatibus vitā agimus.SO. Nunqd imperare eos dicis homini-bus,qui hoībus vtunť?AL.Aio.SO.An gubernatoribus q remigibus vtūtur?AL.Non. SO.Hæc eñ gubernatorię facultatis virtus est.AL.Est.SO. Fortasse imperare dicebas tibicinibus,qui canentibus præsunt,choreisq; vtunť.AL.Neq; his.SO.Hoc nāq; ad facultatē chori magistrā pertinet.AL.Oīno. SO.Quid deniq; vocas imperare posse hoībus,qui vtūtur hoībus? AL.Præesse hoībus cōmunicanti-bus inuicem in reip.administratione,atq; cōmerciis.SO. Quęnam hęc ars est?quēadmodū si te iterū interrogarē,quę facultas efficit vt præesse sciam⁹ in nauigatione cōmunicātibus? AL.Gubernatoria. SO.Cōmunicātibus autē in cantu,vt paulo ante dicebať,quę sciētia pręesse docet?AL.Quā tu nuper aiebas,chori disciplina.SO.In repu.vero cōmunicātib⁹,quā sciētiā vocas?AL. Bonū cōsiliū o Socra-tes.SO.Num tibi videť gubernatorꝫ ars carere cōsilio?AL.Minime. SO. Est ipsa quoq; bonū cōsiliū? AL.Mihi sane videť.SO.Ad nauigantiū salutē.AL.Recte loqueris.SO. Qđ vero bonū cōsiliū vocas, ad qdnā spectat? AL.Ad meliorē ciuitatis institutionē,eiusq; salutē. SO.Quanā re pſente vel absente melius disponiť atq; seruatur?Ceu si ipse me rogares,quo pſente aut absente bene se habēt corpora: respōderem vtiq; sanitate pſente,morboq; remoto.Idē & tu existimas?AL.Idē.SO.Q; si idem quęras de oculis,eadē ratiōe respōdebo,pulsa cęcitate,adhibito visu.Et aures curari fugata surditate, admo to vero auditu.AL.Recte.SO. Ciuitas aūt quo remoto,quove adhibito melior fit,ac melius institui tur?AL.Mihi quidē videť o Socrates:quando amicitia est inter ciues:odia vero & seditiones absunt. SO.Amicitiā vocas cōsensionē,an dissensionē?AL.Consensionē. SO. Per quā artē ciuitates circa nu-meros consentiūt?AL.Per arithmeticā.SO.Priuati vero,an nō ꝓpter eandē?AL.Nēpe. SO. Et vnus-quisq; secū ipse?AL.Certe. SO. Per quā artem quisq; secum ipse cōsentit de palmo & cubito vter qd ex iis maior sit?nōne per metiendi peritiā?AL.Quid ni?SO.Nonne etiā priuati inuicē atq; ciuitates? AL.Immo.SO.Et de ponderibus eodē pacto.AL.Adsentior.SO.Consensio igiť quā dicebas,quænam est?circa quid? quę ars illā pręstat?Etenim ista cōsensio talis est vt insit reipublicę & priuato vnicuiq; ad seipsum & ad alios.AL.Consentaneū.SO.Quę igiť est?ne pigeat respondere,at prōpte enarra.AL. Reor equidē esse amicitiā & cōsensionē qua pater ac mater filiū,& frater fratrē, & vxor virū amātes consentiunt.SO.Putas ne o Alcibiades virū cū vxore circa lanificium conuenire,imperitū cū perita? AL. Nequaq̄.SO.Neq; oportet quidē.muliebris enim hæc disciplina est.AL.Profecto.SO.Quid vero mulier cum viro circa opus militare cōueniet,cum id haudquaq̄ didicerit? AL. Minime.SO. Virile enim id rursus esse diceres.AL.Equidē. SO. Sunt ergo disciplinæ quædam mulierū,quædā virorum secūdum orationem tuam.AL.Quid ni? SO.In iis itaq; mulieribus cū viris cōsensus est nullus. AL. Nullus.SO.Neq; amicitia igiť.siquidē amicitia consensio quædā est.AL.Non videť.SO. Ideoq; qua-tenus mulieres officia sua exercent,nō amātur a viris.AL.Nō apparet. SO.Neq; viri etiā a mulieri-bus,dum virilia tractant. AL.Non.SO.Non ergo tunc optime ciuitates instituūtur,cū singuli ope-ribus suis incumbunt.AL.Ego tamē id o Socrates arbitror.SO.Quomodo hoc ais amicitia sublata, qua pręsente confessi sumus bene constitui ciuitates,aliter vero cōtra?AL.Atqui mihi videť ob hoc inter hoīes consistere amicitiā,ꝙ quisq; suū officiū exequatur. SO. Non tamē id paulo ante dicebas: nūc aūt quo pacto rursus ais cōsensione adhibita amicitiā fieri?an potest circa hęc cōsensus existere, quorū ii quidē periti,ii vero imperiti sunt?AL.Fieri nō potest.SO.Iusta ne an iniusta faciunt,cū sin-guli quę ad se attinent exequūtur?AL.Iusta ꝓfecto.SO.Iuste igitur agētibus ciuibus,in ciuitate non est amicitia.AL.Necessariū hoc itidē videtur o Socrates.SO.Quā itaq; dicis amicitiā siue consensio nē,circa quā nos sapiētes & cōsultores esse oportet,vt boni viri simus? neq; eñ pcipere possum quæ nam sit,aut in qbus existat:cū ex oratiōe tua interdū in eisdē inesse,nōnūq̄ ab eisdē abesse videať.AL. Per deos o Socrates neq; ipse qdē quid dicā intelligo:videorq; iādiu meipm latuisse,cū me turpissi-me habeā.SO.Cōfidere decet.Nā si hoc demū aīaduertisses annos qnquaginta natus,arduū sane fo-ret teipm curare.nūc vero in ea es ætate,in qua id aduertere decet.AL.Quid igiť hoc aduertentē fa cere oportet?SO.Respōde ad ea quę interrogabo te Alcibiades.Qđ si feceris,ac deus voluerit, siqua modo fides meis est vaticiniis adhibēda,tu simul & ego melius nos habebim⁹.AL.Ita erit quo ad me respondentē attinet. SO. Age qd est seipm curare,ne sæpe nosipsos lateamus,nō curātes nosmet,cū id agere opinemur.Et quādo id homo agit?num quotiēs suorꝫ,totiēs & sui curam habet? AL.Mihi quidē videť.SO.Quid?num pedes tunc quis curat,cū eorū quę pedū sunt,sibi cura est? AL. Non in-telligo.SO.Dicis ne esse aliquid ipsius manus quemadmodū anulus est?AL. Dico equidē. SO. Num alterius mēbri q̄ digiti anulum esse censes?AL.Minime.SO.Et pedis calceum eodem modo? AL. Itā.

Quid sit seipm quē q̄ curare.

SO.Cũ calceorũ curã habemꝰ,tũc pedũ nobis cura est?AL.Haud satis te teneo o Socrates.SO.Quid vero o Alcibiades,vocas ne aliqd rectã alicuius curationẽ?AL.Voco.SO.An nõ cũ qd melius fit,tũc eiꝰ rectã curationẽ esse dicis?AL.Dico.SO.Quę ars calceos meliores efficit?AL.Cerdonica. SO.Cerdonica igit calceoꝝ curã habemꝰ?AL. Hac ipsa.SO.Nũquid & pedes etiã cerdonica?vel ipsa potius, qua pedes reddimꝰ meliores?AL.Illa.SO.Pedes aũt meliores nõne qua & reliquũ corpus?AL.Videt. SO.Hęc nõne gymnastica?AL.Maxie.SO.Ergo gymnastica pedes curamꝰ,cerdonica vero illa q̃ pedũ sunt.AL.Prorsus.SO.Et gymnastica quoq; manꝰ,annularia vero illa q̃ sunt manuũ.AL.Sic est.SO. Et gymnastica corpus,textoria aũt & aliis facultatibꝰ ea q̃ corporis sunt.AL.Oĩno.SO.Alia igit arte vnũqdq;,alia q̃ illiꝰ sũt,curamꝰ.AL.Videt.SO.Nõ ergo cũ sua qs,tũc etiã se curat.AL.Nullo pacto. SO.Nõ eñ eadẽ ars vt videt q̃ nos & q̃ nra curat.AL.Nõ apparet.SO.Age itaq; quanã arte nosipsos curare possumꝰ?AL.Nõ habeo qd dicã.SO.At hoc tñ inter nos cõuenit,q nõ qua nostroꝝ aliqd melius efficimus,nos curamꝰ,verũ qua nosipsos ad meliorẽ frugẽ ducimus.AL.Vera narras.SO.Nosse ne vnq̃ possemus q̃ ars meliorẽ facit calceũ nisi calceũ ipm nouerimꝰ?AL.Fieri neqt.SO. Neq; etiã q̃ annulũ efficit meliorẽ ignorãtes annulũ.AL.Verũ.SO.Sciemꝰ ne vnq̃ qua arte meliores euadamus, q̃diu nosipos ignorauerimꝰ?AL.Nũq̃.SO.Vtrũ facile qddã sit seipm cognoscere, ac ridiculus fuerit q tẽplo Apollinis id ĩscripsit,an potiꝰ arduũ qppiã,nec cuiusuis hoĩs opus?AL.Mihi qdẽ o Socrates, aliqñ visũ est facile hoc & cuiusuis officiũ esse,nõnunq̃ vero oĩm difficillimũ. SO.Sed siue facile hoc sit o Alcibiades siue difficile,nobis sane sic se habet,vt ipm ĩtelligẽtes,etiã qua ratiõe curãdi sumꝰ, intelligamꝰ:Ignorãtes vero cõtra.AL.Est vt dicis.SO.Age,quõ ipm idẽ inueniemꝰ,forte vero sic qd simus ipi iuenire poterimꝰ:At hoc ignorãtes nũq̃.AL.Recte loqris.SO.Attẽde ergo p Deũ,cũ alio ne q̃ mecum tu disputas?AL.Tecũ.SO.Et ego nõne tecũ?AL.Et tu mecũ.SO.Socrates igit est q disputat.AL.Est.SO.Alcibiades vero q audit.AL.Ita est.SO.Nõne sermone vel ratiõe Socrates disputat? AL.Quid ni?SO.Disputare aũt & sermõe vel ratiõe vti idẽ quodãmodo vocas?AL.Idẽ.SO.Vtẽs aũt & quo vtit,nõne aliđ?AL.Quõ dicis?SO.Queadmodũ cerdo ĩcidit qdẽ circulari & semicirculari organo atq; aliis instrumẽtis.AL.Est vt dicis.SO.Nõne aliud qddã est,q diuidẽdo vtit, alia vero quibꝰ vtit?AL.Quid ni?SO.Itẽ aliud citharœdus,aliud quo citharã pulsat?AL.Aliud.SO.Hoc paulo ãte interrogabã,an vtẽs & quo vtit,semp aliud eẽ videat.AL.Videt.SO.Cerdonẽ incidere dicimꝰ instrumẽtis tãtũ,an etiã manibꝰ?AL.Et manibꝰ.SO.Et iis ergo vtit.AL.Vtit.SO.An nõ & oculis vtẽs coria incidit?AL.Prorsus.SO.Vtẽtẽ vero aliud qddã ab iis qbꝰ vtit esse cõcessimꝰ.AL. Cõcessimꝰ.SO. Cerdo igit & citharœdus aliud qddã sunt,q̃ oculi & manus qbus vtunt.AL.Apparet.SO.Nõne toto corpore hõ vtit?AL.Penitꝰ.SO.Aliud vtiq; vtẽs,& quo vtit.AL.Sic est.SO.Hõ ergo est a suo corpore aliud.AL.Videt.SO.Quid est igit hõ?AL.Ignoro. SO.Scis esse id qđ corpe vtit. AL.Scio.SO. Aliud ne vtit ipo q̃ aĩa?AL.Nil aliud.SO.An nõ ĩperãs?AL.Imperãs.SO.Qui etiã neminẽ hoc aliter ęstimaturũ puto.AL.Quidnã?SO.Qui ex tribꝰ,vnũ aliqd hõ sit.AL.Ex qbꝰ?SO.Aut aĩam videlicet, aut corpus,aut totũ ipm ex vtrisq; cõpositũ.AL.Cur nõ?SO.Verũtñ id qđ imperat corpori,hoĩem esse cõfessi sumꝰ.AL.Cõfessi sumꝰ.SO.Quid igit hõ?Nũ sibiipsi corpus ĩperat?AL.Nullo modo.SO. Subiici eñ illud diximꝰ.AL.Certe.SO.Nõ est igit hoc qđ q̃rimꝰ.AL.Nõ vt videt.SO. At vtrũq; simul forsitan corpi dñat,atq; id hõ est.AL.Forte.SO.Immo minime oĩm:nã altero illorũ nõ dñante, nulla cõiectura ẽ,vt simul vtrũq; dñet.AL.Recte loqris.SO.Cũ vero nec corpus nec simul vtrũq; sit hõ,restat vt arbitror,aut nihil oĩno hoĩem esse,aut si qd est,nihil aliud esse q̃ aĩam.AL.Prorsus.SO. Adhuc ne liqdiꝰ mõstrari tibi oportet,aĩam eẽ hoĩem?AL.Nõ p Iouẽ.hæc eñ sufficere mihi vident. SO.Et si nõ in ĩtegrũ hęc discussa sunt,mediocriter tñ inducta in p̃sentia sufficiũt. Nã tunc demũ penitꝰ cõprehẽdemꝰ,cũ iuenerimꝰ qđ nũc,qa latiorẽ speculationẽ reqreret,p̃termisimꝰ.AL.Quid istud? SO.Qđ paulo ante sic est dictũ,q prius cõsiderãdũ sit ipm idẽ,nũc vero p eo qđ qdẽ est ipm idẽ,cõsiderauimꝰ ipm vnũqdq; qd est.Idq; forte sufficiet. Nihil eñ in nobisipsis p̃cipaliꝰ esse q̃ aĩam dicere possemꝰ.AL.Nõ certe.SO.Nõne decẽs est ita putare,me.s.ac te cõspirare inuicẽ aĩa ad aĩam vtentes sermonibꝰ?AL.Et maxime qdẽ.SO.Hoc itaq; erat qđ paulo ante dicebamus,q Socrates cũ Alcibiade disputat oratiõe vtẽs nõ ad p̃sonã tuã vt apparet,sed ad Alcibiadẽ verba dirigẽs:hoc aũt aĩa est.AL. Mihi sane videt.SO.Aĩam igit nosse iubet,qui p̃cipit,Nosce teipm.AL.Videt.SO.Quicũq; igit corpus cognoscit,sua qdẽ nõ seipm nouit.AL.Sic est.SO.Atq; ideo nullus medicus vt est medicus,neq; gymnasticus vt gymnasticꝰ sese nouit.AL.Nõ vt videt.SO.Multo minꝰ agricolę aliiq; opifices se cognoscũt:neq; eñ se,neq; sua,sed remotiora q̃dã scđm artes suas cõsiderãt:iis eñ intẽdũt,qbus corpus curat.AL.Vera narras.SO.Quare si prudentia est seipm cognoscere, nullus istorũ scđm suã artẽ est prudẽs.AL.Non vt videt.SO.Ob hoc mechanicæ artes istę,nõ autẽ boni viri disciplinæ vident. AL. Prorsus.SO.Nõne rursus qcũq; corporis curã habet sua qdẽ nõ tñ seipm curat?AL.Apparet.SO.At vero cui pecunię curę sunt,nec se,nec sua,sed quę procul a suis sunt,curat.AL.Videt.SO. Non ergo

Aliud esse id qđ vtit & quo vtit

Homo est aliud q̃ corpus suũ.

Hoiem nõ aliud esse q̃ aĩam.

suis indulget qui pecunias cumulat. AL. Recte. SO. Quisquis etiã corpus Alcibiadis amauit vnq̃, non Alcibiadẽ ipm̃, sed quæ Alcibiadis essent, amauit. AL. Vera loqueris. SO. Qui vero te amat, amat animũ. AL. Necessario sequi ex ratione tua videt. SO. Nõne tui corporis amaror, cũ primũ species deflorescit, abiẽs deserit? AL. Apparet. SO. At vero q animũ tuũ diligit, nũq̃ deserit donec ad meliorẽ frugem perueniat. AL. Cõsentaneũ. SO. Hãc ego ob causam te minime desero, verũ in amicitia pseuero reliqs senescẽte corpore abeũtibus. AL. O q̃ bene facis mi Socrates, ne ĩ posterũ me deseras obsecro. SO. At enitere vt q̃pulchetrimus fias. AL. Conabor. SO. Sic se tua res habet, nec fuit vnq̃, nec est vt opinor Alcibiadis Cliniç filii amator vllus pter vnũ & illũ qdẽ amabilẽ, Socratẽ Sophronisci & Phęnaretę filiũ. AL. Vera dicis. SO. Nõne dixisti me aliquãtulũ pueniſſe, cũ te salutatũ venissem? nã statuisse te vt prior me ipse cõueniẽs interrogares, quãobrẽ solus ego te nõ reliquerim. AL. Sic erat. SO. Hæc proculdubio causa, qm̃ amator tui solus erã, cæteri vero tuorꝝ. Tua sane labunt tẽpore, tu autẽ nunc primũ florescis: ac deinceps quidẽ nisi ab Atheniẽsi populo corrũparis, ac turpior euadas, nũq̃ te deseram. Id enim vehemẽter timeo, ne amator populi factus nobis corrũparis. Multi enim & ingenui q dẽ apud Atheniẽses id passi sunt. Nã bene psonatus est magnanimi Erechthei populus, sed illũ nudatũ cõtueri oportet. Adhibe igit hãc quã dico cautionẽ. AL. Quã? SO. Exue illũ pri⁹ o beate, ac disce quęcũq; scienda sunt anteq̃ tractent ciuilia, vt rẽpublicã adeas ferens tecũ Alexipharmacũ. i. medicinã prohibẽtẽ mala, ne qd aduersi aliquãdo patiaris. AL. Bene mihi dicere videris o Socrates, verũ conare iã nobis exponere qua ratione nosmetipsos curemus. SO. Nõne satis iã a nobis in superioribus definitũ est? Quid em̃ simus cõueniẽter supra cõclusimus. Timebamus em̃ ne in hoc decepti nosipsos forsitan lateremus, alicuius alterius nõ nostri curã habẽtes. AL. Est vt dicis. SO. Deinde cõcessum est animę curã habẽdam, sempq; ad ipsam respiciendũ. AL. Manifestũ est. SO. Corporũ vero pecuniarũq; curã aliis relinquẽdã. AL. Quid ni? SO. Quonã igit pacto ista pspicue nosceremus, postq̃ hoc intellecto nos quoq; ipsos intelligemus? an forte p deos ipsam inscriptionẽ Delphicã recte monẽtẽ, cuius supra mẽtionẽ fecimus, nõdũ intelleximus? AL. Quidnã animaduertẽs sic ais o Socrates? SO. Dicã tibi quid suspicor hãc inscriptionẽ nobis cõsulere, neq; vero passim eius exẽplar, sed in visu solũ inueniri posse videt. AL. Quomodo id ais? SO. Contẽplare tu quoq;, si oculo nostro queadmodũ homini consuluisset, Vide teipsum, quomodo id admonuisse arbitraremur? nõne vt in illud inspiceret oculus, ex cuius intuitu seipsum visurus esset? AL. Constat. SO. Cõsideremus itaq; in quid potissimũ intuẽtes, illud ipm̃ simul ac nosipsos videremus. AL. In specula, & alia huiusmodi. SO. Recte loqueris. sed oculo quo videmus, an nõ inest huiusmodi quiddã? AL. Valde. SO. Num aduertisti q facies hoĩs in oculũ intuẽtis in oppositi visu relucet velut in speculo, quã supremã vocamus pupillã, simulacrũ inspiciẽtis existẽs? AL. Aduerti. SO. Oculus igit ita demũ seipm̃ cernit, cũ in oculũ inspicit, in idq; pterea intẽdit, qđ oculi optimũ est, & quo oculus ipse videt. AL. Apparet. SO. Si autẽ in aliud quoddã hoĩs mẽbrũ respexerit, vel in quoduis aliud, pręterq̃ in id cui⁹ hoc est simile, haudquaq̃ seipm̃ pcipiet. AL. Verũ. SO. Oculus ergo cũ seipm̃ visurus est, in oculũ respicere debet, atq; in eũ oculi locũ, in quo virtus est oculi. Is autẽ visus atq; pupillę acies est. AL. Sic est. SO. Eodẽ pacto & aĩa, o amice Alcibiades, si seipsam noscere vult, in animã intueat, in eũq; pcipue locũ aĩę, in quo inest virtus aĩę, sapiẽtia, & in aliud cui⁹ hoc est simile. AL. Mihi quidẽ videt o Socrates. SO. Num reperire possum⁹ quippiã in aĩa diuinius illo circa qđ intelligẽtia sapiẽtiaq; versat? AL. Nequaq̃. SO. Id igit animę diuini simile est, in qđ sane qs intuẽs, & omne diuinũ, Deũ scilicet & sapientiã cernẽs, sic seipsum prorsus agnoscet. AL. Apparet. SO. Seipsum vero cognoscere, prudentiã esse cõcedimus. AL. Prorsus. SO. Si autem nec nos ipsos cognosceremus, nec prudẽtes essemus, possemus ne nostra seu mala, siue bona cognoscere? AL. Quomodo hoc fieri posset o Socrates? SO. Impossibile tibi forte videt queq̃ nõ cognoscentẽ Alcibiadem, tamẽ quę Alcibiadis sunt, q Alcibiadis sint cognoscere? AL. Impossibile p Iouẽ. SO. Nec nostra q nostra sint, nisi prius nosipsos? AL. Nullo modo. SO. Si nostra ignoremus, nec ea q̃ nostrorꝝ sunt intelligemus? AL. Nõ vt videt. SO. Nõ igit recte oĩno cõsensimus, cũ supra quosdã esse assererem⁹, q se ignorãtes, sua tñ dignoscerẽt. Atqui nec ea etiã quę suorꝝ. hęc em̃ cũcta dignoscere vnius atq; eiusdẽ artis officiũ esse videt, seipm̃ scilicet, & quę sua sunt, & quę suorꝝ. AL. Videt. SO. At qui sua ignorat, ignorat & aliena. AL. Cur nõ? SO. Nũ igit si aliena, etiã quę ciuitatũ sunt ignorabit? AL. Necesse est. SO. Nunq̃ ergo hic vir ciuilis esset. AL. Non certe. SO. Nec œconomicus etiam. AL. Neq; hoc. SO. Nec qđ agit, intelliget. AL. Minime. SO. Ignorans autem, nonne errabit? AL. Maxime. SO. Qui aberrat, an non male aget & priuatim & publice? AL. Quid ni? SO. Male agens nonne miser? AL. Et maxime quidem. SO. An vero & ii quibuscum hæc agit? AL. Et hi quoq;. SO. Nemo itaq; felix esse potest nisi sapiens bonusq; sit. AL. Nemo. SO. Sequitur vt mali homines miseri sint. AL. Apprime. SO. Non ergo qui diues fit, sed qui prudens, miseriam vitat. AL. Videtur. SO. Quamobrem nec mœnibus nec nauibus triremibusq; atq; naualibus, o Alcibiades, nec multitudine nec amplitudine sine vir-

Explicatio delphicę inscriptiõis Nosce teipm̃.

Nemo felix nisi sapiẽs.

Mali sunt miseri.

tute ciuitas ad felicitatẽ indiget.AL.Nõ profecto.SO.Si recte ciuitatẽ gubernaturus es,virtute imbuendi sunt ciues.AL.Quid ni?SO.Num dare qs põt alii qđ ipse nõ habet?AL.At quo modo? SO. Ergo virtute prius ornatus ipse debet esse,quicũq; nõ sibi tantũ ac suis,sed reip.etiã & iis q̃ ad eã spectant impaturus est?AL.Vera dicis.SO.Nec igit̃ principatus neq; licẽtia quodcũq; libuerit faciendi aut tibi,aut reip.verũ iustitia potius & prudentia cõparanda.AL.Apparet.SO.Iuste em̃ ac prudẽter agẽtes & tu simul & tua respu.deo gratũ opus efficietis.AL.Decẽs est.SO.Et queãdmodũ supra diximus,in diuinũ splẽdorẽ intuẽtes agetis. AL.Videt̃.SO.Quinetiã illuc respiciẽtes vosmet vestraq; bona pspicue discernetis.AL.Certe.SO.Nõne sic recte atq; bene agetis? AL.Agemus.SO.Enimuero fideiubere parat⁹ sum vos si ita vixeritis felices fore.AL.Locuples certe fideiussor.SO.Cõtra,si iniuste vixeritis despiciẽtes ĩ tenebras diuinitatis expertes,cõsimilia istis opera,vt cõsentaneũ est,efficietis,vosipsos penit⁹ ignorãtes.AL.Videt̃.SO.Cui em̃ o amice Alcibiades potestas adest qđcũq; libuerit cõficiendi,mẽte vero captus est,qđnã cõueniẽs est illi cõtingere?siue priuat⁹ ille quidẽ siue respu.sit.Veluti si ægrotãti cuidã libera licẽtia sit,rationẽ medici nõ habẽti,sed tanq̃ tyrãnidẽ exercẽti,vt nemo eũ absterrere valeat,quid illi euẽturũ est?Nõne verisimile est vt corpus corrũpat?AL.Vera loqueris.SO.Quid vero,si in naui apud quẽpiam oĩs licẽtia sit qđcũq; videat̃ agẽdi, mente tamẽ & gubernãdi ꝑitia careat,num cernis q̃ ei & sociis euentura sint?AL.Opinor equidẽ illũ seipm̃ vna atq; socios ꝑditurũ.SO.Nõne igit̃ omni reipublicę,omniq; imperio & dñationi vbi virtus deest,contingit vt male agat?AL.Necesse est.SO.Nõ ergo tyrannis optime Alcibiades aut nobis aut reipublicæ paranda est,sed virtus,modo felices esse velimus.AL.Vera dicis.SO.Cæterũ anteq̃ virtus adsit,p̄stat viro nõ modo puero,regi a meliore q̃ regere.AL.Apparet.SO.Nõne qđ melius est,idẽ & pulchrius? AL.Sic est.SO.Qđ pulchrius,decẽtius?AL.Quid ni?SO.Decet itaq; malum seruire:melius enim est. AL.Decet.SO.Seruilis ergo prauitas.AL.Apparet.SO.Liberalis autẽ virtus.AL.Ita est.SO.Nõne o amice seruitus fugienda?AL.Maxime quidẽ o Socrates.SO.Aduertis quomodo te nũc habeas?vtrũ libere,an contra?AL.Et maxime qdẽ,vt mihi videor,hoc sentio.SO.Nosti ne quo pacto id qđ nũc te occupat,fugare queas?nolim em̃ istud ĩ claro hoĩe noĩare.AL.Noui equidẽ.SO.Quomodo igit̃?AL. Si ipse volueris o Socrates.SO.Haud recte loq̃ris Alcibiades.AL.At quomodo dicẽdũ est?SO.Si de⁹ voluerit.AL.Dico equidem,atq; hoc insup addo,ꝙ ꝑiclitabimur figuras inuicẽ cõmutare,tuã qdẽ ego induẽs,tu aũt meã.fieri enim nõ potest,quin ego te deinceps ducam,tu autẽ a me ducaris. SO. O generose,nihilo igit̃ meus ĩ te amor a ciconia differt,si posteaq̃ ꝓpe te velut ĩ nido amorẽ alatum fouerit,ab illo iterũ nutriatur.AL.Profecto sic se res habet,& incipiam hinc iã iustitiã meditari.SO. O q̃ te velim ꝑseuerare.Timeo autẽ naturæ tuæ diffidẽs, huiusq; ciuitatis robur intelligens,ne id me simul ac te vincat.

FINIS ALCIBIADIS PRIMI.

Argumentum Marsilii Ficini Florentini in Alcibiadem Secundum,vel de Voto.



QVoniam secũdus Alcibiades liber ꝓfecto sanctissimus de voto inscribit̃,summatim colligẽdũ est,quid votũ,qđ in voto ꝑtẽdum,& quãdo,& quomodo.Definitio voti partim ab Orpheo,partim a Platone sumpta hęc est.Votum est ardẽs affectus casti animi deo dedit⁹,& qđ bonum videt̃ exoptãs.Huic affectui Zoroaster & Orpheus suffumigatiões & characteres adhibuerũt,quoties ad secũda numina preces dirigerentur.Mercuri⁹ ac Plato cum supremi numinis maiestatẽ venerabant̃,externas oẽs cerimonias auferebant,solam ac puram fragrantiam animi relinquentes.Sed de his omnibus in nostris cõmentariis diligentius.In voto ꝑtẽdũ Plato vult bonũ:idq; ex eo patet,ꝙ petitionẽ hãc poetæ Lacedęmoniorũq; testimonio cõprobat,eãq; tutam & prudẽti & imprudẽti esse putat,votũq; huiusmodi & a quolibet & semp fieri posse.Petitionẽ vero certi cuiusdã & ꝓprii boni tũc demũ eẽ securã, cũ prudentiã qs fuerit cõsecutus,alias aũt ꝑiculosam.Vbi multa de prudẽtia differit,q̃ tu vir oĩm prudẽtissime Cosme lege obsecro diligẽter,vt quãti faciat prudẽtiã ꝓrsus agnoscas. Vniuersalis ergo precatio,qua bonũ solũmodo petit̃,semp fieri potest : ꝓpria vero qua certũ aliqd qđ bonũ videt̃ optat̃,tũc faciẽda cũ quid poscẽdũ est qs nouerit.tũc id noscet,cũ quid bonũ,quid malũ est,intellexerit.Id intelliget,cũ a mẽte didicerit.Discet,cum se ad illã cõuerterit.Cõuertet,cũ purgauerit aĩam tenebrasq; expulerit.Purgabit,cũ seipm̃ legitimę philosophię dediderit.Tradet,cũ suã ignorantiã recognouerit.Nosce ergo teipm̃,tẽplo Apollinis est inscriptũ,ne qs temere deũ oraturus accederet.Quo autẽ ordine in orõne ꝓpria sit orãdũ,Mercuri⁹ in orõnib⁹ suis,& in suis hymnis Orpheus,& Pythagoras ĩ carminib⁹ aureis docuerũt,quorũ ritus alias exponem⁹.Plato deĩde hos theologos imitat⁹, in lib.de Pulchritudine orantẽ sic Socratẽ introducit.O amice Pan atq; cætera numina date obsecro vt intus pulcher efficiar:& quęcũq; mihi extrĩsecus adiacẽt,intrĩsecis sint amica.Sapientẽ solũ diuitẽ putẽ.Tãtũ vero huius auri tradite,quãtũ nec ferre nec ducere alius q̃ vir tẽperãs possit. Quid ꝑtit Socrates?Bonũ.Qđ bonũ?Sapiẽtiã,hoc est veritatis diuinę cognitionẽ,quã dare sol⁹ de⁹ põt,quã

Quid votum.

Quid petẽdũ in voto.

Oro Socratis ad Deos.

accipere solus anim⁹ pulcher, id est tẽperat⁹, purus, cãdidus valet. Quid poscit in primis? vt dignũ sapiẽntia faciat. Temerarii nẽpe hoĩs est, munus aliqđ quo indignus est petere. Quis diuina sapiẽtia dignus? q lumẽ ei⁹ ferre parat⁹ est. Quis parat⁹? q p cõtinẽtiã prio, deĩde p tẽperãtiã, postremo p sanctimoniã, id est ciuilẽ, purgatoriã purgaticꝙ virtutẽ animi, sic aĩm expiauerit, vt pulcher hoc est purus oĩno nitidusꝙ euaserit, & virtutẽ iam exẽplarẽ, diuinã scilicet sapiẽtiã solã, vtpote thesaurũ oĩm diuitiarũ optauerit. Idcirco Socrates deũ patrẽ oĩm & ministros eius amice adspirate p̃catur, vt illorũ benigno ꝓpitioꝙ fauore purgat⁹ euadat. Corporea vero & externa leuiter ptransit, eligens illa sic se habere, vt trãquillã puritatẽ animi nõ impediãt. Deĩde pulchritudine hac iã parta, optat vt sapiẽtiã solã hoc est dei cognitionẽ esse opulentiã oẽm sufficiẽtiãꝙ æstimet, solãꝙ sitiat. Postremo q̃si per ante dicta parat⁹ fulgidũ hoc aurum diuinę sapientię postulat. Neꝙ id superbe, neꝙ remisse tamẽ. Minimã quippe veritatis cognitionẽ intẽperati hoĩes sortiunť, summã & infinitã in seipo de⁹ amplectiť, magnã vero & amplã vir tẽperãs adipiscť. Tãtũ igiť huius auri postulauit, quãtũ solus ferre vir tẽperãs valet. Hoc equidẽ esse aurũ ignitũ arbitror, qđ emendũ Ioan. in Apocalypsi præcepit.

ALCIBIADES. II. VEL DE VOTO. SOCRATES. ALCIBIADES. SOCRA.

Occasio dial.



EVM Ne o Alcibiades p̃caturus accedis? AL. Et maxime qdem o Socrates. SO. Tristitiã quãdã prę te ferre videris, & oculos in terrã figere, tanq̃ aliqd tecũ ipse p̃meditãs. AL. At qd ad hęc p̃meditatiõe opus est o Socrates? SO. Maxima vt mihi videť. nã dic per Iouẽ obsecro, nõne putas deos quę precamur, & priuatim, & publice, nõnunq̃ partim concedere, partim minime? & aliis quidẽ annuere, aliis vero contra? AL. Oĩno qdẽ. SO. Nonne igiť tibi videť magna ꝓuidẽtia opus esse, ne qs seip̃m lateat dũ magna petit mala, credẽs bona se poscere: Dii autẽ in eo sint habitu, in quo rogantibus annuũt? queadmodũ Oedipũ ferũt obsecrasse deũ, vt filii de regno paterno ferro decernerent. Cũꝙ liceret p̃sentiũ maloꝝ absolutionem poscere, alia insup imprecabatur: Vnde ad effectũ ista venerunt, atꝙ ex iis alia multa & grauia, q̃ referre singula nequaq̃ opus est. AL. At tu furentẽ qdẽ hoĩem in exẽplũ adduxisti. nã quẽ putas sanę mẽtis hoĩem audere talia petere? SO. Insanire nõne cõtrariũ est ei, qđ est prudẽtẽ esse? AL. Prorsus. SO. Nũ ex hoĩbus alii imprudẽtes, alii prudẽtes esse tibi videnť? AL. Videnť sane. SO. Age itaꝙ cõsiderem⁹ qnã isti sint. Esse eñ alios qdẽ ĩprudẽtes, alios vero prudẽtes, nõnullos ĩsanos, iã cõuenit. AL. Cõuenit. SO. Pręterea bene valẽtes aliqui sunt. AL. Sũt. SO. Aegrotãtes alii. AL. Oĩno. SO. Non ergo iidẽ sunt. AL. Nõ certe. SO. Sunt ne alii qdã, qui neutrũ istorũ patianť? AL. Nequaq̃. SO. Necesse eñ hoĩem vel ægrotare vel nõ ægrotare. AL. Videť. SO. De prudẽtia vero & ĩprudẽtia idẽ iudicas? AL. Quomodo dicis? SO. Opinaris hoĩem, aut prudẽtẽ, aut ĩprudentẽ esse oportere? An tertiũ p̃terea mediũ quiddã, quo nec prudẽs nec ĩprudẽs homo sit? AL. Nihil ꝑfecto. SO. Necesse igiť alterũ istoꝝ pati. AL. Apparet. SO. Recordaris cõcessisse te insaniã prudẽtię esse cõtrariã? AL. Equidẽ. SO. Nõne etiã nullam esse mediã passionẽ, q̃ hoĩem nec prudẽtẽ nec ĩprudẽtẽ efficiat? AL. Cõsensi quidẽ. SO. Quinetiã duo esse eidẽ rei cõtraria quo pacto possunt? AL. Nullo. SO. Imprudẽtia igiť atꝙ ĩsania idẽ eẽ videnť. AL. Videnť. SO. Si ergo oẽs ĩprudẽtes insanire dixerim⁹, recte dicem⁹, & ex tuis æqualibus, nec nõ ætate maiorib⁹ qcũꝙ sũt ĩprudẽtes, ĩsanos eẽ. Nõne putas ꝑpaucos esse ĩ hac vrbe prudẽtes, ĩprudẽtes plurimos, quos ĩsanos appellas? AL. Equidẽ. SO. An cẽses nos tutos ĩter hos insanos ita versari q̃n pcutiamur ab iis. ac verberemur, & q̃cũꝙ furiosi facere cõsueuere patiẽtes, iãdiu pœnas nõ fuisse daturos? Sed vide o beate, ne aliter se res habeat. AL. Quo pacto se habet o Socrates? Apparet. n. non ita eẽ vt putarã. SO. Nõ certe vt mihi videť, verũ sic cogitãdũ est. AL. Quõ ais? SO. Dicã tibi. Ponimus aliquos ęgrotãtes eẽ, nec ne? AL. Oĩno qdẽ. SO. Nunqd necessariũ opinaris oẽm ęgrotũ cruciari dũtaxat podagra, vel febri, vel lippitudine? An etiã posse aliis morbis affici, cũ multę sint morborum species p̃ter istas? AL. Sic mihi videť. SO. Oĩs lippitudo morbus tibi videť? AL. Mihi certe. SO. Et oĩs morb⁹ etiã lippitudo? AL. Nõ mihi qdẽ, nescio tñ qd asserã. SO. Si dicẽti mihi mẽtẽ adhibeas, & ambo simul inuestigem⁹, fere qđ volum⁹ cõseqmur. AL. Adhibeo q̃ maxime possum. SO. Nõne cõuenit ĩter nos lippitudinẽ oẽm esse morbũ, non oẽm tñ morbũ lippitudinẽ esse? AL. Conuenit. SO. Et recte quidẽ cõsensisse videmur. Etenĩ febricitãtes ęgrotãt oẽs, nõ tamẽ qcũꝙ ęgrotãt etiã febricitãt, vel podagra aut lippitudine afficiunť. Sed omne qdẽ huiusmodi cõmuniter morb⁹ est: differre autẽ medici dicũt illoꝝ curationẽ: nõ eñ oẽs aut similes sunt, aut similiter ptractanť, verũ scd̃m vim ꝓpriã singuli, morbi tamẽ sunt oẽs. Queadmodũ opifices aliquos esse ponim⁹. nõne? AL. Prorsus. SO. Et cerdones, & fabros, sculptoresꝙ, & q̃plurimos alios, quos referre singulos referre nil opus ẽ, qui ve ptes opificii discretas habẽť: ac oẽs qdẽ opifices sũt, nõ tñ fabri oẽs, neꝙ coriarii, neꝙ sculptores, at cũcti generatim opifices. AL. Sic est. SO. Eadẽ quoꝙ ratiõe imprudentiã inter se plurimi partiunť, & q maiorẽ

Negat Plato esse mediũ iter sanũ & ęgrũ. Inter prudẽtẽ & imprudẽtẽ nõ eẽ mediũ. Vni non posse esse duo cõtraria: sed si cõtraria ꝓbata fuerũt, illa duo sunt idem.

sortiũtur imprudẽtiæ partẽ,insani furentesq; vocanť:qui vero aliquãto minorẽ,stolidi,atq; attoniti. Qui aũt honestiorib⁹ vocabulis eadẽ significare volũt,partim quidẽ magnanimos appellant,partim ineptos:quidã nõ malos,innocuos,& inexpertos,& stupidos.Inuenies quoq; alia multa noĩa,quibus oĩbus ĩprudẽtia significať.Discrepãt autẽ,vt in superiorib⁹ discrepare apparuit,ars ab arte,& a morbo morbus.Tibi vero qd videť?AL.Idipm.SO.Sed vt redeam⁹ vnde digressi sum⁹,ꝓpositũ fuit ĩ disputationis exordio,q prudẽtes,quive ĩprudẽtes essent diiudicare.Cõuenimus autẽ tales aliquos esse nõne?AL.Cõuenimus.SO.Prudẽtes existimas quicũq; agẽda dicẽdaq; cognoscũt? AL.Equidem.SO. Imprudẽtes eos q neutra videt?AL.Eos ipsos.SO.Nõne q vtraq; hęc ignorãt,seipsos latẽt, & agẽtes & loquẽtes q̃ nõ oportet?AL.Apparet.SO.Ex his hoĩb⁹ vnũ o Alcibiades,Oedipũ esse dicebã.Reperies quoq; nostris tẽporib⁹ plurimos nõ ĩpetu cõcitos,vt ille,neq; putãtes mala sibiipsis, sed bona potius exoptare.Ille siqdẽ vt nõ optabat,ita nec putabat.Sunt vero nõnulli,qui hoꝝ cõtraria patiunť. Reor equidẽ te primũ si forte de⁹ ille ad quẽ exorãdũ accedis,sese oculis offerẽs,te priusq̃ aliqd obsecrares,interrogaret,satis ne tibi sit Atheniensiũ tyrannide potiri,q; si hoc quiddã exiguũ ęstimares, adderet & Græcoꝝ oĩm,& si viderit te neq; istis etiã acqescere,nisi totius etiã Europæ adiiciat,neq; id quidẽ tibi sufficere nisi eadẽ die sentiãt oẽs Alcibiadẽ Clinię filiũ tyrãnũ esse,atq; ideo hęc tibi cõcederet oĩa:reor inquã ab eo te ĩgẽti cũ lætitia redditurũ,ac si maxima bona esses feliciter cõsecutus. AL.Arbitror o Socrates & quẽcũq; aliũ,quisqs eandẽ fortẽ assequereť.SO.Nõ tamẽ eligeres aĩę tuæ loco adesse tibi Græcorũ oĩm atq; etiã barbaroꝝ tyrãnidẽ. AL.Nõ vt opinor,quippe cũ nullo modo vsurus essem.SO.Quid si vsurus qdẽ sis,male tamẽ,& cũ nocumẽto?Neq; sic quidẽ? AL.Nõ ꝑfecto. SO.Cernis ergo tutũ nõ esse,aut quę offerunť,temere acceptare,aut optare, siqs ꝑpterea incõmoda subiturus sit,vel vitã ꝓtinus amissurus.Multos aũt referre possem⁹,q cũ tyrãnidẽ affectassent,inq; illius adeptionẽ ardẽti studio cõtẽdissent,vtpote bonũ aliqd adepturi,ꝑpter tyrãnidẽ circũuẽti ĩsidiis ꝑiere.Puto etiã audiuisse te nõnulla heri ac nouissime gesta,cũ Archelaũ Macedonũ tyrãnũ tyrãnidis amãtẽ delitias,aliqs huiuscemodi delitias nõ min⁹ q̃ ille sitiẽs ĩterfecit,vt tyrãn⁹ mox beatusq; futur⁹:Cũ vero triduũ aut quatriduũ tyrãnide potit⁹ esset,rursus ab aliis ex ĩsidiis oppressus periit. Vt aũt referam⁹,q̃ nõ ex auditu ꝑcepim⁹,sed ipsi nos ꝑsentes ĩspexim⁹, vides insup ex nostris ciuib⁹ quicũq; ꝑfecturã exercit⁹ affectãtes nacti sunt illã, partim etiã his tpib⁹ exules oberrare,partim morte dãnatos esse.Et siqui forsitã in extremis ꝑiculis,& timorib⁹ strenue rẽ gessisse visi sunt,nõ modo in ipo exercitu,verũ etiã postq̃ in vrbẽ rediere,nõ minorib⁹ ab insidiatorib⁹ ciuib⁹,q̃ a militibus calũniis affecti sunt,vt pleriq; illorũ optauerĩt deniq; se priuatos vixisse,poti⁹ q̃ ĩ publico munere. Qꝫ si picula & labores huiusmodi,ad aliquã nobis vtilitatẽ afferrẽt,ꝑfecto hoc studiũ nõ nihil rationis haberet.Nũc vero lõge cõtra res se habet.Inuenies ꝑterea eodẽ pacto nonnullos hoĩes,q filios votis exoptãt:at cũ filios adepti sunt,in calamitates doloresq; maximos incidunt.Nã pleriq; cũ nati p oẽm ętatẽ ĩprobi ꝑseuerẽt,vniuersam vitã mœrore cõficiũt:Qui vero ꝓbos filios nacti aduerso quodã casu illis orbanť,nihilo minus q̃ supiores illi miseri sunt,vt ꝑius eligerẽt,nunq̃ se filios genuisse.Et q̃uis hęc atq; alia mlťa huiuscemodi manifesta sint,raro tñ inueniret,q vel a datis abstineret:vel si orãdo ĩpetraturus esset,votũ omitteret.Permulti etiã neq; ab acqsita tyrannide,neq; a parta ꝑtura,neq; ab aliis ĩnumeris,q̃ cũ possidenť lędũt potius q̃ ꝓsint,discederẽt,qn poti⁹ orarẽt sibi illa cõcedi siquãdo nõ adsint.Interdũ breue post tẽpus ꝑterita vota dãnant,ad cõtraria recurrẽtes. Quãobrẽ vereor eqdẽ ne hoĩes temere deos incusent,q̃si mala ab iis inferanť:ii vero seu ꝑperuitate quadã,siue insipiẽtia sibiipsis dolores morte acriores pariũt.Quare prudẽs mihi videť poeta ille, q amicis insipiẽtibus vsus,dũ eos videret & agẽtes & orãtes q̃ illis minime cõducebãt,cũ tamẽ eis vtilia viderenť, ꝓ oĩb⁹ sic ait.Iupiter rex optima qdẽ nobis & vouentib⁹,& nõ vouentib⁹ tribue.Mala autẽ poscẽtib⁹ quoq; abesse iube.Recte igiť & caute loqui poeta mihi videť:tu vero siqd habes in aĩo,qđ aduersus hęc ꝓferas,ne sileto. AL.Difficile est o Socrates in iis quæ bene dicta sunt,cõtradicere.Illud aũt cogito,quãtũ malũ sit hoĩb⁹ ignorãtia:quãdoqdẽ ꝑpter hãc nos latet cũ male qd agimus,& qđ deterrimũ ẽ,ob eã ꝑssima nobis quãdoq; ꝑcamur,qđ qdẽ nemo putaret.Sed illud qlibet opinareť, posse videlicet se sibiipsi non ꝑssima,sed optima petere.hoc eñ reuera execratiõis cuiusdã nõ voti simile esset.SO.At forte,o optime,diceret qspiã te simul ac me sapiẽtior,haud satis recte nos loqui,dũ sic temere ignorãtiã vituꝑram⁹,nisi hæc adiiciam⁹,quænã,& quorũ ignorãtia sit.Quibusdã nãq; certo modo affectis bonũ forte est ignorãtia,queadmodũ aliis malũ.AL.Quid ais?Est ne qcq̃ qđ alicui quõcũq; se habẽti ignorare aliquãdo ꝑstet q̃ cognoscere?SO.Mihi sane videť,tibi minime.AL.Nõ p Ioue.SO.Eñuero nec illud te aduersus matrẽ patrasse vnq̃ velle iudicabo,qđ Orestẽ,& Alcmæona , & siqui tales fuere,cõmisisse ferunt.AL.Bene ominare p Iouẽ o Socrates.SO.Nõ decet o Alcibiades,eum qui inqt tenolle ista fecisse,iubere vt bene omineť,sed poti⁹ siqs cõtraria diceret.Postq̃ facin⁹ tã horrẽdũ tibi videť,vt ne ꝓnũciari qdẽ facile debeat,putas Orestẽ si prudẽs fuisset,& qd bonũ sibi nouisset,scel⁹ tã

Plura gñra imprudentiæ esse.

Prudentes qui callent agenda & dicenda.

Agiť de q̃litate rogationis.

Nõ tutũ eẽ oblata temere acceptare,aut optare temerer.

Tyrãnorũ euentus.

Proba põe te rogatio.

De ignorãtię bonitate,& malitia.

Quę ignorātia mala.

tū ausurū fuisse? AL. Nō certe. SO. Neq; aliū vt arbitror vllū. AL. Nullū. SO. Malū igit̃ vt videt̃ ignorātia optimi, & qđ optimū est ignorare. AL. Mihi sane videt̃. SO. Nōne & illis, & cæteris oib⁹? AL. Fateor. SO. Cōsideremus ꝑterea & hoc, qđ euēturū esset, si tibi quoq; adesset ignorātia qdā, qua Periclē nō cognosceres, dū opinareris meli⁹ esse Periclē tutorē atq; amicū tuū interficere, ac supro gladio ad fores illi⁹ ꝑperās īterrogares nū int⁹ sit, volēs illū dūtaxat, nec aliū quēq; occidere, domestici aūt illū intus esse respōderēt. Neq; tñ dico te quicq̃ hmōi cōcupiscere, sed an videat̃ tibi, qđ quidē nihil ꝓhibet, ignorāti qđ sit optimū, adesse posse īterdū opinionē, vt iudices qđ est pessimū, nōnūq̃ optimū eē. An nō tibi videt̃? AL. Oīno qdē. SO. Ergo si domū īgressus, vidēsq; illū opineris aliū esse, nū ipm ꝑimeres? AL. Nō ꝑ Iouē, vt mihi videor. SO. Nō. n. quē sors offerret, sed quē statueras, nōne? AL. Profecto. SO. Nū & si frequēter īuaderes, semp aūt ignorares Periclē, vnq̃ i eū irrueres? AL. Nūq̃. SO. Orestē vero putas vnq̃ manus illaturū fuisse matri, donec eā minime cognouisset? AL. Non arbitror. SO. Neq; enim ille quęcūq; occurreret mulier, sed matrē suā dūtaxat necare decreuerat. AL. Sūt hæc vera. SO. Itaq; hoibus sic affectis, & in iisdē opinionib⁹ inuolutis, ignorare talia ꝑstat. AL. Videt̃. SO. Vides iā ꝙ ignorātia qdā hoib⁹ certo quodā modo dispositis bonū qddā est, nō aūt vt tibi videbat̃ malū? AL. Apparet. SO. Pręterea si volueris qđ deinceps i mediū afferet̃ mirabile dictu, discutere, forte ꝓbabile tibi videbit̃. AL. Quid istud o Socrates? SO. Videt̃ sane cæterarū oīm sciētiarū possessio, nisi qs sciētiā optimi nact⁹ fuerit, raro qdē ꝓdesse, obesse plerūq; illi q sit huiusmodi sciētiis ꝓditus. Sic autē considera. Nōne necessariū tibi videt̃, cū aliqđ facturi, vel dicturi sumus, oportere nos prius qdē, vel putare cognoscere, vel vere cognoscere qđ prōptius agere & loqui debem⁹? AL. Mihi plane videt̃. SO. Nū rhetores statim, vel cū sciunt cōsulere, vel saltē scire se putāt, cōsulunt nobis passim, ii quidē de bello & pace, illi vero de mœnib⁹ cōstruēdis, vel de portub⁹ pręparādis muniendisq;, & vt summatim dicā quicqđ ipa ciuitas agit aduersus aliā ciuitatē, vel i seipsa, rhetorū cōsilio ꝑficit? AL. Vera narras. SO. Vide & quę sequūtur, si fieri pōt. Vocas aliquos prudētes, īprudētes alios? AL. Voco. SO. Et multos qdē imprudētes, prudētes vero paucos? AL. Profecto. SO. Nōne ad aliqđ respiciēs, vtrosq; nuncupas? AL. Immo. SO. An eū q ista cōsulere norit, nisi sciat docere vtrū meli⁹, & qđ meli⁹, prudētē dices? AL. Nequaq̃. SO. Neq; vt arbitror qcūq; pugnare norit, ignoret tñ qñ, & quātū melius. AL. Sic est. SO. Neq; siqs quēpiā perimere sciat, & pecuniis spoliare, ac exulē a patria facere, nisi sciat etiā qñ & quem melius sit. AL. Minime. SO. Quicūq; igit̃ horū aliqđ nouerit, modo adsit etiā sciētia optimi, quæ qdē eadē & vtilis sciētia est, hūc forte prudētē vocabis. AL. Hūc ipm. SO. Prudētēq; ipm dicem⁹ sufficientē esse sibi & patrię cōsultorē, īprudentē vero cōtra. qdnā tibi videt̃? AL. Idē. SO. Quid autē si qs eqtare, aut sagittare sciat, vel palęstrā, vel pugillariā, vel aliud quoddā certamē exercere, aut aliud aliquid eorū q̄cūq; partē nouim⁹, quo noīe appellas eū qui ītelligit qđ i arte melius fiat? an nō scđm equestrē artē equitē, scđm pugillariā pugilē, tibicinariā tibicinē, atq; in aliis eodē modo? an secus? AL. Sic certe. SO. Nū tibi videt̃, q horꝫ aliqđ ītelligit, vir prudēs appellād⁹? an lōge adhuc abesse? AL. Lōge ꝑ Iouē. SO. Qualē igit̃ ciuitatē eā putabis, q̄ ex peritis sagittariis, & tibicinib⁹, athletisq;, ac cęteris artificib⁹ cōstet, sint insup admisti militarē callētes artē, & q ad interimēdū ꝓmpti, necnō inflati ob ciuiliū rerū administratiōes, desit aūt optimi sciētia, & q norit qñ, & ad quē vnoquoq; illorū vti pręstat? AL. Ignobilē o Socrates. SO. Maxime hoc vt arbitror diceres, siqñ cerneres vnūquēq; illorū ambitiosum, & plurimas sibi partes reipu. partiētē ad hoc vt potētissim⁹ sit, potētissimū inquā in eo qđ scđm artē ipsam est optimū, ab eo vero qđ sibi & reipu. optimū, ꝓcul aberrātē, quippe q opinioni sine mēte crediderit. Cūq; hęc ita se haberēt, nōne recte dicerem⁹ hāc ciuitatē tumult⁹ q̄plurimi iniqtatisq; plenissimā? AL. Recte ꝑ Iouē. SO. An nō necessariū nobis visum fuit primū qdē putare nos cognoscere, vel reuera cognoscere hoc qđ prōpte facturi dicturive sum⁹? AL. Visū est. SO. Nōne siqs agit qdē qđ nouit aut nosse existimat, addit aūt sciētiā optimi, sequit̃ vt vtiliter agat ad seipm, & ad rēpu? AL. Quid ni? SO. Cōtra vero nec ad ciuitatē, neq; etiā ad seipm? AL. Ita est. SO. Quid aūt? nūc tibi ita videt̃, an aliter? AL. Nō aliter. SO. Dixisti vocare te plures īprudētes, prudētes pauciores? AL. Eqdē. SO. Diximus ne iterū plures ab eo qđ est optimū, aberrare, vtpote q opinioni absq; mente vt plurimū consenserit? AL. Dixim⁹ plane. SO. Prodest igit̃ multis, neq; nosse qcq̃, neq; putare se noscere. siqdē prōptiores erūt ad illa efficiēda, q̄ vel noscūt, vel cognoscere opinant̃. Agētes aūt, sibi nocebūt crebrius q̄ cōferēt. AL. Verissima loq̄ris. SO. Cū ergo dicebam reliquas oēs sciētias, si absit sciētia optimi, obesse sępi⁹, q̄ ꝓdesse illas habēti, nū recte loq tūc tibi videbar? AL. Et si tūc minime, nūc saltē o Socrates. SO. Oporret itaq; ciuitatē & aīam, q̄ recte victura sit, hāc ꝓculdubio cōplecti sciētiā: quēadmodum ægrotantē, medicū: & qui ꝓspere nauigare velit, gubernatorē. Nā quo magis anim⁹ sine hac sciētia circa diuitias vel corporis robur, aut aliud tale versabit̃, eo maiora ex iis peccata cōmitti necesse est. Qui vero multis ac variis artib⁹ & sciētiis ornat⁹ est, sit autē expers istius sciētiæ, duct⁹ a singulis aliis, nōne merito multa tēpestate iactabit̃? quippe cū absq; gubernatore oberret in pelago breui tempore peritu

Paradoxa quędam. Sciētiarū possessio nocua absq; optimi cognitiōe.

Qui prudēs sit appellandus.

rus? Huic certe cōuenire videt̃ illud poetę carmē,ĩ quo quedā vituperās inq̃t. Multa quidē nouerat, sed male nouerat oĩa. AL. At vero id poetę dictū nihil mihi videt̃ ꝓposito nostro congruere. SO. Immo quadrat penit⁹, verū p ænigmata & hic & cęteri ferme oēs poetę loquunt̃. Est.n.ipsa natura vniuersa poesis ænigmatū plena, nec quiuis eā dignoscit. Ad hāc illi⁹ naturā accedit,ꝙ siq̄n insit in hoīe inuido,nolēte sua sensa cęteris hoīb⁹ reuelare,mirū est q̄ difficile cognitu sit q̄d poeta senserit. Neqꝫ eñ Homerū diuinissimū sapiētissimūqꝫ poetā ignorasse putes,ꝙ scire male ĩpossibile sit:ipe eñ ē q in quit,Margitē multa q̄dē scire,male autē scire oĩa.sed ęnigmate sensū occultat,vt arbitror,male ꝓ malū ponēs,scit aūt ꝓ scire.vñ cōpositio q̄dā extra carminis mēsurā cōficit̃.q̄d vero sentit,hoc ē. Multa q̄dē sciuit,sed malū sibi fuit hęc oĩa scire.Patet igit̃ ꝙ si erat illi malū multa scire,ipse quoqꝫ malus erat,siqua fides supradictis sermonib⁹ adhibēda est. AL. Mihi certe videt̃ o Socrates.Quib⁹ enim verbis crederē vnq̄,nisi iis credā? SO. Et recte q̄dē tibi videt̃,& mihi rursus eodē mō.sed age p Iouē,vides ne quāta q̄lisqꝫ sit ĩ hoc ambiguitas?in hac ipe versat⁹ esse videris.sursum eñ deorsumqꝫ iactat⁹ nusq̄ sane consistis,sed q̄d olim asseuerabas,nūc dānas. Si forte deus quē oraturus accedis,oculis sese tuis obiiciēs,anteq̄ voueas,ita roget,an tibi aliq̄d ex iis q̄ in prĩcipio dicta sunt,habere satis sit,vel tibi licētiā p̄stet q̄d lubeat postulādi,q̄dnā tibi opportunū fore putares? vel acceptare q̄ deus offerret, vel poscere? AL. Per deos o Socrates q̄d respōdeā nō habeo,sed ĩsanū q̄ddā mihi videt̃,temere deū p̄cari,ac diligēter cōsiderādū ne q̄s seipm̄ lateat,mala petēs dū bona se putat orare,ac paulo post,vt tu dicebas,ad cōtraria vota se trāsferat. SO. Nōne prudētior nobis poeta,cuius ĩ prĩcipio disputationis mētionē fecim⁹,q p̄cabat̃ mala etiā ab orantib⁹ abesse? AL. Mihi q̄dē videt̃. SO. Lacedęmonii quoqꝫ o Alcibiades,siue hūc poetā imitātes,seu ex seipsis aĩaduertētes,idē votū tā priuati,q̄ publice seruāt, orātes deos,pulchra cū bonis sibi tribuere,nec plura illos p̄cari quis audiret. Neqꝫ tñ ad hęc vsqꝫ tpa minus q̄ cęteri hoĩes felices sunt.Siq̄d aūt illis vnq̄ min⁹ p̄spere successit,nō est oro illoꝝ in causa,q̄ñ q̄dē in diis est vt arbitror,q̄ p̄camur,tribuere vel cōtra. Volo insup aliud q̄ddā tibi referre,q̄d aliq̄ñ a seniorib⁹ q̄busdā accepi. Dicebāt eñ accidisse,vt quotiēscūqꝫ bellū Atheniēses cū Lacedęmoniis gererēt,nostri tū terra,tū mari ĩfortunati eēnt,nec victores vnq̄ redirēt. Qua re ꝑturbatos Atheniēses cū nō haberēt q̄b⁹ machinamētis tātā vitarēt calamitatē,decreuisse Ammonē consulere,quā ob cām dii Lacedęmoniis potius q̄ Atheniēsib⁹ victoriā largirent̃,cū ipsi tñ sacrificia,tū plura,tū decētiora q̄ reliqui Gręci offerrēt,simulacris donisqꝫ tēpla ornātes,vt nemo ali⁹,pōpasqꝫ quotannis sumptuosissimas,& venustissimas celebrarēt,& oĩ sūptu,q ad rē diuinā spectat,cūctis Gręcis magnificētiores existerēt,cū Lacedęmoniis nulla esset istorū cura,adeo circa diuinū cultū parcis, vt aĩalia mutilata passim mactarēt,& ĩ aliis oĩb⁹ cerimoniis lōge admodū parciorib⁹ q̄ Atheniēses,cū tñ pecuniarū numero a nobis nō superent̃. Posteaq̄ hęc dixisset nūcius,interrogās quo pacto a p̄senti calamitate liberari possent,nō multa ad hęc respōdisse ꝓphetā:Deū eñ nō ꝑmittere.vocātē vero Atheniēsiū nūcium in hūc modū fuisse locutū. Hæc dicit Ammo,placere sibi magis Lacedęmonioꝝ bñdictionē,q̄ reliquoꝝ cūcta Gręcoꝝ sacra.nec plura iis respōdisse. Benedictionē vero nullā prorsus aliā de⁹ mihi dixisse videt̃,q̄ illoꝝ orōnē:ꝑmultū eñ illa a cęteris differt. Reliqui nāqꝫ Gręci partim auratis cornib⁹ boues sacrificātes,partim donariis egregiis tēpla ornantes,q̄cūqꝫ occurrūt,seu bona,siue mala a diis petūt. Dii vero cū illos ĩprecātes audiūt,ditissimas illoꝝ pōpas & sacrificia nō acceptāt. Quāobrē diligēter cōsiderādū mihi videt̃,q̄d dicendū sit,q̄dve nō dicēdū. Inuenies quoqꝫ apud Homerū alia hoꝝ similia. Inquit eñ Troianos cū suburbanū ędificiū molirent̃,dicare diis ĩmortalib⁹ p̄ciosa sacrificia boū: nidorē vero ex littore suauē,ad cælū vsqꝫ vētis extolli: sed beatos Deos illo minime vesci,q̄ꝓpter q̄bus Ilion,& Priam⁹,& Priami ppl̃s odio sint. Itaqꝫ nil Troianis ꝓderat,cū aduersos deos haberēt,sacra ac munera temere illis offerre. Neqꝫ eñ eiusmodi est dei natura,vt ducat̃ munerib⁹ queadmodū ĩprob⁹ fœnerator. Sed nos nimiū deliram⁹,siquādo nos Lacedęmoniis ꝓpter munera acceptiores deo eē ducim⁹. Etenĩ graue esset,si de⁹ ad donaria & sacrificia nr̃a respiceret potius q̄ ad animū,vtrū iust⁹ sanctusqꝫ sit. Ad quē equidē deū arbitror mlto magis attēdere,q̄ ad multi sūpt⁹ pōpas atqꝫ sacra,q̄ nihil prohibet eū,q multa in deū hoĩesqꝫ peccauerit,seu priuat⁹ sit,siue resp.singulis annis p̄ficere. De⁹ autē vtpote a munerib⁹ incorrupt⁹,spernit hęc oĩa,vt ipse eiusqꝫ ꝓpheta predixit. Vnde p̄spicuū est,& apud deū,& apud hoĩes sane mētis,iustitiā,& prudētiā p̄cipue honorari. Prudētes autē iustiqꝫ sunt qui sciūt quę erga deū & hoĩes agere atqꝫ dicere deceat. Cupio tñ ex te audire,q̄d in iis ipse sentias. AL. Mihi vero o Socrates haud secus q̄ tibi ac deo videt̃:neqꝫ enim fas esset a deo me dissentire. SO. Recordaris dixisse te in plurima dubitatiōe discrimineqꝫ versari,ne teipm̄ lateres,cū mala q̄nqꝫ ꝓ bonis optares? AL. Memini. SO. An vides nō satis tutū tibi esse ad orādū pergere,neq̄ñ te deus audiens imprecantē ista tua sacrificia renuat,aliud vero quiddā fortuitū reportes? Mihi ergo videt̃ operępreciū esse quietē agere.nā orōne Lacedęmonioꝝ ꝓpter magnanimitatē,id.n.nomē honestissimū ē oĩm q̄bus insipiētia significat̃,nō existimo vti te velle. Quare necesse est expectare,donec discat̃ queadmo-

Poetas p ęnigmata loqui.

Poesis ęnigmatum plena.

Prophetā respondebat p deo Ammonę

Natura dei erga munera.

Q apud deos & apud homines iustitia & prudētia honoratur

Qui prudentes & iusti sint.

Magnanimitas nomē est honestissimū insipiētię.

dū ad deū,atq; ad hoīes habere se deceat.AL.Qn̄ erit o Socrates? & quis p̄ceptor? Iocūdissime enim hūc hoīem,q̄sq̄s erit,agnoscā.SO.Hic est cui tu curę es.Verū mihi videt̄,queādmodū Diomedi Mineruā inq̄t Homerus ab oculis nebulā abstulisse,vt discerneret deū ab hoīe, sic & ab animo tuo prius oportere calīginē,qua nūc offundit̄,auferre:deīde illa p̄pius admouere, per q̄ seu bonū quid sit,siue malū dignoscas:nunc enim impos esse videris.AL.Auferat seu nebulā ille velit,siue quodcūq; aliud. Etenim paratus sum nihil penitus prętermittere,qd̄ ille p̄ceperit,quisq̄s deniq; sit,modo ipse sim melior euasurus.SO.Atqui ille mirū in modū tibi p̄uidet.AL.In illud itaq; tēpus hoc sacrificiū differre optimū fore cēseo.SO.Et recte qdē:tutius em̄ est,q̄ tanto periculo se subiicere.AL.Sic est o Socrates. Interea tn̄ qm̄ mihi bene cōsuluisse videris,hāc tibi coronam imponā.Diis aūt & coronas,& reliqua oīa quęcūq; decet tūc demū offeremus,cū diē illā aduētasse cognouero.Aduētabit autē q̄primū,diis volētibus.SO.Id equidē & quodcūq; aliud das,libēter accipio.Quēadmodū vero Creon apud Euripidē vidēs Tiresiam coronatū,& audiēs a p̄cipio coronā p̄pter artē a militibus accepisse,ait,Augurīū ponebā triūphales coronas,ī tēpestate em̄ versamur,vt ipe nosti:sic & ego hāc abs te coronationē augurīū pono.Videor aūt mihi nō minori q̄ Creon tēpestate iactari, desidero em̄ oībus amicis tuis excellere.

FINIS ALCIBIADIS SECVNDI.

Argumentū Marsilii Ficini in Minoem Platonis Lib.Vel de Lege.



Inos de lege requirit,vt qd lex cōiter,quot eius species,vnde sit,paucis comprehendamus.Siquis Platonis verba in hoc libro de lege,& in libris de Legibus,necnō de Rep. diligēter aduertat,sic legē vniuersali definitiōe describet.Lex est vera gubernandi ratio,q̄ ad finē optimū p cōmoda media gubernata dirigit, transgredienti pœnā,obedienti p̄miū statuēs.Quo fit vt institutiones principū cū veræ non sunt,nec ad optimū recto calle p̄ficiscunt̄,leges minime sint,sed decreta,edicta, instituta potius sint q̄ leges.A lege nāq; legitimū,a legitimo iustum,a iusto bonum,rectum,verūq; opus sæpenumero noiatur,p̄pterea legē verā bonāq; esse necesse est.Sequit̄ etiā vt lex ęterna sit,ac penitus īmutabilis,& apd̄ oēs gentes eadē de eisdē,si modo vera sit.nā q̄ tpibus locisq; & opinionibus p̄mutat̄,non lex,sed institutio nūcupat̄.Legis autē species,vt ex Timęo,Phædroq;,& Gorgia colligit̄,quatuor sunt.Prima diuina,quā p̄uidētiā Plato vocat.Scd̄a cęlestis,quā fatū.Tertia mouēs,quā naturam.Quarta humana, quā prudētiā naturalē.Prima in mente diuina,quā Saturni legē Orpheus & Plato esse volunt. Secūda in superiori aīæ mūdi parte,quā Iouis.Tertia ī mouēte inferioriq; illius potētia,quā primę Veneris.Postrema ī hoīs mēte,quā secūdę Veneris legē vocāt.Prima a sūmo bono,qd̄ supra mentē est,profluit.Scd̄a a mēte,& summo bono.Tertia a sūmo bono,mente,& vniuersali aīa. Quarta a sūmo bono itidē,& mēte,& aīa.Oēs vero ad ipm̄ bonū iterū reflectunt̄.Prima in ideis,circa sūmū bonū,supra ratiōes.Scd̄a in rōnibus,circa ideas,supra semina,Tertia ī seminibus,circa rōnes,supra formas.Quarta in notiōibus,circa rōnes,sup actus & artes,quā regiā legē appellāt supni regis imitatricē. Vn̄ vero lex p̄ficiscat̄,ex iis q̄ dicta sūt,elicit̄.Ab ipo q̄ppe rerū pricipio oēs,sed vario modo,vt dictū est,manāt.Quāobrem oēs illustres cōditores legū inuētionē legū in deū,sed p diuersa noia,atq; media retulerūt.Zoroaster Bactrianis Persisq; leges tradēs,ī Horomasim.Trismegistus ægyptiis,ī Mercuriū. Moyses Iudęis rectissime ī patrē totius naturę deū.Minos Cretēsibus,ī Iouē.Charōdas Carthaginiēsibus,in Saturnū.Lycurgus Lacedęmoniis,in Apollinē.Draco & Solō Atheniēsibus,in Mineruā.Pōpilius Romanis,ī Aegeriā.Mahometus Arabibus, in Gabrielē. Zamolxis Scythis,ī Vestā.Plato noster Magnesiis & Siculis,in Iouē,& Apollinē.Arcadibus autē,& Thebanis,& Cyrenaicis leges postulātibus,denegauit.

Quid lex.

Species legis q̄tuor.

MINOS, VEL DE LEGE. SOCRATES.MINOS.



SOCRA. VIDNAM Lex apud nos est? MI.De qua lege interrogas? SO.Est ne aliqd quo lex a lege secundum q lex est,differat? Aduerte plane quid quęram? Sic enim interrogo,ac si quęsissem,quid est aurū:& si tu eodē modo,de quo auro quæram interrogares,haud recte percontari censerem. Neq; enim aurū ab auro secundum q aurum,neq; lapis secundū q lapis a lapide differt:eodemq; modo lex a lege nil discrepat,sed oēs idem sunt . Etenim lex vnaquęq; illarum similiter est,nec vna magis & alia minus.De hoc ipso igitur vniuerso,quid lex est,generatim interrogo.qd̄ si in promptu nunc habes,explica.MI.Et quid aliud lex o Socrates esset , q̄ quæ lege instituuntur? SO.An sermo tibi videt̄ ea esse q̄ sermone dicuntur,vel visus quæ videntur,vel auditus quæ audiuntur? aut aliud sermo,aliud pronunciata,aliud visus,aliud visa,& auditus similiter atq; audita,nec non lex aliud,aliud lege mandata? Sic ne,an aliter tibi videtur? MI.Sic vtiq;.SO.Nō ergo lex est, quæ lege pręcipiuntur.MI.Nō videt̄.SO.Quid itaq; sit lex,in hūc modū cōsideremus.Si quis de iis quę modo diximus,percontet̄ dicens:postq̄ visu asseritis quę vident̄ percipi,quid est visus

Quū interrogamur simpliciter,non recte dubitari de eo qd̄ est pars.

Colligit̄ definitio p trāslationē factā ad alia.

VM Plato p oẽs ei⁹ dialogos toti⁹ sapientiæ semina sparserit, in libris de Repu. cũcta moralis phiæ istituta collegit, oẽm naturaliũ rerũ sciam in Timęo, vniuersam in Parmenide cõplexus est theologiã: cũq; in aliis lõgo interuallo cęteros phos antecesserit, in hoc tandẽ seipm superasse videt̃, & ex diuinę mẽtis adytis intimoq; phiæ sacrario cęleste hoc opus diuinitus deprõpsisse. Ad cui⁹ sacrã lectionẽ quisqs accedet, prius sobrietate animi mentisq; libertate se ꝑparet q̃ attrectare mysteria cęlestis operis audeat. Hic eñ diuus Plato de ipso vno subtilissime disputat, queãdmodũ ipsum vnum rerũ oĩm principiũ est, sup oĩa, oĩaq; ab illo. Quo pacto ipsum extra oĩa sit, & in oĩbus, oĩaq; ex illo, p illud, atq; ad illud. At hui⁹ qđ sup essentiã est, vni⁹ intelligentiã gradatim ascendit. Vnũ quippe in triplici ordine reperit̃. In iis q̃ fluunt, atq; sensib⁹ subiiciunt̃, & sensibilia nominant̃. In iis etiã q̃ semp eadẽ sunt, & intelligibilia nũcupant̃, nõ sensibus ampli⁹, sed sola mẽte ꝑcipiẽda. Nec in iis tãtũ, verũ etiã supra sensũ & sensibilia, intellectũq; & intelligibilia ipm vnũ existit. Quãobrẽ hoc in dialogo Zeno Eleates primo Parmenidis Pythagorici discipulus vnũ eẽ in sensibilibus ꝓbat, ostẽdẽs ꝙ si hęc multa essent, nullo modo vni⁹ natura participãtia, errores plurimi seq̄rent̃. Deĩde Socrates Zenoni nõ repugnãs quidẽ, sed eũ alti⁹ eleuãs, ad considerationẽ vni⁹ & vnitatũ q̃ in reb⁹ intelligibilib⁹ insunt, ꝑducit, ne in hoc vno qđ sensibilib⁹ inest, moret̃. Ex hoc igit̃ ad Ideas ĩuestigãdas ꝑueniunt, in q̄bus rerũ vnitates cõsistunt. Postremo Parmenides ipse senior haudquaq̃ Socrati cõtradicẽs, sed inchoatã cõtẽplationẽ eius absoluẽs, integrã Idearũ explicat rõnẽ. Vbi quatuor de Ideis q̄stiones inducit. Prĩo vtrũ sint. Secũdo quorũ Ideæ sint, & quorũ minime. Tertio q̄les sint, quãve vim habeãt. Quarto quõ ab iis q̃ ĩfra se sunt, participant̃. Hinc iã ad vnũ qđ sup ĩtelligibilia & Ideas existit, ascẽdit ipse, nouẽq; de illo suppositiões adducit, q̃nq; si vnũ sit, q̄tuor, si nõ sit vnũ, q̄rens qd vtrinq; seq̄at̃. Hæ vero suppositiones a triplici vni⁹, & duplici ipsi⁹ nõ esse partitiõe ducunt̃. Vnũ q̄ppe triplex, sup esse, in esse, post esse repertũ. Ipm vero nõ esse geminę considerationi subiicit. Aut eñ nullo mõ esse, aut partim esse, partim nõ esse qs cogitat. Prĩa itaq; suppositio tractat, si vnũ sup esse existit, qd circa illud ad ipm, & ad alia sequit̃. Secũda, si vnũ cũ esse est, quomodo se habet ad seipsum atq; ad alia. Tertia, si vnũ sub esse ponit̃, qd illi ad seipsum aliaq; cõtingit. Quarta, si vnum sup esse cõsistit, quomõ se habẽt alia & ad se & ad vnũ. Quinta, si est illud vnũ qđ cũ esse locat̃, qd aliis ad se, & ad illud accidit. Sexta, si nõ est vnum ita vt partim sit, partim minime sit, qua se ratione ad sese & ad alia habeat. Septĩa, si nõ est vnũ ita vt nullo modo sit, quo pacto se habet ad seipsum atq; ad alia. Octaua, si nõ est vnũ ita vt partim sit, partim nõ sit, qd aliis ad se, & ad illud eueniat. Nona, si nõ est vnũ, ita vt nullo modo sit, qd alia ad sese, & ad illud deniq; patiant̃. In iis oĩbus generatim intẽdit Parmenides potissimũ hoc asserere, ꝙ vnum oĩm principiũ sit: eoq; posito, ponant̃ oĩa: sublato autem, interimantur. Itaq; in primis quinq; suppositionibus quinq; rerũ gradus posito vno in rerum ordine tradit. In quatuor vero seq̄ẽtibus inquirit quot absurda, quot errores, quãtaq; mala ipso vno sublato sequant̃. Prima ex quinq; superioribus de vno supmoq; Deo disserit, quõ ꝑcreat disponitq; deorũ seq̄ẽtiũ ordines. Secũda de singulis deorum ordinibus, quo pacto ab ipso deo proficiscunt̃. Tertia de diuinis animis. Quarta de iis, q̃ circa materiã fiunt, quomõ a supernis causis producunt̃. Quinta de materia prima, queãdmodũ suapte natura specierum est expers, & a primo vno dependet. Illud insup aduertendũ est, ꝙ in hoc dialogo cum dicitur vnum, Pythagoreorũ more quæq; substãtia a materia penit⁹ absoluta significari potest, vt deus, mens, anima. Cum vero dicitur aliud & alia, tam materia, q̃ illa quæ in materiam fiunt, intelligere licet. His ergo pręmissis atq; seruatis, ad ipsum dialogum veniamus.

Noue sup positiões de vno.

Hic videt̃ deficere vna alia suppositio, q̃ dicit̃ Si vnum sub esse ponat̃, quõ se habeant alia, & ad se, & ad vnũ.

Verbũ hoc vnum.

Verbũ hoc aliud & alia.

Parmenides, vel de vno rerum omnium principio, & de Ideis.

CEPHALVS. ADIMANTHVS. ANTIPHO. GLAVCO. PYTHODORVS. SOCRATES. ZENO. PARMENIDES.

CEPHA.

Occasio dialogi.



VM domo e Clazomenis Athenas ꝓfecti essemus,iuxta forũ Adimãthum & Glauconẽ offendimus.Et manũ meã prehẽdẽs Adimãthus, Salue inqt o Cephale,& si quo indiges qđ nostræ facultatis sit,iube. At ego inquã ad id veni in quo vestra opera indigebo.Expone,inqt,qd sit quo indiges. Tũ ego: fratri vestro germano qđ nomẽ erat?nõ em̃ memini.Erat em̃ ferme puer,qñ huc e Clazomenis accessi.lõgũ vero intercessit tẽporis interuallũ . Patri tñ eius Pyrilampes nomẽ fuisse arbitror.Prorsus inquit. ipsi vero nomẽ Antipho.sed quid potissimũ quæris?Hi inquã cõciues mei ardẽtes sunt sapiẽtiæ amatores, audieruntq; hũc Antiphonem diu Pythodoro Zenonis socio familiariter vsum,rationes quas quõdã Socrates,Zeno,atq; Parmenides inuicem pertractarunt,cum a Pythodoro frequẽtius accepisset,memoria retinere.Vera inquit dicis.Has itaq; audire desideramus.Haud difficile id est.nã dũ esset adolescẽtulus, eas diligenter meditabatur. Nunc vero apud auũ,cui idẽ est nomẽ,circa rẽ equestrẽ vt plurimũ versat̃ . Cæterũ si opus est,ad eũ proficiscamur.Nuper em̃ hinc domũ abiit.habitat aũt prope in Melita. Cũ hæc dicta fuissent,accessimus,domiq; inuenimus Antiphonẽ frenũ quoddã aptãdũ fabro tradentẽ.Postq̃ vero ab illo discessit,& fratres,nostri aduẽtus causam retulerũt,agnouit me ex priori illuc accessu,& cõgratulatus est. Nobis aũt orãtibus vt disputationẽ illã referret,primo qdẽ recusabat.esse em̃ operã nõ mediocrẽ.deinde tamẽ exposuit.Dixit ergo Antipho,Pythodorꝫ enarrasse,Zenonẽ atq; Parmenidẽ venisse quondã ad magnorꝫ Panatheneorꝫ celebritatẽ,& Parmenidẽ iã senẽ fuisse atq; canũ,aspectu decorũ, annos ferme quinq; & sexaginta ętatis agentẽ:Zenonẽ vero annos pene quadraginta natum,procero insup, & grato corporis habitu,Parmenidisq; familiarẽ.Diuertisse aũt illos ait apud Pythodorũ extra mœnia in Ceramico.quo etiã aduẽtasse Socratẽ,aliosq; cũ Socrate plurimos,scripta Zenonis audire cupientes:Nã tũc primũ ab illis in eã vrbẽ inuecta. Socratẽ vero eo tẽpore admodũ iuuenem extitisse. legisse aũt illis Zenonẽ ipsum.Parmenidẽ em̃ forte extra domũ fuisse.Ac parũ superfuisse legendum, quando se intrasse domũ vna cũ Parmenide & Aristotele,q de triginta viris vnus fuit, Pythodorus aiebat.Vnde pauca quæ legenda restabant,audisse:Verũtamen a Zenone prius omnia percepisse.

VErum his auditis,Socratẽ dixisse ait vti primã sermonis primi suppositionẽ iterum legeret. Qua lecta statim sic intulisse.Quomodo id dicis o Zeno,q; si multa sunt ea quæ sunt,oportet illa similia, atq; dissimilia esse. hoc aũt esse impossibile. Neq; enim dissimilia similia,neq; similia dissimilia esse posse.Nõne sic dicis?Sic certe respondisse Zenonẽ.Nonne si impossibile est,dissimilia similia eẽ,& similia dissimilia,impossibile etiã multa esse?Nã si multa essent,impossibilia ista cõtingerent.Nũ hoc est qđ sermones tui volũt?neq; aliud qcq; intẽdũt,q̃ per omnia quę dicunt̃ asserere q; multa nõ sint,huiusq; ipsius vnãquãq; rationẽ coniecturã esse putas, ac totidẽ cõiecturas inuestigasse te censes, quot rationes attulisti q; multa nõ sint? Sic ne dicis?An ipse nõ recte percipio?Immo respõdisse Zenonẽ,optime qd hæc scripta sentiũt,intellexisti. Intelligo dixisse Socratẽ o Parmenides q; Zeno hic nõ amicitia solũ cõspirare vult tecũ,sed iis etiã quę cõposuit.Idẽ em̃ quodãmõ qđ & tu, scripsit:verũ ꝑmutatiõe quadã nos decipere tẽtat,quasi aliud q̃ tu dicat.Nã tu in poematib⁹ vnũ ais esse ipm oẽ, atq; hui⁹ argumẽta q̃pulcherrima exhibes. Hic vero rursus nõ mlta eẽ ait,cõiecturasq; & ipse ꝑmultas ac validas ꝓbet.Dũ ergo alter vnũ dicit,alter nõ multa,& eũ in modũ vterq; loquit̃, vt nõ videat̃ idẽ inferre,cũ tñ eadẽ ferme dicãt,vident̃ nobis ista supra nos dici.Ita est o Socrates,dixisse Zenonẽ. nõ omnino tñ veritatẽ eorũ q̃ scripta sunt,persensisti,q̃uis seu canes Lacenę bñ trãscurris & inuestigas dicta.Sed primũ qdẽ hoc te latuit,q; nõ oĩno sic se extollũt huiuscemodi scripta, vt eã ob causam scripta sint,quã tu putas,vt hoĩes celẽt,quasi egregiũ qddã hinc efficiat̃. Verũ tu qdẽ cõtingẽs qddã dixisti.Sũt aũt hęc reuera cõscripta in suffragiũ Parmenidis aduersus eos,qui illũ carpere nitunt̃ dicentes:si qdẽ vnũ sit omne,ridicula plurima huic opinioni,ac etiã repugnantia sibi penitus euẽtura.Hęc quoq; scripta eos q multa esse volũt,impugnãt,ac plura obiiciũt, vt pateat mlto absurdiora ex opinione illorũ sequi,q; scilicet multa sint,q̃ ex opinione Parmenidis q; sit vnũ,si qs diligẽter examinauerit.Ob hãc itaq; cõtentionẽ in ipsa iuuẽtute librũ cõposui, quẽ surripiẽs qspiã edidit anteq̃ cõsultare mihi liceret an efferẽdus esset in lucẽ nec ne.Id ergo te fugit o Socrates,q; existimas nõ a iuuenili certamine,sed a senili ambitione scriptum fuisse. Veruntamen vt dixi non inepte coniecisti.Accipio inquit Socrates,& puto sic se vt dicis habere.

Opa cõscripta premebant̃ atq; cõsulto edebant̃ i lucem.

¶De Ideis quædam.

SEd hoc mihi responde,putas ne esse ipsam per seipsam speciẽ quandam similitudinis?& huic aliã quandã contrariam dissimilitudinis speciẽ?in qbus duobus & ego & tu participemus,& alia quæ vtiq; multa vocamus?atq; ea quæcũq; in similitudine participãt similia fieri eaten⁹ quatenus participãt?quæ vero dissimilitudine dissimilia,& quæ vtrisq; vtraq;?Qꝫ si omnia in vtrisq; contrariis existentibus participãt,& quia vtrorũq; participia sunt,similia & dissimilia inter se sunt, quid mirum?Si quis em̃ ipsa similia dissimilia esse diceret,vel dissimilia ipsa similia,monstrũ quoddã

vt arbitror esset. Sin autem participantia in vtrisq; quispiã vtraq; pati assereret, nihil mihi o Zenon mirandũ esse videret. Neq; etiã id mirarer, siquis cuncta vnũ diceret ex eo q̃ in vno participant, atq; hæc eadẽ rursus multa, quia multitudine quoq; participant. At si qđ ipm vnũ est, hoc ipsum multa esse ostenderit, & ipsa multa vnũ, iam summopere admirabor. Ac de cęteris omnibus eodẽ modo. Nã si genera ipsa & species & in seipsis asserat ista contraria in se recipere, admiratione pfecto dignũ erit. Etenĩ si quis me vnũ ac multa esse demonstret, cur mirandũ? siquidem volens multa me asserere, dixerit alia esse dextera mea, sinistra alia, alia anteriora, alia posteriora, & superiora deniq; ac inferiora similiter: multitudinis qppe vt arbitror, particeps ipe sum: & qñ vnũ me ostẽdere velit, dixerit, q̃ e nobis qui septẽ sum[9], ego vn[9] homo sim, vnius particeps, similiter nihil mirũ. Quãobrẽ vera vtraq; affirmantur. Si ergo quispiam talia conetur vnum & multa eadem demonstrare, lapides videlicet, ac ligna, & reliqua huiuscemodi, vnum & multa ipsum ostendisse fatebimur, non tamen vnum multa, neq; multa vnum, neq; mirabile quippiã pdicasse, sed qđ oẽs confiteremur. At si qs eorũ q̃ pauloante dixi, primũ quidẽ species ipas secũdum seipsas seorsum distingueret, veluti similitudinem, dissimilitudinẽ, multitudinẽ, vnũ, statũ, motũ, cæteraq; huiusmodi, deinde in seipis ista cõmisceri secerniq; posse assereret, obstupescerẽ equidẽ o Zenõ. Et si ea q̃ scripsisti, vt virũ fortẽ decet, ptractata esse reor, multo tñ magis mirarer atq; lętarer, si qs posset hanc eandẽ quæstionẽ in ipsis speciebus penitus implicitam queadmodũ in rebus q̃ videntur expositũ est, ita & in iis q̃ ratione cõprehendunt, clarius explicare. Dũ hæc Socrates diceret, aiebat Pythodorus se putasse Parmenidẽ & Zenonẽ in singulis esse aduersus Socratem indignatos, eos autem summa quadam attentione auscultasse, ac frequenter alterutrũ respicientes subrisisse, quasi Socratem admirãtes. Vnde cũ finẽ Socrates loquendi fecisset, dixisse Parmenidem. O Socrates, q̃ dignus es admiratione propter impetũ, quo ad rationes promptus accedis.

VErum mihi dicas oro. Tu ita vt dicis seorsum quidem ipsas species discreuisti, seorsum etiã specieb[9] participãtia, videturq; tibi quiddã esse ipsa seorsum similitudo, cuius & nos participes sumus, & vnum rursus ac multa, & omnia quæcũq; nuper a Zenone audisti. Mihi quidẽ videtur, Socratẽ respõdisse. Nũ talia quędã inquis, rogasse Parmenidẽ, ceu iusti speciem quandã ipam per seipsam, & pulchri, & boni, atq; omniũ deniq; talium? Prorsus. Nunquid speciem hoĩs seorsum a nobis, & cæteris eiusdem generis, & ignis etiam, & aquæ speciẽ? Sæpenumero inquit Socrates in hac sum ambiguitate versatus, vtrum de iis perinde vt de superioribus dicendum sit, an secus. Vtrum de iis etiã dubitasti o Socrates, quę ridicula forte qs putet, sicut de pilis, lutove, & macula, & aliis ignobilissimis rebus atq; vilissimis? num ambigis vtrum ponenda sit horũ cuiusq; separata species, aliud quiddam ab illis existens, vel eorum quæ nos pertractamus, siue non? Nullo pacto, inquit Socrates: sed hæc quæ videmus hæc & essent, speciẽ vero quandã illorũ esse putare, forte nimis ridiculũ esset. Aliquãdo me olim ea cogitatio perturbauit, ne quid forte sit de omnibus idem: postq̃ vero paulisper institi, inde discessi, metuens ne in profundam delirationem mersus forte perirem. Vnde reuersus ad ea quæ species habere prædiximus, circa illa iam versor. Iuuenis adhuc es, o Socrates, necdum te philosophia complexa est. Amplectetur autem vt mea fert opinio, quando nihil istorum neglexeris, nũc vero ad opiniones hominum ob ætatem respicis.

AT hoc mihi dicas. Videntur ne tibi vt aiebas, species quędã existere, & ea q̃ illis participant, illarum cognomẽta sortiri? veluti similitudine participãtia similia, magnitudine magna, pulchritudine atq; iustitia, pulchra & iusta vocari? Et maxime quidẽ inquit Socrates. Nõne qđcunq; speciei particeps fit, vel totã speciẽ, vel partẽ accipit? An est alius præter istos participandi modus? Et quis alius? Socrates ait. Vtrũ videtur tibi tota species in vnoquoq; multorũ esse vna existens? an aliter? Quid prohibet esse vnam? Vnum ergo & idẽ in multis seorsum positis totum simul vnum erit, atq; ita ipsum a seipso seorsum existet. Nequaq̃, inquit Socrates. Verũ sicut dies vnus deniq; vbiq; simul adest, nec ipse tamen a seipso secernit, ita nil phibet quãlibet speciem vnam & eandem simul multis adesse, nec tñ a seipsa secerni. Belle o Socrates vnum idem simul in multis ostendis, ac si super multos velamen quoddam extendẽs, dicas vnum in multis totum esse. nonne tale quiddã dicis? Forsitan. An ergo totũ velamẽ singulis, vel pars eius alia alteri aderit? Pars. Diuisibiles igit inquit o Socrates species erunt, & quæ illis participant, partẽ capiẽt, nec amplius in quolibet tota, sed pars cuiusq; vnũ erit. Sic apparet. Voles ne o Socrates vnam speciem reuera diuidi, ac etiã vnã esse? Nullo modo. Considera itaq;, si ipsam magnitudinem partiaris, & vnumquodq; plurium magnorum parte magnitudinis minore q̃ ipsa sit, magnũ erit, nõne procul a ratione videbit? Prorsus. Quid vero, ipsius ęqualis parte vnumqdq; paruum participans, habebit quo minore existente q̃ ipsum æquale, id quod habet æquale alicui sit? Impossibile. Sed & aliquis nostrum ipsius parui partem habebit, qua ipm paruũ maius est, quippe cum ea pars ipsius existat, atq; ita ipsum paruum maius erit. Id autem cui ablata pars adiicitur, minus erit, & nihilo maius q̃ antea fuerit. Istud inquit fieri nõ posse. Quo igit modo o

Socrates ait, cętera speciebus participabũt, cũ nec secũdũ totas, neq; secũdũ partes capere queant? Per Iouem nõ leue quiddã hoc ad determinãdũ videtur. Ad illud autẽ quid ais? Quidnã? Reor te ex hoc vnã quãlibet speciẽ ponere. Cũ plura quędã magna tibi videntur, vna quædã forsan idea tibi videt̃ per omnia respiciẽti, vnde ipsum vnũ magnũ esse putas. Vera dicis. Quid si ipsum magnũ atq; alia quæ magna sunt animo, eodẽ modo p omnia respicias? nõne vnũ quiddã magnũ iterũ apparebit, quo hæc omnia magna videri necesse est? Apparet. Idcirco alia iã magnitudinis species p̃ter ipsam magnitudinẽ, & participãtia magnitudine, iterũ elucebit, & in iis omnibus alia rursus, qua vniuersa sint magna, nec amplius vnaquęq; species vna erit, sed numero potius infinitæ. At forsitan, inquit Socrates, quęlibet harũ specierũ notio quædã est, nec alibi esse q̃ in animis potest. sic enim vnaquæq; vna erit, nec cõtingent vlterius quæ dicebãtur. Quid ergo? inquit. q̃libet notio vna est? notio autẽ nullius notio? At hoc impossibile. Sed cuiusdã? Cuiusdã sane. Existẽtis vel nõ existẽtis? Existẽtis. Num vni⁹ cuiusdã, qđ notionẽ illã in oĩbus sequẽtẽ intelligere licet, ideã vnã? Prorsus. Præterea nõne species erit hoc qđ intelligit̃ vnũ esse, semp in oĩbus idẽ? Necessariũ hoc quoq; videt̃. Quid vero? inqt Parmenides. an nõ necesse est, cũ cętera speciebus pticipẽt, ex notionibus vnũquodq; cõstare, & intelligere singula? vel cũ sint notiones, nihil tamẽ intelligere? Sed neq; id inqt rationẽ habet, verũ q̃ maxime sic ista mihi se habere vident̃, has qdẽ species tã q̃ exẽplaria in natura cõsistere, cætera vero iis similia fieri, atq; esse simulacra, nec aliter ista speciebus participare, q̃ q illis similia fiũt. Si qd igit̃, vt ais, speciei simile est, nũ possibile est speciẽ ipsam nõ esse similẽ eius qđ ipsi simile factũ est, quatenus ipsi factũ est simile? An cogitari potest simile nõ esse simili simile? Nõ certe. Simile autẽ nõne vnius eiusdẽ speciei necessario pticeps est, cuius & illud cui simile fit? Necesse est. At quo similia participãtia similia fiũt, nõne illud ipsa species erit? Omnino. Nõ igit̃ potest qcq̃ speciei simile esse, nec species alteri. Nã p̃ter ipsam speciẽ, species alia semp emergeret: q si illa cuiq̃ sit similis, alia rursus. nec vnq̃ pgressus iste cessabit, quin noua species semp occurret, si species pticipãti similis sit. Verissima loqueris. Nõ ergo p similitudinẽ cętera speciebus pticipãt, sed alius qdã p̃terea q̃rẽdus est pticipãdi modus. Apparet. Cernis o Socrates quãta sequit̃ ambiguitas, si qs quasi species sint, ipsas secũdũ seipsas distinguat? Et maxime, inqt. Scito insup te nõdũ vt ita dixerim cõprehẽdere, quãta sit difficultas, si vnũquodq; existẽtiũ vnã speciẽ semp quiddã distinguẽdo posueris. Quomodo id inqt? Multa qdẽ alia sunt: sed hoc est maximũ: si qs asserat illas dignosci nõ posse, cũ sint tales quales esse species oportere dicimus. Eum sane qui ista diceret, nõ posset aliqs redarguere, nisi multarũ rerũ peritus sit q dubitat, & ingeniosus, velitq; p̃terea sequi demõstrãtẽ, dũ plurima lõgo ordine transigit. verũtamẽ nec etiã persuaderi poterit, q ignotas illas esse coget. Cur o Parmenides? ait Socrates. Quoniã o Socrates arbitror & te, & quẽuis aliũ quicũq; essentiã quãdã cuiusq; ipsam secũdũ seipsam existentẽ ponit, nullã nobis inesse speciẽ concessurũ. Quo eñ pacto, inqt Socrates, ipsa secũdũ seipsam esset? Recte loqueris. Nõne igit̃ quotcũq; ex ideis inuicẽ respiciũt quæ sunt ipsę, ad seipsas essentiã habẽt, nõ autẽ ad ea quæ circa nos sunt, seu simulacra, siue quomodocũq; illa quispiã nominet, qb⁹ nos participãtes singula esse denominamur? Quæ vero circa nos sunt illis æquiuoca, ipsa similiter ad seipsa nõ ad species sunt, & sui ipsorũ nõ illarũ quæcũq; rursus similiter nũcupãtur. Quomodo dicis? inqt Socrates. Veluti si qs nostrũ alicuius dñs aut seruus sit, nõ ipsius dñi qđ dñs est, seruus existit, neq; ipsius serui qđ seruus est dñs est q dñs dicit̃: sed hæc vtraq; est tã q̃ homo. Ipsa vero dominatio seruitutis ipsius existit id qđ est, & ipsa iterũ seruitus eodẽ modo ipsius dominationis est seruitus, nec ea q̃ nobis insunt ad illa, nec etiã q̃ illic sunt, ad nos referuntur, sed vt dixi, ipsa sui ipsorũ & ad seipsa sunt, & q̃ hic sunt similiter ad seipsa respiciũt. Intelligis ne qđ dico? Prorsus intelligo. nõne & sciẽtia ipsa qđ sciẽtia est, illius ipsius qđ est veritas, sciẽtia est? Oĩno quidẽ. Quęlibet rursus sciẽtiarũ q̃ est qđ est, alicuius existẽtiũ est sciẽtia. an nõ? Profecto. Sciẽtia vero nostra, nõne veritatis q̃ circa nos, sciẽtia erit? Et rursus vnaquęq; nostra sciẽtia, vniuscuiusq; eorũ quę circa nos sunt, sciẽtia? Necesse est. Verũtamẽ ipsas species neq; nos habere, neq; circa nos esse posse assentiris? Nõ pfecto. Cognoscunt̃ ne ipsa sciẽtię specie genera ipsa q̃ singula sint? Certe. Quã speciẽ nos haud habemus. Nõ certe. Nulla igit̃ species a nobis cognoscit̃, cũ ipsius sciẽtię participes minime simus. Nõ apparet. Ignotũ itaq; nobis ipsum pulchrũ, & ipsum bonũ est, & oĩa deniq; quę vt ideas esse supponimus. Videtur. Cõsidera & hoc etiã grauius. Quidnã? Nũ fateris si est ipsum quiddã scientiæ genus, multo illud pręstãtius esse hac nostra sciẽtia, & ipsam pulchritudinẽ, ac reliqua eodem pacto? Immo. Nõne si quid aliud est ipsius sciẽtiæ particeps, nullũ nisi deum dices supremã habere sciẽtiã? Necesse est. Num poterit deus cum ipsam scientiam sit amplexus, hæc nostra dignoscere? Cur non? Quoniam, inquit Parmenides, cõfessi sumus o Socrates, neq; species illas ad nostra vim habere quam habent, neq; nostra etiam ad superna, verum vtraq; ad seipsa referri. Consensimus plane. Ergo si apud deum suprema ipsa dominatio est, atq; ipsa suprema scientia, nunq̃ aut dominatio ipsa nobis dominabitur, aut ipsa sciẽtia nos, vel aliud nostrorũ quicq̃ cognoscet: sed & nos similiter diis minime impe

Sciẽtia est veritatis & eius qđ est.

Ipm pulchrum & ipsum bonũ nobis ignotũ.

rabimus imperio nostro,neq; diuinũ quicq̃ scientia nostra percipiemus.Et illi item eadẽ ratione nec nostri erunt dñi,neq; res humanas cum dii sint,aĩaduertent.At nõne valde mirabilis,inquit,hic sermo videbit̃,si quis deum cognitione priuauerit?Hęc qdẽ o Socrates,inqt Parmenides,aliaq; pter hęc multa necesse est speciebus cõtingere,si quidẽ hæ rerum ideæ sint, & aliquis ipsam quandã vnãquãq; speciẽ determinet.Vnde vacillat quisquis hęc audit,ac dubitat ne forte ideæ nihil sint omnino:vel si sint,necesse eas esse humanæ naturæ ignotas existimat,adeo vt qui hęc dicit, inferre aliqd videatur. Et vt paulo ante dixi, mirũ est q̃ sit incredibile,& viri admodum ingeniosi,percipere posse q; sit gen9 qddã cuiusq;,& ipsa secundũ seipsam essentia.necnõ mirabilioris viri officiũ est,hæc postq̃ iuenerit, alios docere posse sufficiẽter oĩa discernentem.Assentior o Parmenides,inquit Socrates: quæ eñi dicis,menti meæ mirifice cõsonãt. Verũtamen,inquit Parmenides,si quis pdictis rationibus motus species rerum existentium auferat,neq; speciẽ ipsam vniuscuiusq; distinguat,haud sane reperiet, quo cõuertat intelligentiã,cum nõ permiserit ideam vniuscuiusq; rerũ existentium eãdem semp existere, & in hunc modũ differendi etiã facultatẽ funditus subuertet.Talẽ quãdã rationẽ tu quoq; pcipue sensisse mihi videris.Vera dicis.Quid itaq; de philosophia facies?quo his ignoratis te vertes?Haudquaq̃ discernere id in psentia videor. Anteq̃ exercitatus sis o Socrates, definire aggrederis qd pulchrũ, iustum,bonũ,& aliarũ quęlibet specierũ.hoc eñi pridem aĩaduerti,hic te audiẽs vna cum hoc Aristotele disputantẽ.Pulcher sane,atq; diuinus mihi crede impetus iste tuus,quo ad rationes aduolas.Cæterum collige teipsum,diligẽtiusq; te in ea facultate exerce,quę inutilis esse videt̃,& a multis nugatio,siue garrulitas nuncupatur,dũ iuuenis es,alioquin te veritas fugiet.Quis exercitationis huiusce modus est Parmenides?Iste inquit,quem a Zenone audisti. Sed etiã illud tuum aduersus hunc dictũ mirat9 sum,cũ diceres nõ in iis q̃ oculis percipiunt̃,eorũq; errore cogitationẽ sistere oportere,sed ad ea conscendere,q̃ quis maxime ratione cõprehẽdere,ac species esse putaret. Neq; in hũc modũ arduũ esse videt̃,similia videlicet,atq; dissimilia,cęterave q̃ rebus existẽtibus cõpetũt,explicare. Et pbe quidem dixisti.Est autẽ pter hoc,illud etiã obseruandũ,vt non modo si est aliqd supponas,ac deinde quę pueniunt ex suppositione cõsideres:verũetiã si non sit,id ipm supponas,si perfectius exercitari volueris.Quo pacto id ais?Verbi causa,si velis circa istã suppositionẽ quã Zeno iuexit,si multa sunt, quid euenturũ est ipsis multis ad seipsa & ad vnũ,& vni ad seipsum & ad multa.Ac rursus si nõ sunt multa,iterũ considerandũ quid accidat vni atq; multis,tũ ad seipsa,tũ inuicem. Et rursus si supposuerit esse similitudinẽ,vel nõ esse,quid potissimũ ex vtraq; suppositione cõtingat,tam iis q̃ supposita sunt, q̃ cæteris oĩbus ad seipsa pariter,atq; inuicem.Eadem quoq; de dissimilitudine ratio est,de motu,statu,generatione,corruptione,esse,atq; non esse,& vt vno verbo cõplectar, de quocũq; supponit̃ aut esse,aut nõ esse,siue quãuis aliã passionem suscipere:cõsideranda sunt q̃ ex suppositione proueniant ad seipsum,& ad quodlibet aliorũ quodcunq; elegeris,& ad plura,& ad vniuersa similiter,& alia rursus ad seipsa atq; ad aliud qdcũq; assumpseris,siue vt existens,siue vt non existens ipm posueris, si modo absolute exercitatus veritatem sis penitus inspecturus.Arduum inquit opus adducis,nec te omnino intelligo.Sed cur ipse non supponis aliquid,illud eo modo percurrens,vt clarius intelligam?Grande o Socrates onus seni imponis.Tunc Socrates.cur non ipse o Zeno hanc rem discutis?Cui Zeno subridens respondit,ipsum o Socrates oremus Parmenidem, neq; enim leue quiddam est quod ait. An non vides quantum sit negotium quod iubes? Q; si plures essemus, haud sane id postulare deceret. Indecorum nanq; huiusmodi quædam in conspectu multorum tractare,atq; id seni præcipue. Ignorant enim multi q; absq; hoc discursu ac peruagatione per omnia impossibile sit mentis veritati coniunctæ compotem fieri. Ego igitur o Parmenides vna cũm Socrate precor, vt & mihi etiam liceat tanto tempore transacto hæc audire. Cum vero hæc intulisset Zeno,retulit Antipho dixisse Pythodorum,se quoq;,& Aristotelem,ac reliquos omnes obsecrauisse Parmenidem,vt quod dixerat,demõstraret,neq; aliter faceret.Tunc demum Parmenides,necesse est inquit obtemperare,& si mihi videor in id quod passus est Ibycius equus,incidere.Cui profecto equo Athletæ seniori curruum subituro certamen,& propter experientiam euentum extimescenti,Ibycus ipse se conferens,inuitus,inquit, & ipse iam senex ad amores regredi cogor.Eadem ratione ego mihi admodum trepidare videor, cum cogito quo pacto possim iam grandis natu tam profundum differendi pelagus transnatare.Obsequẽdum tamen,cum & Zeno ipse roget: iidem enim sumus. Vnde igitur incipiemus? quidve primum supponemus? An vultis postq̃ negotiosum ludum ingressi sumus, a me ipso meaq; suppositione in primis exordiar,de ipso vno supponens,siue vnum sit, siue non, quid accidat? Prorsus,inquit Zeno. Quis igitur mihi respondebit?An iunior?minus enim negotii prębebit:& quæ ipse sentit,maxime respondebit,vt eius responsio minus me defatiget. Paratus sum o Parmenides,Aristoteles inquit.me nanq; significas,dum iuniorem respondere iubes.Sed age vt lubet interroga me, tanq̃ libentissime responsurum.

Equ9 Ibycius.

DE VNO.

Prima sup positio, si vnũ sit q̃ itelligẽda est si vnũ. Nã verbũ est, apponit gratia orõnis. & primũ argumẽtũ ẽ a cõtrario. Rotũdũ. Rectum.


AGe igitur si vnũ est, nõ vtiq; multa erit ipsum vnũ. At quomodo? Neq; igit parté esse illius aliquã, neq; totũ esse ipm oportet. Curnã? Pars vtiq; totius pars est. Est. Quid vero? Nonne totũ est cui nulla pars deest? Prorsus. Vtrinq; igit ipsum vnũ ex ptibus esset, totũq; existẽs, ac partes habens. Necesse est. Vtrinq; rursus ipsum vnũ multa potius, q̃ vnũ esset. Verum. Oportet autẽ non multa, sed vnũ ipsum existere. Oportet sane. Itaq; nec totum erit, neq; partes habebit, si vnũ fuerit ipsum vnũ. Non certe. Si nullam habet partẽ, nec principium etiam, neq; finem, neq; medium habebit. partes enim ipsius hæc essent. Probe. Quinetiam principium & finis, termini cuiuslibet sunt. Quid ni? Infinitũ igit ipsum vnũ, cũ principio fineq; careat. Infinitũ. Ergo & absq; figura: neq; enim rotundi, neq; recti particeps est. Cur? Rotũdũ porro id est, cuius extrema vndiq; a medio ęque distãt. Id nempe. Rectum vero cuius medium extremis vtrisq; e regione est. Sic est. Nonne partes haberet ipsum vnũ, multaq; esset, si rectę vel circularis figurę esset particeps? Omnino qdẽ. Idcirco neq; rectũ est, neq; rotundũ, cũ partes etiã nullas habeat. Recte. Quinetiã cũ tale sit, nusq̃ est. nã neq; in alio, neq; in seipso esse potest. Quamobrem? Si in alio esset, circulo quodam ab eo in quo esset, concluderetur, passimq; ab illo, ac multis partibus tangeretur: At cum vnũ impartibile sit, & rotunditatis expers, impossibile est multifariam circulo tangi. Impossibile. Sin in seipso esset, ipsum seipsum complecteretur, non aliud quiddã q̃ ipsummet existẽs: si quidẽ in semetipso sit. non enim potest quicq̃ in aliquo esse, quin ab illo etiã cõprehendatur. Impossibile certe. An non aliud quiddã esset ipsum vt cõprehendẽs, aliud vt cõprehẽsum? nũq̃ enim idem ipsum totum vtraq; hæc simul pateretur & ageret. quo fit, vt ipsum vnũ, non vnũ vlterius, sed duo sit. Est vt dicis. Nusq̃ igitur est ipsum vnũ, quandoquidem nec in alio, nec in semetipso est. Nusq̃. Cõsidera quęso, nũ qđ huiusmodi est, aut stare, aut moueri valeat. Cur nõ? Quoniã qđ mouetur, vel fertur, vel alteratur. hi quippe soli sunt motus. Esto. Si ipsum vnũ ex eo quod est alteretur, impossibile est vlterius esse vnũ. Impossibile. Idcirco secũdũ alterationẽ non mouetur. Non, vt videtur. Nũquid secũdũ progressionem? Fortassis. Atqui si ipsum vnũ feratur, vel in eodẽ motu sphærico circũfertur, vel locum alium ex alio mutat. Necesse. Nonne quod circulo circũfertur, in medio consistere oportet, atq; alias sui partes, quæ circa medium voluantur, habere? Cui vero nec mediũ, neq; pars vlla conuenit, quomodo id cogitari potest in circulum circa mediũ volui? Nullo pacto. An locum transiens alias alibi fit, atq; ita mouetur? Forte. Num esse ipsum in aliquo, vt impossibile iam redargutum est? Immo. An non multo magis impossibile ipsum in aliquo fieri? Non intelligo quomodo. Si in aliquo aliquid fit, necesse est nõdum in illo penitus esse, si quidem adhuc in illo continue fiat: nec etiam extra illud prorsus extare, si quidem in eo iam fiat. Necesse est. Si ergo aliud quicq̃ hoc patitur, id solum patitur cuius partes aliquę sunt. partim enim in illo iam est, qđ patitur, partim simul extra. quod autẽ nullis partibus constat, nunq̃ in aliquo totũ esse, ac totum simul abesse poterit. Vera. Quod vero neq; partes habet vllas, neq; totum est, multo magis etiã impossibile est, siue secũdũ partes, siue secũdũ totũ alicubi fieri. Apparet. Ergo nec aliquo pergens, nec alicubi ingrediẽs locũ mutat, neq; in eodẽ reuolutũ, neq; etiã alteratũ. Nõ videtur. Secũdũ quẽlibet igitur motũ immobile est ipm vnũ. Immobile. Preterea ipm vnũ in nullo esse posse asseuerauimus. Asseuerauimus. Haud igit aliquãdo in eodẽ est. Quãobrẽ? Quoniã iam in illo esset, in quo eodẽ est. Prorsus. At vero nec in seipso, neq; in alio ipsum vnũ esse poterat. Nõ certe. Nũq̃ igit ipsum vnũ in eodẽ existit. Nũq̃ vt videt. Qđ vero nũq̃ in eodẽ existit, neq; quietẽ agit, neq; stat. Neq; enim possibile est. Idcirco ipsum vnũ nec stare neq; moueri videtur. Non apparet. Item nec alteri, neq; sibiipsi etiam idẽ est, rursusq; nec a seipso, nec ab alio quodam alterũ. Quid ita? Si a seipso alterum sit, ab vno alterũ esset, nec esset vnum. Vera. Et si alteri idem fuerit, illud quidem erit, nec ipsum quod est. quapropter nec vlterius erit ipsum quod vnum, sed aliud quiddam præter vnũ. Sic est. Ideo idem alteri vel a semetipso alterum dici nunq̃ debet. Nunq̃ plane. Sed neq; alterum ab alio esse potest, donec vnũ est. neq; enim vni congruit, vt ab aliquo alterum sit, sed soli ei qđ alterum est ab alio. Alteri autem nulli conuenit. Probe. Ex eo igitur ꝙ vnũ est, non erit alterum. An ipse putas? Nequaq̃. Qꝫ nisi hoc, nõ seipso: si non seipso, neq; ipsum. Ipsum vero nullo modo alterum existens a nullo alterum est. Recte. Neq; tamen sibiipsi idem erit. Cur non? Non ea est ipsius vnius natura quæ ipsius eiusdem natura est. Quare? Quia nondũ cũ idem fit aliquid alicui, vnũ efficitur. Qua de causa? Qđ multis idem fit, multa, non vnũ fieri necesse est. Verum. At si ipsum vnũ atq; ipsum idem nihil discreparent, quotiẽs quid idem fieret, vnũ quoq; semper efficeretur: quotiẽsq; vnũ, semper & idẽ. Et maxime quidem. Quapropter si ipsum vnũ sibimet idem fuerit, non vnũ sibi existet: atq; ita vnũ existens, non vnum erit. Impossibile id quidem. Impossibile igitur ipsum vnũ, aut alterum ab alio, aut sibiipsi idem esse. Impossibile. Hac itaq; ratione vnũ, nec idẽ, nec alterũ, aut sibi, aut alteri esse poterit. Nõ profecto. Sed neq; simile, neq; dissimile cuipiã, aut sibi, aut alteri. Quã ob causam? Quia simile est, qđ ipsius eiusdẽ est pticeps. Nẽpe.

Rõnes, quibus pellit idẽ eẽ i se.

Latio & alteratio sũt soli mot⁹.

Qđ circulo mouet in medio cõsistere.

Pati per partes.

Alia ẽ natura vni⁹ q̃ natura eiusdem.

Ipsum tñ idem ab vno natura secerni ex ante dictis apparuit. Apparuit certe. Verũtamẽ si quid præter id qđ est vnum esse, ipsum vnum recipit, patitur iam plura esse q̃ vnum. Id autem impossibile est. Ita. Ob hãc causam nunq̃ ipsum vnum, idẽ esse vel sibi vel alteri patit. Nõ videt. Ergo nec simile aut sibimet aut alteri esse potest. Sic apparet. Nihilo tñ magis esse alterum sustinet. etenim plura q̃ vnum esse contingeret. Plura sane. Quod alterũ vel a se, vel ab alio fit, dissimile quoq; aut sibiipsi, aut alteri cuidam efficitur. quippe cum illud etiam quod idẽ esse recipit, simile fiat. Probe. Vnde ipsum vnum cũ nullo modo susceperit alterum, nunq̃ quoq; dissimile siue sibimet siue alteri fiet. Nunq̃ profecto. Quamobrem nec simile neq; dissimile vnq̃ aut sibi aut alteri ipsum vnum est. Non, vt videtur. Prẹter ea cum huiusmodi sit, nec æquale etiam, nec inẹquale cuiq̃ vel sibi vel alteri. Quid ita? Quod æquale est earũdem mensurarum est quarum & illud cui æquale dicitur. Sic est. Quod maius est vel minus, quo ad illa quibus commensurabile est, minoribus quidem plures mensuras habet, maioribus autem pauciores. Certe. Quibus autem incommensurabile, quo ad hẹc quidem minorũ, quo ad illa vero maiorum mensurarum erit. Quid ni? Nonne impossibile est, qđ nullo modo ipsius eiusdẽ est particeps, aut mẽsuras easdẽ, aut aliud quoduis idẽ sortiri? Impossibile. Itaq; nec sibi, nec aliter erit ẹquale. quippe cum mensuris eisdem non vtatur. Minime, vt apparet. Quinetiã si pluribus aut paucioribus mensuris circumscribetur, totidem partibus quot & mensuris cõstabit: rursusq; non amplius vnum erit, sed tot potius, quot & mẽsurẹ insunt. Recte. Q; si vnius mẽsurẹ sit, ẹquale vtiq; ipsi mẽsurẹ fieret. Veruntñ impossibile esse apparuit, ipsum vnum æquale cuiq̃ esse. Apparuit certe. Quod igit nec vnius mensuræ est particeps, neq; multarum, neq; etiam paucarum, nec vllo modo ipsius eiusdem, nunq̃ sibiipsi vt videtur erit æquale, nec etiam alteri, nec maius præterea aut minus vel semetipso vel alio. Sic prorsus se habet. An forte antiquius aut iunius aliquo vel etiam coætaneum ipsum vnum apparet? Quid prohibet? Id sane: Quoniã si eandem ætatem vel secum vel cũ alio quopiam aget, æqualitate & similitudine temporis participabit. ostensum est tamen, nec æqualitatẽ nec similitudinẽ ipsi vni vllam adesse posse. Ostensum profecto. Nonne hoc quoq; diximus nec inẹqualitatis neq; dissimilitudinis compos existere? Q; maxime. Quo igitur pacto quod huiusmodi est, senius aut iunius aliquo vel ætate par vlli esse poterit? Nullo modo. Ergo ipsum vnum non iunius, non senius, non ẹtate par aut ad seipsum aut ad aliud erit. Non apparet. Item nec in tempore etiã vllo pacto ipsum vnũ cũ tale sit, erit vnq̃. Etenim necesse est quicquid est in tempore, seipso semper senius fieri. Necesse. Et qđ senius, semper iuniori senius. Cur nõ? Itaq; qđ seipso fit senius, seipso etiam simul iunius fit. siquidem aliquo senius esse debet. Quomodo dicis? Hoc modo. Oppositum alterum alteri nihil fieri oportet, opposito altero iam existente, sed hoc iam existẽte, iam esse prẹterito illo p̃teriisse, futuro fore. dum vero fit vnum oppositum, alterum quoq; oppositum nec p̃teriisse, nec fore, nec esse, sed fieri, nec aliter esse. Necesse. At vero senius oppositum quiddã est iuniori, nec alteri penitus vlli. Est. Quod ergo seipso fit senius, necesse est simul quoq; seipso iunius fieri. Videtur. Quinetiã nec longiori seipso tempore neq; breuiori fieri, sed per ẹquale semper tempus secũ ipso fieri, & esse, & fuisse, futurũ esse, ac fore. Necessaria quoq; hẹc sunt. Necessarium ergo videtur, quodlibet eorum quæ in tẽpore sunt, atq; hoc tali participant, eãdem secum ipso ætatem agere, ac senius seipso simul & iunius fieri. Apparet. Ipsi vero vni nulla prorsus ex iis passionibus accidit. Nulla. Nullius ergo tẽporis particeps, nec in aliquo tempore. Non sane vt ratio dictat. Quid igit? ipsum erat, fuit, fiebat, nonne participationẽ temporis quandoq; præteriti significare videntur? Quinimmo. At vero erit, fiet, factum fuerit, an non futurũ nobis designant? Futurum. Est autẽ & fit, præsentis sunt tẽporis notẹ. Omnino quidẽ. Si ergo ipsum vnũ nullo prorsus participat tempore, nec fuit vnq̃ nec fit, neq; est, neq; fiet, neq; factum erit, neq; erit. Verissima hæc sunt. Num potest quicq̃ essentia aliter q̃ secundũ istorũ aliquod participare? Non aliter. Nullo modo igitur est ipsum vnum. Haudquaq̃ videt. Non itaq; ita est vt sit vnum. esset eñ iam ens & essentiẹ particeps: immo vt videtur ipsum vnũ neq; vnũ est, neq; est, siquid huic rationi credendum. Apparet. Ei vero quod non est, num est vel ipsi vel ipsius aliquid? At quomodo? Non itaq; nomen illi est, non sermo, nõ scientia quẹdã, non sensus, non opinio. Non videtur. Quapropter nec nominatur, nec dicitur, nec opinione cogitatur, nec cognoscitur, neq; ab aliquo ex iis quæ sunt, sentitur. Haud sane videtur. An possibile est ista circa ipsum vnum sic se habere? Non, vt mihi videtur.

Aequale.

Verbũ est, fuit &c. cõ significant tempus. In verbo est, est tempus & essẽtia.

De vno negatur esse. Non entis non est qc q̃, & in nõ ente nõ est quicq̃.


Vis ne iterum ad ipsam suppositionem velut a principio redeamus, considerantes si quid forte redeuntibus nobis aliter se habere videatur? Volo equidem. Nonne si ipsum vnum est, confessi sumus quæ circa illud eueniunt, cuiusmodi esse oporteat? Profecto. Meditare iterum a principio: vnum si est, nunquid possibile est ipsum esse, essentia vero nequaq̃ participare? Impossibile. Essentia autem vnius, non idem qđ ipsum vnum erit, alioquin si idem, non vtiq; illius essentia esset, neq; ipsum vnum illa participasset, sed quotiẽs proferretur vnum esse, simile quiddã significaret, ac si vnũ vnum diceremus. Nunc autem non est huiusmodi suppositio nostra. s. si vnum, quid

Secunda suppositio circa vnũ si sit.

nam euenturum sit,sed si vnum est,nonne ita?Prorsus sic est.Nonne ita dicitur,tanq̃ aliud significet ipsum est,aliud ipsum vnum?Necesse.Num aliud q̃ ꝙ ipsum vnum essentia ipsa participat?hoc enim est qđ profertur,quotiés quis summatim ꝙ vnum est,profert.Omnino. Rursus itaq; dicamus,vnũ si est,quidnã contingat.Age id aduerte.An non necesse hanc suppositionẽ ipsum vnũ eiuscemodi pręsdicare quasi partes habeat?Quonam modo?Hoc.Si ipsum est de vno ente dicitur, & ipsum vnum de ente vno,est autem idem essentia & vnum,eodem existente vno quod supposuimus,nonne necesse est totũ quidem vnũ ens ipsum esse,eiusq; partes tam vnum q̃ esse existere? Necesse. Vtrum vero vtrãq; harum partium partem dũtaxat appellamus? An partem totius partem prædicare oportet?Totius. Totum igitur est,qđ vnũ est,ac partem habet.Penitus.Quid autẽ?num hæ partes vnius entis.s.vnũ & ens,ita se inuicem deserunt,vt ipsi enti vnum,& ipsi vni ens desit?Non certe.Igitur vtraq; pars & vnum simul & ens complectitur,adeo vt pars quælibet ex duabus saltem particulis constituatur: & secũdũ eandem rationem quæcũq; particula occurrit, vtraq; semper in ea claudantur. etenim vnum semper ens,& ens vnũ mutuis nexibus amplectuntur.Vnde cum vbiq; in quauis particula duo emergant,necesse est nunq̃ vnum existere.Omnino.Nonne hac ratione vnum ens,infinita multitudo erit? Videtur.Age quæso,& hac perge.Qua?Diximus vnũ essentia participare inquantum est?Diximus. Et ob hanc causam vnum ens multitudo esse apparuit?Sic est.Quid autem,si ipsum vnũ qđ essentię particeps esse diximus,ipsum secundum seipsum solum intelligentia cogitemus, seorsum ab illo quo participare prædiximus?nunquid vnum solum apparebit?vel etiã multa hoc ipsum?Vnũ solũ puto. Cõsideremus iam & aliud quiddã.alterũ quiddã esse necesse est ipsius essentiam,alterũ vero ipsum. si quidẽ nõ essentia ipsum vnũ,sed vt vnũ,essentia ꝑticipat.Necesse est.Q; si alterũ essentia,alterũ vnũ, ipm vnũ nõ ex eo ꝙ vnũ,ab essentia alterũ est:neq; essentia inquãtũ essentia ab vno est altera:sed ꝑ id qđ est ipsum ꝑ se alterũ,& ipsum ꝑ se aliud,altera sunt inuicẽ.Prorsus.Quãobrẽ ipsum alterũ nec vnĩ nec essentiæ idem est.Verũ.Quid ergo?si ex istis elegerimus siue essentiam & alterũ,seu essentiam & vnũ,siue vnum & alterum,nonne in qualibet assumptione eliciemus aliqua quæ iure ambo appellari poterunt?Quo modo?Hoc modo inquã.licet ne essentiã dicere?Licet.Rursusq; dicere vnũ ? Et istud. Nonne vtrũq; illorum dictum est?Dictũ vtrũq;.Quotiens essentiam & vnũ dico,an non ambo dico? Dicis.Et si essentiam atq; alterum,siue alterum atq; vnum,nonne in iis singulis ambo dico? Prorsus. Quę vero ambo recte appellata sunt,nunqđ possunt ambo esse,neq; tamẽ esse duo?Nequaq̃. At quæ duo sunt cogitari ne ita possunt,vt nõ illorꝫ vtrũq; vnũ sit?Minime.Quoniam igitur ista simul duo sunt,idcirco vnũquodq; vnũ existit.Videt.Si vnũ qđlibet eorꝫ est,& vtrũq; vnũ mutuo quodã cõiusgio inuicẽ est cõnexũ,nõne tria vniuersa resultãt?Maxime. Tria vero nõne imparia,duo autẽ paria? Quid ni?Et cũ duo sint,nõne necesse est etiam bis adesse:& cũ tria,ter? siqdem duobus inest bis vnũ, tribus vero ter vnũ.Necesse.Duobus deniq; existẽtibus ac bis,necesse est duo bis esse:& tribus existẽtibus atq; ter,nonne necesse est rursus tria ter esse?Quid ni?Quid vero?tribus existentibus atq; bis,& duobus atq; ter existentibus,necesse est tria bis esse,ac bis tria? Necesse est omnino. Erũt igit̃ pariter paria,impariterq; imparia, necnõ imparia pariter,& impariter paria.Certe.Si hęc ita se habẽt,nũ putas vllũ numerũ relinqui,q̃ nõ necessario illic insit?Nullũ.Idcirco si est vnũ,necesse est & numerũ esse. Proculdubio.Item si numerus est,multa vtiq; sunt,& infinita entium multitudo.An non infinitus numerus multitudine etiam particeps essentiæ sit?Maxime.Q; si totus ipse numerus est essentię particeps,vnaquęq; etiã particula numeri essentia participabit.Prorsus.Per omnia ergo quę multa sunt, essentia distribuitur,nec ab aliquo eorum quæ sunt,abest,seu minimũ hoc sit,siue maximũ. Atq; id dubitare absurdum est.quo modo enim essentia ab aliquo eorꝫ quæ sunt,abesse potest?Nullo.Diuisa est igit̃ quoad fieri põt in minima & maxima,atq; ĩ omnia quę quomodocũq; sunt, maximeq; omniũ distributa,& infinitę sunt essentię ꝑtes.Sic se res habet.Plurimę igit̃ illius partes sunt.Plurimę certe. Quid vero? est ne quicq̃ ex istis quod qdem pars essentiæ sit, non tamen pars ipsa vnũ quiddam sit? At quo pacto id fieret? Verũ postq̃ vt arbitror est,necesse est ipsam semper q̃diu est,vnũ aliquid esse, nihil autẽ esse impossibile est.Absq; dubio.Nõ solũ ergo vniuersę essentię,sed illius etiã singulis partibus vnũ adest,partẽ nullã deserens, siue maior illa qdẽ,seu minor sit, siue quomodocũq; se habeat. Sic est.Nũquid cũ sit vnũ,vbiq; simul est totũ?Diligẽter id inspice.Intueor,atq; hoc esse impossibile video.Diuisum itaq;,nisi totũ.Neq; enim aliter vniuersis simul essentiæ partibus q̃ diuisum aderit. Sic est.Cæterum quod partibile est,necessario totidem est,quot partibus constat.Necessario.Hac de causa haud recte paulo ante dicebamus essentiam in partes plurimas distributam: quippe cum non in plures q̃ ipsum vnũ,sed pares discreta sit.Neq; enim ens vni,neq; vnũ enti deest,sed duo hæc potius per omnia penitus coæquantur.Omnino sic apparet.Ipsum itaq; vnũ ab essentia distributũ infinita multitudo est.Patet.Nõ modo igit̃ vnũ ens multa est,sed & ipsum vnũ ab essentia distributum multa esse oportet.Oportet sane. Quinetiã ex eo ꝙ omnes partes,totius partes sunt,terminatũ secũ

An vnũ & ens sit idem.

Q; vnum circa essentiã etiã sit multa.

dum totũ vnũ erit.An nõ cõprehẽdunt oẽs a toto particulę?Cõprehẽdunt.Qđ aũt cõprehẽdit,terminus est?Est.Propterea vnũ ens,vnũ quodãmodo est & multa,totũq; & partes,necnõ finitũ & multitudine infinitũ.Apparet.Nõne cũ terminatũ sit,extrema quoq; habet?Necessariũ est.Pręterea si totum est,principiũ mediũq; & finẽ habebit?Nũ totũ aliqđ absq; iis trib⁹ reperiri potest?Et si qd ipsorũ ab eo qđ vnũ distat,totũ ne vlterius erit?Minime.Quãobrẽ principiũ mediũq; & finẽ vnũ habet.Habet.Mediũ vero ęquo interuallo ab extremis vndiq; distat,nõ eñ aliter esset mediũ.Nõ certe.Pręterea cũ tale sit vnũ,figurę cuiusdã est particeps,seu rectę,siue rotundę,siue alterius ex vtrisq; cõpositę.Particeps pculdubio.Quinetiã si hmõi est,ipm in seipso & in alio erit.Quonã pacto?Quęlibet pars in toto est,nec extra totũ penit⁹ vlla.Esto.Singulę ne partes sub toto claudunt?Ita.At vnũ cũctę suę partes existit,nec quid plus vel minus q̃ vniuersę.Sic est.Nõne & totũ vnũ est?Quid ni?Si oẽs partes to to claudunt,estq; oĩa vnũ & ipm totũ,continent aũt sub toto singula,ab vno vtiq; vnũ cõtinebit,at q; ita vnũ ipm in semetipso iam erit.Videt.Verũtñ totũ in partibus minime est,neq; in oĩbus,neq; in aliqua.si eñ in oĩbus,necesse est & in vna:& si in vna quadã nõ sit,in cunctis esse nõ poterit.Si autem hoc quidẽ vnũ cũctis cõstat,& in eo totũ,nõ vno,quo pacto amplius in oĩbus erit vnũ?Nullo.Sed nihilo magis in partib⁹ quibusdã.Nã si quibusdã totũ insit,maius in minori erit.Id aũt impossibile.Impossibile.Cũ igit totũ nec in pluribus,nec vna,neq; etiã cũctis partib⁹ insit,an nõ necesse est ipm esse in alio quodã,vel nusq̃ existere?Necesse.Nõne si nusq̃ sit,nihil penitus erit?& tñ cũ totũ sit,neq; sit in seipso,restat vt cõsistat in alio?Penitus.Qua igit vnũ totũ est,in alio est:qua vero oĩa partes ei⁹ sunt,& ipm cunctæ partes,est ipm in seipso.Ideoq; necesse est vnũ tum in seipso,tũ etiã in alio esse.Proculdubio.Et cũ talis sit vnius natura,an nõ necessario sequit vt stet atq; etiã moueat?Curnã?Stat quippe,siquidẽ ipm in seipso cõsistit.Eteñ inhærẽs vni,nec ex eo digrediens,in eodẽ est in semetipso.Est profecto.Verũ qđ in eodẽ semp est stare semper oportet.Oportet.At qđ in alio semp,cõtra necesse est nunq̃ in eodẽ esse:si nunq̃ in eodẽ,nunq̃ pterea stare.qđ vero nõ stat,moueri oportet.Sic est.Necesse est igit vnũ,cũ in seipso semp & in alio sit,semper quoq; stare atq; moueri.Videt.Quinetiã idẽ oportet ipsum sibiipsi esse,& a seipso alterum,& quo ad alia similiter idem & alterum,si modo quæ supra dicta sunt,illi competunt.Qua ratione?Omne quidem ad vniuersum sic se habet.vel enim idem est,vel aliud.si non idem aut aliud,pars vtiq; erit illius aduersus quod ita se habet,vel vt totum ad partem erit.Patet.Nunquid ipsum vnum suiipsius pars est?Nequaq̃.Non igitur quo ad seipsum totum erit quasi pars sui sit.Neq; enim possibile.An forte alterum est vnum ab vno?Minime.Non itaq; a se ipso alterum.Nõ certe.Si nec alterum nec totũ neq; pars quo ad seipsum est,quid iam aliud restat,q̃ vt idem sibi sit?Istuc ipsum.Quid vero?qđ alibi est q̃ ipsummet in eodem existens in semetipso,nõne cogitur alterum a seipso fieri,si quidem alibi q̃ ipsummet existat?Mihi quidem videtur.Huiusmodi plane patuit esse vnum,in seipso scilicet & in alio esse.Patuit profecto.Ex hoc igit constat vnum esse a seipso alterum.Videtur.Siquid vero ab aliquo alterum est,nonne ab altero alterum?Necesse.Quæcũq; vnum minime sunt,nũ ab vno altera,& vnũ alterũ ab iis q̃ nõ vnũ?Quid ni?Ideo vnum ab aliis omnibus alterũ apparebit.Alterũ.Aspice pterea,num alterũ ipsum,& ipsum idem cõtraria inuicem sint.Cur non?Volet ne vnq̃ idem in altero,vel alterũ in eodem consistere?Nunq̃.Ergo si nunq̃ alterũ in eodem est,nihil est ex iis q̃ sunt,in quo per aliqđ tempus ipm alterũ sit.Nam si per aliqđ tẽpus sit in aliquo,per id tẽpus in eodẽ ipsum alterũ erit.An non?Certe.Postq̃ vero nunq̃ in eodẽ cõstat,nunq̃ profecto in aliquo eorum quæ sunt,ipsum alterum erit.Vera dicis.Idcirco nec in iis quæ non sunt vnum,nec in vno erit alterum.Non sane.Sequitur vt vnum ab iis quæ non vnum,& quę non vnum ab vno per ipsum alterum altera esse nequeant.Sequitur plane.Q; nisi participent ipso altero,altera secundum seipsa inuicem esse non poterũt.At quonam pacto?Atqui si nec seipsis,nec ipso altero altera sunt,altera esse inuicem nullo pacto possunt.Nullo.Præterea quæ vnũ non sunt,vno minime participant.neq; enim essent non vnum,sed quodammodo vnũ.Verum hanc ob causam q̃ non sunt vnũ,neq; etiam numerus sunt.Alioquin non penitus vnius essent expertia,si quẽ numerum habeant.Non certe.An vero quæ non sunt vnum,partes vnius sunt?An sic forte vno participarent,quæ non sunt vnũ?Participarent.Si itaq; hoc quidẽ omnino vnũ est,illa vero non vnũ,nec pars vnum erit eorum quæ non vnum,neq; totũ ad illa,quasi ipsa sint partes:neq; rursus quæ non vnum,vnius particulæ,neq; etiã tota quasi vnũ pars existat.Non profecto.Cęterum asseruimus,quę neq; tota,neq; partes sunt,neq; inuicẽ altera,eadem inuicem esse debere.Asseruimus.Fatemur ne igitur vnum cum ita ad ea q̃ nõ vnũ,se habeat,illis idẽ esse?Fatemur.Ergo vnũ,vt videt,alterũ quiddam est ab aliis & a se ipso,rursusq; sibi & illis idẽ.Sic ratio persuadet.Nunquid simile quoq; & dissimile sibiipsi ac cæteris?Forte.Postq̃ alterũ ab aliis esse patuit,alia quoq; ab illo altera erũt.Quid prohibet?An nõ ita ab aliis alterũ vt ab illo & alia,nec magis quicq̃ neq; minus?Quid ni?Si nec magis,nec minus,restat vt similiter.Similiter.Porro si vni contigit vt alterum sit ab aliis eodem modo quo ab illo alia,ex hoc sequit

Vnũ esse & vnũ & multa & totũ & partes &c.

Omne totum habet principiũ mediũ & finem.

Quomodo intelligatur vnũ ab vno & seipso contineri.

Qđ nusq̃ est,nihil penit⁹ est.

Quõ qcq̃ stat & mouetur.

vt eadem conditio quædam,tam vni,q̃ aliis competat.Quid ais?Hoc. vnũquodq; nomen nonne suũ habet significatũ?Habet.Idem vero nomen,vel sæpius,vel semel pronuncias.Equidem.Vtrũ quando semel profers,illud appellas cuius est nomen:quando vero sępius,non illud?An potius siue semel seu sæpe nomen idem pronũcies,necesse est te semper idem innuere?Idem semper.Nonne & ipsum alterũ nomen est ad propriũ aliquid significandũ impositũ?Est.Quotiẽs igiť nomen hoc profers,siue semel, siue sæpius,non ad aliud refers,neq; aliud quicq̃ nominas q̃ id,cuius hoc nomen est.Necesse.Quãdo itaq; dicimus alterũ esse vnũ ab aliis,& illa ab vno altera, bis nomen hoc alterũ pronũciantes, nunq̃ ad aliud quiddã significandũ inducimus,q̃ naturam cuius proprium nomen est.Omnino quidem.Si ergo vnũ alterũ est ab aliis,& alia ab vno altera,patiens illud idem alterũ qđ in aliis est,secũdũ illud, non secũdũ aliud quiddam,alterum est ab aliis vnum. quodcũq; vero idem patitur simile est,an non? Immo. Secũdũ qđ autẽ vnũ habet vt sit ab aliis alterum,secundũ hoc idem quodlibet cuilibet simile est.quodlibet enim est a quolibet alterũ.Videtur.Est ne simile dissimilibus contrariũ?Est sane.Nonne & ipsum alterũ ipsi eidem?Et istud.Verũtamẽ hoc etiam patuit,q; ipsum vnũ aliis idẽ.Patuit plane. Contraria vero passio est esse aliis idẽ,& esse ab aliis alterũ.Nimiũ.Qua tamẽ alterũ,simile apparuit. Et hoc.Qua igiť idem,dissimile erit secũdũ passionem contrariam passionis illius quæ simile fecerat. Simile autem nõne faciebat ipsum alterũ.Prorsus. Ipsum ergo idem dissimile reddet: alioquin ipsius alterius contrariũ minime erit.Apparet.Ex iis concluditur vnũ simile atq; dissimile aliis esse.qua sane alterum,simile:qua vero idem,dissimile.Talem vt videtur rationem habet. Et hanc quoq; habet. Quam?Vt qua idem passum est,non alienũ sit passum.si non alienũ passum fuerit,neq; dissimile etiã. si non dissimile,restat vt simile. sinautem aliud susceperit,& alienũ. si alienũ,etiam dissimile sit. Vere dicis. Vnũ ergo & quia cæteris idem,& quia alterum,secũdũ ambo hæc & secũdũ horum vtrũq; simile atq; dissimile aliis erit.Maxime.Nõne & sibiipsi eodem modo, si quidem alterum a seipso & sibi ipsi idem apparuit,secũdum ambo atq; vtrũq; simile pariter atq; dissimile apparebit? Nimiũ.Considera præterea quæso quonam pacto vnũ ad tangendũ, vel non tangendum seipsum & alia sese habeat. Considero equidem.Ipsum vnũ in seipso toto esse constitit.Probe.An non & in aliis vnũ? Et in aliis. Quatenus igitur in aliis,alia tangit. quatenus in seipso,tangere quidem alia impeditur,seipsum vero tangit,cum in seipso sit.Apparet.Hac vtiq; ratione vnum & se,& alia tangit. Tangit. Quid vero ad hæc?Nonne quodcũq; tacturũ aliquid est,prope illud quod tacturum est,iacere oportet, atq; eam sedem occupare,quæ sequitur illius sedem,in qua cum primum fuerit tanget? Necessarium hoc est. Ideo vnum quoq; si se tangere debet, continuo post seipsum extare oportet, proximam loco in quo ipsum est,sedem occupãs.Oportet omnino.Nonne vnum si duo esset,hæc efficeret, & duobus simul in locis existeret:donec vero vnum est,minime? Est vt dicis. Eadem ergo necessitas efficit, vt vnum nec duo sit,neq; sese tangat.Eadem.At nihilo magis alia tanget . Quamobrem ? Quoniam diximus quod tacturum aliquid est,seorsum positum,proximum illi quod tangendum est,esse oportere. Tertium vero præter hæc intermedium nullum.Vera.Quapropter duo saltem adesse oportet,quotiens futurus est tactus.Oportet. Sinautem præter terminos duos tertium quiddam medium interuenerit,tria quidem per ordinem subsequentur,tactus autem gemini. Prorsus.Atq; ita semper vno quodam adiecto,vnus quoq; tactus adiicitur . Ex quo contingit ipsos tactus a numerorum multitudine vno exuperari . quanto enim prima duo tactus ipsos exuperarunt, ita vt plura numero q̃ tactus essent, tanto deinceps vniuersus numerus vniuersos tactus excedit . Etenim in posterum vnum simul additur numero,& vnus tactus tactibus ipsis apponitur.Recte.Quot igiť ea quæ sunt numero sunt, totidem semper & tactus vno duntaxat excepto.Vera loqueris.Itaq; si vnũ esset solum,nec vsq̃ duo, tactus quoq; nullus esset . Quonam modo ? Diximus quæ alia sunt ab vno, nec esse vnum, nec vno etiam participare donec alia sint.Diximus.Ex iis conficitur,vt non sit in aliis numerus vnus.quippe cũ vnũ illis minime adsit.Enimuero quo pacto id fieri posset? Vnde alia nec sunt vnum,nec duo,nec alio quouis numero designata.Non sane.Ipsum igitur vnum solummodo vnum est.duo autem non sunt.Non,vt apparet.Et si duo non sunt,tactus quoq; nullus erit. Nullus. Ergo nec vnum alia tangit,nec illa vnum nullo existente tactu. Non prorsus . Omnibus iis de causis,vnum se & alia tangit pariter & non tangit.Sic videtur.An est præterea æquale pariter & inæquale,tum sibi,tum etiam cęteris? At quo pacto ? Si maius esset vel minus vnũ q̃ alia,aut alia rursus maiora siue minora q̃ illud, non vtiq; vnum ex eo q; vnum,& alia ex eo q; alia q̃ vnum,aut maiora,aut minora inuicem ex ipsis suis essentiis essent:verum si præter rationes suas,vtraq; æqualitatem insuper haberent, æqualia inuicem existerent.sin hæc quidem magnitudinem,illa paruitatem, aut ipsum vnũ magnitudinẽ, alia paruitatem haberent,cuicunq; speciei magnitudo adesset,maior existeret:cuicunq; paruitas, minor. Necesse.Nonne sunt duę quędam huiusmodi species magnitudo & paruitas?Etenim nisi essent,nũq̃ contrariæ inuicem existerent,ac rebus ipsis inessent.Est vt dicis.Igitur si vni paruitas accidit,vel to-

ti vni vel parti cuipiam insidet.Necessarium.Si toti insederit,vel æqua extensione per integrum vnũ intus amplificabitur,vel externis limitibus circumplectetur.Plane.Ex æquo profecto vni infusa paruitas æqualis proculdubio vni erit: circumplectens autem, maior. Quid ni? Num potis est paruitas æqualis cuiq̃ esse vel amplior? effectusq; magnitudinis & æqualitatis inferre? & ab officio suo desistere? Impotens proculdubio. Vnde concludit in toto vno paruitatem esse non posse. Restat forsitan vt sit in parte.Restat.Non tñ in tota parte.eadẽ porro efficeret aduersus partẽ, quæ & aduersus totum effecerat.quippe vel æqualis erit vel maior illa ipsa parte semper,cuicũq; insit.Necessario sequit. Nulli igit vnq̃ rei paruitas inhærebit,cum neq; parti,neq; toti inhęreat. Ex quo fit vt nihil futurum sit paruum p̃ter ipsammet paruitatẽ. Videtur. Sed neq; etiã magnitudo inerit. quippe aliud quicq̃ p̃ter ipsammet magnitudinẽ maius esset,vtputa id cui inerit magnitudo. Verũtamen nihil est paruũ, qđ quidẽ superari oportet a magno, si quid magnũ sit.Etem̃ quo pacto paruũ aliquod reperies,cum paruitas in nullo resideat? Vera loqueris.Quinetiã magnitudo ipsa nullo erit alio maior q̃ paruitate,neq; paruitas ipsa alio quopiã q̃ ipsa magnitudine minor.Nullo.Quamobrem cętera pręter vnum neq; maiora,neq; minora q̃ vnũ erunt,cũ magnitudinis paruitatisq; expertia sint.Neq; habebunt hęc duo aduersus ip̃m vnum vim aliquã,qua vel excedãt vel excedãtur,sed inter seipsa id efficient. Neq; etiã ip̃m vnum,aut hisce duobus,aut aliis quibuslibet maius vel minus erit, vtpote qđ tã magnitudinis q̃ paruitatis est expers.Sic vtiq; apparet.Ideoq; cum nec maius nec minus sit vnũ q̃ cętera,nec superabit alia,neq; ab aliis superabitur.Absq; dubio.Nonne qđ nec superat nec superat, necessario sequitur vt ęque se habeat? & si ęque,vt æquale sit? Immo.Pręterea & ad seip̃m si seipsum vnũ habet,vt expers & magnitudinis & paruitatis,nec seip̃m exuperet,nec a seipso exuperetur, sed æque se habens ęquale semp sibi sit.Et maxime quidẽ.Itaq; vnũ sibi cæterisq; æquale. Videt. Verũtamen cũ vnũ in seipso sit, extrinsecus sese circuit,atq; ita se cõplectens seipso amplius extat:cumq; etiã comprehendatur,angustius est.quo fit vt vnũ tum maius, tum etiã minus seipso sit.Fit vtiq;. Nonne hoc quoq; necessariũ est,nihil scilicet pręter vnũ & alia reperiri? Necessarium.Item quicquid est,an non semper alicubi esse oportet? Oportet.Insuper quod in aliquo est,nõne semper in maiori minus? Neq; em̃ aliter aliud esset in alio.Est qđ dicis.Postq̃ vero nihil est p̃ter vnum & alia,oporteq; ista in aliquo esse, nonne in se inuicem hæc vicissim esse necesse est? aliaq; in vno,& in aliis vnum,aut nusq̃ prorsus existere? Constat. Quia ergo vnum est in aliis,idcirco alia maiora sunt q̃ vnũ,vtpote quę vnũ continent.vnũ autẽ aliis minus ex eo q; continetur.Quia vero alia in vno sunt,vnum aliis ob eandem rationem maius est, illa vero minora. Videtur. Vnum itaq; æquale maiusq; & min⁹ seipso & aliis est. Apparet. Atqui si maius & minus & æquale,æqualium erit mensurarum pluriumq; & pauciorum quo ad seipsum atq; ad alia:& si mensurarum,partium etiam.Quid prohibet? Easdem ergo mensuras pluresq; & pauciores habens,numero quoq; plus atq; minus erit & ad seipsum & ad cætera,necnõ æquale sibi atq; aliis ob easdem causas.Quonam pacto? Quibus maius est,pluresq; illa mensuras habet: quotq; mensuras totidem & partes:& quibus minus est,eodem modo:quibusve ęquale,similiter.Sic est.Nonne cum seip̃o maius minusq; sit,& æquale,æqualiũ mẽsurarum pluriũq; & pauciorũ quo ad seipsum est particeps, & postq̃ mensurarum,etiam partiũ? Quid ni? Habensq; partes sibiipsi æquales,multitudine etiã æquale sibi erit,plures vero plus,pauciores deniq; minus numero semetipso? Videtur. An non ad alia similiter se vnum habebit? Quia maius illis apparet, necesse est plus q̃ illa numero esse: quia vero minus magnitudine,etiam numero minus:quia deniq; æquale in magnitudine,numero quoq; par esse. Necessario fit.Hac iterũ ratione vnũ,par,plus,minus,secundũ numerum seipso erit,ac cęteris.Erit sane. Nũquid & tempore vnum participat,estq; & fit iunius ac senius seipso simul & aliis? & rursus cõtra nec iunius neq; senius seipso vel aliis dum participat tẽpore? At quomodo id fieri potest? Esse profecto illi competit.siquidẽ vnũ est.Competit.Ipsum esse autem quid aliud est q̃ essentiæ cũ p̃senti tẽpore participatio,quemadmodũ ipsum erat cũ præterito,& ipsum erit cũ futuro essentiæ ipsius cõmunicatio? Istuc ipsum.Ergo si ipso esse participat,necesse est temporis quoq; esse particeps. Nimirum. Nõne fluẽtis temporis? Certe.Semper ergo senius seipso fit.siquidẽ secundũ tẽpus percurrit.Necesse. Recordamur ne q; senius semper fit senius eo qđ iunius fit? Recordamur. Nonne igitur postq̃ vnum seipso fit senius,seip̃o dum iunius fit,fit & senius? Necessariũ est.Fit ergo per hũc modũ iunius seip̃o ac senius.Fit.Senius autẽ nõne tũc est,quãdo p̃sens iã tẽpus attingit,qđ mediũ est ipsius erat & erit? Neq; em̃ currens ex p̃cedente in posterũ,præsens ipsum supergreditur. Non certe.An nõ desinit tũc fieri senius cum primũ pręsens tangit,nec tum fit,sed est iam senius? Procedens enim ab ipso præsenti nequaq̃ comprehẽditur.Qđ nãq; procedit,sic se habet vt vtrũq;, p̃sens scilicet futurũq; attingat, præsens quidem relinquens,futurũ apprehendens,inter vtrũq; medium præsens futurumve cadens. Vera.Si vero necesse est quodcũq; fit,ipsum præsens minime transgredi, cum primum illud nactum est,fieri desinit,estq; tunc iam illud quod fiebat. Apparet.Vnum igitur quando senius factum ipsum

Quid verbum esse.

pręsens assequitur, desistit fieri, estq; iam senius. Omnino. An nõ illo senius est, quo fiebat senius? fiebat autẽ seipso. Ita. Senius vero iuniori senius? Est. Iunius ergo seipso tũc est vnũ, quãdo senius factũ, præsens assequitur. Necesse. Ipsum ꝑterea pręsens semp vni adest per vniuersum esse. semper enim est præsens q̃diu est. Quid ni? Semp ergo vnũ est & fit iunius atq; senius semetipso. Videtur. Quinetiã longius ne vel breuius tempus est, aut fit q̃ ipsummet, an potius æquum? Aequũ. Verum qđ æquale tempus est, aut fit, eandem agit ætatem. Quid prohibet? Qđ autẽ eãdẽ ætatẽ implet, neq; senius, neq; iunius est. Nequaq̃. Quapropter vnũ cum æquale tempus ad seipsum & sit & fiat, neq; senius, neq; iunius seipso aut est aut efficitur. Haud sane mihi videtur. Quo autẽ modo ad alia se habet? Nescio qđ dicam. Hoc tamẽ potes dicere, ꝙ alia ab vno, si quidem altera sunt, non alterum, plura sunt q̃ vnum. Nã si alterũ, vnũ essent. Altera vero cũ sint, plura q̃ vnũ sunt, & multitudinem habẽt. Habẽt prorsus. Multitudo autem maiorem numerum q̃ vnũ habet. Certe. Quid vero? ex iis quæ ad numerum spectant, quęnã prius fieri ac facta fuisse dicemus? num quę plura sunt, an quæ pauciora? Quæ pauciora.

Qđ paucissimũ, primũ & vnum.

Quod ergo paucissimũ, primũ: Id autẽ est vnũ, an non? Immo. Vnũ ergo primũ factũ omniũ quæ numerum capiunt. habent autem cætera omnia numerũ: siquidẽ alia sunt, non aliud. Habent profecto. Primo autem factum prius fuit, alia vero posterius. posterius autem facta, iuniora sunt q̃ quod ante factum. Ideoq; alia hoc pacto iuniora q̃ vnum sunt, vnũq; illis antiquius. Certe. Quid autẽ ad hoc? Num vnum effici præter naturam suam potest? vel id potius impossibile? Impossibile. Veruntamen partes habere vnum apparuit. ꝙ si partes, principiũ quoq; mediũq; & finem. Plane. Nonne omniũ primo principium fit, & vnius, & reliquorum cuiusq;, ac post principium cætera vsq; ad finem omnia? Quid ni? Fatemur ne hæc reliqua omnia partes totius atq; vnius esse? & illud ipsum vna cum fine vnũ totũq; factum fuisse? Fatemur. Finis tandem, vt arbitror, postremo fit, cũq; hoc simul vnũ secundum sui naturam completur. Quamobrem si necesse est vnũ haud pręter naturam suam effici, cum fine simul confectum, postremũ omniũ naturæ suæ iure perficitur. Apparet. Iunius itaq; aliis vnum est, aliaq; vno antiquiora. Sic iterum mihi videtur. Quid autem? principium aut aliqua alia pars siue vnius, siue cuiuslibet alterius, si modo pars non partes sit, nonne vnum est? siquidem pars existit. Necessarium istud est. Ex hoc sequitur vnum simul cum primo effecto fieri, simulq; etiam cum secũdo, ac etiam reliquorum quæcunq; fiunt, nulli vnq̃ deesse, donec ad extremũ vsq; percurrens vnum totum fiat, non a primo, non a medio, non ab vltimo, non ab alio prorsus vllo in generatione exclusum. Verum. Eandem ergo vnum quam & cætera omnia ætatem agit. quapropter si non præter naturam suam natum est ipsum vnum, neq; prius, neq; posterius q̃ cætera, sed simul potius factum est. Ideoq; secundum hanc rationem vnum neq; senius neq; iunius aliis, neq; alia vno: secundum vero rationem superiorem vnũ & senius simul & iunius cęteris omnibus, atq; econuerso reliqua cũcta vno. Omnino sic esset. Hoc ergo modo se habet, & tale est effectum. Verũ quidnam sentis de eo ꝙ dicitur fieri vnum senius, atq; iunius aliis, aliaq; vno, ac etiam neq; iunius, neq; senius fieri? Vtrum eadem ratione se habet circa ipsum fieri, qua circa ipsum esse habere prędiximus, an aliter? Quid dicã ignoro. Ego autem tantum dicam, ꝙ si quid est antiquius alio, antiquius quo ad illud vltra fieri, q̃ antea secũdum ætatis interuallum fuisset, minime potest, neq; etiam quod iunius est, in posterũ iunius fieri. Nam æqualia inæqualibus addita, seu tempori, siue cuilibet alteri eodẽ interuallo distare quo & antea, illa semper efficiunt. Nihil prohibet. Non igitur id quod est, illo quod vnũ est, aut antiquius aut iunius fieri potest: quandoquidẽ eadem semper distantia ætatis intercidit: sed & est, & fuit hoc quidem senius, illud autem iunius, fit vero minime. Est vt dicis. Ita id quod vnum est, cæteris quæcunq; sunt, nunq̃ vel iunius vel senius efficitur. Nunq̃. Sed aspice posthac num alia quadam ratione & iuniora hæc & seniora fiant. Quanam? Hac inquam. Vnum ne antiquius aliis, & alia vno esse cõstitit? Quid tũ? Quãdo quidẽ vnũ senius est q̃ cætera, longius q̃ illa tempus extitit. Quinimmo. Aduerte. Nã si tricubito vt longiori, & bicubito vt breuiori, parem cubitum addideris, feceris cũ illo quadricubitum, cum hoc vero tricubitum. sed quadricubitum superat tricubitũ minore particula q̃ tricubitum superat bicubitum. Nam tricubitũ superat bicubitũ dimidio ipsius bicubiti, & quadricubitũ superat tricubitũ tertia parte tricubiti, quæ minor est particula q̃ dimidiũ, quod idem inuenitur in cæteris additis quibus longiores superant breuiores. Eędẽ denominatę ex lõgioribus idẽ faciũt: vt tria superãt duo vna tertia: & quatuor superãt tria vna quarta, q̃ minor est q̃ tertia,

Linea tricubitalis.	Cubitus additus.

Linea bicubitalis.	Cubitus additus.

Primo oim principiũ fit.

Aduerte iterum,siquando longiori & breuiori tempori par tẽpus adiiciamus,nũ ęqua particula dis crepabit lõgius a breuiori,an minore? Minore. Vnũ igiť nõ tãto ætatis interuallo alia deinceps excedet,quãto prius excesserat,sed par tempus ac cætera sortitũ, minus semper q̃ prius ab illis ætate distabit. An non? Profecto. Nonne qđ minus excedit aliquid ętate q̃ prius,iunius fit q̃ prius,quo ad illa quibus erat antiquius? Iunius proculdubio. Si illud iunius,an non illa aduersus vnũ seniora q̃ prius erunt? Penitus. Quod ergo iunius ante fiebat, senius fit ad illud quod ante fiebat, eratq; antiquius. est autem nũq̃ antiquius,verũ illo semper antiquius fit.illud porro iuuenescit,hoc cõtra senescit.qđ rursus antiquius,iuniori iunius similiter efficitur. Nam cum ista in contrariũ tendant, contraria inuicem fiunt. Iunius quidẽ seniori senius,senius contra iunius iuniori. Facta vero fuisse nequeũt. Nam si facta fuissent,nõ amplius fierent,sed iam essent. Nunc vero & iuniora,& seniora inuicem efficiuntur. Vnum quidem cęteris iunius fit,ex eo q̧ senius esse apparuit & prius effectum. Cætera vero seniora q̃ vnum fiunt ex eo q̧ posteriora facta fuerint. Et secundũ eandẽ rationem cætera quoq; similiter ad vnum se habent:quippe cum antiquiora & priora illo facta fuisse apparuerint. Idẽ mihi quoq; videtur. An non quã ratione neutrũ illorum altero vel iunius fit vel senius,secundũ q̧ pari numero inuicem differunt,neq; vnum aliis antiquius aut iunius fieret, neq; alia vno? Qua vero ratione altera semper parte differre necesse est priora posterioribus & posteriora prioribus, ex hoc necesse est seniora & iuniora inuicem fieri,tum cætera vno,tum cæteris vnum? Et maxime quidem. Omnibus igitur his de causis vnum ex seipso,& aliis senius ac iunius est & fit,rursusq; neq; iunius neq; senius seipso vel cæteris aut est,aut vnq̃ efficitur. Prorsus. Postq̃ vero vnum temporis est particeps,seniusq; & iunius fieri potest,nonne præterea necesse est præteriti,pręsentis,atq; futuri esse particeps,cũ participet tempore? Necessario sequitur. Erat igitur vnum & est & erit:fiebatq; & fit & fiet. Quid ni? Esset quoq; illi aliquid & illius,eratq; & est & erit. Maxime. Ideoq; scientia de illo esset,opinioq; ac sensus.quippe cum & nos in præsentia hæc de illo vniuersa tractemus. Recte ais. Nomẽ item ac sermo ipsi adest, nominaturq; & dicitur. Et quotcunq; huiusmodi circa alia reperiuntur, circa vnum quoq; existunt. Omnino quidem sic se res habet.

Erum tertio iam sic iterum disseramus. Vnum si est quemadmodum supra diximus, an non necesse est ipsum cum sit vnum & multa,atq; iterum neq; vnum neq; multa, & participãs tẽpore,quia vnũ est,essentia participare aliquãdo:quia vero nõ est,non participare aliquando? Necessarium hoc est. Num possibile est dũ participat,tunc minime participare? Vel quãdo non participat,participare? Impossibile. In alio itaq; tẽpore particeps,in alio vero est expers.hoc.n.modo duntaxat fieri potest,vt particeps atq; expers eiusdẽ sit. Probe. Nũquid est id tẽpus quando accipit esse,& quando esse amittit? aut quo pacto esse potest,vt aliquando idẽ habeat,aliquando vero nõ habeat,nisi alias id capiat,alias aũt amittat? Nõ aliter. Accipere essentiam,nonne fieri appellas? Equidẽ. Essentia vero priuari,nonne destrui? Et maxime. Vnum igitur,vt videtur,assumẽs atq; deponẽs essentiam, fit & interit. Necessarium. Cũq; vnũ & multa sit,genitũq; atq; deficiens,nõne quando fit vnũ desinit esse multa:quãdo vero multa,desinit esse vnũ? Valde. Et cum fiat vnũ & multa,an non disgregari & congregari oportet? Oportet. Quinetiã quotiẽs dissimile simileq; efficiť, nonne assimilari, & vt ita dicã, dissimilari oportet? Immo. Et quãdo maius & minus atq; ęquale,crescere,decrescere,atq; ęquari? Sic est. At quotiẽs ex motu in quietẽ,vel ex quiete in motũ transit,oportet hoc nõ vno in tempore esse. Quanã ratione? Postq̃ scilicet prius steterit,moueri postea:cũq; antea motum fuerit,deinde cõsistere. Etenĩ absq; transmutatione hæc pati nequit. Nequit. Tempus vero nullũ est,in quo quippiã sic habere se possit,vt simul neq; stet,neq; etiã moueať. Nullum. Veruntamen neq; transit absq; transmutatione. Haud consentaneũ esset. Quando ergo transit? neq; enĩ dum stat,neq; dum moueť transit, neq; dũ in tempore est. Nõ certe. An est hoc mirabile quiddã,in quo tunc est cum transit? Quidnam? Momentum indiuiduum inquam.hoc enim momentum certum quiddam significat,ex quo in vtrunq; transitur. Neq; enim ex statu, dum stat, neq; ex motu , dum mouetur , adhuc transit. Verum momentanea ipsa natura atq; miranda, media motus quietisq; interponitur, ac nullo prorsus in tempore est,necnon in hanc atq; ex hac,quod motum est,transit in statum: & quod quieuit,in motum. Apparet. Vnum itaq;,si quidem stat atq; mouetur,in vtraq; proculdubio transit. Solo enim hoc modo vtraq; facit. Transiens autem,momento indiuiduo transit. Cumq; migrat, nullo in tempore est, neq; stat tunc neq; mouetur. Minime. Nunquid eodem modo ad cæteras mutationes sese habet? quando ex ipso esse in interitum migrat, vel ex non esse in ipsum fieri,medium tunc fit quorundam motuum ac statuũ, nec est tũc neq; non est,neq; fit etiam neq; interit? Videtur. Eadem quoq; ratione ex vno migrans in multa, & e multis in vnum, nec vnum est neq; multa, nec congregatur neq; disgregatur: & ex simili in dissimile, rursusq; ex dissimili in simile migrans, nec simile neq; dissimile, neq; assimilatum, neq; vt ita dicam dissimilatum,& ex paruo in magnum, & in ipsum æquale, & contra

Tertia suppositio, hoc est si vnũ cõsideratũ sub esse

Inuenitur momẽtũ & instans. Momentũ mediũ motus & quietis.

ria transiens,non paruum,non magnum,non crescens,non decrescens,non adæquans. Non videtur. Hæc igitur vniuersa vnum si est,patitur. Quid ni?

Quarta suppositio.


N non considerandum est quid pręterea patiatur alia,si vnũ est? Considerandũ. Dicimus ne vnũ si est,alia ab vno pati aliquid oportere? Dicimus. Nõne quia alia sunt q̃ vnũ,non vnum sunt? alioquin alia q̃ vnũ non essent. Probe. Non tamẽ penitus vno priuata sunt, sed quodã modo vno participant. Qua ratione? Quoniã alia ab vno,ex eo ꝙ partibus cõstant,alia sunt q̃ vnum.ꝙ nisi partes haberent,vnum penitus essent. Recte. Partes autem,eius quod totum est partes esse asseruimus. Asseruimus plane. Atqui totum ipsum vnum ex multis esse oportet,cuius partes sunt quæ partes appellantur. quælibet enim partium non multorum pars, sed totius existit. At quo modo istud? Si quid multorũ pars esset quibus ipsum inesset,suiipsius quodammodo esset pars, hoc autẽ impossibile,& aliorũ cuiusq; siquidem omniũ. Vnius enim non existẽs pars,præterq̃ huius aliorũ erit: atq; ita vniuscuiusq; pars non erit. Non existens vero pars cuiusq;,nullius ex multis erit. Et si nullius,omniũ istorũ aliquid esse quorũ nullius est vel pars vel aliud quodlibet,impossibile. Apparet quidẽ. Non ergo multorũ nec omniũ pars est quæcũq; sit pars,sed vnius cuiusdam ideæ,& vnius cuiusdã quod totũ vocamus,factũ ex cũctis vnũ atq; perfectũ.huius inquã pars est,quęcunq; sit pars. Omnino quidem. Si ergo alia partes habent,toto atq; vno participant. Maxime. Vnde vnum totum perfectũ partes continẽs,alia ipsa ab vno esse necesse est. Necesse. Quinetiã de vnaquaq; parte eadem ratio est. Etenim huius vnius participem esse oportet. Nam si vnaquęq; illarũ pars est, hoc ipsum q̃d dicitur vnaquæq;,vnũ quodãmodo significat.distinctum enim quiddam ab aliis & secũdum seipsum existens significat,si modo vnaquæq; erit. Recte. Erit autẽ vnius particeps, si aliud quiddam q̃ vnum fuerit: alioquin haudquaq̃ participaret,si ipsum vnum esset. At vero vnũ esse aliquid, præter ipsum vnum nil potest.nihil participare vno necesse est & totum simul & partem. Ipsum nanq; vnũ totum erit,cuius partes sunt partes singulæ: vnũquodq; vero vnũ,pars totius,quæcũq; pars totius existat. Sic est. Nonne igitur cũ alia sint q̃ vnũ,vno participant omnia quæ participãt? Quid ni? Alia vero q̃ vnũ multa quodãmodo sunt. Nã si alia p̃ter vnũ,nec vnũ neq; plura vno essent, nihil penitus essent. Nihil sane. Postq̃ autem plura vno sunt,quæ vnius partis,& vnius totius participia sunt,nonne necesse est multitudine infinita esse ipsa participantia vno? Quonam pacto? Hoc plane. Aliud quiddam q̃ vnum ista sunt, neq; etiam vno participant tunc cum primum vnum participant. Certe. Nonne multitudines sunt,in quibus non inest vnum? Multitudines certe. Quod si velimus intelligentia ipsa ex iis aliquid q̃ minimũ excerpere,an non necesse erit illud extractũ,vtpote quod vnius est expers,multitudinem esse non vnum? Necesse. Nonne tibi sic semper consideranti ipsam secũdum seipsam alterã speciei naturam,quãtũcũq; illius inspexeris,infinitum multitudine semper occurret? Et maxime quidem. Veruntamen postq̃ vnum quælibet pars effecta est,terminũ iam partes inuicẽ, & ad totum habent,necnon ad partes totum. Valde quidem. Itaq; aliis q̃ vnum contingit ex ipso vno, & ex seipsis iam in vno cõmunicantibus,alterum quiddam in ipsis fieri: quod quidem terminũ inuicem prębuit, natura autem illorũ secundum seipsam infinitatem. Manifestum est. In hunc itaq; modum alia q̃ vnũ tum tota,tum etiam secundum particulas,& infinita sunt,& termino quodam participant. Prorsus. Nonne insuper similia dissimiliaq; inuicem & sibiipsis? Quamobrem? Qua quidem infinita sunt secũdum ipsorũmet naturam,omnia idem quodammodo ex hoc inuicem patiuntur. Patiũtur. Item qua cuncta participant termino,ex hoc quoq; idem omnia patiuntur. Quid ni? Qua tamen illis conuenit vt finita sint simul & infinita, quæ sunt contrariæ passiones, q̃ maxime fieri potest,dissimilia sunt. Nimiũ. Ergo secundum vtrãq; passionem ipsa sibimet & inuicem similia erunt. At vero secundum ambas vtrinq; simul,q̃ maxime contraria atq; dissimilia. Constat. Sic igitur alia eadem sibiipsis & inuicem,similiaq; & dissimilia erunt. Erunt. Et eadem iterum atq; altera inuicem,agitataq; & stantia,cęterasq; contrarias passiones suscipientia illa quæ alia sunt q̃ vnum,facile reperiemus,quippe cũ pręedictas iam passiones susceperint. Recte dicis.

Quinta suppositio.


Onne præterea si hæc tanq̃ perspicua prætermittamus,ac rursus vnum si est consideremus, alia q̃ vnũ sic etiam se habebunt? An sic solum? Prorsus. Est ne igitur a principio iterũ differendum,vnum si est,quid alia pati oporteat? Differendum. An non seorsum quidem vnũ ab aliis,seorsumq; alia erunt ab vno? Curnam? Quia nihil est alterum præter ista quod aliud sit q̃ vnũ, aliudq; q̃ cętera.vniuersa quippe comprehensa sunt,cum vnũ & alia dictũ est. Vniuersa. Quare nihil præter hęc restat in quo velut eadem in sede & vnũ & alia consideant. Nihil prorsus. Nũq̃ igitur in idem vnũ aliaq; concurrunt. Nunq̃. Seorsum ergo. Seorsum. Dictũ p̃terea fuit ipsum reuera vnũ partes nullas habere. At quomodo habere posset? Neq; totũ igitur vnũ aliis inerit, neq; eius particulæ. siquidẽ seorsum est ab aliis,nullisq; particulis cõstituit. Ita est. Nullo itaq; modo alia vno participabunt,cum neq; totum ipsum,neq; partem capiant. Nullo,vt videtur. Atq; idcirco alia nullo pacto

vnũ sunt,neq; in seipsis vnũ aliquod habẽt.Minime. Vnde nec multa sunt alia. Etenĩ si multa essent vnũquodq; illorũ,vtpote pars toti⁹,vnũ esset.Nũc aũt nõ vnũ,nõ multa,nõ totũ,nõ partes,alia sunt, postq̃ nihilo vnius participãt.Probe.Quapropter nec duo,nec tria sunt,nec vnũ illis inest. siqdẽ vno prorsus orbanẽ.Sic est.Itaq; nec similia,neq; dissimilia, nec eadẽ sunt alia vni, neq; illis similitudo ac dissimilitudo inest.Si enĩ similia atq; dissimilia ipsa essent,ex eo ꝙ in seipsis similitudinẽ dissimilitudi nẽq; haberẽt,duas vtiq; cõtrarias inuicẽ species tã ipsa alia q̃ vnũ in seipsis comprehẽderẽt.Apparet. Fieri tñ nõ potest,vt q̃ nullo participãt,duo quędã in seipsis accipiãt.Nõ certe. Neq; ergo similia, neq; etiã dissimilia sunt,neq; pariter ambo.etenĩ si similia vel dissimilia sint,vna quadã altera specie participarẽt:& si ambo,duab⁹ qbusdã cõtrariis specieb⁹.hęc aũt ĩpossibilia esse patuit.Vera dicis.Nõ igiẽ eadẽ,nõ altera,nõ agitata,nõ qeta,nõ oriẽtia,nõ peũtia,nõ maiora,nõ minora,nõ ęqua,nõ deniq; aliđ qcq̃ hui⁹ gñis sortita sunt.Nã si qd tale susceperint,vno quoq; & duob⁹,& trib⁹,pariq; & ĩpari participarẽt,quorũ participatio illis vetita est,vno prorsus carẽtib⁹.Verissima hęc sunt. His ergo de causis,vnũ si est,oĩa est vnũ,& nihil est,& ad seipm,atq; ad alia eodẽ modo.Omnino sic se res habet.

ET vero si vnũ non sit,quid cõtingat,nõne posthac cõsiderãdũ est?Cõsiderandũ. Quęnã hæc suppositio est,si vnũ non est?Nũ aliquo differt ab ista,Si nõ vnum nõ est?Differt sane.Num solũmodo differt?vel etiã oĩno cõtraria est hæc,si nõ vnũ nõ est,illius,si vnũ nõ est? Contraria oĩno.Quid aũt?si quispiã dixerit,si magnitudo nõ est,vel paruitas nõ est, vel aliud qcq̃ huiusmodi,nõne in singulis demonstraret ꝙ aliud quiddã exprimeret ipm nõ ens?Oĩno.Nõne igiẽ nunc declarat ꝙ alterũ quiddã ꝑter alia ipm nõ ens dicit,qñ dicit,vnũ si nõ est,& intelligim⁹ quid dicat?Intelligimus.Primũ igiẽ aliquid qđ cognosci potest,exprimit:deinde alterũ q̃ alia,cum ait vnũ, siue esse illi adiiciens,siue nõ esse.nihilominus cognosciẽ quid nõ esse dicaẽ,ꝙq; differẽs quiddã est ab aliis.an nõ? Necesse.In hũc itaq; modũ a principio dicẽdũ,vnũ si nõ est,quid esse oportet.In primis itaq; ipsi hoc oportet accidere,vt videẽ,esse videlicet quandã eius scientiã,aut nihil intelligere nos quid dicamus, qñ vnũ si nõ est,ꝓferimus.Vera loqueris.An nõ & alia altera esse q̃ illud, vel neq; illud alterũ q̃ alia ꝑdicari?Maxime.Ergo diuersitas quoq; præter sciẽtiã illi adest.neq; enĩ aliorũ diuersitatẽ dicit, quando vnũ alterũ q̃ alia vocat,sed suiipsius diuersitatẽ.Apparet.Quinetiã ipsius illius,& alicuius, & huius,& huic,& horũ,atq; oĩm huiusmodi particeps ipsum non ens diciẽ.Neq; enĩ vnũ diceret,neq; ab illo altera,nec illi qcq̃ esset,nec illius,neq; aliqd appellaret,nisi particeps esset ipsius alicuius,& cęterorum taliũ.Recte.Esse tñ vnũ nisi existat,ĩpossibile est:participare vero multis,nihil ꝓhibet.Verũ. Necesse est,si quidẽ ipm vnũ illud duntaxat, nec aliud nõ est.ꝙ si nec vnũ,nec illud, neq; etiã erit,sed de alio quodam sermo habeẽ,nihil pronunciari oportet.sinautem vnũ illud dũtaxat,nõ aliud pręsuppositũ est,non esse ipsius illius aliorũq; multorũ particeps dicendũ est. Et maxime quidem. Quamobrẽ dissimilitudo illi est ad alia. nam cum alia altera sint q̃ vnũ, extranea esse oportet.Oportet.Extranea vero nonne aliena?Quid ni?Aliena autẽ nõne dissimilia?Dissimilia plane.Atqui si vni dissimilia sunt dissimili dissimilia erunt.Plane.Aderit itaq; & vni dissimilitudo,secũdũ quã alia ipsi dissimilia sunt. Videẽ.Et si illi dissimilitudo ad alia competit,nõne ad seipsum similitudo conueniet?Quonã modo? Si vni insit dissimilitudo ad vnũ,haud sane de huiusmodi quodã vt de vno sermo habereẽ,neq; suppositio de vno,sed de alio quopiã fieret.Prorsus.Neq; vero deceret.Nõ certe. Ob hanc causam oportet vni similitudinẽ ad seipm adesse.Oportet.Itẽ nec ęquale aliis est. Etenĩ si ęquale, esset iã ꝑfecto, ac simile illis secũdũ ęqualitatẽ existeret. Vtraq; tñ hęc impossibilia,cũ vnũ minime sit.Impossibilia.Post q̃ vero cæteris æquale non est,nonne & alia necesse est illi æqualia nequaq̃ esse?Necesse.Quæ autẽ nõ æqualia,inæqualia sunt?Inæqualia.Inæqualia vero inæquali cuipiam inæqualia sunt?Certe. Vnde & inæqualitatis particeps vnũ apparet,secũdum quã cætera ipsi inæqualia sunt.Particeps profecto. Cæterum ad inæqualitatem magnitudo ac paruitas attinet.Attinet. Et magnitudo ergo & paruitas tali vni conuenit.Videtur.Magnitudo rursus & paruitas semper inuicem distant.Distant. Ideoq; medium quiddã semp interuenit.Sane.Num reperis mediũ aliud inter hęc ꝑter æqualitatem? Nullum aliud.Cuicũq; igiẽ magnitudo & paruitas accidit, accidit quoq; æqualitas horũ obtinens medium. Constat.Vni igitur dum non est,æqualitas,magnitudo,paruitas accidere videnẽ.Videntur. Præterea & essentia participare quodãmodo ipsum oportet. At quomodo?Habere seipsum oportet eo modo quo diximus.nisi enim sic sese haberet,haudquaq̃ vera prędicaremus,dum vnũ non esse fatemur. Sinautem vera,manifestum est ꝙ ea quæ sunt,proferimus.nonne?Sic est. Cum vero nos vera prædicare dixerimus,necesse est vt ea quę sunt,asserere nos profiteamur.Necesse.Est ergo vnum vt videtur nõ ens.si.n.non sit nõ ens,sed aliqd ipsius esse remittat ad hoc vt nõ sit,statim erit nõ ens. Oĩno qdẽ. Oportet igiẽ illud tanq̃ vinculũ ipsius nõ esse,habere ipm esse nõ ens,si debet nõ esse: perinde vt ipm ens ipsius essendi vinculũ,habet ipm nõ esse non ens,vt perfecte rursus esse liceat. Ita enim ipsum ens maxime erit,& ipm nõ ens maxime non erit,si ipsum ens qdẽ participet essentia essendi ens, non au-

Sexta suppositio. Negatiua ex subiecto infinito est cõtraria negatiue ex finito subiecto.

Si res sit, & oratio ex ea vera ẽ. si oratio ex re facta vera sit, & res vera.

tem essentia essendi non ens, si omnino esse debeat: ipsum vero non ens nõ participet essentia nõ essendi non ens, sed essentia non essendi ens, si quidem non ens penitus videri debeat. Verissima hęc sunt. Nõne igit̃ postq̃ ens nõ essendi pticeps est, & nõ ens ipsius essendi pticeps, vnũ quoqꝫ cũ non sit, ipso esse participare necesse est ad hoc vt vere non sit? Necesse. Essentia igitur adesse videtur vni si nõ sit. Videt̃. Atqui nõ essentia rursus, si qdẽ minime sit. Quid ni? Num potest aliqd, qđ certo quodã modo affectũ, sic habere se dicit̃, nõ sic se habere, cũ nõdũ ex huiusmodi habitu trãsmutatũ sit? Nõ potest. Quodcũqꝫ igit̃ sic se, & nõ sic se habet, mutationẽ quãdã patit̃. Patitur. Mutationẽ vero motũ ne, an aliud quiddã esse dicemus? Motũ. Vnũ autẽ nõne & ens & non ens apparuit? Apparuit. Ergo & sic, & nõ sic se habẽs. Videt̃. Vnũ ergo nõ ens moueri videt̃. siqdẽ mutationẽ ex ipso esse in nõ esse recipit. Patet. Enimuero si nusq̃ in natura rerum adest, cum non sit, non vtiqꝫ aliunde alio migrare potest. Quo pacto enim posset? Non ergo mouetur ex eo qꝫ transeat. Minime. Neqꝫ tamen in eodẽ cõuertet̃. Etenĩ ipm idẽ nusq̃ attingit. ens nãqꝫ est ipm idẽ. nõ ens aũt in aliquo eoꝝ q̃ sunt, esse impossibile est. Impossibile certe. Non ergo vnum cum non sit, in eo conuerti in quo minime est, vnq̃ posset. Nunq̃. Neqꝫ etiã alteratur vnũ ab seipso, siue sit, siue non sit. haud enim sermo de vno vlterius haberetur, si quidẽ a seipso alteratum fuisset, verũ de alio quodã præter vnũ. Probe. Si neqꝫ alteratur, neqꝫ in eodẽ reuoluitur, neqꝫ progreditur, quonã pacto mouebitur? Nullo. Qđ vero moueri nequit, quietẽ agere necesse est, & qđ quiescit cõsistere. Necesse. Igitur vnũ si nõ est, stat atqꝫ mouetur. Videtur. Quinetiã si mouetur, necesse est proculdubio alterari. quatenus enim qd mouetur, eatenus nõ eodẽ modo quo prius, sed alio sese habet. Plane. Ergo vnũ dũ mouet̃ etiã alteratur. Profecto. Verũtamen nullo modo motũ, nullo modo alteratur. Nullo penitus. Quãobrẽ vnũ qđ nõ est, qua quidẽ mouetur absqꝫ dubio alteratur: qua vero nõ mouetur, minime alteratur. Minime. Ideoqꝫ vnũ si nõ sit, alteratur: atqꝫ etiam minime alteratur. Constat. Qđ quidẽ alteratur, an non alterũ q̃ antea fieri, pristinũqꝫ habitũ exuere oportet? qđ vero nõ alteratur, nec fieri, neqꝫ etiã interire? Necessario sequitur. Vnde vnũ qđ nõ est, qa alteratur, efficitur ac perit: qa vero nõ alteratur, nec fit, nec interit. Atqꝫ ita & fit pariter atqꝫ interit. Rursusqꝫ neqꝫ fit neqꝫ interit. Sic est.

Septima suppositio. Non ens.

RVrsus iam ad principium redeamus, liquido inspecturi vtrum hæc deinceps quemadmodum hactenus, an aliter esse videantur. Operæprecium hoc est. Nonne iam disseruimus qd circa vnum accidat, si ipsum minime sit? Disseruimus. At quotiens non ens proferimus, nihil aliud nobis significat q̃ essentiæ absentiam ab illo quod quidem non esse pronunciamus. Nil aliud. Vtrum quando dicimus non esse aliquid, aliquo modo ipsum non esse intelligimus aliquo modo esse? An potius hoc ipsum, non est, quotiens pronunciatur, simpliciter significat quod nullo prorsus modo vsq̃ est: & cum non sit, nulla ex parte est essentiæ capax? Absolute id significat. Neqꝫ ergo esse ipsum non ens poterit, neqꝫ alio quoq̃ modo essentiam attingere. Minime. Fieri autem & interire num aliud est, q̃ illud quidem essentiam accipere, hoc autem amittere? Nil aliud. Ergo cui nulla huius pars conuenire potest, nunq̃ aut accipit ipsam, aut amittit. Nunq̃. Vni ergo postq̃ nullo modo est, neqꝫ nancisci, neqꝫ abiicere, neqꝫ aliquo pacto essentiam capere conuenit. Decens est. Non itaqꝫ interit ipsum vnum cum nõ sit, neqꝫ fit, vtpote quod nulla ex parte est essentiæ capax. Non videtur. Neqꝫ rursus aliquo pacto alteratur. Iam enim & fieret, & periret, si hoc pati posset. Verum. Si minime alteratur, an non etiam necesse est nequaq̃ moueri? Necesse. Neqꝫ tamen stare alicubi quod nullo modo est asseremus: quod enim stat, in aliquo eodem semper esse oportet. Quid ni? Sic plane ipsum cum non sit, nunq̃ aut stare aut moueri fatebimur. Nunq̃. Præterea nihil ex iis quæ sunt, illi adest. Iam enim essentia participaret, vtpote quod alicuius existentis esset particeps. Manifestum est. Non magnitudo igitur illi, non paruitas, non æqualitas accidit. Non profecto. Sed nihilo magis similitudo aut diuersitas illi vel ad alia, vel ad seipsum aderit. Nequaq̃ videt̃. Nũ & alia vllo modo illi esse poterunt, cum nihil prorsus ipsi esse queat? Haud licet. Quapropter alia non similia illi, non dissimilia, non eadem, nõ altera sunt. Non sane. An vero ipsum qđ illius, vel ipsum qđ illi, vel quid, vel hoc, vel huius, vel alterius, vel alteri, aut quondam, aut deinceps, aut nunc, seu scientia, siue opinio, siue sensus, an sermo, an nomen, an aliud quoduis ex iis quæ sunt, circa ipsum quod minime est, existet? Minime. His igitur rationibus vnum si non est, nullo prorsus modo aut vsq̃ sese habet. Non sane videtur vllo modo aut vsq̃ sese habere.

Non ens simpliciter esse nõ potest: neqꝫ essentiam attingere.

Suppositio octaua.

ESt ne iterum disputandum vnum si non est, quid alia præter vnum pati oporteat? Disputandum. Primũ igitur & alia esse illa oportet. nisi enim alia sint, haud sane de ipsis aliis differeretur. Sic est. Et si de aliis sermo fit, alia profecto altera sunt. an non ob idẽ ipsum aliud & ipm alterũ appellas? Equidẽ. Alterũ nõne ab altero alterũ, & aliud ab alio aliud esse dicimus? Vtiqꝫ. Ergo ipsis aliis si mõ alia futura sũt, aderit aliqd a quo alia erũt. Necesse. Quidnã id potissimũ erit? Ab vno quidẽ alia nõ erũt, cũ illud minime sit. Nõ certe. Inuicẽ itaqꝫ alia sunt. Id. n. solũ restat. alioqn a nullo

alia futura sunt. Recte. Idcirco secũdũ multitudines singula inuicẽ alia sunt. Etenim secũdũ vnũ neque unt, nõ existẽte vno. Verũ quilibet vt videt̃ aceruus illorũ, multitudine infinit⁹ existit. Et si qd̃ minimũ apparet, quispiã sumpserit, velut in somno somniũ, repẽte ꝓ eo qd̃ vnũ visum fuerat, multitudo occurrit: & ꝓ eo qd̃ minimũ apparuerat, q̃ maximũ iã ad illa q̃ ex eo selecta & discreta sunt, apparet. Rectissime. Talib⁹ inquã aceruis diuersa inuicẽ alia ꝑter vnũ erũt, si nõ existẽte vno, alia sunt. Q̃ maxime. An nõ plures acerui erũt, quorũ q̃libet vnus prima fronte videbit̃, nullus tñ vnus erit, cũ ipm̃ vnũ minime sit? Certe. Numerus itẽ illorũ aliquis esse videbit̃? siqdẽ & vnũ quodlibet, cum tñ multa sint. Valde qdẽ. Paria ꝑterea & imparia falso videbunt̃, vno ꝓrsus absente? Falso. Quod insup exiguũ in illis primo videbit̃, vt dictũ est, e vestigio q̃ maxima & q̃ plurima quo ad singula parua, q̃ etiã multa sunt, se nobis ostẽtat. Quid ꝓhibet? Quinetiã aceruus qsq; ęqualis multis paruisq; aceruis esse videbit̃. Nã haud liq̃do ex maiori in min⁹ trãsisse videret̃, nisi pri⁹ in mediũ ꝑuenisse visus esset. hoc aũt phãtasma quoddã ęqualitatis erit. Verisimile est. Nõne ad aliũ aceruũ terminũ habẽs ipm̃ ad seipm̃, neq; principiũ, neq; mediũ, neq; finẽ habet? Qua de causa? Quia semp cũ qs horũ aliqd intelligẽtia cõtuet̃, ante pricipiũ semp aliud occurrit pricipiũ: & post finẽ, alter semp finis subseq̃t: necnõ in medio, alia semp interiora q̃ mediũ, sempq; minora, ob id quia neq̃ vnũ aliquid in his accipi, cũ vnũ minime sit. Verissima loqueris. Discerpi deniq; necessario arbitror vt dispersum, quodcũq; intelligentia quis assumpserit. semp eñ aceruus vnius expers accipit̃. Proculdubio. Nõne hoc tale eminus & obtuse ꝑspiciẽti vnũ apparet? Necesse. Cõminus aũt & acute intelligenti vnũquodq; multitudine infinitum? siquidẽ ab vno nõ existente deserit̃. Præ cæteris necessarium hoc est. In hũc itaq; modum infinita, & finẽ habentia, & vnũ, & multa, quælibet alia apparere oportet, si non vnum, sed alia ꝑter vnum sunt. Oportet vtiq;. An non similia quoq;, & dissimilia videbunt̃? At quomodo? Nam cũ velut adumbrata eminus ꝑspicienti vnũ appareant oĩa, in eodẽ aliquo cõmunicare, similiaq; esse videbunt̃. Protsus. At vero propius accedenti, multa & altera, atq; ipso diuersitatis phantasmate altera sibi ipsis & dissimilia. Sic accidit. Similes item atq; dissimiles ipos aceruos, tum sibimet, tum inuicẽ apparere necesse est. Et maxime quidem. Nonne etiam eosdẽ & alteros inuicẽ & contiguos sibi, & seorsum a seipsis, omnibusq; motibus agitatos, & vndiq; permanẽtes, orientes, & occidentes, ac neutra, omniaq; huiusmodi, quæ quidem percurrere facile nobis esset, si vno non existente multa fuerint? Verissima narras.

REdeuntes iam iterũ ad principiũ, declaremus, vnũ si non est, quidnam aliis prę̃ter vnum euẽturũ sit. Declaremus. Principio igitur vnum alia non erunt. Quomodo enim? Neq; tamẽ multa. In iis enim quæ multa sunt, inest & vnum. Etenim si nullum illorum est vnũ, cuncta nihil sunt, quapropter neq; multa. Vera loqueris. Cũ itaq; vnũ haud insit aliis, nec multa nec vnum sunt. Non plane. Neq; etiam apparent vnum aut multa. Curnam? Quoniam alia cum iis quę non sunt, nullum protsus commerciũ habent, neq; quicq̃ ex iis quę minime sunt, ad aliquid aliorum attinet. nam nulla pars iis quæ non sunt, adest. Verum. Neq; igitur opinio de eo quod minime est, nec phantasma cæteris inest, neq; vllo modo id quod non est, ab aliis opinione concipitur. Non certe. Quapropter si vnum non est, nihil ex aliis opinione concipitur aut vnum aut multa esse: Nam absq; vno multa opinari penitus impossibile. Impossibile nimium. Ergo si vnum non est, alia neq; sunt, neq; opinione etiã cogitantur vnum aut multa esse. Non videntur. Vnde neq; similia, neq; etiã dissimilia. Non. Neq; tamen eadem, aut altera, neq; contigua, neq; seiuncta, neq; reliqua quotcunq; in superioribus tanq̃ quæ ad ipsa alia spectare viderentur, enarrauimus, iam ad ipsa alia spectant, vel spectare videntur, vnum si minime sit. Vera. Nonne vt summatim loquar, si dixerimus, vnum si non est, nihil est, recte dicemus? Et maxime quidem. Hoc itaq; dictum a nobis sit, atq; illud ꝑterea, ꝙ vt videtur, vnum siue sit, siue nõ sit, tum ipsum, tum etiam alia ad sese, atq; inuicem omnia omnino sunt atq; non sunt, apparentq; insuper, & non apparent. Verissima quidem hæc sunt. Nona sup positio.

Argumentum Marsilii Ficini Florentini in Philebum Platonis librum, vel de Summo Bono.

HVius libri propositum est, de summo animę bono disserere. quod quidem summum bonum cum conditione quadam dicitur, cũ ipsum rerũ omniũ principiũ summum bonum absolute dicatur. De hoc igitur qd̃ cũ conditione bonũ, hoc in libro: de eo quod absolutũ, in Parmenide disputat̃. Ab absoluto autẽ hoc manat, quẽadmodum lumen quoddã ab ipso luminis totius fonte dependet. Quamobrem in Phædone & Theęteto dictum est a Platone summũ animę bonũ dei similitudinẽ esse. Nihil vero solis fit simile, nisi quadã luminis ipsius infusione. Vnde & animę bonũ erit integra diuini luminis cõsecutio. Id lumen in mentem primo, in voluntatẽ deinde descendit. In mente veritas, in volũtate gaudium: in mente ambrosia, in volũtate nectar, a Platone hic & in Phędro cognominatur. Itaq; summũ hominis bonum in sapientiæ voluptatisq; mixtione locauit. Sed ante in sola vel sapientiæ vel voluptatis ratione beatitudinẽ consistere posse negauit, ex eo ꝙ triplex boni summi cõditio in neutro re- Summũ aię bonũ. Ambrosia Nectar. Summũ bonũ in sapientiæ & voluptatis mixtione.

Tres cõditiões summi boni.


periatur. Ea est, vt summopere pfectũ sit, & sufficiẽs, & expetẽdũ. Perfectũ, qa nihil sibi deest. Sufficiẽs, quia nihil deest illi, qđ ipm capit. Expetẽdũ, quia in illo & ex illo est, qcqd appeti põt. Vnde quia pfectũ, sufficiẽs: quia sufficiẽs, expetẽdũ. Sane quia sibi sat est, alteri sufficit: quia sufficit alteri, desideratẽ ab altero. Hęc neq; soli sapiẽtię, neq; voluptati, sed mixto cuidã ex vtraq; cõpetere demõstranẽ. vbi de voluptatis & sapiẽtię genere, origine, atq; natura pmulta dicunẽ, de infinito & termino, de cõposito & cõpositionis principio. Ac demũ cõcludiẽ summũ in natura bonũ, & absolutũ, esse mẽsurã vniuersorũ, hoc est totius naturę principiũ. Sũmũ vero bonũ mẽtis & animę esse illius primi possessionẽ, q̃ mixtioni ex sapiẽtia & voluptate p veritatẽ, cõmẽsurationẽ, & pulchritudinẽ cõuenit. Quapropter in primo bonoꝝ gradu rerũ omniũ mẽsura poniẽ: in secũdo veritas, cõmẽsuratio, pulchritudo: in tertio mens sapiẽtiaq;: in quarto sciẽtia, ars, & opinio: in quinto tẽperata voluptas. Beatusq; vir diciẽ, q & sapiẽtiã diuinoꝝ adeptus est, & humanoꝝ pitiã sciẽtia quadã & arte & opinione cõstãtẽ, gaudio contẽplationis totus exultat, voluptati sensuũ eatenus se cõmittit, quaten⁹ sapiẽtia sciẽtiaq; & gaudiũ impedimẽtũ inde nullũ accipiũt. Introductio ad dialogũ eiusmodi est. Cũ multa de summo bono vltro citroq; Socrates Philebusq; cõtulissent, atq; eẽt Philebus iã disputãdo defessus, Protarcho nup aduenięti gratulatus est, annuitq; vt prouinciã ĩ disputãdo suã susciperet. Protarchus vtpote adolescens subito est assensus. Ad quẽ cõuersus Socrates, Cõsidera, inqt, quã tutelã suscipias, neq; temere ad disputationẽ pperes. Immo audi vtriusq; sentẽtiã prius, & eã quę tibi recta ratione examinãti pbabilior apparet, accipe defendendam. Sed iam ad dialogum veniamus.

Sũmũ in natura bonũ & absolutũ, eẽ mẽsuram vniuersorum.

Bonorum gradus.

PHILEBVS PLATONIS, VEL DE SVMMO BONO.

SOCRATES. PROTARCHVS. PHILEBVS. SO.



Vide o Protarche quẽ nũc a Philebo sermonẽ accepturus sis, & ad quẽ potius cuius ratio tibi nõ cõsonet, pugnaturus. Vis ne vtrãq; sentẽtiã breuiter resumamus? PRO. Volo eqdẽ. SO. Philebus qdẽ inqt animãtibus oĩbus bonũ esse lætitiã, voluptatẽ, delectationẽ, cæteraq; huius generis oĩa. Nostra autẽ aduersus illũ disceptatio est, vt nõ ista quidẽ sint ipsum bonũ, immo sapere, intelligere, meminisse, & quę hisce cognata, opinio recta, veriq; rationis discursus, meliora & potiora sint q̃ voluptas oĩbus quęcũq; horũ capacia sunt, eorũq; adeptio maxime omniũ vtilis sit & pſentibus & futuris. Num sic vtriq; quodãmodo diximus o Philebe? PHI. Et maxime qdẽ. SO. An suscipis o Protarche eã q̃ tibi nũc oblata est disputationẽ? PRO. Necesse est me illã suscipe. SO. Philebus qdẽ noster iã dicendo defessus est, oportet tñ quid in iis verũ sit, omni studio definire. PRO. Oportet sane. SO. Age igiẽ pter hęc id insup asseueremus. PRO. Quidnã? SO. Q; vterq; nostrũ habitũ quẽdã & affectionẽ animi, quę cũctis hoĩb⁹ vitã beatã pbere valeat, demõstrare conabiẽ. Nõne? PRO. Certe. SO. Et vos pfecto habitũ affectionẽq; lętandi, nos autẽ sapiẽdi. PRO. Sic est. SO. Si qs vero habitus pſtãtior istis appareat, qui voluptati cognatior videatur, a tali vita cũ stabilis sit, atq; hęc firmiter habeat, vtriq; nimiũ supabimur, voluptas autẽ sapiẽtiã supabit. PRO. Profecto. SO. Si autẽ sapiẽtię sit ppingor, vincet vtiq; sapiẽtia voluptatẽ, voluptas cõtra succũbet. Nũ ista cõceditis? PRO. Mihi qdẽ cõcedenda videnẽ. SO. Philebo autẽ quidnã videẽ? PHI. Mihi sane voluptas pſtare videtur, sempq; videbiẽ. Ipse aũt noueris o Protarche. PRO. Cũ iã nobis Philebe cõcesseris disputationis officiũ, haud amplius apud te assentiẽdi Socrati vel dissentiẽdi potestas erit. PHI. Vera dicis. SO. At nũc expiationis gratia deã ipsam primũ inuoco, atq; testor. PRO. Et nos quoq; testes erim⁹ te ista dixisse. Verũ deinceps o Socrates vna cũ volẽte Philebo vel quomodocũq; vis, conemur absoluere. SO. Annitamur profecto ab ipsa dea exordiẽtes, quã hic Venerẽ nũcupatã inqt, sed verissimũ nomẽ eius voluptatẽ esse. PRO. Recte nimiũ. SO. Reuerẽtia vero mihi semp erga deoꝝ nomina, nõ humana q̃dã formido est: sed maximũ quẽq; timorẽ exuperat. Et nũc qdẽ Venerẽ quẽadmodũ ipsi gratũ est, sic appello: voluptatẽ vero variã esse scio: ab eaq; vt dixi, principia faciẽtes, quã habeat naturã inuestigare debemus. Etenĩ quãtũ ad auditũ attinet, simpliciter vna apparet: formas tñ varias admodũ, & inuicem quodãmodo dissimiles suscipit. Attẽde eñ, delectari dicim⁹ intẽperãtẽ hominẽ, delectari ipa tẽperãtia tẽperãtẽ: delectari insipiẽtẽ ĩsipiẽtib⁹ opinionib⁹ ac vana spe vndiq; plenũ, delectari etiã sapiẽtia sapiẽtẽ. has vtiq; voluptates si qs dissimiles neget, merito ĩsipiẽs eẽ videbiẽ. PRO. Hę qdẽ o Socrates ex cõtrariis reb⁹ pueniũt, neq; tñ ĩuicẽ ipsę cõtrarię. nõne voluptatis voluptas ĩ qb⁹ voluptas est, sui ipsi⁹ videlicet oĩm maxime simillima erit? SO. Eniuero o beate neq; color a colore ex eo q; color vnusqsq; est, differt. Attñ nigrũ albo pter id qđ differt, etiã cõtrariũ esse vniuersi cognoscimus. Quinetiã figura ad figurã eodẽ modo se habet: genere porro vnũ est vniuersum: partes aũt generis hui⁹, ptim lõge inter se differẽtes, ptim etiã cõtrarię sunt, cęteraq; hmõi multa reperiemus. Quãobrẽ noli huic rationi, quę cõtraria singula vnũ efficit, credere. Vereor enim ne forte voluptates quasdã inter se contra

Venus voluptas.

Plures modi delectãdi.

rias reperiamus. PRO. Forte. at qd hoc rõni nostræ obstabit? SO. Ob id certe obstare dicemus, ꝙ ipsa cum dissimilia sint alio quodã nomine nuncupas. Ais em̃ voluptaria oĩa bona esse: voluptaria vero quin voluptaria sint, nulla ꝓhibet ratio. Cũ aũt ex iis multa sint mala & bona quædam vt diximꝰ, tu tamen oĩa bona nũcupas. Ac etiam dissimilia inuicẽ cõfessurus es, si quis coegerit. Quid ergo in cũctis voluptatibus tam malis ꝗ̃ bonis idẽ cõmuniter inuenit̃, cuius gratia omnes bonum nuncupas? PRO. Quid ais o Socrates? An putas quempiã, cum posuerit voluptatem ipsum bonum esse, inde cõcessurum tibi quasdam bonas, nõnullas malas esse? SO. Verũtamẽ dissimiles esse multas, plerasꝗ etiã inter se cõtrarias confiteberis. PRO. Haud sane in quantũ voluptates sunt. SO. Rursus in idem relabimur o Protarche. Dicemus voluptatẽ nihilo a voluptate differre, sed oẽs sibi inuicem cõsimiles esse: & exempla in medium paulo ante inducta nihil mouebũt, contendemusꝗ instar eorum ꝗ inepti & rudes in disputationibus sunt. PRO. Quemadmodum dicis? SO. Quia si ipse te imitans atꝗ repugnans dicere ausim dissimillimum dissimillimi omniũ esse simillimũ, eadẽ ꝗ̃ & tu afferre potero. Vnde rudiores ꝗ̃ deceat, apparebimus, et ratio nobis excidet atꝗ defluet. Reuocemus igitur eã retractemusꝗ. forte enim vicissim agẽtes, & quasi easdẽ in ansas redeuntes, aliquo pacto cõueniemus. PRO. Dic quo modo? SO. Pone me iterum interrogatum abs te o Protarche. PRO. Quidnam? SO. Sapientia, scientia, mens, & ꝗcunꝗ ego a principio ponens bona vocabam rogatus quid ipsum bonum sit, nõne idem qđ & sermo tuus, patientur? PRO. Qua ratione? SO. Cunctę nãꝗ scientiæ multæ videbũtur, earumꝗ nõnullæ dissimiles inuicem. ꝙ siquę etiã contrariæ sint, nunqd pręsenti disputatione dignus fuero, si hoc ipsum veritus, nullam sciẽtiã scientiæ dissimilem dixerim? Sic tãdem sermo noster tanꝗ̃ fabula euanescerer, nos aũt ruditate quadã seruaremur. At sic fieri minime decet, quin potiꝰ salutis ratio habẽda est. Mihi igitur & in tua, & in mea oratione ex ęquo id placet: vt multę videlicet voluptates atꝗ dissimiles sint, multę pręterea differentesꝗ scientię. Differentiam itaꝗ mei ac tui boni o Protarche minime abscondentes, sed in lucem potius educentes, discutere audeamus, siquo pacto per redargutionẽ significatur, vtrum voluptatem ipsum bonum, vel sapientiam, aut tertiũ qddã præter ista, nũcupare deceat. Nunc enim nequaꝗ̃ istud cõtendere debemus, vt quę ipse pono aut quę tu, vincant, sed vt illi qđ verissimũ est, faueamus. PRO. Sic oportet. SO. Hoc item multo magis mutua confessione asseueremus. PRO. Quidnam? SO. Qđ homines oẽs fatigat, tum volentes, tũ etiã nolentes, aliquos præcipue, & aliquando. PRO. Dic planius. SO. Sermonem ꝗ nunc incidit inquã natura mirabilem. Multa vnum esse, & vnũ multa, mirabile dictu. Atꝗ facile est aduersus eũ qui alterutrũ posuerit dubitationes mouere. PRO. Nunqd ais cũ quispiam me verbi causa Protarchũ vnum natura genitũ asserit? deinde me rursus multos atꝗ cõtrarios prædicat, magnũ, paruũ, grauẽ, leuem eũdem hoĩem, aliaꝗ permulta? SO. Tu qdem o Protarche inducis ea circa vnũ ac multa mirãda, ꝗ̃ diuulgata sunt, & vt ita dicam ab omnibus iam concessa, ꝙ minime tentanda sint, veluti puerilia quædam, & facilia cognitu, ac maxima disputationi futura obstacula, siquis admiserit: neꝗ etiam mirabilia hæc habẽda inquã, cũ ꝗs cuiusꝗ mẽbra partesꝗ ratione diuidẽs vniuersa hęc illud vnũ esse fatet̃, deinde talia quędã refellit, deridens quasi monstra fateri cogat̃, ꝙ vnum multa infinitaꝗ sit, multaꝗ vnũ. PRO. Tu vero quęnã alia dicis o Socrates, ꝗ̃ nõdũ concessa circa sermonem eundem diuulgata sint? SO. Quando quispiã o puer, ipsum vnũ nihil ex iis quę oriuntur, & occidũt, ponit, vt paulo ante nos diximus, tunc tale vnũ haudquaꝗ̃ refelli debere cõcessum est. At cũ vnũ hoĩem affirmare conatur, bouẽ vnũ, pulchrũ vnũ, vnũꝗ bonũ, tunc sane in iis vnitatibus, & huiuscemodi rebus anxium studium: cum diuisione ambiguitas fit. PRO. Quo pacto? SO. Primo quidem vtrum admittendũ sit, eiuscemodi quasdam vere existẽtes vnitates esse: Deinde quomodo quãlibet earũ vnã semꝑ eãdemꝗ esse putandũ, nec generationẽ nec interitũ suscipientẽ, suaꝗ in vnitate firmissimã: Postremo nũquid in rebus genitis, & infinitis queꝗ ponenda sit, siue dispersa, multaꝗ ex vna iã facta, siue tota ipã ab se ipsa seorsum, qđ quidem maxime omnium impossibile videretur, vnum idemꝗ simul in vno multisꝗ fieri. Non illa igitur o Protarche, sed ista sunt quę circa vnũ & multa male accepta, oĩs difficultatis defectusꝗ sunt causa, bene aũt examinata facilitatis, atꝗ facũdię. PRO. Oportet nos o Socrates hoc primũ ĩ ꝑsentia discutere, vt & ego fateor, & hos oẽs talia cõcedere tibi existima. forte vero nũc pręstat Philebũ quasi malũ (vt dicitur) qđ bene iacet rogãdo non mouere. SO. At vnde potissimum exordiemur, cũ multa, & varia in his dubitationibus pugna insit? hinc ne? Dicimus vtiꝗ idẽ vnũ ac multa rationibus & sermonibus factũ, semꝑ per singula quę dicunt̃, & nunc, & olim vndiꝗ circũcurrere. Idꝗ neꝗ nunc incepit, neꝗ desinet vnꝗ̃, sed est, vt mihi videtur, hæc rationum sermonumꝗ immortalis, & indeficiens nobis insita passio. Cũ primũ adolescens aliquis id gustauit, secũ ipse cõgratulat, quasi quędã thesaurũ sapientię nactus, & voluptate plenus exultat, ac furit, omnẽꝗ disputationẽ prõpte ptentat, atꝗ sermonẽ vndiꝗ discutit, tũ quidẽ in alteram partẽ reflectẽs, & in vnũ cõmiscẽs, tũ vero explicãs iterũ, & in multa distribuẽs, vbi certe in dubitationẽ difficultatẽꝗ seipm primo ac ꝑ

Prima dubitatio circa vnitatẽ. Secunda. Tertia.

Malũ qđ bene iacet, nõ moueas.

cipue deiicit, deinde ꝓximũ quęq; siue iunior, siue senior, siue ęqualis sit, nec patri, nec matri, nec audientiũ cuiq; parcens, ferme etiã nec aliis animantibus, nedũ hominibus. quandoquidem & barbarorũ nemini parcat, modo interpretẽ nãciscatur. PRO. An non vides o Socrates nos qui astamus omnes iuuenes esse? non meruis ne vna cũ Philebo, si nos ita obiurgaueris, in te impetum faciamus? verũtamen, intelligimus enim qđ dicis, si quis modus est, si qđ machinamentũ ad hãc ꝑturbationẽ benigne quodãmodo e disputatione reiiciendã, ac viã quandã in rationẽ atq; sermonẽ cõmodiorẽ repertẽdã, ipse id meditare, nos vero pro viribus te sectabimur: Neq; enim exiguus est sermo ꝑsens o Socrates. SO. Non certe o pueri, sic enim Phileb⁹ vos appellauit. Nulla tñ est via pulchrior, neq; esse potest q̃ illa quã semp ego dilexi. At illa me sępe fugiẽs desertũ inopẽq; destituit. PRO. Quęnã ista? dic modo. SO. Quã declarare haud nimiũ difficile est, vti vero difficillimũ. Quęcunq; enim per artẽ adinuenta sunt, hac in lucẽ hoĩbus ꝓdierunt. Aĩaduerte q̃so quã dico. PRO. Dic tantũ. SO. Donũ ꝑfecto deorũ ad hoĩes vt mihi videt̃ per Prometheũ quẽdã vna cũ lucidissimo quodã igne descendit. Etenim prisci nobis præstantiores, diisq; ꝓpinquiores, hæc nobis oracula tradiderũt, q̃ cũ ex vno, & multis constent vniuersa quę semp esse dicunt̃, terminũq;, & infinitũ innatum habeant, oportet nos in his sic se habentibus, vnã semper ideã de quolibet generatim ponentes inquirere, eam insitã inuenturos. quã si cõprehendamus, post vnã, siquo mõ duę sint ꝑscrutari: si minus id pateat, tres, aut aliũ numerũ quærere, & quodlibet eorũ quę sunt vnũ, rursus eodẽ pacto diuidere quousq; ipsum in principio vnũ, nõ modo q̃ vnũ multaq; & infinita sit, verũ etiã quot sit, aliq̃s noscat: infiniti aũt ideã nõ prius ad multitudinẽ adhibere, q̃ q̃s numerũ oẽm inter infinitũ & vnũ, mediũ cadentem ꝑcipit. Tunc demũ vnũ quodlibet oĩm abeuntiũ in infinitũ dimittere. Dĩi ergo vt diximus, sic nobis inuestigare, discere, & alterutrum docere dederũt. Qui vero nunc extant ex hominibus sapientes, vnũ quidẽ ac multa vtcunq; contingit, velocius atq; tardius q̃ decet inducunt, & post vnũ infinita cõtinuo, media vero illos effugiunt. Quibus disputãdi ratio, tum dialectica, tum etiã litigiosa discreta est. PRO. Quæ modo dixisti o Socrates, partim intelligere mihi videor, partim clarius audire desidero. SO. Perspicuum hoc constat in literis o Protarche qđ diximus. Itaq; in his quas didicisti, id accipe. PRO. Quonam pacto? SO. Vox inquã ex ore nobis erũpẽs vna est, & infinitę rursus voces numero, & cũctorũ pariter, & cuiusq;. PRO. Quid ni? SO. Neutro tamẽ horũ sapiẽtes efficimur, nec q̃ eius infinitũ, nec iterũ q̃ eius vnũ cognoscimus, sed quia & quot, & quales sunt, tenemus. hoc enim vnũmquẽq; nostrũ grammaticũ reddit. PRO. Verissima loqueris. SO. Idẽ quoq; musicũ hoĩem facit. PRO. Qua ratione? SO. Vna quodãmodo & in hac arte vox est. PRO. Quid ni? SO. Duo itẽ ponẽda sunt graue, & acutũ, ac tertiũ tonus medius. nonne ita? PRO. Ita. SO. Verũtamẽ nondũ sapiẽs musicus eris, si hæc sola cognoueris, & ista ignorans, vt ita loquar, nullius eris in musica ꝑcii. PRO. Nullius. SO. Sed postq̃ o amice acceperis quot interualla vocis numero sunt circa graue atq; acutũ, & qualia, nec non interuallorum termini, & quotcũq; ex his cõpositiones proueniunt. Quę maiores nostri cõspiciẽtes nobis eorũ sectatoribus, vt huiusmodi q̃dam harmonias appellaremus, tradiderũt. In motibus præterea gestibusq; corporis alia q̃dã talia iesse mõstrarũt, quę p nũeros mẽsurata rhythmos atq; mẽsuras vocari iussere: cogitare præterea q̃ eadẽ ratione de vnoquoq; quod vnum, & multa est, cõsiderare debemus. Nã quando ista sic accipis, sapiẽs tunc euadis. Cũ vero & aliud qcq̃ ita cõprehẽdis, sapiẽs rursus circa illud efficeris. Infinita aũt singulorũ eñ in singulis multitudo te sapientię, rationis, numeri reddit expertem, vtpote in numerũ nullũ alicuius q̃nq; respicientẽ. PRO. Pręclare hęc o Philebe Socrates mihi dixisse videt̃. PHI. Mihi quoq;, sed quid ad rẽ hic sermo? quidve sibi vult? SO. Recte id o Protarche Phileb⁹ iste quęsiuit. PRO. Prorsus. Responde igit̃. SO. Efficiam qđ vultis, cũ de his iisdẽ paulisper etiã disputauero. Vt enim si quis vnũ aliqđ accipit, is vt diximus, haud mox in infiniti naturã, sed aliquẽ numerum descendere debet, ita vicissim, siquis infinitum primo sumere cogitur, nequaq̃ in vnum cõtinuo, sed in numerũ quẽdã qui multitudinẽ aliquã habeat debet intendere, ex oĩbusq; tandẽ in vnum desinere. Qđ vero nunc diximus, rursus in literis cõiectari licet. PRO. Quomõ? SO. Postq̃ infinitam vocẽ cogitauit, siue deus aliq̃s, siue homo diuinus, qualis apud Aegyptios Theuth fuisse fertur, primo in ipsa vocis infinitate vocales literas considerauit, q̃ nõ vna, sed plures sunt, rursusq; alias quæ non vocis, sed phthongi participes essent. Atq; harũ numerũ certũ similiter definiuit. Tertiã deinde speciẽ literarũ distinxit, earum quas nunc mutas vocamus, postremo liquidas mutasq; discreuit vsq; ad quodlibet vnũ, vocalesq; & medias eodẽ modo, donec earũ capiẽs numerũ in vnaquaq; & cunctis elemẽtũ vocauit. Cũq; videret neminẽ ipsum vnũ secũdũ seipm̃ seorsum a reliq̃s ꝑcepturũ, huiusmodi vĩculũ meditat⁹ vt vnũ existẽs, & has oẽs vnũ quodãmõ faciẽs, vnã in tẽpus artẽ noĩe grãmaticã statuit. PHI. Hæc planius q̃ supiora videlicet ipsa inuicẽ cõparata o Protarche cõprehendi. Idẽ tñ & nunc, & superius in hac disputatione desidero. SO. Nũ hoc o Philebe requiris, qđ videlicet ad sermonẽ nostrũ ista conferant? PHI. Ita id est qđ dudũ ego vna & Protarchus reqrimus. SO. Nunquid hoc

Donũ deorũ, via pulcherrima.

Prisci & nobis ꝑstãtiores & diis ꝓpinquiores.

Hoc loco q̃s nosse posset, quũ ponat sciẽtiã esse virtutẽ, & virtutẽ in mediocritate, q̃ scientia sit etiam i quadã mediocritate, id est inter terminũ & infinitũ. Hac ratione & Aristoteles voces in decẽ gñ̃a coegit.

Circa finita. i. media sapiẽtia ẽ. Circa infinita nõ est ratio.

Theuth.

De speciebus literarum.

assecuti, reqritis tñ iápridẽ vt inquis? PHI. Quonã pacto? SO. An nõ de sapientia & voluptate nobis ab ipso principio disceptatio extitit, vtrũ ex iis eligendũ? PRO. Immo. SO. Etenim vnũ illorũ vtrũq; esse diximus. PRO. Diximus profecto. SO. Hoc ipsum prior sermo reqrit, quõ vnũ, & multa vtrunq; horũ est, quove pacto non infinita cõtinuo, sed certũ numerũ quodlibet prius accepit, q̃ infinitũ por rigeretur. PRO. Haud sane in leuẽ nos questionẽ circulo quodã, nescio quo modo, flectẽs Socrates o Philebe deduxit. Quare age, cõsidera vter nostrũ ad presentẽ interrogationem respondeat. Forte eñ ridiculum est, me disputationis totius successorẽ, ex eo qđ respõdere ad id modo nequeã, rursus hoc ipsum tibi imperare. Attñ ridiculũ multo magis esset neutrũ nostrũ id posse. Meditare itaq; qd agamus. species enim voluptatis a nobis querere nunc Socrates mihi videtur, vtrum sint, nec ne, quotq; prӕterea, qualesve sint, & de sapientia eadẽ similiter pcontari. SO. Vera loqueris o Callię filí. Nisi eñ id circa quodlibet vnũ, simile, idem, & contrariũ, quẽadmodũ oratio precedens ostẽdit, obseruare pos simus, nullus vnq̃ nostrũ vllius erit ad aliquid precii. PRO. Sic ferme o Socrates se res habere videt. Verum prӕclarũ temperato viro cuncta dinoscere. Secunda vero nauigatio quedã videtur seipsum minime latere. quorsum aũt ista nunc dixerim, declarabo. Ipse nobis o Socrates congregationis huius auctor extitisti, teq; ipsum ad inuestigãdum quid ex humanis rebus optimũ sit, prӕbuisti. Nam cum Philebus voluptatẽ, delectationẽ, lӕtitiam, & reliqua huius generis, hominibus optima esse assereret, tu illi statim contradixisti, non ea q̃ diceret esse optima, sed illa poti⁹ quę sepenumero in memoriam nobis sponte reducimus recte agẽtes, vt memoria repetita vtraq; examinent. Dicis aũt, vt videtur, ipse qđ recte appellandum erit prӕstantius voluptate bonũ esse, mentẽ, sciẽtiã, intelligẽtiã, artẽ, & reliqua huiuscemodi, q̃ capessere potiusq̃ illa debemus. Cum igitur hęc vtraq; ambiguitate quadam dicta fuissent, nos ioco quodam minati sumus nõ prius te dimissuros q̃ huic controuersiӕ certa quadam determinatione finis sufficiens imponeretur. Tu vero concessisti quidẽ, teq; ipsum ad id exequẽdum nobis exequendũ exposuisti. Nos autẽ dicimus vt pueri solent, q; recte datorũ ablatio nulla est. Pone igitur iam hunc disputandi modũ ad ea q̃ dicta sunt. SO. Quem dicis? PRO. Qz dubitationum scrupulos iniicis, eaq; interrogas, quorũ sufficientẽ responsionẽ in psentia tibi reddere non possem⁹. Neq; enim disputationis huius finem existimare debem⁹ nostrorũ omniũ ambiguitatem. Atq; si minus id nos valemus, tibi agendũ est: pollicitus eñ es. Ad hӕc itaq; tu consulta, vtrũ voluptatis & sapientię species distinguẽdę, an potius dimittendӕ, an alio quoq̃ modo queas ac velis, quӕ nunc inter nos dubitata sunt, aperire. SO. Nihil iã graue futurũ formidare me decet, qñ quidẽ tu sic hęc dixisti. Eo nãq; q; si velim dictum est, oĩs penitus formido fugat: accedit, q; deorũ aliqs ad hӕc memoriã nobis aliquã suppeditasse videtur. PRO. Quo pacto, & quoꝶ memoriã? SO. Cum olim siue somnians, siue vigilans quasdã rationes audiuerim, nũc de voluptate, & sapientia cogito hoꝶ neutrũ esse bonũ, sed tertiũ aliqd, qđ aliud est q̃ vtrũq;, & ambobus est melius. idq; si nũc nobis liqdo pateat, voluptas a victoria pcul aberit: bonũ quippe idẽ qđ illa nequaq̃ erit. Sic ne? an aliter? PRO. Sic vtiq;. SO. Speciebus itaq; voluptatis ad diuisionẽ haud amplius, vt mea fert opinio, indigebimus, qđ in sequentibus clarius innotescet. PRO. Prӕclare loqris, perge sic obsecro. SO. Paucula quӕdam prius asseueremus. PRO. Quenã? SO. Ipsius boni sortẽ videlicet, vtrũ necesse est pfectũ ipsum, aut non pfectũ esse. PRO. Omniũ o Socrates pfectissimũ. SO. Quid vero, sufficiẽs ne bonũ ipsum est? PRO. Quid ni? & in hoc ipsum ab omĩbus q̃ sunt differre necesse est, cunctisq; prӕstare. SO. Hoc quoq; de illo maxime vt arbitror necessariũ est asserere, q; omẽ cognoscẽs idipsum venat, & appetit apphẽdere, cupiẽs atq; ipsum in se, & alia circa ipm possidere, cęterorũq; nihil curat, pterq̃ q̃ vna cũ bonis pficiũt. PRO. His repugnare nõ licet. SO. Cõsiderem⁹ igit diiudicemusq; voluptatis, & sapiẽtię vitã, seorsũ ĩspiciẽtes. PRO. Quo pacto inqs? SO. Neq; in voluptatis vita sapiẽtia insit, neq; in sapiẽtię vita voluptas. Oportet eñ si qdẽ istoꝶ bonũ est nullius amplius indigere: si vero indigũ apparet, haud vlterius reuera nobis est bonũ. PRO. Nõ certe. SO. Num volumus in teipso periculũ facere? PRO. Prorsus. SO. Responde igitur. PRO. Dic amabo. SO. Optares ne o Protarche plenã sũmis voluptatibus oẽm vitã agere? PRO. Quid ni optem? SO. Nũqd alio quopiã indigere te vltra putares, qñ pfecta harũ possessiõe fruereris? PRO. Nequaq̃. SO. Aduerte itaq;, num ipsa sapientia indigeres, & intelligentia, & conuenienti ratiocinatione, & aliis quecũq; hoꝶ cognata, an nõ rei alicuius visu? PRO. Et qd? oĩa porro haberẽ, si voluptate fruerer. SO. Et ita viuens, per oẽm vitam pcipuis voluptatibus abundares? PRO. Profecto. SO. Si mẽte, memoria, sciẽtia, opinione vera penitus careas, primo qdẽ hoc ipsum, gaudeas ne, an nõ gaudeas te ignorare necesse est, cũ sis omĩ sapiẽtia vacuus. PRO. Necesse. SO. Et cũ memoria sis priuat⁹ haud sane te aliqñ delectatũ fuisse recordaberis, nec vlla voluptatis repente incidẽtis restabit memoria? & opinione vera orbus, dũ lӕtaberis, letari te minime opinabere. Ratione quoq; captus, q; in posterũ voluptatẽ aliquã adepturus sis, ratiocinari non poteris. Duces aũt nõ hoĩs vitã, sed pleumonis cuiusdã. i. spõgię marinę, aut ostreę marinę psimilẽ. Sũt hӕc vera? An aliter pter hęc sentire possum⁹?

Scđa nauigatio q̃ dã esse videt seipm non latere.

Neq; volũptatẽ neq; sapiẽtiã eẽ summum bonũ sed tertium.

Cõditio & sors boni triplex.

PRO. Et quo pacto aliter? SO. An vita nobis huiusmodi expetẽda? PRO. Mutũ me o Socrates pſens rõ reddidit. SO. Ne desistam⁹ hic obsecro, sed iã mẽtis vitã in mediũ adducẽtes vlterius cõsiderem⁹. PRO. Qualẽ inquis? SO. Vtrũ aliquis viuere sic eligeret, vt sapiẽtiã, mẽtẽ, sciẽtiã, memoriam omnem omniũ possideret, voluptate vero nulla penitus frueretur, nec rursus afficeret molestia, sed sine vllo tali affectu viueret? PRO. Neutra ex iis o Socrates vita aut mihi aut alteri, vt arbitror, eligẽda videtur. SO. Quid aũt o Protarche vita ex ambob⁹ in vnũ cõgrediẽtib⁹ mixta, & cõmunis effecta? PRO. Ex voluptate ais, sapientiaq₃, & mẽte? SO. Hãc ipsam dico. PRO. Vnusquisq₃ sane hanc ipsam potius q̃ ex superioribus alterutrã eliget: neq₃ vnus optabit qdẽ, alius minime, sed idẽ oẽs pariter expetent. SO. Videm⁹ ne igit qd ex iis sequat? PRO. Prorsus qdẽ ꝙ tres vitę ꝓpositę sunt: ex duab⁹, neutra sufficiẽs, aut optãda vel hoĩbus vel cęteris aĩantib⁹. SO. An nõ circa hęc iã id cõstat ꝙ neutra ipsum bonũ possidet? etenĩ perfecta & sufficiens esset, & vniuersis plantis, & animantibus exoptanda, quæcunq₃ sic semper viuere possent. Siquis vero ex nobis alia eligat, ꝑter naturã eius qđ reuera affectandum est eliget, neq₃ id sponte, sed ex ignorantia vel infelici quadã necessitate. PRO. Hęc ita se habere videnf. SO. Q₃ ergo Philebi deã haud idẽ qđ ipm bonũ existimare oporteat, satis iã dictũ eẽ videf. PHI. Sed neq₃ etiã tua mens o Socrates. prædictas enim obiectationes patif. SO. Forsitã o Philebe mea. non tñ verã diuinãq₃ mẽtẽ sic arbitror, sed aliter sese habere. Palmã igitur, & victoriã quin vitę cõmuni tradere debeamus, nihil ob mẽtẽ dubito. Secundas aũt partes cui potius tribuamus, diiudicãdũ restat. forte nanq₃ vitæ cõmunis causam vnus ex nobis mẽtem, alter voluptatem esse contendet, atq₃ ita bonũ ipsum neutrũ erit istorum. forte vero quis hoꝝ alterutrũ causam esse cẽsebit. De hoc itaq₃ aduersus Philebũ præcipue decertarẽ, ꝙ hac in vita ꝑmixta quicquid illud deniq₃ sit qđ ab hac vita susceptũ expetendã ipsam bonãq₃ reddit, mens ipsa, nõ voluptas illi cognatior est, & similior. Atq₃ ex hac ratione voluptas nec primas, nec secundas etiã partes reuera tenebit : longius autem aberit a tertia forte, siqua meæ menti fides nunc est adhibẽda. PRO. Atq o Socrates voluptas iã prostrata videtur rationibus tuis ꝑcussa, nã & spe victorię decidit. De mente vero dicendũ, ꝙ non sapienter sibi victoriam vendicaret. Eadẽ quippe pateretur. voluptas autẽ secunda sorte priuata, oĩno iã ab eius amatoribus contemnetur: neq₃ enim ęque pulchra vlterius apparebit. SO. Quid igitur? nonne dimittere illã prestat, nec exquisita examinatione, redargutiõeq₃ affligere? PRO. Nihil ais o Socrates. SO. An quia impossibile quiddã protuli, affligi voluptatẽ? PRO. Nõ ob hoc tantum, verumetiã ꝙ ignoras nostrũ nullũ prius abire te dimissurum, q̃ ad horũ finẽ ratione deueneris. SO. Papę o Protarche, lõga admodũ oratio sequẽs, ferme vero nec facile qddã nunc. Constat enim aliis quibusdam iaculis præter rationes superiores opus esse, siquis palmã menti secundã cõparaturus accedat. forte vero aculei quidam hi quoq₃ sunt. nõne oportet? PRO. Quid ni? SO. Principium itaq₃ huius ponentes caute & distincte accipere annitamur. PRO. Quale principium dicis? SO. Oĩa quę nunc in vniuerso sunt, bifariam distinguamus. Immo si vis trifariã. PRO. Quonã pacto? SO. Accipiamus nõnulla ex iis quę nunc a nobis sunt dicta. PRO. Quęnã? SO. Deũ profecto dicebamus ex iis quę sunt, alterũ quidẽ infinitum, alterum vero terminũ ostẽdisse. PRO. Omnino quidẽ. SO. Has vtiq₃ species duo illa esse ponamus: Tertiũ illud, qđ vnũ ex vtrisq₃ cõmixtum. Ridiculus tamen videor, dum sufficienter secũdum species diuidere, atq₃ dinumerare cõtendo. PRO. Quid ais o bone vir? SO. Quarto adhuc genere opus esse cõstat. PRO. Quonam? SO. Causam alternæ cõmixtionis istorũ considera: eamq₃ præter tria illa quartum ponito. PRO. Nunquid & quinto insuper indigebis aliquo discernente? SO. Forte. non tamen in præsentia vt arbitror. Sinautem opus fuerit, ignosces mihi quintã vitam sectãti. PRO. Quid obstat? SO. Principio ergo ex quatuor tria seligentes, duoq₃ ex tribus, sic se habere consideremus, vt vnum quodq₃ duorũ sit multa, diuiduum insuper atq₃ dispersum. Rursusq₃ in vnum vtrũq₃ ducẽtes, cogitare nitamur quomodo vtrunq₃ vnum multave sit. PRO. Si planius eadem dixeris, forte assequar. SO. Duo ꝑfecto quæ ꝓposita sunt, ista dico, finitũ, & infinitũ. ꝙ aũt infinitũ multa quodãmodo sit, conabor ostẽdere, finitũ vero in posterũ differatur. PRO. Differatur. SO. Attende igitur: arduum nanq₃ atq₃ maxime dubitandum est, qđ considerare te iubeo. Attamen animaduerte. Primum aũt circa calidius frigidiusq₃ considera, vtrũ terminũ aliquẽ in eis inuenias: an potius magis ac min⁹ dum iis generibus insunt, finẽ reiiciant. fine nanq₃ adhibito, ipsa etiam finirenf. PRO. Vera loqueris. SO. Semp tamen in ipso calidiori & frigidiori magis ac minus esse fatemur. PRO. Et maxime qdem. SO. Semper ergo nobis hæc ratio monstrat ab iis finẽ abesse: & cũ sine fine sint, oĩno ĩfinita fieri. PRO. Vehementer o Socrates. SO. Euge amice Protarche aduertisti nũc ꝙ hoc ipm vehemẽter abs te mõ ꝓnũciatũ, & ipsum quoq₃ qđ remisse dicitur, eãdem vim habent, quã ipsum magis ipsumve minus? Vbicũq₃ eñ adsunt, haud quantũ vnũqđq₃ esse ꝑmittũt, sed semp vehementius remissiori, & vicissim vehemẽtiori remissius oĩbus actionibus inferẽtia, plus ac minus efficiunt, quãtũ vero semp obscurant. Nisi. n. deleãt quãtũ, sed & ipsum, & mẽsuratũ sedẽ ipsius qđ dicif vehementius, & remissius magisq₃

Triũ vitarũ q̃ optia.

Q₃ ĩfinitũ sit multa.

Magis ac min⁹ finẽ reiiciũt & quantum.

& minus occupare permittant, hæc ipsa repente e sua sede pellentur. Neq enim calidius, & frigidius vltra restarent, si quantū susceperint. Diffugient nempe nec vltra consistent ipsum calidius, & frigidius: quantum vero regnabit, pgressione cessante. Quāobrem hac ratione calidius, & frigidius infinita iam esse constat. PRO. Sic apparet o Socrates: verū tamen vt ipse dixisti, haud facile ista percipi possunt. Forte vero deinceps iterum repetita, interrogantem pariter & respondentem conspirare inuicē declarabunt. SO. Bene dicis, atq ita pro viribus agendū est, sed intuere primū, num id signū ponam9 infinitæ naturæ, ne singula transcurrentes orationē in longū nimiū protrahamus. PRO. Quodnam dicis? SO. Quæcunq magis ac minus, vehementer atq remisse, nimisq, & huiusmodi q̄dā admittūt cuncta in vnū infiniti genus reducenda sunt, queadmodum supra diximus, asserentes omnia quę diuidua dispersaq sunt, in vnū oportere colligi, secundūq vim vnā, vnā quandā naturā significari. Meministin? PRO. Memini. SO. Quæ vero talia quedā minime capiunt, sed eorū contraria, & cūcta, primo quidem ęquale ipsum atq æqualitatem, post æquale mox duplum, & singulas inde proportiones quascunq ad numerū numerus, & ad mensurā mensura demonstrat, hæc inquā omnia in genus finiti merito referremus. Quid ais ad hęc? PRO. Pręclare nimium o Socrates. SO. Agedum ex vtrisq cō mixtum quā ideam ferre dicemus? PRO. Id mihi tu dices vt arbitror. SO. Immo Deus, si modo quis deus meas preces exaudiat. PRO. Obsecra igitur, & contemplare. SO. Contemplor sane. Ac mihi videtur deorū aliq̄s nobis amice nunc aspirasse. PRO. Quo pacto id ais? & qua coniectura vteris? SO. Dicam plane, tu vero attentis auribus adsta. PRO. Dic modo. SO. Calidius ne aliquid nūc, & frigidius dicebamus? PRO. Certe. SO. Adde pręterea siccius & humidius, plus ac paucius, veloci9 atq tardius, maius & minus: ac deniq quotcūq in superioribus ad naturā vnā magis minusve suscipientē redegimus. PRO. An infiniti naturam inquis? SO. Hanc ipsam. cōmisce posthac vna cū iis progeniem termini. PRO. Quā? SO. Progeniē. s. termini. quā profecto decebat nos in vnū colligere queadmodū de infinito fecimus, neq dum collegimus. at forte nunc idē ages: his quippe vtrisq conciliatis, illa cō tinuo patefiet. PRO. Quā dicis, & quomodo? SO. Progeniē ęqualis, & dupli, & quęcunq differentiā mutuam cōtrarietatem fugat: cōmensurata vero, & consona faciens, numerū efficit. PRO. Intelligo. dicere nanq mihi videris si ista miscentur, generationes quasdam ex eorum singulis euenturas. SO. Et recte videor. PRO. Dic igitur. SO. Nonne in morbis recta horum communio sanitatis naturam genuit? PRO. Omnino. SO. In acuto autem etiam graui, veloci, & tardo cum infinita sint, hæc & terminū peperit, & perfectionem musicę pręstitit. PRO. Pręclare. SO. Quinetiam rigori & æstui tradita, id q̄d multum, & minus, & infinitū dicitur abstulit, mensuratum aūt atq vna cōmēsuratū adhibuit. PRO. Quid ni? SO. Ex iis temperies anni, & quęcūq pulchra sunt cuncta manarunt infinitis inuicē finitisq coeuntib9. PRO. Certe. SO. Atq alia insup innumerabilia prætermitto, veluti cum sanitate pulchritudinem atq robur. In animis quoq permulta atq præclara: petulantiam quippe, & vniuersam improbitatē dea hęc animaduertēs o bone Philebe omī termino voluptatū expletionisq carere, legem & ordinē quibus termin9 inest, iis apposuit, eamq tu sic infici ac perdi, ego contra seruari dico. Tibi vero Protarche quidnam videtur? PRO. Hæc prorsus secundum meā sententiā sunt asserta. SO. Nonne tria hæc iam protuli, modo intelligas? PRO. At apprehendere arbitror. Vnum quidem infinitum asseris. Secundum autem in iis quæ sunt terminum. Tertium vero illud quid dicere velis haud satis teneo. SO. Copia te o mirifice vir, generationis eius q̄d est tertium stupefecit: q̄q̄ & infinitū multa genera cōtinebat, q̄ tamē genere ipsius magis minusve signata, vnū apparuerunt. PRO. Vera narras. SO. Verūtamen neq terminus multa continebit, neq q̄ vnū natura esset, vlla difficultate admittebamus. PRO. Quo enim modo? SO. Nullo modo. Sed tertium scito me dicere vnum hoc q̄d cunq ex iis nascitur, generationem videlicet in essentiam, ex mensuris vna cum termino constitutis. PRO. Intellexi. SO. Cæterum quid præter hæc tria, quartum genus sit, discutiendū restat. Cōmunis autē ista disceptatio est. Vide nū tibi necessarium videatur, quodcunq gignitur, per aliquam causam gigni. PRO. Mihi plane. Quomodo enim absq ea fieret? SO. Et efficiētis natura noīe dūtaxat a causa differt, efficiensq & causa vnum merito vocabunt. PRO. Merito. SO. Quinetiam factum ac genitum solo nomine discrepabūt. PRO. Certe. SO. Præcedit quidē atq ducit natura semper q̄d efficiens est: q̄d vero factū est ab eo genitumq, ipsum sequitur. PRO. Prorsus. SO. Nō ergo idem, sed aliud est causa, & q̄d ad generationem causæ seruit. PRO. Quid p̄hibet? SO. An nō genita ipsa, & ex q̄bus gignunt oīa, tria nobis genera p̄buerunt? PRO. Maxime. SO. Omniū aūt istoꝝ opificē quartū ponim9, causamq vocamus, vtpote aliud quiddā q̄ illa ad sufficiētiā demonstratum. PRO. Ponim9 absq dubio. SO. Verū iā decet cū quatuor discreta sint, singulorū memoriæ gratia singulatim illa dinumerare. PRO. Vtiq. SO. Primū igit infinitum dico, secundū terminū, tertiū mixtā ex iis genitāq essentiam: postremū mixtionis generationisq causam, si quartū vocē, nunqd errarē? PRO. Nullo pacto. SO. Agedū deinceps quæ nobis oratio, & quid potissimū inquirentes ad hæc deuenimus? nonne id erat?

Signū infinitæ naturæ.

Quę i genere infiniti.

Quę i gñe finiti.

Recta horū cōio. i. ęqualis vł dupli vel cæterorū. Morb9 est in excedēte vel cessante calido frigido humido & sicco. Hic autē si ad quandā p̄portionē dixeris, sanitas est.

Quærebamus nēpe cuinā secundæ victoriæ partes concederentur, voluptati ne, an potius sapientiæ. An nō ita? PRO. Ita certe. SO. Postq̄ ista in hunc modū distinximus, nonne melius iudicabimus cui prima, cuive secūda victoriæ palma danda sit, ex iis quæ supra in certamē venerūt? PRO. Forte. SO. Victricē sane posuimus vitā ex voluptate & sapientia mixtā. PRO. Immo. SO. Qualis sit, & cui⁹ generis hęc vita quodāmodo cernimus. PRO. Cernimus. SO. Pars nempe tertii generis. Neq; eñ quod ex duobus quibusdā mixtū illud est, sed qđ ex infinitis omnibus a termino nexis. Quapropter merito superatrix hæc vita illius pars erit. PRO. Et recte admodū. SO. Eia Philebe dulcis illa tua ac simplex vita ad quod p̄dictorum genus p̄tinere iure putabitur? Sic aūt responde anteq̄ explicetur. PHI. Dic modo. SO. Voluptas ac dolor terminū habent, an potius ex eorum genere sunt, quæ magis minusve suscipiunt? PHI. Ita ex iis quę magis o Socrates: neq; eñ voluptas omne bonū esset, nisi suapte natura, & secundū multitudinē, & scđm id qđ magis, infinita existeret. SO. At neq; etiā dolor o Philebe omne malū: quāobrem aliud quiddam nunc considerare debemus q̄ infiniti naturā, qđ voluptatibus partem boni aliquā prębeat. Enimuero ex iis indeterminatis vita illa tua sit. Sapientiā autē sciētiamq;, & mentem in quod potius ex prędictis o Protarche atq; Philebe referētes, aduersus pietatem nequaq̄ peccabimus? haud enim mediocre p̄iculū nobis imminere videtur, recte aut non recte tractantibus quod modo quæsitum est. PHI. Deum o Socrates tuum extollis. SO. Et tu o amice deam tuam. Verum ad id qđ quęsitum est redeūdum. PRO. Probe loquitur Socrates o Philebe. Ideoq; pręstanda illi fides est. PHI. An non o Protarche pro me dicturum te promisisti? PRO. Maxime. Nūc autem hæsito, & vereor, teq; adesse nobis o Socrates tanq̄ prophetā obsecro, nequid nos tibi circa certatorem aberrantes, pręter melodiam canamus. PHI. Fides adhibēda Protarche, nihil eñ difficile iubes. SO. Equidem Deū reuera vt Philebus inquit extollens iocando te turbaui, interrogans cuiusnā generis mens & scientia essent. PRO. Maxime quidem o Socrates. SO. Facile tamen: omnes siquidem sapientes sese extollentes consentiunt, intellectū esse cæli terręq; regem, ac forte recte loquuntur. ꝙ si vis, hoc genus diffusi⁹ examinabimus. PRO. Dic arbitratu tuo o Socrates nihil prolixitatē veritus, neq; enim molestus eris. SO. Præclare loqueris: hinc igitur interrogantes exordiamur. PRO. Vnde? SO. Vtrum o Protarche dicēdum est vniuersum hoc agi ab irrationali quadā temerariaq;, & fortuita potestate? An contra, quēadmodū maiores nostri senserunt, ordine quodā mētis, & sapientię mirabilis gubernari? PRO. Nulla est comparatio. Nam quod modo dicebas o Socrates, p̄phanū mihi videtur: fateri autem mente oīa hęc exornari, sentētia q̄dā cōspectu mūdi solisq;, & lunę cæterorūq; siderū, & oīs deniq; cęlestis circuit⁹ digna ē, nec ego vnq̄ de iis aliter loq̄, aut sentire ausim. SO. Vis ne igitur qđ a priscis assertū est, nos itē cōfiteamur? hęc videlicet ita sese habere, nec modo putem⁹ alia sine p̄iculo proferri nō posse, verūetiā vna cū illis vituperationis p̄iculū subeam⁹, siqñ vir aliq̄s durus ac vehemēs, ista nō sic, sed sine ordine ferri contenderit? PRO. Quid ni velim? SO. Age igitur qđ sequitur cōtemplare. PRO. Dic iam. SO. Quę circa corpora viuentium sunt, ignē, aquā, sp̄m, atq; terram fluctuantiū instar, vt aiunt, in cōpositione inesse conspicimus. PRO. Et maxime quidē: in iis eñ sermonibus reuera propter ambiguitatē fluctuam⁹. SO. Ergo de vnoquoq; eorū quę circa nos sunt, id accipe. PRO. Quidnam? SO. Qꝫ vnumquodq; horum apud nos exiguū ac vile, nec vllo modo syncerum, & integrum, nec vim natura sua dignam ferens. quod quidē in vno animaduertens, de reliq̄s oībus idē existimato. Velut ignis, est quidē apud nos, est etiam ī vniuerso. PRO. Est. SO. Nōne ignis hic noster exiguus, imbecillus, & vilis, sed qui vniuersi p̄prius quātitate mirādus & pulchritudine, & omni quæ ad ignē p̄tinet, potestate? PRO. Vera nimiū loqueris. SO. An vero fit, alitur, ducit ab igni nostro mūdi totius ignis, vel cōtra, & meus, & tuus, & animantiū reliquorum oīs ab illo? PRO. Hæc respōsione digna nō sunt. SO. Recte eadē quoq; de animaliū ac mūdi terra diceres, & de aliis oībus quæ supra quęsiuimus, similiter responderes. PRO. Quisnam respondens aliter, sanę mentis æstimetur? SO. Nemo forsitan. sed iam ad reliqua. Omnia quippe nunc dicta in vnum composita contuentes, corpus app̄ellamus. PRO. Quid ni? SO. Idem quoq; de hoc, quem mūdum dicimus, accipe. Eadem siquidem ratione corpus est, ex eisdē cōpositum. PRO. Recte loq̄ris. SO. Vtrum ex hoc corpore nostrū corpus omnino, vel contra ex nostro ipsum nutritur, & quæcunq; paulo ante memorauimus suscepit, & habet? PRO. Neq; hoc etiā o Socrates in quæstionē cadere debet. SO. Quid hoc? debet ne an non? PRO. Dic quale sit. SO. Nostrum corpus animam habere fatebimur? PRO. Constat. SO. Vndenam o amice Protarche suscepit, nisi mundi corpus, qđ eadem quæ & nostrum ac etiam præstantiora continet, animā habeat? PRO. Aliunde nequaq̄. SO. Neq; enim existimandū o Protarche quatuor illa terminum, infinitum, mixtum, & causę genus in iis quartum cunctis existens, quod iis quidem q̄ apud nos sunt animā corpusq; prębet, dum imprimit vmbram, labefactatoq; corpore remedia parat, & in aliis alia constituit atq; restituit, omnē atq; integram sapientiam vocitari: cumq; eadem hęc in vniuerso cęlo eiusq; partibus amplioribus insint, ac præterea puriora præstantioraq; existant,

Genitum nō est mixtū ex duobus quibusuis sed ex infinito & termino duob⁹ cōstat.

Qꝫ voluptas & dolor sit i genere infinitorum.

Neq; voluptas oē bonū, neq; dolor oīe malum.

Intellectū esse cęli ac terræ regē.

De vilitate elemētorū apud nos.

in eis tamen præclarissimorum preciosissimorumque naturam minime reperiri?PRO.Nullam profecto rationem id haberet.SO.Quãobrem rationẽ illã vlterius prosequentes licebit asserere ea quæ sæpenumero prædicauimus,infinitũ prorsus in omni consistere, sufficientemque terminum causamque illis haud ignobilem semper adesse ornantẽ disponentẽque horas,& menses,& annos:mentẽ,& sapientiam merito nuncupatam.PRO.Merito.SO.Sapientia vero atque mẽs,absque anima nunq̃ essent.PRO.Nunq̃ certe.SO.Ergo in Iouis ipsius natura regiã animã,regiãque mentẽ inesse propter vim causę confiteberis,& in aliis itẽ alia pulchra,vt illorũ cuique dici placet.PRO.Maxime.SO.Præcedentem o Protarche sermonem nequaq̃ temere inductum putes:his enim qui olim mẽtem omni mundo pśidere ostẽderunt,adminicula prębet.PRO.Prębet sane.SO.Meæ vero petitioni responsum porrigit, quod mẽs est progenies omniũ causæ,quæ vnũ quiddã ex quatuor his quæ relata sunt,asseritur.habes iam igitur nostram expositionẽ.PRO.Habeo,& sufficienter quidem,& si cum ante responderis,me hacten⁹ latuisti.SO.Remissio studii o Protarche sępenumero iocus est.PRO.Pręclare loqueris. SO.Nunc igiẗ o amice in quo genere sit,quãve habeat vim,ad sufficiẽtiam ferme monstratum est. PRO.Omnino. SO.Quinetiã voluptatis genus iamptidẽ patuit.PRO.Nimium.SO.Reminiscamur iam & horũ circa vtraque,quod mens quidem causæ cognata eiusdẽque cum illa generis ferme erat,voluptas aũt infinita, eiusque generis quod nec principium nec medium neque finem in seipso suapte natura continet,aut aliquñ continebit.PRO.Quid ni reminiscamur?SO.Oportet itaque posthac in quo horũ vtrũque consistit, & propter quã passionem fit quotiens fit,aduertere.Vtque voluptatis primo genus ipsum inuestigauimus,sic & ista circa illam primo nunc inquiremus.Seorsum tamen a dolore voluptatem sufficienter examinare non possumus.PRO.Si hac gradiendum est,hac vtique gradiamur. SO.Num idem tibi quod mihi de horum generatione videtur?PRO.Quid istud?SO.Cõmuni in genere fieri secundum naturam dolor voluptasque videntur.PRO.Cõmune id genus amice Socrates,repete obsecro quidnam ex iis quæ supra distincta sunt,significare velis.SO.Pro virib⁹ o mirifice vir id agam.PRO.Bene inqs. SO.Cõmune profecto intelligamus,quod ex quatuor tertium numerauimus.PRO.An quod post infinitum finitumque locasti,in quo sanitatem & harmoniam vt arbitror posuisti?SO.Recte dicis,sed nunc dicendis maxime mentem adhibe.PRO.Dic iam.SO.Harmonia inquã soluta in animãtibus, vna naturæ solutionem generationemque dolorũ eo in tempore fieri.PRO.Cõsentaneum.SO.Rursus harmonia contemperata,& in sui naturam protinus restituta voluptatem fieri dicendũ est, si modo res maximæ verbis paucis concludendę sunt.PRO.Reor equidem te recte o Socrates dicere: clarius tñ exprimere eadem annitendum. SO.An non vulgaria,& notissima cognitu facilia sunt? PRO.Quænam ista?SO.Fames quidem solutio est,atque molestia.PRO.Est.SO.Comestio vero repletio atque voluptas.PRO.Ita.SO.Sitis iterũ corruptio solutioque,& dolor.Vis autem humore quod arefactũ est reficiens,voluptas est.Discretio insuper,& dissolutio præter naturam æstu quodam effecta molestia.At secundum naturam restitutio refrigeratioque, voluptas.PRO.Prorsus.SO. Concretio quoque humoris præter animalis naturam frigore facta,dolor.Contra humido liquescente,& in suam redeũte naturam,reditus iste voluptas.Ac summatim considera,num æqua tibi hæc oratio videatur.Quotiẽs corrumpitur animata species ex infinito & termino secundũ naturam vt diximus genita, eiusmodi corruptio dolor est.Cum vero hæc in essentiam suam refluũt,regressum hunc dicim⁹ voluptatem. PRO.Esto.Videtur enim hoc mihi admodũ verisimile.SO.Hanc vnã itaque voluptatis,& doloris speciẽ in iis passionibus vtrisque ponamus.PRO.Ponaẗ.SO.Pone deinceps expectationẽ harum in anima passionũ.Expectationẽ inquã quæ voluptaria antecedit,sperantẽ,gaudentẽ,atque suauẽ:quę vero molesta,formidolosam ac mœstã.PRO.Est igitur hęc voluptatis & doloris species alia, seorsum a corpore,solius animæ ab expectatione profecta.SO.Recte accepisti.In iis vtique vt mea fert opinio,vtrisque synceris existentibus,nec mixtis,voluptate videlicet atque dolore,liquido discernem⁹ num voluptatis vniuersum genus amandũ sit,an hoc potius alteri cuiq̃ ex ante dictis attribuendum:voluptati vero atque dolori,ceu calido,& frigido cæterisque talibus,cõperat vt interdũ amanda sint, alias nõ amanda: vtpote quę bona minime sint,sed quandoque certũ aliquid suscipientia,naturam boni sequãtur.PRO. Recte ais oportere sic incedere qui talia perscrutaẗ.SO.Primũ igitur id inspiciam⁹:si verũ est quod dicebaẗ,destructis illis dolorẽ,refectis voluptatẽ sequi:cũ neque deperdunẗ,neque etiam recreantur, quam potissimũ habitudinẽ tũc aĩalibus tribuere debeamus.Intentus itaque animo mihi respõde,nũ tibi necessariũ videaẗ quodlibet aĩal eo ipso in tempore nullo modo lętari vel angi.PRO.Necessariũ certe. SO.Est ergo status hic tertius præter mœrentis,& gaudẽtis affectũ.PRO.Est profecto. SO.Agedũ huius meminisse conare,ad iudicãdam siquidem voluptatem,reminisci vel non, permultum refert. breuibus tamen aliquid de ipsa si vis perstringamus.PRO.Dicas ergo,quid istud?SO.Eum qui contemplationis vitam eligit,nihil ita viuere prohibet.PRO.Seorsum a lętitia,& molestia dicis?SO.Dictum eñ in cuiusque vitæ cõparatiõe virũ cõtẽplatiõi deditũ nihil vlla ex parte vel gaudere vel angi.

Sapientiã & mẽs nõ absque aĩa.

Iocus sępe numero remissio studii est.

Qñ gignitur dolor ĩ cũctis reb⁹ & voluptas.

Stat⁹ medius voluptatis & doloris.

Vita cõtẽplatiua est diuinissima.

Deos nec lætari nec tristari.

PRO. Omnino sic dictum. SO. Nonne sic illi conuenit? Ac forte nil mirũ esset, si vita hæc cęterarum
omnium diuinissima sit. PRO. An absurdũ est deos gaudere vel contra tristari? SO. Absurdũ omino.
Indecens enim vtrunq; est. At hoc deinceps inuestigemus, siquid ad hanc disputationem cõferat: ac
mẽti ad secũdas victoriæ sortes, si minus ad primas possim⁹, accommodabimus. PRO. Recte loque-
ris. SO. Atqui alia species voluptatũ, quã animę propriã assignauimus, memoria constat. PRO. Quo
pacto? SO. Primũ quid memoria sit accipiendum videtur: immo ante eam quid sensus, si planius hæc
elucidare velimus. PRO. Quo pacto inquis? SO. Pone ex omnibus corporis passionib⁹ quasdã in cor
pore prius extinctas, q̃ in animam transfluant, passione vacuã dimittentes: alias per vtrunq; diffusas
& quandã quasi concussionẽ, tam ꝓpriam, q̃ cõmunem vtriq; pariter inferẽtes. PRO. Ponantur. SO.
Et passiones per vtrũq; minime propagatas si latere dixerimus animã, & per vtrũq; manãtes innote-
scere animæ, an recte dicemus? PRO. Certe. SO. Ipsum ergo latere nullo modo vt dicere videor, obli-
uionis generationem esse existimes. Est enim obliuio memoriæ exitus. Ea vero in iis quæ modo dice
bantur nõdum erat. Eius autem quod nec est nec fuit, iacturam fieri aliquam absurdum. PRO. Absur
dum. SO. Nomina ergo dũtaxat permulta. PRO. Quomodo? SO. Pro eo quod latere animam dixim⁹,
quando absq; passione corporei tumultus existit, quã nunc obliuionem vocare videris, insensationẽ,
vt ita loquar, potius nominato. PRO. Teneo te. SO. Motum autem in communi corporis & animæ
passione factũ si sensum vocaueris, haud ab re nominabis. PRO. Vera loqueris. SO. An nõ percipim⁹
iam quid sensum vocari velimus? PRO. Percipimus. SO. Sensus pręterea cõseruationẽ recte quis me

Memoria.

moriam mea sententia nuncupabit. PRO. Recte nimium. SO. Et a memoria reminiscentiã discrepare
fatemur, necne? PRO. Forte. SO. An non in hoc præcipue? PRO. Quonam? SO. Quotiens quæ cum
corpore passa est aliquando anima, eadem sine corpore in seipsa resumens animaduertit, tũc meminis
se eam asserimus, an non? PRO. Valde quidẽ. SO. Quinetiam quando memoriæ passa iacturam, dein-
de vel sensu, vel disciplina monente eã iterum reuocat in seipsa, reminisci putatur. Atq; hęc iam me-
morias reminiscẽtiasq; vocam⁹. PRO. Probe loqueris. SO. Cuius aũt gratia hæc dicta sunt omia idẽ?

Passio corporis est, sed corporis non est cupiditas.

PRO. Quidnam? SO. Ne animæ voluptatem absq; corpore q̃ maxime atq; perspicue capiamus, atq;
vna concupiscentiã, per hęc enim vtraq; ista declarata videntur. PRO. Pergamus iã ad reliqua Socra
tes. SO. Multa considerare decet, voluptatis originem omnemq; formã eius inuestigantes. Et nunc q
dem primo videndum quid est, & vnde nascitur concupiscentia. PRO. Videamus iã obsecro: Nihil
eñi amittemus. SO. Immo o Protarche cũ qđ modo quęrebamus inuenerimus amittemus aliqd cir-
ca ista, videlicet dubitationẽ. PRO. Qꝫ belle vicem reddidisti. at iam quæ sequunẽ expediamus. SO.
Nõne famẽ atq; sitim, & huiusmodi multa, concupiscentias quasdã esse diximus? PRO. Maxime. SO.
Ad quidnã idem respicientes res adeo diuersas vno nomine nuncupamus? PRO. Per Iouem haud fa
cile dictu o Socrates. dicendũ tamen. SO. Ab eisdem rursus exordiamur. PRO. Quibus? SO. Dicim⁹
ne sitire aliquẽ? PRO. Dicimus. SO. Hoc aũt est exhaustum esse. PRO. Quid ni? SO. Et sitis concupi-

Sitire non corpis sed siccatũ esse corpis est.

scentia est? PRO. Est. SO. Potionis ne? PRO. Potionis. SO. An nõ repletionis potus? PRO. Huius cer
te. SO. Vacuus igitur, & exhaustus contraria eorum quę patitur appetit. Nam cum vacuus sit, im-
pleri cupit. PRO. Manifestum est omino. SO. Quid ergo? qui primo exhaustus est, num põt vel sensu
vel memoria quadam eius repletionem attingere, qđ nec præsenti in tempore, nec aliquando passus
est? PRO. Nullo modo. SO. Sed eum qui cupit, aliquid cupere confitemur. PRO. Quidni? SO. Non
ergo qđ patitur appetit. Sitit enim. sitis autẽ indigentia est, is tamen repletionem affectat. PRO. Ita.
SO. Aliquid igitur eius qđ appetit expletionem attiget. PRO. Necesse. SO. Corpus quidem nequit,
nam exhaustum est. PRO. Certe. SO. Restat vt anima repletionẽ per memoriã cõsequatur. PRO. Pa-
tet. SO. Nã quo alio cõsequeretur? PRO. Nullo ferme. SO. An aduertimus quid nobis ex his rationi
bus efficiatur? PRO. Quid istud? SO. Corporis cupiditatem esse ratio hęc non dictat. PRO. Quo pa
cto? SO. Quoniã passionibus eius cõtrariũ conatũ aĩalis oĩs semp ostendit. PRO. Penitus. SO. Impe-
tus aũt in cõtraria q̃ passiones trahẽs, memoriã contrariã passionibus innuit. PRO. Oĩno. SO. Ratio
itaq; ostẽdẽs memoriã ad cõcupita rapientẽ, aĩę oẽm impetũ, & cupidinẽ, principatũq; oĩs viuẽtis ex
plicuit. PRO. Recte nimiũ. SO. Sitire igiẽ vel esurire corpus nostrũ, aut aliqđ eiusmodi pati, nequaq̃
ratio hęc admittit. PRO. Vera loqris. SO. Hoc pręterea circa ista cõsiderabimus, ꝙ hęc rõ quãdã vi-
tę speciẽ in iis demõstrare velle videẽ. PRO. In qb⁹? & de q̃ vita loqris? SO. In replẽdo iquã, & euacuã
do, & oĩbus q̃ ad salutẽ siue pniciẽ animaliũ attinẽt. Et siqs nostrũ ĩ alterutro cõstitut⁹ affligiẽ, tũc se
cũdũ mutatiões lętaẽ. PRO. Sic est. SO. Quid, quotiẽs in horꝫ medio pmanet? PRO. Quõ in medio?
SO. Ob passionẽ qppe tristaẽ, sed voluptatũ iterim pteritarũ meminit: cessat qdẽ tristitia, nõdum tñ
impletur: quid tũc dicẽdũ? nõne in medio passionũ esse? PRO. Dicẽdũ. SO. Vtrũ dolẽtẽ omino vel cõ-
tra gaudẽtẽ? PRO. Non gaudẽtẽ per Iouẽ, sed dupla potius affectũ tristitia, secũdũ corpus in passio-
ne, secundum aĩam in expectatiõis ardore. SO. Quonã modo Protarche dolorẽ duplũ aiebas? Nõne

Vacuus quispiam certā aliquando repletionem sperat,aliquando contra desperat?PRO.Maxime.SO. Num dum assequi sperat,ipsa recordatione gaudere videtur?simulq; vacuus eo in tempore cruciari? PRO.Necesse.SO.Tunc igitur & homo,& animalia reliqua,lętantur simul ac mœrent.PRO. Apparet.SO.At cū vacuus aliqs expletionē omnino desperat,nōne tūc passio duplex circa dolores exorit, quā ipse paulo ante intuitus,simpliciter duplam opinabaris?PRO.Vera hæc sunt.SO.Hac taliū passionū disceptatione ad id vtamur.PRO.Ad quid ais? SO.Vtrum voluptates has atq; molestias veras,an falsas,an partim veras,partim falsas dicere debeamus? PRO.Quo pacto o Socrates voluptates atq; molestiæ falsę esse possunt?SO.Quomodo etiā o Protarche timores veri vel falsi?aut expectationes veræ,seu minime verę?aut opiniones verę vel falsę?PRO.Opiniones equidē cōfiterer:sed hæc reliqua minime.SO.Quid ais?disputationē tamen haud breuem inceptare videmur.PRO.Vera narras.SO.At si pręcedētibus sit cōueniens o viri illius filii cōsiderandū est.PRO.Istud forte.SO.Omne igitur superuacuū,& qcquid pręter ꝓpositū est,dimittendū.PRO.Recte.SO.Dic itaq;.cōtinua nēpe me admiratio tenet semp circa eas quas nūc induximus quæstiones.PRO.Quo pacto inquis?SO.An nō sunt ex voluptatū numero falsę quędā,alię verę?PRO.Quomodo id fieri potest?SO.Neq; igit reuera,falsove lętari aut tristari dicit,vt tu ais,neq; inter furētes,& insanos inuenit aliquis,qui gaudere videat cū nō gaudeat,aut dolore quādo nō doleat.PRO.Hęc oīa sic se habere o Socrates oēs admisimus.SO.Nū recte?an forte differēdū est,recte ne vel nō ista dicant? PRO.Differēdū quidem mea sentētia.SO.Distinguamus igit euidentius,qđ modo de voluptate atq; opinione dictū est.Est ne aliquid apud hoīes,opinari?PRO.Est.SO.Et lętari?PRO.Et lętari.SO.Quin & opinione cōceptum aliquid est?PRO.Cur non?SO.Et hoc quo gaudēs gaudet?PRO.Et hoc.SO.Qui opinat, siue recte seu nō recte opinetur,ipsum tamē qđ reuera est opinari,nō perdit.PRO.Quo enim modo? SO.Gaudens etiam,siue recte gaudeat siue nō,ipsum tamen quod reuera gaudere est,haud amittit.PRO.Immo & hæc ita se habent.SO.Quo igit pacto opinio vera,& falsa fit,voluptas solummodo vera,cum tamen opinari vere atq; lętari vtraq; similiter acceperint? PRO.Considerandū hoc est. SO.Nunquid ex eo ꝙ opinioni verum,& falsum indita sunt?nec solum ob hæc opinio facta est.Sed qualis quædā opinio vtraq;?Hoc ne considerandū inquis? PRO.Ita. SO.Præterea inuestigādum est,an voluptas,& dolor ea ipsa duntaxat quæ sunt permaneant,nunq̄ vero qualia quædā efficiātur.PRO.Patet. SO.Verum haudquaq̄ difficile est ꝙ qualia quædā fiāt inspicere. Iampridem concessimus voluptates atq; molestias,magnas,& paruas,vehementes remissasq; fieri.PRO.Concessimus. SO.Quod sicui ex his prauitas adiiciatur,prauā sic opinionem,prauā itidem voluptatem effici cōfitebimur.PRO.Quid prohibet? SO.Quid si rectitudo vel contrarium rectitudinis horū cuiq̄ admoueatur,num rectā opinionē quæ rectitudinē subiit,ac voluptatē similiter appellabimus?PRO.Necessario sequit. SO.Et si qđ opinione cōprehendit sit fallax,nonne opinionē falsam potius q̄ rectā vocabimus? PRO.Immo. SO.Item si voluptatem vel dolorē circa id quo gaudemus vel angimur,aberrare cernamus,num rectā aut bonā voluptatē dicemus,aut aliquo pręclaro nomine honorabim⁹?PRO.At id fieri nequit,si quidē voluptas ipsa delinquat.SO.Verūtamē sæpenumero nobis voluptas ex opinione falsa exorit. PRO.Proculdubio.attamē opinionē o Socrates eiuscemodi falsam dicimus, voluptatē vero ipsam nemo vtiq; falsam denominaret. SO.Prompte nimiū o Protarche voluptatis rationē in præsentia tueris. PRO. Minime,verum quę audio loquor.SO.Nihil ne o amice apud nos differt voluptas ab opinione recta scientiaq; proficiscēs,ab ea quæ falsam opinionē,& ignorantiā sequit?PRO.Consentaneum est haud breui quodā interuallo distare.SO.Verū ad hāc ipsam distātiā perscrutādā deueniamus. PRO.Duc age qua lubet.SO.Ecce hac te duco.PRO.Quanam? SO.Opinio quædā vera est,quædā falsa. PRO. Est.SO.Has sæpenumero voluptas dolorq; sequit.PRO.Sequit. SO.An non ex sensu ac memoria in nobis opinio nascit,fitq; vt opinione pro arbitrio differamus?PRO.Pręcipue.SO.Nōne sic circa hęc nos habere putandū?PRO.Quomodo?SO.Fateris ne nōnunq̄ hominē procul aliqua confuse prospicientem,velle clarius obiecta discernere?PRO.Fateor equidem.SO.Is igitur sic a seipso quodāmodo sciscitabitur.PRO.Quo pacto inquis? SO.Quidnā illud est quod iuxta saxum sub arbore procul apparet?An hæc ille proferre secum tibi videtur,dum eiusmodi quædā aspicit cuiusmodi sibi quādoq; apparuerūt?PRO.Quid ni?SO.Deinde veluti sibiipsi respōdens,homo ille est inquit, id quasi veritatem assecutus.PRO.Nimiū. SO.Rursus forte mutata sentētia opus quoddā a pastoribus fabricatū esse asserit.PRO.Maxime.SO.Quod si quis illi adsit,quæ animo secū ipse voluerat in vocē fundēs, eadē rursus pręsenti diceret.Ac sermo tūc fieret,qđ ante opinionē vocauimus.PRO.Manifestū. SO.At si solus sit,hoc idē secū ipe repetēs,quādoq; lōgū tēpus seruās in seipso ꝓcedit.PRO.Prorsus.SO.Quid ergo?idē ipse in iis quę & ego,sentis?PRO.Quid istud?Videt mihi tūc hominis anima libri cuiusdā persimilis.PRO.Qua ratione?SO.Memoria in idē cū sensibus incidēs, & illæ quæ circa ista passiones sunt,verba quædā in aīa quodāmō inscribere mihi vident:cūq; vera conscribūt passionē huiusmodi

Ex sensu & memoria fit hic opinio.

Aīa libri & tabulę rasæ similis.

verā opinionē dicimus,& orationes in nobis veræ ab hoc ipso pficiscunt. At cū scriba hic noster falsa resignat,contraria veris eueniūt. PRO.Omnino ita mihi videtur,& ea quæ dicta sunt libenter accipio.SO.Accipe aliū eorū quæ tunc fiunt in animis nostris opificem.PRO.Quem? SO.Pictorem,qui post ipsum scriptorem,dictorū imagines in anima pingit.PRO.Quomodo hūc,& quādo id agere dicendum?SO.Quādo ab aspectu siue alio sensu dicta,& opinione percepta,quis educens, dictorum & opinione perceptorū imagines in seipso quodāmodo contuetur.an hoc in nobis efficitur? PRO.Vehementer.SO.Nonne verarū opinionū sermonūq; imagines veræ,falsæ vero falsorum?PRO.Omnino.SO.Si modo recte hæc diximus,hoc in iis præterea cogitemus.PRO.Quid hoc?SO.Vtrum circa præsentia atq; præterita hoc nobis accidere necesse sit, circa futura nequaq̄? PRO.Eadem ratione circa tēpora oīa.SO.Nonne voluptates atq; molestię ipsius animę proprię in superioribus dictæ sunt voluptates & dolores corporis antecedere?proptereaq; & pręgaudere, & pr̄edolere nos ob futura cōtingit?PRO.Vera narras.SO.Vtrum inscriptiones atq; picturæ quas paulo ante nobis imprimi volebamus,ad præsens præteritumve respiciunt,ad posterum minime?PRO.Ad omnia.SO.Num idcirco iis assentiris,ꝙ hæc omnia spes quædā ad futurum tempus existunt,nosq; per omnem vitā perpetua spe nutrimur?PRO.Prorsus.SO.Age ad hoc præter illa respōde.PRO.Quid rogas?SO.Vir iustus,& pius,& probus,nonne deo amicus est?PRO.Quid ni?SO.Iniustus,& improbus contra se habet?PRO.Contra.SO.Plurima tamen vt dicebamus vnusq̄sq; spe ducitur.PRO.Sane.SO.Sermones sunt in vnoquoq; nostrum,quas spes nominauimus.PRO.Insunt.SO.Quinetiā phantasmata picta.nā cuiq; licet fingere se cumulū auri maximū possidere,oblectamentisq; variis abundātem omni suauitate perfundi.PRO.Nil prohibet.SO.Num dicendū interna hęc scripta bonis viris, quia deo amici sunt,vera sæpe euadere? malis sæpenumero contra?PRO.Dicendū certe.SO.Et malis viris oblectationes nihilominus adsunt sæpe confictæ,ac deniq; falsæ.PRO.Quid ni adsint? SO.Falsis igit voluptatibus praui vt plurimū gestiunt,boni hoīes veris alunt.PRO.Necessariū penitus.SO. Insunt ergo secundū hāc rationē falsæ quædā animis hominū voluptates,imitātes tamen veras,nimiūve ridiculæ,ac dolores eodē pacto.PRO.Insunt vtiq;.SO.An licebat sic opināri omino, quę nec fuerūt,nec sunt,nec erūt,in seipso formare?PRO.Licebat.SO.Atq; hęc erāt,quę tūc opinionem falsam,& opinari falso efficiebāt.An non? PRO.Erāt. SO.Nōne in illis reddendus est habitus aliquis voluptatibus molestiisq; contra respondens? PRO.Quomodo? SO.Qꝫ licebat alicui reuera lætari,quoquo modo vel temere gestienti,nō tamē iis quæ sunt aut ante fuerūt: plerūq; etiā lętari in iis,quæ nūq̄ euenient. PRO.Hęc quoq; o Socrates necessaria sunt.SO.Et eadē ratio de timoribus,& cupidinibus, cęterisq; huiusmodi,sæpe scilicet illa falsa existere.PRO.Eadē profecto. SO.Nū opiniones ob aliud bonas vel prauas,q̄ ꝙ veræ vel falsæ sint appellamus?PRO.Ob hoc ipsum.SO.Nec voluptates malas ob aliud, q̄ quia falsę?PRO.Omnino o Socrates cōtrariū protulisti. forte eñ ob falsum solū voluptates & molestias valde malas esse haudquaq̄ asserere decet,in maximā ac multiplicē prauitatem aliter incidentes.SO.Malas vtiq; voluptates,& propter prauitatē tales,paulo post si placuerit,referemus:falsas autem insuper alio modo tum sępe tum multas in nobis,& esse,& fieri,dicendū est:hoc enim ad iudicādū fortasse nobis cōfert.PRO.Quid ni?modo sint.SO.Atqui o Protarche vt mea fert opinio, sunt: hæc aūt sentētia q̄diu apud nos manet,a redargutione procul esse impossibile est. PRO.Probe.SO. Aggrediamur iterum athletarū more hāc disputationem.PRO.Aggrediamur.SO.In superioribus diximus,si quidē meminerimus, quādo cupiditates diuisim nobis inessent, tūc corpus passionib⁹ ab anima discrepare.PRO.Recordamur,dictaq; hęc pculdubio sunt. SO.Nōne cupiebat anima contrariū corporis habitū?Receptaculū aūt doloris,& voluptatis quę passione fit,erat corpus?PRO.Erat. SO.Collige qđ ex his sequit.PRO.Dic.SO.Quotiens ista concurrūt, cōgrediunt quoq; voluptates atq; dolores,eorūq; sensus quę cōtraria sunt,qđ profecto nūc patuit.PRO.Apparet.SO. Hoc quoq; nōne inter nos cōuenit?PRO.Quidnā?SO.Vtrūq; magis minusve suscipere, voluptatē pariter atq; dolorē,& ad genus infiniti referri?PRO.Conuenit certe.SO.Quędā igit coniectura horū recte iudicādorū nobis adest.PRO.Vbinā,& quomodo?SO.Nonne propositum in hoc iudicio nobis est passim dinoscere,quænā ex his maior,quæ minor,quę magis,quo intēsior voluptas scilicet ad molestiā, & ad molestiā molestia,ac voluptas iterū ad voluptatem?PRO.Hæc qdem talia sunt,& istud iudicii nostri propositū.SO.Quid vero in aspectu,eminus aut cōminus magnitudines inspicere, veritatem obscurat,falsaq; opinari cōpellit:in doloribus aūt,& voluptatibus idē minime fit? PRO.Multo magis o Socrates.SO.Id vtiq; illi qđ paulo ante narratū fuit contrarium est.PRO.Quid ais? SO.Tunc eñ opiniones hę falsę ac verę effectę dolores vna & voluptates passione sua prorsus implebāt.PRO. Vera narras.SO.Nūc autē hæ ex eo ꝙ passim trāsmutare eminus & cōminus videant,& ad se inuicem cōparent,voluptates qdē ad dolores,maiores vehemētioresq; vident,& dolores rursus ad voluptates cōtra.PRO.Talia q̄dā necesse ē ob eas causas fieri. SO.Qꝫ si quāto vtraq; maiora vel minora

Voluptas & tristitia aię pcedūt voluptates & dolores corpis

Cōcluditur esse veras & falsas voluptates & dolores.

q̃ reuera sint apparẽt, tãtũdẽ ipse ademeris, nonne id qđ cũ appareat quidem vtrũq; nõ tamẽ sit, neq; recte apparere dices, neq; vnq̃ eiusmodi voluptatis vel molestiæ portiones rectas aut veras audebis asserere? PRO. Sic est. SO. Post hæc igiť inspiciamus, num hac ratione in mediũ afferam⁹ voluptates atq; molestias falsas multo magis q̃ istæ sint quæ & apparent in viuentibus & existunt. PRO. Quales dicis, & quomodo? SO. Dictũ est sæpenumero, q̃ quorũlibet natura corrupta cõcretionib⁹, siue discretionibus, repletionibus vel euacuationibus, incremẽtis quibusdã vel decrementis, dolores, molestiæ, cruciatus, cæteraq; id genus exoriuntur. PRO. Sæpe iam dictũ. SO. At cũ in naturam suam restituũtur, restitutionem talem voluptatem circa nos posuimus. PRO. Probe. SO. Quid aũt cũ circa nostrũ corpus horũ nihil accidit? PRO. At quãdo id cõtingit o Socrates? SO. Nihil ad rẽ o Protarche ista tua petitio. PRO. Curnam? SO. Quia nihil impedies me, qđ ante rogauerã rursus interrogare. PRO. Quid illud? SO. Nisi fiat o Protarche tale quid dicã, quid necesse est ex hoc nobis contingere? PRO. An id dicis videlicet corpore in neutrã partem exagitato? SO. Idipm. PRO. Constat o Socrates neq; voluptatẽ neq; dolorẽ eoipso in tẽpore percipi. SO. Recte nimiũ respondisti. Verũ vt arbitror id sentis, q̃ necesse sit ex iis vnũ aliquid semp nobis accidere, queadmodum sapientes tradũt, cuncta quippe sursum deorsumve iugiter fluũt. PRO. Ferũt sane, nec male loqui videntur. SO. Quomodo enim male? cũ mali minime fuerint. Verũ impendentem sermonẽ euitare volo, hac aũt fugere cogito, tuq; vna mecũ fugito. PRO. Dic quã? SO. Ista sane sic se habere iis dicamus. Tu vero responde: vtrũ quicquid vnq̃ patiť animal idem & sentiat patiendo, neq; dũ crescimus, nosipsos lateamus, neq; dum aliquid aliud huiusmodi patimur? an cõtra omnino? ferme eñ talia quedã vniuersa nos fugiunt. PRO. Cõtra omnino. SO. Haud igiť recte dictũ est a nobis quod modo diximus, mutationes sursum deorsumve factas, voluptates & dolores inferre. PRO. Cur non? SO. Sic aũt rectius ac tutius dicere licet. PRO. Quomodo? SO. Mutationes qdẽ magnę voluptates doloresq; afferũt: mediocres aũt & exiguę, minime. PRO. Rectius isto modo q̃ illo o Socrates diciť. SO. Enimuero si ista sic se habent, mox vita in superioribus narrata redibit. PRO. Quænã? SO. Quã absq; mœrore & lętitia ponebam⁹. PRO. Vera loqueris. SO. Ex iis triplicẽ vitã ponamus, suauẽ, tristẽ, neutrã. An tu aliud sentis? PRO. Haud aliter q̃ ita, triplicem videlicet vitam esse. SO. Non igitur idem erit nõ dolere qđ & lętari. PRO. Nequaq̃. SO. Quotiẽs ergo audis omniũ dulcissimũ esse vniuersam vitã sine mœrore transigere, qd tũc sibi velle id dicentem existimas? PRO. Dulce esse, significare ille mihi videtur idipsum qđ dicitur nõ dolere. SO. Pone tria quædã vt lubet, & vt pulchrioribus vtamur nominib⁹, alterũ aurũ, argentũ alterũ, neutrũ reliquũ nominato. PRO. Ponanť. SO. Quod horũ neutrũ est, potest ne alterum ex iis fieri, vel argentũ, vel aurum? PRO. Nequit. SO. Vita igitur media siquãdo suauis vel mœsta dicitur, aut existimatur, nequaq̃ recte vel existimatur vel dicitur. PRO. Certe. SO. Attamen o amice aliquos hæc loqui & opinari sentimus. PRO. Maxime. SO. An igitur gaudere tunc quãdo non mœrent, existimant? PRO. Aiunt quidẽ. SO. Nonne tunc gaudere putant? non enim pronunciarent. PRO. Apparet. SO. Falso de lætitia opinanť, siqdẽ vtriusq; natura gaudii scilicet & indolentię diuersa est. PRO. Diuersa profecto. SO. Vtrum eligemus penes nos hæc esse queadmodũ nuper tria vel duo dũtaxat, dolorẽ qdem hominib⁹ malũ, absentiã autẽ tristiũ ex hoc ipso bonã existentem, dulcem cognominari? PRO. Quomodo id o Socrates fiat a nobisipsis quæramus, non eñ intelligo. SO. Reuera aduersarios huius o Protarche Philebi haud intelligis. PRO. Quosnam inquis? SO. Eos qui rerum naturã præcipue callere feruntur, qui voluptates funditus tollunt. PRO. Quid ni? SO. Dolorum effugia eas oẽs vocãt, quas Philebi sectatores nũcupant voluptates. PRO. His ne credamus o Socrates cõsulis? SO. Nequaq̃, sed tanq̃ vatibus quibusdã vtamur nõ arte, sed indignatione quadã nõ ingenerosę naturę vaticinantibus, & in principio a voluptatis affectu nimiũ abhorrentib⁹, nihilq; in ea synceri esse volentibus, adeo vt ipsas quoq; ei⁹ illecebras maleficã quandã illaqueationẽ potius q̃ voluptatem vocent. His ergo ad hęc vtere, considerãs præterea & reliqua, quibus ardẽtissime inuehuntur. Post hęc autẽ quas veras existimẽ voluptates, accipito, vt ex vtriusq; sermonibus vim eius considerantes, ad iudicandũ deniq; cõparemus. PRO. Recte inquis. SO. Hos igitur tanq̃ propugnatores secundum indignationis illorũ vestigium psequamur. Reor equidẽ tale quiddã eos innuere, altius atq; longius ordientes: q̃ si velimus speciei cuiusq; naturã cognoscere, velut duri naturã, vtrũ ad durissima respiciẽtes sic maxime cognosceremus, an ad exigue dura. Oportet te o Protarche iis indignãtiũ interrogationib⁹ queadmodum & mihi respondere. PRO. Oportet sane, illisq; respondeo, ad primas magnitudines suspiciẽdũ. SO. Si voluptatis genus quã naturã habeat nosse velimus, non in paruas voluptates longeq; a suprema remotas, verũ in eas quę supremę vehemẽtissimeq; dicunť, aspiciẽdum. PRO. Quilibet nũc ista tibi cõcederet. SO. Nõne in prõptu præ cęteris positę sunt, quæ maxiẽ voluptates sunt, vt sępe iam dixim⁹, ipsæ scilicet circa corpus? PRO. Quid ni? SO. Vtrũ vehemẽtiores in ægrotantibus q̃ bene valentibus reperiuntur? Caueamus obsecro, ne temere respondentes delinquamus.

Magnæ mutatiões voluptates & dolores afferũt, exiguę nequaq̃.

Triplex vita.

Voluptates eẽ effugia dolorũ.

Quæ spẽ ctãda cum specie dignosci oporteat.

Vtrũ voluptates maiores in sanis an in ægris.

PRO. Quonam pacto? SO. Forte enim in bene valentibus fateremur. PRO. Verisimile est. SO. An nõ voluptates illæ excedunt magnopere, quarum ardentes cupidines adsunt? PRO. Verum id est. SO. Nonne febribus & huiusmodi morbis affecti homines & sitiunt vehementer & algent, & quodcunq; pati corpore consueuerunt, magis admodũ q̃ cæteri patiuntur? quo fit vt magis indigeant, indigentiamq; replentes, vehementius delectentur. An verum hoc esse negabim⁹? PRO. Omnino vt dictum est apparet. SO. Quid vero, num recte sentire videbimur asserentes, si quis ingentissimas voluptates cernere velit, non ad sanitatẽ, sed ad morbũ respiciendũ? Et vide ne me hac mente rogare te censeas, pluribus ne oblectationibus ægrotantes q̃ bene valentes deliniant, sed magnitudinem & vehementiam voluptatis vbinam fiat interrogare putato: perscrutãdum quippe qua constet natura, prædiximus, quáve dicant, qui nullo modo esse illam asseuerarunt. PRO. Teneo pene quod inquis. SO. Forte nil minus o Protarche ostendes. Respõde modo. In lasciuia & petulantia non plures inquam, sed vehementiores & intentione maiores voluptates q̃ in vita tẽperata vides. Dic amabo, mẽtem adhibẽs. PRO. Percepi quid velis, & excessum cerno q̃plurimũ. SO. Temperatos nempe prouerbium nihil nimis præcipiens semper continet, & huic illi obtemperant. Intemperantes autem & dissolutos homines voluptatis feruor ad furorem vsq; occupãs immoderatis clamoribus exultare compellit. PRO. Recte loqueris. SO. Et si verum hoc est, patet in quadam deprauatione tum animæ, tum corporis, potiusq̃ in virtute, vehementes voluptates, vehemẽtesq; cruciatus consistere. PRO. Patet certe. SO. An non aliquas e multis elicere decet inuestigantes qua ratione ingentes vocari debeant? PRO. Necesse est. SO. Aduerte itaq; talium morborũ voluptates qua ratione se habeant. PRO. Qualium? SO. Deformiũ voluptates, quas illi quos indignãtes vocauimus, penitus horrent. PRO. Quales inquam? SO. Velut in scabiei medela quę fricãdo fit, cæterisq; huiusmodi, haud alio pharmaco indigẽtibus. hanc passionem pro` dii immortales, voluptatem ne, an dolorem potius nuncupabimus? PRO. Malũ quiddam o Socrates mixtum hoc esse videt. SO. Non tamen Philebi gratia in hũc sermonem incidimus: sed quia nisi hæ voluptates, & quæ hasce sequuntur, inspiciantur, nunq̃ ferme qđ quæsitũ nunc est, diiudicare valebimus. An non ad istarũ cognatas pergendum est? PRO. Num eas inquis, quæ in mixtione communicãt? SO. Has ipsas. Sunt igit mixtiones corporis qdem ipsius in corporibus, animæ in anima. Et dolores animæ & corporis voluptatibus mixtos reperiemus, eamq; vtrorũq; commixtionem interdum voluptatem, interdũ vero dolorem cognominatã. PRO. Quonam pacto? SO. Vt ecce, cum quis in restitutione, vel corruptione simul contraria patitur, algens sæpe calescit, & calens aliquando refrigescit, quęrens vt arbitror id assequi, illud abiicere. Qđ vtiq; dicitur, amaro dulce permixtũ, cum difficultate reiectionis adsistens, molestiam, ac deinde agrestem congressum conficit. PRO. Præcipue verũ est, qđ in præsentia dicitur. SO. Nõne harum mixtionum quædam ex ęquo vtrinq;, quædam ex alterutro excedente conflantur? PRO. Nihil prohibet. SO. Dic igitur ex earũ numero quæ doloris plusq̃ delectationis continent, eas esse quæ scabiem sequunt, & quæ titillationes, quãdo quod intus est, feruet atq; tumescit, neq; perfricãdo aut exagitãdo quis attingit: qđ vero circa cutem est solum, diffundit. Tum sane illa ferentes ad ignem, & in contrarium ambiguitate quadã sæpenumero transmutantes, inextimabiles voluptates pariunt: aliquando contra interioribus ad exteriorum molestias voluptatibus mixtas, in vtram partem declinatio fiat, exhibent ex eo q̃ cõmixta per violentiam diffundant, vel dispersa confundant, simulq; voluptatibus dolores admoueant. PRO. Vera narras. SO. Nonne iterum cum voluptas amplior secundum talia vniuersa commiscetur, tũc portio doloris innexa titillat, & leui quadã tristitia afficit? Atq; iterũ voluptatis vberior pars infusa prouocat, & interdum prosilire compellit, & omniformes colores, omnigenas figuras, omnimodos spiritus cũ omni incitamento, & exclamationes cum insania parit? PRO. Summopere. SO. Cogit pręterea o amice de se, tum ipsum, vel tum alium exclamare, q̃ his voluptatibus delinitus ac liquescens propemodũ moritur: eoq; magis eiuscemodi voluptates sectatur quisq;, quo intemperatior qs & imprudentior est. Atq; has insuper summas oblectationes prædicat, & eũ qui iis delitiis totã vitã mulcet, beatissimũ arbitratur. PRO. Omnia quæ apud multos in existimationem veniũt o Socrates collegisti. SO. De voluptatibus o Protarche quę in communibus corporis passionibus extrinsecus intrinsecusve miscentur, est dictũ. De iis vero quæ miscentur in anima, contraria quædam ad corpus cõiiciunt, voluptatem scilicet cũ dolore, & dolorem cũ voluptate in vnã mixtionem concurrere. Et hæc in superioribus percurrimus, q̃ quãdo exhaurit, repletionem cupit, & sperãs gaudet, exhaustus angitur. Ista tunc quidem testimoniis minime confirmauimus, nunc vero dicimus q̃ anima a corpore discrepante in iis omnibus quorũ haud satis multitudo comprehenditur, mixtio vna doloris, & voluptatis emergit. PRO. Recte nimiũ loqui videris. SO. Vna præterea doloris voluptatisq; congressio restat. PRO. Quænam? SO. Quã sæpe ipsam in seipsa animã accipere diximus. PRO. Qua ratione hoc asserimus? SO. Iram, timorem, desiderium, lamentationem, amorem, æmulationem, inuidiam,

Sententia quorundã de ingenti voluptate.

Mixtiões voluptatis & doloris in corpore.

Mixtiões voluptatis & doloris aię i aĩa

Voluptates aię i aĩa

& huiusmodi reliqua. An non hæc omnia dolores quosdam ipsius animę ponis? PRO. Equidem. SO. Nonne dolores huiusmodi plenos miris quibusdam voluptatibus inuenire licet? An forte in memoriam nobis illud reducere oportet? ꝙ quemadmodum apud Homerum accidit virũ vel prudentem irasci, eo tamen pacto vt eius affectus dulcior melle sit iugiter distillante, sic contingat in vita vt aliqua iræ dulcedo misceat, & voluptates in lamentationibus atq; desideriis tristitiæ mixtæ sint? PRO. Nequaq̃, verũ sic hæc nec aliter accidũt. SO. Quinetiã meministi eos qui tragicis spectaculis adstant, dum delectantur, sæpe lugere. PRO. Memini. SO. Et in comœdiis animi nostri affectũ ad oblectationem simul atq; mœrorẽ declinare sensisti. PRO. Haud satis aduerti. SO. Non enim facile est o Protarche affectum huiusmodi vbiq; cõprehendere. PRO. Non certe vt mihi videtur. SO. Ipsum igitur tãto magis accipiamus, quãto est obscurior, vt in cæteris facilius quis voluptatis tristitiæq; cõcursum percipere valeat. PRO. Dic iam. SO. Inuidiæ nomen paulo ante inductũ, vtrũ dolorem quendã significare censes, nec ne? PRO. Censeo. SO. Inuidus tamẽ proximorũ aduersis lætari deprehendit. PRO. Vehemẽter. SO. Malum quidẽ ignorantia est, & vt nunc loquimur, stolidus habitus. PRO. Quid ni? SO. Ex his aspice ridiculum ipsum quã naturã habeat. PRO. Dic modo. SO. Est vtiq; summatim de prauatio quædã habitus alicuius denominata, & ex omni genere improbitatis eã est, quæ contrariã conditionem habet, q̃ Delphica scripta præceperint. PRO. Inquis o Socrates pręceptũ hoc. Nosce te ipsum? SO. Aio. Oppositum huic esset, si forte pręciperetur, Nullo modo teipsũ nosce? PRO. Esset. SO. O Protarche conare nũc id trifariã distribuere. PRO. Dic tu, ego enim nequeo. SO. Ais ergo me nũc istud diuidere oportere? PRO. Aio equidẽ, & qđ maius est obsecro. SO. Nonne quisq; ex iis qui seipsos ignorant, secundũ tria id necessario partitur? PRO. Quomodo? SO. Primo enim secundum pecunias, opulentiorem quippe q̃ sit aliquãdo seipsum existimat. PRO. Multi quidem ita decipiuntur. SO. Plures etiam, qui maiores formosioresq; se putant, & quæcunq; ad corpus attinent, supra q̃ veritas patiatur habere. PRO. Plures profecto. SO. Plurimi deniq;, qui animi dotes maiores q̃ habeant habere se putant. PRO. Et maxime quidem. SO. Quãtum vero ad virtutes animi pertinet, nõne vulgus sapientiã prorsus sibi vendicãs, plenũ est contentionibus falsaq; sapientiæ ipsius opinione? PRO. Quid ni? SO. Si quis ergo passionem hãc omnem malum quiddam vocarit, recte nimium appellabit. PRO. Maxime. SO. Hoc iterum o Protarche bifariam partiendum, si debemus ridiculam inuidiam cognoscentes miram voluptatis & modestiæ mixtionem inspicere. PRO. Quomodo bifariam partiẽdum? SO. Ita. quicunq; hanc falsam de se opinionem stulte præsumunt, quemadmodum & omnibus hominibus, sic & iis etiam accidat necesse est, vt quidam eorum robur ac potentiam in iis quæ profitentur, possideant, quidã vero nequaq̃. PRO. Necessarium est. SO. Hac ergo ratione distingue. quicunq; ex iis imbecilles sunt, neq; vlcisci iniurias, neq; sibiipsis opem ferre valent, merito ridiculi nuncupantur: qui vero possunt, terribiles, & robusti, & hostiles iure vocantur. Ignorantia enim potentũ robustorũq; hominũ hostilis atq; teterrima res est. hæc enim, & quęcũq; eius similia, proximis omnibus noxia. sin autem imbecillis ignorãtia sit, ridiculorum naturã subit. PRO. Recte loqueris. At tamẽ voluptatis dolorisq; concursus, nondũ in iis nobis patuit. SO. Liuoris primo vim accipe. PRO. Dic. SO. Tristitia quædam, & lætitia iniusta est. PRO. Necessarium hoc est. SO. Aduersariorum malis lætari nec iniustum nec inuidum est. PROTAR. Non. SO. Malis autem amicorum lætari potiusq̃ tristari, nonne inuidi est atq; iniusti? PROTAR. Est. SO. Ignorantiam omnibus malam esse diximus. PROTAR. Et recte quidem. SO. Amicorum igitur præsumptionem sapientiæ atq; pulchritudinis, & quotcunq; paulo ante diximus tribus in speciebus fieri, ridicula quidem cum imbecillia, odiosa vero cum valida, hunc inquã amicorum habitum nonne fatemur cum quis habet innoxium aliis, esse ridiculum? PROTAR. Fatemur sane. SO. Hunc quoq; cum ignorantia sit, malum esse? PRO. Certe. SO. Lætamur ne, an tristamur, dum hunc irridemus? PROTAR. Lætamur plane. SO. Voluptatem vero in amicorum malis, nonne a liuore proficisci prædiximus? PROTAR. Certe. SO. Nos igitur in amicorum rebus ridiculis subridentes miscere voluptatem dolori, dum inuidiæ letitiam addimus, ratio ista concludit. liuorem quippe tristitiam quandam animæ iandudum esse constitit, derisionem vero lætitiam, simulq; hæc eo in tempore congredi patuit. PROTAR. Vera loqueris. SO. Ratio igitur nobis hæc dictat; nos non modo in ipsis spectaculis res gestas repræsentantibus, & in aliis multis eodem pacto, sed in totius vitæ quadam veluti tragœdia atq; comœdia dolores voluptatibus immiscere. PROTAR. Impossibile est ista tibi o Socrates non concedere, etiã si qs alteri parti potissimum adstipularetur. SO. Iram, desiderium, lamẽtationem, metum, amorem, æmulationem, inuidiã proposuimus, cæteraq; huiusmodi, in quibus ea quæ iã sæpe repetimus, coire nos diximus reperturos. an non? PRO. Ita. SO. Num aduertimus de lamentatione, ira, atq; inuidia superiora pertractauisse? PRO. Quid ni aduerterimus? SO. Multa igitur restant. PRO. Multa. SO. Ob quam vero potissimum causam mixtũ in comœdiis affectum declarasse me tibi existimas? nonne fidei gratia? quia

Nomẽ inuidiæ ro- uũ fuisse.

Cognomina ignorãtiæ.

Ridiculus

Ignorãtiã potentũ teterrima res.

Quę liuoris vis.

ipsa in amoribus timoribusq;,& aliis mixtio facilius ostēdi potest.Quā tu ex teipso dinoscēs, & quæ dicta sunt seruās,me dimitte,nec me cogas ad illa singulatim ordine descendentē,in longū disputatione pducere: verū simpliciter id accipito, & animā absq; corpore,& absq; anima corpus, & mutuū etiā vtrorūq; cōgressum,in oībus perturbationibus voluptatis & doloris habere concursum. Dic ergo,num me dimittas,aut ad multā noctem detineas.Reor enim te si pauca quædā dixero,me dimissurum.nam horū omniū crastinū tibi sermonē polliceor:in præsentia vero ad iudicium qd Philebus instituit,pergere cupio.PRO.Præclare inquis o Socrates,& idcirco quę restāt vtcunq; tibi placuerit, enarrato. SO.Secundū naturā quidē post mixtas voluptates necessitate quadā ad puras quodāmodo deueniemus.PRO.Recte nimium.SO.Conabor equidem permutādo nobis eas significare. Dicentibus voluptates oēs dolorū sedationes esse haud prorsus assentior.Cæterū vt dixi,iis quasi testibus vtor ad ostendendū plerasq; videri cū nō sint,voluptates,nec nō aduersus eas,quę cū ingentes multæq; appareant,mixtę tamen tristitię sunt,& in sedatione quadam ingentium dolorum circa corporis animæq; defectū versantur. PRO. Quas deniq; voluptates veras o Socrates merito censere quis debet?SO.Eas vtiq; quę circa decoros colores atq; figuras,& odores plerosq;,& harmonias cōsistūt, & quæcunq; indigentias habent sensibus occultas ac sine molestia. repletiones vero patentes,& suaues,& tristitia vacuas exhibēt.PRO.Qua ratione o Socrates hęc sic dicimus? SO.Certe quę loquor haud statim perspicua sunt,verūtamen explicare conādū.figurarū em̄ pulchritudinē,non vt pleriq; forsitan intelligerēt,vtputa animaliū,vel picturarū quarūdā dico,sed rectū quiddā,& circulare,& ab iis ea quæ tornis fiunt,plana vel solida,& quæ canonibus,id est regulis atq; angulis construuntur, si modo hæc tenes.hæc siquidem nequaq̄ ad aliquid aliud respicientia quemadmodum cętera pulchra dico, sed pulchra semper suapte natura , voluptates proprias nullo modo motuum delectationibus conuenientes habētia,colores item eadē ratione pulchros atq; gratos esse. Sed nūquid intelligimus? vel quid superest?PRO. Annitor eqdem o Socrates,verū ipse quoq; lucidius explicare nitere.SO.Dico præterea,& vocum oblectamenta perspicua nimiū atq; suauia, vnā aliquā purā penitus concinentia melodiā,ad nihil aliud comparata,sed natura perpulchra,& innatas afferentia voluptates.PRO. Hoc quoq; verū est. SO.Genus autem voluptatum odores sequentiū, minus diuinum est:ꝙ autem ipsis necessarii dolores nequaq̄ miscenť,& vbicūq;,& in quocūq; id inesse cōtingit, hoc illis omne oppositū ponerem.Atq; ita duas voluptatū species,modo intelligas,iā collegimus.PRO.Intelligo. SO. Hic item disciplinarū voluptates addamus, si & istę famem discēdi nequaq̄ continere videntur,neq; propter disciplinarū auiditatem a principio dolores inferre. PRO. Assentior. SO.Quid vero,si quis doctrina imbutus,inde obliuiscatur,nonne tristitiā quandā sequi vides? PRO.Non natura quidem, sed quadā passionis cogitatione,cū quis orbatus propter indigētiā tristať.SO.Cæterum o beate,nos in præsentia non opinionis,sed naturæ passiones tractamus. PRO. Vere asseris ꝙ doctrinæ obliuio absq; tristitia fiat.SO.Voluptates igitur disciplinarū doloris expertes,nec multorū hominū,sed paucorū admodū esse fatendū.PRO.Fatendū proculdubio.SO.Postq̄ voluptates puras ab impuris secreuimus,addenda est iā vehemētibus voluptatibus immoderatio, remissioribus moderatio. Easq; etiā quę intēsius,remissius,magnū,paruū,raro,crebro,suscipiūt,ad infiniti genus qd per animā corpusq; secundū magis minusve discurrit,referre decet:quæ vero ista non capiunt,& ad cōmensurati genus potius referendæ.PRO.Recte inquis o Socrates.SO.Post hæc id insuper circa voluptates instituendum.PRO.Quid istud?SO.Vtrum dicendū sit conferre ad veritatem,purum ipsum atq; syncerum? an vehemens,multū,magnum,sufficiens?PRO.Quid tibi vis,dum ista rogas o Socrates? SO.Nihil o Protarche in ipsa disceptatione voluptatis,& scientiæ prætermittere vellem.siquidem vtriusq; illorū portio quædam pura,quędam impura est,vt vtrunq; purū in iudicium veniens,& mihi,& tibi, & istis deniq; cūctis ad iudicādū,se apertū expeditūq; prębeat.PRO.Scite.SO.Age igitur de omnib⁹ quæ genera pura vocamus,in hūc modum cogitemus, vnū aliquod ex illis primū in mediū inducentes.PRO.Quid potissimū eliciemus?SO.Album si vis,primo genus cōsideremus. PRO.Volo equidem.SO.Quomodo ita albi,& quæ puritas erit?Vtrum qd maximum quiddam est ac plurimum?an quod ita syncerū,vt nihil in eo coloris alterius insit?PRO.Cōstat plane,quod pręcipue syncerū est. SO.Probe.nōne hoc verissimū o Protarche,& pulcherrimū alborū omniū affirmabimus, nō aūt qd plurimū aut maximū?PRO.Recte.SO.Si ergo qd paruū purūq; albū est,mixto multoq; albo,albius, pulchriusq;,& verius esse dicam⁹,recte penit⁹ asseremus?PRO.Recte proculdubio.SO.Nūqd exēplis hmōi plurib⁹ ad iudicādū voluptatē egebim⁹?an poti⁹ hinc nosse sufficiet,ꝙ vniuersa voluptas parua q̄ magna,pauca q̄ multa,mō a dolore remota sit,suauior est & verior ac deniq; pulchrior?PRO. Exēplū id vnicū sat est.SO.Quid vero ad hoc? An audiuim⁹ voluptatis qdē generationē semp,essentiā vero nūq̄ existere?Modesti em̄ qdā,& faceti viri hoc ferūt,eisq; gratia habēda est.PRO.Quid tū? SO.Vis ne id interrogādo pcurrā?PRO.Dic,& interroga mō.SO.Sūt igiť duo quędā, vnū qdē secū

De puris voluptatibus.

Quę veræ voluptates.

Gen⁹ voluptatum odores sequētium, min⁹ diuinum.

Disciplinarū voluptates duplices.

Voluptatis gn̄atione sēp,essē tiam vero nunq̄ existere.

dum seipsum, alterum semper aliud appetēs. PRO. Qua ratione? & quę ista esse dicis? SO. Hoc suapte natura summopere venerādum, illud vero deficiens. PRO. Exprime clarius. SO. Vidimus sæpenumero pulchra quædā bonaq; obiecta, & quosdā insuper qui ea nimium affectarent. PRO. Vidimus. SO. Istis ergo duobus existentibus, duo quædā alia consimilia quære per omnia quæcunq; dicimus alteri tertiū esse. PRO. Profer obsecro Socrates clari⁹ adhuc qd sentis. SO. Nihil variū o Protarche, sed iocamur. Dicimus autē q; ex iis quæ sunt, aliquid semper est alterius gratia, aliquid vero cuius gratia semper id qd alterius gratia fit, efficitur. PRO. Vix tādem ob crebrā repetitionem percepi. SO. Forte etiā procedente disputatione clarius comprehendemus. PRO. Quid ni? SO. Duo hæc altera iterū ad sumamus. PRO. Quænā? SO. Alterū quidē omniū generationē, essentiā alterū. PRO. Equidē duo hęc abs te accipio, essentiā, & generationē. SO. Recte: vtrū aūt horū alterius gratia dicimus? generationē ne essentiæ gratia? vel essentiā inquātum essentia nuncupatur, hoc est secūdū id qd existit, gratia generationis? An percipis? PRO. Videor, sed per deos quid me interrogas? SO. Eiuscemodi aliud o Protarche interrogo, num fabricatio nauium nauigii gratia sit? An contra nauigium fabricationis nauium? Et de omnibus quæcūq; talia sunt idem dico. PRO. Cur non ipse o Socrates tibi ipsi respondes? SO. Nihil prohibet. Attamen tu quoq; concurre. PRO. Immo. SO. Generationis gratia inquā pharmaca & organa omnia omnemq; materiā omnibus adhiberi, singulas aūt generationes singularum essentiarū, vniuersam deniq; vniuersæ essentię gratia. PRO. Perspicue admodū. SO. Nōne & voluptas, si quidem generatio est, alicuius essentiæ gratia necessario fiet? PRO. Quid ni? SO. Quod tale est, vt eius gratia fiat qd semper alterius gratia fit, in boni sorte locaт: qd vero alterius gratia, in aliā sortē o vir optime reducendū videtur. PRO. Necessariū id omnino. SO. Quāobrem si voluptas generatio est, ad aliā q̄ boni sortem merito referemus. PRO. Merito certe. SO. Nonne vt in principio disputationis huius prædixi, dicenti voluptatis quidem generationem, essentiā vero nullā existere, habenda gratia est? Constat enim hunc voluptatem bonum prædicantes penitus derisurum. PRO. Magnopere. SO. Quinetiā hic idē eos qui generationi impēsius studēt, ridebit atq; despiciet. PRO. Quo pacto? & quales ais? SO. Eos qui dū famem sitimq; restinguūt, vel aliquid aliud ex iis quæ generatio curat ac sedat, generatione lætanт, quasi ipsa sit, aiuntq; vitā se minime electuros, nisi sitiant, & esuriant, atq; aliis quæ hæc sequuntur, afficiātur. PRO. Videntur sane. SO. Eius autē qd fieri est cōtrarium destrui ipsum cuncti fatemur. PRO. Necessario. SO. Corruptionē generationēq; eligit qsq; hęc expetit: non aūt tertiā illā vitā, quā & lætitia & tristitia vacuā, intelligentiæ vero quoad fieri potest purissimę cōpotē proposuimus. PRO. A ratione procul o Socrates erit, qcūq; voluptatē nobis, bonū asseuerabit. SO. Procul admodū, quādoqdē & hac preterea ratiōe ostēdere licet. PRO. Quā? SO. Cur enī nō absurdū sit, cū nihil bonū decorūve sit, siue in corpore, siue in aliis vllis prǽterq̄ in anima, in ea tamē solūmodo voluptatē bonū vocare? fortitudinē vero, tēperantiā, intelligentiā, ac reliqua quæcūq; bona sortitus est animus, minime? Ac preterea hoīem voluptatis expertē, dolore vero affectum, malū tūc dū dolet, asserere, licet omniū optimus sit, & eū cōtra q voluptatib⁹ delinit, quo magis gestit, eo virtute pręstātiorē dicere? PRO. Hæc o Socrates omnia supra q̄ dici possit absurda sunt. SO. Ne tamē voluptatis vniuersæ examinationē penitus prosequi, mentē vero & sciētiā pretermittere videamur, age iā siqd sordidū adiacet illis, excutiamus, donec ad purissimā eorum naturā deniq; penetrātes, & ipsam inspiciētes, ad ipsum iudicium, tum harū, tū voluptatis partibus verissimis vti possimus. PRO. Scite. SO. Nōne aliud nobis sciētiā circa doctrinas, aliud circa educationē vel nutritionē exhibet? PRO. Sic est. SO. In iis facultatibus primū quæ manibus vtunт, inuestigemus vtrum in illis aliquid secundum sciētiā magis, aliquid minus insit, oporteatq; aliquid purissimū, impurius aliquid arbitrari. PRO. Decet profecto. SO. Præcipuas vtiq; a singulis discernendum. PRO. Quales, & quo pacto? SO. Vt ecce siquis ab oībus artibus segregaret numerādi dimetiendiq; & ponderādi peritiam, vile quiddā vt ita dicā esset, qd vniuscuiusq; restaret. PRO. Vile profecto. SO. Residuum quippe imaginatione quadā ac sensuū experiētia & exercitatione, coniecturisq; incederet, quas plerique artes vocant, cura & labore vim adeptas. PRO. Necessaria prorsus inducis. SO. An non vbi musica iis plena est, cōcentum primo cōtēperat nō mēsura, sed diligētiæ potius cōlectura, & vniuersa eius pulsandi facultas mēsurā chordę cuiusq; coniectura motę perquirit, adeo vt obscuritatē plurimā mixtā habeat, stabilitatē vero perpaucā? PRO. Verissime. SO. Quinetiā medicinā, agriculturā, gubernatoriā, militarē similiter institutas esse reperiem⁹. PRO. Q̄maxime. SO. Architecturā vero mēsurę plurimę, & instrumēta qbus frequētius vtiт, vt pspicacē maxime, ita maxime prę multis facultatib⁹ artificiosam efficiūt. PRO. Quonā pacto? SO. In ipa pfecto nauiū, & domorū cōstructione, multisq; aliis ad lignariū fabrū quodāmodo ptinētibus vtiт amussi regulaq;, torno, circino, filo, ppēdiculo, instrumēto quoq; ad dirigēda ligna idoneo. PRO. Recte admodū o Socrates inqs. SO. Ponamus igiт eas q̄ dicunт artes in ordine duplici, musicā qdē i opib⁹ sectātes pspicacię minoris pticipes, architecturę ve

Q; voluptas nō sit bonum.

Id cui⁹ grā fit, bonum

De purita te sciētiaꝝ

Potissimū in artibus

Musica vsurariā & sine mēsura.

Debilitas medicinæ &c.

Nobilitas architecturæ.

Artes i duplici ordine.

to pedissequas aliquāto maioris. PRO. Ponamus. SO. Harū omniū perspicacissimas, quas paulo ante primas vocauimus. PRO. Numerādi peritiā, & quas cum illa supra iunxisti, innuere nunc mihi videris. SO. Prorsus. sed num o Protarche has iterū duplices affirmare, an aliter debemus? PRO. Quas inquis? SO. Arithmeticā primo, nonne aliā vulgarium, aliā philosophantium? PRO. Quanam ratione quis partiens aliā atq; aliam arithmeticam asseret? SO. Haud exigua discrepātia o Protarche. Illi porro vnitates inæquales eorum quæ secundū numerum sunt, dinumerāt, veluti duos exercitus, boues duos, duo quæ minima, duo etiā quæ maxima: hi vero nūq̄ eos sequerentur, nisi quis partiū vnitatem aliā ab alia vnitate nullo discrepantem posuerit. PRO. Q optime loqueris, dum multā infers diuersitatē eorū qui circa numerū versant, adeo vt decens sit, in duo quędā diuidere. SO. Quid vero cōputādi, & dimetiendi secundū architecturā mercaturāve facultas, itemq; secundum philosophiā geometria ratiocinatioq; diligēs, vtrū vna quędā, an duę potius artes? PRO. Priorem ego responsionem sequutus, mea quidē sententia duas esse ponerem. SO. Probe. sed num intelligis cuius gratia in mediū hæc induximus? PRO. Forsitan, attamē quod nūc quęsitū est explanare te velim. SO. Disputatio nostra quæ iandiu proportionem quādā æqua diuisionis conuersione voluptatibus respondentē quærit, videtur mihi nūc non minus q̄ ab initio assecuta fuisse quod quęrit, dū indagat num sit sciētia quędā alia sciētia purior, quēadmodū voluptate voluptas. PRO. Constat horū gratia ista tractata fuisse. SO. Quid autem nonne in superioribus aliā artem in alia esse repertum est, clarioreq; aliā, & obscuriorem aliā? PRO. Maxime. SO. In iis aūt an non artem quādā ratio velut æquiuocā proferens, & quasi vnā innuens, rursus quasi duæ sint, inquirit num perspicuitas puritasq; illarū penes philosophātes, aut non philosophātes existat? PRO. Et maxime qdem id inquirere mihi videtur. SO. Quale huic responsum o Protarche reddemus? PRO. O Socrates ad mirā scientiarū differentiā declarandā descendim⁹. SO. An nō responsio facilis? PRO. Quid ni? asseramus itaq; has artes longo interuallo a cæteris discrepare. Ab iis præterea legitimorū philosophorū artes mirū in modū syncaritate & veritate circa mensuras numerosq; differre. SO. Sunto igitur ista ex tua sententia, nosq; tibi credentes audacter importunis disputatoribus respondeamus. PRO. Quidnā? SO. Duas arithmeticas esse ac duas metiendi artes, aliasq; facultates harū comites plurimas, geminationem habentes huiusmodi, & in nomine vno cōmunicātes. PRO. Demus secūda fortuna his quos importunos vocasti responsionē hāc o Socrates. SO. Has ne sciētias q̄ maxime synceras, atq; supremas asseueramus? PRO. Omnino. SO. Verūtamen o Protarche nos differendi facultas ipsa renueret, siquam ipsi aliā præferremus. PRO. Quā rursus hāc dicere decet? SO. Eam quæ omnem modo inductā peritiā noscit. hāc enim cū circa id qđ est, & vere est, & semper eodem modo se habet, versef, arbitror omnes, quib⁹ modo aliqd sanę mentis adsit, longe omniū verissimā cognitionem esse protinus concessuros. Tu vero o Protarche quid sentis? PRO. Gorgiā sępe audiui dicentem persuadendi facūdiā artibus cunctis præcellere: quippe quę cūcta nō vi, sed spōte sibi subiiciat, longeq; omniū artiū optima sit. Nūc vero nec tibi, nec illi aduersari velim. SO. Arma mihi videris dicere voluisse, verū pudore adduct⁹ pretermisisse. PRO. Sunto hęc vt lubet. SO. Ego ne in causa sum vt min⁹ bene acceperis? PRO. Quid? SO. Nondū o amice Protarche quę ars aut scientia oībus antecellat, eo q maxima potissimaq; & vtilissima omniū, ex te quæsiui, verū quę perspicuū, syncerū, verissimū contempletur, q̄uis parua sit ac minime vtilis: hoc profecto est quod modo quærimus. At vide nihil Gorgiā lacessas, si eius arti vtilitatis laudem præstantiāq; concedas, ei vero quā ipse modo narraui facultati veritatis præcellentiā tribuas, quēadmodum supra de albo dixeram, q licet paruum, si tamen purum esset, multo, & impuro secundū veritatis excessum præstaret. Et nunc qdem sufficienter discutientes, ne respiciamus in vllas disciplinarū vel commendationes vel cōmoda: sed siqua ex natura sua vis animi veritatem amare inducit, eiusq; gratia cuncta peragere, hanc diximus perscrutantes puritatem mentis, & sapientiæ, considerādum an probabile sit a differendi scientia maxime possideri, vel aliam potius præstantiorem hac perquirere. PRO. Considero equidē, concedoq; difficile inueniri posse aliā vel artem vel scientiā veritati propinquiorem. SO. Nunquid tale quiddā cogitās hęc modo dixisti? q videlicet artes multæ, & quęcūq; circa hæc versantur, primo quidem opinionibus vtuntur, & quæ circa opiniones consistunt, ex instituto perquirunt: siue etiā quæ ad naturā spectāt, indagāda quis puter, puta quæ circa mundum sunt, quomodo videlicet mūdus factus est, quomodo patitur aliquid, quomodo agit, per omnem vitā scrutatur. fatemur hæc, an non? PRO. Vtiq;. SO. Nec circa ea quę semper existunt, sed quę fiebāt fiuntq;, & fient, hic versaf. PRO. Vera loqueris. SO. Num ex iis quæ nunq̄ aut in præterito, aut futuro, aut præsenti eodem modo se habent, aliquid exactissima veritate perspicuum esse dicemus? PRO. Non licet. SO. Etenim in iis quæ nullā prorsus stabilitatē habent, quo pacto nos stabile qcq̄ assequeremur? PRO. Nulla vt arbitror ratione. SO. Neq; mens igif neq; scientia vlla circa ista est veritatē supremā habens. PRO. Consentaneū. SO. Te igitur, & me, & Gorgiā, atq; Philebū valere sinamus: hoc autem

Arithmetica duplex.

Geometria duplex.

Artes differre.

Logica artib⁹ oībus præfertur.

Gorgias ptulit artē dicēdi cūctis artib⁹

Determinatio duarū artiū quarū alterutra videf aliis precellere.

ratione nūc afferam⁹.PRO.Quid istud?SO.Qꝫ illa nobis facultas firmitatē,puritatē,veritatē,synceritatē cōtinet,q̄ circa ea q̄ semꝑ eodē modo & simplicissima sunt,studet, aut qđ secūdo loco illis ꝓximū.Reliqua oīa posteriora dicēda.PRO.Vera nimiū.SO.Atqui illa noīa q̄ circa talia quędā pulcherrima oīm sunt,an nō rebus quoq; pulcherrimis assignāda?PRO.Par est.SO.Mens & sapiētia nomina sunt oīm ꝑciocissima.PRO.Sunt.SO.Hęc igiť intelligētiis eius qđ vere est exactissima ratione ꝑfecta atq; tributa recte vtiq; accōmodāť.PRO.Prorsus.SO.At quę ipse in iudiciū supra ꝓduxi,nō alia q̄ noīa hęc excitarūt.PRO.Haud alia.SO. Cęterū siquis voluptatis,& sapiētię mixtionē nobis velut opificibus ꝓpositū esse ex q̄bus,& in q̄bus conflet,dixerit,an sic merito cōparabit? PRO. Et maxime q̄dem.SO.Itaq; deinceps miscere conandū.PRO.Conandū plane.SO.Nōne hęc prius admonere pręstabit?PRO.Quę?SO.Quę & antea memorauimus:ꝑclarū nēpe ꝓuerbiū illud quo diciť,quę pulchra sunt,& bis & ter repetēda esse.PRO.Quid ni? SO.Per Iouē sic existimo superiora dicta fuisse.PRO. Quō?SO.Philebus voluptatē inq̄t finē rectū cūctis animalib⁹ esse,oīaq; ad eā intēdere oportere,atq; id bonū ipsum vniuersis existere,pręterea duo hęc nomina bonū & iocundū eidē naturę congruere. Socrates aūt primū id esse minime inq̄t:vtq; duo nomina sunt,bonū atq; iocundū,duas etiā differētes esse naturas.Quinetiam sapientiā magis q̄ voluptatē boni participē esse.Nonne hęc o Protarche sunt quę dicebanť?PRO.Maxime.SO. Hoc quoq; & tūc & in pręsentia cōcessione dignū.PRO.Quale?SO.Ipsius boni naturā hoc ꝓcipue ab aliis discrepare.PRO.Quonam? SO.Cuicunq; hoc adest ex viuentibus semꝑ & omnino & vndiq;,id nullo alio indiget, ꝑfectamq; sufficientiam continet.ita ne? PRO.Ita prorsus.SO.An non ratione ipsa conati sumus alterū seorsum ponentes ab altero.s.voluptatem seorsum a sapientia,atq; ecōuerso,sic in vitā cuiusq; respicere?PRO.Certe.SO.Visum ne tūc nobis ex his alterutrū sufficiēs esse?PRO.Et quō id videri debuerit?SO.Qꝫ siquid forte tūc aberratū fuit,nūc saltē resumēs aliq̄s rectius asseueret,memoriā,scientiā,sapientiā, veram opinionē,eiusdē ideę ponēs,consideransq; vtrū absq; his aliq̄s,vel se,vel aliū aut esse quoquo modo aut fieri sit electurus,nedū voluptatem seu plurimā seu vehementissimā sine iis eligere debeat.Siquidem his priuatus neq; reuera gaudere se opinabiť,neq; qua conditione affectus sit,noscet, neq; affectus ipsius memoriam ꝑ tempus aliq̄đ reseruabit.Eadē quoq; de sapiētia dicas.Nū quispiā ꝓcul ab omni vel minima voluptate sapientiā adipisci,q̄ cū voluptatibus quibusdā malit,aut voluptates oēs sine sapiētia potius q̄ cū sapiētia quadā?PRO.Nullus o Socrates.Verūtamen nil opus est hęc totiēs iā repetere.SO.Quapropter horum neutrum ꝑfectū,& omnibus expetendū,ac penitus bonum.PRO.Neutrum.SO.Aut igiť bonum ipsum ꝑspicue,aut figurā eius aliquā sumere decet,vt quēadmodū diximus,cui potissimū secūdę sortes tribuēdę sint,videamus.PRO.Scite admodū loqueris.SO.An non semitā ad bonū ipsum quandā ingressi sumus?PRO.Quā?SO.Si q̄s hominē aliquē quęrēs,domū quā inhabitat,primū didicerit,adminiculū sane ad eum inueniendū ingens habebit.PRO.Quid ni?SO.Ita & nos pręsens atq; superior ratio monuit ne in simplici vita,sed mixta bonum ipsum indagarem⁹. PRO.Omnino.SO.Spes attamen certior,in eo quod pulchre mixtū,q̄ in opposito nos qđ quærimus reperturos. PRO.Certior sane.SO.Misceamus igiť o Protarche diis ante vouētes siue Dionysius,siue Vulcan⁹ siue alius quispiam deorū sortitus est mixtionis officiū.PRO.Ita prorsus agendum. SO.Atqui nobis tanq̄ vinū miscentibus quibusdā,fontes adstant.Et melli quidem voluptatis fontē comparare q̄s potest:verum sapientiæ fontē sine vini vi sobriū aquæ cuipiā acri,atq; etiam saluberrimę. Hos ergo liquores q̄pulcherrime in vnū confundere studeamus.PRO.Studendum certe. SO. Dic age primū: si oēm voluptatē cū omni sapientia misceamus,nū pulchre iunxerimus?PRO.Forsitan.SO.Verum minime tutū.Quo tamen pacto securius misceamus,me nūc declaraturū cōfido.PRO.Dic quomodo.SO.Patuit ne in superioribus alia voluptas alia,rursusq; scientia scientia esse syncerior?PRO.Patuit plane. SOCRA. Scientia quoq; a scientia differens, & altera quidem circa illa quæ oriuntur & occidunt,altera circa ea quę neq; fiunt neq; intereūt,semperq; secundum eadem eodem modo se habent. Atq; hāc ad veritatem ipsam respicientes,illa veriorem esse putamus.PRO.Recte admodum. SO.Si vtriusq; portiones verissimas inuicem connectamus, nunq̄d istarū mixtio sufficiēs erit ad vitam nobis optabilissimam exhibendam?aut alio pręterea quodam alterius rationis egebimus?PRO. Mihi quidem sic videť agendum.SO.Esto igiť nobis vir quidā sapiēs qui norit quid ipsa iustitia sit, rationēq; intelligentię comitem habeat,nec non reliqua cuncta quęcūq; sunt similiter calleat.PRO. Esto sane.SO.Nun hic sufficienti scientia prædictus erit si circuli & sphęrę ipsius diuinę rationē teneat,humanā vero hāc sphęram & hos circulos prorsus ignoret, dū in architectura similibusq; operibus canonibus.i.regulis circulisq; vteť? PRO. Ridicula erit o Socrates cognitio nostra,si in diuinis dūtaxat verseť. SO. Quid ais?nū falsi canonis atq; circuli impuram & instabilem artem inserere vna & immiscere debemus?PRO.Necessariū hoc est,si modo quis nostrū vel viā quę ducat domum reperturus sit.SO.An vero & musicam? quam paulo ante diximus cōiecturis imitationeq; plenam a

Mēs & sapientia nomina ꝑciocissima.

Prouerbiū Quæ pulchra sunt, & bis & ter repetēda.

Quo boni natura ab aliis discrepet.

Dionysio & Vulcano est dedita mixtio.

quid decet, pulchrũ efficere. SO. Hic ille inferet: Vtrũ decet pulchrę ollę de qua supra diximꝰ plenæ bonorum leguminũ auream tudeculam addere an ficulneam? HIP. Pro Hercules, qualem hominẽ narras. Cur non eius nomẽ profers? SO. Haud agnosceres hominẽ, licet nomẽ audires. HIP. Verũta men in præsentia indoctũ illum esse cognosco. SO. Curiosus nimiũ est o Hippia. Cæterum quid dicemus? Vtram potius e duabus tudeculis legumini & ollę cõgruere? an ficulneam? suauiorem quippe odorem pręstat, neq; collidens frangensq; ollam diffundet legumina, nec aqua ignẽ extinguet, neq; comesturos homines precioso priuabit obsonio. Cõtra vero aurea tudecula. Quamobrem videt mi hi ficulnea magis decere q̃ aurea, nisi tu cõtradixeris. HIP. Decet sane magis, q̃uis ego cum homine talia perquirẽti minime disputarem. SO. Probe nimirum o amice. Tibi enim talibus nominibus vti non conuenit, cum tam specioso amictu calceisq; ornatus sis, & inter omnes gręcos sapiẽtia polleas: me autem nihil ꝓhibet, quo minus cũ illo verser, me igitur ante erudias, meiq; gratia respondere di gneris. Ille nãq; sic deinde ꝓget. Si ficulnea decet magis q̃ aurea, nõne pulchrior? HIP. Pulchriorẽ respondebis o Socrates, postq̃ qđ decet, pulchrius q̃ qđ dedecet, es confessus. SO. Nunquid Hippia cõfitendum ficulneam pulchriorem esse q̃ auream? HIP. Vis tibi dicam Socrates, quomodo pulchrum definiens, prolixis eum sermonibus liberabis? SOC. Quid ni velim? modo tamen prius mihi dixeris vtram e duabus illis tudeculis decentiorem pulchrioremq; existere respondendum sit. HIP. Atqui si vis, illam quæ ex ficu est, pulchriorem esse responde. SO. Nũc iam dicas qđ paulo ante inceptabas. Hac enim responsione qua ipsum pulchrum aurum esse aio, nihilo pulchrius vt arbitror aurũ, q̃ lignum ficulneum apparebit. Nunc denuo quid ipsum pulchrum asseris? HIP. Dicam equidem: requirere nanq; mihi videris tale quiddam pulchrum respondere, quod nunq̃ alicui turpe videri queat. SO. Omnino o Hippia, & nunc recte accipis. HIP. Audiam: scito Socrates, siquis habeat quod aduersus hoc inferre valeat, autumare me, nihil vnq̃ penitus laudaturum. SO. Dic per deos cito. HIP. Aio equidem semper, apud quẽlibet & vbicunq; pulcherrimum esse, vt sanus aliquis sit, diues, & honoratus inter græcos vsq; ad senectutem: & sicut parentes suos defunctos egregio funere decorauit, sic a filiis suis præclare, atq; magnifice sepeliatur. SO. Hui, hui, o Hippia q̃ mirifice & excellenter & vt te decet, dixisti. per Iunonem valde te amo, quia mihi videris summa cum beneuolentia pro viribꝰ auxiliari. Virum tamen illum nondum comprehendimus, sed nunc effusius nos, mihi crede, ridebit. HIP. O ineptum risum. cum enim nihil aduersus ista proferre valeat, rideat autem, seipsum ridebit, præsentibusq; omnibus ipse ludibrio erit. SO. Forte sic se res habet: forte etiam ex hac respõsione, vt ego vaticinor, non solum illudere me audebit. HIP. Quid vltra? SO. Si baculum habuerit, neq; ego statim fugero, cędere me conabitur. HIP. Quid ais? An tuus ille dominus? si tibi iniuriatus fuerit, nõ dabit pœnas? an iniusta vestra ciuitas? cęcdereq; se mutuo ciues permittit? SO. Nullo modo. HIP. Nõne igitur punietur, si te iniuste percusserit? SO. Non iniuste quidem o Hippia, si talia responderem, sed iure mihi videtur. HIP. Mihi quoq;, quandoquidem & tu hęc putas. SO. Vis tibi dicam, quã ob causam me talia respondentem verberibus dignum putem? An tu me prius q̃ iudices, verberabis? vel rationem admittes? HIP. Graue hoc esset o Socrates, si nõ admitterẽ. sed qua ratione id ais? SO. Dicam eodem modo quo & paulo ante, imitatus illum, ne coram te verba q̃bus ille mecum vtitur, proferam dura nimium & absurda. Nam sic me proculdubio alloquet. Dic age o Socrates, iniuste cędi illum censes, qui Dithyrãbum tantum inconcinne pronuncians, tam procul a proposita quęstione abierit? At ego, quonam pacto interrogabo? Tum ille, quia oblitus es quæsitum fuisse ipsum pulchrũ, qđ omnia q̃buscunq; inest pulchra efficit, lapidem, lignum, hominem, deum, actionem deniq; omnem, & disciplinam. hoc ipsum o vir pulchrũ qđ est perquiro. tu vero non magis audisti me, q̃ si lapis coram assedisses, & molaris quidem, nec aures neq; cerebrum habens. Qꝫ si ego perterritus ad hæc ita respondeam, num grauiter feres Hippia? HIP. Quonã modo? SO. Sic inquã. Hoc tamen Hippias pulchrũ esse dixit, q̃uis ego illum vt tu me nunc, interrogassem, qđ omnibus pulchrum, semperq; existit. Quid ais? An moleste feres si hæc dixero? HIP. Certo scio o Socrates qđ dixi omnibꝰ esse pulchrum, & ita videbit. SO. An & erit? dicet ille. semp eñ pulchrũ pulchrũ. HIP. Omnino. SO. Nonne & erat, interrogabit. HIP. Et erat. SO. Ad hæc ille, & nũquid Eliensis hospes inquit Achilli pulchrum esse, post genitores suos naturę concedere, & auo illius Aeaco, aliisq; quicũq; ex diis nati sunt, & ipsis deniq; diis? HIP. Quid hoc? Macarię Herculis filiæ ad expiandũ scelus sacra facito, prophanæ enim sunt o Socrates huiusmodi quæstiones. SO. Quid vero? percontante alio hæc asserere non valde prophanum? HIP. Forsitan. SO. Forte igitur tu is es, ille dicet, qui cuilibet ac semper pulchrum esse dicis a filiis funere honorari, parentibꝰ parentare. An non ex omnibꝰ vnꝰ Hercules erat, aliiq; quos antea memorauimus? HIP. At vero non diis dicebam. SO. Nec heroibꝰ etiam vt videris. HIP. Non certe quicunq; deorum filii fuerũt. SO. Illis vero qui non deorum? HIP. His ipsis. SO. Ergo secũdũ sermonem tuum ex heroum numero Tantalo quidem & Dardano atq; Zeto graue, pro

Margin notes: accipitur pro cochleari quo olla mouetur: Caleping legit Tudicula et nõ tudecula. — Vide an legendũ Hominibꝰ. — Quarta definitio falsa. — Cõfutatio quartę definitionis. — Macaria filia Herculis.

An forte neq; dulcia hęc,neq; in sensibus prœterq̃ in audiendo videndoq; voluptatẽ aliquā ponitis?
Quid inquā o Hippia respōdebimus?HIP.Magnas quoq; inesse aliis sensib⁹ voluptates assentiemur.
SO.Sed ille,qua de causa,dicet,cum non minus q̃ alię voluptates hę sunt,pulchri eas cognomento
priuatis?Quoniā,respōdebim⁹,nemo est q nos nō rideat,si dicam⁹ nō dulce comestionẽ esse,sed pul-
chrū:suauẽq; odorẽ non suaue esse,sed pulchrū.Veneris quoq; motus dulcissimū quiddam esse,qui
libet nobiscū pugnabit.Oportet autẽ si quis hoc potiatur,ita potiri,vt lateat,quasi visu turpissimū
sit.Cum hęc dixerimus Hippia,ille forsitan respondebit:intelligo equidẽ ꝙ iandiu vos pudor impe-
dit quo minus voluptates huiusmodi pulchras denominetis,quia hominibus non videanť.Ego ve-
ro non id quęrebā,qđ vulgo pulchrū videť,sed qđ pulchrum ipsum est.At illi,nos id repetem⁹ pul-
chrum esse qđ iam proposuimus,partẽ scilicet eam iucundi,quę per oculos auresq; delinit.Tu vero
Hippia quo te vertes?an forte quid aliud inferemus?HIP.Non alia pręter hęc o Socrates respōden
dum.SO.Pręclare dicitis,inferet ille.Si ergo solum qđ per visum,auditūq; gratū aduenit,pulchrum
est,qđ per alium sensum delectat,minime pulchrū.Confitebimur ne?HIP.Confitebimur.SO.Ille ve
ro sic iterū.An qđ per visum iucundum,per visum & auditū iucundū est?Et qđ per auditum iucun
dum,p auditum & visum etiam?Ad hæc nos,nullo modo qđ p alterum est,p vtrunq; esse.hoc enim
quęrere nobis videris.Nos vero diximus quoduis e duobus his iucundis ipsum p se pulchrum esse
& similiter ambo.nōne sic respondendū?HIP.Sic prorsus.SO.Tum ille,nunqd a iucundo,iucundū
eo ipso ꝙ iucūdum est,differt?haud quæro vtrū maior minorve sit voluptate voluptas,aut magis
ac minus,sed vtrū ex pluribus voluptatibus vna quędā hoc ipso ab alia differat,ꝙ hæc qdem volu
ptas sit,illa minime.Nobis qdem non videri dicemus.HIP.Non videri plane.SO.Sic ille inferet.Nō
ne propter aliud qddam q̃ propterea ꝙ voluptates sint,has potissimū voluptates e numero omniū
elegistis,tale qddam in vtrisq; inspicientes,ꝙ videlicet naturā quādam habent ab aliis differentem,
ad quā ꝑfecto respicientes,pulchras esse illas asseueratis?neq; enim visus voluptas idcirco pulchra
est,quia per visum fit.Nam si illius pulchritudinis hęc esset causa,nullo modo quę per auditum fit,
pulchra esset,cum per visum nequāq̃ efficiatur.Nos aūt vera illum dicere confitebimur?HIP.Con-
fitebimur sane.SO.Neq; rursus auditus voluptas ex eo pulchra,qa per auditum fiat:alioquin quæ
per visum percipitur pulchra non esset,quippe cū non eadem sit cum illa quę per auditum efficitur.
Eum virum qui ista dicit o Hippia vera loqui fatebimur?HIP.Vera nimirū.SO.Verūtamen vtræq;
inquiet pulchrę sunt vt dicitis.Dicimus ne?HIP.Dicimus certe.SO.Habent igiť commune qddam
atq; idem,qđ eas pulchras efficit,quodve ambabus cōmuniter inest,& vnicuiq; proprie.Neq; enim
aliter ambę pulchrę essent & quęlibet.Age mihi tanq̃ illi responde.HIP.Ita mihi vt ais,videri respō
deo.SO.Si enim voluptates hę aliquid ambę susciperent,qđ non earū quælibet pateretur,nunq̃ hu
iusmodi passione pulchrę existerent.HIP.Sic est o Socrates.Qui enim fieri posset,vt qđ neutra illa
rum patitur,ambę perpetiantur?SO.Non tibi videtur.HIP.Atqui & rerum istarum & locutionum
huiusmodi penitus imperitus essem.SO.Iucūde quidem o Hippia.cæterū ego forte periclitor,vide-
ri mihi aliqd intueri,qđ ita se habere vt tu ais minime possit.Video autem nihil.HIP.Non pericli
taris o Socrates,sed nimiū despicis.SOCRAT.Enimuero huius generis permulta mihi in mentem
veniūt,qbus fidem non præsto,quoniam non probanť abs te,q argenti plus studio sapientiæ q̃ cæte
ri nostri temporis cumulasti.Ego autem o amice,vtpote q nihil vnq̃ lucratus sum,cogito ne mecū
forte ioceris,ex industriaq; deludas,adeo mihi multa videnť.HIP.Nemo melius q̃ tu intelliget So-
crates,vtrū iocer necne,si hæc quæ tibi occurrūt ꝓferre cœperis:nihil enim dicere videberis,quo-
niam nūq̃ reperies,qđ nec ego patior,neq; tu,ambos perpeti.SO.Quomō inqs Hippia?forte tu aliqđ
dicis qđ ego minus intelligo.Verū ausculta me,qđ sentio planius explicabo.Mihi qdem videť,qđ
neq; contingit me esse,neq; sum,neq; tu similiter,hoc ambos pati nos posse.Item alia quæ ambo pa-
timur,neutrū nostrū existere.HIP.Monstra rursus afferre videris o Socrates,& magis certe q̃ pau-
lo ante.Attende modo.Si ambo iusti essemus,nonne & singuli?Vel si iniustus vterq;,nōne & ambo?
Aut si sani ambo,an non vterq;?Et si qlibet nostrū laborat in aliquo,vel vulnerat⁹ est,vel percussus,
siue aliud qduis passus fuerit,nonne idem ambo perpetimur?prætera si aurei,vel argentei,vel ebur
nei,ac etiam si vis,generosi,aut sapientes,aut honorati,vel senes,vel iuuenes,aut aliud qduis huma
nū ambo essemus,nonne omnino necessariū esset hoc quēlibet nostrū esse?SO.Omnino qdem.HIP.
Cæterū ipse o Socrates res ipsas integras non consideras,neq; illi qbuscū disputare es solitus:pulsa
tis illico pulchrū,& aliud qđcūq; disputandū suscipitis,& vnūqđq; disserendo diuiditis,atq; idcirco
ita vos latent,magna & vniuersa corpora continuā essentiā ex natura sortita.Et nūc adeo circa hęc
te veritas fugit,vt putes esse passionẽ aliquā vel essentiā,q̃ circa ambo q̃dam verseť,circa vero sin-
gula minime:atq; vicissim q̃ circa singula qdem sit,circa ambo vero nequāq̃:adeo irrationales,teme
rarii,inepti,fatui estis.SO.Talia qdem nostra sunt,Hippia,nō qualia qs optaret,vt trito ꝓuerbio fer

pissimũ.SO.Pręclare loqueris.Sed nunquid ob hanc ipsam ratiõe,sapiẽtia pulcherrimũ omniũ, insipiẽtia cõtra turpissimũ?HIP.Tu vero quid putas?SO.Siste parũper o dulcis amice. Nam de eo qđ dicimus suspicor,atq; timeo.HIP.Quid metuis Socrates?nõne scite dicta hęc sunt? SO.Velim equidem,sed mecũ hoc animaduerte,vtrũ quis vnq̃ qđ neq; scit,neq; potest,efficiat.HIP. Nequaq̃. quo enim pacto,qđ nequit ageret?SO.Qui delinquũt,& mala agunt efficiuntq; ignari,si hęc nõ potuissent,nunquid egissent?HIP.Minime.SO.At vero potentia possunt,quicũq; possunt:non enim impotentia.HIP.Non certe.SO.Possunt autem omnes facere quę faciunt?HIP.Proculdubio.SO.Mala vero multo plura q̃ bona,omnes homines statim ab ineunte ætate per omnẽ vitam agunt,neq; sponte delinquũt.HIP.Vera loqueris.SO.Quid porro?hanc potentiã,atq; hæc vtilia quę ad malorũ executionem cõducunt,num pulchra vocabimus,an longe aliter?HIP.Lõge absunt a pulchro o Socrates. SO.Non ergo potẽs nobis & vtile vt videť ipsum pulchrũ existit.HIP.Immo,si modo bona possit, ad eaq; cõferat.SO.Illud igitur reprobatum est,q; potens & vtile simpliciter pulchrũ sit. Sed nunqđ hoc erat o Hippia,ad qđ animus noster respiciebat?Ipsum scilicet potẽs & vtile ad bonũ conficiẽdũ, pulchrũ esse.HIP.Mihi qdem videtur. SO.Hoc cõducibile est,an non?HIP.Valde.SO.Sic vtiq; pulchra corpora,pulchra instituta legũ,& sapientia,& alia quę paulo ante retulimus,omnia ex eo pulchra sunt quo cõducibilia sunt.HIP.Constat.SO.Conducibile itaq; ipsum nobis pulchrũ esse videtur.HIP.Maxime omniũ.SO.Atqui conducibile est,qđ bonũ efficit.HIP.Idipsum.SO.Efficiens autem nihil aliud est q̃ causa.HIP.Nihil.SO.Ergo boni causa pulchrũ est.HIP.Est profecto.SO.Aliud vero est causa,aliud id cuius causa est.Neq; enim causa ipsius causę causa esse potest. Qđ hinc maxime coniectare licet.Nonne causam efficientẽ esse constitit?HIP.Plane. SO. Ab efficiẽte vero effectũ fit,non efficiens.HIP.Verum est.SO.Aliud efficiens,aliud effectum.HIP.Aliud certe. SO.Non ergo causa ipsius causa est,sed eius qđ ab ipsa efficitur.HIP.Sic est.SO. Itaq; si pulchrum boni causa est,a pulchro fit bonũ.Et ob hanc causam vt videtur,prudentiam aliaq; pulchra omnia exoptam⁹, quia opus qđ ex his gignitur,id est bonũ,exoptandum est. Vnde per ea quę inuenimus, pulchrũ ad bonum ideam patris cuiusdam habere videtur.HIP.Omnino quidem.præclare enim loqueris.SOC. Num & hoc pręclare,q; neq; pater fili⁹ est,neq; filius vicissim pater?HIP.Et hoc. SO.Enimuero nec causa effectũ est,nec effectum causa.HIP.Vera loqueris.SO.Per Iouem o vir optime, neq; pulchrũ bonum est,neq; bonum pulchrũ.An tibi ex his quę dicta sunt,fieri posse videtur?HIP.Non mihi,nõ per Iouem.SO.Placet nobis istud,& asserere volumus,q; neq; pulchrũ bonũ, neq; bonum pulchrũ. HIP.Non per Iouem,non mihi placet.SO. Per Iouem mihi quoq; o Hippia nihil minus ex his quæ dicta sunt placet.HIP.Ita sane videtur.SO.Haud amplius igitur sermo ille vt supra,egregius esse videtur,quo id pulchrũ asserebatur, qđ conducibile vtileq; & potens ad bonum aliquod efficiẽdum. immo si possibile est,absurdior iudicandus q̃ superiores illi,quib⁹ virginẽ,& singula quę supra narrauimus, pulchrũ ipsum nuncupabamus.HIP. Apparet.SO.Equidẽ o Hippia quo me vertã nescio, hęsito enim & ambigo.tu vero num forte qđ habes?HIP.In pręsentia minime,sed vt alias dixi, si mecũ animaduertero,inuenturũ me aliqđ certo scio.SO. At videor mihi ob intelligendi ardentẽ auiditatem moram tuã nequaq̃ toleraturus.Sed ecce nũc aliud qddam mihi in mentẽ venit. Attẽde obsecro vtrum qđ nos delectat:nõ de qualibet voluptate loquor,sed de illa quę per visum atq; auditum: vtrũ inquã tale qddam pulchrũ sit vocãdum.Nam quo pacto repugnare possumus, cũ pulchri homines variiq; apparatus,picturę & figmẽta pulchra,intuentes nos delectẽt?Cantus quoq; pulchri & voces,vniuersaq; musica,sermones,& confabulationes similiter nos afficiant? Quapropter si audaci illi pertinaciq; homini respõderemus,pulchrũ esse qđ per visum auditũq; delectar, nonne audaciam eius reprimeremus?quid putas?HIP.Nũc mihi o Socrates quid ipsum pulchrũ sit,scite dictũ videť. SO.Quid vero,studia pulchra ac leges,ꝓpterea pulchra dicemus,q; per visum auditumq; iucunda sint,an alia quadã specie cõtineri? HIP.Hæc ita forte o Socrates,& si hominem latet.SO.Per canẽ o Hippia,non illũ quem ego maxime omniũ vererer quotiẽs delirarẽ,aut aliqđ dicere ꝓfiterer,cũ nihil dicerem.HIP.Quẽ dicis?SO.Socratem Sophronisci filiũ,q nihilo magis mihi concederet vt hæc indiscussa facile iudicarem,q̃ vt scire putarem quę nescio.HIP.Atqui mihi quoq; postq̃ ipse dixisti, aliud qddam id qđ ad leges attinet,esse videtur.SO.Quiesce aliquãtulum o Hippia. Nam in eandẽ circa pulchrũ ambiguitatẽ incidisse videmur,in quã paulo ante,dum putamus qddã certi nos habere.HIP.Quo pacto id ais Socrates?SO.Dicã equidẽ qđ mihi videť,vt si qđ veri dico,inspiciamus. Hæc ꝓfecto quę ad studia legesq; pertinent,forte nõ extra sensum vidẽdi & audiendi existere viderẽtur. Verũ sustineamus hũc sermonẽ q asserit,qđ his sensibus gratũ est esse pulchrũ,nec leges in mediũ ꝓducamus.At siqs nos interroget,siue is quẽ retuli,siue quiuis alius in hũc modũ: Quid o Hippia atq; Socrates,id dũtaxat iucũdũ qđ sensibus duobus ꝑcipitur,pulchrũ esse cẽsetis?quę vero cęteros sensus suauitate ꝑfundunt,cibos,potus,veneris actus,aliaq; huiusmodi,pulchra esse nõ dicitis?

Cõducibile an gen⁹ pulchri.

Delectans an genus pulchri.

Alia definitio falsa pulchri.

HIP. Quid tu aliud Socrates cuncta hęc esse ducis, q̃ imminutiones quasdã, concisionesq́ sermonũ, vt ante dixi, in minima resolutas? Illud vero pulchrum & multifaciendũ est, vt quis valeat, præclara oratione habita in iudicio, vel cõcilio, vel alio cõuẽtu publico ad quẽ verba fiunt, auditoribus ꝑsuasis, nõ minima quędã, sed maxima pręmia reportare, suiipsius, rerũ suarũ, amicorũq́ salutẽ. Hęc sane omissis minutis his quęstiunculis complecti decet, ne demens esse videaris, dum deliramenta, & nugas, vt modo, ꝑtractas. SO. O amice Hippia, tu q̃dem beatus es, qui nosti q̃bus studere hoĩem decet, & ipse abunde vt asseris, studuisti. Me vero mira quędã fortuna detinet: quippe qui aberro semp atq́ mendico. Quotiẽs autẽ inopiam meã sapiẽtibus vobis ostendo, verbis rursus a vobis obiurgor. Obiicitis enim cõtinuo, quę & tu nunc obiecisti, me scilicet stolida, exilia, & nihili faciẽda tractare. Demũ cũ persuasus a vobis, eadẽ quę & vos ꝓfero, optimũ esse elegãter orare in iudicio, & alio quouis cœtu, & ad votũ peragere, rursus nõnulli e nostris, & ille vir q me semp redarguit, grauiter increpant. Proxim⁹ ille vir mihi genere est, & vna mecum habitat. Ergo cũ primũ domũ ingressus sum, & ille me talia dicentẽ audit, interrogat quid non erubescam de pulchris operibus disputare, cũ adeo manifeste circa pulchrũ redargutus sim, ꝙ ipsum pulchrũ quid sit ignorẽ. Inquit eñ. qua ratione intelliges quę oratio pulchre cõposita sit, quę nõ, aut aliã quãlibet actionẽ pulchrã esse, vel turpẽ, dũ pulchrum ipsum quid est ignoras? Et quãdo ita affectus es, viuere te q̃ mori pręstare putas? Contingit itaq́ mihi qđ modo dicebã, vt & a vobis & ab illo male audiam. Sed forte operępreciũ est hęc oĩa tolerare: neq́ enim id absurdũ, si quid lucratus fuerim. Tantũ vero Hippia cõsuetudine vtrorũq́ ꝑfeci vt prouerbiũ illud dicens, Pulchra difficilia esse, intelligere mihi iam videar.

Prouerbiũ Pulchra cognitu difficilia. qđ vt certa definitio redditum est.

FINIS HIPPIAE.

Argumentum Marsilii Ficini Florentini in Platonis Lysidem, vel de Amicitia, ad Petrum Medicem patrię patrem.

VBi Socrates cũ sophistis eorũq́ sectatoribus disputat, opiniones falsas redarguit, veras significat potius, q̃ doceat. Nã acuta ingenia redargutis falsis, exiguo deinde vestigio vera venantur. Quod in Euthydemo, Protagora, Menone, Hippia, Euthyphrone, & Lyside patet. Vbi vero cũ discipulis & studiosis sui sermonẽ habet, ostendit ac docet. qđ quidẽ ex multis dialogis intelligit̃. In Lyside igit̃ cũ de amicitia inter sophistarũ discipulos disputet̃, cõfutandis falsis potius, q̃ monstrandis veris, Socrates studet. Quę vero sit de amicitia, & amore Platonis sentẽtia, ex hoc libro cõiicere, sed ex libris de legibus aliisq́ multis comprehendere possumus. Amicitiam esse vult honestam perpetuę voluntatis communionem. Huius finem esse, vitã vnã. Principiũ eius, cognationẽ. Medium autẽ amorem. Vt honestã dicit, excludit improborũ hominũ cõtubernia, lasciuorũq́ cõgressus. Vt ꝑpetuæ, leues adolescẽtulorũ beneuolẽtias, etiã si honestę sint, nõdum amicitias appellãdas monet. Vt volũtatis, significat nõ similitudinẽ opinionis cuiusdã vel artis ad amicitiã perficiẽdã sufficere. Vt cõmunionẽ, beneuolentiæ vicissitudinẽ indicat. Huius finis est, vt e duob⁹ animis vnus volũtate fiat, ex vna voluntate vita vna, ac demũ ex vna vita, numinis vnius eiusdẽq́ ideę fruitio. Principiũ quo communionis huius desideriũ excitatur, cognatio est. Cognatio cõuenientiã in idea, sidere, genio, & quadã animę corporisq́ affectione significat. Nã q ex vno pẽdẽt, in vnũ, ꝑ vnũ, atq́ ad vnũ reuerti nitunt̃. Mediũ & quasi quidã ad amicitiã trames, amor existit. Cũ aũt amor pulchri desideriũ sit, & amicitia ab amore & ducatur pariter & dicat̃, necesse est eos q amici futuri sunt, pulchros esse. Pulchros inquã quorũ animi pulchri. Homo enim animus est: Corpus hoĩs instrumẽtũ: & quisq́s pulchrũ amat corpus, nõ hominẽ, sed ea quę sunt hoĩs amat. Quãobrem quotiens cognatio illa adest, & animorũ pulchritudo cõcurrit, perfecta nascit̃ amicitia. Si corporis forma huic animorũ pulchritudini adiuncta est, citius amare incipiũt, & breui amicitiæ habitũ assequũtur. Qđ in Platonis Dionisq́ mutua beneuolẽtia cõtigit. Sin autẽ forma corporis cũ animi deformitate cõiungitur, nõ honestę cõmunionis, sed turpis cõgressus cupido exoritur. Vnde non amicitia, immo petulantia primũ, deinde discordia proficiscit̃. Quare si cognatio deest, amici nunq̃. Si adest cognatio, deest omnis pulchritudo, interdũ beneuoli potius, q̃ amici. Sin aũt cognationi pulchritudo corporis, nõ animi est adiuncta, pro amicitię desiderio obscœni cõgressus ardor exorit̃. Cũ vn⁹ aĩo pulcher, turpis alter, admonitiõis & increpationis studiũ cognatio illa parit. Qꝫ si pulcher vnius animus, alterius nec pulcher est, nec turpis, docẽdi discẽdiq́ inuicẽ voluntas ex cognatiõe ꝓuenit. Tãdẽ ex increpatione illa, & hac doctrina, amicitia nascitur. Qđ quidẽ in Phædrum & Alcibiadẽ Socratis amor ostẽdit. At vero cognatio pulchritudinẽ vtrinq́ nacta, cito indissolubilẽ procreat amicitiã. Idq́ in Platonis Asterisq́ beneuolẽtia constitit. Atq́ hęc vt e multis colligit̃, de amicitia Platonis nostri sentẽtia est. In hoc aũt dialogo primo eos qui amore abutunt̃, & sub amicitię specie turpi libidini seruiũt, increpat. Deinde eos qui ex sola

tur,sed qualia esse possunt.sed ipse semp admonendo nos iuuas.Etenim prius q̃ nos in his admonere,q̃ stolide affecti essemus adhuc tibi clarius aperiã,si q̃ de his sentimus retulero.Dicam ne?HIP. Scienti Socrates referes:noui enim omnem eorũ q in disputãdo versant̃,conditionem. Verũtamen si cupis,enarra.SO.Cupio eqdem.Enimuero ita rudes eramus anteq̃ tu hæc diceres, vt de me ac te opinaremur,ꝙ vterq; nostrũ vnus sit,neq; tamen ambo id simus qđ qsq; nostrũ.non enim vnus,sed duo sum⁹.Adeo fatui eramus.Nũc vero abs te didicimus,ꝙ si duo ambo sum⁹,duo similiter vtrũq; nostrũ esse necesse est:& si vnus vterq;,vnũ pariter ambos.Impossibile enim est vniuersali & cõtinua essentię ratione secũdũ Hippiã,aliter se habere.Sed qđ ambo erant,idem & singula:& contra qđ singula,pariter ambo.Nunc igit̃ a te persuasus hic sedeo:prius tamen o Hippia id mihi memora, vtrũ vnus ego tuq; simus,vel tu duo, & ego duo.HIP.Quid ais Socrates?SO.Hęc ipsa quę dico.Vereor enim aperte corã te loqui:nam mihi succenses,turbasq;,quãdo dicere aliquid tibiipsi videris. Simul autẽ mihi dicas,nõne vterq; nostrũ vnus est,& vnũ esse est passus?HIP.Omnino.SO.Q; si vnus, impar quoq;.an non vnum impar existimas?HIP.Equidẽ.SO.Num & ambo cũ simus duo,impares sumus?HIP.Nequaq̃.SO.Sed pares ambo?HIP.Pares.SO.Nunqd ex eo ꝙ ambo pares , par etiã vterq; nostrũ?HIP. Minime.SO.Nõ ergo necesse est omino vt modo dicebas,q̃cũq; ambo singulos, & quæcunq; singuli ambos esse.HIP.Non in rebus huiusmodi,sed in his quę ipse supra narraui.SO.Sat habeo Hippia.Nam ista sufficiunt postq̃ alia sic,alia aliter se habere vident̃.Dixi equidem si recordaris vnde sermo hic est ortus,voluptates p visum & per auditũ,non hoc pulchras esse qđ quæuis earũ habet,ambæ nequaq̃,vel qđ ambę,sed singulæ minime,immo eo qđ & ambę habẽt & singulæ:& idcirco ambas & singulas pulchras esse,& tu concessisti,& ego hac de causa per illam ipsam essentiã quę ambas sequit̃,ambas esse pulchras,si modo pulchrę sunt,cẽsui:per eam vero quę alterã deserit, minime.Et nũc quoq; idem existimo.Verũ mihi tanq̃ a principio dicas,si voluptas quæ per visum, & quę per auditũ fiunt,ambæ & singulę pulchrę sunt,qđ ipsas pulchras efficit,nonne ambas & singulas sequit̃?HIP.Prorsus.SO.An ex eo ꝙ singulę atq; ambę sunt voluptates pulchrę sunt?vel hac ratione aliæ quoq; voluptates nõ minus pulchrę?nihil enim minus voluptates illas esse cõstitit.meministin?HIP.Memini.SO.Sed quia per visum & auditum fiũt,idcirco pulchras esse illas est dictum. Vide num vera loquar.Sic enim vt memini diximus,pulchrũ esse qđ iucundum non qdem per sensus quoslibet,sed qđ per visum dũtaxat atq; auditũ.HIP.Sic prorsus.SO.Nõne passio hęc ambas sequit̃,singulas minime?Non enim singulę illarũ quemadmodum supra diximus,per ambas sunt , sed ambæ qdem per ambas,singulæ minime.Est ita?HIP.Est.SO.Non ergo hoc singulę pulchrę sunt, qđ non singulas sequit̃.Qđ enim ambo dicit̃,nõ sequit̃ singula . Quamobrem ambo illa vocare pulchra secũdũ suppositionem licet,singula vero nequaq̃.an aliter dicimus?Nonne hoc necessarium est?HIP. Videt̃.SO.Dicendũ ne ambo qdem pulchra esse,singula vero nequaq̃?HIP.Quid ꝓhibet? SO. Hoc mihi amice obstare videt̃,ꝙ q̃dam sic adesse aliis iudicata sunt,vt si ambobus adsunt,adsint & singulis:& cõtra si singulis,& ambobus.Talia vero erant q̃ tu narrasti.HIP.Erãt certe.SO. Quę autẽ ego retuli,minime:e quorũ numero erat qđ ambo dicitur,& qđ singula.Est ne ita?HIP.Est.SO. Vtrũ tibi videtur o Hippia ex his quę ipse exposuisti pulchrũ esse? Vt si ego robustus & tu , ambo robusti. Item si ego iustus & tu,ambo:& cõtra,si ambo,& singuli. Vel nihil ꝓhibet ita cõtingere, vt in ipsis paribus & imparibus accidit: vbi ambo aliquãdo paria sunt,imparia singula,& aliquãdo paria: nec nõ singula interdũ talia sunt,vt exprimi nequeant,ambo queant,& interdũ nequeãt. Aliaq; hui⁹ generis plurima quę mihi occurrere dixeram.Quoꝝ in numero pulchrũ ponis?num ita tibi de hoc vt mihi apparet?nimis enim absurdum esse mihi videtur,vt ambo pulchri simus nõ singuli. Vel cõtra, singuli pulchri,non ambo,aut aliud quodlibet talium.Ita ne ipse eligis vt ego? An illo poti⁹ modo? HIP.Sic equidẽ.SO.Recte agis Hippia,vt a longa inquisitione nos liberemus.Si enim ex his est pulchrum,haud amplius qđ per visum,& auditum delectat,pulchrum erit.Ambo nãq; pulchra facit, singula minime.Hoc autem impossibile,vt inter nos conuenit.HIP.Conuenit certe.SO. Impossibile igitur qđ per visum,& auditum iucundum,pulchrũ esse.nam si id pulchrũ esset,impossibile aliquid sequeret̃.HIP.Vera hęc sunt.SO.Hic contentiosus ille dicet:exponite iterũ a principio,postq̃ istud vos fefellit,quid esse pulchrũ hoc dicitis,qđ ambabus voluptatibus inest,propter qđ istas præ cæteris honorantes pulchras vocatis.Necessariũ mihi videt̃ o Hippia,vt respondeamus,ꝙ innoxiæ sunt præ cæteris voluptatib⁹ atq; optimæ tam ambæ q̃ singulę.An tu aliqd aliud habes,quo ab aliis differant?HIP.Nihil,reuera enim optimæ sunt.SOCRA.Tũ ille.hoc igit̃ pulchrũ esse dicitis cõducibilem voluptatẽ? Videri eqdem respondebo,tu vero?HIP.Et ego.SO.Ille vero ad hæc. Nonne conducibile est quod bonum efficit?Efficiens autem & effectum aliud esse constitit. vnde eodem relabimur.Neq; enim bonum pulchrum esset,neq; pulchrum bonum,si quidem aliud vnũquodq; illorum esset.Ita esse nos illi,si sapiemus , illico respondebimus , Nefas enim est,recte loquenti non assentiri.

Prouerbium. Si nõ qđ cupis, qđ velis qđ possis.

Definitio alia falsa pulchri. Cõfutatio

PLATONIS LYSIS, VEL DE AMICITIA, E GRAECA LINGVA IN LATINAM TRADVCTVS A MARSILIO FICINO FLORENTINO, AD PETRVM MEDICEM PATRIAE PATREM.

SOCRATES. HIPPOTHALES. CTESIPPVS. MENEXENVS. LYSIS. SOCRA.

Occasio dialogi.



VM EX Academia Lyceum versus p ipsa suburbia proficiscerer, Pylidi vbi fons est Hepanopius, ppinquaui, & ibi Hippothalem Hieronymi filium, & Ctesippũ Pęanũ, aliosq; vna cũ his adolescentes offendi. Cum me Hippothales venientẽ videret, o Socrates inqt, quonã & vnde? At ego, ex Academia Lyceum versus. Tũ ille, adesdũ, neq; vlterius pgrediaris. Ad hæc equidem, decet inquam: sed vbinã, & apud quos vestrum esse me vultis? Ille vero e regione murorũ ostẽdens gymnasium quoddã circumseptũ, & ianuã apertã, hic ait, manere te volumus, hic aũt ipsi & alii multi & quidem honesti nos exercemus. SO. Qua potissimnm in re est hęc vestra exercitatio? HIP. In palęstra quę nuper est cõstituta, ac vt plurimũ in sermonibus, quos tecũ libenter communicaremus. SO. Recte agitis. Sed quis ibi præceptor? HIP. Socius tuus & laudator Miccus. SO. Per Iouem non ignarus ille quidem, sed sophista peritus. HIP. Vis ne me intro sequi, vt eos qui ibi sunt, videas? SO. Id in primis libenter audirẽ, ad quid ingrediar, & quis honestior adsit. HIP. Alius alii videtur o Socrates. SO. Tibi vero, quis honestior o Hippothales? Dic obsecro. At ille interrogat9 obticuit. Tum ego, o Hieronymi fili Hippothales, vtrũ diligas quẽpiã necne, nil opus est vt aperias. Noui eñ q̃ vehemẽter honestissimos quosq; diligere soleas. Etenim cæteris in rebus hebes & inutilis sum: id aũt vnũ mihi munus a deo datũ, vt primo aspectu amicos agnoscã. Ad hęc ille nihil respõdit. Verũ Ctesippus, q̃ vrbanus es, inqt, Hippothales, q; amici tui nomẽ Socrati referre nolis. Q; si paulisper tecũ iste versef, audiet te de illo multa loquẽtẽ. Nobis iã o Socrates aures impleuit nomine Lysidis. Solũ vero postq̃ bibit paulũ requescimus, & e somno exciti, ilico nomẽ Lysidis audire videmur. Et quę soluta oratione hic pnũciat, apte qdẽ & cõcinne dicta, minus tamẽ vehemẽtia sunt: at quotiẽs nostra poemata scriptaq; vsurpare & effundere nititur, vehemẽtius agit: & qđ grauius est, alta admodũ voce in amicos quotidie cãtat, quã nos tolerare necesse est: modo vero a te rogatus obticuit. Iuuenis inquã Lysis hic esse videf: nã audiẽs eius nomen, haud agnoui. Tũ ille, raro nomẽ eius enunciat, sed ex patris noie cũ sit vir admodũ nobilis, adhuc iuuenis ipse significatur: id enim mihi persuadeo, permultũ abesse vt figurã eius ignores: adeo nãq; honesta indole prædit9 est, vt vel ea sola not9 oĩbus esse possit. Cui9 inquã fili9 est? dicite q̃so. Democratis inqt Aexonei maior natu fili9. At ego. En o Hippothales, q̃ generosam, cõstãtẽq; beneuolẽtiã nactus es. Age mihi quoq; quę & his ostẽde, vt videam vtrũ scias, quę de amicis amicũ decet ad se & ad alios dicere. HIP. Quid ex iis quę hic loquif, ppendis o Socrates? SO. Vtrũ diligere te illũ quẽ dixit, neges? HIP. Nequaq̃, sed nihil effingere aut scribere in illos aio. Ad hęc Ctesippus: haud sanę mẽtis hic est, sed delirat atq; insanit. SO. O Hippothales nec carmina, nec etiã cãtilenã, siquã in amicos cõposuisti, audire admodum curo: sed qua mẽte in illos sis, intelligere cupio. HIP. Ctesippus iste tibi referet. nouit eñ meminitq;. siquidẽ, vt ipse ait, quotidie audiens a me obtunditur. CTI. Et maxime quidẽ per deos. Nam q̃ ridiculũ est, vt cũ hic illũ prę cęteris diligat, nihil tamẽ ex ingenio suo, qđ nõ etiã quis puer possit, afferre valeat. Quę autẽ ciuitas vniuersa de Democrate & Lyside hui9 auo, deq; oĩb9 illoꝝ maiorib9 prædicat, eadẽ & ipe circũfert, diuitias, equoꝝ copiã, victorias in Pytho, Isthmo, & Nemea, quadrigis, & equis, necnõ istis antiquiora. Nã pridẽ nobis hospitiũ cõuiuiũq; in poemate quodã retulit, quo quidã ex maioribus Lysidis Herculẽ quõdã ob cognationẽ excepit, qppe cũ ille quoq; ex Ioue & filia cuiusdã principis ppli nat9 esset, q̃ aniculę etiã cãtãt. Cęteraq; huiusmodi pmulta o Socrates. Hęc sunt q̃ hic narrãdo canẽdoq; audire nos cogit. SO. O ridicule Hippothales, anteq̃ viceris, laudationẽ ĩ te ipm effingis atq; decãtas. HIP. Nõ in me hęc o Socrates pdico. SO. Non vt putas. HIP. Qui istuc dicis? SO. Maxime oĩm in te vnũ odę hæ redũdãt. Nã si amicũ talẽ apprehẽderis, ornamento tibi erũt laudes eiusmodi, tanq̃ triũphatori cuidã, cũ amicũ huiusmodi nactus fueris. Sin autẽ fefellerit, quo maiores illi laudes attribueris, eo maioꝝ expers bonorũ magis quoq; ridiculus iudicaberis. Quicũq; igif ĩ cõparãdis amicis sapiẽs est, nõ pri9 quẽq̃ eoꝝ laudat q̃ ipsoꝝ familiaritatẽ fuerit assecut9. futura nãq; formidat. pleriq;. n. cũ laudari & se extolli sẽtiũt, fastu tumescũt. an nõ idẽ tibi videf? HIP. Mihi vero. SO. Nõne quo supbiores sunt, eo difficili9 capiunf? HIP. Verisimile est. SO. Qualis tibi venator ille videref esse, siqs ita feras expelleret, vt & tutiores fierẽt, & capi difficili9 ĩ posterũ possẽt? HIP. Iners videlicet. SO. Atq sermonibus, cantibusq; nõ demulcere, sed exacerbare poti9 hoĩes, labor est a musis admodũ alienus. HIP. Videf. SO. Vide igif o Hippothales, ne his oĩb9 obnoxiũ reũq; te ob

Micc9 Socratis socius.

Pręceptũ ĩ cõparãdis amicis.

corporis forma, amari se dignos existimant, admonet. Tertio illos, qui minus vere de amicitia sentiebãt, refellit. Postremo callem quẽdam sagacibus animis ad venandã amicitiã indicat. Singula mẽbra suis in locis legẽtibus patent. Nã dum Hippothalẽ & Ctesippũ ironia iocisq; deridet Socrates, ꝙ turpi amore capti essent significat. Et dũ corã illis adolescẽtes ad mores istruit, amatores admonet quo pacto amãdũ, & quomodo vna viuendũ sit. Cũq; amatores instituisset, secundã dialogi partẽ ad amatos instituẽdos aggredit. Vbi lõga inductiõis serie docet, nõ vmbratili huius corpusculi forma, sed vera animi pulchritudine, sapiẽtia scilicet & prudentia amicos aucupari decere. Tertio loco confutat, & primo Solonis sententiam, qui amatos inquit amicos esse. Qui tamen sæpe amãtes oderũt. Addit etiã nec amãtes dũtaxat, amicos esse, quia sępe odio habent qui amant. Vbi cõcludit reciprocam beneuolentiã, amicitiã esse vocandã. Deinde Empedoclem reprehẽdit, qui quãlibet simpliciter similitudinẽ ad amicitiã sufficere voluit. Qđ falsum esse artiũ multarũ similitudo declarat, quę inuidiam & odiũ sępius, q̃ amicitiã gignit. Accedit postmodũ Hesiodi Heraclitiq; opinio, ꝙ dissimilia sint amica. Idq; falsum esse ex eo cõstat, ꝙ odium & amor cum dissimilia sint, amica nõ sunt, nec iust⁹ vir & iniustus. & de aliis eodẽ pacto. Qz si quid aliquando dissimile sui appetere videat, vt aridũ qđ est, humorẽ, caloremve qđ frigidum, dicendũ est nõ amare contrariũ, sed suiipsius restitutionẽ ex cõtrario quęrere. Qđ enim calore nimio pręter naturã suam vritur, per frigus ad tẽperiem naturalẽ reducit. Quare nõ frigus sed tẽperiem p frigus amat. Idem est de cęteris contrariis iudicandũ. His cõfutatis opinionẽ quãdam vt suã quasi vaticinans Socrates infert. Vbi trifariã affectiones animi diuidit, bonum animũ, malum, neutrũ. Malum bono ꝓpter diuersitatẽ amicum esse nunq̃. Malũ a malo ꝓpter iniustitiã lędi. Ergo nec hos inuicẽ amicos esse. Neutrũ quoq; amare malum impossibile. malũ enim cũ obsit, suapte natura odio semp habet. Restat vt amicitia sit inter bonũ ac bonũ, & neutrũ atq; bonum. Et illa quidẽ in gaudio, in desiderio hęc consistit. Ex q̃bus duę quędã amicitię species ortę sunt. Sed insurgũt obiectiones quędã, quę id turbare videntur, quas Socrates palam infert, solutiones vero clam innuit. Prima, quia bonus bono similis, similia vero nõ esse amica contra Empedoclẽ dictum fuit. Vbi intelligendũ, non dictũ esse similia nullo modo amica fieri, immo negatũ ꝙ simpliciter quælibet similitudo ad amicitiã procreandã sufficiat. Item cũ secundo obiicit: bonus seipso sufficit, ergo nõ desiderat alterũ, vnde nõ amat, quare nec boni amicus est: Exponendũ est ꝙ hęc absurditas nõ ex Platonis mente sequit, sed ex Empedoclis & Heracliti dictis, in quibus amoris desideriũ ab amicitia nõ distinguũt: quare vna cũ amicitia cupiditas ꝑpetua sit necesse est. Plato vero amicitiam habitum quẽdã esse vult ex amore diuturno cõtractũ. Quo fit vt amor sit exoriẽs amicitia. Amicitia vero iueteratus amor. in quo multo plus voluptatis q̃ desiderii restat. Ex quo seq̃tur, vt q cupierat, iam delectetur. Itaq; amicitię habitus nõ necessario desiderii pręsentis ardorẽ, sed delectationẽ exigit. Ergo si bonus bonũ minus desiderat, non tñ minus, bonus bono gaudet, qđ ad seruandã amicitię rationẽ plurimũ valet. Atq; hęc vna est amicitię species, inter bonũ videlicet atq; bonum in gaudio potius q̃ in desiderio constituta. Est & altera, quæ desiderii plus, q̃ voluptatis includit, inter neutrum bonũq; exoriẽs. Quę q̃dem qua ratione fiat, & cuius gratia, & propter q̃d, in textu satis patet. Describit illã primo vt opinio porrigit, deinde paulatim emẽdat. Nam cum dixisset, neutrum propter malũ inimicum amare bonum amicũ boni amiciq; gratia, statim dictis obiiciendo corrigit. Vbi primum docet, amicitias omnes quę ad hoĩes dirigũtur, imperfectas esse, & imagines amicitię quæ ad ipsum primũ bonum rerũq; omniũ respicit auctorẽ, qđ primo amatur, & causa est vt amentur hæc omnia. Et q̃squis aliq̃d amat, ipsum primum tanq̃ finem amoris habet. Nam a primo bono bonũ omnibus inest: a primo pulchro, gratia singulis adest: bonitas vero trahit nos, allicit pulchritudo. Non ergo ista nos inferiora mouent, sed primũ illud in istis trahit & allicit. Illud itaq; in istis simul atq; ex istis, nõ ista amamus. In quo Platonis nostri pietas in deũ, summaq; religio mirifice fulget. Ostẽdit pręterea non semp nos alterius gratia amicos esse. Neq; eñ primum bonũ, boni alterius gratia exoptamus. Itẽ nõ propter malũ, bonum cuperes. Quia etiã omni malo e rerum natura sublato restaret bonum suapte natura gratum, & appetitus in eo qđ minus bonũ, ad bonum maius cõsequendũ traheret. Non eñ malum est, qđ summi boni excitat appetitum, sed ipsius min⁹ boni egestas ad sui repletionẽ in summũ bonũ conuertit: quæ q̃dem non malũ, q̃a nunq̃ malũ ad bonũ, & contrariũ ad contrarium, sed inchoatio boni potius nũcupanda. His ad emendationẽ illatis principiũ quoddã inducit amicitię perfectius inuestigandę: Inquit eñ cognationem & naturæ cõuenientiã amicitiã parere, de qua satis in principio diximus. Postremo iuuenes illos adolescentesq; mordet ꝙ ignorent quid merito amãdum sit, quæ amicitia vera, quo pacto honeste, stabiliterq; cõfletur: & anteq̃ hæc discant, temere, procaciter, & petulãter amicitiã inire contendãt. Sed ne illos infestos sibi redderet, clã ista significauit, & seipsum vna cum illis reprehendit. Hęc de argumento satis. Ad Lysidem veniamus.

FINIS ARGVMENTI IN LYSIDEM.

In superioribus prohibeant? LY. Quoniam ista quidē scio, illa contra ignoro. SO. En o optime Lysis, nō ætatem expectat pater ad licentiā tibi exhibendā, sed profectū ingenii. Etenim cū primū te senserit teipso prudentiorem effectum, illico & tua omnia, & te libere tibi cōmittet. LY. Spero equidem. SO. Quid porro vicini, nōne eadē ratione se qua & parentes erga te gerēt? Vicinū censes tibi suæ domus cōmissurū gubernationē, si te intellexerit in re familiari peritiorē esse, an ipsum per se ministraturū? LY. Mihi cōmissurū puto. SO. Athenienses quoq; dubitas quin remp. tibi cōmendent, cū primū te in his rebus prudentiorē aliis esse perceperint? LY. Nō dubito. SO. Quid rex magnus? vtrū eius filium natu maiorem, cuius Asię regnū futurū est, permittet in elixarum carniū ius quicquid velit iniicere, potius q̄ nos, si illi persuaserimus, popinę peritiores esse q̄ filium? LY. Nos videlicet. SO. Et illū nihil prorsus, nos autem etiā si salis multū capientes immittere vellemus, certe permitteret. LY. Quid ni? SO. Et si filius eius oculos ægrotaret, nūquid permitteret eum sibi oculos attrectare, an prohiberet, cum medicū illum nō existimaret? Nos autē si modo putaret peritos medicos esse, nil impediret, etiā si vellemus patefactis palpebris, & cinere superinfusa curare? LY. Vera loqueris. SO. Quinetiā cætera omnia nobis cōmitteret, potius q̄ sibi vel filio, in quibus sapiētiores nos esse putaret. LY. Necesse est o Socrates. SO. Sic se res habet amice Lysis. Singula in quibus prudentes sumus, cūcti nobis cōcedēt, & Græci, & Barbari, tam viri q̄ mulieres, & in iis arbitratu nostro agemus, nec vllus sponte nobis obstabit, quo minus & nos liberi simus, & alioꝝ duces. Et cum nobis hęc cōferāt, nostra erūt. Quę vero ignoramus, nemo nos vt luber, agere permittet, sed oēs pro viribus repugnabūt, nō extranei tātum, verū parentes etiā, & quod nobis propinquius est, nos quoq; ipsi nō nobis, sed aliis ministrātibus: & hæc cum nullo nobis emolumento sint, a nobis aliena existent. Consentis? LY. Consentio equidē. SO. Alicui ne hominū amici erimus, amabitq; nos aliq̄s in his rebus, in q̄bus inutiles sumus? LY. Nunq̄. SO. Ergo nec te pater, nec vllus alium quēq̄ diligit, quatenus est inutilis. LY. Non vt videtur. SO. Si itaq; sapiens euaseris, oēs amici tibi & familiares erūt. Vtilis enim, & bonus eris. Sin minus, nec alius quisq̄ tibi, nec parentes, neq; propinqui amici erunt. Potest ne aliquis in his superbe sapere atq; gloriari, in quibus nōdū quicq̄ sapit? LY. Qui istuc fieri potest? SO. Si tu pręceptore indiges, nōdū sapis? LY. Nondum certe. SO. Non ergo superbe sapis, si nil sapis. LY. Non per Iouem, vt mihi videor. SO. Quæ cū audissem, in Hippothalem cōuerti oculos, atq; parū abfuit quin ita dicerē. O Hippothales, hoc pacto cum adolescentibus disputandū, corripiendo illos atq; deiiciendo, non blandiendo, vt ipse agis, & efferendo. Sed cū vidissem illum anxium, turbatūq; ex antedictis, recordatus sum ꝙ dudū pręsens Lysidem latere volebat. Recepi ergo meipsum, linguamq; cohibui. Interea reuersus Menexenus, iuxta Lysidem, vnde surrexerat, requieuit. Tum Lysis gratiose admodum & amice, a Menexeno seorsum mihi susurrauit ad aures. O Socrates, quæ mihi, eadem obsecro Menexeno quoq; edisseras. Ipse inquā, Lysis illi referes. Nam attente nos auscultasti. Attente sane, respondit ille. Da igitur operam vt diligenter reminiscaris, quo illi singula perspicue referas. Q; si quid forsitan subterfugerit, rursus a me requires, cum me primū conueneris. Nauabo operam, & maxime quidem, ille respondit. Sed noui saltem aliquid illi dicas, vt & ego audiam, donec redeundi domum sit hora. At ego, agendum est, pręsertim cum ipse iubeas. sed cogita qua ratione mihi opituleris, si me refellere Menexenus hic contēderit. An non contentiosum esse illum audisti? LY. Prorsus, & idcirco te cum illo disputantem audire percupio. SO. An vt ridiculus habear? LY. Absit, immo vt illum castiges atq; coerceas. SO. Haud facile est: vehemens enim, & facūdus est, Ctisippi discipulus. Adest præterea quinetiam Ctisippus ipse. an non vides? LY. Nihil verearis o Socrates, age obsecro disseras. SO. Disserendum videtur. Verum ista nobis seorsum ab aliis colloquentibus, Cur, inquit Ctisippus, soli hæc inter vos agitatis? Quin aliis etiam vestra hæc impertite. Impertiendum esse respondi. Hic porro nonnihil ex iis quæ conferimus, minus percipit, putatq; Menexenū intelligere: quocirca percontari ab illo me iubet. CTI. Quid non interrogas? SO. Interrogabo. Dic amabo o Menexene q̄d abs te quęrā. innata mihi est ab ineunte ætate possessionis vnius cupiditas q̄dā, quēadmodū & aliis. Vt ecce q̄dā equos desiderat, aliq̄s canes, alius aurū, honores alius. hęc eq̄dē paruifacio, nec multū ista me mouent. Acquirēdorū autē amicoꝝ desiderio flagro. Quare amicū bonū habere malim, q̄ preciosissimā coturnicē, aut gallum, & per Iouē potius q̄ equū atq; canē, ac mediusfidius potius q̄ Darii aurū adipisci, vel ip̄m Dariū capere, optimū amicū eligere. Videtis q̄ sim amicitię auidus. Quādo igit̄ te & Lysidē animaduerto, stupeo profecto, vosq; felices existimo, ꝙ in tam tenera ætate constituti, tātū munus breui & facile cōsequuti fueritis, & tu hunc tibi tā facile tanta beneuolentia conciliaueris, & hic te mutuo sit amore complexus: tātū vero a me munus id abest, vt nec etiā quo pacto alter alteri amicus fiat, intelligā. Cæterū hęc abs te tāq̄ perito q̄rere cupio. quare mihi respōdeas oro. quādo q̄s aliquē diligit, vter vtrius amicus efficit? amans ne amati, an amatus amātis? an nihil interest? ME. Nihil interesse mihi videtur. SO. Quid ais? ambo inuicē amici fiunt, quādoquidē solus alter alterum diligit? ME. Mihi quidē videtur. SO. Quid

Quātū fidei & dignitatis afferat prudētia, & q̄ cōtraria imprudentia.

In his q̄ sapimus gloriamur & superbimus.

poesis studiũ reddas. Arbitror sane nullũ te bonũ poetã existimaturum, qui seipsum poemate lęserit. HIP. Nullum per Iouẽ, quę eñ hęc esset absurditas? Ob hanc profecto causam tecũ o Socrates mentẽ meã cõmunico: & si quid habes aliud, cõsule, qua ratione quis aut dicendo aut agẽdo conciliare sibi quos diligit, possit. SO. Nõ facile dictu est. Verũ si hunc mecũ colloquio iũgeres, tibi forte ostenderẽ quę illi dicẽda sint pro his quę loqui te, & canere erga illũ isti narrarũt. HIP. Nihil impedimento fuerit. Si enim vna cum Crisippo hoc ingrediaris, & ibi sedens disputes, ipse tibi, vt arbitror, adhærebit. Nam audiẽdi apprime auidus est. Ac etiã ibi Mercurialia celebrãtes, iuuenes in vnũ conueniunt. Ad te igitur aduentabit. & nisi id fecerit, memento illũ Crisippi familiarẽ esse propter Menexenũ huius nepotẽ, cuius ille socius est charissimus. Accersat itaq; hic illũ, si minus ipe p se accesserit. Sic agendũ est inquã, & simul apprehenso Crisippo, in palęstrã prosequutus sum, & alii nos a tergo sequuti sunt. Ingressi autẽ inuenimus sacras cerimonias ferme peractas, iuuenesq; comptos, calculis talisq; ludẽtes. partim in ipso vestibulo extra ludebant, partim in gymnasii angulo paris imparisve iactu exercebantur, calculos e calathis quibusdã extrahentes. Hos intuẽtes alii circũstabãt, e qbus Lysis erat, qui astabat inter iuuenes coronatus, & oĩbus indole præstans, nec pulcher tñ, sed & honestus & bonus existimandus. Nos autẽ e cõspectu vbi quieti locus erat, cõsedimus inuicem differẽtes. Conuersus Lysis, frequenter in nos oculos coniiciebat, vtpote qui ppius accedere cuperet, sed solus accedere verebat. Interim Menexenus inter ludendũ ex aula ingressus est, meq; & Crisippum conspicatus, consessum venit. Quẽ Lysis intuitus sequutus est, & iuxta eũ assedit. Aduentarunt insuper alii. Hippotales autem postq̃ multos cõuenisse perspexit, latere cupiens, ea se recepit, qua videri non posse a Lyside arbitrabat, ne forte illi molestus foret, & sic astans audiuit. Ego vero Menexenum inspiciens, O fili Demophontis inquã, vter vestrũ natu maior? Ambigimus, respondit ille. Cui insup addidi. Nũquid etiã vter generosior sit, ambigitis? Et istud. An etiam vter honestior sit? Subriserũt ambo. Vter vestrũ ditior sit, haud quaq̃ interrogabo. Amici nãq; estis. nõne? Et maxime qdẽ, respõderũt. Amicorũ vero cõmunia omnia. quapropter hoc nihil differtis, si quidẽ id vere de amicitia dicitis. Consenserunt. Sed cum percontari vellẽ vter iustior, & sapiẽtior esset, interrupit nos quidã q Menexenũ accersiuit, dicẽs illũ a gymnasii magistro vocari. Visus eñ mihi est sacrorum antistes. Abiit igitur, & ego Lysidem interrogaui. Dic age o Lysis, vehementer te pater ac mater amant? LY. Valde. SO. An non beatissimũ fore te cupiunt? LY. Quid ni? SO. Videt tibi beatus ille qui seruit, & cui nihil eorũ q̃ cõcupiscit, agere licet? LY. Non per Iouẽ. SO. Ergo si te pater, & mater amãt, beatũq; fieri volũt, id omni opera diligẽtiaq; curabunt, vt beate viuas. LY. Quid phibet? SO. Permittẽt itaq; quodcũq; lubet efficere, nec tuis cupiditatibus aduersabũtur. LY. Per Iouẽ o Socrates, mihi in plurimis obstãt. SO. Qui istuc ais? Dum te fore beatũ exoptãt, te impediũt quo minus voti tui cõpos efficiaris? Responde ad hæc. Si cuperes aliquo patris tui curru peruehi capiẽs habenas, qñ pugnat, nunqd permitteret? LY. Nihil minus. SO. Quẽ ergo permitteret? LY. Est auriga quidã a patre meo mercede cõductus. SO. Quid ais? Mercenario parentes tui cõcedẽt potius q̃ tibi liberã equorũ administrationẽ? & argentũ ꝑterea huius operis causa erogabũt? LY. Sed quidnã? SO. Mulos vero iugatos ducere, lorisq; cędere, tibi concedent? LY. Cur mihi concesserint? SO. Nulli ne verberare hos licet? LY. Et valde quidem, mulioni videlicet. SO. Seruo, an libero? LY. Seruo. SO. Seruum itaq; pluris faciũt q̃ te filiũ, liberiusq; agendi arbitrium exhibẽt. Quinetiã ad hęc mihi responde. Te ne tibiipsi dominari permittunt, an non? LY. Neq; id vllo pacto. SO. Quis tibi dominatur? LY. Pędagogus. SO. Nunquid seruus? LY. Seruus noster. SO. Q̃ onerosissimum est, vt liber seruo subiiciatur. Sed quid agẽdo, pędagogus hic tibi imperat? LY. Dum ad magistros me ducit. SO. Et hi quoq; pręceptores tibi imperant? LY. Omnino. SO. Multos igitur dominos principesq; tibi pater sponte pręposuit. Sed cum domũ ad matrem redieris, te ne sinit quicquid placeat agere, vt beatus sis, vel circa lanificiũ, vel circa telam, quãdo texit? An gladiũ forcipesq;, radium, ac pecten, cætera q; lanificii instrumenta attrectare sinet? LY. Non vetaret solum, sed & cæderet, si tangere auderem. SO. Pro deus, iniuriam ne patri vel matri aliquã intulisti? LY. Nullã prorsus. SO. Quam ob causam te beatum fore, & arbitratu tuo disponere singula nolunt, & quotidie te sic educant, vt semper alicui seruias, & vt breui cõplectar, nihil pro tua volũtate agas? Quo fit, vt nihil tibi prodesse tã amplę diuitię videantur: quãdoquidem quiuis magis q̃ tu has administrat: & qđ maius est, nec etiam corpus tam generosum, quippe cũ alius hoc alat, & colat, tu aũt nullũ habes imperiũ o Lysis, nec vllius voti cõpos efficeris. LY. Nondũ per ætatem licet o Socrates. SO. Vide ne minus id sit, qđ tibi impedimento est o Democratis fili. Nam hęc, vt arbitror, & pater & mater tibi concedũt, nec ætatem prouectiorem expectant, quotiẽs legi scribive sibi aliquid optant. Tibi eñ ꝑ cęteris domesticis ista committunt. LY. Maxime. SO. In his tibi licet tam scribendo q̃ legendo quẽuis ordinẽ literarũ seruare. Et quando lyram sumis, nihil prohibent, vt opinor, parentes tui, quo minus intendas vel remittas chordarum quãlibet, & frices, & pulses plectro. LY. Non certe. SO. Quid in causa est o Lysis, ꝙ in iis permittunt,

Colloquutio beneuola, vt pueri animus ad loquendũ alliciatur.

quia & aliis sphæris sideribusq; aliç attributç sunt aïç, vt in Timęo tradit. Calliope Musa vox est ex oībꝰ resultãs sphęratũ vocibꝰ. Vrania cęli stelliferi, p dignitatẽ sic dicta. Polymnia Saturni, ppter memoriã rerũ antiquarũ quã Saturnus exhibet, & siccã frigidãq; cõplexionẽ. Terpsichore, Iupiter. salutifer eñ choro hominũ. Clio Martis, ppter glorię cupiditatẽ. Melpomene solis, quia totius mũdi tẽperatio est. Erato Veneris, ppter amorẽ. Euterpe Mercurii, ppter honestã ĩ grauibus rebꝰ delectationẽ. Thalia Lunę, ppter viriditatẽ eius humore rebus exhibitã. Apollo itẽ Solis est aïa, lyra eius solis corpus: nerui quatuor, motus eius quatuor, annuus, mẽstruus, diurnus, obliquꝰ. Quatuor voces, neates, hypates, Doriones, gemini. Quatuor sunt signorũ triplicitates, ex qbus quatuor q̃litates tẽporũ pducũtur. Orpheũ quidẽ afflauit Calliope. Musęũ Vrania. Homerũ Clio. Polymnia Pindarum. Erato Sapphon. Melpomene Thamyrem. Terpsichore Hesiodũ. Thalia Maronẽ. Nasonẽ Euterpe. Linum rapuit idem qui & te iam nũc exagitat Phœbus optime Laurenti, Phœbus inquã qui auo tuo Cosmo vaticiniũ dedit, Parenti autem Petro arcum atq; medelas, Tibi deniq; lyram, & carmina.

IO PLATONIS LIBER, VEL DE FVRORE POETICO, A MARSILIO FICINO TRANSLATVS E GRAECA LINGVA IN LATINAM, AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM.

SOCRATES. IO. SOCRA.



ONEM Saluere iubeo. Vnde ad nos accessisti? Nũquid Epheso venis? IO. Nullo pacto o Socrates, sed Epidauro ab Asclepiis. SO. Nunqd Rhapsodorũ, id est eorũ q carmina recitãt certamẽ Epidaurii deo instituerũt? IO. Nõ in his solũ, sed in alio quoq; genere musicę. SO. Cõtende ergo nobiscũ. IO. Quamobrẽ tecũ contendam? primis o Socrates præmiis potiti sumus. SO. Probe inquis. Age vt in Palladis celebratione victoriam consequamur. IO. Fiẽt hęc qdẽ si deus voluerit. SO. Eteni o Io, artẽ vestrã semp plurimi feci. Nam multi faciẽdũ est, q arti vestræ cõueniat vt ornetis corpus, & q̃ pulcherrimi appareatis, qve oporteat in plurimis atq; bonis poetis, & præcipue in Homero poetarũ omniũ optimo diuinissimoq; versari, neq; carmina illius solũ, verũ etiã sensa perdiscere. Nũq̃ eñ aliquis in Rhapsodũ euaderet, nisi ea quæ a poeta dicta sunt intellexerit. Nã poetæ mentẽ interpretari Rhapsodũ apud auditores oportet: fieri autẽ nequit vt hoc ille efficiat, qui poetæ sentẽtiã ignorauerit. Quare hæc omnia plurimi faciẽda videntur. IO. Vera dicis o Socrates: atq in hoc plurimũ laboraui. pręclarissima sane prę cęteris de Homero me explicaturũ pfiteor, vt neq; Metrodorus Lampsacenus, neq; Stesimbrotus Thasius, neq; Glaucon, neq; aliqs vnq̃ veterum tot tãq; pclara Homeri sensa quot ego, exponere queat. SO. Recte o Io. Cõstat aũt q nulla inuidia phibebit quin hęc mihi aperias. IO. Auditu dignũ est q̃ vehementer Homerũ exornãdo extulerim. Qua de re dignũ eẽ me cẽseo ab illis q Homeri studiosi sunt, corona aurea decorari. SO. Otium profecto te audiẽdi quãdoq; nanciscar: nũc autẽ ad hoc vnũ mihi respõde, vtrum circa Homerũ solũ, an etiã circa Hesiodũ, & Archilochũ id possis. IO. Circa Homerũ solũ. satis eñ mihi esse videt. SO. Sũt ne aliqua de qbus Homerus, & Hesiodus eadẽ referãt? IO. Multa esse arbitror. SO. Vtrũ melius ea q̃ dicit Homerus, an q̃ Hesiodus explicares? IO. Aeque de vtrisq; o Socrates ĩ illis rebus, in qbꝰ eadẽ referũt. SO. Quid aũt ĩ his de qbus nõ eadẽ dicũt? vtputa de vaticinio Homerus atq; Hesiodus verba faciũt. IO. Et maxime qdẽ. SO. Et ĩ quo poetę isti cõsentiũt, aut discrepãt, qñ de vaticinio loquunt, vtrũ ipse melius q̃ peritus vates aliqs explicares? IO. Vates melius. SO. Si aũt vates esses, nõ illa tm̃ in qbus cõueniũt, verũ etiã in qbus dissentiũt, exponere posses? IO. Patet. SO. Quid porro? num circa Homerũ vehemẽs facũdusq; es? circa vero Hesiodũ aliosq; poetas minime? An Homerus de aliis rebus agit, q̃ de iis q̃ & alii poetę tractãt? Nõne multa q̃ ad bellũ ptinẽt, & quę ad cõsuetudines bonoꝝ inuicẽ, & malorũ, priuatoꝝ atq; opificũ attinẽt, enarrauit? Et de diis queadmodũ secũ inuicẽ, & cũ hoïbus versant, deq; cęlestibꝰ passionibus pgressibusq;? itẽ q̃ apud inferos sunt deorũq; & heroũ generatiões cecinit? Nõne circa hęc oïs Homeri poesis versat? IO. Vera o Socrates loqris. SO. Nõne eadẽ cęteri poetę decantãt? IO. Eadẽ certe, sed nõ ita cęteri vt Homerus. SO. An forte deteriꝰ? IO. Multo deterius. SO. Meliꝰ ergo Homerꝰ. IO. Melius certe. SO. O Io lepidũ caput, cũ multi de numero verba faciũt, & eoꝝ aliqs recte dicit, nõne potest quispiã ea in re bene dicẽtem cognoscere? IO. Potest. SO. Nunqd ille ipse q male dicẽtẽ cognoscit, an alius? IO. Ipse idẽ. SO. An nõ hic est q arithmetica arte est prędit⁹? IO. Profecto. SO. Cũ multi de cibis, quales salubres sint loquunt, & aliquis recte ea de re loquit, vtrũ alius quidã bene dicentẽ q recte, alius male dicentẽ q male dicat, animaduertet? An vnus, & idem? IO. Idem proculdubio. SO. Quis hic? quod illi nomen? IO. Medicus. SO. Nonnę

Homerus oim poetarũ optimꝰ & diuinissimus.

Quæ sint explicata in omni Homeri poesi.

bantur,mulceat:p diuersorum deniq; cōsonātiā,dissonantē pellat discordiā,variasq; partes animi tēpe ret.neq; satis hoc est.Multitudo eñ adhuc in animo restat.Accedit ergo mysteriū qd expiationibus sacrisq;,& omni deorū cultu,oīm partiū intentionē,in mentē,qua deus colit,dirigit. Vnde cū singulæ animi partes ad vnā mentē redactæ sint,iam totū quoddā vnū ex plurib⁹ factus est anim⁹. Tertio vero adhuc opus est furore,q mentē ad vnitatē ipsam aīæ caput reducat.Hoc Apollo p vaticiniū efficit.Nā cū aīa supra mētem in vnitatē surgit,futura præsagit.Demū cū aīa vnū facta est, vnū inquā qd in ipsa essentia animę inest,restat vt illico in vnū qd est sup essentiā, cōuertatur. Hoc cælestis ipsa Venus p amorē,hoc est diuinę pulchritudinis desideriū,boniq; ardorē explet.Primus itaq; furor incōcinna,& dissonātia tēperat:Secūdus tēperata,vnū totū ex partibus efficit: Tertius vnū totū supra partes:Quartus in vnū qd sup essentiā & totū est,ducit.Prim⁹ bonū equū.i.rationē opinionēq; a malo equo.i.a phantasia cōfusa,& natura distinguit.Secūdus malum equū bono,bonum aurigæ.i. mēti subiicit.Tertius aurigā in caput suū.i.in vnitatē mētis apicem dirigit.Postremus caput aurigæ in caput rerū oīm vertit. vbi auriga beatus est,& ad presepe.i.diuinā pulchritudinē sistens equos, obiicit illis ambrosiam,& sup ipsam nectar potandū.i.visionē pulchritudinis,& ex visione lętitiā. Hæc quatuor furorū opera sunt,de qbus generatim in Phędro Plato disputat,pprie vero de furore postremo i d est amore,in Symposio:de primo,hoc est furore Poetico,in psenti dialogo,qui Io inscribit. quē in Phædro ita definit:Poeticus furor est occupatio quędā a Musis,q sortita lenē & insuperabilē animā, exsuscitat eā atq; exagitat per cantilenas aliāq; poesim,ad genus hoīm instruendū. Occupatio significat raptū aīæ & cōuersionē in Musarū numina.Lenē dicit quasi agilē a Musisq; formabilē.nisi eñ præparata sit,nō occupat.Insuperabilē,quia postq̄ rapta est,superat oīa,& a nulla rerū inferiorū inquinari,vel superari potest.Exsuscitat e somno corpora ad vigiliam mētis,ex ignorātię tenebris ad lucē,ex morte ad vitā,ex obliuione lethęa ad diuinorū reminiscētiam reuocat,exagitat,stimulat, & inflāmat ad ea quę contēplat & pręsagit carminib⁹ exprimēda.Post definitionē addit,eū qui sine furore Musarū poeticas ad fores accedit,inanem esse ipsum atq; eius poesim,quasi tāti sit poesis, vt absq; summo dei fauore cōparari nequeat.Eadē in Ione hoc tradit,& vnde sit hic furor,& p quot descēdat gradus edocet.Inquit aūt in libro quarto de Legib⁹ Plato,deū,fortunā,& artē, humana oīa gubernare. Quo fit vt poesis vel dei donū sit,vel fortunę sors,vel artis opus.Quid istorū potissimū verum sit, Socrates cū Ione rhapsodo pquirit.Rhapsodus aūt hoc in libro significat recitatorē interpretēq;,& cantorē carminū.Interpretabat Io Homeri carmina,& corā populo ad lyrā canebat,atq; ita erat affect⁹,vt aliū poetā nullū pręter Homerū exponeret,etiā si eadē qua Homerus facilitate referret.Homeri autē oīa celeriter explicabat. Vnde sic argumētatus est.Aut casu pfert Io quæ scribit Homerus,aut arte, aut afflatu diuino. Nō casu,quia nō oīa,sed pauca quædā,& absq; cōtinuatione ordineq; interpretaretur.Nō arte,quia quisqs artē integrā habet,quicqd eidē arti subiectū est, iudicat. Eidē vero studio poetico subiecta sunt Hesiodi aliorūq; poemata,quibus Homeri,præsertim q de eisdē tractāt,quæ tamen Io nō percipit,cū Homerū pfecte exponat.Ergo nō arte iudicat.Restat vt inspiratione diuina.Ex quo patet q interpres poetę Io,& alii multi qui similiter affecti sunt, diuino instinctu alienā poesim interpretant.Qz si ad pcipiendā poesim iā traditā humanū ingeniū non sufficit, multo minus ad inuentionē sufficiet.Quare nec Homerus,nec alius quiuis reuera poeta absq; cęlesti afflatu poesim cōsecuti sunt.Qd & aliis modis Socrates hic ostendit.Primo sic.Oēs artes,& sciētias poetæ tradūt, sed oēs didicisse humano studio impossibile est,cū vnicā ex parte pcipere sit difficillimū:Nō igit arte humana,sed diuina quadā infusione pferunt.Cuius rei argumentū est,q plerią; vates postq̄ furoris remissus est ipetus,quę scripserūt,nō satis intelligūt,cū tamē recte de singulis artibus in furore tractauerint,qd singuli illarū opifices legēdo diiudicāt.Pręterea sæpe videm⁹ rudem hoiem,& ineptū subito in poetā bonū euadere,& aliquid magnificū diuinūq; cātare.Magna vero in momēto assequi,non humani ingenii est,sed diuinitus inspirati.Qua in re perspicue deus ostēdit, nutu suo intelligentiam hanc infundi. Vtq; ita esse demōstret,sæpe ineptos quosdā potius q̄ vrbanos,insanos potius q̄ prudētes rapit,ne si acutis prudētibusq; viris ad hęc vteretur,humana subtilitate,& industria fieri hęc existimarētur.Cum ergo nō sit a fortuna,nec ab arte poesis,a Deo,& a Musis tribuit.Cū deū dicit,Apollinē significat:cū Musas,sphęrarū mundi aīas.Iupiter qdē mens dei est.ab hac Apollo, mens aīę mundi,& aīa totius mundi,octoq; sphęrarū cælestiū animę,quę nouē aīę,nouē Musę vocant, quia dū cælos harmonice mouēt,musicā pariūt melodiā:quę in nouē distributa sonos,octo scilicet sphęrarū tonos,& vnū oīm concentū,nouē Sirenes deo canentes pducit.Quāobrem ab Ioue Apollo,& Musę:ab Apolline,id est mēte aīę mundi,chorus Musarū ducit,quia mēs illa sicut ab Ioue illustrat, sic & animas mūdi sphęrarūq; illustrat.Gradus autē quib⁹ furor ille descendit,hi sunt. Iupiter rapit Apollinē.Apollo illuminat Musas.Musę suscitāt,& exagitāt lenes & insuperabiles vatū aīas. Vates inspirati interpretes suos inspirāt.Interpretes autē auditores mouēt.Ab aliis vero Musis aliæ aīæ rapiūtur,

Quid rhapsodus.

autem in Apollinem quē omnes cantāt, omniū ferme cantilenarū pulcherrimū, Musarū inspiratione inuenisse se dicit. In hoc maxime deus ostēdisse videtur nobis dubitandū non esse, quin præclara hęc poemata, diuina deorūq; potius q̄ humana hominūq; sint opera. Poetę autē nihil aliud sunt, q̄ deorū interpretes, dum sunt furore correpti, a quouis numine quis corripiať. Qđ quidē deus ostendere volens de industria per ineptissimū poetā, pulcherrimā cecinit melodiā. An nō vera tibi referre videor? IO. Mihi certe. Atq; animū meū his sermonibus Socrates attingis, & afficis. Ac diuina quadā sorte a diis poetæ insignes hęc nobis interpretari videnť. SO. Nōne vos Rhapsodi poetarū scripta interptamini? IO. Vera narras. SO. An nō interpretū interpretes estis? IO. Sum⁹. SO. Animaduerte qd velim, & hoc mihi responde o Io: neq; id de quo te interrogabo, mihi occultaueris. Cū apte carmina refers, & stupore pcrculsos reddis spectātes, siue dum Vlyssem sup pauimentū suo limine insaltantē cantas, & procis palam se ostendētem, atq; sagittas ante pedes effundentē, siue Achillem impetū in Hectora facientem, seu dum miserabile quiddam, & querulum circa Andromachen, vel Hecubam, vel Priamū profers, vtrū tūc mentis es compos? an a mente alienatus? & rebus gestis quas refers afflatus animus interesse illis se cogitat, siue in Ithaca, siue apud Troiā sint gesta, seu quocūq; alio te carmina rapiāt? IO. Perspicuā mihi coniecturā o Socrates attulisti, neq; id occultaturus tibi recensebo. Quotiēs eñ miserabile quicq̄ dico, lachrymis spargūtur oculi. Cū aliquid terribile, aut vehemēs, arrectę pp̄ter terrorem comæ rigent, atq; cor salit. SO. Nunquid mentis compotē eum virum tūc esse asserimus, qui in sacrificiis, & celebrationibus pulchra veste aureisq; coronis ornatus ploret, cū nihil horꝝ amiserit? aut formidat magis inter hostes quis, q̄ soleat cum sit inter multos amicos homines cōstitutus, neq; vllum eum exuat, neq; iniuria vlla afficiat? IO. Non pcr Iouem o Socrates, si vera fateri velimus. SO. Vidisti ne spectātiū multitudinē iisdem his rebus quas agitis cōmoueri? IO. Vidi equidem plurimū, atq; aspicio semper superne ab ipso suggesto, & flentes, & grauiter intuentes, atq; his quæ narrantur, stupefactos. Et oportet me valde mentē iis adhibere. Nam si illis lachrymas excutiam, ipse argentum suscipiens, ridebo. sin autē risum illis moueam, ipse argentū amittens flebo. SO. Vides ne spectatorem esse annulorum extremū, illorū inquam quos sub Magnete lapide vim inuicem suscipere referebam? Medius autē es tu recitator, & histrio: primus autē est ipse poeta: deus vero per omnes istos hominū animū quocūq; vult, trahit, dum inuicem vim suspendit, & traiicit, ex quo velut ex illo lapide series longa dependet, qua e latere gradatim nectūtur hi qui in choro saltant, & pręceptores atq; discipuli, huiusve catenæ a Musa annuli suspendūtur, ex poetis autem hic ex alia, ille ex alia musa suspēditur. Vocamus autē id nos occupari, qđ quidem illi proximū est. tenetur enim ab his vtiq; primis annulis qui poetæ sunt: alii rursus ab aliis corripiūtur, diuiniq; fiunt, nonnulli ab Orpheo, a Musæo alii: nec pauci ab Homero occupantur, atq; tenētur, quorū o Io vnus es, qui ab Homero furore correptus es. Et si quis scripta alterius poetæ cecinerit, obdormiscis, atq; tibi dicēdi deest facultas. si qs vero huius poetæ decantauerit melodiā, confestim excitaris, animus salit, & dicēdi facultas sufficit. nō enim arte neq; sciētia, sed diuina quadā sorte, & mētis occupatione, ea quę de Homero dicis, recenses. Et quēadmodum Corybantes illam dūtaxat melodiam acute sentiūt, quæ illius dei est a quo rapiūtur, ad eiusq; concentū decētibus verbis & figuris abūdant, alios vero cōtemnūt: ita & tu o Io, si qs Homeri mentionē fecerit, es in dicendo facundus, in aliis vero tibi copia deest. Eius itaq; qd quęrebas quamobrem circa Homerū copiosus es, circa alios deficis, hęc est causa, quoniā nō arte, sed diuina sorte vehemēs es Homeri laudator. IO. Recte dicis o Socrates: admirarer tamē si tam acute differeres vt mihi prorsus persuaderes lymphatū atq; furētem Homerū laudibus celebrare. neq; enim furēs vt arbitror tibi viderer, si me de Homero verba facientem audires. SO. Atqui audire volo, neq; tamen prius, q̄ mihi respōderis inter illa de quibus Homerus agit, de quibus potissimū bene agit. nō eñ de omnibus. IO. Optime nosti o Socrates, ꝙ nihil est de quo nō agat. SO. Nō tamē ea bene tractat, quę tu quidē ignoras, Homerus autem scribit. IO. Quęnam ista sunt, quę Homerus quidē narrat, ego autē nescio? SO. Nonne sępenumero multa de artibus explicat? Veluti de aurigaria disciplina. si meminero illius carmina tibi recitabo. IO. At ego referam, memini enim. SO. Dic mihi quæ mandat Nestor Antilocho filio cum illum monet vt in equestri cursu gratia Patrocli instituto currens caute flectat equos. IO. Declina ad lęuā paulū, dextrūq; iugalem Vrge plagis minitās, manibus quoq; lora remitte. Cū metā attigeris, flectatur lęuus in arctū, Donec ad extremū circli pcruenerit axis Vltimus, ac medium vita, nec tangito saxum. SO. Sufficiunt hęc o Io. Recte ne an cōtra in his carminibus Homerus loquatur, vtrū melius medicus, an auriga perciperet? IO. Auriga procul dubio. SO. Vtrū arte hoc iudiciū fiat, an alio quopiam? IO. Nō alio certe q̄ arte. SO. Nōne cuiq; arti facultas a deo tribuitur, certi cuiusdā operis iudicandi? neq; enim ea quæ gubernatoria arte cognoscimus, medicina quoq; pcrcipiemus. IO. Non certe. SO. Neq; etiā quę medicina pcrspicimus, architectura animaduertemus. IO. Nō sane. SO. An non similiter in omnibus artibus quæ vna quadā arte cōprehendimus, alia minime comprehen-

Poetę deorum interpretes.

Homeri versus.

summatim dicimus,cũ plures eadẽ de re loquunt̃,ꝙ vnus atq; idem tam illũ qui male,q̃ illũ qui bene loquit̃ internoscet:& nisi eum qui in eadem re aberrat cognouerit,nunq̃ eũ qui recte sentit agnoscet? IO.Profecto.SO.An nõ ipse idẽ in vtrisq; perit⁹ est?IO.Prorsus.SO.Homerũ atq; alios poetas,e quo rum numero est Hesiodus,& Archilochus,eadẽ referre asseris?nõ tamen eodẽ modo, sed melius Ho merũ?IO.Et vera loquor.SO.Si illũ qui bene dicit cognoscis,eos qui male dicũt,ꝙ errent intelligis. IO.Conuenit.SO.Si ergo dicamus o vir optime,Ionem circa Homerũ aliosq; poetas similiter peritũ esse atq; vehementẽ,nequaq̃ errabimus:quãdoquidẽ ipe iudicẽ eundẽ idoneum esse circa illos qui ea dem in re versant̃,cõfitetur, poetas vero pene oẽs eadẽ effingere.IO.Quãobrẽ o Socrates cũ aliquis de alio poeta differit,neq; mentẽ adhibeo,neq; quicq̃ existimatione dignũ coniectare, & conferre va leo,sed oscito protinus atq; torpeo:postq̃ vero Homeri quis mentionẽ fecerit,confestim excitor atq; mentẽ adhibeo,& facultas dicendi suppeditare mihi videt̃.SO.Nequaq̃ arduũ est o amice huius cau sam cõiectare.Cõstat enim ꝙ neq; arte neq; sciẽtia de Homero scite loqueris.Nã si arte,de aliis oĩbus poetis similiter loqui valeres.poesis eñ totũ est.nõne?IO.Est certe.SO.Nõne postq̃ aliqs aliã quãuis artem integrã cõparauit,æque de oĩbus quę sub arte sunt iudicat?Eadẽ quippe de oĩbus artibus con siderandi ratio est.Vis tibi referã qua ratione id dicã? IO.Opto per Iouẽ o Socrates.Nã quotiẽs vos sapiẽtes audio,miro quodam gaudio statim afficior.SO.Velim o Io,veritatẽ diceres.Verũ sapientes vos rhapsodi fictoresq; estis,& illi quorum vos poemata decantatis,ego autẽ nihil pręter veritatẽ lo quor,queadmodũ decet pinguis Mineruæ hominẽ.Nã id de quo paulo ante percõtabar,intuere q̃ le ue sit,& facile cognitu.Quilibet id qđ narrabã,percipere potest,eodẽ videlicet pacto singula consi de randa esse,siquis artẽ sibi integram cõparauerit.Exẽpli causa, nunquid pingendi ars totũ quiddã est? IO.Est.SO.Nonne pictores multi,partim boni,partim mali,& sunt,& fuerunt?IO.Certe.SO.Vidisti ne aliquẽ qui & ea quæ recte,& quæ nõ Polygnotus Aglaophontis filius pinxit,sufficiẽter ostendere possit:quæ vero pictores alii,nequeat?Et siquis aliorũ pictorum opus ostẽderit,obdormiat, neq; facul tas illi ad dicendum aliquid coniiciendũq; suppetat:cum vero de Polygnoto, vel de vno quouis alio pictore sit iudicandũ,expergiscat̃,& mentẽ adhibeat,& facultatẽ dicẽdi habeat?IO. Non p Iouẽ.SO. Quid in fabris statuariis? vidisti quenq̃ qui ea quæ Dædalus Metionius,aut Epius Panopæi fili⁹, aut Theodorus Samius,vel alius quispiam statuarum faber,bene est machinatus exponere valeat,in alio rum vero sculptorũ operibus torpeat atq; obmutescat?IO.Per Iouẽ nũq̃ virũ talẽ repperi.SO.Atqui nec in tibiarũ flatu vt arbitror,nec in pulsu citharę,nec in cithareo cantu, neq; in rhapsodia virũ in tuitus es,qui Olympi opera,vel Thamyri, vel Orphei,aut Ithacẽsis Phemii rhapsodi,exprimere pos sit,in operibus vero Ionis Ephesii deficiat,neq; percipere cõferreq; possit,quę bene,& quę contra mo dulat̃.IO.Quid in hoc tibi cõtradicam nõ habeo,sed tamẽ mihi ipsi cõscius sum,me præ cęteris ho minibus pulcherrima de Homero referre,neq; deesse mihi dicendi copiã: alios vero oẽs hac in re me laudare,in cęteris vero nequaq̃.Tu vero quidnã hoc sit vide.SO.Conspicio Io, & qđ mihi idesse vi det̃,tibi aperire incipiã.Vt bene de Homero loquaris ars tibi non pręstat,vt modo dicebã,sed diuina vis est quę te mouet,sicut in lapide quem Magnetẽ Euripides nominauit,nõnulli Heracliam vocant. Qui lapis nõ solũ ferreos annulos trahit,sed vim etiã annulis ipsis infundit,qua hoc idẽ efficere pos sint,ac perinde vt lapis,alios annulos trahere.Vnde longa plerũq; cõcatenatio ferri,& annulorũ inui cem pẽdet,& oĩbus his ex illo lapide vis attrahit̃.Ita ipsa Musa poetas diuino instinctu cõcitat,poetę cõciti alios furore corripiũt.Quare ex his oĩbus series ipsa cõtexit̃.Oẽs itaq; carminũ poetę insignes, nõ arte,sed diuino afflatu oĩa ista pclara poemata canũt:& vt Corybãtes nõ sana mẽte saltãt,ita neq; cantilenarũ modulatores egregii sana mẽte hos cantus effingũt,sed vbi in harmoniã,& rhythmũ in surgũt,& occupati bacchant̃,queadmodũ bacchantes fœminę mẽte nõ sana mel & lac ex fluminibus hauriũt,sana autẽ mẽte haurire nequeũt.idq; efficit illorũ anim⁹ qui cãtus effingũt, qđ ipsi referũt. Aiunt eñ nobis poetæ,ꝙ a fontib⁹ quib⁹ mel scaturit,hauriẽtes,& a Musarũ viridariis collibusq; de cerpẽtes carmina ad nos trãsferũt,queadmodũ mel ex floribus apes,& instar apum volare se asserũt. Qua in re vera loquunt̃.Res eñ leuis,volatilis,atq; sacra poeta est,neq; poetica prius canere potest q̃ deo plenus,& extra se positus,& a mẽte alienat⁹ sit.Nã q̃diu mẽte qs valet, neq; fingere carmina,neq; dare oracula põt.Quasi poetę nõ arte pclara hęc canãt,quę tu de Homero refers,sed sorte diuina id quisq; recte efficere possit,ad qđ Musa quẽpiã incitauit. Hic Dithyrambos canit, laudes alicui⁹ hic, ille Hyporchemata choreasq;,alius carmina,ali⁹ iãbos.In aliis vero illoꝝ qsq; rudis,& inept⁹ est. Nõ eñ arte sed diuina vi hęc dicũt.nã si de vno quoq̃ horũ p artẽ recte loqui scirẽt,de cęteris quoq; oĩb⁹ idẽ possent.Ob hãc vero causam deus illis mentẽ subripiẽs,ipsis tanq̃ ministris vtit̃,oraculorũq; nun ciis,& diuinis vatibus,vt nos qui audim⁹ percipiamus nõ eos esse qui tã digna referũt, cũ suæ mẽtis cõpotes minime sint,sed hęc deũ loqui,& per hos nobis hęc inclamare.Huic autẽ rei euidẽtissimo ar gumẽto esse potest Tynnichus Chalcideus,q antea poema nullũ memoria dignũ cõposuerat:hymnũ

De magnete lapide dicto etiã heraclide.

Corybãtes insanę mẽtis.

Poeta res leuis,volatilis,ac sacra.



SO. Num & qui exercitus imperator est optimus, idem recitator est bonus? IO. Nequaq̃. SO. Illud tamen admittis, ꝙ quisquis recitator bonus est, bonus est imperator. IO. Valde. SO. Nonne Græcorum optimus es recitator? IO. Plane o Socrates. SO. Nunquid Græcorũ optimus es imperator? IO. Certe o Socrates. hæc em̃ in Homeri scriptis didici. SO. Cur igitur p deos cũ sis optimus Græcoꝝ omniũ dux exercitus, optimusq; recitator, passim carmina modularis, militaris autẽ nusq̃? nũquid tibi videt̃ recitator aurea corona decoratus plurimũ vsui esse Grecis, imperator autẽ nullo pacto? IO. Nostra o Socrates ciuitas vestrę subest, a vobisq; gubernat̃, & idcirco imperatore nõ indiget. Vestra autem, & Lacedæmoniorũ resp. me nunq̃ in exercitus ducem eligeret. Idoneos enim duces vos esse putatis. SO. O optime Io, Apollodorũ Cyzicenũ nõ cognoscis? IO. Quẽ Apollodorũ? SO. Illum scilicet, quẽ sæpe Athenienses q̃uis hospes esset, imperatorem delegerunt, & Phanosthenem Andrium, & Heraclidem Clazomeniũ. Quos hæc ciuitas licet peregrinos, quia viri prestantes habentur, pretura, & aliis magistratibus ornat. Ionem vero Ephesiũ imperatorẽ nõ decernet, neq; honore afficiet, si virtute prestare visus fuerit? Quid vero, nõne vos Ephesii prisca origine Athenienses estis, Ephesusq; nulla ciuitate est inferior? Sed tu o Io, si quidem vera predicas, & scientia arteq; potes Homerũ laudare, iniuria me afficis: qppe q̃ professus multa & pulchra Homeri scire, teq; ostẽsurũ mihi pollicitus, me nũc decipis, ac permultum abest vt ostẽdas. siquidẽ nec quæ sint ista quoꝝ peritus es, nec qua sis facultate instructus, aperire vis, me diu iam obsecrante: cæterũ tãq̃ Proteus varius resultas, sursum deorsumve cõuersus, adeo vt postremo me subterfugiens imperator euaseris, ne mihi ostẽdas quo pacto tibi circa Homeri sapientiã facũdia cõpetat. Si enim arte tibi hoc inest, quẽadmodũ nũc dixi, pollicitusq; exponere, decipis, certe iniustus es, meq; iniuria afficis. Sin autem cares arte, & forte quadã diuina ab Homero raptus, cũ nihil intelligas, multa & pulchra circa poetam hũc dicis, vt ego de te iudicabã, non facis iniuriam. Elige vtrũ mauis, iniustus homo, an diuinus potius appellari. IO. Longe differt o Socrates, & multo pulchrius est iudicari diuinũ. SO. Hoc itaq; quod pulchrius est, tibi apud nos inest o Io. te scilicet diuinũ potius q̃ artificiosum Homeri laudatorem esse.

FINIS IONIS.

Præfatio in Platonis Sophistam, secundum Proclum, a Marsilio Ficino translata.

SOPHISTAM Plato vocat non hominẽ quẽdã solũ, sed etiã amorẽ, Plutonẽ, Iouẽ, & artem sophisticã præclarissimã dicit. Ex quibus subintelligimus ꝙ nobilius subiectum q̃ appareat, hic dialogus respicit. Est enim intẽtio secũdũ magnũ Iamblichũ de sublunari opifice tractare. Nã est idoloꝝ fictor, purificator animarũ, a contrariis rationibus semper separans, transmutator, & iuuenũ diuitũ mercenarius venator. Dum animas suscipit plenas rationibus a superis venientes, mercedem ab illis accipit, ipsam animalium fabricam, quæ fit secũdũ mortaliũ rationẽ. Hic ei qđ non est incumbit, quia quę sunt in materia gignit. Et qđ reuera falsum est, diligit, id est materiã. Simul autẽ in id qđ verũ reuera est, respicit. Est & multiceps, quoniã sibi essentias vitasq; multas vẽdicauit, per quas varietatẽ generationis ipse disponit. Idẽ quoq; magus est generatione, dũ animas naturalibus rationibus mulcet, & allicit, adeo vt ægre a generatione amoueant̃. Quinetiã & amor magus, & natura maga a nõnullis dicit̃, ppter reciprocos attractus atq; illecebras q̃ secũdũ naturã procedũt. Nũc igit̃ omnifariã sophistam declarare vult. Eteni philosophus sophista est, quippe cũ cęlestẽ opificẽ, & generationis opificẽ imitetur. Et distinctiua facultas progressum rerũ ab vno imitatur, & generationis opifex cælestẽ opificem. quare sophista est. Atqui & ipse homo sophista, quia magna imitat̃ Sophista dicit̃. Et idcirco sophistã multicipitẽ appellauit. Eleates hospes reprẽsentat patrẽ opificũ, supercælestẽ, & absolutum. Auditores autẽ opificis intelligentias. Ille quidẽ Iouis, hic naturæ angelicæ tãq̃ interpretator ac geometricus. Et quoniã opificiũ ab impfecto incipiens in pfectũ desinit, hospes ille primũ cũ Theodoro, deinde p cõuersionẽ cũ proprio Socrate versat̃. Hactenus Procli. Deinceps Marsilii. POST Thęetetũ de sciẽtia, legẽdus est Sophista de ipso ente, qđ sciẽtię est obiectũ. Dũ vero hic de ente disseritur circa quod versatur philosophus, tractatur interim de nõ ente, ad qđ sophista declinat. Apud Pythagoram & Platonem sophos, id est sapiẽs solus est deus. Philosophus autẽ verus imitator dei. Sophista ambitiosus & fallax philosophi ęmulator. Sex Plato Sophistę definitiones adducit. Quoniã vero definitio haberi absq; diuisione non potest, per quã ab ipsa re definienda quę ipsius non sunt separentur, genusq; ipsius per differẽtias diuidatur, ex quibus tandẽ simul & genere componãtur species atq; definiant̃, idcirco Plato Sophistã definiturus, exactissimas primũ partitiones excogitat, admonẽs neminẽ omnino latẽtem rei cuiusq; naturã discernere posse, nisi eã penitus ab aliena qualita-

Proprietates sublunaris opificis.

Amor magus, & natura maga

ARGVMENTVM MARSILII.

Apud Pythagorã & Platonem sophos est solus De⁹.

Quis philosophus.

demus? Sed hoc pri⁹ mihi respõde. Aliã & aliã artẽ esse asseris? IO. Assero. SO. Nũqd eadẽ tu qua ego cõiectura artes discernis? Nã ipe quidẽ cũ hęc aliarũ, illa aliarũ rerũ scientia est, hãc aliã, illã aliã artẽ voco. Tu vero? IO. Et ego. SO. Si eñ eisdem de rebus scientia esset, cur hãc aliam, & illam aliã vocaremus? quãdoquidẽ eadẽ ab vtrisq; cognoscerent. Queadmodum a me percipit quinq; esse hos digitos, & tu sicuti ego hoc idẽ animaduertis. Vnde si te rogarẽ vtrũ eadẽ arte arithmetica an alia hęc eadẽ cognoscamus, respõderes vtiq; q̄ eadẽ. IO. Certe. SO. Dic qđ paulo ante ĩterrogaturus fuerã, vtrũ secundũ oẽs artes videatur tibi dicendũ, q̄ eadẽ arte, eadẽ cognosci necessariũ sit, alia vero arte non eadem, sed alia quędã. quãdoquidẽ ars alia ipa est. IO. Ita mihi videt o Socrates. SO. Si quis artẽ aliquã assecutus non fuerit, dicta vel facta huius artis bene discernere nequaq̃ poterit. IO. Vera narras. SO. Ea carmina quæ tu retulisti, siue bene siue male ab Homero canant, vtrũ tu melius, an auriga perciperet? IO. Auriga. SO. Recitator eñ es non auriga. IO. Nempe. SO. Recitatoria vero facultas ab aurigaria alia est. IO. Videlicet. SO. Q; si alia ars est, aliarũ quoq; rerũ sciẽtia est. IO. Aliarũ profecto. SO. Quid vero cũ Homerus illud affert, q̄ Hecamede Nestoris pellex saucio Machaoni medelæ potionẽ porrigit, cui vinũ Pramniũ infundit, insup atterit caseũ caprinũ æneo quodã instrumẽto, farinã quoq; caseo miscet, & ad hęc cepæ obsonii loco apponit? Recte ne, an cõtra hęc ab Homero dicant, vtrum medicinę artis an recitatorię iudiciũ est? IO. Medicinę. SO. Quid cũ Homerus dicit, In mare se mersit retis Thaumãtias ĩstar, Qđ trahit ad fundũ plumbi subtexta grauedo Muniti cornu sortẽ dãs pisci bus atram: hæc quid sibi velint, & vtrũ recte an contra dicant, nonne ars piscatorum melius q̃ recitatorũ animaduertet? IO. Cõstat q̄ ars piscatorũ id iudicat. SO. Si præterea me ita rogares, postq̃ o Socrates in Homeri carminib⁹ inuenisti quę cuiq; istarũ quę dictę sunt artiũ iudicãda sunt, age iã mihi reperias quęnam a vate vaticinioq; iudicari cõueniat, recte ne an cõtra ab Homero sint dicta: aduerte q̃ facile ac vere tibi respondeã. Sępenumero in Odyssea scribit, pręsertim ea quæ Melampodorũ vates Theoclymenus aduersus procos fatur. O miseri quid nunc heu vobis imminet atri, Dum mollem noctu capitis per membra soporem. Cuncta fremũt luctu, resonat plangoribus aer. Scissaq; triste madent lachrymis manantibus ora. Vestibulum plenum est simulacris, oĩs & aula. Sub tenebris erebus riget, extinctoq; per orbem Lumine velatur tristi caligine cęlum. Sępenumero etiã in Iliade, vt in murorũ expugnatione, quę ad vatem pertinent tangit. Ibi eñ sic inquit. Certabant Danai Troiæ perrumpere muros, Altiuolansq; Iouis pendebat desuper ales Vnguibus incuruis rubrum cõplexa draconẽ, Pellebatq; acies in lęuam, tum ferus ille Respirans, & adhuc transfixo pectore luctãs, Ore petens aquilam perstrinxit vulnere guttur. Illa dolens anguem dimisit in agmina lapsum, Sauciaq; in vẽtos pennis sublata refugit. Hæc equidẽ dicã, & alia huiusmodi a vate considerãda iudicandaq; esse. IO. Et vera quidem o Socrates. SO. Et tu o Io vera narras. Age queadmodum ego tibi ex Odyssea, & Iliade excerpsi q̃ ad vatem, quę ad medicũ, q̃ ad piscatorẽ pertinere vident, sic & tu qui maiorem in Homeri scriptis peritiam habes, eligas, & adducas in mediũ, quę sunt recitatoris ꝓpria, quæ præter alios homines ipsi considerare iudicareq; cõuenit. IO. Oia o Socrates assero. SO. Nõ omnia tu supra dicebas o Io. Num ita obliuiosus es? Atq nõ decet recitatorẽ hoiem obliuiosum esse. IO. Quidnã obliuiscor? SO. Nõ memoria tenes artẽ recitãdi aliã ab aurigaria te dixisse? IO. Teneo. SO. Nonne cũ alia sit, alia cogniturã es cõfessus? IO. Profecto. SO. Nõ igit oia pcipiet secũdũ sermonẽ tuũ ars recitãdi, neq; ipse etiã recitator. IO. Immo oia p̃ter talia quędã. SO. Cũ p̃ter talia q̃dã dicis, p̃ter ea q̃ aliarũ artiũ sunt ferme significas, sed quęnã cognoscet, postq̃ nõ oia noscit? IO. Quę decens est vt vir loquat, q̃ mulier, seruus, liber, subiectus, princeps, hęc oia noscet. SO. Qđ decẽs est vt princeps in mari, nauicula tẽpestate oppressa afferat, recitator ne magis q̃ gubernator cognoscet? IO. Nõ, sed gubernator meli⁹ hoc percipiet. SO. Sed ea q̃ decens est vt princeps in morbo loquatur, recitator melius q̃ medicus intelliget? IO. Neq; hęc. SO. Sed ea q̃ seruo cõueniũt, dicis. IO. Certe. SO. Scilicet q̃ decẽs est vt dicat seruus bubulcus, dũ de furentibus & efferatis bobus cõfabulat, recitator ipe, nõ bubulcus agnoscet? IO. Nequaq̃. SO. Nunqd ea q̃ decẽs est vt mulier de lanificio textori referat? IO. Nõ. SO. Ea quę decẽs est vt vir dux exercitus dicat dum milites hortatur, cognoscet? IO. Talia profecto sunt quę recitator agnoscit. SO. Nũqd ars recitatoria eadẽ est q̃ & ĩperatoris exercitus? IO. Intelligerẽ eqdẽ si opus esset, q̃ ĩperatorẽ loqui decet. SO. Forte & imperatorię facultatis peritus es. IO. Nam si equestri, & citharœdica simul disciplina polleres, illos qui bene, & qui male equitant, cognosceres. SO. Et si te interrogarem o Io vtrum arte equestri, an arte citharœdi illos qui bene equitant cognoscis, quid mihi responderes? IO. Arte equestri. SO. Q; si eos qui bene pulsant citharã cognosceres, cõftereris illos nõ equestri sed citharœdica disciplina cognoscere? IO. Proculdubio. SO. Cum vero quę ad imperatorẽ spectãt intelligas, vtrũ imperatoria, an recitatoria ista calles? IO. Nihil mihi referre videtur. SOCRA. Quomodo nihil differre dicis? Imperatoriam, & recitatoriam artem vnam ne an duas ponis? IO. Vna mihi videtur. SO. Quicũq; igit bonus est recitator, etiã bonus imperator erit? IO. Et maxime quidẽ o Socrates.

queadmodū inqt Socrates,cūctis gratificaberis.HO. Nihil aduersus hęc vlterius Theætete dicēdū. Tecū deinceps agendū mihi:qꝫ si forte sermonis prolixitas tibi fastidiosa cōtinger, & labore grauaberis,nō me obsecro,sed hosce tuos familiares,q̄ in causa sunt,accusato. THE.Nihil molestū fore arbitror:nā si forte me defatigari cōtigerit,hūc Socratē adhibebimus, Socrati qdē ī nomine similē,mihi in exercitatione sociū,& æqualem,qui mecū laboriosa multa peragere cōsueuit.HO.Probe loqueris, & de his quidē procedēte sermone tecū ipse deliberabis. Cōmuniter vero mecū tibi nūc cōsiderādū, incipiendūqꝫ vt mihi videtur ab ipso Sophista,& quid est in primis definiēdum. In præsentia porro tu simul ac ego huius cōmune solū nomē habemus : rem vero ipsam quæ nomine designatur,aliter forte vterqꝫ nostrū cogitat.Pręstat autem in singulis rem ipsam cū rationibus q̄ nomen solū absqꝫ ratione perspicere.Qđ profecto nūc inquirimus Sophistæ genus,haud facile definiri potest. Vetus est omniūqꝫ cōmunis sentētia,si qs ea q̄ magna sunt,recte trāsigere velit,in paruis qbusdā prius illa facilioribusqꝫ,q̄ in maximis cōsiderare debere.Eqdē Sophistę genus arbitratus difficile posse cōprehēdi, nobis o Theætete cōsulo,vt ante ī alio quodā faciliori ꝑgressum illius ꝓmeditemur. Nisi tu forte cōmodiorē viā ostēdas.THE.Nullā habeo cōmodiorē.HO.Vis ne exiguū qddā & vile in mediū adducamus,maioris ipsius exēplū? THE.Volo.HO.An nō ꝓponēdū notū qddā atqꝫ exile,qđ nihilominꝰ ad maiorꝫ intelligētiā cōferat? qualis homo piscator est.Leue eñ qddā est,& exile. THE. Certe.HO. Viā tamē,& rationē ad id de quo agimus,aptā habere videł. THE.Optime ita se res haberet.HO. Age hinc exordiamur.Dic vtrū ipm tāq̄ artificiosum,an artis expertē,alterius vero potētię cuiusdā participē ponere debeamus.THE.Nullo modo artis expertē.HO.Artiū ferme oīm species duę sunt. THE. Quę?HO.Agricultura,& cuiuslibet mortalis corporis cura,& facultas oīs quę circa cōpositū quodlibet fictūve versatur, quę cōmuniter supellectilia dicūtur,& quę hęc imitał, vniuersa inquā facultas huiusmodi vno quodā cōmuni noīe nuncupari debet. THE.Quonā pacto? & quo noīe?HO. Quotiēs qđ ante nō erat,in esse qs deinde pducit,qđ agit,facere:qđ agił, fieri dicimus. THE. Recte. HO.Cūcta q̄ paulo ante retulimus,ad hoc vim habēt.THE.Habēt certe.HO.Sūmatim itaqꝫ illa effectricē facultatē denominemꝰ. THE.Esto.HO.Disciplinę vero,& cognitionis species vniuersa,& quęstus certaminisqꝫ ac venādi peritia,ars acquirēdi summatim vocanda videtur:quippe cū nihil ex his quicq̄ fabricet:quę vero sunt,& fuerūt,cōparet,partim sermonibus actionibusqꝫ capiēs,partim capiētibus non concedēs.THE.Decet.HO.Cū quælibet ars,aut in acquirendo,aut in efficiēdo versetur, quo in genere peritiam piscandi ponemus?THE.In eo videlicet quod acquirit.HO.Nōne eius quod acqrit duę sunt species? Vna inter volētes cōmutatio,dono,emptione,mercede.Altera mācipatio vel ope vel sermone facta.THE.Ex his quę dicta sunt,sic esse cōstat.HO.Mancipatio vero duplex.THE. Qua ratione?HO.Vna quidē patēs quę certādo capit.Altera latens,quę venando.THE.Ita est.HO. Venatoriā quoqꝫ bifariā diuidere decet.THE.Quō bifariā?HO.Aut eñ rē expertē anima,aut animatā venał.THE.Quid ni?Si qdē ambo hęc sunt.HO.Sunt ꝑfecto. Et oportet qđ ad inanimū pertinet æquiuocū dimittere, præter quasdā natatorię potētię partes, & alia huiusmodi exigua prętermittere. Animatorū vero capturam,animaliū venationē vocare.THE.Sic esto.HO. Venationis huiusmodi merito duę sunt species. Vna qdē gressibiliū animaliū venatio,variis speciebꝰ nominibusqꝫ distincta. Altera vero agiliū,quę fluētiū venatio noiał.THE.Oīno.HO.Agiliū vero quędā pēnis p aerem,quędā per aquā vaganł.THE.Certe.HO.Volantiū venatio,aucupiū nominał.THE.Proculdubio.HO. Aquatiliū vero,fere summatim piscatio. THE.Oīno.HO.Piscationē aūt nōne ī duo maxima mēbra diuidimus.THE.Quęnā ista?HO.Aut enim retinaculis,aut percussione piscamur.THE.Quonā pacto vtrūqꝫ distinguis? HO. Quicqd coercēdi gratia cohibet aliqd cōprehēdēdo,retinaculū nominał. THE.Prorsus.HO.Nassam,retia,laqueos,verriculū,cęteraqꝫ hmōi,nūqd aliter q̄ retinacula vocabis? THE.Haud aliter. HO.Hic igił,& aliꝰ similis venādi modus q cohibēdo pficił piscationis species q̄dā est.THE.Est.HO.Extat spēs altera q̄ hamis,& fuscinis captat.THE.Hāc pcutiētē piscationē cōiter appellare decet,nisi tu forte qđ pulchrius afferas.nō est mihi curę nomē, hoc porro sufficit. HO. Alii qdē nocte hoc efficiūt ad ignis lumē,quapropter ignifera piscatio nūcupał.THE.Prorsus.HO. Alii die in extremo virgę cuiusdā ferētes vncū tridētibus vsi.Vnde cōtorta & vnca oīs hęc piscatio noiał. THE.Cōstat.HO.Qui piscādo percutit retorto quodā instrumēto,& fuscinā a supiori pte ad inferiorē demittit,tridētea & fuscinali piscatione vti dicił.THE.Ferūt.HO.Restat spēs altera.THE. Quænā?HO.Percussio q̄dā hamo facta cōtra ac supior,neqꝫ in qualibet pisciū pte,sed ī capite, & ore dūtaxat,ab inferiori parte ad supiorē virgis,& calamis retrahēs. huius qđ potissimū o Theætete nomen esse dicemus?THE.Videmur qđ supra proposuimus exqrēdū,nūc iam pfecisse. HO.Nūc igitur piscationis nō modo nomē ego ac tu cōmuni sentētia instituimus,verūetiā rationē ipsius opis sufficiēter accepimus. Vniuersę porro artis dimidiū in diuisione fuit q̄ in acquirendo versał: huius quæ capit,& mācipat:huius venatoria:venatorię animaliū præda: cuius agilis aīalis captura, agilis vni-

Cognitio nēi rei cum rationibꝰ q̄ nois solū pcellere.

Vetus sentētia circa magna cognoscēda.

Trāslatio faciēda ad faciliora vt cognoscał qđ q̄ritur.

Artiū oīm diuisio.

Hic videre est artē definiēdi Platonis a diuisione.

re fecreuerit. Proinde entis atq; non entis descriptiones pro viribus affert, atq; ens, quemadmodum & in Parmenide, subiicit vni. Entis quinq; numerat genera, essentiã, idẽ, & alterũ, statũq;, & motũ. Docet verã quidẽ essentiã rebus incorporeis cõuenire, imaginariã vero corporeis. Eos pręterea q incorporea negant, admodũ detestatur: eos insuper qui vel omnia moueri solũ, vel solũ manere putant. Itẽ de scientia atq; de opinione, & oratione vera vel falsa, de verbo & nomine disputat, quaten[9] ad entis ipsius disputationẽ pertinere videt. Demũ postq̃ de sophista simul ac philosopho disputauit, diuina quadam librum cõcludit sententia, videlicet res naturales, opera esse dei. Siquidem omnia naturę opera a diuina quadã sapientia mũdo infusa ꝓbauerat proficisci. Res aũt vmbratiles, & fallaces, ait dęmonicas esse præstigias. Ibidem & sophistam nobis occultũ esse inquit tanq̃ non entis. i. falsi tenebris inuolutum: & philosophum pariter occultũ esse, q̃uis alia ratione, quia videlicet entis ipsius. i. diuinæ veritatis splẽdore vndiq; circũfusus vulgarium intuitum animorum prorsus exsuperet.

Ens sub vno, & entis quinq; genera.

Res naturales opera dei.

PLATONIS SOPHISTA, VEL DE EO QVOD EST, VEL DE ENTE, TRANSLATVS A MARSILIO FICINO FLORENTINO AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM.

THEODORVS. SOCRATES. HOSPES ELEATES, QVI FORTE MELISSVS EST. THEAETETVS. THEODO.



VENIMVS o Socrates opportune queadmodũ heri iter nos cõuenit, atq; hospitẽ hunc nobiscũ ducim[9], q Eleates est ex familiaribus Parmenidis atq; Zenonis, & vir apprime sapientię studiosus. SO. Forte o Theodore dum virum hospitem tecũ ducere credis, deũ quendã ducis. Inquit eñ Homerus, cum deos alios, tum maxime hospitalẽ deũ, inter hoies qui iusti pudoris participes sunt, versari, & hominũ cõtumelias iniuriasq; inspicere. Te forsitan & hic e superis vnus huc secutus est, vt nos qui a disputandi rationibus aberramus examinet, atq; corripiat: atq; ipse redargutionis est deus. THEO. Haud mos hic o Socrates huius hospitis. Sed modestior est illis qui controuersiis student. Mihiq; nullus hominũ deus, sed diuinus aliquis esse videt. Omnes equidem philosophos, diuinos appello. SO. Et recte quidem amice. Genus autem philosophorum haud multo facilius, vt ita dixerim, q̃ deorum discernitur. Omnes eñ quicunq; non ficte, sed vere philosophantur, propter aliorũ inscitiã omniformes apparent, dum ciuitates circuũt, & quasi ab excelsa quadam specula inferiorũ vitam prospectant. Atq; hi a quibusdã nullius ęstimantur, a nonnullis summopere honorant. Et interdũ quidẽ ciuiles apparent, alias sophistę, nõnunq̃ aliquorum opinione insani prorsus habentur. Quapropter ꝑcõtari hunc hospitẽ cupio, si modo gratũ illi futurũ sit, qd de his familiares eius Eleates sentiant, quid esse dicãt, & quomodo nominẽt. THEO. Quęnã ista? SO. Sophistã inquã, ciuilẽ, philosophũ. THEO. Quid potissimũ, & quale circa hęc in dubitationẽ venit, quærens dũve existimas? SO. Hoc, vtrũ vnũ hæc omnia, an duo esse velint. An quemadmodũ nomina tria, tria quoq; genera distinguentes, singula nomina generibus singulis adscripserint. THEO. Nulla inuidia vt arbitror ꝓhibebit, quo minus hęc vobis exponat. Tu vero quid ais hosꝑes? HO. Quod & tu, nulla certe inuidia, neq; dictu difficile est, q tria esse putauerint. Singulatim vero distinguere, & quid vnũ quodq; sit definire, neq; paruũ opus est, neq; facile. THEO. In eandẽ forte quęstionem o Socrates incidisti, in quã & nos anteq̃ huc accederemus. hic aũt q̃ tibi nunc, eadẽ tũc nobis respõdit, audisse se quidem, & recordari. SO. In eo igit qd primũ rogauimus, gratificari nobis debes o hospes. Verũ nobis id in primis declara. Vtrũ ꝑ te ipse ꝑpetua oratione qd inferre velles, exponere cõsueueris, an potius interrogãdo queadmodũ solebat Parmenides: quẽ ego adolescẽs audiui quondã ita disputantẽ admodum senem, rationesq; pulcherrimas afferentẽ. HO. Si facile quis, & apte respõdeat, facilius est cũ alio interrogando differere: sin cõtra, ꝑ seipsum quisq; facilius disputat. SO. Licet igitur quẽcunq; vis ex his eligere. Oẽs eñ libentissime obsequent. Ego vero tibi consulo, vt iuuenẽ quẽpiam eligas, vel hũc Theætetũ, vel aliũ quicunq; tibi aptior videat. HO. Pudor quidẽ o Socrates me, & verecundia detinet, cũ nunc primũ vobiscũ loquar, nõ vicissim verbum verbo reddere, sed prolixum sermonẽ inceptare, siue solus ipse per me, siue cum alio respondente demonstrationis gratia disputem. Quod enim modo quęsitum est, nemo leuiter explicari posse cõfidat. Longa nanq; disputatione indiget. Cõtra vero si tibi, & istis, pręsertim cum tam modeste rogaueris, non obtemperem, aggreste quiddam, & ab hospitis mansuetudine alienum mihi fore videtur. Quippe cum disputationis comitem Theætetum hunc ex his quæ & ego dicebam, & tu modo iussisti, sim habiturus. THEO. Ita certe o hospes

Occasio dialogi.

Inter homines pudẽtes versari deum

Parmenides disputabat interrogando.

THE. Valde. HO. Tertio rursus te similiter Sophistã vocaturũ hũc arbitror, qui eadẽ in vrbe permanens partim emit, partim ipse excogitat disciplinas, cõparandi victus gratia venditurus. THE. Nihil obstat. HO. Sophistã igiť appellabis eũ qui in acqrẽdo versať, cõmutat. s. & emit, vẽditq; cauponãdo, siue sua inuenta, siue aliena circa virtutis studia vẽdat. THE. Necesse est, rationi sigdẽ assentiri decet. HO. Videamus iterũ, vtrũ qđ in pręsentia quęrimus genus, cuiusdã talis simile sit. THE. Cuiusnam? HO. Eius artis q̃ ad acquirendũ pertinet pars quædam certandi facultas erat. THE. Erat certe. HO. Haud igiť ab re erit bifariã illã diuidere. THE. Quas in partes diuides? HO. Vna quidẽ pugnat, repugnat altera. THE. Verũ. HO. Pugna vtiq; corporis ad corpus, violentia cõgrue nũcupatur. THE. Cõgrue. HO. Quę autẽ verbis aduersus verba cõmittiť, ambiguitas. THE. Certe. HO. Ambiguitatis duę sunt species. THE. Quę? HO. Q̃ñ oratione ꝑpetua publice de iustis iniustisve certať, iudicialis cõtrouersia noíať. THE. Ita est. HO. Cũ vero priuatim minutis quibusdã argumẽtatiũculis interrogando respõdẽdoq; cõtẽdiť, cõtradictionẽ appellare solemus. THE. Sic vtiq;. HO. Cõtradictio porro q̃ in cõmerciis vtcũq; cõtingit absq; arte fit, vt species quædã seorsum ponẽda est: sic em̃ ratio ab aliis illã discernit. ꝓpriũ vero cognomẽtũ, nec ab antiqs accepit, neq; nũc a nobis accipiet, neq;. n. decet. THE. Proculdubio. HO. In varia nãq; & minima scindiť: q̃ aũt arte ꝓcedit, & de iustis iniustisve, & de aliis generatĩ ambigit, litigiũ appellari solet. THE. Plane. HO. Litigiũ duplex, alterũ patrimoniũ dissipat, alterũ pecunias cumulat. THE. Omnino. HO. Qđ itaq; vtriq; tribuẽdũ sit cognomẽtũ inuenire conemur. THE. Oportet. HO. Quicũq; cõtẽtiõis huiusmodi studio delectatus res suas negligit, verba aũt audiẽtibus iucũda cõponit, & quæstiũculas semꝑ aucupať, nõ aliter vt mea fert opinio, q̃ nugator, & garrulus est vocãdus. THE. Sic vtiq;. HO. At vero q ex priuatis litigiis pecuniis cumulãdis incũbit, quomodo vocandus sit tu nũc vice tua fretus enarra. THE. Quisqs absq; errore respõdere voluerit, Sophistã hũc mirabilẽ quẽ q̃rimus, appellabit, quarto se nobis iã offerẽtẽ. HO. Ratio itaq; nũc ostẽdit Sophistã nihil esse aliud q̃ artificẽ quęstus gratia cõtẽtiosum, cõtradictionibus ambigẽtẽ, in pugnãdo certantẽ, lucri p̃ cæteris studiosum. THE. Sic est oĩno. HO. Cernis verũ esse qđ dicitur, variũ hoc animal esse, vtq; Prouerbio ferť, non altera manu dũtaxat apprehẽdendũ. An igiť vtraq; vti oportet? THE. Opus est. HO. Ergo pro viribus sic agendũ, eiusmodiq; ipsius vestigiũ percurrẽdũ. Dic age, habemus ne vlla ministratoria nomina? THE. Multa. Sed quęnã e multis interrogas? HO. Talia quædã vt cũ dicimus excolare, distribuere, victũ decoquere, secernere. THE. Quid ni? HO. Carminare præterea, deducere, pectine texere, aliaq; ꝑmulta huiusmodi in artibus reperimus, an non? THE. Quid de his potissimũ ostẽsurus exẽpla hęc inducis, & ꝑ oĩa sciscitaris? HO. Ad discernẽdũ quodãmodo pertinẽt q̃cũq; retulimus. THE. Profecto. HO. Mea qdẽ sentẽtia cũ circa hęc vna ars in cũctis verseť, vno quoq; noĩe nũcupabimus. THE. Quonã? HO. Discretiuã dicamus. THE. Esto. HO. Vide rursus, nũ species huius geminas inuenire possimus. THE. Celerẽ breuẽq; vt mihi videť cõsiderationẽ imponis. HO. Enimuero in his q̃ dictę sunt discretionibus, partim deterius a meliori secernebamus, partim a simili simile. Sic em̃ ferme dictũ tũc esse videť. huius qdẽ propriũ nomẽ nõ habeo: illius aũt q̃ melius qđ est relinquit, qđ vero deterius amputat, habeo. THE. Quid istud referas. HO. Omnis huiusmodi discretio, vt ipse conicio, cõmuniter purgatio noĩať. THE. Cõstat. HO. Nonne geminã purgationis specieẽ esse quisq; dignosceret? THE. Ita forte si qs aliquãdiu cogitet, ego em̃ in p̃sentia ignoro. HO. Verũtamẽ species multas corporaliũ purgationũ nomine vno cõplecti decet. THE. Quas inqs, quo ve noĩe? HO. Purgatio animati corporis ĩtrinsecus operãs ꝑ gymnasticã, & medicinã, & q̃ extrinsecus balneis qđ dictu vile est, mũdat, itẽ quæ inanimata corpora fullonũ ministerio abstergẽdo colorat, & vniuersa ornandi corporis curatura, sigillatim varia viliaq; nomina sortiuntur. THE. Profecto. HO. Oĩno qdẽ o Theætete. Ratiocinãdi vero ꝑgressus nihil magis vnũ altero aut minus curat, si purgatio spongiis fomẽtationibusq; adhibita minus mũdat, pharmacum vero magis purificat atq; iuuat. Nã vt artiũ oĩm intelligẽtiã cõsequať, qđcũq; cognatũ est vel nõ cognatũ inuestigãdo æque singulas artes honorat, aliaq; aliis secũdũ similitudinẽ nihilo magis ridicula cẽset. Quinetiã nihilo honestius putat, si militari disciplina, q̃ si alia quauis vilissima opa venatoriũ opus exerceať. Et nũc qdẽ vt q̃rebas, quonã noĩe cũctas facultates quęcũq; corpus, aut animatũ, aut inanimatũ purgare student, penitus cõprehẽdemus. Nihil vtiq; quo ad p̃sentẽ ꝑtinet disputationẽ referet, quodcũq; nomẽ inuẽtũ decentius videatur, dũmodo a purgationibus animæ sit distinctũ, quęcũq; purgant corpus, includens. Mentis porro purgationẽ ab aliis oĩbus secernere nũc intendit, si quorsum vergit, inspicimus. THE. Animaduerti eqdẽ, & admitto duas species purgationis esse, aĩeq; purgationẽ a purgatione corporis esse diuersam. HO. Egregie loq̃ris, & ĩ hoc insuꝑ mihi obseq̃re: qđ ve dicturus sum, rursus bifariã diuidere tẽta. THE. Vtcũq; duxeris, tecũ partiri conabor. HO. Prauitatẽ ĩ aĩa aliud q̃ virtutẽ dicimꝰ. THE. Aliud certe. HO. Eniuero purgationẽ nihil aliud eẽ diximꝰ, q̃ qđ prauũ ẽ, ãputare, reliquũ vero seruare. THE. Diximꝰ ꝓculdubio. HO. Siquã igiť circa aĩam prauitatis ablationẽ reꝑriemꝰ, meri

Tertia definitio sophistę.

Quarta definitio sophistæ.

Prouerbium. Nõ altera tm̃ manu capiendũ.

cõsuetudo,solis hoc a lege tribuit,idq; in his artificiosum quiddã pharmacũ & remediũ est,& hac ratiõe illa ipa quã supra diximꝰ partiũ virtutis natura cõtrariarũ pugnãtiũq; cõciliatio diuinior cõficit.SO.Vera hęc sunt.HO.Cum diuinũ hoc vinculũ cõstet extetq;,facile & inueniri, & perfici humana vicula possunt.SO.Qua ratione? & q̃ potissimũ?HO.Cõiugia inquã maris & fœminę ad filiorũ procreationẽ.plurimi eñ circa hęc,tũ accipiẽdo,tũ dãdo aberrãt.SO.Quãobrẽ?HO.Diuitiarum qui dẽ potentiarũq; studia in rebus hmõi,quisnã vt ęstimatiõe digna dãnare contẽdat?SO.Nullus.HO. De illis aũt quibus genus curę est,loqui pręstat,si quid forte p̃ter modũ agãt.SO.Aequum est. HO. Agũt aũt nulla quidẽ ratione recta,pręsentẽ voluptatẽ secuti,& quatenus suis similibus delectanť,dissimilibus vero minime,eatenus difficultati plurimũ tribuũt.SO.Quo pacto? HO.Modesti siquidem hoĩes mores sui similes quęrunt,& quoad possunt cũ talibus tã dando q̃ accipiendo matrimoniũ ineunt.Fortes quoq; natura,simile sibi genus adsciscũt,cum oporteret cõtra oĩno ab vtrisq; his generibus fieri.SO.Quomodo? & quã ob causam?HO.Q̃m fortis naturæ hæc est conditio, vt in multis generationibus expers tẽperantię permanẽs,principio sit robustior,tandẽ vero in furorẽ versa deficiat. SO.Cõuenit.HO.Rursus aĩa pudore abundãs,audacia vero fortitudinis vndiq; carens,si per multas similiter generationes transeat,segnior fit q̃ decet,ac demũ extremo quodã torpore submergiť.SO. Id quoq; ita contingere conuenit.HO.His vt diximus ligamentis vincire vtraq; hoĩm genera facile possumus hoc extãte,vt vtraq; opinionẽ de bonis,& pulchris eandẽ habeãt. Hoc aũt vnũ & integrũ regię texturę est opus,vt nunq̃ moderatos mores seorsum a fortibꝰ esse permittat, sed vtraq; ingenia contexens inuicẽ p opinionis eiusdẽ cõsensionẽ,per honores vituperationesq;,p alterna coniugia,telã ex his lenẽ optimeq; contextã efficiat,hisq; cõiter semp ciuiles magistratus muneraq; cõmittat. SO. Quo pacto?HO.Vbi vnius sufficiet gubernatio,hoĩem p̃ditũ moribꝰ vtrisq; pręficiet. Vbi pluribus opus erit,vtriusq; generis partes aliquas cõmiscebit. Tẽperatorũ eñ principũ mores cauti admodũ & iusti,& salutares: acri vero prõptitudine & vehemẽtia quadã ad agendũ idonea indigent. SO.Ita de his quoq; videť.HO.Fortitudo aũt in cautione,& iustitia illis cedit,in rebꝰ agendis plurimũ antecellit.Neq; vero possunt in ciuitate oĩa bene agi priuatim & publice nisi ambo hæc adsint. SO.Non certe.HO.Finẽ igiť ciuilis actionis recta plicatione cõtextũ tũc extare dicamus,q̃ñ fortiũ, & tẽperantiũ ingenia cõcordia amicitiaq; cõciliãs,cõem illorũ efficit vitã.q sane cõtextus p̃clarissimus oĩm est & optimus,aliosq; insuper omnes in ciuitate tã seruos q̃ liberos protegẽs, & cõplectens,hac textura serieq; cõprehẽdit.Atq; ita dominať,& pręsidet ciuitati,vt nihil prętermittat eorũ q̃ quoad fieri potest,beatã efficiũt ciuitatẽ.SO.Profecto nobis Hospes regiũ ipm ciuilemq; virum egregie definisti.

FINIS CIVILIS VEL DE REGNO.

Argumentum Marsilii Ficini in Protagoram.



EXtat apud Græcos verissimum de Platone dictũ,Phœbũ videlicet duos præcipue filios genuisse,Aesculapium,& Platonem. Aesculapiũ quidẽ qui corporibus, Platonẽ vero qui animis medereť.Socratẽ quoq; Socratici oẽs purgandorũ gratia animorũ a deo missum fuisse testanť. Morbus autẽ animi in falsis opinionibus malisq; moribꝰ videtur consistere.Tantũ vero malũ ingenuis animis haud tam facile ab aliis,q̃ a sophistis solet inferri.Profecto philosophi sunt qui veritatẽ studiose quęrunt veritatis duntaxat ipsius amore.Sophistæ vero,qui opinionem affectãt similiter opinionis amore. Hi eñ quasi disciplinarũ mercatores,& caupones,vndiq; opiniones absq; delectu varias congregant,tum ad excogitandum,tum ad dicendũ vtcunq; libuerit pertinentes,quas deinde quasi venales diuitibus vendant adolescentibus diuitiarũ & inanis gloriæ gratia.Itaq; nihil vnq̃ habet pensi,vtrum vera, vel bona an contra,aut ipsi discant,aut alios doceant,sed & confundunt,& passim errores effundunt quotidie plurima,nulla prorsus rectę elationis habita ratione,modo & diuitias cumulent, & vulgarẽ gloriam consequantur.Quamobrem necesse est adolescẽtes atq; viros,qui sophistas ob sapientię opinionem,& eloquentię fucũ plurimi faciunt,quotidie ab illis falsarum opinionũ pessimorumq; morũ venena combibere.Siquidem mali mores,& falsas sequuntur opiniones,& facile ab auaris ambitiosisq; pręceptoribus,qui nihilominus plurimi existimantur,in discipulos transfunduť. Plato igiť animorum misertus tam prone tã grauiter periclitantiũ,frequẽtissime sub Socratis sui persona maleficos, veneficosq; sophistas ꝓ viribus detestatur,quo videlicet hoĩes discẽdi cupidi caute fallaces deuitent Sirenum cantus,& noxia pocula Circes.Neq; tñ inuectiuis eos manifestis effulminat, ne vel ipse perturbatione vlla odioq; in eos videať adductus,vel ipsi ipsorũq; sectatores,venenosa in eum impudentissimæ linguę tela retorqueãt. Ergo partim ironia,partim risu,sępe ioco,& ludo,sępius honesta quadam redargutione immeritam sophistis auctoritatem conatur adimere.Id quidẽ in sophista acutis-

Rursus si partes, nunqd similes sibi inuicē atq; toti, an vtriq; dissimiles. Ad hęc Protagoras neq; recte scit respōdere, neq; definire aut partiri virtutes, neq; distinguere qua ratione similes sint, & qua dissimiles, neq; qđ in disputādo turpissimū est, euitare quin ad id facile deducat̃, vt sępe sibiipsi repugnet. Tandē vero cū ob ignorātiā respōdēdi inciperet Protagoras tergiuersari, ideoq; Socrates abiturū se simularet, ab auditoribus Sophista ad differēdū est reuocatus. In qua qdē altercatione Prodici primū Sophistę supstitiosa circa vocabula curiositas demōstrat̃, deinde Hippiæ quoq; Sophistæ ostētatio in concionādo timidior. Postremo Protagoras reuocatus ad disputādū, importune nimiū, & inepte in carmina poesimq; digredit̃, īterrogās Socratē de quadā Simonidis poetę sentētia, quā & ipse minime intelligere a Socrate mox cōuincit̃, mentē Simonidis exponēte, quasi dixerit, virū bonū fieri qdē esse difficile, perseuerare autē impossibile. Hic audies priscorū sapiētiā verbis q̃ paucissimis fuisse cōtētā: atq; posse breuibus multa cōplecti, viri absolute docti opus esse. Itē neminē mala turpiaq; sponte cōmittere, sed ignorantia. Deniq; vbi dialectico more differit̃, poetica respuēda. His actis iterū Sophista tergiuersat̃, atq; vix a p̄sentib⁹ reuocat̃. Tūc Socrates ad priorē de virtute disputationē regredit̃, vtrū multę sint virtutis vnius partes, & qua inuicē ratione se habeāt. Protagoras aūt iterū labit̃, affirmās alias inter se virtutes esse simillimas, qđ in supioribus nō admiserat: itē fortitudinē ab aliis lōgissime separās, cōsentiēsq; homines absq; prudētia cęterisq; virtutibus fortes esse posse. Qua in re sibimet repugnare deinde cōpellit̃, cōfiteriq; nō solum fortitudinē, sed neq; etiā virtutes vllas absq; prudentia posse consistere. Tū vero de bono, & malo multa tractant̃. Siquidē prudētia est sciētia eligēdi boni, maliq; vitādi. Ambigit̃ aūt vtrū bonū malūq; idē sit penitus qđ & voluptas atq; dolor. Neq; affirmatur id qdē omnino, neq; manifeste oīno negat̃. De hoc em̄ in Gorgia, Philebóq;, & alibi. Oīno vero pbat̃ prudētiā ipsam ī qua & finis vitę cognitio, & viarū ad hūc cōferētiū cōsistit electio, moraliū virtutū esse principē atq; ducē, idq; vsqueadeo asserit̃ vt virtutes quasi sciētię. i. prudētię quędā videant̃ esse, vitia vero insciti ę. s. imprudētię qdā. Addit̃ deinde peccata oīa ab ignorātia pficisci, neq; illū aliqñ electurū mala nisi deceptū imagine boni, neq; fugiturū bona, nisi imagine quadā mali pterritū. Siquis vero dixerit hominē bona discernētē atq; mala, ab illis tñ diuerti, ad hęc cōtra cōuerti propterea q; a voluptate vel affectu sensuū alio superet̃, Socrates id negabit, asserēs idipsum qđ ab affectu superari dicit̃, nihil esse aliud q̃ insciriā: Sciētiā vero oīm q̃ in nobis, & circa nos sunt, potētissimā esse, neq; ab vlla re vnq̃ superari posse. Deniq; cōcludit sciētiā plurimū, immo totū ad virtutē beatitudinēq; cōferre, ignorātiā vero pariter ad cōtraria. Iterūq; Protagorā corripit, q; & sibimet cōtradixerit, & ordine vsus prępostero fuerit. Siquidē anteq̃ qd sit virtus definiat, partiri eā aggredit̃, & vtrū doceri valeat disputat. Simulat quinetiā Socrates se quoq; in repugnātiā esse deductū, ex eo dūtaxat q; Sophistam secutus fuerit aberrantem, admonetq; vt Promethei prouidentiam potius q̃ Epimethei properantiā in omni vita pro viribus imitemur.

PROTAGORAS, VEL SOPHISTAE PLATONIS LIBER TRANSLATVS E GRAECA LINGVA IN LATINAM A MARSILIO FICINO FLORENTINO AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM.

PERSONAE DIALOGI.

FAMILIARIS. SOCRATES. HIPPOCRATES. PROTAGORAS. ALCIBIADES. CALLIAS. CRITIAS. PRODICVS. HIPPIAS.

FAMI.



NDENAM o Socrates? An videlicet a venatione illa venis ad quam honesta Alcibiadis indoles puocare te solet? Vidi eū nuper. Etiā vir ingenuā speciē pręse ferre videtur. Virū inquā, cui per genas plurima lanugo iā serpit. SO. Esto, quid tum? An non probas Homerum, qui gratissima est, inquit, primæ lanuginis ætas? Eam vero nunc Alcibiades agit. FA. Immo vero. At in præsentia vnde? nunquid ab illo? & quomodo erga te nunc affectus est adolescens? SO. Bene quidem, hodie præsertim mihi visus est: nam mihi sæpe hodie in dicendo succurrit, & ab illo nunc venio. Ac mirabile tibi quiddam referam. præsentem illum minime intuebar, & alio intēdens ad eum vix aduertebam. FA. Quidnam tanti fuit, vt te ab illo diuerteret? neq; enim formosior vllus e nostris ciuibus adesse poterat. SO. Immo aderat quidam admodum pulchrior. FA. Quid ais? ciuis ne? an peregrinus? SO. Peregrinus. FA. Cuias? SO. Abderites. FA. Nunquid adeo insigni forma præditus tibi visus est peregrinus ille, vt Cliniæ filio eum præstare putaueris? SO. Quid prohibet o beate quo minus qđ sapientius est, sit & pulchrius? FA. An forte a sapientis cuiusdā colloquio venis? SO. Sapientissimi profecto omniū nostræ ætatis hominū, si modo sapientissimus tibi aliorum omniū

laria diuidit,processum rerũ a superiorib⁹ repręsentat:vbi particularia vicissim in vniuersalia rite resoluit,cõuersionẽ rerum ad superiora designat:vbi definit & vbi demõstrat, existentiã rerũ ostendit, ibi quidẽ in seipsis,hic aũt ab aliis dependẽtiũ.Ideo dissserẽdi facultas diuinũ est donũ,cũ diuinũ vniuersi ordinẽ referat.Cũ igne vero data dicit̃,quia ignis similiter diuidit,resoluit,definit atq̃ demonstrat.Itẽ quia rationalis facultas ignis instar illuminat intellectũ, accendit voluntatẽ,& vtrũq̃ eleuat ad sublimia.Qꝫ aũt tradit̃ Prometheum ciuilẽ virtutẽ saluti hoĩm penitus necessariã largiri non potuisse,ꝑpterea ꝙ virtus eiusmodi penes Iouem sit,quo Prometheo nõ licet ascẽdere, ea ratione intelligendũ est,quia ciuilis virtutis officiũ est nõ solũ rebus humanis,sed etiã artibus imperare,singulasq̃ cũ singulis ordinare,cũctas deniq̃ in cõem oĩm formã dirigere.Idẽ vero officiũ Iouis ipsi⁹ est ĩ vniuerso,qđ in hoĩm genere apparet sciẽtię ciuilis officiũ.Quãobrẽ nõ iniuria ad Iouẽ ipm̃ spectat hãc nobis ex alto largiri.Vniuersalis eñ virtus ad vniuersalem Iouis pertinet prouidẽtiam.Prouidentia vero dęmonũ particularis est,& angusta,ideoq̃ in Iouis arcẽ neq̃t ascẽdere:cũ angustior humiliorq̃ ꝓuidentia,amplissimã eminẽtissimãq̃ æquare nõ valeat.Iupiter igit̃ ꝑ Mercuriũ.i.angelũ diuinæ voluntatis interpretẽ,ciuilis sciẽtię leges.i.volũtatis suę decreta ad humanæ societatis generisq̃ salutẽ spectantia mẽtibus nostris inscribit:inscribit inquã,& ab initio,qđ Timæus aperte docet, & quotidie ꝑ angelos diuinã nobis volũtatẽ interpretãtes. Vnde intimus in nobis præsidet iudex inextinguibile rationis lumen,rectũ veri falsiq̃ & boni maliq̃ examen,ineuitabilis cõsciẽtię stimulus. Per hãc deus infusam oĩb⁹ legẽ oẽs ita ferme ad cõmune dirigit bonũ,vt oẽs flãmas leuitate erigit ad superna. Ab hac vtiq̃ ingenita lege lex deinde scripta ducit originẽ.Qđ quidẽ in ipo libri legũ exordio Plato aperuit dicẽs,nõ ab hoĩe,sed ab ipo deo leges initiũ habuisse.Sed vt ad p̃sentẽ dialogũ redeamus, subiũgit Iouẽ ꝑ Mercuriũ cõdidisse legẽ,qua iubeant̃ oẽs ciuilitatis esse participes:q̃ppe cũ hęc sola sit vinculum ciuitatis:ipamq̃ ciuitatẽ iustitia,& pudore cõstantẽ ait ad oẽs cęlit⁹ demisisse, eo videlicet pacto,vt quicũq̃ posthac virtutis huius oĩno expers deprehẽsus fuerit, tãq̃ ciuitatis pestis vltimo afficiatur supplicio.Quẽ vero primo appellauit pudorẽ,deinde temperãtiã nominauit. Est enim pudor ingenitus temperantię fundamentũ.Temperantia quidẽ in ciuibus ꝓprios cuiusq̃ moderat̃ affectus, gestusq̃ componit.Iustitia vero actus cuiusq̃ conducentes ad alios dirigit. Memento vero ciuilitatẽ in persona priuata his fere duobus esse contentam,sed in publica ex Platonis mente his adhibendam esse prudentiam.Atq̃ id quidem pene satis in pace fuerit,in bello aũt fortitudinẽ adhibeto,atq̃ ita ciuilitatis erit absoluta descriptio.Post hęc aũt cõfirmat Protagoras a cõmuni hoĩm sentẽtia virtutis hui⁹ participes oẽs esse debere,ꝑpterea ꝙ si q̃s iniustitiã suã palã fateat̃,vulgo insanus habebit̃:quasi oẽs existimẽt tã necessariã cõem ciuitati iustitiã,vt etiã si quis nõ habeat,saltẽ habere eã debeat simulare.Cũ vero ostenderit hactenus ciuilẽ virtutẽ esse omnibus maxime oĩm necessariam,eiusq̃ affectũ quendã siue fomitẽ semenq̃ ab initio diuinitus nobis infusum, demonstrare deinceps aggredit̃ virtutem ciuilẽ,immo & alias(oẽs eñ illa cõplectitur) neq̃ natura neq̃ casu absolutũ firmũq̃ habitũ sortiri posse,sed doctrina dũtaxat & cõsuetudine ei⁹ habitũ cõparari.Ad id vero primo rationem affert ostendentẽ hoĩes nõ solere aliquẽ ob ea q̃ vel natura,vel casu fiũt probare vnq̃,vel improbare: actiones aũt virtutis aut vitii,laudare semꝑ aut vituperare. Deinde pueritię adolescentięq̃ educationem sub domesticis,grãmaticis,musicis,gymnasticis,legibus,ordine quodã lõgo disponit,ostendẽs totam vitæ institutionem ad id obnixe contendere, vt declinent̃ vitia, virtutes possideant̃: quasi neq̃ vitia neq̃ virtutes,vel fortuna,vel fato,sed arbitrio,& exercitatione proueniãt.Interea priscorum perstringit sententiã de vitiis puniẽdis cõsideratione dignã, videlicet neminẽ quia deliquerit, sed ne vel ipse vlterius,vel alius eius exemplo delinquat, puniendum esse: respondetq̃ ad illa q̃ obiecerat Socrates. Nos aũt ex omnib⁹ q̃ hactenus disputata sunt auream illam priscorũ sententiã tenebim⁹ alta mente repostam.Primo quidẽ deũ ipsum vitę salutisq̃ nostrę omnibus vndiq̃ modis prouidere atq̃ consulere.Deinde ciuilem virtutẽ donũ esse diuinum,ne quis forte confidat se absq̃ diuina gratia rẽp. recte feliciterq̃ gubernaturũ.Id eñ in Legibus,& alibi Plato cõfirmãs ait:queadmodũ bestię multę ab vna nisi sub humano pastore recte duci non possunt,ita neq̃ hoĩes multi feliciter ab vno quodã regi, nisi & vn⁹ ipe regat̃ a deo.Ideoq̃ regendi facultatem nõ aliunde q̃ a deo haberi in Theage & Menone ꝓbat.Protagoras vero sophista q̃d velit,ipse viderit. Deniq̃ q̃ necessaria sit inuiolata iustitia missa cælitus meminerimus,si aures assidue nostras priscorũ voces illæ circũsonent: Mortales quondã miseri anteq̃ ciuilitas cęlitus mitteretur,neq̃ segregati viuere poterant,quin passim laniarẽtur a feris, neq̃ iterum congregati,quin a se inuicem lacerarentur.Itaq̃ salutem nobis quam cunctę simul artes pręstare non potuerunt,sola tandẽ iustitia pręstitit.Post hęc Socrates ne Sophista ꝓpter nõnulla quę ab aliis accepta narrauerat bona,admirationi sit audientibus,ironica quadã,& vrbana, & artificiosa redarguẽdi ratione reddit illũ p̃sentibus deridẽdũ.Interrogat eñ postq̃ de virtute tã magnifice fuerat elocutus,vtrum vna sit tantum virtus an plures. Pręterea si plures,vtrum sint partes vnius,nec ne.

terrogationē aliā exigit,quibusnā dicēdis Sophista hoīes facūdos efficiat.Citharista nēpe iisdē dicē-dis aptos facit,in qbus & eruditos,in pulsationibus videlicet citharę.nōne? HIP.Certe.SO.At vero Sophista quā dicēdi facultatē pręstat?qbus de rebus?patet ꝙ de his quæ intelligit. HIP.Verisimile id quidē. SO.Quid ergo istud est,qđ & ipse Sophista intelligit,& alios docet? HIP. Per Iouem ignoro. SO.An nō vides quāto discrimini animū tuū subdas?nūquid si corpus tuū eidē discrimini suppositurus esses,quo vel in melius verti,vel in deterius posset,nō prius alicui tātū de te periculū facturo cōmitteres,ǭ diligēter cōsiderasses,cōmittēdū ne sit an nō: amicos quinetiā, & propinquos diu de hoc ipso consuluisses?Cū vero animū tuū pluris facias ǭ corpus,& ex eius corruptela,vel integritate cōtingat tua omnia male,vel bene affici,vtrū cōmittēdus sit an nō huic hospiti anim⁹,neminē vel propinquorū,vel amicoꝝ cōsuluisti.Sed cū hesterno vesperi aduētū illius audiueris,ad eū summo mane properas,nullo de hoc consilio habito,vtrū credere teipm illi debeas nec ne.Immo & tuas omnes,& amicorū pecunias erogare paratus es,quasi iam cognoueris omnino esse Protagoræ adherēdū,quem neq; vidisti vnǭ,vt ais,neq; es allocutus.Sophistā vocas illū,& quid Sophista sit nescis, cui teipsum es dediturus.HIP.Vera loqui videris o Socrates. SO.Nōne Sophista est o Hippocrates mercator ǭdam,& caupo vectigaliū quorūdā quibus animus alitur? HIP. Talis mihi sane videtur.verū quibus alitur animus?SO.Disciplinis.sed cauēdū est o amice ne dū laudat Sophista quæ vēdit,nos decipiat, vt faciūt qui corporis epulas vēdūt,mercatores quidā,& caupones.Laudāt illi quidē sua omnia,neq; intelligūt vtrū salubria sint an noxia corpori quę vēdūt,idq; ignorāt & illi qui emūt,nisi forte illorū aliquis medicus sit,aut gymnasticus.Haud secus illi qui disciplinas varias per vrbes venales circūferunt,& cauponātes eas emptoribus vēdūt,laudāt omnes.Ac forte eoꝝ nōnulli ignorāt sępe quid vtile animo sit,quidve inutile ex his quę vēdūt:similiter quoq; qui ab illis emūt:nisi illorū aliquis sit animi medicus.Si ergo intelligis ipse quid ex his profit,quidve obsit, tuto emere disciplinas & a Protagora,& ab alio quouis potes. Alioquin caue o beate adolescēs ne in summū iacturę discrimē quę tibi charissima sunt,deducas.Nā lōge grauius periculū est in disciplinis ǭ cibis emēdis.Etenim qui esculenta emit,& poculenta,potest anteǭ his vescatur, in aliis quibusdā vasculis illa domū deferre, ibiq; deposita diligēter examinare,& aduocato aliquo istarū rerū perito quid edendū, bibendūve sit, quid nō,quātūq;,& quādo,deliberare. quāobrē haud graue est in emēdo periculū. Disciplinas autē nō licet alio in vase transferre, sed necesse est vt qui emit eas animo capiat,& relicto precio abeat,intra se ferēs,inquinatusq; iam,vel ad meliora prouectus. Hæc itaq; cū senioribus discutiamus:iuniores nāq; nos sumus ǭ exigat tātę rei iudiciū.In pręsentia tamē pergamus quo cœpimus,virūq; hūc audiam⁹: quo audito cū aliis cōmunicabimus. Neq; enim Protagoras ibi solus adest,sed etiā Eliensis Hippias, & Prodicus,vt arbitror,Chius,aliiq; permulti viri,& admodū sapiētes.Placuerūt hęc nobis,atq; perreximus.Et ingressi vestibulū sermonē quēdā in quē intereūdū forte īcideramus,tractauimus.Ne ergo imperfectus relinqueretur,in vestibulo ipso collocuti sumus, quoad in disputando conuenimus. Audiuit nos Eunuchus quidā ianitor,sed propter Sophistarū turbā veniētibus irascebatur. pulsauimus,aperuit. cū nos vidisset, Hui Sophistæ etiā hi sunt,inquit.haud otiū illi.Et simul vtrisq; manibus nixus ostiū clausit.Pulsauimus iterū,sed ille clausis e foribus,O boni viri,inquit,nō auditis otiū illi non esse?O bone vir inquā neq; ad Calliā venimus,neq; Sophistæ sumus : sed confide, Protagora indigemus, videre illū cupimus.Hoc nūciato vix tandē fores patefecit. Ingressi Protagoram offendimus in vestibulo porticus deambulantē.Sequebātur eū multi:hīc quidē Callias Hipponici filius, & germanus ei⁹ ex matre Paralus Pericle natus,& Charmides Glauconis:inde vero alter Periclis filius Xanthippus,& Philippides Philomeli,& Antimirus Mendeus,qui inter omnes Protagoræ auditores insignior habebatur,discebatq; ea mente facultatē illam,vt & ipse Sophista futurus eadēquando q; doceret. A tergo præterea sequebantur alii auscultantes Protagoram, quorum plurimi peregrini esse videbātur,quos ex singulis vrbibus per quas circūuagatur ille congregat,mulcens eos voce tāǭ Orpheus,& alliciens.Illi vero vocem passim permulcti sequūtur. Aderant & nostrates quidam in eo choro.Hunc ego chorū cū contēplarer,ordo me illius mirifice oblectabat. Diligenti siquidē cautione singuli obseruabant,ne passu Protagoram anteirent.Sed cum retro pedem verteret,pedissequi auditores apte nimiū,& in circulum vtrinq; diuisi,ita cedebant,vt posteri semper essent. Hunc post vidi,vt verbis Homeri loquar,Hippiam Eliensem sub opposito porticus vestibulo in throno sedentē. Circa quem in subselliis quibusdā nōnulli sedebant,Eryximachus Acumeni filius,Phædrusq; Myrrhinusius,Andron Androtione genitus,aliiq; nonnulli partim ciues,partim etiam peregrini:qui de rebus naturæ sublimibus , astrorumq; progressibus interrogare Hippiam videbantur , ille autem in throno sedens dubitationes singulis enodabat.Vidi præterea Tantalum.Aderat porro Prodicus Chius,qui in tabernaculum quoddam secesserat, quo pro penu vti Hipponicus consueuerat: sed vt omnis confluentium hospitum turba exciperetur , angulum quoq; illum extractis obsoniis Callias

Longe grauius periculū in disciplinis ǭ cibis emēdis.

Protagoras esse videtur. FA. En quid ais? nunquid huc accessit Protagoras? SO. Nudiustertius. FA. An modo cum illo fuisti? SO. Modo, & multa locutus sum, audiui etiã multa. FA. Cur non illa nobis refers? nisi quid prohibet. Sedere hic licet. Tibi quidẽ puer iste cedet. SO. Referam equidẽ, & gratiam insup si audietis, habebo. FA. Nos quinetiã geminas tibi agem⁹ si dixeris, gratias. SO. Audite igit. Superiori nocte ante lucis exortum Hippocrates Apollodori filius frater Phasonis ostium meum baculo vehementer pulsauit: & cum ostium aliquis aperuisset, repẽte ingressus est clamitãs, Dormis o Socrates adhuc, an vigilas? Ego autem cognita ei⁹ voce, Hippocrates hic est inquã. O Hippocrates nũ qd noui? Nihil, inquit, nisi gratũ nunciaturus aduenio. Optime, inquã. Sed quid istud? q̃ te huc causa appulit? Protagoras venit, & ꝓpe me diuertit. Tum ego, ille iãpridẽ venit, tu vero modo audisti? Vesperi ꝑ deos, inqt ille: scabellumq; cõtrectans ad ꝑdes meos subsedit, adiecitq;, hesterno vesperi sero admodũ ex Enoe reuersus, puer.n. me Satyrus fugerat: cũq; persequi me illum significare tibi vellem, alio quodã interueniẽte oblitus sum. At cum venissem, cœnatiq; essem⁹, & somno nos dare vellemus, tunc primum nunciat frater venisse Protagorã. Illico ad te properare tentaui, sed intempesta nox detinuit. Somno autẽ experrectus laboreq; leuatus, mox ad te huc aduẽtaui. Ego vero eius fortitudinẽ stuporẽq; cognoscens, Quid hoc ad te, inquã? Num aliqua te iniuria Protagoras afficit? Tũ ille subridens, ꝑ deos o Socrates, quoniam solus est sapiẽs, me vero nõ efficit sapientẽ. SO. Immo certe & te sapientẽ reddet, si mercede illi oblata ꝑsuaseris. HIP. O Iupiter atq; cęteri dii, neq; meis neq; amicorũ rebus parcerẽ, modo id me cõsecuturum confiderẽ: atq; idcirco te nũc adeo, vt apud eum pro me intercedas. Ego enim & iunior sum, & Protagoram nunq̃ vidi aut audiui. puer eñ tũc eram cum huc primũ accessit. Virum quidẽ hunc oẽs o Socrates laudant, & in dicendo sapientissimũ ferũt. Sed cur non properamus ad eum, vt domi illum conueniamus? Diuertit sane, vt audiui, apud Calliam Hipponici filium. Eamus iam. SO. Nondũ o bone vir, inquam, illuc eundum. Nam valde adhuc profunda nox. Sed eamus in aulam, vbi deambulabimus quoad aurora lucescat, postea Protagoram ipsum adibim⁹: neq;.n. summo mane domo exit Protagoras. Quapropter cõfide, domi nãq; illũ cõperiem⁹. His dictis, surreximus, & in aulam profecti sumus: ac volens ipse fortitudinis eius periculũ facere, intuit⁹ sum diligẽter, atq; ita interrogaui. Dic age o Hippocrates, ad Protagoram nũc accedis mercedẽ pro te illi daturus? ad qualem hominẽ vadis? & ipse qualis ex eo vir euasurus? Quẽadmodũ si ad Hippocratem in noĩe tecum cõsortẽ Coũ & Aesculapii stirpe natũ ꝓficisci velles, ꝑ te mercedẽ erogaturus, & aliquis quæreret, Dic mihi o Hippocrates mercedẽ Hippocrati dabis? Qualinam homini, & cuius ratione? qd respõderes? HIP. Vt medico. SO. Qualis & ipse futurus. i. cuius gratia? HIP. Vt medicus euasurus. SO. Sin autẽ aut Polycletum Argiuũ, aut Phidiam Atheniẽsem adires mercede pro te oblata, & aliqs percontaret qualib⁹ hoĩbus, & qua ratione Polycleto, & Phidię argentũ offers? qd ad hęc? HIP. Tanq̃ sculptoribus. SO. Tu vero qualis homo futurus? HIP. Sculptor videlicet. SO. Attẽde obsecro: ad Protagorã nũc ego ac tu proficiscimur, & argentũ tui gratia dare illi parati sumus, si modo pecunię nostrę sufficiẽt, ꝑsuademusq;: sin minus, amicorũ insup pecunias erogabimus. Si quis ergo nos ad hęc adeo ꝓperantes interrogaret, Dicite mihi obsecro o Socrates, & Hippocrates, qualinã homini, & qua ratione Protagorę pecunias tribuere cogitatis, qd illi respõderem⁹? Quodnã potissimum Protagorę cognomentũ audiuim⁹? Phidiã qdẽ sculptorẽ nominãt, Homerũ vero poetã, Protagoram aũt? HIP. Sophistã o Socrates virũ hũc appellãt. SO. Ergo tanq̃ ad sophistã mercede ꝑsuadendũ ꝑgimus? HIP. Maxime. SO. Si quispiã te interroget qua mẽte, & qualis euasurus ipse Protagorã adeas, qd ad illũ? Hic Hippocrates erubuit. iã eñ aurora paulisꝑ illuxerat, quo vultus ei⁹ patere habitus poterat. respõdit deinde: Vt supradicta cõcludũt, profecto tãq̃ sophista & ipe futurus. SO. An nõ vereris inter Gręcos sophistę cognomẽ? HIP. Vehemẽter o Socrates, si qđ sentio proferẽdũ est. SO. Sed eñ vide o Hippocrates ne forte alio tẽdat tuũ hoc Protagoricę artis studiũ q̃ vt sophista efficiaris. Quẽadmodũ grãmatici ludũ citharœdiq; atq; gymnastici nõ artis ipsius exercẽdę gratia frequẽtasti, sed quadã potius auiditate discẽdi, vt priuatũ ac liberum hominem decet. HIP. Talis omnino studii mei apud Protagorã ratio futura videt. SO. Scis ne quid nũc factur⁹ sis? an te fugit? HIP. Qua de re? SO. Animi tui curam viro, vt ais, sophistę es cõmissurus. Quid aũt sophista sit si scias summopere admirabor. Qꝫ si ignoras, nescis quale sit istud, bonũ ne an malũ, cui operã impẽdere studes. HIP. Scire equidem arbitror. SO. Dic ergo, quid sophistam esse censes? HIP. Arbitror esse hunc vt nomen significat, qui rationes ad sapientiam pertinentes intelligit. SO. Idem quoq; de pictoribus ac fabris licet dicere, eos esse videlicet qui rationes ad sapientiam pertinentes intelligunt. Verum siquis de pictoribus peteret, ad quarum rerum sapientiam, responderemus vtiq; ad efficiendarum imaginum sapientiam, similiterq; de cæteris. Et si eodem modo de sophista interrogaremur, qualem eius sapientiam esse responderemus? quod eius officium? HIP. Sapientiam profecto qua homines ad dicendum facundi redduntur. SO. Vere sic forsitan diceremus, non tamen sufficienter. Responsio enim illa in-

Occasio dialogi.

in dies doctiorẽ fore, qua tandem in re? declara. Tum Protagoras. Scite interrogas tu quidẽ o Socrates: & ego his qui probe interrogant, libẽter respõdeo. Hippocrates quidem si mecum versetur, in eũ errorem non incidet, in quẽ proculdubio incidisset cum Sophistis aliis conuersatus. Alii siquidem iuuenibus obsunt. Inuitos nãq; illos ad artes retrahunt quas aufugerant, ratiocinationes porro cõputationesq;, Astronomiã, Geometriã, Musicam tradunt. Et Hippiam simul aspiciẽs, addidit. Quisquis autem ad me venerit, solũ id discet cuius gratia venit: disciplina vero huiusmodi est prudẽs in re familiari, & rep. consultatio, qua quis & domum recte gubernat, & ciuitatis negotia optime & dicendo transigit, & agendo. SO. An intelligo quod vis Protagora? ciuilem nanq; artem dicere mihi videris, pollicerique viros optimos ciues efficere. PRO. Hoc ipsum est o Socrates quod passim prædico. SO. O q̃ pręclarũ nactus es artificiũ, si modo es nactus. Nihil sane aliud erga te q̃ qđ sentio proferendũ. Id equidem o Protagora doceri nõ posse putaram. Tibi tamẽ autumanti nõ pręstare fidem nequeo. Quã vero ob causam neq; doceri posse, neq; ab hominib9 aliis, aliis tradi cẽseo, iure declarare debeo. Equidẽ qđ & cęteri Gręci testanť, Atheniẽses viros sapiẽtes appello. Video igiť quãdo concione congregata aliqd de ædificãdo deliberare vult ciuitas, ædificatorũ cõsiliũ expeti: & cũ de nauiũ fabrica, fabros nauiũ accersiri. Idẽ quoq; faciũt in cæteris omnibus quęcunq; doceri & disci posse existimant. Et siqs alius cõsultare de artis illius opere pergit, cuius expertẽ esse putãt, seu pręclarissimus in aliis vir sit, siue ditissimus, siue admodũ generosus, nihilo magis admittũt, sed exsibilant, & explodũt, quo ad vel ipse tumultu deterritus a dicẽdo desistat, vel iubẽtibus magistratibus arciferi aut extrudant ipsum protinus, aut trãsfigãt. Id itaq; in oĩbus ad perceptionẽ artiũ pertinẽtibus obseruare cõsueuerunt. At cũ de publica ciuitatis administratione cõsultandũ est, cõsulit architectus æque ac faber ærarius, æque etiã cerdo, mercator, nauta, diues, pauper, ignobilis, generosus, neq; horũ vllus queq̃ explodit, vt in superioribus cõtingebat, quasi nuſq̃ didicerit, nullũq; habuerit pręceptorẽ, attamen consultare audeat. Constat porro ꝙ doceri posse nõ putãt. Neq; publice solũ hoc, sed & priuatim conspicitur. Etenim qui ciuili sapientia pollent, virtutẽ hãc in aliũ trãsfundere nequeũt. Siquidem Pericles horũ adolescentũ pater in his rebus quæ sub magistro discũtur, diligẽter eos erudiuit: in his autem in quibus ipse sapit, neq; ipse erudit, neq; alteri cuiq̃ cõmittit erudiendos, sed passim quasi pascentes sine custode pererrant, si forte casu quodã in hãc virtutẽ incidãt. Idẽ quoq; Pericles cum esset Clinię tutor, fratris Alcibiadis huius minoris natu, illiq; metueret ab Alcibiade, ne forte consuetudine eius inquinaretur, segregauit eos, & Cliniam apud Ariphronem educauit. sed nondũ sex inde exactis mẽsibus illi eũ reddidit, cum ingenio illius diffideret. Multos præterea cõmemorare possem, qui cum in republica excellentes viri essent, nullum tamen aut propinquorum, aut alienorũ edocuerunt. Equidem o Protagora dum hæc animaduerto, virtutem doceri posse diffido. Contra vero dum te audio hæc asserentem, sententiam mutare cogor, & quæ dicis haudquaq̃ arbitror contemnenda, existimans te vsu multarum rerum, doctrinaq;, & inuentione sapientẽ esse. Ergo si potes clarius ostendere nobis ꝙ virtus doctrina aliqua cõparetur, ostende obsecro, nec inuideas. PRO. Haud inuidebo o Socrates. Sed vtrum vobis tanq̃ senior iunioribus fabulam referam? an prosequar disputando? Tunc sane audientium plurimi, vtcũq; mallet, dicere concesserunt. PRO. Gratiorem vobis fore fabulam arbitror. Olim quandoq; dii soli erant, nulla vero mortalium genera. sed cum tempus generationis fatale venisset, ipsa dii in terræ visceribus ex igni terraq; finxerunt, interuenientibus iis quæ igni terræq; miscentur. Cum vero educere illa in lucem vellent, Prometheo Epimetheoq; mandarunt, vt competentibus viribus singula præmunirent. Prometheum itaq; rogauit Epimetheus, vt distributionis illius officium ipsi concederet, dispertienteq; cõsideraret. Consensit Prometheus. distribuit ille, quibusdam robur absq; celeritate indidit, quædam imbecilliora velocitate donauit, armauit nõnulla, inermibus autem aliud quoddam ad salutem machinamentum excogitauit. Quæ enim exiguo corpore clauserat, partim per aerem pennis attolli, partim per terram subrepere iussit. Quæ vero in molem amplã exhauserat, ea ipsa mole ad salutem suam muniuit. Similiterq; in cæteris exæquans dispẽiit singula, adeo vt nullum genus penitus deperdatur. Postq̃ ipsa ita instruxit, vt voraginem mutuam deuitarent, excogitare iam cœpit qua ratione q̃facillime sub diuo agere vitã possent. Vestiuit itaq; illa cõfertissimis pilis setisq; pellibusq; durissimis, quibus facile tum hyemis, tũ æstus intemperiem tolerarent, & naturalia illis stramẽta iisdem ex rebus cubiliaq; parauit, pedibusq; soleas addidit, vngulas, setas, callum, pelles itidem q̃durissimas. Deinde alimenta aliis alia suppeditauit, quibusdam ex terra hærbas, nonnullis ex arboribus poma baccasq;, radices aliis. Nec defuerũt quibus daret ex alterna voragine victum. Cæterum voracibus animalibus genus quodammodo sterile, aliis autem fœcundum dedit, vt hoc modo genus conseruaretur. Cum vero non esset admodum sapiens Epimetheus, dotes omnes inscius effudit in bruta, neq; aduertit, nihil ex tãta sibi elargitione superesse, quo genus nostrũ deinde donaret. Restitit ergo hominum genus immune, vnde quo se verteret ambigebat. Dubitanti

Quę promittit Sophista docere.

Tentando ostẽdiť ꝙ virtus doceri non possit.

Hec fabula nitiť demonstrare virtutẽ doceri.

hospitibus habitandũ dederat. Inuolutus igitur recũbebat ibi Prodicus sup villosis stramẽtis, & quidem multis, vt videbatur. Sedibus autem proximis aliqui considebant, Pausanias Ceramensis, & penes eum adolescentulus quidam optimo ingenio, & generosa indole prȩditus, nomine vt audiui Agathon. neq; mirum videri debet, si Pausaniæ sit charissimus. Erat ibidem & Adimãtus vterq;, tum Cepidis, tum Leucolophili filius, aliiq; permulti. Quæ vero differrent haud satis extrinsecus percipere poteram, q̃q̃ vehementer audire Prodicum affectabam. Sapientissimus enim diuinusq; vir mihi esse videtur, sed reboatus quidam ex vocis ipsius rotunditate sub fornice continue reuolutus verba singula confundebat. Euestigio post ingressum nostrum intrauit Alcibiades, vt ais ipse, pulcher, & ego credo, & Critias Callęschri filius. Nos autem cum ingressi de quibusdam vna disseruissemus, eaq; essemus spectacula contemplati, accessim⁹ ad Protagorã. Deinde o Protagora inquã certa de causa ad te ego, & Hippocrates huc venimus. PRO. Nunqd seorsum ab aliis mecũ loqui vultis? an corã oib⁹? SO. Ad nos quidẽ nihil refert. Sed cũ audiueris quã ob causam venimus, ipse videris. PRO. Quid ergo istud est, cuius gratia huc accessistis? SO. Hippocrates hic nostras est Apollodori fili⁹ nobili atq; felici genere ortus. Ipse vero cũ ȩqualib⁹ suis ęmulatione concitus, de virtute cõtendit, cupitq; in rep. vir illustris euadere, atq; hui⁹ rei cõpotẽ familiaritate tua fore se sperat. Vide vtrũ de hoc solos tecũ an corã aliis consultare nos deceat. PRO. Videris o Socrates recte saluti meę cõsulere. prudenti nãq; cautione indiget peregrinus is q amplas vrbes circũlustrans claris vbiq; iuuenibus persuadet vt relicta aliorũ oĩm tã suorũ, q̃ alienigenarũ, tam senum, q̃ iuuenũ consuetudine, ipi soli adhęreãt, tãq̃ ipsius familiaritate prȩstantiores aliis euasuri. inuidi aduersus eũ insurgant necesse est, multiq; maleuoli huic insidient. Ego vero artẽ sophisticã antiquã esse arbitror, priscos aũt viros in ea peritos inuidiam hanc offensionemq; veritos sub aliarum artium specie dissimulasse, partim quidem sub poematis specie, vt Homerus fecit, & Hesiodus, & Simonides, partim vero sub sacrorum oraculorumq; appellatione, vt Orpheus, & Musęus, eorũq; etiã sectatores. Audiui p̃terea nõnullos eã artẽ appellasse gymnasticam, qđ Iccus Tarẽtinus fecisse videtur, & qui adhuc superest Sophista nullo inferior Selybrianus Herodicus, qui prisca origine genus a Megarẽsibus ducit. Pythocles quinetiã Chius Sophista doctissimus, aliiq; permulti sub musicę artis velamine sophisticam facultatẽ occuluerũt. Hi omnes sicut dictum est, vt inuidiam deuitarent, vehementer dissimularunt, & sub artium aliarum prætextu sophisticam artem occulere. Ego aũt ab his omnibus in hoc dissentio, neq; cõducere versutias istas existimo. Neq; enĩ voti compotes eos fieri arbitror. Nam viri in ciuitate prȩstãtes dissimulationes eiusmodi omnes intelligunt. Vulgus autem quodammodo non aduertit, sed ea laudat quæ ipsi prædicant. Subterfugiendi vero studium istud cum non assequitur quod molitur, & inertem indicat fugiẽtem, & aduertentes homines reddit infensiores. Existimant enim præter cætera hunc versutum seductoremq; esse. Ego igitur contrariam quandam viam sum ingressus. Cõfiteor me esse sophistam, aliosq; docere, & hac ingenua cõfessione tutius q̃ dissimulatione illa vitari inuidiam censeo. Aliis p̃terea rationibus mihi prospexi, vt nihil mali adiuuãte deo ob sophisticæ professionem sim passus, licet multos annos facultatem hanc exercuerim. Sum equidem grandis natu, & cuiusq; vestrum ætate pater esse possem. Quamobrem gratissimum mihi erit, si de iis mecũ audientibus omnibus qui intus sunt verba facere velitis. Hic ego eum suspicatus ostentare auctoritatem suam apud Prodicum, & Hippiam velle, ꝙ eius sapientiæ auiditate inflammati ad eum audiendum profecti essemus, Cur non inquã Prodicum atq; Hippiam, & eos qui hos comitantur, huc aduocamus, vt & ipsi nos audiãt? PRO. Aduocemus. CAL. Vultis sedes hic paremus, vt sedentes edisseratis? Cõsensimus omnes, & audiendi auiditate admodum festinantes, sedes omnes collegimus, & iuxta Hippiam confestim parauimus. Ibi enĩ plurima erant subsellia. Tum Callias, & Alcibiades aduentarunt, Prodicumq; & adstipulatores eius secum duxerunt. Postq̃ igitur consedere omnes, Repete o Socrates, inquit Protagoras, his prȩsentib⁹ quæ me paulo ante pro adolescente hoc obsecrabas. Ab eodem, inquam, exordio nunc quo supra incipiã. Hippocrates hic adhęrere tibi vehementer exoptat: verum quidnam sit ex hac consuetudine reportaturus, libenter audiret. Hucusq; nostra se extendit oratio. PRO. Petis quid mecum lucraturus sis adolescens? nunq̃ accedes ad me, quin abeas doctior, singulisq; diebus mecum proficies. SO. Haud mirum hoc o Protagora: sic enim conuenit: quandoquidem & tu tam grandis natu, tamq; sapiẽs, si q̃ nescis ab aliquo disceres, præstantior abires. At vero non id duntaxat exquirimus. Sed perinde ac si Hippocrates mutata sententia versari cum adolescente hoc nuper huc profecto Zeuxippo cuperet Heracleoti filio, eumq; aggressus vt te, nunc eadem ex illo quæ ex te audiret, ꝙ videlicet quotidie cũ eo proficiet, ac deinde interrogaret Zeuxippum, qua in re sit profecturus, responderet vtiq;, in pingẽdo: & si Orthagoram Thebanum cõueniat, audiatq; ex illo doctiorem se indies eius cõsuetudine euasurum, sed qua in re doctiorem interroget, in tibiarum sono Orthagoras respondebit: Eodem modo & tu huic adolescẽti mihiq; pro illo petenti respõde. Ais enim Hippocratem si Protagorę adhęrebit,

Defensio artis sophisticæ.

Apparentes rationes.

constat,qui doceri virtutem putant.Ex his aperte,vt arbitror, monstratū est o Socrates non iniuria ciues tuos in ciuili administratione cōsiliū ærarii fabri coriariiq; nō respuere,atq; eos doctrina & studio per exercitationē acquiri posse virtutē,existimare.Restat dubitatio illa,quam de viris virtute claris ipse mouebas,quā ob causam illi filios suos in omnibus quæ sub pręceptore discunt,erudiūt:quo ad vero paternā virtutē spectat,nihilo aliis hominibus clariores efficiūt.Ad hoc rationē o Socrates, non fabulam afferā.Sic enim cogita,vtrū est vnū aliquid aut non,cuius necesse sit ciues oēs esse participes,si modo constare ciuitas debeat. Ita enim hæc tua ambiguitas soluitur, aliter vero minime. Si vnū hoc extat,neq; est architectorū,neq; ærariorū artificū,neq; figulorū opificiū, sed iustitia,tēperantia,sanctitas, & vt paucis comprehendā,viri propria virtus:si hoc est inquā cuius participes esse oportet oēs,& cū hoc discere & agere quodcūq; placeat aliud,absq; hoc nequaq̄, expertē vero huius doceri corripiq;,& puerū,& virū,& mulierē,quoad correptione melior efficiat: siquis autē hāc spreuerit disciplinā,eū tanq̄ insanabilē expelli e ciuitatibus vel interfici:si ita est inquā vt diximus,viriq; pręstantes in repu.ciues in aliis erudiunt filios,in hoc nequaq̄, aduerte q̄ mirabiliter in eo excellētes euadant.q; enim doceri posse tam priuatim q̄ publice opinatur,ostēdimus.Cū vero & doctrina & cura acquiri hoc possit,alia filios docēt in qbus nō est aduersus nesciētes mortis pœna ꝓposita:in qbus autē mors & exiliū,aut pecuniarū ablatio,aut domorū subuersio premit ignaros rudesq; filios,in his non omni diligētia patres erudiūt,& vbi minæ huiusmodi vrgēt,doctrina curaq; leuior adhibetur? Existimare decet o Socrates a teneris annis vsq; ad vitæ finē erudiri eos atq; moneri.Nā cum primū puer quę dicūtur intelligit,nutrix,mater,pædagogus,pater ad hoc omni cura studioq; contendunt, vt in singulis,tum verbis,tum operibus optimus puer euadat.Sigillatim enim mōstrant quid iustū, quid iniustū,quid honestū,quid turpe,quid sanctū,quidve prophanū,quę agenda sint,quę non. Quibus si obtēperat puer,bene secum agi putant: sin cōtra renititur, tū veluti contortū obliquūq; lignū minis plagisq; dirigunt.Post hæc ludimagistris pueros curandos tradūt, morūq; bonorū diligētiam multo magis q̄ literarū citharęq; doctrinā a magistris exposcūt, præceptores autē curant & excolūt. Et postq̄ literas didicerunt,ad scriptaq; conuertūtur, poetarū in primis excellentiū opera legēda illis ediscendaq; proponūt,quibus monimenta q̄plurima inserūtur, priscorūq; virorū virtute præstantiū gesta laudantur,vt puer æmulatione accensus præclara maiorū facinora imitetur. Citharistæ quoq; aliis quibusdam talibus,præsertim tēperantię student,cauentq; nequid perperam adolescentes agant. Atq; vbi pulsare citharam didicerūt,poetarū iterū aliorū cantus modulatione pręstātium cantilenas docēt,quas ad citharā cōcinant, rhythmosq; & harmonias puerorū animis cōformare conantur, vt mitiores modestioresq; & cōcinniores effecti,ad agēdum vtiles sint,& ad dicēdum. Omnis enim hominis vita numerosa quadā indiget consonantia. Post hæc ad gymnasiorū magistros parentes filios mittunt,vt firmū aptūq; adepti corporis habitum,optime menti suggerant ministeriū,ne fragilitate corporum impediti,a militaribus ciuilibusq; actionibus tanq̄ laboriosis absterreant.Hęc nēpe obseruant maxime ii qui maxime possunt:possunt autem maxime opulētissimi viri, eorūq; filii, qui primi disciplinarū scholas ingressi,nouissimi exeunt.Scholis autē egressi a magistratibus leges iuraq; discere,eorūve exemplo viuere cogūtur:nequid ipsi proprio ingenio freti temere agant:sed quemadmodū literarū magistri pueris adhuc scribēdi ignaris,calamo exēplar quoddā pręsignāt,ad cuius characteres scribēdi artificiū imitādo perdiscūt:ita ciuitas leges pręscribēs priscorū hominū in legibus ferendis prudētissimorū inuēta,ad earū normā imperare cogit quēlibet & parere. Eos autē qui pręuaricātur,punit:punitioq; huiusmodi & apud vos & apud alios multos, propterea q; tāq̄ pœna iudicialis dirigat transgressorē,directio correctioq; vocatur. Cum igitur talis tantaq; sit virtutis tā priuatim q̄ publice cura,an dubitas adhuc o Socrates,mirarisq; si virtus doceri queat? Neq; vero mirari hoc quisq̄ debet,immo multo magis si doceri nō possit. Quęrebas pręterea quā ob causam bonorū patrū filii mali reperiunt.Hoc iterū docere te pergo.neq; hoc mirū videri debet si vera sunt quę dixi,vide licet virtutis curā nō ad vnū aliquē dūtaxat,sed ad oēs spectare oportere, si modo consistere ciuitas debeat.Si autē ita est vt loquor,imo certe cū ita sit, elige atq; cōsidera quāuis aliarū facultatū & doctrinarū:vtputa si nō posset cōsistere ciuitas,nisi tibicines oēs essemus,qualiscūq; esse quilibet posset, nōne hoc qlibet priuatim publiceq; vnūquēq; doceret,huiusq; ignarū sine inuidię liuore corriperet? quēadmodū nūc quę iusta & legitima sunt,quilibet sine inuidia prędicat,neq; hæc vt alia celat. prodest enim oībus cōmunis iustitia virtusq;.Atq; idcirco oēs oībus quę iusta & legitima sunt, libētissime monstrant. Si ergo in tibiarum flatibus eadem animi flagrantia charitateq; inuicem nos erudiremus,num optimorū tibicinū filii magis q̄ deteriorū in his sonis periti euaderēt?nequaq̄ vt arbitror: sed quicunq; natura ad tibias inflandas ingeniosus esset,longe proficeret,tardus autem parū:ac sæpe numero periti tibicinis rudis euaderet filius:sępe etiam inepti filius,aptus. Verūtamē oēs sufficiētes essent tibicines,si cū his cōferrētur qui rudes sunt,nihilq; de his rebus intelligūt.Similiter eū existi-

egregia cōparatio

Prometheus adstitit partitionis illius considerator,viditq; cætera animalia suis queq; fulta muneribus bonisq; referta,hominẽ autẽ nudum,inermẽ,calceorũ stramentorumq; indigum. Iam vero immi nebat fatalis ipse dies,q in lucẽ terra exire cogebat.Cũq; aliam salutis humanæ viam cõsultans Prometheus non inueniret,surripuit Vulcani Mineruęq; artificiosam cum igne pariter sapientiã. Neq; enim fieri poterat,vt eã sine igne nãcisceretur quis, vel etiam vteretur. Eam itaq; sic hominũ generi Prometheus est largitus,atq; ita sapientiã quæ victũ suppeditat consecuti sumus. Deerat adhuc ciuilis hominibus sapientia.Erat illa quidẽ apud Iouem, cuius arcẽ ascendere Prometheo nondum licebat.horribiles enim Iouis ipsius custodes circũstantes arcem Prometheũ deterrebant. Cæterum cõ munẽ Vulcani Mineruęq; officinã,in qua artes excolebãtur,clam ingressus furatus est igneam Vulcani artẽ,aliamq; Mineruę,atq; homini tradidit,qua viuẽdi facultas obtigit.Prometheus autẽ,vt fertur,propter Epimetheũ furti pœnas dedit.Qm̃ vero solus ex omnibus animãtibus homo diuinę sortis particeps effectus est,principio solus ob hanc cognationẽ deos esse putauit,arasq; illis statuasq; dicauit.Deinde vocẽ in verba articulatim arte distinxit,ędes cõstruxit,vestes calceosq; cõfecit, stramenta elaborauit,ex terra alimẽta collegit.Ita homines ab initio cõstituti sparsim vagabanť habitabãtq;, nam vrbes nondũ cõstruxerant.Ergo a feris cũ imbecilliores essent,passim laniabanť. Artium eñ facultas ad victum cõparandũ sufficiens erat, ad pugnã vero cõtra bestias truculẽtas minime. Ciuilis nanq; peritiæ,cuius pars quædã est res militaris,expertes erant. Vt igitur se aduersus eam pestẽ munirent,structis vrbibus cõgregati sunt.Congregati autẽ inuicem iniuriabanť, quippe qui ciuili arte carerẽt,quare dispersi iterum a feris lacerabãtur.Verum Iupiter humanæ saluti cõsulens, Mercuriũ misit pudorẽ & iustitiã hominibus afferentẽ,vt duo hęc ciuitates ornarent deuincirentq;, & mutua beneuolẽtia ciues conciliarent.Interrogauit ergo Mercurius qua cõditione pudorẽ & iustitiã hominib⁹ traderet.Vtrũ ita hęc vt artes distribui debẽt?inquit Mercurius.illę siquidẽ ita distributę sunt, vt vnus in arte medicinæ peritus pro rudibus multis sufficiat,cæterę q; similiter. nũquid ita pudorẽ & iustitiã hominibus dabo?an oĩbus inseram?Omnibus respõdit Iupiter:oẽs siquidẽ horum participes esse debẽt.neq; enim ciuitates vllę cõstarẽt,si horũ pauci vt artium aliarũ, participes essent. Legẽ pręterea meo noĩe condas,qua quisq; oĩno iustitię pudorisq; est expers, tanq̃ ciuitatis pestis quędam vltimo afficiať supplicio.Hac de causa o Socrates,tam alii oẽs q̃ Atheniẽses quotiẽs de architectura vel alio quodã opificio sermo est habẽdus,paucos ad consiliũ intromittũt,cæteros aũt in artibus rudes excludũt,vt & tu ais,& ego approbo.Quotiẽs autẽ de ciuili administratione initur cõsiliũ, q̃ virtus tẽperãtia,& iustitia cõstat,iure vnũquẽq; admittunt.quippe cũ oporteat oẽs huius virtutis esse participes,alioqn ciuitates nullas cõsistere.Hęc o Socrates eius de quo dubitabať est causa. Sed ne te decipi suspiceris,hanc insup accipe coniecturam,ꝙ oẽs hoĩes censeant singulos virtutis huius ciuilis tẽperãtię scilicet & iustitię,cõpotes esse.Enimuero in cęteris facultatibus,vt tu ais,siquis se iactet,puta ꝙ sit optimus tibicẽ cũ tamẽ in hoc ipso sit rudis,audiẽtes hũc ridẽt,eive plurimi indignanť. Ipm quoq; ꝓpiqui admonẽt vt insanũ,& ĩcrepãt.Cõtra vero ĩ ciuili virtute cõtingit. nã licet sciãt aliqui quẽpiã iniustũ esse,tñ si ille hoc corã nesciẽtibus fateať,insanire eũ existimãt, neq; patefaciẽdã cẽsent iniquitatẽ,immo semp siue adsit seu nõ,iustitiã ostentandã: eum vero q nõ simulat iustitiã, delirare, tanq̃ oporteat vnũquẽq; ciuilis virtutis quodãmodo participẽ esse,vel ex hoĩm cœtu vitaq; exterminari.Ex his sufficiẽter ostẽsum puto ꝙ merito quẽlibet de re ciuili cõsultorẽ admittũt,quia virtutis huius compotẽ quẽlibet esse cẽseant.Qꝫ autẽ virtutẽ neq; innasci neq; forte cõtingere putent,sed doctrina,& studio cõparari,deinceps tibi conabor ostẽdere.Nemo ob ea mala q̃ vel natura vel casu fieri putat,succẽset alicui,vel obiurgat,vel edocet,vel punit eos q hisce malis ꝓmunť,ne tales sint,sed oẽs potius miseranť,ceu deformes,paruos,valetudinarios hoĩes.Nã quis adeo demẽs,vt hæc corripiat? Intelligũt sane,vt arbitror,oẽs hæc mala eorũq; cõtraria natura hoĩbus fortunaq; ꝓuenire.Cõtra vero cũ mala quędã adesse cuiq̃ ex studio,cõsuetudine,& doctrina existimãt,tunc indignanť,increpant, atq; puniũt.Ex quorũ numero est iniquitas, & impietas,ac summatim qcqd ciuili virtuti repugnat. Quę idcirco quisq; passim dãnat,& corripit,quia de industria,atq; disciplina,tã contraria prauitas q̃ ciuilis virtus aduenia t.Si enim punitionis intẽtionẽ cõsiderare volueris Socrates,ex eo quoq; intelliges ꝙ hoĩes virtutẽ studio cõparari putãt.Nemo eñ pręteriti gratia punit,& ea mẽte iniustos affligit pœnis,quia iniuriati sunt,nisi quis tanq̃ brutũ absq; ratiõe ꝑcutiat. Verũ qui ratione punire aggrediť,non ꝑteriti sceleris causa punit:neq; eñ assequi potest,vt qđ est factũ sit infectũ:sed ad futurũ respicit,ne iterũ aut ipse delinquat,aut alius quilibet exẽplo eius adductus.Quisq; autẽ hoc proposito cẽsuraq; eiusmodi aĩaduertit in errata,doctrina virtutẽ existimat cõparabilẽ. Nã absterrẽdi causa plectit.Hac mente opinioneq; ad plectendum accedunt tam publice q̃ priuatim,quicũq; in peccantes animaduertunt. Condemnant autẽ puniuntq; cum cæteri omnes eos quos iudicant peccatores,tum maxime ciues tui Athenienses,Quãobrem Athenienses quoq; ex hac ratione in eorum numero esse

gora atq; Socrates, dicite quęso. num res ista quã modo iustitiã nominabatis, eo ipso quo est iustitia, est & iusta, an iniusta? Ego qdẽ iustã esse dicã. tu vero vna mecũ senties? an aliter? PRO. Tecum plane. SO. Ego igitur interroganti responderẽ talem esse iustitiã, quale & iustũ. tu vero? PRO. Ego quoq;. SO. Si quęreret iterum, nunquid & sanctitatem aliquã esse dicamus, consentiremus vtriq; vt opinor. PRO. Consentiremus. SO. An non & hanc rem aliquã esse dicitis, rogaret ille, nos autẽ assentiremur? PRO. Et hoc. SO. Num rei istius naturã talẽ putatis vt sancta sit, an vt prophana? Interrogationem hanc ægre ferrem, ad eũq; conuersus obiicerem, Bona verba quæso. Nunq̃ porro sanctũ aliquid esset, nisi & sancta ipsa sanctitas esset. quid & tu? an non similiter respõderes? PRO. Similiter. SO. Si his adiiceret, an quæ supra dixistis recte accepi? Videbamini mihi paulo ante asserere ita se inuicem partes virtutis habere, vt nõ sit alia pars qualis est alia. Inferrẽ equidẽ ad hęc, ꝙ alia recte acceperit: ꝙ vero me in eo consensisse putarit, non recte. Nam Protagoras iste hęc respõdit: ego autem quęsiui. Ergo si dicat, o Protagora vere loquit̃ Socrates, ipse es qui ais virtutis partẽ aliã non esse talẽ qualis est alia: tuus hic sermo est: Quid illi tu respondebis? PRO. Necesse est o Socrates assentiri. SO. His concessis quid illi potissimũ respõdebimus, si vltra sic obiecerit? Non ergo talis est sanctitas vt res iusta sit, neq; iustitia talis vt sancta, sed illa talis vt non iusta, hæc vt non sancta. iniusta itaq; illa, hæc prophana. Quid ad hæc, inquã? Equidẽ mea ex sententia dicam iustitiam esse sanctam, iustãq; iterũ sanctitatem. Arbitror quoq; permissurũ te, vt tua vice hęc ipsa respondeã, ꝙ videlicet aut idem est iustitia qđ est sanctitas, aut hęc duo inuicẽ q̃simillima, vt maxime omniũ talis iustitia sit qualis & sanctitas: & qualis sanctitas, talis sit & iustitia. Vide vtrũ me ita respondere prohibeas, an ita sentias. PRO. Haud ita simplex istud mihi videtur o Socrates, vt concedi possit sanctitatẽ esse iustam, sanctamve iustitiam. Verũ differẽtia quædam inesse mihi videtur. sed quid tãdẽ id refert? Si vis esto nobis sanctitas iusta, sanctaq; iustitia. SO. Haud hęc admitto Protagora, neq; desidero vt mihi dicat̃ istud, si vis, & si tibi placet: redarguatur. Sed & me & te dicat̃ requiro. Dico autẽ & me & te, existimãs tũ demũ recte sermonẽ discuti, cũ cõditio ista si, ex eo tollitur. PRO. Enimuero simile quiddã habet iustitia sanctitati. Nã quodlibet cuilibet quiddã simile habet p̃ter illa quæ omnino ĩter se cõtraria sunt, vt albũ, nigrũ, molle, durum. Atqui & illa quæ supra diximus aliam atq; aliam inter se habere potẽtiã, nec tale vnũ esse quale est aliud, ceu vultus ipsius partes, quiddã simile inter se habẽt, estq; quodãmodo tale vnũ quale & aliud. Atq; hac ratione licet hæc refellas si placet, ꝙ cuncta inuicẽ similia sint: non tamẽ quęcũq; simile quiddã habent, similia vocanda sunt: neq; etiam quæcunq; dissimile quiddã, inuicem dissimilia, si exiguũ quiddam habent simile vel dissimile. SO. Admiror equidem o Protagora, nũquid ita inuicem iustum sanctũve se habent vt parum quid simile inter se habeant? PRO. Haud ita omnino. neq; tamen ita prorsus vt ipse arbitrari videris. SO. Postq̃ hæc tibi molesta sunt, dimittamus: aliud vero quiddã ex his quæ dicebas, consideremus. Insaniã aliqd vocas? eiusq; cõtrariã sapiẽtiã esse dicis? PRO. Equidem. SO. Vtrum cum recte & frugaliter homines agunt, tũc ita operãtes, tẽperãter agere tibi videntur, an cum contra operãtur? PRO. Temperanter agere vidẽtur mihi cũ frugaliter recteq; agunt. SO. Nonne temperantia temperanter agunt? PRO. Necesse est. SO. Nonne quicunq; non recte agunt insane agunt, & qui ita agunt, nõ tẽperanter agunt? PRO. Ita videtur. SO. Ergo insane agere contrarium eius est, qđ temperate agere dicitur. PRO. Est vtiq;. SO. Nonne igitur quæ insane fiunt, insania fiunt? quæ tẽperate, temperãtia? PRO. Profecto. SO. An nõ quicquid robore fit, fit robuste? & quicquid debilitate, debiliter? PRO. Apparet. SO. Et quicquid velocitate velociter, quicquid autem tarditate, tarde? PRO. Et hoc. SO. Et qđ eodem modo fit omnino, ab eodem efficitur: qđ vero cõtrario modo, efficitur a contrario? PRO. Assentior. SO. Dic obsecro, est ne pulchrum aliquid? PRO. Est profecto. SO. Huic contrarium aliud quicq̃ est q̃ turpe? PRO. Nihil aliud. SO. Est & aliquid bonum? PRO. Et bonum. SO. Ei nunquid aliud contrarium nisi malum? PRO. Non aliud. SO. Est ne aliquid in voce acutum? PRO. Sane. SO. Num aliud illi contrarium pręter graue? PRO. Hoc ipsum. SO. An non vnicuiq; contrariorum non multa sed vnũ est contrarium? PRO. Vnum dũtaxat. SO. Resumamus iam quæ hactenus a nobis concessa fuerunt. Concessimus plane vni vnum solum esse contrariũ. PRO. Nempe. SO. Item qđ contrario modo fit, a contrariis effici. PRO. Hoc quoq;. SO. Admisimus præterea contrario modo fieri qđ insane fit, & quod tẽperate. PRO. Etiam. SO. Rursus qđ temperate agitur a tẽperantia prouenire, quod insane ab insania. PRO. Conuenit. SO. An non, si contrario fit modo, fit a contrario? PRO. Vtiq;. SO. Fit autem hoc quidem a temperãtia, illud autem ab insania. PRO. Certe. SO. Contrario modo? PRO. Contrario. SO. Nonne igitur a cõtrariis? PRO. Et a contrariis. SO. Insania itaq; tẽperantiæ contraria est? PRO. Apparet. SO. Recordamur supra nos concessisse sapiẽtię insaniã esse contrariã? PRO. Certe. SO. Quin & vni vnũ solum esse contrariũ? PRO. Et hoc. SO. Vtrũ potius sermonẽ reiiciemus Protagora? Eum ne quo dicitur vnũ vni solũ esse contrarium? An eũ qui volebat sapientiam a temperãtia esse diuersam? & vtrãq; partẽ esse virtutis? ac etiã præter

Interrogationes per coniugata & cõtraria vt probet vnũ vni esse contrarium.

ma Socrates,qui iniustissimus tibi videtur inter homines sub lege viuẽtes,iustũ fore iurisq; auctorẽ siquãdo cum illis hominibus conferatur,quibus nec disciplina sit,nec iudicia,neq; leges,neq; necessitas vlla in vita,quę virtutem colere iubeat,efferatiq; sint,vt illi quos anno præterito in Lenęo poeta Pherecrates erudiuit:ac si forte in eos hoĩes incideres,qui ex eorũ cœtu sint humani generis hostes, bene recũ agi putares, si Eurybatũ offenderes & Phrynondam, deploraresq; fortunã tuã, desiderans nostrorũ hominũ prauitatẽ.Nunc autẽ delitiosior videris o Socrates.cum enim oẽs pro viribus virtutis præceptores sint,nullus tamẽ tibi talis apparet.Quinetiã si quęreres quis præceptor nos græce loqui docuerit,nullus vtiq; apparet.Itẽ si peteres quis docuerit mechanicorũ artificũ filios ministerium illud,qđ patres eorũ consortesq; alii eiusdẽ artis exercẽt,quodve filii imitãtur,haud facile o Socrates pręceptor illorũ reperiretur:innumerabiliũ vero aliorũ,perfacile.Ita de virtute dicendũ, ac cæteris talibus.Verũ satis nos habere putandũ,siquis paulo cõmodius q̃ cæteri iuuenes ad virtutẽ prouehat.Ex quibus vnum me esse profiteor,subtiliusq; cęteris oĩbus rationẽ qua boni honestiq; fiant, cognoscere,atq; ita rem ipsam perficere,vt dignũ est ea mercede quã exigo,immo etiã mercede maiori,vt ipsi discipuli iudicant.Exactionis autem meæ hęc est conditio:postq̃ aliquis a me didicit,si vult ille quidẽ retribuit quãtum exigo argentũ.Sin minus,ingressus templum iureiurando adhibito æstimat quãta mercede digna sibi mea documẽta videãtur,tantãq; exponit.Qꝫ igit virtus doceri disciq; possit o Socrates,hac fabula tibi sit & ratione probatũ.Qđ & Athenienses ipsi testãtur.Ostendimus item nihil mirum videri debere si bonorum patrũ mali sint filii,malorũve boni,quandoquidẽ & Polycleti filii,Parali & Xanthippi huius ęquales,si cum patre comparẽtur interuallo quodã lõgissimo superantur.similiter etiam aliorum artificum filii.Neq; dum adolescentes hi reprobandi sunt. spem quippe tenera prębet ętas.Cum hęc ostendisset Protagoras,loquendi finem fecit. At ego diu post vt pote superiori oratione permulctus,in os Protagoræ inhiabam sequẽtium verborum desiderio inflãmatus.Verum postq̃ destitisse prorsus animaduerti,me ipse recepi, & ad Hippocratẽ cõuersus, o fili Apollodori inquã,q̃ ingentes tibi debeo gratias,q; me huc hodie adduxisti.Nam plurimi facio hęc a Protagora audiuisse.Equidem superiori tempore haud humanã curam esse rebar , qua viri boni afficiuntur : nunc autẽ eam esse persuasus sum.Sed paulum quiddã restat iterũ declarandũ,qđ videlicet Protagoras facile demõstrabit,postq̃ multa hęc edocuit.Etenim siquis de iisdẽ rebus cum aliquo forensium oratorũ loquať,forte tales sermones audiet,quales Periclis esse solent,cæterorumq; eloquentium hominum.si aũt de aliquo percontetur,librorum instar neq; quid respondeant,neq; qd interrogent ipsi habent.Et si quis de aliquo dictorum interroget,velut æs percussum alte resonant, longeq; vociferantur,nisi eorũ dicta protinus admittantur.Atq; ita rhetores breue quiddã interrogati prolixam producunt orationem.Verum Protagoras hic copiose & ornate loqui potest,qđ superior testatur oratio.potest etiam cum rogatur,summatim ac breuiter respondere, tolerareq; interrogantem, accipereq; & reddere rationem,quod quidem de paucis licet dicere. In præsentia igitur o Protagora parum quid vltra desidero.qđ si declaraueris,putabo mihi in omnibus satisfactum. Virtutem ais doctrinæ studio comparabilẽ.Et ego sicui vnq̃,tibi maxime credo. Qđ vero te dicente sum admiratus, aperias obsecro.Dicebas profecto Iouem iustitiam & pudorẽ hominibus infudisse.Deinde procedẽte sermone,sæpe iustitiam nominasti,temperantiã,sanctitatem,perinde ac si ista omnia sub vna quadam virtute contineantur,vnũq; aliquid ipsa virtus existat.Hæc mihi liquido explanari velim, vtrũ scilicet vnum quiddã sit virtus,cuius partes sint iustitia,tẽperantia,sanctitas:an hęc omnia quæ nunc retuli nomina vnius eiusdẽq; sint,hoc est inquã qđ vltra requiro.PRO.At facilis est o Socrates ad ista responsio,q; virtutis ipsius quæ summatim vnũ est,partes sunt quæ interrogas omnia. SO. Vtrum quẽadmodum vultus vnius partes sunt os,nares,oculi,aures? An sicuti auri partes nihilo differunt a toto,præterq̃ magnitudine quadã & paruitate? PRO.Ita se habere mihi videtur o Socrates virtutis partes ad totã,vt vultus partes omnes ad totum.SO.Vtrum alii homines aliã virtutis partẽ accipiunt?an necesse est eum qui vnã habet,omnes habere?PRO.Nullo modo,quoniã multi fortes quidem sunt,sed iniusti: & alii iusti quidem sunt,sapientes minime. SO.Nunquid sapientia & fortitudo partes virtutis sunt?PRO.Omnino quidẽ,& pstãtissima pars omniũ est sapiẽtia.SO.Est ne hoc quidem aliud,illud vero aliud?PRO.Est.SO.Nunqđ & potentiã vtrũq; propriã habet? quẽadmodum e vultus partib⁹ oculus nõ est auribus similis, neq; illorũ potẽtia eadẽ, neq; alia quælibet pars alterius aut potentia aut alio quoq̃ est similis.Ita ne virtutis partes se habent, vt neq; alia aliarum sit similis, neq; idẽ,neq; eadem sit potẽtia? An forte ita esse constat?siquidẽ naturę virtutũ exemplar qđ induximus,cõgruit.PRO.Sic certe est Socrates.SO.Non est igiť pars virtutis alia talis qualis scientia,neq; qualis iustitia,vel fortitudo,vel tẽperantia,vel sanctitas.PRO.Non certe. SO.Age cõsideremus vna quale quid istorũ quoduis existit,primũ quidem sic.Iustitia res quædã est,an nulla? Mihi quidem res quædam esse videtur.Tibi vero?PRO.Et mihi.SO.Quid vero?siquis a me & te sciscitetur,o Protag-

Repetit q̃dam dicta Protagorę vt conuicat ipm.

peragere. Tunc sane obiicerem multo magis me ipsum optare q̃ te hos cursores currẽdi viribus asse qui, sed assequi nequeo. Q̃ꝫ si cupis me & hũc quasi alterũ Crisonẽ spectare pariter cõcurrẽtes, ipsum ora vt paribus me passibus comitet̃. Nam ego quidẽ celeriter currere nequeo, hic autẽ tarde potest. Ergo si optas audire me & Protagorã disputantes, eũ obsecra, vt queadmodũ a principio fecerat, ita nũc paucis verbis, & ad propositã quæstionẽ respõdeat. Alioquin quis erit disputãdi modus? Putabã equidẽ aliud esse inuicẽ colloqui differendo, aliud concionari. Vides o Socrates, inquit Callias, iuste loqui videt̃ Protagoras, dũ censet licere sibi suo arbitratu differere, tibi itẽ tuo. Hic Alcibiades, haud recte loqueris, inquit, o Callia. Socrates enim hic concionãdi impotẽ se esse fatet̃, & in hoc Protagorę cedit. Si autẽ & in disputãdo, recipiẽdisq́ & reddendis rationibus cedat alicui, summope admirabor. Si ergo Protagoras cõfitet̃ Socrate se esse in disputãdo inferiorẽ, sat iam Socrates habet. sin autẽ hoc quoq́ sibi vendicat, cũ interrogante Socrate differat, & vicissim respondẽdo haud longas per ambages circũuaget̃, neq́ cõcionãdo occasionẽ ĩtercipiat disputãdi, neq́ rationẽ reddere Socrati respuat, dũ profusius loquit̃, quoad plurimi audientiũ id de quo agitur obliuiscant̃. equidẽ pro Socrate fide iubeo, eũ quæ dicentur obliuioni minime mandaturũ, licet iocetur nobiscũ, obliuiosum esse se dicẽs. Mihi sane videt̃ Socrates æquiora admodũ postulare. Decet enim vnũquẽq́ sententiã suã exprimere. Post Alcibiadẽ vt arbitror, inq̃t Critias. O Prodice atq́ Hippia, Callias quidẽ Protagoræ vehemẽter suffragari videt̃. Alcibiades autẽ cõtẽtiosus nimis est & pertinax, quocũq́ se verterit. Nos aũt alteri magis q̃ alteri fauere nõ decet, vel Socrati, vel Protagorę, sed cõmuniter vtrũq́ rogare, ne postq̃ cœperint, media in disputatiõe resistãt. Cũ hęc ille dixisset, Prodicus ait: Probe loqueris Critia: decet eñ eos qui disputationibus his intersunt, cõmunes q̃dẽ esse vtrorũq́ dicẽtiũ auditores, æquos autẽ minime. Neq́ vero idẽ hoc est & illud. cõmuniter quippe audire vtrũq́ decet, nõ autẽ æque vtriq́ tribuere. Sapiẽtiori quidẽ plus, imperitiori vero minus. Equidẽ o Protagora atq́ Socrates arbitror vos inuicẽ nõnihil debere cõcedere, & de his quę dicent̃, ambigere quidẽ simul, cõtendere vero nequaq̃. Ambigunt porro propter beneuolentiam cũ amicis amici. Contẽdũt autẽ aduersarii simul & hostes. Atq́ ita q̃ optime disputatio nostra ꝓcederet. Vos siquidẽ disputãtes ita maxime a nobis audiẽtibus probaremini, nõ laudaremini inquã. Probãt vtiq́ auditores ipsius mẽtis iudicio absq́ deceptione: laudãt verbis, plerũq́ mendacio præter sentẽtiã aliq̃d extollentes. Nos itẽ auditores ita maxime gaudio nõ voluptate afficeremur. Gaudio afficit̃ ille, qui discẽdo & cõtẽplando ipsa intelligẽtia delectatur. Voluptate ꝑfundit̃, qui dũ comedit, vel alio quodã oblectamento potit̃, ipso sensu corporis delectat̃. Cũ hęc dixisset Prodicus, pręsentiũ plurimi cõsenserũt. Deinde sapiẽs Hippias sic exorsus est dicere. Arbitror o viri præsentes, vos oẽs cognatos propinquosq́ & conciues inuicem esse natura, nõ lege. Simile nãq́ simili natura cognatum. Lex autem tyrannus hominũ, multa præter naturam cogit. Turpe itaq́ esset si nos qui rerũ naturã callemus, sapiẽtissimiq́ Gręcorũ omniũ sumus, postq̃ de hoc ipso disputaturi hãc in vrbẽ cõuenim⁹ totius Gręcæ sapiẽtię arcẽ, hisq́ in ædibus amplissimis sumptuosissimisq́ Atticarũ omniũ cõgregati sumus, nihil tãta hac amplitudine dignũ ostenderemus, sed vilium homunculorũ more altercãtes inuicẽ dissentiremus. Hortor equidẽ vos & obsecro o Socrates atq́ Protagora vt libenter sub nobis tãq̃ arbitris cõueniatis, qui vos ad mediũ reducemus. Neq́ tu sermonis amplitudinẽ resecare debes ad viuũ o Socrates, & istud tuũ, vt ita dixerim, breuiloquiũ ad vnguẽ penitus obseruare. Laxa paulisper obsecro sermonibus gubernacula, vt magnificẽtiores splẽdidioresq́ appareãt. Oro insup Protagorã, ne tẽtis prorsus rudẽtibus velisq́ inflatis, temone relicto in altũ sermonũ mare ꝑtinus delabat̃, vnde nusq̃ tellus perspiciat̃, sed ambo pariter annitamini vt mediocritatẽ pro viribus obseruetis. Efficite queso q̃d consulo: vtq́ id seruetis integrius, eligite sceptriferũ quẽdam præsidẽ atq́ iudicẽ, qui verbis modũ statuat, obseruetq́ vtrũq́ loquentẽ. Placuerũt hęc pręsentibus, omnesq́ ea laudarunt. Me vero ad idem hortatus est Callias, rogarũtq́ eligere arbitrũ. At ego, non decet inquã iudicem huic disputationi pręficere. Nam si nobis imperitior erit iudex, iniustum erit vt deterior aliquis potioribus pręsit. Sin autem similis, neq́ rursus recte ita agetur. Similis enim nobis similia faciet. Quapropter superuacuus erit. Pręstantiorẽ vero nobis queq̃ eligere impossibile reuera est vt arbitror, quippe cum Protagora hoc sapientior alius eligi nequeat. ꝙ siquẽ elegeritis nihilo doctiorẽ, afferetis tamẽ, dedecori Protagorę hoc dabit̃, ꝙ illi tanq̃ inscio & ignobili arbitrũ pręscripseritis. Mea vero nihil interest. Cęterũ vt disputare pergamus queadmodũ cupitis, ita mihi videtur agendũ. Si non vult respondere Protagoras, interroget saltẽ, ego autẽ respondebo, eiq́ conabor ostẽdere quo pacto respõdere quis alteri meo iudicio debeat. Postq̃ ego illi ad quãlibet eius interrogationẽ respõsionẽ dedero, rursus ille mihi similẽ sermonẽ subiiciat. si forte tergiuersari videbitur, ego simul & vos eũ orabimus queadmodũ vos me nũc oratis, ne cœtum dissoluat. Neq́ vero opus est huius gratia censorẽ vnũ proponere. Vos enim oẽs vna censebitis. Consenserũt oẽs ita esse agendũ. Protagoras autem inuitus ad hæc descendere videbatur. Tandem concedere coactus est in-

Differẽtia inter cões & æquos auditores.

Inter ꝓbare, & laudare.

Inter gaudere, & voluptatẽ capere.

id ꝙ diuersæ hę vtręꝗ sunt,dissimiles quoꝗ esse tam ipsas ꝗ̃ earum potentias,quẽadmodum vultus ipsius partes? Vtrum istorum refutabimus? Ambo quidem isti sermones haud satis musice proferun tur.neꝗ enim inuicẽ concinũt.Nam qua ratione cõsonare possunt,si quidem necessariũ sit vni vnum dũtaxat contrariũ esse,pluribus vero nequaꝗ̃:insanię autẽ cum vnũ sit,sapientia & tẽperantia contra rię videant? Ita ne an aliter o Protagora? PRO.Esto tandẽ.quid tũ? SO.An nõ hac ratiõe vnũ erit sa pientia tẽperantiaꝗ? & supra constitit idem quodãmodo esse iustitiã & sanctitatẽ? Age Protagorane pigeat,sed pergamus ad reliqua.Videt tibi vir iniustus,iniuste agendo tẽperanter sapere? PRO. Ego quidẽ confiteri hoc o Socrates non auderẽ,plurimi autẽ hominũ asserunt.SO.Vtrũ ergo ad illos,an ad te verba dirigã? PRO.Si placet ad hũc primo vulgi sermonẽ edisseras.SO.Nihil mea refert,modo ipse respõdeas,siue tibi videant hęc,siue nõ videatur.Sermonẽ nãꝗ ipsum maxime in primisꝗ discu tio.Cõtingit tamẽ ex hoc & me interrogantẽ & respondentẽ examinari. Ad hæc primũ Protagoras honestare se volens,sermonis difficultatẽ culpare cœpit,postmodum vero respõdere admisit. Age,in quã,ab initio mihi responde.Vident aliqui tibi iniuste agendo,sapere tẽperanter? PRO.Esto. SO.Tẽ peranter vero sapere,bene sapere vocas? PRO.Voco.SO.Bene autẽ sapere,bene consulere in eo quod iniuste agunt? PRO.Esto.SO.Vtrũ si bene agũt viuuntꝗ dum iniuriantur,an si male? PRO.Si bene. SO.Dicis ne bona quędã esse? PRO.Dico.SO.Num ea bona sunt, quæ vtilia sunt hoĩbus? PRO.Imo per Iouẽ bona quædã voco etiã si hominib⁹ vtilia non sint.SO.Cum autẽ videret mihi Protago ras subirasci,& ad responsionẽ inuitus descẽdere,mitius eum submissiusꝗ rogaui.Nũquid ais Prota gora quæ nulli hominũ vtilia sunt? an quæ nullo modo vtilia? Et talia quædam bona appellas? PRO. Nequaꝗ̃.sed ego multa noui hominibus inutilia,cibos & potiones,& pharmaca,aliaꝗ permulta:alia vero vtilia.Quędã autẽ quę ad homines neutra sunt,verũ ad equos alicuius momenti sunt. Et nonnulla ad boues,ad canes alia,quędã vero ad horũ nullũ,sed ad arbores poti⁹. Et eorũ quę ad arbores quędã ita se habent vt sępe radicibus prosint,germinibus obsint.Quẽadmodum sterquilinium radici bus vtile,ramusculis caulibusꝗ admodũ noxiũ. Oleum quoꝗ arboribus oĩbus herbisꝗ maxime pro dest,pilis autẽ animaliũ omniũ humanis exceptis nocet plurimũ.Nam & pilis hominũ & toti corpo ri confert.Atꝗ ita variũ quiddã & multiforme bonũ existit. Vnde & oleum externis nostri corporis partibus optimũ,interioribus pessimũ.Quapropter medici ęgrotãtibus olei vsum vetãt,nec vti permittunt nisi ꝗ̃ paucissimo ad obsoniorũ quorũdã male olentiũ offensionẽ reiiciendã. Cũ hæc dixisset Protagoras,pręsentes frequẽti applausu acclamantes illius dicta cõprobauerũt. At ego,o Protagora inquã,sum equidẽ nimis obliuiosus,ac siquis orationẽ in longũ protrahat,de quo verba fiunt,protinus obliuiscor.Profecto si surdus essem quodãmodo,mecũꝗ sermonẽ haberes, existimares altius mihi ꝗ̃ cæteris inclamãdum.sic in pręsentia cum obliuiosum hominẽ alloquaris, concisioribus mecum responsionibus vtere,si modo curas vt te sequar.PRO.Quã exigis breuitatẽ? nũ breuioribus ꝗ̃ opor teat verbis agi tecum iubes? SO.Minime omniũ.PRO.An forte quot opus est verbis? SO. Tot vtiꝗ. PRO.Nũquid ego orationi modũ imponã? an tu potius debitũ terminũ statues quẽ non liceat trans gredi,eũꝗ loquendo sim obseruaturus? SO.Audiui equidẽ scire te adeo abũde quotiẽs placet & ample loqui,vt nunꝗ̃ tibi desit oratio,nec non res easdem paucioribus ꝗ̃ cæteri oẽs verbis perstringere: idemꝗ vt cæteri faciant,docere potes vt audio.Si ergo mecũ disputaturus es,breui illa & concisa ra tione dicendi vtere quæso.PRO.O Socrates multis cũ hominibus olim dicẽdo certaui.Ac si ita egis sem vt ipse mones,si inquã ad normã mihi ab auditore impositam verba fecissem,;haud sane quouis alio homine insignior essem,nomineꝗ Protagoræ omnis Græcia resonaret. Ego autẽ cum cognouis sem superiorem respondendi modum illi minime placuisse,eũꝗ sponte ita deinceps minime respõsurum,haudquaꝗ̃ expedire mihi censui,vt illis disputationibus interessem,atꝗ idcirco o Protagora in quã,haud flagito disputationẽ nobis præter sententiam tuam procedere.Etenim si velis ita differere vt ego assequi possum,adstabo equidẽ:nam ipse quidẽ,vt de te fertur,& tu profiteris, æque potes eadem & summatim perstringere,& amplissime eloqui:es enim sapiens:ego autem ad prolixam orationem ineptus sum,atꝗ vtinam eius compos essem.verum tua intererat nobis aliquantulum indulgere,quãdo quidem æque es ad vtrũꝗ paratus,vt disputatio peragat: postꝗ̃ vero non vis,& me vsque adeo negotia vrgent vt nequeam tecum hic diu orante commorari, ꝗ̃uis ista libẽter audissem, abeo iam quo res ipsa me vocat.His dictis surrexi ꝓtinus abiturus.Sed Callias dextera manũ meã prehen dit,sinistra palliũ,dicẽs,Haud te dimittem⁹ o Socrates, nã si exieris nõ ampli⁹ ita iuicẽ colloquemur. Mane obsecro.nullius mihi oratio gratior cõtingere posset,ꝗ̃ tua cũ Protagora disputatio.Quare & mihi & oĩbus his obseqre.At ego iã surrexerã exitur⁹.& ad Calliã inquã. O Hipponici fili tuã semp philosophiã admirat⁹ sum,nũc laudo insup atꝗ amo. Quocirca gratificari tibi vehemẽter optarim si possibilia poscas.Qd vero nũc petis,perinde est ac si orares vt Crisonẽ Imeręum cursorẽ iuuenẽꝗ ꝗuis passib⁹ sequerer,vel aliquẽ eorũ qui longissimũ interuallũ excurrere solent, aut diurnũ cursum

Vagat sophista.

Criso Imerę⁹ cursor.

immo qđ nõ facile,ſed multis cũ laboribus comparať. SO.Ego item hoc voluiſſe Simonidẽ arbitror o Protagora,ideq; Prodicum intelligere,ſed iocari tecũ,tentareq; te vtrũ ſermoni tuo valeas ſuffragari.q; enim Simonides difficile nõ malũ intelligi velit,argumẽto ſunt quę ſequunť:ſubiungit enim q; ſolus deus hoc munere fruiť.Neq; vero ſi vellet malũ eſſe bonũ pſeuerare, paulo poſt adiungeret, ſolũ deũ huius cõpotẽ eſſe,deoq; ſoli munus id attribueret. Diſſolutũ plane hominẽ nec vllo modo Chium Prodicus ita diceret fuiſſe Simonidẽ.Cæterũ qd tandẽ ſenſiſſe in his carminibus Simonidem ducã,vobis aperiã,ſi vis de me periculũ facere queadmodũ circa poetica ſim affectus.Si aũt vis,te au diã.Protagoras cũ hæc audiſſet:Vt lubet,inqt,o Socrates.verũ Prodicus & Hippias aliiq; oẽs agere me ita iuſſerũt.Conabor inquã quid de his carminibus ſentiam,vobis exponere. Antiquiſſimũ apud Gręcos,& plurimũ ſapiẽtię ſtudiũ in Creta & Lacedæmonia extat, & Sophiſtæ plures ibi q̃ alibi vſq̃ repeariunť,diſſimulãt aũt & imperitos eſſe ſe fingũt,ne cęteros Gręcos ſuperare ſapiẽtia deprehẽdanť, inſtar eoꝝ quos Protagoras Sophiſtas ſupra dicebat,ſed vt videanť re militari potius & fortitudine cęteros anteire.Suſpicanť eñ ne ſi forte mẽtis illoꝝ habitus pateſiat, cæteri oẽs idẽ ſtudiũ pſequanť. Ergo celãt,decipiũtq; incolas qui Lacedęmonios imitanť,auriũ circũciſione,inuolutione corrigiarũ, exercitationibus corporis,breuibus veſtibus,perinde ac ſi huiuſcemodi rebus Lacedæmonii cæteros Græcos exſuperent.Lacedæmonii vero quotiẽs cũ Sophiſtis ſuis liberius cõuenire volũt, externorũ hominũ familiaritatẽ ægre ferũt,& clanculũ cõgreganť, excluſiſq; peregrinis oĩbus vna cũ Sophiſtis philoſophanť.Prohibẽt quinetiã & ipſi & Cretẽſes adoleſcẽtes alias vrbes adire,ne quæ apud eos do cenť,alibi forte ediſcãt.Repeariunť ĩ his ciuitatibus nõ viri tãtũ doctrina egregii,verũetiã mulieres. Qꝫ aũt vera loquar,& Lacedæmonii optime ad philoſophiã,ſermoneſq; ſint educati,hinc maxime in tueri licet.Si quis cũ viliſſimo quoq; Lacedæmonioꝝ colloquať,rudem plerũq; in verbis apparere eũ primo cõperiet.Deinde vbicũq; rei ipſius opportunitas exigit,inſtar vehemẽtis iaculatoris verbũ nõ parui momenti breue cõtortũq; eiaculať,vt qui cũ eo loquiť,nihil a puero differre exiſtimeť.Qꝫ aũt Lacedæmoniorũ virtus,in ſapiẽtiæ magis q̃ exercitationis ſtudio conſiſtat, intelligũt nõnulli noſtræ ætatis hoĩes,& olim multi idẽ animaduerterũt, ſcientes verba eiuſmodi enũciare poſſe,viri abſolute docti officiũ eſſe.Horũ e numero fuit Thales Mileſius,& Mitylenęus Pittacus,Bias Prieneus, noſter Solo,Cleobulus Lindius,Myſo Ocheneus.Septim⁹ hoꝝ dictus eſt Lacedæmonius Chilo.hi oẽs æmu li ſtudioſiq; fuerũt diſcipuli Lacedæmonicę ſapiẽtiæ.Quorũ ſapientiã talem eſſe comperimus.Verba breuia memoratu vnicuiq; digna.Hi facto cõcilio ex cõmuni conſenſu, has Delphici Apollinis tẽplo primitias ſapiẽtię dedicarũt,quę tẽplo inſcriptę,ab oĩbus celebranť,Cognoſce te ipſum.Nihil nimis. Hæc ob eam cauſam refero vt pateat eam priſcæ philoſophię fuiſſe figurã, Lacedæmonicum.ſ.quod dam vt ita dixerim breuiloquiũ.Atqui & Pittaci propriũ hoc dictũ circũferebať a ſapiẽtibus celebra tum,Bonũ manere,difficile eſſe.Simonides itaq; cũ ſapiẽtię gloriã cuperet, cognouit ſi prouerbiũ id refelleret cõuinceretq; tãq̃ inſignẽ certatorẽ,fore vt ipſe illuſtris ab oĩbus habereť.Quãobrẽ carmina illa cõpoſuit illi inſidiatus eius verba diſturbaturus,vt arbitror.Diſcutiamus hęc vna oẽs,vt videamus vtrũ vera loquar.Primũ quidẽ carmina illa priora inſanũ hominem indicarent,ſi dicere volens virum effici bonũ eſſe difficile, deinde inieciſſet hanc particulam quidẽ. hoc enim nulla ratione videtur iniectum.niſi quis putet aduerſus Pittaci verba certantem Simonidem loqui:& cum ille dicat, difficile eſſe bonũ manere,Simonidẽ ad hęc obiicere:Nõ ita eſt o Pittace,immo bonũ quidem virum effici difficile eſt,& vere non reuera bonũ.Nõ ob hoc dicit reuera quia ſint aliqui vere boni, alii aũt boni quidẽ,ſed non vere.Abſonũ hoc vtiq; videretur,neq; Simonide dignũ. ſed ad ſuperexceſſum ponere oportet in verſibus id qđ vere diciť,ſupplẽdo ita Pittaci verba,ceu ſi poneremus Pittacũ ipſum dicere,O viri difficile eſt bonũ manere. & Simonidem reſpondere. O Pittace vera minime loqueris. Nõ enim eſſe ſed fieri virum bonũ manibus pedibuſq; & mente quadratũ abſq; vituperatione aliqua fabricatũ,eſt difficile vere.ita videť aduerſus ſermonẽ,hoc qdẽ iniectũ,& ipm vere haud ab re poſtremo locatũ.Atqui & quę ſequitur oĩa huic atteſtantur,q; hunc in modũ eſt dictũ. Multa inſup extãt quę recte diſpoſita in his carminib⁹ ſigillatim oſtẽdere poſſum⁹.Scite nãq; & accurate cõpoſita ſunt. ſed prolixior foret oratio.Quare ſummatim poetæ huius formã conſiliũq; exponendũ.Intendit aũt in ſingulis verſib⁹ Pittaci verba refellere.Ait enim paulo poſt ferme in hũc modũ,q; effici virũ bonũ difficile vere,poſſibile tamẽ ad tẽpus.Factũ vero bonũ eo in habitu pſeuerare, eſſeq; bonũ vt ipſe ais o Pittace,impoſſibile eſt,neq; humanũ,ſed ſolus hoc deus munere fungiť. hominẽ vero ita bonum manere ne rurſus labatur,impoſſibile eſt,quẽ ſors inopina confringit. Quẽnam potiſſimũ inopinatus caſus in nauis gubernatione ſubmergit?non rudem hominẽ: nam ſemper ille ſuccũbit:& queadmodũ iacentẽ nullus deiicit,ſed ſtãtem quãdoq; aliquis deiicit vt iacere cogat,iacentẽ vero nequaq̃, ita ſolertem & ſagacem hominem nõnũq̃ inopinatus caſus circũuenit.Enimuero qui nihil penſi vnq̃ habet,minime.Et gubernatori quãdoq; ingẽs tẽpeſtatis impetus improuiſus ſupuenit,& agricultori

SAPIENTES Gręcię. Sapientia Lacedæmonica.

terrogaturum se,& postq̃ satis interrogauerit breuiter respõsurum.itaq; in hũc modum interrogare cœpit.Arbitror o Socrates præcipuam doctrinæ partẽ in hoc consistere,vt quis in carminib⁹ peritus euadat.Est autẽ hoc vt poetarũ dicta intelligere possit,quæ.s.recte se habẽt,quę nõ:sciatq; discernere,& cum interrogat̃,reddere rationẽ.Et nunc quidẽ interrogabit forte quispiam de eo qđ vtriq; simul inuestigamus,de virtute videlicet.Sed hoc intererit,ꝙ id ad carmina trãsferetur.Dicit eñ Simonides ad Scopam Creontis Thessalici filiũ,difficile esse virum vere bonũ fieri manibus pedibusq; & mente tetragonum.i.quadrangulum absq; vituperatione fabricatum.Tenes ne memoriter carmina?vel vt referam expetis?SO.Nihil opus est.Teneo nãq; & diligens mihi horum carminũ cura fuit. PRO.Bene loqueris.vtrũ bene recteq; dixisse tibi videt̃ Simonides,an non?SO.Immo optime. PRO. Videtur ne recte loqui poeta si ipse sibimet contradixerit?SO.Minime. PRO.Attende itaq; diligentius.SO.Satis o bone vir attendimus.PRO.In eisdẽ carminibus postea dicit,Pittaci licet sapientis viri sententiã absonam sibi videri,qua inquit, Difficile est bonum manere.Cernis eũdem Simonidẽ hęc & superiora dixisse?SO.Equidem.PRO.Nunqđ eadẽ postea quę & antea protulit?Eadẽ inquã vt mihi videt̃.Et simul metuẽs ne quid vltra adiiceret,interrogaui,an nõ sibi quoq; videret. Rogas inquit vtrũ cõstare sibimet illũ putẽ,qui hæc vtraq; dixit? & primo quidẽ proposuit bonum virũ fieri vere difficile esse,paulo autẽ post tanq̃ suiipsius oblitus, Pittacum eadẽ cum illo dicentẽ,difficile.s. esse virum bonũ manere,carpit,eius dicta respuẽs, qui eadẽ dixerat? Enimuero cũ opinionis eiusdẽ ac suæ auctorem Pittacum accusat, seipsum damnat. Quapropter aut prius aut posterius non recte dicit. His dictis acclamarũt auditores plurimi,& Protagoram collaudarunt. Ego autẽ primũ tanq̃ a pugili robusto percussus caligantibus pręvertigine oculis vacillaui.Nam & eius vox,& aliorũ clamor me prorsus obruerant.Deinde vero vt tecum ingenue verum fatear,quo morã ad poetæ mentẽ inuestigandam captarem,ad Prodicũ cõuersus inquã,Conciuis tuus o Prodice Simonides extitit.Ergo tua interest illi opem ferre.Videor equidẽ aduocare te,queadmodum inquit Homerus, Scamandrum ab Achille obsessum Simoentem aduocauisse.O dulcis frater viri huius vna ambo vim comprimamus. Iliad. φ.

Haud secus ego te nunc accerso ne Protagoras Simonidẽ nostrũ expugnet.Emendatio sane circa Simonidis verba tua indiget Musica,qua velle distĩguis & cupere,& quę modo dicebas multa atq; præclara.Et nunc quidẽ vide num tibi idem qđ mihi videat̃.neq; enim repugnare sibi in dicẽdo videt̃ Simonides.Ipse o Prodice sentẽtiam tuam prior exprime:idẽ tibi videt̃ fieri atq; esse,an aliud?Aliud inquit Prodicus.Nõne in primis inquã Simonides mẽtem suam aperuit,ꝙ virum vere bonũ fieri difficile sit?Vera narras,Prodicus ait.Pittacum autẽ improbat non vt censet Protagoras idem dicẽtem, sed aliud.Non enim dixit Pittacus difficile esse virũ fieri bonũ, vt Simonides, sed bonũ perseuerare. Est autẽ non idẽ o Protagora sicut existimat Prodicus iste,esse & fieri.si aũt nõ idem est esse qđ & fieri,haudquaq̃ sibiipsi Simonides cõtraria ponit.Ac forsitan diceret Prodicus hic & alii multi secũdũ Hesiodũ,effici bonũ esse difficile.Nam ante virtutẽ sudorem a diis positũ ait. At cũ ad summũ verticem peruentũ est,facilem esse,q̃uis cõparatu difficilis fuerit.Prodicus igitur cũ hæc audisset, me laudauit.Protagoras autẽ,emẽdatio,inquit,ista o Socrates absurdior est q̃ qđ emendas.Tum ego,o Protagora inquã male mecũ actum est vt videtur,sumq; ridiculus medicus:quippe qui dum curare contẽdo,morbũ exaugeo.PROT.Sic tamẽ res se habet.SO.Qua ratione?PROT.Nimis ĩscius poeta ille fuisset,si adeo virtutẽ parui fecisset,vt facilẽ esse ei⁹ possessionẽ existimasset,cũ sit oĩm difficillima, vt oĩbus videt̃ hoĩbus.SO.Opportune p Iouem nostris iste Prodicus sermonibus interuenit. Videt̃ sane a Protagora diuina esse Prodici sapiẽtia,iãdudum vel trahẽs originẽ a Simonide,vel etiã ab antiquioribus orta:tu autẽ cum multarũ rerum sis aliarũ peritus,hui⁹ tamẽ imperitus appares.Ego vero eam expertus sum,cũ fuerim Prodici huius discipulus.Atqui in pręsentia haud satis aĩaduertere mihi videris,ipsum qđ difficile dicit̃,forsitan Simonidẽ non ita accepisse,vt ipse nunc accipis,verum tanq̃ malũ & graue quiddã intelligendũ esse, passim me Prodicus admonet. Nam quotiens vt alium laudans aut te,ita loquor,Protagoras sapiens vir est & diues.i.vehemens grauisq;,corripit me continuo ꝙ bona grauia dicam,cũ graue malũ sit.Nemo eñ ita loquit̃,vt dicat graues diuitias,grauẽ pacem,sanitatẽ grauẽ.Immo grauẽ morbũ,graue bellũ, grauẽ paupertatẽ, quasi graue.i.onerosum malũ sit.Forte igit̃ Chii atq; Simonides,ipm difficile vel vt malũ accipiũt, vel aliud qđ tu minus intelligis.Ergo a Prodico sciscitemur.Decet eñ de Simonidis scriptis hũc maxime pcontari.Quidnã o Prodice Simonides ipso difficilis nomine subintelligi voluit?PRO.Malũ ꝑfecto.SO. Ob hoc vt arbitror Prodice Pittacum reprehendit dicẽtem,difficile esse bonum manere:ac si dixisset, malum esse manere bonum.PRO.Et quid aliud putas o Socrates sibi voluisse Simonidem, q̃ vituperare Pittacum,ꝙ nomina recte distinguere nesciebat,vtpote qui Lesbius erat,& in voce barbarica educatus? SO. Audis o Protagora quæ Prodicus hic dicit? Quid ad hæc?PROT. Permultum abest vt ita sit Prodice. Certe equidem scio Simonidem difficilis nomine id qđ & alii solent significare voluisse,non malum.

In opere cui titulus ἔργα καὶ ἡμέραι

transfigũt. Vbi aũt boni præclariq; & eruditi viri cõueniũt, neq; tibicinas ibi, neq; saltatrices, neq; cantatrices vllas videbis, sed eos ꝓpria voce remotis his nugis iocisq; cõuiuiũ celebrare, & alternis interrogationibus respõsionibusq; modeste disserere, etiã si vinũ abũde biberint. Eodẽ modo si ad huiusce modi disputationes viri tales cõueniũt, quales esse nos plurimi ꝑdicãt, haudquaq̃ aliena voce & poetarũ verbis indigẽt, quos ꝑcontari non daẽ de his quę scribũt: & q eorũ testimonia in mediũ afferũt, partim hoc, partim illud sentire poetã interpretanẽ, neq; cõuincere possunt, neq; rẽ ipsam de qua disserunt, expedire. Tales ergo cõfabulationes sapientes viri dimittũt, ipsiq; p se inuicẽ colloquunẽ, vicissimq; ingenii periculũ faciũt. Disputatores aũt huiusmodi, vt arbitror, ego & tu nunc imitari debemus, & poetis posthabitis nostris rationibus rẽ ipsam discutere, facereq; tã ingenii nostri q̃ veritatis examẽ. Si ergo vltra quęrere cupis, respõdere tibi paratus sum: sin aliter mauis, te mihi ꝓbe, & adiuua ad ea quę intermisimus peragenda. Cũ hęc aliaq; hmõi intulissem, Protagoras qd potissimũ agendũ eligeret nequaq̃ aperuit. Tũc Alcibiades ad Calliam cõuersus. O Callia inquit, videẽ ne tibi nũc recte Protagoras facere, cũ declarare nolit vtrũ rationẽ reddere placeat necne? Mihi qdẽ nõ videẽ. Sed iam vel disputet, vel disputare nolle se dicat, vt huic qdẽ hęc adscribamus. Socrates aũt cum alio quouis disserat, vel alius quicũq; vult cũ alio quopiã. Protagoras tũc, vt visus est mihi, verecũdia motus ꝓpter Alcibiadis orationẽ, Calliæq; & aliorũ ꝓsentiũ preces, vix tandẽ ad disserendũ descendit, iussitq; Socratẽ ipsum interrogare, se respondere pollicitus. O Protagora inquã ne me tecũ ob aliud disserere putes, nisi qa quę passim dubito, discutere velim. Arbitror eñ haud ab re illud ab Homero dictũ fuisse. Si duo simul cõgrediantẽ, alter altero magis intellexerit. Sagaciores nãq; sumus cũcti ad quodlibet opus, verbũ, & sensum inuestigandũ. Si qs aũt solus quippiam cogitat, mox passim perquirit aliquẽ quicũ cõmunicet, approbẽtq;, quoad inueniat. Quãobrẽ ipse nunc tecũ libẽtius q̃ cũ alio quouis disputo, existimãs te optime oĩm diiudicaturũ, & de aliis omibus quæ ad ꝓbi viri iudiciũ spectãt, & de his maxime quę ipse quęrebã, videlicet de virtute. Nã quẽ melius q̃ te id facturũ sperẽ? Nempe plerique alii ꝓbi qdẽ ipsi sunt, sed alios tales efficere nequeũt. Tu aũt nõ modo virtute ꝑditum esse te ducis, verum etiã ceteros homines eadem ornaturum te polliceris. Atq; adeo tuo ingenio confisus es, vt cęteris omnibus dissimulantibus solus ipse artẽ hanc ꝓfitearis, teq; palam per oẽs Græcos Sophistã quasi publico quodam pręconio prædices, doctrinæ morũq; magistrũ, & primus mercedẽ artificii istius exposcas. Quid igitur obstat, quin ipse præ cæteris ad harũ rerũ iudicium sis aduocandus, interrogandusq;, & tecũ communicãda sint omnia? Nihil penitus obstat. Atqui & ipse nunc illa de quibus primo ĩterrogaui cupio rursus partim abs te mihi in mẽtẽ reduci, partim cõmuni iudicio discuti. Erat aũt talis, vt arbitror, q̃stio: vtrũ sapientia, tẽperãtia, fortitudo, iustitia, sanctitas, quinq; nomina eiusdem rei sint, an vnicuiq; horum nominũ subsit ꝓpria quędam essentia, & res quædam vim ꝓpriam habens, adeo vt non sit vnum quale est aliud. Dixisti tunc nequaq̃ vnius rei esse hęc nomina, sed singula nomina rebus singulis adhiberi. Quinetiã partes omnes has esse virtutis, haud sane perinde vt auri partes inter se totiusq; consimiles, sed vt vultus partes inuicem totiusq; dissimiles propriisq; discretas potentiis. Si hæc iterum vt supra cõfirmas, exprime: Sin aliter modo sentis, hoc discerne. Equidem tibi nihil in sermonibus imputabo, si nunc aliter dicas. Neq; eñ mirarer, si illa tunc Socratis tentandi gratia dixeris. PRO. Hæc omnia partes virtutis esse dico. ex quibus quatuor satis inuicem consimiles sunt. Fortitudo aũt longe ab aliis differt. Q; aũt vere loquar, hunc in modũ cognosces. Reperies nonnullos homines iniustissimos, prophanissimos, intemperãtissimos, imperitissimos, qui tamen cæteris fortitudine pręstant. SO. Attende amabo, considerãdum est qđ dicis. Vtrum fortes, audentes vocas, an alios quosdam? PRO. Immo etiam ad ea pręcipites, a quibus plurimi deterrentur. SO. Age itaq;, virtutem honestum quiddam & pulchrum asseris, eamq; vt pulchrum aliquid doces? PRO. Pulcherrimum equidem, nisi forte insanio. SO. Vtrum huius quiddam turpe est, quiddam pulchrum? an pulchrum totum? PRO. Totum q̃ maxime esse potest pulchrum. SO. Scis ne qui audacter in puteis natant? PRO. Immo vero. Natatores enim. SO. Vtrum quia natare sciunt, an ob aliud? PRO. Quia natare sciunt. SO. Quinam ex equis maxime pugnare audent? vtrum equites, an equestris industriæ rudes? PRO. Equites. SO. Quinam clypeis audacter pugnant? Clypiferi ne, an alii? PRO. Isti quidem & in cæteris omnibus si istud quæris, audaciores sunt qui sciunt q̃ qui nesciũt: iidemq; homines postq̃ didicerunt audent vehementius, q̃ cum ignorabãt. SO. Vidisti vnq̃ aliquos horum ignaros omnium, ad hæc omnia tamen audentes? PRO. Vidi equidem & audaces maxime. SO. Nunquid audaces isti fortes sunt? PRO. Turpe quiddam esset fortitudo. quandoquidem audaces isti furiosi sunt. SO. An non dicis fortes audaces ipsos esse? PRO. Dixi equidem, & dico. SO. Nonne isti q sic audent, fortes quidem minime sed furentes apparent? Et supra rursus sapientissimi illi audentissimi nobis apparuerunt, & quia audentissimi ideo & fortissimi, atq; ita secũdũ hanc rationem sapientia ipsa fortitudo esset? PRO. Haud satis recordaris o Socrates quæ dixi supra, tibiq; respõdi.

Qui veri disputatores.

intéperies anni, & medico quoq similia, adeo vt tunc improuidi fuisse videant. Posset em bonus aliquis malus fieri, qd alius poeta testat dicens. Vir bonus, alias prauus, alias bon9 est. Vt aũt malus ef ficiat malus, fieri non potest. Esse enim semp necesse est. Quãobrẽ quotiẽs casus inopinatus ꝓuidum hominẽ sapientẽq & bonũ inuadit, malus efficit. Tu vero dicis o Pittace difficile esse bonũ manere. Res aũt ita se habet, vt fieri bonum possibile sit, difficile tñ: ꝑdurare aũt bonũ, penitus impossibile. Quilibet em̃ bene agens, bonus: male cõtra, malus. Quęnã circa literas bona est actio? quęve actio virũ ad illas bonũ efficit? Cõstat ꝙ harũ ꝑceptio. Quę itẽ actio bona bonũ efficit medicũ? Morborum videlicet curandorũ ꝑitia. Qui bene curat, bonus medicus, q male cõtra malus. quis ergo malus medicus nõnunq̃ efficit? Ille certe, cui primo hoc inest vt medicus sit, deinde vt bonus medicus. Hic em̃ malus quãdoq medicus effici potest. Nos aũt medicinę artis ignari nunq̃ male agendo aut medici, aut fabri efficeremur, aut aliud tale. Quisqs autẽ nõ fit medicus male operatus, neq etiã malus medicus. Ita & bon9 vir fieri põt aliqñ malus, vel ꝓpter tẽpus, vel laborẽ, vel morbũ, vel aliũ casum. Hęc porro sola est actio praua, priuari sciẽtia. Malus aũt vir nunq̃ malus fieret, est em̃ semper. Ac si malus fieri debet, oportet vt ante bon9 efficiat. Ad hoc itaq carmina illa tẽdũt, vt affirmet impossibile esse virũ semp bonũ ꝑseuerare: fieri aũt bonũ, eundẽq rursus & malũ, possibile: plurimũ aũt optimos esse illos quos dii diligũt. Hęc itaq oĩa aduersus Pittacũ sunt illata, qđ & sequentia clarius patefaciunt. Hac de causa, inquit, nunq̃ ego qđ fieri nequit requirẽs frustra spero ꝑpetuo sine reprehensione victurũ hominẽ aliquẽ ex his q fructibus terræ vescunt. Deinde vobis quę cõꝑta mihi sunt, ꝓdico: & cætera quę sequunt. Ita passim in Pittaci verba vehemẽter inuehit. Vnũquẽq vero laudo, amoq libens q turpe nihil patrat. Necessitati aũt neq dii ipsi repugnãt. Id aũt est ad hoc idẽ dictũ. Neq em̃ vsqueadeo rerũ inscius erat Simonides, vt illũ laudare se diceret, q turpe nihil spõte cõmittit, quasi sint aliq q sponte male agant. Arbitror equidẽ sapientẽ nullũ putare esse hominẽ aliquẽ q vltro aberraret, malaq & turpia sponte committat. Sciũt etenim sapiẽtes oẽs, q mala turpiaq cõmittunt, præter voluntatẽ ꝑccare. Atqui & Simonides nequaq̃ laudare se dicit illũ, q nõ sponte scelera patrat, immo de seipso id qđ sponte dicit, ꝓdicat. putabat enim prȩclarum bonumq virum sæpe seipsum impulsurum, vt amicus laudatorq alicuius efficiat, amareq & laudare ꝑgat. vtputa si illi morosi & iniq parentes contingant, aut patria, aut tale aliquid. Improbos quidem censuit hoĩes, libenter in parentum patriȩq errata inuehi solere, & passim illa omnibus diuulgare, vt nemo illos ꝙ parentes & patriam negligant, corripere audeat: quare & vituperare parentes patriamq, & vltra necessitatem voluntariis quoq odiis & inimicitiis agitare. probos aũt viros occultare potius, & ad laudandũ seipsos cogere, & siqua in re iure parẽtibus & patriæ indignant, consolari seipsos, seq suis conciliare, vt & si nõ libenti animo, laudẽt tñ & diligant. Sępe etiam Simonidẽ ipsum arbitror non ex animi sui sententia, sed inuitũ ad tyrannũ quendã aut aliũ talẽ laudandũ & extollendũ se contulisse. Hęc igit ad Pittacũ refert. Ego quidẽ o Pittace non te ob id carpo ꝙ sim natura detractor, qñquidẽ mihi satisfacit & ille qui non est malus nimiũve ignauus. Sciens qdẽ iuuabit ciuitatem iustã vir sanus. Neq tñ ipse derogabo: neq em̃ derogãdi sum studiosus. Stultorũ nãq est infinita ꝓgenies. Quapropter siquis eos vituperare ꝑgat defatigabit. Omnia porro honesta, quibus turpia non miscentur. Haud hoc dicit perinde ac si diceret omnia alba quibus nigra nulla miscentur: ridiculum nempe id esset: sed quasi dicat media se accepturũ neq illa vituperaturum: Nõ quęro, inquit, hominẽ irreprehẽsibilem penitus inter eos quicunq passim fructibus terræ vescuntur. Deinde vobis quod mihi compertum est nũcio ꝙ videlicet huius causa neminem laudaturus sum. Verum mihi sufficit ille qui medium tenet, neq turpe qd agit. Qm̃ ego oẽs sic diligo atq laudo. Hic vtiq Mitylenęorũ lingua est vsus tanq̃ aduersus Pittacum sic dicens, Omnem autem laudo & diligo libens. hic oportet id quod libens dicitur seorsum a sequentibus capere, ac dicere postmodum, quicunq nihil turpe committit. Nam sunt & alii qui quos ego nõ libẽs laudo & diligo. Q; si & tu mi Pittace mediocriter cõsentanea veraq dixisses, nunq̃ te reprehendissem. Nunc vero cum & maxime & in maximis falsa proferas quæ vera multis apparent, te reprehendere cogor. Hæc mihi o Prodice atq Protagora his in carminibus Simonidis ipsius mens fuisse videtur. Tum Hippias: Bene, inquit, o Socrates carmina hæc exposuisse videris. Est & mihi ratio illis accommodata, quam vobis si vultis ostendam. Immo vero, inquit Alcibiades, sed postea. prius autem peragere decet quæ inter Socratem & Protagoram conuenerunt. Et si Protagoras interrogare vlterius vult, respondere Socrates debet. Sin autem respondere vult Protagoras, interrogare Socrates. Atqui concedo inquã Protagoræ quodcunq horũ ipsi gratius est futurum. ꝙ si placet, versus prætermittamus, ea vero quę abs te primo quærebam Protagora libẽter vna tecũ ab soluerem. Videtur enim mihi disputatio de rebus poeticis persimilis esse conuiuiis imperitorum plebeorumq hominum. Qui cum propter inscitiam nequeant inuicem propria voce suisq sermonibus colloqui, mercede exhibita tibicinas introducunt, & aliena voce hoc est tibiarum flatu, conuiuium

Disputatio de reb9 poeticis qualis sit.

vero illa cur dicitis? Vtrũ qa voluptatem hanc pręsentẽ ꝓbẽt,& suauitate deliniũt? An quia in postẽ rũ morbos,inopiã,& alia multa generis huius adducũt? An etiã si nihil tale in posterũ inferũt,tãtũꝗ delectant,nihilominus mala sunt ex eo ꝙ cognoscentẽ hominẽ delectãt? Putamus ne eos o Protago ra aliter respõsuros,q̃ ꝙ non ꝑpter pręsentẽ voluptatis ipsius illationẽ mala sunt, sed ꝑpter morbos & alia quę sequunẽ? PRO. Sic vulgus arbitror responsurũ. SO. Nõne dũ morbos adducũt,dolores in ferũt? dũ egestatẽ,dolorẽ? Assentirenẽ vt arbitror. PRO. Immo certe. SO. Hęc ergo o viri nõ ob aliud vt ego & Protagoras arbitramur,mala vobis apparẽt,q̃ ꝙ in dolores desinũt,cæterisꝗ voluptatibus priuãt. Cõfiterenẽ. PRO. Proculdubio. SO. Si cõtra rursus interrogaremus,o viri q̃ bona iterũ tristia esse fatemini,nonne eiusmodi quędã dicitis? ceu exercitationes corporũ, labores militiæ, medicorũ curationes,quę vel secãdo fiũt,vel vrendo,vel pharmacis,vel inedia,bona dicitis,sed molesta? Cõsen tirent. PRO. Et hoc. SO. Vtrũ hęc ex eo bona vocatis ꝙ ꝓsentibus doloribus cruciatibusꝗ cõficiũt? An ob id potius ꝙ in posterũ ex his sanitas & bona corporis habitudo,patrię salus,potẽtię diuitięꝗ sequunẽ? Ob id ipm dicerent,vt existimo. PRO. Ego quoꝗ id iudico. SO. An ob aliud hęc bona sunt, q̃ ꝙ in voluptates desinũt,& molestias ꝑllunt? Aliũ ne finẽ assignare potestis,ad quẽ respiciẽtes hæc bona vocetis,q̃ voluptates atꝗ dolores? Non possumus,vt arbitror,respõderent. PRO. Sic eqdẽ puto. SO. An non voluptatẽ vt bonũ sequimini,dolorẽ vt malũ fugitis? Cõcederẽt. PRO. Profecto. SO. Ergo id malũ existimatis, dolorẽ scilicet,bonũ voluptatẽ. quandoqdẽ & ipsam oblectationem tũc sane malam dicitis esse,quãdo maioribus voluptatibus priuat,q̃ ꝓbet: vel quãdo vehementiores dolo res infert illis quas cõtinet voluptatib⁹. Qm̃ si ob aliud delectationẽ ipsam malã appellaretis, ad aliũ finẽ respiciẽtes,nobis quoꝗ mõstrare possetis. Sed nequaq̃ poteritis. PRO. Neꝗ mihi posse videtur. SO. Similiter quoꝗ dolorẽ ipsum tũc dũtaxat bonũ dicitis,cum maiores fugat dolores q̃ infert,aut voluptates molestiis vehemẽtiores inducit. qñqdẽ si ad aliũ finẽ respiciẽtes,dolorẽ bonũ iudicaretis, nobis aꝑire possetis. sed nõ poteritis. PRO. Vera narras o Socrates. SO. Si me cõtra interrogaretis o viri,quãobrẽ vbiꝗ multa de hoc loquar,ignoscite mihi ꝑtinus respõderẽ. Primo nãꝗ haud facile demõstrari hoc põt qd est qđ dicitis,a voluptatibus superari. Deinde demõstrationes oẽs in hoc ipo cõsistũt. Et nũc etiã retractare licet,siquo modo habetis aliud qđ bonũ dicatis q̃ voluptatẽ,& qđ ma lum aliud q̃ dolorẽ. An sufficit vobis vitã iucũde absꝗ tristitia ducere? Qđ si sufficit,neꝗ dicere po testis aliud bonũ vel malũ qđ nõ ad hęc tendat,audite qđ sequiẽ. Aio equidẽ his ita se habentibus,ri diculum vobis esse sermonẽ,quando dicitis hominẽ mala,cognoscẽtẽ esse mala: illa nihilominus age re cum liceat non agere,voluptatibus tractum,atꝗ ꝑculsum. Atꝗ iterũ quando dicitis hominem bonorum conscium agere nolle præsenti voluptate detentum. Hæc autem ridicula esse patebit, nisi multis vtamur nominibus,iucundo,tristi,bono ac malo. Sed postq̃ duo hęc esse apparuerunt, duobus ipsa nominibus aꝑllamus. primũ qdẽ bono ac malo,postea iucundo ac tristi. his positis ita dica mus,cognoscẽtẽ hoĩem mala esse mala,illa nihilominus agere. Siqs aũt q̃rat quãobrẽ,qa videlicet vi ctus rñdebim⁹. A quo? q̃ret ille. nobis aũt nõ licebit vlterius a voluptate victũ dicere. Aliud enim no mẽ voluptatis loco suscepit bonũ. Ideo respõdebim⁹ illi,victũ a bono. Tũc si ille q nos interrogat con tumeliosus forte vir sit,ridebit nos,atꝗ dicet,q̃ absurdũ est qđ dicitis? Si facit qs mala, sciẽs mala esse,cũ non oporteat facere,victus a bonis,an bona hęc digna sunt vt mala vincãt,vel nõ digna? Non digna dicemus. neꝗ em̃ aberrasset ille quẽ dicimus a voluptatibus supatũ. Ad hęc ille: Quãobrẽ bona indigna sunt vt mala vincãt,vel mala,vt bona? nunqd ob aliud,q̃ cum hęc maiora sunt,illa minora? vel plura hęc,illa pauciora? Nõ habebim⁹ ꝑter hãc causam aliquã. Addet ille. Cõstat iam ꝙ superari hoc diciẽ,loco exiguorũ bonorũ maiora mala suscipe. Hęc itaꝗ sic se habeãt. Mutem⁹ igiẽ hęc noĩa, accipiamusꝗ ad eadẽ iucũdũ ac triste,dicẽtes: hominẽ agere tũc dixim⁹ mala, dicam⁹ nũc tristia sciẽ tẽ tristia esse a voluptariis superatũ,talibus. s. vt victoria sint indigna. Quæ vero alia inest ad dolorẽ indignitas voluptati q̃ excessus inter se atꝗ defect⁹? hoc est cũ inter se hæc maiora minorave fiunt, plura itẽ & pauciora,vehemẽtioraꝗ,& remissiora. Si qs aũt dixerit: At multũ differt o Socrates vo luptas ꝓsens a futura voluptate,atꝗ molestia: dicã eqdẽ,num alio quopiã q̃ voluptate atꝗ molestia? haud sane alio põt. Sed ꝑinde est,ac si vir peritus põderũ collectis voluptariis,collectisꝗ tristib⁹,eminusꝗ,& cõmin⁹,lancib⁹ supponeret,diceretꝗ vtra sint plura. Si. n. voluptaria cũ voluptariis libres, maiora semp & plura sunt eligẽda: sin aũt tristib⁹ tristia cõpares,pauciora,atꝗ minora: sin iucũda cũ tristib⁹,& tristia a voluptariis excedanẽ,siue ꝓpinqua remotis,siue remota ꝓpinqs,ratio illa est eligẽ da in qua hęc insunt: ꝙ si iucũda a tristib⁹ excedanẽ,minime. an aliter se res habet o viri? scio eqdẽ ni hil afferre eos aliud posse. PRO. Idem & ipse arbitror. SO. Postq̃ vero ita se id habet,illos hũc in mo dũ interrogabo. Apparẽt oculis vestris eędẽ moles cõminus maiores,minores eminus? Ita respõdebũt. Et crassa,& multa similiter? & ęquales voces ꝓpe maiores,longe vero minores? Cõsentient. Si in hoc bene agere & felicitas nostra consisteret,hoc est in magnis molibus fabricãdis accipiẽdisꝗ, par

Equidem interrogatus abs te, vtrum fortes viri audentes essent, consensi. Vtrum vero & audentes fortes essent, non quęsiuisti. Qđ si tunc interrogasses, respondissem vtiq; nõ oẽs: ꝙ vero fortes audẽtes non sint, a me concessum nunq̃ monstrasses, quia non recte concessissem. Proinde scientes homines ostendis ignorantibus seipsis & aliis audaciores esse, & idcirco idem esse sapientiam & fortitudinem arbitraris. Eadem ratione ꝓcedens, robur quoq; sapiẽtiam esse duceres. Nam si a me similiter in hunc modũ quęsisses, vtrum robusti homines potentes sint, asseruissem vtiq;. Deinde vtrum palęstrę ꝑiti ad certandum potentiores sint q̃ ignari, & ipsi postq̃ didicerunt seipsis dũ ignorabant, hoc iterum admisissem. Hęc me confitente licuisset tibi argumentis iisdem coniicienti dicere, ꝑ concessionẽ meã sapientiã robur existere. Ego aũt nusq̃ in pręsentia potentes hoĩes robustos esse confiteor. Robustos tamen potentes esse autumo. Non idem esse robur & potẽtiam arbitror. Nam & a scientia, & ab insania, & ab ira potest potentia ꝓuenire. Robur aũt a natura dũtaxat, & debita corporum nutritione ꝓcedit. Similiter & in illis nequaq̃ idem esse censendũ fortitudinẽ & audaciam. Quapropter cõtingit, fortes quidem audentes esse, non tamen audentes omnes esse fortes. Audacia enim ab arte hominibus, ab ira, ab insania datur, quẽadmodum de potentia diximus. Fortitudo aũt a natura, debitaq; educatione ꝓuenit animorũ. SO. Dicis ne o Protagora, alios hoĩes bene, male alios viuere? PRO. Dico equidẽ. SO. Nũquid bene viuere homo tibi videtur, si cũ molestia, doloreq; viuat? PRO. Minime. SO. Sin autẽ vsq; ad vitę finẽ iucũde qs vixerit, bene vixisse dicendus? PRO. Certe. SO. Ergo iucunde viuere bonũ, moleste malũ. PRO. Si modo honestis fuerit delectatus. SO. Nũqd ipse Protagora quẽadmodũ alii multi, iucũda q̃dã mala vocas, tristia bona? Sic aũt interrogo, vtrũ inquãtũ iucũda sunt intãtũ nõ bona, non si qd ab illis ꝓuenit aliud: rursusq; vtrũ similiter tristia, nõ ex eo ꝙ tristia mala. PRO. Ignoro Socrates vtrũ ita simpliciter vt interrogas respondere me deceat, iucũda omnia bona esse, tristia mala. Sed tutius mihi fore videtur non solum ad pręsentem quęstionẽ, verũetiam ad oẽm vitę meę rationem, vt respondeam esse iucunda quędam non bona, & tristia quædam non mala: esse rursus & neutra, quę neq; bona sint neq; mala. SO. Nũ iucunda vocas ea quę vel voluptatis participia sunt, vel efficiunt voluptatẽ? PRO. Prorsus. SO. Quęro igitur hoc, vtrum ex eo ꝙ iucunda sunt, non bona sint. Vtrũ videlicet ipsa voluptas sit non bonũ. PRO. Vt ipse vbiq; dicis o Socrates hoc cõsideremus: & si ad rẽ cõducere hęc cõsideratio videat̃, idemq; iucundũ bonumq; appareat, concedemus. Sin minus, tũc iã dubitãtes obiiciemus. SO. Vtrũ igit̃ ipse disputationis dux esse vis: an me ducere iubes? PRO. Aequũ est te esse ducẽ. Tu nãq; cœpisti. SO. Hoc modo forsitan qđ quærimus patefiet. quẽadmodũ siqs ad dignoscendã hominis sanitatẽ, vel aliũ corporis habitum, atq; opus, vultũ eius & manus extremas cõtẽplatus adiiciat, age iam ꝑctus mihi dorsumq; nuda, vt clari⁹ inspiciã: ita nũc ego idẽ ad iudiciũ id reqro. Nã cũ affectũ tuũ erga bonũ & voluptatẽ ex tuis verbis agnouerim, tale aliqđ mihi expedit dicere. Age Protagora, & in hoc tuã mẽtẽ aꝑrias, qđ de sciẽtia sentis: nũ qđ idẽ tibi qđ aliis, an aliud placet? plurimi sane hoc de scientia iudicant, ꝙ neq; robustũ aliqđ sit, neq; ducat, neq; etiam dominet̃. Neq; enim de ipsa vt de duce & princiꝑ cogitant, immo sæꝑ homini ꝑ̃sente scientia, non ipsam dominari existimant, sed aliud aliquid, tũ iram, tũ voluptatem, alias dolorẽ, alias & amorẽ, & sęꝑ formidinẽ. Atq; ita de scientia cogitãt, quasi de mãcipio quodã ab aliis omĩbus vndiq; tracto. Nũqd & tu idem sentis: an potius ꝑ̃clarum quiddã scientiam, & hominis principẽ arbitraris, ita vt siqs bona malave discernat, nunq̃ ab alio inducat̃ ad aliud q̃ scientia iubet, agendũ, sed sufficiens sit hominis adiutrix ꝑ̃sidiũq; prudentia? PRO. Videt̃ mihi qđ dicis o Socrates. Nã si cuiq̃ hominũ turꝑ est negare sapientiã scientiãq; omnium rerũ humanarũ esse potentissimũ, mihi certe turpissimũ. SO. Pręclare nimiũ vereq; loqueris. sed eñ nosti multos mihi & tibi non credere? Aiunt porro plerosq; bonorũ conscios, cum bona agere liceat, agere illa nolle, sed alia. Et quotcunq; rogaui quę huius rei sit causa, ferũt hoĩes voluptate, vel dolore, vel aliquo alio illoꝝ quę supra retulimus suꝑatos, hæc agere. PRO. Alia quoq; multa sunt o Socrates in quibus homines errant. SO. Age itaq; vna mecũ conare hominibus ꝑ̃suadere, docereq; illos, quęnã hęc sit passio, ꝙ aiunt se a voluptatibus suꝑari, & hanc ob causam quę cognoscũt bona, nõ facere. Forte nãq; dicẽtibus nobis illos errare, statim obiicerẽt: O Protagora, atq; Socrates si nõ est passio hęc vinci a voluptatibus, quæ nã est alia? quã dicitis vos? exponite. PRO. Quid vero nos ad multorũ opinionẽ attendere decet, qui vtcũq; cõtingit loquunt̃? SO. Cõducturũ nobis hoc arbitror ad inueniẽdum quõ ad cęteras virtutis partes fortitudo se habeat. quare si in suꝑiori cõuentione stãdũ censes, vt videlicet ego ducam qua maxime inueniri posse qđ quęrimus arbitror, sequere. Sin minus hoc, & dimitti mauis, mitto. PRO. Probe loq̃ris, ꝓge igit̃ vt cœpisti. SO. Si iterũ a nobis sciscitarent̃, qđ istud vos esse dicitis, qđ nos vinci a voluptatibus dicebamus? sic ego ad illos. Audite iã, ego & Protagoras vobis istud declarare conabimur. Nũqđ ꝑinde hoc fieri dicitis, vt sępe cõtingit hoĩes ciborũ poculorũq; & venereorũ voluptate ꝑllectos victosq; adsciscere illa, etiam si mala esse cognoscãt? Assentirent̃ illi. Tũc nos ita. Mala

daces vocaret. Ille vero precipites insuper addidit. Recordaris Protagora hęc te respõdisse? PRO. Recordor. SO. Dic obsecro nobis ad qd pcipites hoies fortes nũcupas? An ad ea, quę timidi aggrediuntur? PRO. Non. SO. Ergo ad alia? PRO. Nempe. SO. Vtrum timidi audenda aggrediunt? metuenda fortes? PRO. Ita fertur o Socrates. SO. Vera narras. Verũ nõ hoc requiro, immo vero tu ad qd pcipites fortes appellas? nũ ad mala scientes esse mala perniciosaq̃, vel ad ea quæ talia nõ sunt? PRO. Impossibile hoc esse abs te superioribus rationibus est ostẽsum. SO. Et in hoc quoq̃ vere loqueris. Quã obrẽ si hoc recte est demonstratũ, ea quę mala perniciosaq̃ iudicat, nullus aggreditur, quãdoquidem constitit inscitiã esse qd dicit ab affectibus superari. PRO. Plane. SO. Enimuero oẽs inuadũt illa quæ audẽt, tã timidi q̃ fortes. Atq̃ hac ratione eadem & timidi & fortes aggrediunt. PRO. Immo cõtraria omnino sunt o Socrates ea ad quæ fortes & timidi pficiscunt. Nam ad bellũ quidẽ ire hi volũt, illi vero nolũt. SO. Vtrũ ire honestũ, an turpe? PRO. Honestũ. SO. Nõne si honestum, etiam bonum esse supra cõsensimus? Omnes enim actiones honestas & pulchras, etiã bonas esse cõuenimus. PRO. Vera loqueris, & mihi quidẽ semp ita videtur. SO. Probe. Verũ quosnã dicis in plium ire nolle, cum iter id pulchrũ bonumq̃ sit? PRO. Timidos. SO. Nõne si pulchrum & bonum, etiam est iucundum? PRO. Concessum est. SO. Nunqd cognoscẽtes timidi ad pulchrũ, melius, & iucũdius pficisci nolũt? PRO. At vero si hoc admittimus, superiores cõuentiones peruertimus. SO. Quid porro? Vir fortis nonne ad id qd pulchrũ, melius, iucundiusq̃ est tendit? PRO. Necesse est confiteri. SO. Omnino igitur fortes viri neq̃ turpiter metuunt siquando metuunt, neq̃ turpiter audent. PRO. Ita est. SO. Si nõ turpiter, honeste & pulchre. PRO. Certe. SO. Sin honeste, etiam bene. PRO. Vtiq̃. SO. Nonne & timidi, & feroces, & furiosi contra turpiter audent, & metuũt turpiter? PRO. Et istud. SO. Cur autẽ turpiter & male audent, nisi pter ignorãtiã & inscitiã? PRO. Ob hanc ipsam causam. SO. Quid vocas hoc, quo timidi ipsi timidi sunt? Timiditatẽ ne, an fortitudinẽ? PRO. Timiditatem. SO. Timidi aũt nonne pter metuendorũ inscitiam apparuerunt? PRO. Sane. SO. Propter hanc ergo inscitiam timidi sunt? PRO. Nempe. SO. Illud aũt quo timidi sunt, timiditatẽ esse asseruisti. PRO. Asserui. SO. Nonne igitur metuendorum & non metuendorum inscitia, timiditas erit? PRO. Erit. SO. Enimuero contraria est fortitudo timiditati. PRO. Absq̃ dubio. SO. An nõ sapientia metuẽdorũ & non metuendorum eorũdem inscitię contraria est? PRO. Prorsus. SO. Horum vero inscitia timiditas. PRO. Et maxime quidem. Sapientia igitur metuendorum, & non metuendorum, fortitudo est, eorundem inscitię contraria existens. Haud vlterius annuit Protagoras, sed siluit. Tum ego. Quid taces Protagora? cur non aut annuis, aut renuis? Ipsemet perage inquit. Concludam protinus inquã, si vnũ hoc dũtaxat interrogauero: vtrum tibi nũc etiam vt & supra insipientissimi quidã esse videantur q tamẽ fortissimi sint. Contẽdere nimis, inquit, videris o Socrates vt ipse respõdeã. ergo morẽ tibi gerã. Impossibile dico videri ex his quę supra cõcessimus. Non ob aliã causam, inquã, de his omnibus te percontor, q̃ q̃ nosse cupiã qualia sint quę ad virtutẽ pertinent, qdve ipsa sit virtus. Scio equidẽ hoc declarato statim notum fore & illud quo de ego & tu tot iã verba cõsumpsimus: dũ ego quidẽ virtutẽ doceri posse negarem, tu vero posse asseuerares. Atqui arbitror nostrę disputatiõis exitũ, si hominis instar vocẽ nãcisceret, derisurũ nos, & his atq̃ huiusmodi correptionibus rephensurum: q̃ absurdi estis o Socrates atq̃ Protagora. Tu quidẽ ab initio dicebas o Socrates doceri non posse virtutẽ, nũc repugnare tibi ipsi studes? dũ ostendere niteris omnia hęc esse scientiã, iustitiã scilicet, tẽperantiã, fortitudinẽ: Qua ratione maxime virtutẽ doceri posse constaret. Si eñ aliud quiddã esset scientia q̃ virtus, quod Protagoras asserere supra tentabat, plane doceri nõ posset. Nunc autẽ si vniuersum scientia apparebit, quod ipse inferre conaris o Socrates, mirũ erit si per doctrinã virtus cõparari nõ possit. Protagoras autẽ primo quidẽ doceri virtutẽ voluit: nunc cõtra adniti videtur, vt quoduis aliud potius q̃ scientia virtus appareat: quo pacto minime omnium doceretur. Equidem o Protagora videns hæc omnia sursum, deorsumq̃ grauiter perturbata, vt in lucẽ veniant, vehemẽter affecto. Velim autẽ his inter nos enarratis, quid virtus est ostẽderemus, rursusq̃ vtrũ doceri possit nec ne monstraremus. Nec sepe nos Epimetheus ille fallat in cõsideratione decipiens, quẽadmodũ in distributione neglexit vt tu narrabas. Prometheus eñ ea in fabula mihi magis q̃ Epimetheus placuit, quo vtẽs & vniuersę vitę meę prouidẽs, hęc oĩa tracto. Atqui si ipse velles, vt ab initio dixi, libẽtissime de his reb⁹ tecũ deliberarẽ. Tũ Protagoras, studiũ hoc tuũ, inqt, o Socrates sermõisq̃ discursum laudo. Et eñ cũ cætera, nisi me fallit opinio, a me absint vitia, inuidia certe oĩm remotissima. Et de te qdẽ multis iã dixi, me oĩm quos cõuenerim maxime te admirari, æqualiũ certe q̃ maxime. Addo quinetiã nil mirũ mihi fore, si sapiẽtię studio clarus euaseris. Ac de his alias quãdocũq̃ voles edisserem⁹. Nũc iã hora est vt me ad alia cõferã. Ita inquã agendũ est, si tibi videt, quãdoquidẽ & ipse iamprídẽ alio abire cogebar vt dixi: verũtamen vt Callię honesto adolescenti morem gererem, persttiti. His dictis atq̃ auditis abiuimus.

PROTAGORAE FINIS.

uiſcp vitādis,quęnā nobis potiſſima vitę ſalus eſſet?nū ars dimetiēdi?an apparētis potētia? Immo potentia hęc nos deciperet,& errore confundēs ſępe nos cogeret eadē alias aliter iudicare, atcp adſciſcere,in actionibuſcp & electionibus magnorū,ac paruorum ſępius pœnitere. Dimetiendi vero facultas apparens hoc abrogaret refelleretcp,veritatemcp apriens animo quietē daret in veritate manenti,atcp ita vitam ſeruaret. Conſentirēt ne hoīes ad hęc dimetientem artē ſeruare nos,an aliā? PRO. Hanc ipſam. SO. Quid porro?ſi in ipſa paris imparisve electione ſalus vitæ conſiſteret, qñ qđ plus eſt recte eligi oporteret,& qñ qđ min⁹,vel ipſum ad ſeipſum,vel aliud forte ad aliud, ſiue ꝓpe,ſeu ꝓcul ſit,qđ potiſſimū noſtrā vitā ſeruaret?nōne ſcientia?Et nō metiēdi qdē,cū exceſſus atcp defectus ars hæc ſit. Cū vero paris & imparis habenda ratio ſit,nō alia q̄ numerandi ſcientia. Concederent homines hęc? An non? PRO. Abſcp cōtrouerſia cōſentirent. SO. Poſtq̄ vero ſalus vitæ apparuit in recta voluptatis & doloris electione cōſiſtere,quo ad plura & pauciora,maiora,& minora,ꝓpinquiora, & remotiora ꝑtinet,nōne dimetiēdi primo facultas exceſſus,atcp defectus,æqualitatiſcp mutuę cōſideratrix? PRO. Neceſſe eſt. SO. Qm̄ vero metiendi facultas eſt,neceſſe eſt vt ars & ſcientia ſit. PRO. Admittēt. SO. Quę vero potiſſimū hęc ſciētia ſit,alias conſiderabimus. Sufficit in pręſentia ſciētiā eſſe,quātū ad eā ſpectat reſpōſionē,quā ego & Protagoras veſtrę eramus q̄ſtioni daturi. Hęc,ſi recordamini,erat quęſtio. Nos quidē cōſenſimus nihil ſcientia potētius eſſe,immo ſemꝑ vbicuncp adeſt,voluptati cūctiſcp aliis dominari. Tunc vos obiecistis voluptatem ſæpenumero ſcienti homini dominari. Qđ cū vobis nequaq̄ daremus,ſtatim ita vos rogaſtis:O Protagora atcp Socrates, ſi hoc nō eſt a voluptatibus ſuperari,ſed aliud quiddā,declarate vos quid iſtud. Si illico vobis reſpōdiſſemus inſcitiā eſſe, nos ꝓtinus riſiſſetis. Nūc aūt ſi nos deridetis,vos quocp ipſos irridebitis. Ipſi eñ vos paulo ante cōfeſſi eſtis defectu ſciētię aberrare illos qui in voluptatū & dolorū electione delinquunt. ea vero bona ſunt & mala. Necp defectu ſciētiæ tm̄ dixiſtis,ſed vlterius addidiſtis,defectu.ſ.ſciētiæ metiendi. Actio aūt aberrās abſcp ſciētia vt & vos nō latet,ab inſcitia ꝓuenit.quapropter qđ dici ſolet,a voluptatibus ſuperari extrema inſcitia eſt. Quā veluti morbū Protagoras hic & Prodicus & Hippias curaturos ſe quaſi medicos ꝓfitenē. Vos aūt quia aliud quiddā eſſe hoc q̄ inſcitiā opinamini,necp vos ipſos,necp filios veſtros hiſce ſophiſtis rerū harū doctoribus curandos traditis, quaſi virtus doceri nō poſſit, ſed cū pecuniis indulgeatis nimium,necp mercedē his p̄ceptoribus offeratis,priuatim publicecp delinquitis. Hæc plane vulgo reſpōdiſſemus. Nūc aūt vos etiā o Prodice, atcp Hippia vna cū Protagora hoc ꝑcontor,cōmunis eñ vobis hic ſermo, nūquid vera vobis loqui videar an falſa. Vere admodū dicta eſſe ſuperiora,viſum eſt omnibus. Cōceditis igiē inquā,qđ iucundū eſt, eſſe bonū,qđ triſte,malum. Diſtinctionem vero illam nominum,quā Prodicus hic inducere ſolet,reiicio,eiuſcp requiro iudiciū. Siue enim voluptarium,ſiue delectabile,ſeu lætum,ſeu quomodocuncp aliter nomines optime Prodice,hoc mihi nunc ad quod volo,reſpondeas. Subridens Prodicus aſſenſus eſt,& alii pariter cōſenſerunt. Tū ego, quid ad hoc o viri?actiones omnes quæ ad iucunde & ſine moleſtia viuendū tēdunt nōne honeſtę & vtiles?honeſtumcp opus,bonū & vtile? Annuerūt. Si ergo iucūdum ipſum bonū eſt, nemo vel ſciens,vel exiſtimās alia meliora eſſe his quę fecit, ac poteſt,deinde hęc agit dū meliora poteſt. Qđ vero diciē ab affectibus ſuperari,nihil eſt aliud q̄ inſcitia: & qđ affectibus dominari, ſapientia. Placuit omnibus. Quid vero inſcitiā nōne tale qddā dicitis,qñ qs falſa opinione decipiē circa res plurimi faciēdas? Hoc quocp dederūt. Nemo vero libēs ad mala deſcēdit, vel ad illa q̄ mala exiſtimat. Necp hoc vt videē naturæ hoīs ineſt,vt ad ea quæ cenſet mala,loco bonorū declinare velit. Et cū e duobus malis alterū eligere cogiē,nemo qđ peius eligit,dū licet qđ eſt minus malū eligere. Hæc oīa cunctis nobis rata habenda viſa ſunt. Quid inquā timorē ac terrorē vocatis? Nūquid qđ ego erga te dico Prodice? Expectationē porro quādam mali,ſiue timorem,ſeu terrorē dicatis, ipſe voco. Viſum eſt Protagorę,atcp Hippię timorē ac terrorem hoc eſſe: Prodico aūt timorē quidem eſſe hoc, terrorē vero minime. Nihil id refert inquā o Prodice,ſed iſtud ſi vera ſunt ſupra dicta. Volet ne aliqs ad illa ꝓficiſci q̄ metuit,dū licebit ad ea q̄ minime timet? An fieri neqt ſecundū ea quę iā cōceſſimus? nā quę qs metuit,conſtitit ꝙ mala eſſe putat,ꝙcp nullus ſponte ad illa deſcendit & accipit quæ mala exiſtimat. Hæc quocp omnibus placuerūt. His ita ſuppoſitis o Prodice, inquam, & Hippias primā eius reſponſionem Protagoras coram vobis tanq̄ veram defendat,immo vero nunc non primam. Inquit enim primo,ex quincp virtutis partibus nullam talem eſſe, qualis eſt alia, & vnamquācp propriam habere potentiam. Non hoc exigo nunc,ſed qđ poſtea dixit. Inquit enim in ſequētibus, quatuor virtutis partes ſatis inuicem propinquas eſſe: vnam vero illarum ſcilicet fortitudinem,a reliquis longe differre. Qđ inde conici poſſe dicebat,ꝙ plericp inuenirentur fortiſſimi viri,qui tamē ꝓphaniſſimi, iniuſtiſſimi,intemperantiſſimi,& inſipientiſſimi eſſent. ex quo patere volebat fortitudinem ab omnibus aliis virtutis partibus plurimum differre. Cuius ego reſponſum ſtatim vehementer ſum admiratus,multocp etiam magis poſtq̄ vobiſcum hęc tractaui. Quare ab illo ſciſcitat⁹ ſum,vtrū fortes au

A voluptatib⁹ ſuꝑari extrema iſcitia eſt.

Inſcitia.

proprie ad hominē pertinentiū. Iustitiā quoq; scientiā bonorū malorūq; ꝓ meritis distribuendorum. Fortitudinē aūt scientiā circa bona & mala audendi atq; metuēdi. Temperātiā deniq; sciētiam circa bona malaq; similiter asciscendi atq; fugiendi. Meminisse præ cęteris hic oportet Platonē & hic & sępe alibi innuere sapientiā nō tā humano studio cōparari, q̄ purgatis mentibus diuinitus infundi solere. Quippe cū animus huic coniunctus corpori, ad res penitus a corpore separatas reddat̃ ineptus, & quasi noctua sub nimio diuinorū splēdore caliget. Quapropter Socratica ad sapiētiā adhortatio nō tā ad speculationē pertinet q̄ ad mores. Quibus tandē purgatus animus sapiētiā a deo & scientiā prudentiāq; cōsequit̃. Per hęc Socrates dū a Sophistis exhortationem ad philosophiā q̄ est sapientię studiū, exposcere simulat, ipse interim aptissima quadā dissimulatione ad philosophādū mirabiliter adhortat̃. Verūtamen nōdū sophistę exhortationē vel pro seipsis vel ꝓ aliis saltē accipiunt, sed per solitas iterū ineptias reuoluunt̃. Vbi apparet q̄ pertinax, vel in vitiis, vel in nugis semꝑ sit ingenium vel inique natū, vel perperā educatū. Inter hæc aīaduerte diligentissime diuinā Platonis sententiam, qua iubemur virtutis sapiētięq; cōsequēdę gratia ꝑpeti nō solū icōmoda, iacturas, labores, & seruitutē, verū etiā si speremꝰ ex ipa dissolutiōe nostri meliores deniq; euasuros. ꝑmittere nos illi q hoc ipm ꝑmiserit, excoriādos liquefaciendosq; ac penitus dissoluendos. Vbi apparet quantum animi bonum rebus pręstet corporeis, & quātū ꝓbādi sint veteres illi fortissimi martyres Christianorū. Huic illud simile: Qui aīam amat suā in hoc mūdo ꝑdet eā: q vero hic eā ꝑdiderit, eādē in æterna vita recipiet. Proinde Socrates sophistarū captiunculas confutās demōstrat cōtra sophistas facillime posse sophismata retorqueri, ꝑsertim qa cogit eos & sibimet repugnare, & absurdissima cōfiteri. His actis rursus similē superiori formulā simulādo, declarat nihil boni auditores a sophistis accipe, sophistasq; ipsos veluti perditissimos ad bonam frugem reuocari non posse. Q m̄ vero tria hęc nomina inter disputandum, sapientiā, scientiam, prudētiā, sępe repetit, animaduertendū est, vbi obseruantius loquitur sapiētiā definire diuinorū cognitionē, sciētiā naturaliū, prudētiā humanorū. Vbi vero minus obseruanter, sciētię noīe ad tria hęc significāda vti solere. Sed vbi liberiꝰ, singulis pariter ꝓ oībus vti. Pręterea duo adducit artiū genera, earū. s. q̄ efficiāt oꝑa, & earū q̄ factis vtant̃. Et q̄m ars q̄ vtit̃ alterius artis opere, tū finē illi fabricādi ꝑscribit, tū exēplar adhibet oꝑis absoluēdi, nō iniuria vtentē artem facienti dignitate ꝑponimus. Attēde hic Platonē tā paruifacere facientē artē, tā magnifacere vtētē, vt apertissime velit, si quis vel materias oēs in aurū pro arbitrio possit cōuertere, immo & immortalitatem ipsam inter hoīes cōparare, nihil sibi vel tātā auri molē vel immortalitatē nisi vti sciuerit ꝓfuturā. Attēde iterū cōmunē hic oratorię artis abusum sophisticę similē prorsus vituperari, tanq̄ fascinationis maleficę speciē, vbiq; ad inficiēdos ꝑturbationibus aīos venefice cōtendentē. Simili quadā ratione cōmunē poesis abusum alibi detestat̃. Sed quia hic in artibus numerandis nominat dialecticā, ne quorūdam more dixerim dialecticen, nam dialectica mihi latinius sonat, meminisse oportet Logicā apud Platonem significare artem regulas noīm, orationū, argumētationūq; disponētē: Dialecticā vero sagacem philosophātis indaginē regulis his vtentē ad rationes rerū inuestigandas, diuinarū præsertim, a quibus rerū quoq; sequentium summę rationes accipiuntur: ideoq; dialecticā plerūq; apud Platonem Theologiam nobis significare. Nominat ibidem artem regiā atq; ciuilem. s. prudētiam humani generis feliciter gubernandi. Quæ quidem siue in persona priuata siue publica sit vel vna vel multis, æque ab ipo tā ciuilis q̄ regia nūcupat̃. Huic ꝑfecto tāq̄ reginę oēs subiicit facultates, quæ in agēdo faciēdoq; versant̃, quibus ipsa dat leges, ac tanq̄ instrumētis vtit̃ & ancillis. Subiicit similiter theologię sciētias oēs q̄ versant̃ in speculando, ad quā hæ ita se habeāt, queēadmodū priuatę artes ad regiam. Quāobrē Socrates dū in ipsa formula superiori formulę rursus cōtinuata facultatē q̄rit ad felicitatē potissimū conducentē, merito dimissis aliis ad regiā Theologiāq; cōfugit. ꝑsertim cum felicitas in optimo rerū vsu cōsistat: hę vero rectissimū, tū speculandi, tum agēdi & faciēdi vsum afferre omnibus per oīa studeāt. Idē tradidit in Philebo, idē in vltimo Legū, idē in libris de Rep. vbi ad generis humani felicitatem futurū gubernatorē in theologia primū, deinde in ciuili instruit disciplina, asserēs diuinā ipsam boni ideā, vix tādē a solo legitimo theologo ꝑcipi, ac nisi ꝑcepta fuerit, nō posse quicq̄, vel priuatim, vel publice recte agi feliciterq; disponi. Q̄uis autē ita sit, Socrates tamē hic inter adolescētes atq; sophistas mysteria hęc reuelanda non censet. Mos enim Socraticus adolescentes exhortatur solum, sophistas solum cōfutat, viros deniq; legitimos docet. Hic ergo sub ironia atq; dissimulatione eiusmodi tangit mysteria, seq; simulat hesitare, & quasi inter sophistas vertiginosos pati vertiginē. Forte vero ambigere propterea simulat vtrū theologia ciuilisq; prętet felicitatē, quia neq; theologię, neq; ciuilis disciplinę absolutam perfectionē humana quadā via, sed diuina potius inspiratione haberi posse sępe cōfirmat. Quapropter nō iniuria humanis diffisus viribꝰ, felicitatē in diuinā refert munificētiā, in quā & theologię sapiētiā, & ciuilis prudentiā ꝓculdubio retulit. Eo deniq; pacto hęc omnia nobis accipienda sunt, vt humana quidem officia mētes ad felicitatē præpa

Argumentum Marsilii Ficini in Euthydemum.



LATO Insignis charitate vir in Euthydemo quẽadmodum & sępe alibi, studet animos ad seria natos a vanis sophistarũ nugis auertere, ostendẽs eos vel vbi de rebus grauissimis agit,ludere,speq; audiẽtiũ vbiq; deludere.Hos aũt & alibi aliter, & hic ita describit,curiosos & vanos in verborũ altercatione certatores,promptos ad qđuis dictũ,seu verum,siue falsum sit, refellendum. Primo quidẽ ostendit ꝙ auarũ sit ingeniũ sophistarũ,cũ Euthydemus Dionysodorusq; fratres sophistę,artẽ militarẽ, qua gloriant,parati sint mercede docere,quã nullus vnꝗ vendidit.Deinde ꝙ ambitiosum.Quippe cũ iudicialẽ ꝑitiã vna cũ militari,& vtrãq; vna cũ sophistica,quę lõgissime inter se discrepãt,simul ꝓfiteant.Tertio ꝙ vanũ.nẽpe iã senes a rebus ad verba,a veritatis studio ad mẽdacia sese cõferũt.Quarto ꝙ contẽnẽdũ.Breui eñ & ad summã biẽnio quilibet cauillatoriã hanc assequit facultatẽ.Quinto ꝙ ꝑiculosum.Nã cui mirũ videri debet simplices adolescẽtes fucatis sophistarũ argutiis facile irretiri,falsisq; inde opinionibus ꝑniciosisq; moribus imbui, quãdo qđe & Socrates ipse senex sapiẽtissimusq; fingit eadẽ esca illaqueatus,admirabundusq; ad sophistarũ gymnasia ꝓperare! Adde ꝙ & Socraticus ille dęmon q a nullo decipi posse videt,a sophisticis horũ nebulonũ ꝓ̃stigiis fingit esse deceptus.Interea Socrates etiã in senectute scholas puerorũ,& ludos musicę,verborũq; rudimẽta frequẽtans,nos admonet,primo quidem nequid ad disciplinarũ ꝑfectionẽ vel minimũ cõtemnam⁹. Deinde ne vt sępe accidit, subrustico quodã verecũdię rubore a disciplinæ studiis arceamur.Tertio vt Solonis more tãdiu discẽdũ nobis esse cẽseamus,ꝗdiu viuẽdũ.Proinde ꝙ sophistę Socraticã aduersus eos ironiã nunꝗ animaduertũt,immo vero nihil tã magnificũ in eorũ laudes adducit,quin facillime credãt palãq; recipiãt,duo nobis declarat ꝓ̃cipue:alterũ qđe,nihil vanius his nebulonib⁹ reperiri posse: alterũ vero,eos q ad alios fallẽdos impẽsius studẽt,nimirũ sua ipsorũ fallacia facillime falli. Præterea ꝙ prestigiatores eiusmodi virtutẽ quã pollicent,neq; ꝓ̃stant vnꝗ, neq; ad ipsam alicubi exhortãtur, sed ad consuetas verborũ cauillationes vbiq; refugiunt,easq; quasi res serias studiis aliis quasi ludis ꝓculdubio anteponũt,tria potissimum nobis significat. Primũ: eos q virtute ipsi ornati nõ sunt, eã nunꝗ vel ratione,vel exẽplo posse docere.Secundũ:homines verborũ nimiũ curiosos,res bonas nũꝗ vel consequi,vel afferre.Tertium:eos q facillime plurima pollicent,minime oĩa ꝓmissa seruare.Accedit ad hęc ꝙ Socrates sophistas ad docendã virtutẽ allicit discipulorũ diuitũ plurimorũq; turba tanꝗ ambitiosos nimiũ & auaros.Sed ibi sub ꝑsona Critonis admonemur, ne temere cuilibet curãdum animum cõmittamus.Qꝫ vero Socrates sophistas dũ virtutem promittũt, interim quasi deos obsecrat,aperte declarat ab ipso deo virtutẽ esse ꝑtendã,hoĩesq; virtute preditos quasi diuinos habendos esse.Itẽ ꝙ illos ob virtutis studiũ regib⁹ beatiores existimat,plane significat virũ virtute præditum primo quidem suiipsius,deinde & regum esse regẽ.Docet pręterea Socrates in Clinia curãdo quanta cũ charitate quãtã curandæ iuuentuti adhibere diligentiã debeamus. Mox vero sub insolentissimorũ sophistarũ pollicitationibus parturiũt mõtes,nascetur ridiculus mus. Sed & notanda est ibi hyperbolica quędã ad vanos hoĩes deridendos Socratis ironia. Deinde incõparabilis vanitas nebulonũ ꝓ rebus verba,& illa qđe ineptissima vbiq; prestãtiũ,cũq; exhortationẽ ad sapientiã promiserint,ad pueriles ineptias relabentiũ.Tũ Socrates vniuersum sophistarũ gymnasiũ ait ludum esse verborũ,eosq; rerum naturam omnino latere,atq; artificiosas illorum telas,sola verborum expositione significationisq; distinctione posse dissolui. Obsecrat deinde facetissima quadam ironia sophistas,vt post ludos ad seria veniant,proponitq; formulam quandã,ad cuius exemplar exhortationẽ ad philosophiam ab illis exoptet.In eiusmodi formula felicitatem primo quidẽ communi notione describit bene viuere.Deinde hoc ipsum bene viuere vel in ipsa rerũ ad votum cõsecutione, vel in recto rerũ ipsarum vsu probat consistere.Atq; vtrinq; ꝑ inductiones concludit sapientiã,cũ sola & consequatur res ad votũ,& vtat recte,solã beatos efficere.Ibiq; talis in inductionibus ordo conspicit,vt si ꝑ singulas vitæ partes sapientia tũ ad votum cõsequit,tũ recte vtit,cõsequentẽ in vniuersa vita finem vitæ communẽ summumq; bonum sapientia eadem affert in consecutione ꝓspera rectoq; vsu consistens.Inter argumentandum vero præclara fulget sententia sectæ Stoicæ fundamentum,externa videlicet & corporea esse indifferentia potius & cõmunia,ꝗ aut bona,aut mala dicenda.Proprie vero bonam esse sapientiam,malam vero insipientiam.Siquidem per illam bona omnia,ꝑ hanc omnia mala nobis euadunt.Ideoq; sapientiam solam beatos facere posse.Qꝫ vero in scientia potestas ad felicitatem tota consistat,tria ipsa felicitatis noĩa a priscis Græcorũ auctoribus instituta declarant.s.Eudæmonia,Eutychia,Eupragia.Primũ significat cognitionẽ boni,secũdũ cõsecutionẽ,tertiũ vero vsum: quæ oĩa scientia nobis ꝑficit.Quã boni sciẽtiã Plato & hic,& alibi dicit quodãmodo oẽm esse virtutẽ.Sapientiã quidẽ esse absoluti diuiniq; boni sciẽtiã. Prudentiã vero scientiã bonorum malorũq;

bonũ virtute preditos quasi diuinos habendos & regibus beatiores cũ regum q; rege cũ dicendos.

quotidie ridēt,& Connū ipsum senum magistrū nūcupant. Ne ergo hoc idem aliquis hospitib⁹ his obiiciat,& illi hoc deterriti,me recusent,alios quoq; nōnullos o Crito natu grādes mecū illuc discēdi gratia ꝓficisci sum exhortatus:hic itē aliis psuadere conabor.Sed cur nō & tu venis,filios tecū ducens?Porro cū viderint,quia sperabunt filiorū quoq; tuorū cōcursum,his quasi illecebris adducti libētius nos erudiēdos excipiēt.CRI.Nihil prohibet Socrates,si tibi videt̄.Verū prius quę illoꝝ sapiētia sit enarra,vt qd percepturi simus cognoscā.SO.Haudquaq̄ nunc ante obiiciam, ꝙ nō satis recorder,quia minus attēderim:immo & incubui diligēter & memini,tibiq; a principio cuncta referre conabor.Equidē diuina quadā sorte in gymnasio solus vbi me vidisti,sedebā,iāq; inde discedere cogitabā.Sed statim surgenti mihi solitū illud dęmonicū signū obstitit.Restiti itaq;,ac paulo post ingressi sunt hi,Euthydem⁹ Dionysodorusq; & alii multi cū illis,qui illoꝝ mihi discipuli videbant̄.Ingressi autem in ipso adoperto cursu deambulabāt.Neq; dum bis aut ter iter illud exegerant,cū aduētauit Clinias ille,quē profecisse dicis,& vere loqueris.Eū secuti sunt amici & alii multi,& adolescēs quidā Ctesippus Pęanus,ingenio quidē bonus & pulcher,sed ipsa iuuētute lasciuior.Intuit⁹ me ab ingressu Clinias sedētem solū,cōtra venit,& ad dexterā meā sedit,vt & ipse ais.Cū vero eū Dionysodorus Euthydemusq; vidissent,primū quidē nobis adstātes inuicē differebāt,hinc atq; illinc in nos oculos conuertētes.Ego enim illos diligētissime obseruabam.Deinde ꝓpius accedētes cōsederunt:Euthydemus quidē iuxta ipsum adolescentē:Dionysodorus autē iuxta me ad sinistrā,alii vero vtcūq; contigit.His igit̄ cōgratulatus sum,vtpote qui diu illos nō viderā.Post hęc ad Cliniā conuersus inquā, Isti quidē o Clinia viri Euthydemus Dionysodorusq; nō in rebus paruis sunt,sed maximis sapiētes. Nam quę ad rem militarē ptinēt,sciunt omnia quot nosse debet qcunq; strenuus dux exercitus est futurus circa acies ordinesq;,& exercitus instructiones,& pręlia.Possunt quinetiā causidicū quēuis efficere,accusatorēq; acerrimū eorū qui iniurias intulerunt.Illi me illa locutum cōtempserūt,seq; inuicem inspiciētes subrisere.Atq;,inqt Euthydemus,haud amplius hæc serio tractamus o Socrates, sed his intermittēdi studii gratia vtimur.Qd ego admiratus,inquā:q̄ præclara studia vestra sunt, si res tantę quasi intermissiones quędā iociq; a vobis habent̄.Dicite per deos obsecro,quod hoc vestrū tam egregiū opus?EV.Virtutem o Socrates arbitramur facillime atq; optime omniū docere posse. SO.Prò Iupiter, q̄ preciosam rem pollicemini.Qua sorte potissimū lucrū istud vobis obtigit?Equidem ita de vobis cogitabā hactenus vt modo dicebā,quasi de viris in re militari pręstātibus, idq; de vobis prędicabam.Memini enim cū huc primū venistis,hoc solūmodo fuisse professos. ꝙ si nūc reuera sciētiā hāc adepti estis, estote propitii,ꝑfecto vos perinde ac deos aduoco,obsecrans vt superiora errata mihi nūc ignoscatis.Verum videte o Euthydeme Dionysodoreq; vtrū vera loquamini.Neq; mirū videri debet,siquis rei istius quā pollicemini magnitudinē ęstimans,difficile credat.EV. Certe scito ita esse o Socrates.SO.Beatiores equidē vos ob huius rei possessionē q̄ ob regnū suū magnū regem existimo.Verū dicite quęso,vtrum ostendere hanc sapientiā cogitetis,an aliter vobis sit cōsultū.EV.Ad hoc ipsum o Socrates venimus,tāq̄ demōstraturi atq; docturi siquis discere cupiat.SO. Atqui ꝙ volēt oēs quicūq; carent,ipse vobis quasi spōsor affirmo.Ego quidē primo, deinde etiā Clinias hic,pręterea Ctesippus ipse,aliiq; pręsentes.Ostendi eñ illis Clinię ipsius amicos, qui nos iā circūstabant.Ctesippus forte ꝓcul a Clinia sedebat.Cū vero Euthydemus inter disputandū ad anteriora ꝓcedens Clinię inter nos medio sese opponeret,& Ctesippo ei⁹ impediret aspectū, surrexit Ctesippus,& primus e cōspectu nostrū stetit,vt & videret amicū,& disputātes audiret.Similiter & alii hūc secuti nobis ꝓtinus adstiterūt,tā Clinię amici,q̄ Euthydemi & Dionysodori comites . Hos ego oēs digito signās Euthydemo pollicit⁹ sum illius fore discipulos.Ctesippus igit̄ vehemēter est assensus, nec nō alii,iusserūtq; sapiētiæ vim ostēdere.Tū ego,o Euthydeme atq; Dionysodore,his ꝓrsus gratificari velitis,& mei gratia demōstrare.Plurima qdē talia sunt,vt ostēdere illa opus ꝓlixum sit futurū:id aūt mihi dicite,vtrū hoīem dūtaxat iā psuasum ꝙ discere a vobis oporteat,bonū efficere virū potestis?An illū p̄terea q nōdū fuerit psuasus,qa nullo pacto doceri posse virtutē putauerit? vel forte vos illi⁹ nō esse magistros?Nūqd artis eiusdē opus est homini sic affecto psuadere ꝙ & doceri virtus potest,& ipsi vos estis a qbus optime quilibet discat? sic ne,an aliter?Huius eiusdē inqt Dionysodorus artis est opus o Socrates.Vos itaq; prę cęteris,inquā,hoīb⁹ optime ad philosophię virtutisq; curā exhortaremini.Sic arbitramur o Socrates.Cętera,iquā,postea ostēdetis.hoc vero nūc ostēdite: persuadete quęso huic adolescētulo ꝙ philosophię virtutisq; studio totis sit virib⁹ incūbēdū,mihiq; & his oībus morē gerite.Porro adolescētulus hic vsqueadeo mihi & his oībus curę est,vt eū in optimū virū euadere summopere studeam⁹.Est aūt Axiochi filius ex maiore Alcibiade nati:minoris aūt Alcibiadis q nūc est,patruelis.Nomē eius est Clinias.Cui cū in tenera ętate sit,vt decet,timem⁹neqs forte nos p̄ueniēs alio eius animū flectat atq; inqnet.Quare vos popportune venistis.Et nisi qd ꝓhibet,pueri huius periculū facite,nobisq; p̄sentib⁹ cū illo differite.Cū hęc ferme dixissem,Euthydem⁹

Maior & minor Alcibiades.

rēt,pręcipue sub theologica ciuiliq; disciplina rectissime gubernata: Dei vero ipsius clemētissima bonitas,summū hoīs bonū p hęc quasi media ad ipm cōuersis deniq; largiat. Statuerā hic satis honestū argumēto immo vero cōmentario finē imponere,verū detinet me adhuc necessaria qstio, ad qd cōducat frequēs Socratis ironia,quæ qdē semp Socratis bona dissimulat,sępe vero bona simulat superborū: & quātū semp Socrati derogat,tantū sępe supbis arrogat:atq; id qdē iocis facetiisq; frequētibus efficit,& sępius vltra fidē,vt in se qdem deprimēdo audientes reddat modestiores:in superbis vero supra fidei modū extollēdis,supbiam reddat oīb⁹ deridēdā.Profecto qui pręter modū laudātur a Socrate,si nō oīno pditi sunt,rubore cōfusi seipsos emēdant:sin vero iā pditissimi,nō ipsi iā, sed psentes correptionis eius exēplo tam ridiculā supbię vanitatē cautissime vitāt. Est aūt Socratica ironia,res admodū artificiosa,vrbana,faceta,venusta.Tutius veritati adstipulat,odiūq; declinat,dū & pfessionē apte dissimulat,& prius sibi derogat manifeste,q̄ vel clam derogare alteri dephendat: & qd maximū est in vitiis corrigēdis,fugit maledici notā.Per hāc vtiq; ppe huius dialogi finē sophisticę cauillationis vituperationē in tria colligit capita. Primū q; pbatissimi quiq; nugas eiusmodi aspnant.Secundū q; sophismata seipsa cōfundunt.Tertiū q; vel pueri hęc tanq̄ leuissima biduo assequūtur.Mox a Sophista descēdit ad rhetorē.Vterq; eñ ciuilē virtutē falso pfitet,vt scribit in Gorgia: & Sophista qdē philosophi speculationē,rhetor autē moralem philosophi disciplinā simulat pcul a vero. Ostēdit aūt rhetores atq; oratores dū se & philosophos & ciuiles simul pfitent,esse ad vtrūq; prorsus inutiles.Cōcludit postremo dialogū gemina optimaq; sentētia.Altera qdem,curādū magis esse vt bene sint filii,q̄ vt sint:atq; vt illos relinquas bonos,poti⁹ q̄ illis relinquas bona.Altera vero, oīno esse philosophādū:quādoquidē philosophia ipsa res est diuina:neq; vel ob falsos eius pfessores,vel ob mendaces calumniatores dimittendam esse possessionem adeo preciosam.

ARGVMENTI FINIS.

EVTHYDEMVS,VEL LITIGIOSVS, TRANSLATVS E GRAECA LINGVA IN LATINAM A MARSILIO FICINO FLORENTINO, AD PETRVM MEDICEM VIRVM CLARISSIMVM.

PERSONAE DIALOGI.

CRITO.SOCRATES.EVTHYDEMVS.DIONYSODORVS.CLINIAS.CTESIPPVS.

CRITO.



VISNAM Ille erat o Socrates, quicū heri in Lycio disputabas? Nempe turba frequens circumstabat. Quare licet propius accederem audiēdi auidus, nihil tamen aperte percipere poteram.Cum vero in pedes erectus inspicerem,mihi visus est hospes quidam esse,quicum disserebas.Quis ille? SO.De quo interrogas Crito? Non enim vnus tantum,sed duo aderant.CRI.Tertius ad dexteram tuam sedebat is,cuius nomen audire pcupio.Medius aūt adolescētulus ille Axiochi filius, q mihi visus est satis admodum pfecisse. Critobuli quidē nostri ferme ęqualis est.Verum ille aridiori quodam corporis habitu,hic grandioris speciē præ se ferre videt,honesta sane indole atq; egregia.SO.Euthydemus is est quē quæris o Crito.Qui vero ad sinistram sedebat, Dionysodorus eius frater, qui disputationis particeps simul extitit.CRI.Neutrū cognosco o Socrates.SO.Noui qdem hi vt vident Sophistę.CRI.Quænā horū patria est? quę sapiētia? SO.Chii sunt vt arbitror,patria:Thurios populos petiere.Vnde digressi multos iam annos his in locis versant.Sapientia vero illorū mirabilis est o Crito.In oīb⁹ certe sapiētissimi.& hactenus ignorabā equidē perfectos athletas esse.hi enim ad oēe certādi genus potētes sunt, nō queādmodū Acarnani fratres athletę.Illi nāq; corpore tantū valēt,hi vero corpore primū pugnare maxime possunt,& eo genere pugnę,quo oīa superant.sane ad rē militarē īstructi sunt plurimum, & queuis aliū mō mercedē exponat,ad eā rē strenuū virū reddere possunt.Deinde iudicialē pugnā, & ipsi tractare expedireq;,& vnūquēq; instruere possunt ad scribēdas causas & orādas.Hactenus qdē harum rerū dūtaxat periti erant,nunc autē perfecte athletarū facultati finē imposuerunt.Qd enim deerat certandi genus,nup assecuti sunt,vt nemo illis valeat reluctari,vsqueadeo in verborū altercatione fortes euaserūt,promptiq; ad quoduis dictū seu verū siue falsum sit,refellendum.Quapropter o Crito his me viris tradere cogito.pollicent eñ queuis alium breui se eorūdem compotem reddituros.CRI.An nō te grādior ætas absterret o Socrates? SO.Minime Crito.Est eñ qd me solet,neq; diffidere sinat.Nēpe & hi iā senes vt ita dixerim, huic se facultati quā ego nūc exopto,cōtētiosę videlicet dedideRūt.Nā ante biēnium eā nōdum callebāt.Vnū vero hoc tātū vereor, ne his dedecori sim queādmodū Cōno Metrobii filio citharistæ,qui me etiā nūc fidibus docet.Pueri igit cōdiscipuli me Q; ætas grādior nō debeat absterrere a disciplina

Qui gryphi dicantur ludi.

Hæc omnia ludi quidã in disciplinis sunt.quapropter ludere tecum istos existimo. Ludum autẽ hac de causa nuncupo,quia & siquis multa generis huius vel omnia nouerit,rerũ quidẽ naturas nihilo minus intelliget,ludere tamẽ ex ipsa nominũ differentia aduersus hoĩes poterit,quasi interiecto crure ꝓsternens eorũ more qui sedere volẽtibus furtim subsellia subtrahũt,& effusius rident, cũ vidẽt aliquẽ cecidisse supinũ.Hęc igiť & tu pro ludis quibusdã ab his accipe.Deinceps aũt seria tibi hi tractabũt,egoq; ab illis quæ ꝓmiserũt exposcam.ꝓmiserũt porro se exhortatoriã sapientiã ostensuros. Nunc autẽ mihi videnť putasse prius tecũ esse iocãdũ.Satis ergo hactenus o Euthydeme Dionysodoreq; vobis sit lusum.Ostẽdite iam qđ sequiť.Restat nẽpe vt ad virtutis & sapiẽtię studiũ hũc adolescẽtulum exhortemini.Verũ primo ipse exẽplar quoddã & formulã exhortationis illius quã postulo vobis pręfiniã.Qđ si rustice & absurde pręscribere videor,ne derideatis obsecro.Nã sapiẽtię vestrę audiẽdę auiditate percitus ineptias nũc meas ostẽdere vobis audeo.Audite igiť sine risu vos & discipuli.Tu autẽ mihi Axiochi filii responde,vtrũ oẽs bene agere,hoc est bene viuere cupiam⁹.An forte questio hęc vt formidabã ex eorũ numero est quę ridicula sunt?Demẽtis eñ hoĩs est hęc talia in cõtrouersiam trahere.Nam quis est hominũ qui bene viuere nõ cupiat?CLI.Nemo.SO.Age postq̃ bene viuere volumus,quo pacto hoc assequi possumus?Nũqd si bona multa nobis adsint?an ineptior est qui de hoc ambigit?Constat enim ita esse.CLI.Cõstat sane.SO.Bona vero ex omni rerum genere quęnã sunt?An forte neq; id arduũ est inuẽtu,neq; ab elegãti ingenio dubitandũ?Quilibet eñ diceret esse bonũ,diuitẽ esse.Nõne?CLI.Maxime.SO.An nõ & sanũ esse & pulchrũ,cęterisq; corporis dotibus frui?CLI.Certe.SO.Quinetiam nobilitas generis & potentiæ & honores in sua cuiq; ciuitate sunt bona.CLI.Et ista.SO.Quę pręterea bona restãt?Si dixerimus tẽperantiã,iustitiã, fortitudinẽ esse bona,nunqd recte?CLI.Dubitaret forte qspiam.SO.Tu vero qd ais?CLI.Bona ꝑfecto dicẽda.SO. Sapiẽtiã vero quo in genere locabimus?Bonorũ ne?an aliter?CLI.In bonorũ genere.SO.Vide ne qd bonorũ ratione aliqua dignũ ꝓtermittamus.CLI.Mihi sane nullũ pretermisisse videmur.Tũc recordatus inquã,videmur o Clinia maximũ bonoꝝ omniũ postposuisse.Quid hoc,petit ille.Felicitatẽ inquã,hoc est rerũ consecutionẽ ad votum,quã vel imperitissimi homines summũ bonũ nuncupãt.

Definitio quedã felicitatis.

Vera loqueris ait.Tunc ego rursus pœnitẽtia motus,ferme inquã risum o Clinia hospitibus concitauimus?Quãobrem?SO.Quoniam cum felicitatẽ in superioribus posuerimus,modo iterum eadẽ de re loquebamur.Quid istud?Ridiculum porro qđ ante positum est,rursus proponere,bisq; eadẽ recensere.Qua ratione id ais?Sapientia inquã ipsa felicitas est,qđ quidem vel puer quiuis intelligat.Qđ ille tamen ob puerilem ruditatem admiratus est.sed ego affectũ eius cognoscens,hunc in modum interrogaui.Nõne o Clinia nosti ꝙ periti tibicines optime omniũ quicqd ad tibiarum vsum pertinet,consequũtur?Assensus est.Et eruditi grãmatici qđ ad literas,tum scribẽdas,tum legẽdas attinet? Prorsus.Sapiẽtes quoq; gubernatores optatũ nauigationis portũ prę cęteris assequunť?Ita est.Necnõ belli dux sapiens,qđ ad militiam spectat,securius expedit,& cum illo tutius q̃ cum ignorãte militabis? Absq; dubio.Et sapiẽs medicus ad optatam corporis valetudinẽ melius q̃ insipiens te ꝑducet,tuq; te ipsum libentius illi cõmittes?Certe.An ideo ꝙ putares felicius & ad votum sapientię cũ illo magis tibi res successuras?Consensit.Sapientia igitur omnibus humanis in rebus felices nos id est voti cõpotes efficit.Neq; eñ aberrat vnq̃ nec falliť sapientia vlla,sed recte opus peragit atq; assequiť,alioquin sapiẽtia nulla esset.Cõuenimus tandẽ nescio quo modo ita summatim esse dicẽdum,præsente sapientia haud vlterius felicitatẽ desiderari.His vero cõcessis rursus illum ꝑcontatus sum quid de his quę supra cõcessa fuerãt,sentiremus.Confessi eñ sumus si multa nobis sunt bona, bene beateq; nos viuere.Admisit.Num beate viuimus ꝓpter pręsentia bona,si nihil ꝓsunt nobis,an si ꝓsunt?Si ꝓsunt,ait. An vero cõferũt quicq̃,si habemus illa dũtaxat,nec tamẽ vtimur? Veluti si epulas multas poculaq; habemus,nec vescimur,nunqd iuuant?Nihil.Pręterea si artificibus exposita sint ꝑparataq; singula ad ipsum opus ꝑficiendum,ipsi vero nõ vtanť,num bene agent ꝓpter ipsam dũtaxat possessionẽ eoꝝ quę ad ꝑfectionẽ operis requirunť?Ceu si fabro ꝑparata sint instrumenta oĩa lignaq; sufficiẽter exposita,ipse vero nihil fabriceť,nunqd ipsa possessione iuuabiť? Nullo pacto inquit.Quid vero?siquis diuitias & bona quę diximus oĩa nactus nequaq̃ vtatur,nunqd erit ipsa bonorũ possessione beatus?Minime o Socrates.Oportet itaq; illũ,inquã,qui beatus futurus est, nõ solũ bona huiusmodi possidere sed vti.Nihil eñ sola possessio iuuat.Vera loqueris.Num possessio vsusq; bonorũ o Clinia ad beate viuẽdũ sufficit?Mihi quidẽ videť.Vtrũ ita dicis,si modo qs recte vtatur,an etiã si nõ recte? Si recte. Probe loqueris.Longe nãq; a beatitudine vt arbitror,alienior est qui aliquibus abutitur, q̃ q dimittit.Illi siquidem mala sunt,isti nec bona sunt neq; mala. Nonne ita dicendum? Probauit. Nunquid in effectione & vsu circa ligna aliud præter fabrilem scientiam,recte vti singulis efficit? Non aliud. Quinetiam circa vasa conficienda,rectum vsum scientia præstat? Annuit.Nonne & circa vsum bonorum quę supra retulimus,diuitiarum,sanitatis,& formę sciẽtia ipsa dux erat, docẽs recte his vti

Oportere felicẽ non solũ bona possidere: sed vti.

Sola possessio nihil iuuat.

Qui abutiť bonis ẽn beatus

fortiter nimiū & audacter,nihil ait o Socrates ꝓhibet,si modo velit nobis adolescētulus respōdere. Haud insuetū inquā illi hoc est.frequēter enim pręsentes hi cū eo disputāt,deq₃ multis interrogāt: quocirca cōsentaneū est vt respōdere nūc audeat.Quę sequunt̄ o Crito, vtinā pro dignitate recensere valerē.Neq₃ enim exiguū opus putandū,vt valeat qs inextimabilē illā sapientiā enarrare. Quare mihi nūc,vt & poetis,opus esse videt̄ Musarū,Memorięq₃ suffragiū inuocare prius,q̄ tātę rei narrationē exordiar.Euthydem⁹ hūc in modū vt arbitror est exorsus.Vtri sunt o Clinia hoīes qui aliquid discūt?sapiētes ne,an ignorātes?Puer autē ꝑpter quæstionis illius pōdus erubuit , & hæsitans oculos in me cōuertit.Ego vero ꝑturbationē illius animaduertēs,inquā.Bono animo esto Clinia,& quę tibi vident̄,viriliter isti respōde.Forte enim maxime te iuuabit.Ita loquēti mihi Dionysodorus inclinatus ad aurē ac ridēs ait,pędico tibi o Socrates,quicqd puer respōderit,cōfutatū iri.Interim respōderat Clinias,itaq₃ puerū mihi admonere nō licuit.Respōderat aūt sapiētes esse qui discūt.Ad quē Euthydemus.Vocas pręceptores aliquos,an nō?Assensus est.An nō pręceptores, discentiū præceptores sunt?queādmodū citharista atq₃ grāmaticus & tui & cęterorū puerorꝫ pręceptores fuerūt, vos autē discipuli.Cōsensit.Cū discebatis,nōdū sciebatis hęc eadē q̄ discebatis?Nondū. Nunqd eratis sapiētes quādo hęc ignorabatis?Nequaq̄.Si nō sapiētes,ignorātes igit̄.Oīno. Vos ergo dū discebatis q̄ ignorabatis,ignorātes discebatis.Annuit adolescēs.Ex hoc sequit̄,vt ignorātes discāt o Clinia,nō sapiētes,vt ipse putabas.Cū hęc ille dixisset,tāq̄ chorus significāte magistro,summo applausu conclamarūt riserūtq₃ illi Euthydemi & Dionysodori sectatores.Ac prius q̄ respiraret puer,bene atq₃ pręclare excipiēs sermonē Dionysodorus ait.Quid porro o Clinia?Quādo aliqua recitat grāmaticus,quinā pueri illa ꝑdiscūt?sapiētes ne,an ignorātes?Sapiētes,inqt Clinias.Ergo sapientes discunt nō ignorātes.Quare nō recte Euthydemo paulo ante respōdisti.Hic altius exclamarūt riserūtq₃ illorū astipulatores,Euthydemi Dionysodoriq₃ sapientiā admirati.Nos aūt quasi stupidi conticuimus. Cū ergo nos Euthydemus ad hęc stupidos redditos esse cognosceret,vt in maiorē quoq₃ sui admirationē traheret,nondū dimisit puerū,sed vlterius eū interrogauit,atq₃ illorū more qui in choro sūt ad saltandū promptissimi,duplicē circa rem eandē quęstionē inuertit,dicens. Vtrum discentes quæ sciunt,discunt,an quę nesciūt?Tunc Dionysodorus iterū mihi susurrans ad aures,Tale inquit o Socrates est & hoc,quale qđ supra fuit illatū. Prō Iupiter inquā q̄ præclara etiā superior nobis visa est quęstio.Ita semꝑ,ait,ineuitabiles q̄stiones ꝓponimus.Ideoq₃ videmini inquā apud discipulos vestros auctoritatē habere nō mediocrē.Interim Clinias Euthydemo respōdit,eos q discūt,quę ignorāt ꝑdiscere.Statim ille eū queādmodū & ante interrogauit.Scis ne ipse literas?Scio. Nōne oēs?Et omes. Qn̄ aliqs recitat,nōne literas recitat?Concessit.Ergo illa quæ scis recitat.quādoquidem ipse oēs scis literas.Admisit & hoc.Nōne discis quę quis recēset?Assensus est.An vero ignorās literas discis?Minime.Immo sciens disco.Nōne igit̄ quę scis,discis?siquidē omes scis literas.Annuit. Non recte itaq₃ respōdisti.Vix autē dixerat hęc Euthydemus,cum Dionysodorus tanq̄ sphęram sermonē assumens aduersus adolescētulum hæc intulit.Decipit te Euthydemus o Clinia.Dic mihi.An non discere est scientiam illius accipere qđ quis discit?Admisit Clinias.Scire autē nunqd aliud est q̄ scientiā ipsam iam habere?Concessit.Nescire igitur est nōdum habere sciētiam?Dedit & hoc.Vtri rem aliquam capiunt?qui habent,an q non habent?Qui nō habēt. An nō cōfessus es,nescientes homines ex illorum numero esse,q non habēt?Annuit.Discentes igitur ex illorum numero sunt q capiunt,non ex eorū qui habent.Probauit.Ergo qui nesciunt o Clinia discunt,non q sciunt.Post hæc vero tertio iam certamine oppugnare Euthydemus adolescētulum properabat.Ego autem succūbentem miseratus, vt eum paulum recrearem,ne forte nimium expauesceret,hunc in modum consolari cœpi. Ne mireris o Clinia,si insueti tibi sermones isti videtur:forte nāq₃ non ꝑcipis quid erga te hospites isti faciāt. Idem profecto faciunt isti qđ furentes sacerdotes illi qui Corybātes vocātur in mysteriis agunt,quādo in solio collocant illum quem sacris initiaturi sunt,variisq₃ iocis applaudunt, & choreas ducūt. Intelligere hęc te arbitror si modo & ipse initiatus es.Ludūt similiter isti nūc,& circa te choreas ducunt ac saltant,quasi nunc expiantes te,& postea sacris initiaturi.Itaq₃ in pręsentia existima primas qnasdam sacrorum sophisticorū cerimonias celebrari.nam primū qdem vt iubet Prodicus, ꝓprias nominum significationes oportet accipere.qđ & tibi hospites ostenderunt circa id qđ discere nominatur,cuius proprietatē minime nosti.Vtuntur enim verbo hoc homines ad eum actum significandum,quando aliquis ab initio rei alicuius scientiam nullam habens,deinde illius scientiam accipit. Vtuntur qnetiam verbo eodem ad animaduersionem illius significandam,q scientiam habens , hac ipsa scientia rem eādem quotiēs fit vel dicitur,agnoscit.Magis autem ꝓprie cogitare & aīaduertere hoc q̄ discere vocant,interdū etiam discere:id vero te latuit vt isti monstrarūt,idē videlicet nomē contrariis ab hominibus attributū,scienti qdem & nescienti.Simile autē huius est & illud qđ in secunda quęstione proposuerūt,interrogantes vtra discant homines,an quæ sciunt,an quæ nesciunt.

Mod⁹ initiādi Corybantum.

Prodicus.

quã dicit ab aliis rebus diuersa? Prorsus. Nonne q̃ illã dicit, id qđ est ꝓfert? Ita. Enimuero quicũq; qđ est quęve sunt dicit, vera loquit̃. Quãobrem Dionysodorus, si quę sunt dicit, vera ꝓdicat, neq; quicq̃ aduersus te mẽtit̃. Ita, inquit Ctesippus. Verũ qui hęc loquit̃ o Euthydeme, nõ ea quę sunt dicit. Ad quẽ Euthydemꝰ. Nõ existẽtia nõ sunt? Nõ, ait. Nusq̃ vero q̃ nõ sunt, existẽtia sunt? Nusq̃. Fieri ne potest vt aliqs circa ea q̃ nõ sũt qcq̃ agat, vt illa faciat aliqs existẽtia nusq̃? Nequaq̃ mihi videt̃, Ctesippus ait. Cũ rhetores ad populũ cõcionant̃, nihil ne agũt? Agũt aliqd. Si agũt, ergo & faciũt. Sequit̃. Ergo ipm dicere, agere est & facere. Cõsensit. Nullus igit̃ nõ existẽtia dicit. faceret nãq; aliqd. Tu vero cõfessus es impossibile esse vt aliqs nõ existẽtia faciat. Quapropter secũdũ orationẽ tuã falsa nullus loquit̃. Immo vero si loq̃t Dionysodorꝰ, vera & existẽtia loquit̃. Sic est Euthydeme, Ctesippꝰ ait. Nã existentia qdẽ quodãmodo dicit, nõ tamẽ ita vt se habẽt dicit. Qui vero istuc ais Ctesippe, Dionysodorus inquit? Sunt ne qui res ipsas vt habẽt se, dicãt? Sunt certe, respõdit ille, viri boni pręclari atq; veridici. Quid porro, interrogauit alter, bona nõne bene se habẽt? mala cõtra male? Probauit. Bonos autẽ & ꝑclaros hoĩes cõfiteris res ipsas ita vt se habẽt eloqui? Cõfiteor. Ergo boni viri o Ctesippe male mala dicunt. siquidẽ vt sunt enunciant. Maxime per Iouẽ. Et malos hoĩes male. ex quorũ numero ne sis ipse cauebis, si mihi credes, ne boni viri male de te loquant̃. Tũc Euthydemꝰ adiecit. Nũ quid illi & magnos viros magne, & calidos calide dicũt? Sũmopere, respondit Ctesippus: Et frigidos frigide dicunt, aiuntq; differere frigide. Tunc Dionysodorus. Cõuitiaris Ctesippe ait, cõuitiaris. Nõ per Iouẽ Dionysodore, nã te diligo. immo vero amice te moneo, & ꝑsuadere contendo nũq̃ me corã vsqueadeo mordere, vt dicas velle me hos ꝑdi quos charissimos habeo. Ego autẽ cũ illos irritari iã inuicẽ acriter ꝑsentirẽ, cũ Ctesippo iocatus inquã, decet nos Ctesippe vt mihi videt̃ ab his hospitibꝰ quę dant accipere, si modo impertire qcq̃ velint, neq; nominibꝰ altercari. Nã si ita ꝑdere sciũt hoĩes, vt ex malis & imprudẽtibꝰ probos prudẽtesq; efficiant, siue ipsi ꝑditionis talis inuẽtores extiterint, seu ab alio quodã didicerint, vt pro malo hoĩe bonũ restituãt. patet aũt eos scire: dixerũt enim artẽ nuꝑ sibi cõparatã, qua bonos ex malis hoĩes faciãt. si hoc inquã sciũt, ꝑmittamus vtiq; vt sic adolescẽtulum ꝑdant, modo efficiãt sapiẽtẽ, immo etiã nosipsos illis ita curandos tradamus. Qꝫ si vos iuniores reformidatis, ego certe velut homũculus quidã ex Caria, discrimẽ hoc subeam. leuius eñ in me vtpote seniore, discrimẽ. Me igit̃ Dionysodoro huic dedo quasi Medeę ex Colchis, vt me dissoluat, & si velit elixet, vel quodcũq; aliud mauult in me moliat̃, mõ optimũ virũ efficiat. Ctesippus quoq; inquit. Ego item o Socrates meipsum hospitũ volũtati cõmitto: & si me magis etiã q̃ nũc excoriare velint, excoriẽt, si modo pellis mihi mea nõ in vtrem cõuertat̃ vt Marsyę, sed in virtutẽ. Atq putat Dionysodorus hic ipsi me succẽsere. Ego aũt nõ succẽseo quidẽ, sed aduersus illa dico, quę in me nõ recte is loquit̃. Tu vero Dionysodore cõtradictionẽ ipsam ne cõuitium nomines. Aliud nãq; est contradicere, aliud vero conuitiari. Ad hęc coniecit Dionysodorus. Ita ne tu de cõtradicendo loqueris, quasi sit aliqd cõtradicere? Maxime qdẽ, Ctesippus ait. Tu vero nõ putas esse aliqd cõtradicere? Neq; tu, respõdit Dionysodorus, hoc ostenderes, cũ nunq̃ alterũ alteri cõtradicẽtẽ audiueris. Vera loqueris, ait. Sed audiamus in pręsentia: si tibi demõstro Ctesippum Dionysodoro contradicentẽ, nũquid sermonẽ huius vis polliceri? Prorsus, ait. Sũt ne, inq̃t, vnicuiq; rerũ sermones rationesq;? Sunt. Vt est vnaquęq; res, an vt nõ est? Vt est. Si recordaris Ctesippe, ait, paulo ante mõstrauimus neminẽ qđ nõ est dicere. Qđ. n. nõ est, nullus dicere nobis apparuit. Quid tũ? Ctesippus ait. Quid ꝓhibet hoc, quo minus ego & tu cõtradicamus? Tũ alter. Vtrũ cõtradiceremus, si vtriq; eiusdem rei sermonem rationẽve cogitaremus? An potius sic eadẽ loqueremur? Cõsensit. An forte cũ neuter rei rationẽ profert, inuicẽ cõtradicimus? vel sic neuter rei ipsius mentionem faceret? Id quoq; admisit. Num, inquit, cum ego rei rationẽ pronũcio, tu vero alterius cuiusdã, tunc demũ cõtradicimus? vel potius ego tunc rẽ dico, tu aũt oĩno nõ dicis? Non dicẽs autẽ dicenti quomodo cõtradiceret? Ad hęc Ctesippus obmutuit. Ego autẽ admiratus quę dicebant̃, Qua inquã ratione istud ais Dionysodore? Equidẽ cũ sermonẽ huiusmodi sępenumero ex multis audiuerim, semp admirari soleo. hunc siquidẽ Protagorę sectatores, eisq; etiã antiquiores, frequẽter vsurpare cõsueuerũt. Mihi vero semp mirabilis visus est, talisq; esse vt & alios & seipsum ꝑuertat. Reor autẽ veritatẽ ipsius me nũc abs te potissimũ auditurũ. num sibi id vult sermo vt falsa dicere ĩpossibile sit, oporteatq; illũ q̃ loquit̃, vera ꝓferre, vel oĩno non loq̃? Asseruit. Vtrũ falsa loqui qdẽ impossibile est, opinari vero falsa possibile? Neq; opinari, inquit. Ergo nulla est inquã falsa opinio. Nulla prorsus. Neq; inscitia insup, neq; hoĩes inscii. An nõ inscitia esset, si mõ esset istud, de rebꝰ. s. falsa sentire? Oĩno. Istud aũt nõ est inquã. Nõ certe, respõdit ille. Cõfabulãdi ne gratia o Dionysodore hęc inducis, vt mirũ aliqd inferas? An reuera tibi videt̃ nullus hoĩm inscius esse? At ipse, inq̃t, refelle. An refelli quicq̃ potest cũ nemo vt asseris mẽtiat̃? Nõ põt, Euthydemꝰ ait. Tũ Dionysodorus, nõ iussi igit̃ vt refelleres. nã quo pacto qs qđ nõ est iubeat? O Euthydeme in quã scita hęc atq; ꝑclara haud multũ edisco, sed quasi cursim attingo. forsitan ergo onerosum qđ ro

Marsyas excoriatꝰ a Phœbo cõuersusq; in flumẽ.

actioneq́ dirigens?Prorſus.Non ſolum igiť proſperā rerum conſecutionē,ſed & bonā actionē, vt videtur in omni poſſeſſione actioneq́ hominib⁹ ſciētia pręber.Aſſenſus eſt.An eſt vlla per deos ex poſſeſſionibus aliis abſq́ prudētia ſapiētiaq́ vtilitas?Vter horū maiorē reportat vtilitatē?An qui mēte captus eſt,multis tamē rebus abundat,multaq́ facit?An qui paucā facit & poſſidet mentis compos? Sic autē cōſidera.Nōne qui pauciora agit,rarius errat?minus errans,minus agit male? Minus male agens,minus eſt miſer?Omnino,inqt.Quo autē modo quis pauciora facit?nūquid ſi paup eſt, an ſi diues?Si pauper.Vtrū ſi debilis,an ſi robuſtus?Si debilis.Vtrū ſi honoratus,an ſi abiectus?Si abiectus. Vtrū ſi fortis & tēperans agit pauciora,an ſi timidus?Si timidus.Nōne & piger minus efficit q̄ prōptior ad agendū?Admiſit.Et tardus q̄ velox?hebes ad viſum atq́ auditū,q̄ acutus? Oīa hęc inter nos cōuenerunt.Tunc vero hūc in modum ſermonē ſuperiorē concluſi.Nulla ex his o Clinia quę bona nūcupabam⁹,ſeipſis bona eſſe videnť.Immo ſic dicēdū cōſtat,ſi illis inſcitia pręſit, eo deteriora eſſe q̄ illorum contraria,quo vberius improbo duci adminicula ſcelerum ſuppęditare poſſunt. Sin autem prudētia & ſapiētia his pręſideat,tū deniq́ meliora.Ipſa vero ſuapte natura nec bona ſunt, nec mala exiſtimatione aliqua digna.Videť,inquit,ita eſſe vt dicis.Quid aliud inquā ex antedictis concluditur,q̄ nullū aliorū bonū eſſe vel malū?E duobus autē ipſis,ſapientiā qdem bonū, inſipientiā vero malū?Probauit.Quę ſequūtur inſup cōſideremus.Poſtq̄ beati eſſe affectam⁹ oēs,beati autē efficiamur,vt apparuit,ex eo ꝙ rebus vtimur,& recte vtimur,rectitudinē vero vſus & conſecutionis proſperitatē ſciētia pręber,cęteris oībus ꝑtermiſſis oīm ſtudio niti quiſq́ debet vt q̄ ſapiētiſſim⁹ fiat, nōne?Certe.Exiſtimare igiť debet quiſq́ hoc potius expetendū a parētibus q̄ multarū pecuniarū hæreditatē,a tutorib⁹ pręterea & amicis tum aliis,tum vel maxime ab illis q in amore ardentiores eſſe ſe pręedicāt,ſiue hoſpites ſint,ſeu ciues.Quos oportet ſuppliciter exorare , vt ſapientiā ſuā impertiāt. Neq́ turpe eſt,neq́ abhorrendū o Clinia,cōſequēdę ſapiētię gratia ſeruire cuilibet,& honeſtis obſequiis vnicuiq́ morē gerere.Idē ne & tu ſentis?Idē omino.Probe enim loqui videris.Si modo,inquā, doceri ſapiētia poteſt,neq́ forte hoībus aduenit.Hoc enim inſup reſtat inueſtigādum : neq́ dum inter nos id cōſtitit.Tum ille,doceri mihi qdem poſſe videť o Socrates.Hac ego reſpōſione delectatus inquā,O q̄ belle loqueris virorū optime.Maximo quodā me beneficio affeciſti, lōga meū indagatione animū liberās. Ambigebā ſane vtrū doceri poſſet nec ne ſapiētia.Nūc vero poſtq̄ tibi doctrina cōparari poſſe videť,ſolaq́ hęc ex oībus beatū & felicē efficit hominē,qdnā aliud dixeris agendū nūc, q̄ philoſophandū?Nunqd & ipſe hoc agere cogitas?Q̄maxime,inqt,fieri poteſt o Socrates. Hęc cū libēter audiſſem,exemplar inquā o Dionyſodore & Euthydeme exhortatiōis quā expeto, tale eſt rudibus ꝓlixiſq́ verbis vix a me coaggeratū.Vter autē veſtrū mauult,idem hoc artificioſe contexens nobis oſtēdat.Si hoc nō vultis,ſaltē qđ oratiōi meę deeſt,deinceps adoleſcētulo demōſtrate,vtrū neceſſe ſit omnē ſcientiā adipiſci,vel vna quędā potius ſcientia ſit quā cōparare debet quiſquis vir bonus eſt beatuſq́ futurus,quęve hæc ſcientia ſit declarate.nā,vt in principio diſputationis dixi,vehemēter deſideramus hunc adoleſcentulū ſapientē bonūq́ euadere. Hæc equidē tunc edixi o Crito,ac me ad ſequētia attentione animi pręparaui,obſeruaturus quale dicendi exordium facerēt,quave potiſſimū ratione Cliniam ad ſapientię & virtutis ſtudium exhortarētur.Statim vero qui natu grandior eſt Dionyſodorus primus effari cœpit,in quē nos oculos oēs cōuertimus,tanq̄ mirificā quādā orationē protinus audituri.Qđ & nobis contigit.Mirum nāq́ ſermonē inceptauit o Crito,qui ſane dignus eſt qui abs te audiatur,q̄ belle prouocet ad virtutē.Dic mihi,ait,o Socrates voſq́ alii,qcūq́ adoleſcentē iſtum fieri ſapientē curatis,vtrū iocamini,an ſerio dicitis,atq́ id reuera deſideratis.Ego igiť arbitratus illos putaſſe nos ab initio ſecum fuiſſe iocatos cū iuſſimus eos cū adoleſcētulo diſputare,atq́ idcirco luſiſſe & illos nobiſcū hacten⁹, neq́ ſeria tractauiſſe,cōfeſtim dixi q̄ maxime nos & ſtudioſiſſime exoptare.Tunc ita Dionyſodorus.Vide o Socrates ne q̄ nunc aſſeris aliquando neges. Scio nunq̄ me negaturū.Quid vtiq́ dicitis?Vultis ne ipſum fieri ſapientē?Volumus.quid ni?Vtrū ſapiens nūc eſt Clinias,an non?Nōdum ait,inquā.Eſt enim minime iactabundus.Vos autem,inquit, ſapientē ne fieri vultis,ignorantē vero eſſe nequaq̄?Admiſimus.Ergo qđ non eſt fieri ipſum cupitis: qđ vero nunc eſt,haud amplius eſſe.Qđ cum audiſſem,turbatus ſum:& ille me turbatum aīaduertens,qm̄ inquit vultis qđ nunc eſt,non amplius eſſe,vultis vt videť hūc interire.At vero q̄ chari habendi ſunt huius generis vel amici vel amatores,qui amatos omni cura ꝑdere ſtudēt?Hęc audiens Cteſippus amati gratia grauiter tulit:& indignat⁹,O Hoſpes inqt Thurie,niſi dictu ruſticum eſſet, dixiſſem vtiq́ tibi in caput,ꝙ aduerſus me & alios mentiris hac in re,quā vel dictu nefariam duco, ꝙ ego hunc ꝑire velim.Hic Euthydem⁹ ad Cteſippum conuerſus ait,videtur ne tibi fieri poſſe vt aliqs mentiatur?Per Iouem,inqt,niſi forte inſanio.Qui vero mētitur , vtrum rem ipſam de qua ſermo eſt dicit,an non dicit?dicit,an non dicit?Dicit, ait.Si rem ipſam dicit,haud aliud quicq̄ dicit ꝑter id quod dicit . Quonam pacto aliter fieri poſſet ? Cteſippus ait . Nunquid vna quædam res eſt

Qui pauciora agit rari⁹ errat.

Pulchræ veluti orationis ſcalę.

Sapientia magis expetenda q̄ pecunia.

beatitudinē nequaq̄ sufficere:q̄q̄ ego putabam hoc in genere nos eam scientiā quā iādiu quęrimus, inuenturos. Etenim viri huiusmodi Clinia orationū auctores quotiēs eos alloquor supra cęteros homines sapiētes mihi videntur, ipsaq; eorū ars diuina penitus atq; excelsa. Neq; id mirum. Est enim artis incantandi particula, paulo illa inferior. Incantationū porro facultas, viperarū, aranearū, scorpionum, cæterarūq; ferarū atq; morborū illectio & mitigatio est. Oratoria vero iudicum, cōcionatorū, aliarūq; turbarū oblectamētū quoddā & delinitio. An vero tu aliter sentis? CLI. Nō aliter, sed ita prorsus vt ais. SO. Quo ergo nos vertemus? ad quā videlicet artē? CLI. Ambigo. SO. At ego inuenisse arbitror. CLI. Quā? SO. Prefectura exercitus ea potissimū esse mihi videt, quę beatū adeptione sua quēlibet efficit. CLI. Mihi vero nō videt. SO. Quāobrem? CLI. Quia venatoria quędā ars hoīm hæc esse videt. SO. Quid tum? CLI. Nullus sane venationis opus vlterius porrigit, q̄ ad inuestigandū capiendūq;. postq̄ autē venatores qđ insecuti sunt cōprehēderūt, eo vti nequeūt. Sed & qui venant canib⁹ & q piscant, prędā coquis exhibēt. Geometræ itē, astronobii, cōputatores, venatores quidā sunt. neq; eñ figuras descriptionesq; hi faciūt, sed existentia hęc adinueniūt. Cum itaq; vti illis ipsi nesciāt, venari aūt solum valeāt, quicūq; illorū mente capti nō sunt, sua inuēta dialecticis prębēt, vt illi illis vtātur. SO. Eia pulcherrime & sapiētissime Clinia est ita? CLI. Ita prorsus. Atq; eadē ratiōe duces exercitus, postq̄ vel vrbē, vel exercitū occuparūt, viris ciuilib⁹ prędā & spolia tradūt. Nam ipsi his quę cōprehenderūt, vti nesciūt, quēadmodū aucupes, qui postq̄ ceperūt coturnices, nutritoribus tribuunt. Si igit ea arte indigem⁹, quę cōparata seu in efficiēdo, siue ī venādo versef, sciat & vti, ideoq; beatos efficiat possidētes, aliā quādam pręter militarē oportet inquirere. CRI. Quid ais o Socrates? Nunqd adolescētulus ille talia dixit? SO. Nō putas Crito? CRI. Nō per Iouē. nam reor illū si talia dixit, neq; Euthydemi, neq; alterius cuiuslibet hoīs disciplina vlterius indigere. SO. Forte vero Ctesippus hæc dixit, ego vero non memini. CRI. Quis Ctesippus? SO. Saltē hoc memini, neq; Euthydemū attulisse hæc, neq; Dionysodorū. Sed o beate Crito suspicor præstantiorē quēpiam virū præsentē hęc dixisse. Nā hęc me audiuisse nō dubito. CRI. Per Iouē o Socrates excellentior aliqs ista ptulisse videt. Verū post hęc quā artem pscrutati estis? Inuenistis ne artē quā quęrebatis? an nō? CRI. Quęris an inuenerimus? Risu quiddā dignū nobis accidit. Etenim puerorū more q galeritas siue alaudas insequuntur, vehemēti quodā affectu singulas sciētias psequebamur, & illa semp quā capturos nos e vestigio putabamus, fallebat nos, & repēte subterfugiebat. Quid tibi multas referā? Regiā certe artē ingressi sumus, eam cōtēplati vtrum hęc ea esset quæ beatos efficiat. Sed velut in Labyrinthū delapsi, dū ppe finē esse iā sperabamus, retrogradi rursus ad principiū reuertebamur, eodē modo affecti, quo in q̄stionis initio fueramus. CRI. Quo pacto vobis hoc accidit? SO. Dicam. Visa nobis est regia facultas eadē esse atq; ciuilis: & cū res militaris ac oēs reliquę facultates, operū suorū imperiū ciuili arti cōcedere viderent, vtpote quę sola vti sciat, nihil nobis impedimēto fore putauimus quo minus hęc esset quā quęrebamus, causaq; recte in ciuitate agendi, & secundū illud Aeschyli, sola puppi p̄sidens ciuitatis, totiusq; gubernacula regens dominaret oībus, singulaq; vtilia redderet. CRI. An non recte visum est vobis o Socrates? SO. Ipse iudicabis Crito si audire volueris quæ nobis deinceps cōtigerint. nam rursus hunc in modū quęsiuimus. Age ars regia oībus pręsidens, opus ne nobis aliqđ efficit, an nullū? Oīno aliqđ exhibere, inuicē omnes consensimus. Nōne & tu hæc Crito cōcederes? CRI. Absq; dubio. SO. Qđ ergo illi⁹ opus esse diceres? Quēadmodum si te rogarem: Medicina dum dominatur oībus quorū domina est, quodnam opus exhibet? an nō sanitatē ptinus respōderes? CRI. Vtiq;. Ars item vestra agricultura, dū dominat oībus quorū est domina, qđ opus implet? Nōne alimoniā ex terra nobis porrigere diceres? CRI. Equidem. SO. Regia ergo facultas, cū oībus quorū est domina dominet, qđ opus explet? Forte id in promptu nō habes. CRI. Nō per Iouem o Socrates. SO. Neq; nos o Crito. sed hoc saltē nosti, si hęc ea est quā exoptamus, vtilē esse hāc oportere. CRI. Sūmopere. SO. Nōne igitur boni aliquid afferre nobis eam necesse est? CRI. Necesse omnino. SO. Bonum autē nihil esse aliud q̄ scientiā quādam ego & Clinias vna cōsensimus. CRI. Ita certe dicebas. SO. Opera qdem ciuilis gubernationis hæc esse plurimū quisq; diceret, diuites facere ciues, liberos, & concordes. Hęc aūt oīa neq; bona, neq; mala apparuerūt. Oportet autē eā vt cōstitit, sapientes efficere, scientiamq; tribuere, si modo ea futura sit quę prosit, & beatos efficiat. CRI. Vera narras. Sic enim tūc inter vos constitit, vt ipse recēsuisti. SO. Nunqd regia disciplina sapiētes facit homines atq; bonos? CRI. Quid prohibet Socrates? SO. Nū & oēs, & in oībus bonos, omnēq; sciētiā ipsa præbet? coriariam, fabrilem, & reliquas vniuersas? CRI. Haud equidē arbitror o Socrates. SO. At quā sciētiā? & qua in re iuuabimur? Operum quidem illorū quæ neq; bona sunt, neq; mala, opificem esse ipsam haud oportet. Scientiā vero aliā prębere nullam q̄ ipsam seipsam conuenit. Dicamus igitur quęnam hęc sit, & quo iuuemur. Vis ne eam dicamus o Crito, qua bonos alios faciemus? CRI. Volo equidem. SO. Quo boni nobis erunt? quove vtiles? an dicemus iterum q alios bonos facient? aliiq; illi alios iterum? quo

Oratoria ē pars artis icantandi.

Hic tāgit finis oratorię.

gabo. Sed ignosce obsecro. Vide amabo, si neq; mentiri quisq̃ potest, neq; opinari falsa, neq; inscius esse, nemo etiã dũ agit quicq̃ aberrare potest. Nullus enim ab eo q̃d agit aberrat. Nõne ita dicitis? Ita plane. Hęc est inquã onerosa illa quęstio. Si em̃ nõ erramus vnq̃, neq; agẽdo, neq; loquẽdo, neq; etiam cogitãdo, quidnã vos huc docturi venistis? an nõ supra prędicabatis vos p̃ cęteris om̃ib⁹ optime vir tutẽ volenti cuiq; tradituros? Vsqueadeo vanus es o Socrates, inqt Dionysodorus, vt q̃ a principio diximus reminiscaris nũc: & siquid superiori anno dixerim, nunc quoq; sis recordaturus: his autem quæ in p̃sentia dicta sunt, quomodo vtaris nõ habeas? Difficiles admodũ sermones sunt, inquã, neq; iniuria. Nã a viris sapiẽtibus prędicant. quãdoquidẽ & eo q̃d nouissime dictũ est, vti est difficillimũ. Cũ em̃ dicis nõ habere me quomodo vtar Dionysodore, q̃d potissimũ vis inferre? an videlicet q; nõ habeam qua ratione pręsentẽ sermonẽ conuincã? Nã mihi dicas q̃d aliud tibi verbũ istud intelligit, q; nõ habeo quomõ sermonib⁹ vtar? Aliud ipse ais, inqt, hoc q; valde difficile sit hoc vti. Nẽpe respõde. Anteq̃ tu respõdeas iquã Dionysodore? Quid nõ respõdes ait? An par est inquã? Par. Tũ ego, qua p̃cipue ratione? an forte ex eo q; ipse ad nos in disserẽdo sapiẽtissim⁹ aduenisti, ac nosti quãdo respondendũ sit, quãdo nõ respõdendũ, ideoq; nũc respõdes nihil, q; respõdẽdũ nihil esse cognoscis? Ad hęc ille: Nugaris o Socrates atq; respõdere negligis. Sed o bone vir crede mihi, atq; respõde, postq̃ sapiẽtem esse me cõfiteris. Parẽdũ om̃ino. sic enim decet cũ tu præsideas. Interroga igit. Vtrũ, inqt, animã habent quęcũq; intelligũt aliq̃d? an & anima carent? Habent animã. Nosti ne verbũ aliq̃d animã habẽs? Nullũ equidẽ. Cur itaq; nuper interrogabas quid mihi verbũ illud intelligeret? Nõ ob aliud inquã, nisi ob ignauiã meã, quę me errare coegit. Vel forsitan nõ erraui, immo recte locutus sum cũ dicerẽ q; verba intelligunt. Tu vero vtrũ errasse me dicis, nec ne? Si enim nõ erraui, neq; tu nunc redargues, sis licet sapiens, neq; quomodo sermone vtaris habebis. Sin autẽ erraui, neq; sic q̃dẽ recte tu loqueris, quãdo dicis errare posse neminẽ. Atq; hęc quidẽ nõ aduersus illa quę anno superiori dicebas nũc adduco. Videt autẽ mihi o Dionysodore Euthydemeq; sermo hic eodẽ reuolui, & nunc etiã vt & quõdã solebat fieri, cũ deiecerit cadere. Quod quidẽ ne ipsi accidat, ab arte vestra licet circa acriorem sermonũ diligẽtiam admirabili nondum videtur esse prouisum. Hic Ctesippus. Mirabilia dicitis o viri Thurii siue Chii, seu quodcũq; aliud agnomen vẽdicare lubet. Vobis enim deliramenta & nugę nihil sunt curę. Ego autẽ veritus ne ad contumelias deueniret, Ctesippum rursus sic mitigaui. O Ctesippe, eadem tibi nunc dico quę Clinię quoq; dicebam q; nescis q̃ mirabilis sit horũ hospitum sapientia. Verũ noluerunt serio agẽtes nobis illã ostẽdere, sed imitantes Proteũ Aegyptiũ Sophistam pręstigiis q̃busdã nos fallunt. Nos igitur Menelaum imitemur, neq; hos viros ante mittamus q̃ studia sua nobis aperiant. Arbitror enim pulcherrimũ quiddã visum iri horũ opus, cũ seria tractare cœperint. Quapropter exhortationibus atq; votis supplices exoremus, vt suũ nobis studiũ patefaciant. Exponẽdum autẽ rursus mihi videtur, qualẽ studiorũ ab illis figuram requiro. Conabor igitur inde deinceps cõtinuare sermonẽ vbi supra destitimus, siquo pacto eos prouocare possim vt mei misereantur circa grauia contẽdentis, ipsiq; deinde rem studiose tractent. Tu vero Clinia mihi memora, vbi nam orationẽ in superioribus intermisimus. nam vt ego arbitror, hic orationẽ abrupimus, cum iam conclusum fuisset a nobis philosophandũ esse. nõne? CLI. Profecto. SO. Philosophia vero sciẽtię acquisitio? CLI. Certe. SO. Quã itaq; potissimũ adipisci sciẽtiam decet? nõne vt summatim dicam, illã quæ nobis prodest? CLI. Illam ipsam. SO. An sciẽtia illa maxime nobis prodesset, si sciremus quibus in terris aurum multũ effoditur? CLI. Vtiq;. SO. Verũtamen supra id confutauimus, quia nihilo magis prodesset nobis sciẽtia ista etiã si absq; labore, tellurisq; effossione aurum omne cõperiremus, vel etiã si lapides efficeremus aureos, dum vti auro ignoraremus. non recordaris? CLI. Recordor, & maxime quidẽ. SO. Neq; vlla alterius cuiusq̃ scientiæ est vtilitas, siue nũmularię, seu medicinæ, siue cuiusuis alterius, quęcũq; facere quicq̃ docet, vti autem eo q̃d factum est, minime. Nõne ita? CLI. Ita prorsus. SO. Immo etiã siqua sciẽtia esset quę homines immortales efficeret, vti vero immortalitate ipsa nequaq̃ doceret, inutilis esset prorsus siqua fides est superiorib⁹ adhibẽda. CLI. Sic nobis hęc oĩa videbantur. SO. Ea igit scientia opus est ingenue puer, in qua & operis effectio & operis vsus conueniãt. CLI. Apparet. SO. Permultum igitur abest vt lyrarum fabros esse nos oporteat, talemq; scientiam assequi. In his enim ars efficiens, ab arte quę vtitur circa idem distinguitur. Nam ars quæ fabricat lyram, & quę lyram pulsat, longe inter se differunt. an non? CLI. Sic est. SO. Neq; rursus tibiarum effectrice egemus. Ea siquidem ab illa quę vtitur, discrepat. CLI. Sane. SO. Num forte componendę orationis exquirenda facultas, siquis beatus esse desiderat? CLI. Non arbitror. SO. Quęnam te ratio mouet? CLI. Noui equidẽ quosdam orationũ auctores, qui orationibus hisce quas condiderunt, vti perinde nesciunt, ac lyris fabri ipsi lyrarum, qui ad aliorũ vsum lyras cõstruxerunt, quas & qui illis vtũtur facere nesciunt. Constat similiter & circa orationes aliam esse artem quę condit, aliã quę cõditis vtitur. SO. Euidẽtissimo quodã argumẽto ostẽdisse videris, artem illorũ q̃ componũt orationes ad

Proteus Aegypti⁹ Sophista.

Philosophia ẽ sciẽtię acq̃sitio.

sp̄rnit vt rudē. Postq̄ igit̄ cogitaui horū doctrinæ me tradere, arbitratus sum obsequi oportere, nē quis eorꝫ me, vt ineptū, & indocilē respuat. Quocirca & illi inquā, si tibi ita Euthydeme videt̄ agendū, ita agat̄. Tu nāq; me multo melius disputādi rōnē intelligis, cū tu artē hāc teneas, ego vero sim rudis. Ideoq; interroga iterū ab initio. Respōde rursus inqt. Vtrū scis aliquo q̄ scis, an nullo? Anima inquā. Hic, ait ille, rē anticipat, & plus q̄ rogatus sit, respondet. Nō interrogo quo scias, sed vtrū scias aliquo, nec ne. Ego ad hęc, plus q̄ decebat ꝑpter impitiā meā respondi. Sed ignosce mihi obsecro. Respōdebo iā nūc simpliciter, ꝙ scio aliquo semp q̄cūq; scio. Vtrū, ait, hoc eodē semp, an tū hoc, tū alio? Semper inquam qn̄ scio hoc scio. Hic ille. Nōdū ꝑuaricari desinis? Ne forte, iquā, id qđ semp dicitur, nos falleret, ita respōdi. Nō nos inqt dicas, sed re. Sed respōde, vtrū semp hoc scias. Semp inquā, post q̄ ipsum qn̄, oportet subtrahere. Nōne semp hoc scis? semp aūt sciēs vtrum aliqua hoc scias quo scis, aliqua alio: vel hoc ipō oīa? Hoc iquā cūcta q̄cūq; scio. Hic rursus trāsgrederis Socrates. Excipiat inquā qđ dictū ē, q̄cūq; scio. Vt excipias nihil postulo, imo rn̄de, posses ne oīa scire, nisi scires oīa? Monstrū esset hoc inquā. Adiice nūc iam ait qcqd lubet. Cūcta nāq; scire fateris. Sic videor inquam, postq̄ nullius momēti est qđ dicit̄ quęcūq; scio, oīa aūt scio. Nōne & semp cōfessus es scire hoc quo scis? siue qn̄ scis, seu quomodocūq; placet? Semp eñ scire es confessus, ac oīa simul. Constat ergo ꝙ puer sciebas, & quādo genitus es, & qn̄ natus, immo & anteq̄ nascereris, & ante cęli terręq; ortū scisti oīa, si modo semp scis. Ac ꝑ Iouē semp scies, & oīa si voluero. At voles inquā honorande nimiū Euthydeme si oīno vera dicis. Sed posse te nō multū confido, nisi idem tecū velit frater iste tuus Dionysodorus, sic eñ forte valebis. Dicite porro. Cętera quomodo vobis nō cōcedā nescio, tam mirabili atq; noua sapiētia p̄diti estis, quo minus ego oīa sciam, quādoqdē vos asseritis. Talia q̄dā qua rōne scire me dicā Euthydeme? ꝙ videlicet boni viri iniusti sint. Dic scio ne istud, an nescio? Scis vtiq;. Quid? Qꝫ viri boni iniusti non sunt. Iāpridē sciebā hoc inquā. Verū non istud q̄ro, sed ꝙ iniusti sunt viri boni, quādo didici? Nusq̄ Dionysodorus ait. Non ergo inquā hoc scio. Tūc Euthydemus ad Dionysodorū cōuersus ait. Sermonē destruis, apparebitq; iste si nesciat, sciēs simul, & nesciēs. Dionysodorus quidem erubuit. sed ego, Tu vero qđ ais Euthydeme? nō videtur tibi frater tuus vera loqui, cum nouerit omia? Frater ego sum Euthydemi Dionysodorus ait. Mitte iquā o bone vir quoad me Euthydemus doceat ꝙ sciam viros bonos iniustos esse, neq; hanc mihi doctrinam inuideas. Fugis o Socrates ait Dionysodorus, neq; vis respōdere. Nō iniuria inquam fugio: nā cū alterutro sim imbecillior, cur nō ambos fugiā? Hercule qdem multo sum imbecillior, q pugnare simul nō valuit aduersus hydram sophisticā, cui ꝑpter sapiētiā ꝓ vno sermonis capite amputato multa repullulabant, ac etiam aduersus Cācrū sophistā quēdā ex mari aduērātē, & nuper, vt arbitror, aduectū naui: a quo cum Hercules ad sinistram angeret̄, verbisq; acriter morderetur, nepotis sui Iolai auxiliū implorauit, q summope illi succurrit: meus aūt Iolaus Patrocles si venerit, longe aliter faciet. Responde ergo inqt Dionysodorus, postq̄ ipse hęc p̄dicas, vtrū Iolaus Herculis magis nepos q̄ tuus fuerit. Operæp̄ciū fore arbitror vt tibi respōdeā Dionysodore. Neq; eñ desineres sciscitari, & ꝑpter inuidiā quandā interturbare ne Euthydemus sapiēs illud me doceat. Respōde igit̄ inquit. Respōdeo iquā Iolaū Herculis nepotē fuisse: meū aūt, vt videt̄, nequaq̄. Neq; eñ pater ipsi Patrocles fuit frater meus, sed aliqs noīe proximus Iphicles Herculis frater. Patrocles aūt, inqt, tuus? Nimirū, sed ex matre eadem non patre. Frater ergo tibi est, & non frater. Non eodē ex patre inquā vir optime. Illi⁹ eñ pater Chęredemus, Sophroniscus aūt meus. Pater aūt inquit erat Sophroniscus atq; Chęredemus? Omino, ille meus, hic suus. Nonne Chęredemus alius q̄ pater erat? Alius scilicet q̄ pater meus. Nunquid pater erat, cum alius q̄ pater esset? An tu idē es qđ lapis? Verebar inquam ne idē te asserēte viderer. Mihi vero non videor. Nonne igit̄ ali⁹ es q̄ lapis? Ali⁹ certe. Qꝫ si alius es q̄ lapis, nō es lapis. Et si alius q̄ aurū, nō es aurum. Sic est. An nō eadē rōne Chęredemus cū alius sit q̄ pater, pater nō erit? Videt̄ inquā non esse pater. Ad hæc Euthydemus adiecit: haud pater est Chęredemus: rursusq; & Sophroniscus cum alius sit q̄ pater, nō est pater. Quapropter sine patre es o Socrates. Sermonē vero suscipiēs Ctesippus itulit. pater aūt vester cū eadē sibi cōtigerit, ali⁹ est q̄ pater meus. Longe abest Euthydemus ait. Num idē? Idem sane. Nō cōsentirē. Sed vtrū meus Euthydeme pater est dūtaxat? an & cęterorꝫ hoim? Et cęterorū insuper. Nunqd putas eūdē hominē patrē existētē nō esse patrē? Putarā eqdē Ctesippus ait. An & aurū inquit aurū existēs nō esse aurum? & hominē existētē, hoiem nō esse? Tū Ctesippus, non vt fert̄, Euthydeme lino linū cōnectis. Rē grauē dicis, si pater tuus, pater est omniū. Est tamē. Vtrum hominū dūtaxat, an equorum etiam, cæterorūq; animalium omniū? Omniū prorsus. An & mater tua, mater oīm? Et mater. Ergo tua mater echinorū marinorꝫ mater est. Et tua, inqt. Et tu rursus frater es gobiorum, catulorꝫ, & porcellorū. Et tu, ait. Quinetiam tibi pater est canis. Et tibi insup. Hic Dionysodorus. Si mihi respondere Ctesippe volueris, faciam vt ista concedas. Dic age, est tibi canis? Et molestus admodum canis Ctesippus ait. Habet catulos? Tales habet multos. An non illorum pater est canis? Prorsus. Si

Hercules aduersus hydrā sophisticā & Cācrū sophistam.

Prouerbiū Lino linū cōnectere.

aũt boni sint nusq̃ apparẽt,postq̃ illa quę ciuilis artis opera pdicant,neglexımus:& qđ prouerbio fertur cũ aiunt,Iouis Corinthus,nobis accidit,atq; vt supra dixeram,æquo interuallo immo etiã lõgiori q̃ antea ab eius artis inuẽtione distamus,quæ pstare nobis beatitudinẽ valeat.CRI. Per Iouẽ o Socrates in ambiguitatẽ plurimã incidisse videmini.SO.Ego qdem o Crito cũ in hãc dubitationẽ mersus essem,q̃ alta potui voce protinus exclamaui,hospites illos tanq̃ Castorẽ & Pollucem Iouis filios suppliciter obsecrãs,vt nos,me.s.& adolescẽtulũ ipsum,ex turbulenta fluctuatiõe sermonũ eriperẽt,iocisq; omissis seria disputandi ratione nobis ostẽderẽt q̃ potissimũ sciẽtia sit,quam adepti qđ vitę superest feliciter transigamus.CRI.Nunqd mõstrare vobis Euthydem⁹ voluit?SO.Quid ni?Magnifice nimiũ o amice hũc in modũ effari cœpit.EV.Vtrũ te o Socrates hãc quã iãpridem q̃ritis sciẽtiã doceã?An habere te ipsam ostẽdã?SO.O beate vir,tãta ne apud te est auctoritas?EV.Valde.SO.Ostende ergo me habere.facilius em̃ mihi istud,q̃ denuo hac ĩ ætate discere.EV.Dic age,scis ne qcq̃?SO.Scio eqdẽ multa,sed parua.EV.Sufficit.putas ne aliqd eorũ q̃ sunt,idipsum qđ est,non esse?SO.Nullo pacto.EV.An nõ scire te aliquid asseris?SO.Profecto.EV.An non es sciens,si modo scis?SO.Sum eqdẽ,sed illius ipsius qđ scio.EV.Nihil refert.Non necesse est scire te oĩa,siqua eorum quę sunt scis.SO.Nõ p Iouem,quãdoqdẽ & alia multa minime scio.EV.Siquid nescis,es nescius?SO.Illius ipsius o amice qđ nescio.EV.Nihilomin⁹ nescius es,& paulo ante sciũ esse te prędicabas.Atq; ita fit,vt ille ipse sis qui & es,& rursus nõ sis,simul & secũdũ eadẽ.SO.En Euthydeme,vt pũerbio fert,q̃ belle loqueris.qua igit rõne,sciẽtiã illã quã q̃rim⁹ habeo?quia videlicet impossibile est,esse idẽ atq; non esse.Vnde si vnũ qddã scio,cũcta scio.neq; em̃ esse possum scius simul,& nescius.ꝙ si oĩa scio,illam quoq; sciẽtiã habeo.An nõ ita loqueris?& hoc est ipsum sapiens?EV.Ipse te redarguis Socrates.SO.Quid vero Euthydeme tibi nõne idẽ cõtigit?nã mihi qdem nõ multũ molestũ est,qđ tecũ vna,& cum Dionysodoro hoc lepido capite patiar.Dic mihi,nõne & vos q̃dã scitis,q̃dã nescitis?DIO.Minime qdẽ o Socrates.SO.Quid dicitis?an nihil scitis?DIO.Immo scim⁹.SO.Oĩa itaq; scitis si aliqd scitis.DIO.Oĩa certe,& tu quoq; scis oĩa,si vnũ aliqd scis.SO.Pro Iupiter q̃ mirabile dictu,q̃ve ĩgẽs hoc bonũ.Num & cęteri oẽs sciũt oĩa?vel nihil?Non enim dicẽdũ videtur,scire eos aliqua,nescire alia,atq; ita sciẽtes esse simul,& nesciẽtes.Quid ergo dicemus?DIO.Omnes plane scire oĩa,siquid vnũ sciunt.SO.Dii boni,nũc demũ Dionysodore serio loqui mihi videmini,& vix tãdẽ vt studiose ageretis nũc impetraui.Ipsi reuera scitis oĩa?& fabrilẽ videlicet artẽ & coriariam?DIO.Oĩa prorsus.SO.Nũqd & neruis suere scitis?DIO.Certe,& calceos qdem.SO.An & stellarũ numerũ,& arenæ?DIO.Et ista.SO.Putas nos ista cõcedere?CTE.Cõiecturã nobis aliquam talẽ adducite,qua vera vos loqui coniiciamus.DIO.Qualem?CTE.Scis ne quot dentes Euthydemus habet?atq; Euthydemus quot habes ipse cognoscit?DIO.Nõ tibi sat est,ꝙ oĩa scimus,audisse?CTE.Minime,sed vnum hoc tantũ nobis ostẽdite ꝙ vere loquamini.Nã si dixeritis quot habet dentes vterq;,nobisq; postea numerãtibus vera dixisse apparueritis,alia quoq; vobis credemus.Illi vero cũ mordere Ctesippũ existimarent,respondere aliud noluerunt,nisi ꝙ scirẽt omnia,de singulis a Ctesippo interrogati.Ctesippus siquidem aperte de vnaquaq; re,vel de minimis quibusq; sciscitatus est.Illi aũt forti animo pariter contra respõderũt se oĩa intelligere,instar aprorũ q simul cõtra ictũ innitũtur.Quãobrem ipse quoq; o Crito deniq; ꝑpter incredulitatẽ coactus sum Euthydemũ interrogare,an etiam saltare Dionysodorus sciret.Ille vero consensit.Nõ tamen inquã super enses humi inclinato capite transilire,& sup rotã volui,tã grãdis natu,vsqueadeo sapiẽtia supexcellẽs.Nihil est,inquit,qđ nesciat.Tum ego,Num oĩa nũc dũtaxat cognoscitis?an & semp?Et semp.Nũ a tenera ętate statimq; nati oĩa cognouistis?Omnia responderũt simul vtriq;.Nobis vtiq; res incredibilis visa est.Tunc Euthydemus,non credis o Socrates?Excepto hoc inquam,ꝙ verisimile est vos sapiẽtes esse.At si mihi voles respondere,ait,ostendam te quoq; hęc mirabilia confitentẽ.Grata mihi inquam hęc redargutio erit.ꝙ siqua in re me mea sapientia latuit,haudquaq̃ ostẽdes me oĩa scire,ac semp.qđ em̃ maius lucrũ in vita nanciscerer?Responde iã inquit.Tanq̃ responsurum inquã interroga.Nũquid alicuius scius es o Socrates,an nulli⁹?Alicuius.An eodem scis quo scius es,an alio quopiam?Quo scius sum.Arbitror em̃ te animã dicere.Hãc ne intelligis?Nonne te pudet o Socrates,dũ interrogaris,vicissim interrogare?At quid faciam inquam?Faciã equidẽ vtcũq; iusseris,quando qđ quęris ignorem.Iubes autem vt respondeam quidẽ,nõ interrogẽ.Cogitas ne quoquo modo,inquit,id quod q̃ro?Equidem.Ad istud ergo respõde quod cogitas.Quid inquam si tu alia mente interroges,alia ego respondeam,cum aliud q̃ tu conceperim,satis ne tibi factum putabis,si nihil ad rem ipsam respondero?Mihi quidẽ sat erit inquit,tibi non,vt arbitror.Tum ego,per Iouẽ non prius respondebo q̃ quo modo respondendum sit,intellexero. Non respondes,inquit,ad ea semper quę mente concipis:quoniam nugaris Socrates,& vanior es admodum q̃ oportet.Agnoui tũc illũ mihi iam subiratũ,ꝙ verba quibus me irretire studebat dispergerem.Venit mihi pterea in mentẽ Connus,qui aduersus me sępenumero indignatur quotiens illi non pareo:deinde me

Prouerbiũ Iouis Corinthus.

Prouerbiũ Q̃ belle loqueris.

elixare? Coquū. Nōne quisquis conuenientia facit, recte agit? Maxime. Conuenit aūt vt ais coquū tundere & excoriare. Cōcessisti hęc, nec ne? Concessi inquā, sed ignosce precor. Constat igitur ꝙ siquis iugulans & incidēs coquū elixet illum vel asset, cōuenientia faciet. Quinetiā siquis fabrum ærariū ære cudat, & figulum fingat, decentia similiter operabitur. O Neptune inquā, iam sapiētiæ finem apposuisti. Nunquid ista mihi quandoꝗ sic aderit vt propria fiat? Cognosceres ne, inquit, ipsam o Socrates propriā iam effectā? Si ipse velis inquā, ego autem volo. Quid porro? tua putas cognoscere? Equidem, nisi forte tu aliud dixeris. Abs te nāꝗ oportet incipere, in hūc aūt Euthydemū desinere. An nō tua illa esse putas, inquit, quorum es dominus? tibiꝗ vti arbitratu tuo licet, vt boues & oues? Hęc ne tua existimas quæ vendere potes atꝗ largiri, & cui vis deorum vouere? Quæ vero nō potes, nō tua? Tunc ego arbitratus præclaram aliquam inde q̄stionem exoriturā, & audiendi auiditate protinus inflāmatus, prorsus ita est inquā. talia nēpe q̄dā mea sunt. Nūquid animalia nominas illa quæ animam habēt? Illa ipsa. Fateris igitur ex animalibus illa dūtaxat esse tua, circa q̄ potes hęc omnia facere, quæ modo dicebā? Fateor. Hic ille ironice admodū seipsum recepit quasi magnū quiddā cōtēplaturus, deinde ait. Dic age mihi o Socrates. Est ne tibi Iupiter patrius? Atqui ego suspicatus eo peruenturū esse sermonem quo deuenit, & per ambiguū quoddā diuerticulū secedēs, recte implicitus me cōuolui, respondiꝗ, Non est o Dionysodore. Miser, inquit, homo es, neꝗ Atheniensis, cui neꝗ dii patrii sunt, neꝗ sacra, neꝗ aliud quicq̄ præclarum atꝗ magnificum. Mitte inquā ista Dionysodore, ne male omineris, neꝗ acriter erudias. Sunt etenim mihi & aræ, & sacra domestica, patriaꝗ, & alia quæcūꝗ id genus Atheniensibus adsunt. Cæteris inquit Atheniensibus est patrius Iupiter? Nō est inquā apud Ionas talis cognominatio, neꝗ apud eos q̄ hac ex vrbe manarunt, neꝗ apud nos, sed Apollo patrius propter Ionis genituram. Iupiter autem nobis patrius nō vocatur, protector vrbis tamē & curator tribus est dictus, & tribus curatrix Minerua. Sat est, inquit Dionysodorus. Est enim tibi vt videt̄ Apollo Iupiter & Minerua. Omnino. An non tui isti erūt dii? progenitores videlicet atꝗ domini? Nonne tui? An non tuos esse confessus es? Confessus sum, quid tum? Nonne animalia isti dii sunt? Concessisti porro q̄cūꝗ animam habent, animalia esse: isti vero dii nō habent animā? Habent vtiꝗ. Sūt igit̄ animalia? Sunt certe. Ex animalibus aūt illa tua esse dicebas, quorum apud te esset potestas vt pro arbitrio vēderes, largireris, diisꝗ dicares. Recusare Euthydeme nō possū quin ista cōcesserim. Statim ille sic intulit: postq̄ tuū esse Iouem, tuosꝗ eē & alios fateris deos, licet ne tibi vendere illos, atꝗ largiri, & pro libidine tua vt animalia cętera quæ tua sunt tractare? Ego igitur Crito tanq̄ sermone percussus obmutui. Ctesippus autem succurrere mihi conatus ait, Papę pro Hercules q̄ pręclarissimus sermo. Ad quem Dionysodorus. Vtrum Hercules papęus est, an papęus Hercules? Tunc ait Ctesippus, Pro Neptune, q̄ fortes duriꝗ sermones. Desisto iam. Inexpugnabiles viri sunt. Hic profecto amice Crito, nullus pręsentium cōtinere vltra se potuit, quin illoꝝ orationē laudibus summis extolleret: & hospites illi Dionysodorus Euthydemusꝗ risu, strepitu, & lętitia exultātes gestiētesꝗ ferme resoluti sunt. In superioribus nāꝗ, dū singula proferebātur, soli eorū sectatores protinus applaudebant. Hic autē pene ipsę quoꝗ Lycii columnę conclamare, plaudere, gestireꝗ videbantur. Ego quidē sic affectus sum vt assererē, nullos vnq̄ homines pari sapientia me vidisse. Atqui & illorum sapientiæ penitus mancipatus laudare illos & celebrare summopere cœpi. O viri inquā ob miras dotes naturæ beati: quippe qui rem tantam tam facile tāꝗ breui tempore absoluistis. Multa quidem & alia sunt in vestris sermonibus Euthydeme Dionysodoreꝗ pręclara, in quibus id pręcipue magnificum est, ꝙ nulla vobis cura est multorum hominum qui illustres habentur: sed similium vobis dūtaxat. Equidē certo scio sermones huiusmodi, paucos admodum diligere: & illos quidem vobis similes, cæteros autem ita illos ignorare spernereꝗ, vt erubescere vehementius illos putem, si cæteros illis conuincant, q̄ si ipsi ab aliis cōuincantur. Hoc pręterea populare & mansuetū vestri sermones habēt: ꝙ cū dicitis rem nullā bonā esse vel malam, neꝗ albā, neꝗ aliud quicq̄ talium, neꝗ omnino aliquid ab aliis aliud: reuera vt prędicatis hominū ora contunditis atꝗ obstruitis. Quia vero nō aliorū tm̄ ora, sed vestra insuper, gratiosa res est: & sermonis odium offensionēꝗ audientiū deuitatis. Maximū vero hoc est, ꝙ hęc vsqueadeo vobis artificiose sunt adinuēta atꝗ īstituta, vt breui cuilibet tradere valeatis. Cognoui equidem, & Ctesippo mentem adhibeo, consideroꝗ q̄ subito imitari vos cœperit. Huius rei mysterium q̄ ocyssime docere posse vobis pręclarū est. neꝗ tamen operępręcium fore videtur, vt corā multis hominibus disseratis: immo vero si mihi credideritis, cauebitis prorsus ne in multorū cœtu loquamini: ne forte q̄primū ista percipientes gratias nequaq̄ habeant. Ista igitur inter vos tantum inuicē cōmunicate, neꝗ alius quisq̄ ea nisi argento exposito audiat. Idē quoꝗ si sapitis, vestris discipulis consuletis, ne vnq̄ cum aliis q̄ secum atꝗ vobiscum de his loquantur. Quod enim rarum Euthydeme, id honorandum. Aqua enim vilissimo precio emitur, cum res sit natura preciosissima, vt ait Pindarus. Sed agite, inquam, Cliniam hūc meꝗ suscipite. Cum hæc o Crito & alia quædam breuia dis

gna nāq; vidi ex quibus illorum patrem esse coniicio.nōne tuus est canis?Est.Nōne igitur pater exi stens,tuus est?Quare tuus pater fit canis,tuq; catulorũ frater.Sed nequid Ctesippus anticiparet,repē te adiecit Dionysodorus.Paulum quid vltra responde.Canē hunc verberas?Arridens Ctesippus ait, verbero,te autem nequeo.An nō igit̃ tuũ patrē verberas?Lōge respondit iustius esset vt patrem ve strũ verberarē,qui disciplinā quādā adeptus,adeo sapientes filios genuit. ꝑfecto Euthydeme multa bona ex vestra sapiētia vester & catulorũ pater est cōsecut⁹.Neq; ille bonis multis indiget o Ctesippe neq; tu.Neq; tu etiā Euthydeme,neq; ali⁹ q̄sq̄ hoīm,inq̄t.Dic etenī Ctesippe mihi,vtrũ bonũ esse cē seas,vel ęgrotanti pharmacũ bibere q̄n indiget,an non?vel homini pugnaturo bonũ esse vt armatus prodeat,an inermis?Arbitror eq̄dē.nempe expecto aliquid abs te egregiũ.Ipse videbis optime,inquit. Verũ respōde,postq̄ confessus es bonũ esse quādo res postulat,pharmacũ bibere,nunq̄d hoc bonum q̄ plurimũ oportet bibere?optimũq; erit siquis terat,& infundat poculo hellebori tātũ quātũ curru aliquo vehit̃?Prorsus ita,Ctesippus ait,si tātus sit qui bibiturus est,quāta est statua Delphica. Nōne similiter & in bello,inq̄t,si bonum est armis fulciri,plurima arma habenda sunt,iaculorũq; & clypeo rũ circũferēda est sarcina?quādoquidē id bonũ est.Et maxime q̄dē,Ctesippus ait. Tu vero non putas Euthydeme,sed vnũ dũtaxat iaculũ esse ferendũ?Equidē.Ita Geryonē,inq̄t,Briareumq; armares?ego aũt putaui robustiorem te esse,sociũq; similiter istũ,vtpote viros armigeros.Euthydemus quidē ta cuit.Dionysodorus aũt aduersus ea quæ primũ Ctesippus respōderat,intulit:Bonũ tibi esse videtur aurũ habere?Valde quidē,respōdit Ctesippus.An non & habere pecunias semper atq; vbiq;?Maxime inquit.Nōne bonũ esse aurũ cōfiteris?Confessi iā sumus.Semp ipm habere,& vbiq; oportet, & in se ipso q̄maxime?Beatissimusq; is esset,qui tria auri talenta in vētre haberet , Talentũ vnũ sub capitis osse,staterem aũt.i.nũmũ quēdā,& pondus auri vtrisq; in oculis?Ferũt,inquit Ctesippus,o Euthyde me,apud Scythas eos felicissimos optimosq; viros esse,qui in sui capitis ossibus aurũ multum conti nēt,quēadmodũ tu paulo ante canem dicebas patrem.Q̄d q; magis est mirũ,suis ex capitibus deaura tis bibũt,& hęc introspiciũt,verticē frōtēq; suā manibus attollētes.Ad hæc Euthydemus.Vtrũ Cte sippe vident & Scythæ,& cęteri homines q̄ possunt videre,vel quę non possunt?Quę possunt plane. Nōne & tu?Et ego similiter.Viden nostras vestes?Video.Possunt igitur hæ videre.Mirifice,Ctesip pus ait.Quid porro?inquit.Nihil.Ipse vero nō putas has videre?vsqueadeo iucũdus es vir? Videris mihi Euthydeme quodāmodo extra somnũ obdormisse,posseq; te puto dicentem nihil dicere.Et tu hoc facere videris.Nunq̄d impossibile est,Dionysodorus ait,tacētē dicere?Impossibile,Ctesippus in quit.Dicētem vero tacere?Possibile multo minus.Quādo igit̃ lapidē dicis,nōne tacētē dicis?Et quan do lignũ,& ferrũ similiter? Haud silere tibi ferrea cōcedā,Ctesippus ait:Nā siquis pulset,sonare illa quidē,& reboare dicunt̃.Quare q in hoc nihil diceres,te ꝑpter sapiētiam latuit.Sed q̄d restat osten dite,possibile videlicet esse,dicētē tacere.Certe mihi visus est tũc vehemēter Ctesippus ꝑpter amicũ cōtēdere.Quādo siles,inquit Euthydemus,nōne oīa siles?eq̄dē.Nonne & rē quālibet dicētē siles?siq dem illa q̄ dicũt in numero oīm cōputant̃.Quid vero?interrogauit Ctesippus,nō silent oīa?Non,ait Euthydemus.An loquunt̃ oīa vir optime?Immo certe,q̄ loquunt̃.Non istud q̄tebā,inq̄t,sed vtrũ oīa sileāt vel loquant̃.Tũc subripiēs sermonē Dionysodorus ait,Neutra & vtraq;.Certe enī scio te quid huic respōsioni obiicias ignoraturũ.Statim Ctesippus,vt solet,effusius in risum erumpēs clamauit. O Euthydeme,frater iste tuus contrarium sibimet sermonē ingeminauit,eumq; disperdidit,& ratio vestra succubuit.Clinias quoq; admodũ delectatus arrisit.Quare Ctesippus gestiēs longius q̄ in de cuplũ lętitia creuit.Visus autem mihi est Ctesippus hęc ipsa ab illis seductione quadam per astutiā extorsisse.Neq; enim sapiētia talis apud alios est nostri tēporis hoīes.Post hæc ego.Quid,inquā,rides o Clinia in reb⁹ tā seriis tāq; pulchris?Sed ad me conuersus Dionysodorus,Tu vero aliq̄n rem pul chrā vidisti Socrates?Multas equidē Dionysodore.Nũquid alias q̄ ipm pulchrum?an easdē?Ego ve ro passim hęsitaui,nec iniuria me id perpessum fuisse sum arbitratus, quippe qui tacere diutius non potuerim.Simul aũt respōdi alias esse q̄ ipm pulchrũ,pulchritudinē tñ singulis quandam adesse . Si tibi adsit bos,inq̄t,nũquid ipse bos eris?& quia ego tibi nunc adsum,Dionysodorus es?Bona,inquā, verba q̄so.Sed ille,Quo pacto alterũ adest alteri,cũ alterũ sit,& alterũ?Nũquid tu,inquā,de hoc du bitas?Nēpe iā illorũ imitari sapiētiam cōtēdebā,vtpote cupiditate illius accēsus.Cur nō dubitē,inq̄t, & ego,& cęteri oēs,q̄d nequaq̄ existit?Quid ais Dionysodore?nonne pulchrum,pulchrum est,turpe ve,turpe?Si mihi videat̃,ait.Nōne videtur?Prorsus. Nōne & idē,idē est,& alterũ similiter alterum? Non tñ q̄d est alterũ idē?At ego nec puerũ quidē suspicari hoc arbitrabar,quin q̄d alterũ est,sit alte rum.Verũ o Dionysodore sponte id omisisti.Videmini autē mihi tanq̄ artifices q̄bus cōuenit page re singula,disputandi rationem decore trāsigere atq; tradere.Nostin,inq̄t,q̄d singulis opificibus per agere conueniat?Principio quidem scis quem deceat ære cudere? Fabrum,inquam,ęrarium . Quem vero luto fingere?Figulum.Quē rursus iugulare atq; excoriare , & in frusta incisas carnes assare vel

deridendos?CRI.Ita est,ac vera nimiũ loqueris.SO.Ergo hac de causa studia ne fugies omnia,& illa filio dissuadebis?CRI.Haud decet o Socrates.SO.Caue ergo ne qđ dedecet,agas o Crito.Mitte curam hanc,vtrum boni sint hoĩes philosophię studiosi,vel mali: rem vero ipsam diligẽter examina.Si inquirenti res praua videbitur,nõ solũ filios,sed omnes homines absterreto.Sinautem tibi talis qualis& mihi appareat,sequere eam viriliter & exerce,atq; ad idem studium filios cohortare.

EVTHYDEMI FINIS.

Argumentum Marsilii Ficini in Hippiam Minorem.




Irifica Socratis Platonisq; nostri bonitas cũ diligentissime multis vbiq; modis prouideat ne iuuentus credula subdolis sophistarum aucupiis capiatᷣ,captaq; pdatur,nõ iniuria Hippiam Elienſem sophistarũ insolentissimum atq; fallacissimum duob⁹ dialogis agitat,Maiore videlicet atq; Minore.In maiore quidẽ demõstrat Hippiam rerũ professorem pulcherrimarum omnino quid ipsa pulchritudo sit ignorare.In minore vero eundem se iactantem q ante alios mendacem a verace discernat, ostẽdit in vtriusq; definitione prorsus errare:vt pateat Hippiam,vt omnium arrogantissimus est,ita & ignorãtissimum esse,atq; ineptissimum apparere.Mitto nunc q eum vt mos est sophistarum,iactabundũ & temerarium auarumq; depingit:& cum promittat omnia,in omnibus dantem verba,nihil vero pręstãtem:cũq; maximis glorietur,vel in minimis claudicantem.Sed vt ad mẽdacis veracisq; definitionem redeamus,mendax rite describendus erat,qui maxime velit,vtcũq; possit sciatq;,mentiri. Verax autem cõtra,qui maxime velit vtcũq; possit & sciat,vera loqui.At Hippias inertissimus artium magister omnium,confusissimusq; veracis mendacisq; discretor,ordine definit opposito, dicitq; mendacẽ qui maxime possit sciatq; mentiri quotiẽscũq; voluerit: Veracẽ vero,q quãdocũq; voluerit queat & sciat vera loqui.Vnde cogitur primum fateri mendaces esse potentes,scientes,prudentes,sapientes. Deinde & bonos ad illa ad quę potẽtes sunt atq; sapientes.Tertio per artes singulas deducẽdo compellitur in qualibet tã re q̃ arte fateri eundem esse veracem atq; mendacẽ,qđ negauerat ab initio.Siqdem in qualibet ille qui optime callet,idem maxime potest & scit ꝑ arbitrio vera loqui pariter atq; mentiri.Quarto ad cõcedendũ inducitᷣ veracẽ nihilo meliorẽ esse mendace:quãdoquidẽ q̃ sufficiens bonusq; est verax ad loquendũ vera,tã sufficiens bonusq; appareat mẽdax ad mẽtiendũ. Post hæc Socrates sophistã in ambiguitatẽ adducit,vter delinquat grauius,num q mẽtitur volens,an q nolens. Id vero sophista nescit soluere,neq; Socrates qdẽ soluere vult sophistę.Est aũt ita soluẽdũ.In his quidẽ quę ad intelligẽtiã ꝑtinẽt,minus errare q mẽtiunᷣ sponte:in his aũt q̃ ad mores spectãt, errare magis.Eum vero qui nolens dicit mendaciũ,cõtra se habere.Deinde ambigitᷣ vtri magis errent , num q dedita opa,an q infirmitate vel ignorãtia peccãt.probaturq; longis inductionis ambagibus,in his q̃ ad naturam & artem,harumq; instrumenta ꝑtinẽt,grauius esse vitiũ vel impotẽtia vel ignoratione cõmissum,q̃ malitia ꝑpetratũ.Siqdẽ naturę bonũ in ipsa potẽtia,bonũ vero artis in hac ipsa,atq; insuper in cognitione consistit.Malum igitur in oppositis.Ex his aũt extra ꝓpositũ Socrates Hippiam ad mores trãsfert,cõcludẽs idẽ in genere morũ,qđ & in naturę artisq; genere.Qđ quidẽ & si intelligit Socrates fieri nõ debere,studet tñ declarare sophistã id nequaq̃ aĩaduertere.Profecto in his q̃ ad volũtatẽ moresq; ꝑtinẽt,grauius delinquitᷣ malitia.i.quadã volũtate peccãdi,q̃ si vel p ĩpotẽtiã vel p ignorãtiã delinquatᷣ.Postremo Socrates iustitiã eẽ dicit vel potẽtiã vel scientiam vel vtrũq;. Addere sciebat,sed nolebat tertiũ.s.vel volũtatẽ.Iustitia em̃ maxime in voluntate consistit.Id vero declarare voluit latere sophistã.Sed iam argumẽtũ superioribus p̃ceptis his cõcludamus.Docendum sine inuidia.Absq; rubore discendũ.Gratię semp habendæ docenti.Aliena inuenta sibi nõ vsurpanda.

ARGVMENTI FINIS.

HIPPIAS MINOR PLAT.VEL DE MENDACIO,TRANSLATVS A MAR.FIC.FLOR. AD PETRVM MEDI.VIRVM CLARISSIMVM.

EVDICVS.SOCRATES.HIPPIAS. EV.



V VERO quidnã taces Socrates,cũ tã multa Hippias hic ostenderit?Cur non aut cõprobas dictoꝵ aliquid,aut redarguis siquid minus recte dictum tibi videtur?presertim cum ipsi restemus, qui nobis nõ mediocre philosophię studiũ vẽdicemus.SO.Sũt Eudice nonnulla ex his quæ circa Homerũ dicebat Hippias,de qbus percontari cupio. Audiui equidem ex Apemanto patre tuo,Iliadem apud Homerum eo præclarius poema esse Odyssea,quo Achilles Vlysse p̃stantior.In Achillẽ nãq; poema vnũ, in Vlyssem alterum aiebat esse compositum.De hoc ergo sciscitari ab Hippia si modo sibi placet,affecto,vtrum illorum hominũ p̃stantiorem asserat,postq̃ alia multa ac varia de Homero, cæterisq; poetis sunt nobis ostensa . EV.Nulla prorsus

Ilias & Odyssea ita differre vt Achilles & Vlysses credũt.

seruissemus,abiuimus.Delibera igitur vt mecũ vna ad hos viros accedas. Nã pollicẽtur oẽs se docturos,quicũq; argentũ dare parati sint,neq; ingeniũ vllum vel ætatẽ excipiunt.Qđ vero tibi maxime audire expedit,aiũt nihil cumulãdęq; pecunię studiũ prohibere quo minus quiuis sapiẽtiã illorum facile percipere possit.CRI.Equidẽ o Socrates audiẽdi cupidus sum,& libentissime discerem. Videor tñ & ipse eorum vnus esse q Euthydemi similes nõ sunt,sed illorum potius,quos tu paulo ante dicebas,q captiũculis huiuscemodi redargui malunt ab aliis,q̃ alios redarguere. Enimuero ridiculus essem,si admonere te pergerẽ.Nihil tñ ꝓhibet q̃ ex iis qui cœtu soluto a vobis discesserũt,audiui,tibi nũc referre.Deambulãti mihi obuius factus eorũ quispiã qui in iudicialibus causis excellere plurimũ æstimant,O Crito,inqt,nihil ex istis sapiẽtibus audiuisti? Nihil p Iouẽ,inquam. Audire eñ me affectantẽ frequẽs turba,tumultusq; ꝓhibuit.Res tñ,inqt,auditu digna.Cur? Vt audisses eos homines disputantes,q in hoc sermonũ genere cęteris p̃stãt.Ad hunc ego.Quid tibi visum est? Quid aliud,respondit ille,q̃ quę semper ex iis hoĩbus audiũtur,dum nugãtur,ac de rebus nullius momẽti indigno quodã studio inuicẽ altercantur? Talibus ille mecum est vsus noĩbus.Tunc ego. Verũtamẽ gratiosa res est philosophia.Quid gratiosa,inqt,o vir beate? An forte nullius p̃cii? Atqui si paulo ante interfuisses,erubuisses,vt arbitror,amici tui gratia: qui vsqueadeo ineptus erat,vt seipsum tradere hominibus cuperet,quibus nihil pensi est qd loquant̃,sed singula captant,obiiciũtq; vocabula,cũ tñ illi vt supra dicebã,cęteros tales nostrę ętatis viros excellãt.Profecto o Crito,& studiũ hoc vilissimũ est, & qui in eo versant̃,ridiculi.Mihi qdẽ o Socrates haud recte rẽ ipsam ĩprobare visus est ille,vel qsqs alius improbet.Q, aũt in cœtu multoꝝ cũ talibus viris disputare qs studeat,merito vituperasse ille mihi videt̃.SO.O Crito admiratione digni sunt hi viri.Verũ nõdũ qđ dicturus sum noui. Quorũ ex numero erat q tibi obuius philosophiam vituperabat? Vtrum orator quispiã ex his q in iudiciali cõcertatione vehemẽtes sunt? An ex iis qui tales mittũt,& orationes cõscribũt,quibus oratores ĩ iudicio certãt? CRI. Minime quidẽ orator,neq; arbitror illũ in iudicio vnq̃ orasse,sed rẽ ipsam iudicialẽ optime intelligere eũ ferũt,& elegãtes orationes atq; facũdas componere.SO.Teneo iam.Atqui & ipse idẽ modo dicturus erã.Nẽpe hi sunt o Crito,quos Prodicus inter philosophum,ciuilemq; virũ cõfines statuit.Putãt hi quidẽ se esse oĩm sapientissimos,& videri p̃terea tales apud q̃plurimos: solos aũt philosophos impedimento sibi esse,quo minus ab oĩbus ęque ꝓbent̃. Censent itaq; si cõmunẽ aduersus philosophos opinionẽ hãc diuulgent,q; nullius p̃cii sint,sine controuersia sapientię gloriã se apud oẽs summã reportaturos.Esse nãq; se reuera sapientissimos,sed in priuatis sermonibus, cum Euthydemi sectatores aduersant̃,impediri.Q, vero sapientes sint,ex eo consentaneum videri volũt, q; satis habeãt philosophię,satis etiã ciuilis peritię,& quãtũ oportet sint vtriusq; participes,& extra turbulentos ciuiliũ negotiorum tumultus positi sapientię fructibus iucũde fruantur. CRI.Nũquid dicere aliqd o Socrates tibi viri isti vident̃? SO. Nequaq̃.CRI.Verũtamen horũ hoĩm sermo habet aliquid verisimile.SO.Habet,vt dicis,o Crito verisimilitudinẽ potius q̃ veritatẽ.Neq; facile illis persuaderi potest,q; & hoĩes & cętera oĩa q̃cũq; duoꝝ quorundã media sunt,& vtrorunq; participant, ita se habent,q; quę ex malo & bono sunt,hoc quidẽ meliora,illo deteriora fiũt:q̃ vero ex duob⁹ bonis nõ ad idem cõducentibus,vtrisq; deteriora ad opus illud pagẽdum,ad qđ spectãt vtraq; illa qbus fit cõpositio.Quę aũt ex duob⁹ malis sunt cõstituta,nõ ad idem tẽdẽtib⁹,hęc sola meliora sunt vtrisq; illis,quoꝝ participãt.Si ergo philosophia bona ẽ,& ciuilis actio bona,sed ad aliud atq; aliud vtraq; cõferens,& hi vtrorũq; hoꝝ pticipes,vtrorũq; in medio sunt cõstituti,nihil concludũt.nã vtrisq; deteriores sunt.Sinaũt vnũ quidẽ hoꝝ bonũ,malũ vero alterũ,hoc qdẽ meliores,illo deteriores. Q, si vtrũq; malũ,ita demũ vera dicerent,aliter vero nequaq̃. Neq; vero cõfessuros illos arbitror mala esse vtraq;,neq; vnũ qdem bonũ,malũ vero alterũ.Sed profecto vtrorũq; hi participes,vtrisq; ineptiores sunt ad illud,ad qđ philosophia & ciuilis actio pertinet: & cũ tertiũ locũ teneãt,primũ vsurpare nõ dubitãt.Ignoscẽdũ qdem illoꝝ desiderio,neq; indignandum,tales tñ esse censendi,quales & sunt. Nã vnũquẽq; diligere debemus,q modo prudentię pticeps aliquid dicit,& viriliter pagit.CRI.Equidem o Socrates,vt sępe tecũ loquor,ambigo qua rõne filios meos educem.Minor quidem natu tenerior est adhuc q̃ exigat disciplina:Critobolus aũt adultus est iã,& aliquo indiget,quo dirigat̃. Quotiens tecũ loquor,ita prorsus afficior,vt existimem insaniã esse filioꝝ gratia cõtendisse, primo circa cõiugiũ,vt ex matre generosissima nascerent̃,deĩde vt amplũ illis patrimoniũ relinqueretur, illorum aũt educationẽ negligere.Verũ cũ ad eos respicio q erudire hoĩes ꝓfitent̃,absterreor,mihiq; considerãti vnusquisq; illorũ lõge ab ea re quã prædicat,alienus esse videt̃.Et vt verum tibi fatear,non habeo quo pacto filium meũ ad philosophiã exhorter & ꝓuocem.SO.O amice Crito,an ignoras ĩ quouis studio viles & nullius p̃cii hoĩes pmultos esse? probos vero paucos,eosq; maximo in p̃cio habendos esse? Nonne tibi videtur pulchrum quiddã esse gymnastica,mercatura , rhetorica,res militaris? CRI.Mihi certe.SO.Nonne vides in vnaquaq; harum artium multos ad opus vnũquodq; ieptos &

In quouis studio viles pmultos,pbos vero paucos esse.

compleat numerũ,nõne modo velis omnium q̃ocyssime atq; maxime vera de his respondebis?HIP. Prorsus.SO.Nunquid ex eo q̃ circa ista potentissimus & sapientissimus es?HIP.Nempe.SO.Vtrum sapiẽtissimus es ac potẽtissimus dũtaxat?an etiã circa eadem optimus,circa quę sapientia & potentia prę stas,hoc est in numeris cõputãdis? HIP.Et optimus insuper Socrates.SO.Vera itaq; de his prę ceteris maxime dicere posses,an nõ?HIP.Reor eqdẽ.SO.An & falsa circa eadem? Age nunc Hippia vt & supra generose magnificeq; respõde.Si quis quęrat ter septingenta quot sunt,vtrum ipse maxime de his mentieris,ac semp scd̃m eadem falsa de his ꝓnũciabis,mentiri voles, & nunq̃ vera ꝓferre? An qui numerorũ ignarus est,poterit magis mentiri q̃ tu dũ mentiri voles?vel potius ignorans sæpe dum volet falsa ꝓferre,vera forte præter sententiam ꝓferet,quia rẽ ipsam ignoret: tu vero cũ sapiens sis,semp dũ mentiri voles similiter mentieris?HIP.Est vt dicis. SO.Mendax itaq; vtrum circa alia mendax est,non t̃n circa numeros,neq; de numero mentietur?HIP.Immo & circa numeros.SO. Ponamus igit̃ hoc Hippia,circa computationem ac numerum aliquem esse mendacem. HIP.Certe. SO.Quis hic erit?necesse est vt mentiri possit vt ipse dicebas,si mendax futurus est.Nempe abs te dictum est,si recordaris,eũ q mẽtiri nequeat, nõ esse mẽdacẽ. HIP.Recordor equidem,atq; ita dictum. SO.Nonne paulo ante cõstitit te esse ad mẽtiendũ in cõputãdis numeris potẽtissimũ? HIP.Ita dictũ fuit & istud.SO.Num & q̃maxime es ad vera proferẽda de numeris iisdem potens?HIP.Valde.SO. Idẽ ergo potest maxime in cõputando vera loqui atq; mentiri:is aũt est q bonus est in numeris, videlicet cõputator.HIP.Sic oĩno.SO.Quis igit̃ alius Hippia in cõputãdo fit mẽdax nisi qui ad idẽ bonus?Hic eñ potẽs,hic & verax.HIP.Apparet.SO.Cernis eũdẽ veracẽ esse in his atq; mẽdacem,& nihilo meliorẽ mendace ipso veracem esse,iidẽ nãq; sunt,neq; valde contrarii,vt tu nuper existimabas. HIP.Haud certe nũc in his apparet.SO.Vis ne in aliis quoq; cõsideremus? HIP.Vt lubet.SO.Nonne es & geometrię peritus?HIP.Sũ.SO.An nõ idẽ in geometria cõtingit?Porro idem falsa q̃maxime de figuris ꝓnũciare potest,qui & vera.Est aũt is geometra. HIP.Profecto.SO.An alius ad hæc p̃ter hunc bonus?HIP.Non alius.SO.Nõne bonus ac sapiens geometra vtraq; potest? Et si quis alius ĩ figuris mendax,is maxime q in iisdẽ est bonus:hic sIdem potens,malus aũt ad mẽtiendum impotens: neq; vnq̃ fit mendax q est impotens mẽtiendi,vt est cõcessum.HIP.Sunt hęc vera.SO.Tertiũ insuper inspiciam⁹ astronomũ,quã ipse artẽ magis etiam q̃ superiores,soles Hippia profiteri.sic ne?HIP.Sic certe.SO.An nõ eadem in astronomia contingunt?HIP.Consentaneũ est o Socrates.SO.Quare & ĩ astronomia siqs alius mẽdax,is erit maxime q bonus astronom⁹.HIP.Is nãq; mentiri summopere potest.neq; eñ q impotens est,is enim inscius est.SO.Idẽ ergo & in astronomia verax erit & mendax. HIP.Videt̃.SO.Age Hippia passim ita p oẽs scientias cogita num ita sit an aliter.nam ante alios omnes plurimis artibus es ornatus.Queadmodum ego te quãdoq; iactãtem audiui, q̃ sapientia multa exoptãdaq; p̃ ceteris abũdares,& in foro inter mensas disputãdo deambulantem. Adiecisti p̃terea te quondã Olympicũ adiisse certamen,corporis ornatu spectandum,& oĩa corporis ornamenta propriis manibus confecisse. Primo qdem anulũ quem habebas,hinc enim cœpisti,tuũ fuisse opus,quasi esses sculpendi peritus.quinetiã sigillũ quoddã,tuum opus sustentabas,& strigilem, & vasculum vnguentariũ similiter opus tuũ,calceos quinetiã tuis consutos manibus,vestem & interulam abs te cõtextam.Q d ve admodum mirabilius visum est,& singularis indiciũ sapientię,cingulum dicebas ostẽdisse te opus tuũ Persicis p̃ciosisq; simile. Item tua q̃dã tua poemata,carmina,tragœdias,Dithyrambos,& orationes plurimas variasq; stylo pedestri cõpositas,pręterea periculũ ante alios oẽs fecisse in artibus quas in superioribus cõmemorabã,& in rhythmis harmoniisq; & studio literarum,ac in cęteris generis huius pmultis,si recte recordor.At vero p̃termiserã tuę memorię artificiũ,quo pollere te mirum in modum existimas.forte vero & alia multa sum oblitus.Verum qđ ipse quæro,tuas artes animaduertens,quibus & alias sufficienter diiudicabis,dic age si reperis vsq̃ ex his quæ inter nos concessa fuerunt,a mendace veracem esse diuersum,neq; eũdem existere.In qualibet autem sapientia quære vel callidirate vel quomodocũq; appellare iuuat.Sed nunq̃ o amice inuenies:neq; enim est vsq̃,q̃ si est alicubi,dicas.HIP.Haud in præsentia inuenio Socrates.SO.Neq; inuenies posthac, vt arbitror.Si autem vera loquor,recordare Hippia quid ex superioribus sequitur.HIP.Nõ satis aduerto qđ loqueris Socrates.SO.Nihil opus est in præsentia memoriæ artificio:patet enim te opus esse, non opinari,sed ego nunc memorabo.Recordaris dixisse te Achillem virum fuisse veridicum,Vlyssem vero mendacem atq; versutum.HIP.Vtriq;.SO. Nunc autẽ sentis eũdẽ apparuisse veracẽ eẽ atq; mẽdacẽ.Ideoq; si mendax erat Vlysses,erat & verax.Item si veridicus Achilles,erat & mendax : neq; differentes hi viri inuicem neq; contrarii,immo similes extitẽrũt.HIP.Semp tu quidem Socrates captiũculas tales cõtexis,& captãs qđ in sermone molestissimũ est,ad hoc instas, & minima quæq; contrectas,neq; aduersus totã rem ipsam de qua est sermo,cõtẽdis.Nãq; si velis,nũc plurib⁹ argumentis sufficiẽtiq; rõne ostẽdã tibi Homerũ,Vlysse meliorẽ Achillẽ veracẽq; finxisse:Vlyssem vero subdo-

Refertur Hippias sibi fecisse anulum vestes &c.

inuidia prohibebit quin Hippias interrogāti respōdeat. Respondebis nec ne Hippia siquid Socrates quęrat? HIP. Haud recte agerē Eudice, si nūc Socratis interrogationē respuerē, qui solitus sim semper ex Elide patria ad Olympica festa, quo Græci ad communem celebritatē vndiq; confluunt, me conferre, ipsumq; me ibi apud templum pbere cuiq; declarantem quodcūq; demōstrari quis cupiat, & ad interrogationes singulas respondentē. SO. O q̃ felix tibi sors contigit Hippia, si adeo confisus animi sapientia qualibet Olympiade ad sacrum aduentas. Mirarer pfecto siquis circa corporis exercitationem athleta illuc certaturus accederet tam corporis viribus q̃ tu mentis subtilitate confisus. HIP. Merito sic affectus sum Socrates: nam ex eo tempore quo cœpi in Olympicis exerceri, nullum repperi adhuc me aliqua in re superiorē. SO. Pręclarū hercle qđ ais Hippia, atq; hęc gloria tua & patrię & parentibus erit quoddā sapientię monimentū. Verum quidnā de Achille & Vlysse iudicas? Vtrum horum pręstantiorem, & qua in re putas? Porro dū multi intus essemus, tuq; differeres, quædam me verba subterfugerūt, piguit tamen perquirere, quoniam turba esset plurima, ac etiā ne orationi tuæ impedimento forem. Nunc vero postq̃ pauciores sumus, & Eudicus hic quærere iubet, liquidius nobis ostende quid de his viris dicebas, quove pacto diiudicabas. HIP. Volo equidem Socrates apertius q̃ tunc in præsentia referre, quæ de his & de aliis sentio. Homerum assero omnium qui Troiam obsēderunt optimum virum finxisse Achillem, sapiētissimū Nestorem, apprime versutum multiformemq; Vlyssem. SO. Papæ o Hippia. An mihi in hoc gratificaberis? ne me videlicet rideas, si ad percipiendū tardior fuero, ac sæpius requisiuero? Dignare mihi obsecro libenter ac facile respondere. HIP. Turpe quidem esset o Socrates, cum alios eadem doceam, & pro iis pecunias exigam, si tibi q̃renti nō indulgerem, nec læto animo responderem. SO. Præclare admodum loqueris. Equidem cum optimum virū Achillem fictum fuisse dicebas, sapientissimum Nestorem, visus mihi sum quod diceres intelligere. Cum vero Vlyssem versutum & multiformem, vt verum fatear quid significare velles non intellexi. Atq; mihi dicas: forte enim hinc magis percipiam: nunquid & Achilles ab Homero multiformis versutusq; inductus fuerit, nec ne. HIP. Minime o Socrates, sed simplex omnino. Quoniā in supplicationibus ipsis cum eos disceptantes inducit, ita aduersus Vlyssem loquētem facit Achillem. O multum generose doli fabricator Vlysses, Cōuenit intrepide me vestra refellere dicta, Vt fieri debere puto, fallacibus ipsum Ne me figmentis hinc obtundatis & illinc. Is magis est quoniam q̃ nigri ianua ditis Infensus nobis, aliud qui pectore claudit, Inde palam profert aliud quodcūq; videtur. Ast ego nūc dicam credo velut esse futurum. His in carminib⁹ morem vtriusq; declarat, Achillem esse veracem atq; simplicem, Vlyssem versutum atq; mendacem. Hęc siquidem apud eum Achilles aduersus Vlyssem infert. SO. Videor iam qđ ais o Hippia intelligere. Versutum enim mendacem vocas, vt apparet. HIP. Maxime quidem o Socrates. Talem nempe Vlyssem sępe & ī Iliade & in Odyssea fingit Homerus. SO. Ergo existimauit Homerus alium quidem esse veracem virum, aliū vero mēdacem, neq; vtrūq; eūdem esse. HIP. Quid prohibet Socrates? SO. An idem & ipse cēses Hippia? HIP. Maxime omnium. Nimis enim errarem, si aliter ipse sentirem. SO. Homerum quidem mittamus, cū ab eo sciscitari non liceat, quis eius fuerit in condendis his carminibus sensus. Postq̃ vero tu causam suscipis, tibiq; ea videntur quæ dicere Homerum asseris, pro Homero simul ac teipso respōde. HIP. Fiet. Interroga paucis quod lubet. SO. Mendaces ne vocas illos qui facere aliquid nequeant, vt inualidos defessosve, an eos qui facere aliquid possint? HIP. Potentes, & maxime quidem, cum in aliis multis, tū etiā in decipiendis hominibus. SO. Potentes itaq; sunt secundum sermonem tuum, atq; versuti, nonne? HIP. Certe. SO. Versuti vero sunt & subdoli stoliditate quadam & imprudentia? an astutia potius atq; prudentia? HIP. Astutia maxime omnium atq; prudentia. SO. Prudentes ergo sunt vt videt. HIP. Valde per Iouem. SO. Prudentes vero cum sint, num ignorātes sunt? HIP. Immo sciētes maxime. Nā ob hoc alios seducūt. SO. Cū ergo scientes sint harum rerū quas sciūt, vtrū insipiētes sunt, an potius sapientes? HIP. Sapientes videlicet in his ipsis ad decipiendum. SO. Siste obsecro, repetamus dicta, vt quid dicas inspiciamus. Mendaces esse ais potentes prudētesq;, scientes item & sapientes circa illa de quibus mendaces? HIP. Aio. SO. Alios aūt veraces esse, alios contra mendaces, atq; hos inter se longe contrarios? HIP. Aio & ista. SO. Ex hoc ergo sequitur vt mendaces ex potentum sapiētūq; numero sint. HIP. Maxime. SO. Cum vero dicis potentes & sapientes esse mēdaces ipsos ad eadem, vtrum dicis potentes esse ad mentiendum si velint, vel impotentes ad ea quæ mentiuntur? HIP. Potentes equidem. SO. Vt ergo summatim dicamus, mendaces sunt qui ad mentiendum potentes sapientesq; sunt. HIP. Plane. SO. Ergo vir qui mentiri nequit, neq; scit quicq̃, non erit mendax. HIP. Sic est. SO. Potens autem est qui facit quod vult, & quando vult. haud morbo vel quibusdam talibus impeditū inquam, verum quemadmodum tu meum nomen quotiēscunq; vis, scribere potes, ita nunc interrogo. An nō hominem sic affectū, potentē vocas? HIP. Sane. SO. Dic o Hippia, nonne es numerandi cōputandiq; peritus? HIP. Maxime omnium. SO. Siquis ergo te percontetur ter septingenta quantum

Iliados.i

semper extollo,illisq; apud oēs q̃ sua sunt,tribuo. Atqui & nūc quę dicis ipse,nequaq̃ admitto,imo lō ge dissentio,& hoc mea culpa cōtingere certe scio. Quippe q talē eē me fatear qualis sum,ne me extol lā. Mihi qdē Hippia oīno cōtra ac tibi videt̄. Opinor siqdē eos q spōte lædūt hoīes,iniuriant̄,mētiun tur,decipiūt,delinquūt,meliores esse his q nō spōte. Nōnūq̃ vero cōtra iudico, & circa hæc oberro, vtpote q rē ipsā ignorē. Ecce nūc animi morb⁹ me qdā inuasit,videntq; mihi q proposito circa aliqd peccāt,meliores esse,q̃ q p̄ter sentētiā errāt. Præsentis aūt passionis supiores sermones causam duco, qbus fit,vt in p̄sentia existimē eos q nō spōte peccāt,deteriores eē his q spōte. Ergo tu mihi ꝓpitius esto,nec vlla inuidia te detineat,qn aīm meū cures. Multo mihi mai⁹ bñficiū cōferes,si inscitia libera ueris aīm,q̃ si ægritudine corpus. Si hoc velis multis verbis efficere,p̄dico tibi hūc in modū te mini me curaturū,neq; eñ assequar. Sinaūt ita vt supra,respōdere volueris,admodū mihi proderis. spero autē tibi hoc haud noxium fore. Merito vero te nūc inuocabo Apemāti fili. Nā ipse me induxisti,vt cū Hippia disputarē. Quare si nūc Hippias r̄ndere voluerit,ꝑ me ipse rogato. EV. Nil opus est meis ad Hippiā p̄cib⁹ Socrates. Neq; eñ id ꝓposuit,vt coactus videlicet respōderet:immo respōsurū se li bēter oībus est pollicit⁹. Nōne hæc sunt Hippia quæ dicebas? HIP. Dicebā eqdē. Verū Socrates hic o Eudice semp dicēres interturbat,& quasi maleficus quidā esse videt̄. SO. O vir optime Hippia,haud spōte hæc facio,essem vtiq; sapiēs secūdū sermonē tuū atq; astutus. Verū p̄ter sentētiā ago, quāobrē ignosce mihi. Ais eñ nō sponte peccāti ignoscēdū esse. EV. Haud aliter facias Hippia,sed nostri grā, & ꝓpter ea q̃ supra tibi dicta sunt,respōde ad ea q̃ īterrogat Socrates. HIP. Respōdebo eqdē,cū tu ro ges. Pete ergo qđ lubet. SO. Vehemēter cupio Hippia,qđ mō dictū est,cōsiderare, vtri meliores sint an q spōte volētesq; peccāt,an q cōtra. Spero aūt hūc in modū rectissime posse cōsiderari. Respōde iā. Vocas ne cursorē aliquē bonū? HIP. Eqdē. SO. Et malū? HIP. Ita. SO. Nōne bon⁹ q bene currit,malus q male? HIP. Certe. SO. An nō q tarde currit,male currit? q aūt velociter,bñ? HIP. Proculdubio. SO. In ipso itaq; cursu celeritas qdē bonū,tarditas aūt malū. HIP. Quid tū? SO. Vter ergo cursor est me lior? vtrū q spōte currit tarde,an q secus? HIP. Qui vltro. SO. Nōne currere est aliqd facere? HIP. Fa cere vtiq;. SO. Facere autem aliquid operari? HIP. Profecto. SO. Ergo qui male currit, malum hoc,& turpe operatur in cursu. HIP. Malum. Quid ni? SO. Male autē currit,qui tarde currit. HIP. Sane. SO. Nonne igitur cursor bonus de industria malū hoc,& turpe operat̄,malus præter propositum? HIP. Videtur. SO. In cursu igitur deterior est qui præter volūtatē agit mala,q̃ qui volens. HIP. In cursu plane. SO. Quid autem in palæstra? vter luctator est melior? num qui dedita opera cadit? an qui inui tus? HIP. Qui dedita opera. SO. Ita videtur. Peius autem ac turpius in Palæstra cadere, an deiicere? HIP. Cadere. SO. Et in Palęstra igit̄ q studio mala agit,& turpia,melior luctator est, q̃ qui imbecilli tate atq; inertia. HIP. Videt̄. SO. Quidnā in omni reliquo corporis vsu? nōne qui corpore robustior atq; aptior est,facere pro arbitrio vtraq; potest,tā quę robusti hominis sunt q̃ quę debilis,& pulchra & turpia? Quapropter qui habitu corporis præstat,quotiens mala secundum corpus facit,volēs effi cit,imbecillis autem inuitus. HIP. Videt̄ quoq; idem circa robur contingere. SO. Quid vero de ipsi⁹ figuræ concinnitate dicendum? nonne formosioris meliorisq; corporis est,impensa opera turpes figu ras cōfingere,deformis autem contra? quid tibi videtur? HIP. Quod & tibi. SO. Figuræ itaq; incon cinnitas volūtaria ad virtutē corporis artinet,cōtraria vero ad vitiū. HIP. Apparet. SO. De voce ve ro qd ais? Vtrā meliorē asseris? ex animi ne volūtate dissonam,an ex inertia? HIP. Ex animi volūtate. SO. Alteram vero peiorem. HIP. Absq; dubio. SO. Vtrum bona optas habere,an mala? HIP. Bona. SO. Vtrum eligeres pedes habere qui dedita opera claudicarent,an qui inuiti? HIP. Eos plane qui de industria. SO. Claudicatio pedum nonne vitium est atq; deformitas? HIP. Est. SO. Hebetudo autem nōne vitium oculorum? HIP. Vitium. SO. Vtros igitur potius oculos eliges, eos ne quibus sponte qs cōfuse videat,vel puerse inspiciat,an cōtra qbus nolēs male aliqs videat? HIP. Eos qbus volēs. SO. Ex his vero quæ tua sunt,potiora cēses illa q̃ male agūt sponte,q̃ quæ inuita? HIP. Eiusmodi quædā videlicet. SO. An non & reliqua oīa,aures,nares,os,oēsq; sensus ratio vna comprehendit,quæ docet sensus præter propositū peccātes,eligēdos esse nunq̃,vtpote q praui sint: eos autem qui ex instituto tāq̃ bonos,potius eligēdos? HIP. Mihi quidē videt̄. SO. Quorum vero instrumētorum melior vsus? Vtrū qbus volēs aliqs errat,an qb⁹ nolēs? Ceu gubernaculū,vtrū meli⁹ illud quo de industria qspiā male gubernet,an quo inuit⁹? HIP. Quo de industria. SO. Nōne arcus similiter,& lyra,& tibiæ,ac cæ tera omnia? HIP. Vera loqueris. SO. Vtra equi anima ad possidendum melior,ea ne qua spōte qs ma le equitet,an qua inuitus? HIP. Qua sponte. SO. Est itaq; melior. HIP. Est. SO. Meliori igit̄ equi aīa mala huius animę opera volēs qs faciet,cōtraria vero cōtra. HIP. Oīno. SO. Nonne eadē de aīa canis cæteror ūq; animalium ratio? HIP. Eadem. SO. Vtrius autem sagittatoris animam tanq̃ meliorem eligeres? Illius ne qui volens aberrat a signo, an illius qui nolens? HIP. Illius qui vltro. SO. An non hæc ad sagittandi artem melior? HIP. Melior. SO. Quare anima quæ aberrat inscia, deterior est

Vtri meliores, q spōte volēdo peccāt,an qui cōtra.

lum,& in pluribus mẽtiẽtẽ,atq; Achille deteriorẽ.At si tibi placet,vicissim responde,cũq; mea oratio nẽ tuã cõpara,qua ostẽdas alterũ meliorẽ esse:atq; ita pñtes hi magis intelligẽt,vter nostrũ rectius loquutus fuerit.SO.Haud istud dubito,vel cõtendo Hippia,quo minus me sapiẽtior videaris. cedo equidem tibi. Verum consueui semper cum aliquis de re aliqua disputat,diligenter attendere,pręsertim quãdo qui loquit,sapiens esse mihi videt.Tunc sane discẽdi auidus quæ dicit obseruo,exgro,cõnecto,ac repeto,vt clarius dicta pcipiã.Sinaũt dicentẽ ipm paruifacio, neq; requiro ab eo quicq̃,neq; quid dicat attendo.Atq; hac ipsa coniectura cõprehẽdes,quos æstimẽ sapientes.Cernes eñ me verba illorũ accuratissime auscultãtẽ, sciscitãtẽq; ab illis, vt aliqd discendo in vita proficiã.Et nunc qdẽ cũ dicta tua animaduerterẽ,qbus illorũ carminũ testimonio Achillẽ ostendis aduersus Vlyssem vt iactabundũ dicere,mirũ qddã mihi visum est,si vera dixeris.Quoniã Vlysses ipse versutus,mendacii nullius redargui põt:Achilles aũt versutus & varius secũdũ sermonẽ tuũ esse videt.mẽtit eñ.Nã cũ ea pronunciasset carmina quę tu nũc recẽsuisti:Is magis est quoniã q̃ nigri ianua ditis Infensus nobis, aliud qui pectore claudit,Inde palam profert aliud quodcunq; videtur, paulo post addit. Iliad.[illegible]

Non mihi versutus posthac suadebit Vlysses, Non Agamemnon,Troianis insistere terris, Iliad.[illegible]
Sed cras ipse Ioui reliquisq; vbi sacra pararo Cælicolis,curuo collectas littore naues
In mare deducam,prima quas luce videbis Nare per Hellespontiacum mare piscibus aptum.
In quibus aspicies,cupias modo visere,fortes Edoctosq; viros remis incumbere.nam si
Neptunus ventis implebit vela secundis, Tertia frugiferis Phthiæ lux sistet in oris.

Item supra aduersus Agamemnonem iurgans ait. Nauibus ecce domum nigris,quia pręstat, abibo In patriam Phthiam,neq; enim mens optat vt hic te Diuitiis repleam validis inglorius armis. Iliad.[illegible]

Hæc fatus,tum coram omni exercitu,tum ad eius amicos,nusq̃ apparet vel se ad opus accingere, vel naues trahere,vt domum reuersurus,immo parum admodũ curare vt vera sint quę loquitur.Equidem Hippia ab initio te rogaui,cum ambigerem vter horum apud poetam præstantior habeatur, putaremq; vtrunq; virum optimum esse, & difficile cognitu vter horum excellat magis mendacio, & veritate, aliaq; virtute. Ambo enim in hoc q̃proximi sunt. HIP.Haud recte discernis o Socrates. Nam quæ mentitur Achilles, non ex insidiis, sed inuitus propter exercitus casum mentiri videtur, coactus restare atq; succurrere , Vlysses autem sponte ac dolo. SO . Decipis me charissime Hippia, ipseq; imitaris Vlyssem.HIP.Minime omnium Socrates.quidnam dicis? & qua ratione? SO.Quoniã Achillem ais non ex insidiis mentiri,qui vsqueadeo seductor erat atq; insidiator præter ipsam iactãtiam,sicut fingit Homerus,vt tanto esset Vlysse callidior,vt ipsi vanitatem absconderet suam, dum coram eo contraria sibiipsi loqui auderet,Vlyssemq; celaret.Quocirca aduersus eum nihil inferre videtur Vlysses,vtpote qui mendacium non aduertit.HIP.Quænam ista dicis o Socrates? SO.Nescis q̃ ad Vlyssem inquit,prima luce se discessurum: ad Aiacem vero non ita,sed aliter? HIP. Vbinam? SO.His in carminibus. Diri nulla prius belli me cura tenebit, Iliad.[illegible]

Hectora q̃ Priami natum venisse sub armis Myrmidonum naues tentoria longa petentem
Audiero,premat Argiuos qui Marte subactos, Quiq; rates ignem post hæc iaculetur in ipsas.
Hectora nanq; meas naues aut castra furentem Haud reor ausurum dubio contingere bello.

An censes Hippia vsqueadeo obliuiosum fuisse Thetidis filium a Chirone sapientissimo eruditum, vt cum antea vanos ipsos variosq; iactatores effulminasset, ipse confestim Vlyssi quidem quasi sui ipsius oblitus dixerit nauigaturũ se,Aiaci vero cõmoraturũ,potius q̃ insidiatus,cũ Vlyssem cognosceret seniorem,commẽtitiisq; machinamentis & dolis se longe potentiorem? HIP.Haud dolo dixisse ista mihi videtur Achilles,immo ipsa simplicitate aliter persuasus,aliter cũ Aiace q̃ cũ Vlysse fuisse loquutus.Vlysses autem,seu vera,siue falsa loquatur,semper insidias tẽdit.SO.Melior ergo,vt videtur,est Vlysses Achille.HIP.Minime o Socrates.SO.An non supra visi sunt qui sponte mendaciũ dicunt meliores esse q̃ qui non sponte? HIP.Quonã pacto Socrates q scientes volẽtesq; iniuriantur, seducunt,lædũt,meliores esse possunt q̃ q hęc pręter sententiã faciunt? quãdo qdẽ multũ ignoscitur illi q per ignorantiã iniuriam infert,mendaciũ loquit,vel aliud quicq̃ committit mali: legesq; in eos seuerius animaduertunt q volentes mala faciunt,mentiunturq;,q̃ q nolentes. SO.Vides Hippia vera me loqui, cum dico accuratum esse me ad sapientum virorum interrogationes : cumq; in cæteris valde deficiam,hoc tantum habeo boni.Quæ enim natura ipsa rerum sit,nescio.quod hinc maxime conectare licet,quia quotiens cum aliquo vestrum loquor,qui opinione excellitis sapientiæ,testesq; doctrinæ Græcos omnes habetis, scire nihil appareo. Nunq̃ enim idem mihi, vt ita dixerim, ac vobis videtur.Quod autem euidentius est inscitiæ argumentum,q̃ si quis a sapientibus viris dissentiat? Mirificum tamen hoc habeo bonum,quod me seruat,quoniã sine rubore verecundiæ ad discendũ me præparo.Rogo autem ac sciscitor, gratiamq; ingentem habeo respondẽti,nec vlli vnq̃ ingratus extiti , neq; apud auditores vnq̃ vendicaui mihi aliorum inuenta , sed docentem laudibus

Argumentũ inscitię est a sapiẽtib⁹ dissentire. Docentis atq; discẽtis officia.

mébrorũ. Tertio ab hac ad animi ipsius ornatũ, q & in affectu temperãtia est, ipsa motionũ. f. moderatio: & in cognitione q̃dã similiter est tẽperãtia, in quadã intelligẽtiæ cũ reb⁹ quæ intelligunt cõcinna cõgruitate cõsistẽs, vt nõ imerito Pythagoras tẽperãtiã virtutũ oĩm eẽ dixerit saluberrimã, tam publice q̃ priuatim humanæ societatis cõseruatricẽ. Præsertim cũ & iustitia tẽperãtia q̃dã sit, id est cõueniẽs in cõmutãdo distribuẽdoq; moderatio. Profecto q̃uis tẽperãtia ꝓprie circa cohibendas vehemẽtes libidines voluptatesq; versef, tñ similitudie quadã trãsfert & ad cupiditates oẽs amputandas, & ad actũ quẽlibet moderãdũ, vt etiã officiũ fortitudinis ĩ audaciẽ timorisq; moderatiõe versef, similiter iustitiẽ in ꝓmiorũ pœnarũq; mõ, liberalitatis quoq; ĩ erogãdi mõ, deniq; totius vitæ salus, vt ne q̃d nimis. Hic Pythagoricũ illud, Mẽsura oĩm optĩa. Sed memẽto illos ĩ Phẽdone negari tẽpatos esse, q corporeẽ voluptatis gr̃a a voluptatib⁹ abstinẽt. Iubet em̃ actiones morales ad purgãdã mẽtem referri, cõsequẽdẽ sapiẽtiẽ diuineq; similitudinis gr̃a. Tãta vero ẽ excellẽtia tẽperãtiẽ, vt & eã oẽs ĩ operib⁹ suis obseruẽt artifices elegãtes, & ipsi⁹ virtute nõ solũ corp⁹ sub luna q̃dlibet, verũ ẽt cęlũ ipm vniuersũq; seruet. Q̃d ĩ Gorgia sapiẽtũ testimonio cõfirmat. Huic illud siẽ. Disponit de⁹ cũcta suauiter. Itẽ ĩ nũero, põdere, mẽsura cũcta disponit. sed iã ad dialogũ reuertamur. Socra. dũ ex sñia magorũ vetat curari corp⁹ añq̃ curet aĩus, manifeste eos ĩprobat, q minia curãtes, maxĩa negligũt, veluti q eqs & canib⁹ ęgrotãtib⁹ remedia q̃ritãt, ĩ sui vero corpis & animi morbis medicos minĩe cõsulũt. Miniã q̃q; supellectilia rite cõponũt, ipsi ĩteri & aĩo & corpe ĩcõpositi. Intẽperato aĩo citharã tẽperãt. Quotidie aliena curiose tractãt, ꝓpria deserũt. Oĩa vero ꝑter animũ ipm nobis sũt aliena. Ideo corpis medicinã foliũ appellauit, rẽ leuẽ, fragilẽ, & oĩno mutabilẽ, ac penit⁹ cõtẽnẽdã. Significat ẽt multa nobis incõmoda tũ corpis, tũ fortũę ob intẽperãtiã freq̃ẽter accidere, atq; cõtra cõplurima bona p tẽperãtiã ꝓuenire. Itẽ aĩo ꝑfecte cõposito, q̃cũq; accidũt, tã & prudẽter disponi, & ęq tolerari, vt nihil tãdẽ euadat ĩ malũ. Incõposito vero aĩo, nihil bñ, vel in corpe, vel extra posse cõponi. Exponit aũt in Cratylo nomẽ tẽperãtiẽ grecũ Sophrosynẽ, quasi salutẽ quãdã cõseruationẽq; prudẽtiẽ. Putat em̃ aĩo verorũ lumina oĩm ĩnata fuisse, ideoq; si in seipm ꝓrsus ĩspiciat, vera ĩ se oĩa cõspecturũ. At vero quo minus inspiciat, ĩ causa est ĩmoderat⁹ ad corpus corpeaq; affect⁹: quo fit, vt tẽperãtia opus sit ĩ primis: p quã expulsa ꝑturbationũ caligine mẽs facta serenior, diuini solis lumine abũde circũfundat, vnde sapiẽtiã primo recuperet, deĩde prudẽtiã adipiscat. Q̃m igit tẽperãtiã sapiẽtia prudẽtiaq; comitat, ideo Plato sæpe alibi, & in hoc dialogo sub ipso tẽperãtiẽ noĩe sapiẽtiã quoq; vult, & prudẽtiam cõtineri. Monet aũt Socrates Charmidẽ, vt respiciat in seipm de tẽperãtia verba factur⁹: nã & hæc ipsa in seipsum cõuersio, ẽ hui⁹ virtutis officiũ: & q̃sq; ĩ seipm penit⁹ cõuersus fuerit, tũ p ipsã tẽperãtiẽ ideã ĩnatã mẽti, hũanã itelliget tẽperãtiã, tũ moderationẽ ipsã agnoscẽs, qua de⁹ aĩẽ ꝑtes ab ĩitio ĩuicẽ tẽperauit, cõgnoscet qua rõne sit affect⁹ animi tẽperãdus. Accedit ad hęc, q; ĩ hoc ꝓcepto significat neminẽ nisi tẽperatũ de tẽperãtia loqui ad ꝑsuadẽdũ vel debere, vel posse. Pręterea tradit in Timęo, ex cõsonãti quadã aiẽ tã ad seipsã q̃ ad corpus modulatiõe, nobis ꝓspera cũcta cõtingere. Quĩetiã Pythagorei, quos Roman⁹ in hoc seq̃t Cẽsorin⁹, si anim⁹ prudẽter motiones singulas, tũ sui, tũ corpis moderef, ꝑpetuã vtrisq; sanitatẽ, & diuturnã vitã corpori pollicent. Q̃d q̃dẽ plerisq; sapiẽtib⁹ sanctisq; viris ꝓuenisse cõptũ & Cẽsorin⁹, & nos habem⁹. Ad eãdẽ quoq; causã aut similẽ diuturnas priscorũ vitas nonnulli referrẽt. Sed addit his aliq̃d mirabili⁹: Magos carminib⁹ suis ĩmortalitatẽ corporib⁹ polliceri. Magicã Zoroastris Plato in Alcibiade, nihil aliud q̃ diuinũ cultũ eẽ dicit. hic insup addit, nõ magicis tãtũ carminib⁹, verũetiã philosophicis rõnibus & tẽperari aĩm, & corpus vel semp, vel diu saltẽ procul a morte seruari. Profecto oratio illa quæ tẽperãtiã audiẽtibus omnino sit ꝑsuasura, atq; insuper effectura, duo potissimum exigit, & vim a deo infusam, & rationes a philosophis comparatas. Atq; orationem e duobus his cõpositã Plato incantationẽ nominat magicã. Qua Phœbus primo, deinde Pythagorici morbos ab aĩo, & corpe mirabiliter expellebãt. Neq; vero falsũ putari debet, corpus sub aĩa penit⁹ tẽperata immortale effici posse, & sub intemperata in morbos, & mala oĩa labi. Id em̃ Mosaicum de primi parentis statu atq; lapsu mysteriũ continet. Atq; Auicenna sequutus Platonicos, & Hippocratem, probat animũ ex ipsa sui natura adeo materiã omnem exuperare, vt cũ primũ in seipsum fuerit restitut⁹, possit elemẽta mũdi mira quadã virtute mouere, atq; habere in corpora queuis ĩꝑiũ: quo fit, vt multo magis possit in propriũ. Quod quidẽ & ab initio Adã poterat experiri, & quidã putant Enoch, & Eliam, & nonnulli suspicantur euangelistam adhuc ratione quadam simili viuere. Sed de his oĩb⁹ in Theologia nostra latissime disputam⁹. Deniq;, vt summatim dicã, mira in hoc virtutis tẽperantiæ declarant, q; animum infeliciter in deteriora prolapsum, feliciter sibiipsi restituit. Declarat & mira potestas animi, a quo omnia tã bona, q̃ mala in corpus defluant, & quo volente corpus seruari valeat incorruptũ. Quod quidem Mosaicis mysteriis fere vndiq; consonat. Post hæc sæpius quid sit temperantia quęrit. q̃d quidem neq; Charmides neq; Critias vnq̃ adsoluit. Ille enim nõ temperantiã proprie, sed quæ comitant eã, adducit in mediũ: hic aũt quę ad prudẽtiã magis ꝑtinent: & id q

ea quæ sciens aberrat. HIP. In sagittandi videlicet facultate. SO. Quid vero in studio medicinę? nõne quæ medendo dedita opera mala quędã corporibus infert, quo ad medicinę artẽ pertinet, peritior est q̃ illa quæ per ignorantiã peccat? HIP. Plane. SO. Ergo hæc in medicinæ arte est melior. HIP. Melior. SO. Vtra vero ad citharã pulsandã, vel inflãdas tibias, & alia vniuscuiusq; artis, vel sciẽtiæ opera est instructior, nõne ad hæc & melior? & siquãdo pręter artẽ male qd facit, de industria facit: quę vero deterior, præter sententiam? HIP. Apparet. SO. Seruorum autem animas eligemus potius quę scientes circa ministerium peccant, q̃ quę ignorantes, quasi ad hęc opera meliores? HIP. Sane. SO. Animam vero nostram, nonne q̃ optimam exoptamus habere? HIP. Nempe. SO. An non melior erit, si sponte mala facit atq; delinquit, q̃ si nescia? HIP. Graue id esset o Socrates, si q sponte iniuriantur, meliores essent his qui non sponte. SO. Ex his tamen quæ supra dicta sunt, sequi videt. HIP. Mihi vero nequaq̃. SO. Putarã Hippia idẽ tibi quoq; videri. Responde igit iterũ. Iustitia nõne vel potẽtia quędã est, vel scientia, vel vtrunq;? An non necesse est aliquid horũ esse iustitiã? HIP. Necesse. SO. Si potẽtia quædã animæ iustitia est, potẽrior anima, iustior erit? Melior em̃ o vir optime hęc talis nobis apparuit. HIP. Apparuit certe. SO. Quid vero si scientia iustitia sit? Nõne quę sapientior anima, illa iustior? quę insipientior cõtra iniustior? HIP. Ita est. SO. Quid si vtrũq;? An nõ quæ ambo hæc habet, scientiã scilicet & potẽtiã, iustior erit? q nõ habet, iniustior? Nõne ita rẽ se habere necessarium est? HIP. Apparet. SO. Quę vero potẽtior, & sapiẽtior est, ea melior apparuit esse, & ad vtraq; tã pulchra q̃ turpia circa quãlibet actionẽ peragẽda paratior? HIP. Certe. SO. Quotiens itaq; turpia facit, volẽs facit ꝓpter artẽ atq; potẽtiã. Hæc aũt, vel ambo, vel alterũ, ad iustitiã ptinẽt. HIP. Videt. SO. Enimuero iniuriari, mala facere est: non iniurari, bona. HIP. Sic est. SO. Nõne ergo potẽtior ac melior anima, quotiẽs iniuste aget, spõte aget? Praua aũt cõtra? HIP. Apparet. SO. Nõne vir bonus, q animã habet bonã? Malus cõtra q malã? HIP. Absq; dubio. SO. Quãobrem boni viri est, spõte iniuriari, mali aũt nõ spõte, si qdẽ bonus vir animã bonã habet. HIP. Habet qdẽ. SO. Siqs est igit hoĩm q spõte aberret, turpiaq;, & iniusta cõmitrat, haud alius est o Hippia q̃ vir bonus. HIP. Cõcedere tibi ista nõ possum o Socrates. SO. Neq; ego ipse mihi Hippia, verũtamen ex superiori sermone necesse est in præsentia nobis ita videri. At vero, vt supra dicebam, circa hæc semp sursum deorsumve reuoluor, nec in eadẽ persisto sententia: neq; mirum est me rudesq; alios ad contraria circũuagari, si & sapientes vos oberretis. Id autem nobis graue malum, si neq; etiam ad vos profecti errare cessemus.

HIPPIAE MINORIS FINIS.

Argumentum Marsilii Ficini in Charmidem, vel de Temperantia.

STudiũ Socratis in hoc dialogo est, oẽs qdẽ ad tẽperantiã cohortari: Tres vero præcipue, scilicet adolescẽtes, & nobiles, atq; pulchros. Adolescentes qdẽ propterea, ꝙ cita morbis adhibẽda est medicina. Principiis obsta, sero medicina paratur Cum mala per longas inualuere moras. Nobiles quoq;, tum vt ostendat veram in virtute nobilitatem esse ponendam, tum quia nobiles plerunq; cæteris exemplo sunt, & quotidie ad remp. admittuntur, grauissimo si mali sint, humani generis detrimento. Formosos deniq;: nam hi potissimum flagitiosorum consuetudine deprauantur: quo fit, vt magis egeãt medicina. Pręterea formosi studere debent, vt quemadmodum natura corpori breuem tradidit pulchritudinem, sic ipsi vicissim Deo naturę auctori, sempiternam animi restituant pulchritudinem. Neq; vero permittendum est, vt cum exteriora nostra multis sua pulchritudine placeant, interiora interim sua deformitate displiceant. Etsi omnia in hoc dialogo mirificam habent allegoriam, amatoria maxime, non aliter q̃ cantica Salomonis, mutaui tamen nõnihil, nonnihil etiã prętermisi. Quę enim consonabant castigatissimis auribus Atticorum, rudioribus forte auribus minime cõsonarẽt. Ideoq; Aristarchus qdã Homericus, imo vero Platonicus, q̃ min⁹ cõsonãt, diceret nõ Platonis eẽ, sed Chroni. Tria vero in ipõ exordio notãda sunt in primis, quę amorẽ ab hac forma corporis ad incorporeã transferũt pulchritudinẽ. Primũ, ꝙ inqt Socrates se inter pulchrũ hũc, & pulchrũ illum, nihil discernere, sed pulchros sibi cunctos ęque placere: quasi dicat, nõ in vnius corporis forma sistẽdũ esse pedẽ, sed ad ipsam cõmunẽ speciei toti⁹ pulchritudinẽ ascẽdẽdũ. Quæ cũ vna sit in multis, ideã pulchritudinis vnã refert super multa. Quẽadmodũ igit ab indiuiduo ad speciẽ, & a specie ad ideam cogitando transcẽdimus, ita & ab amore formę hui⁹, ad amorẽ cõis formę prio, deĩde ad formę idealis amorem pgere admonemur. His addit Socrates corporis pulchritudinẽ nõ propter se amãdã, sed tãq̃ diuinę pulchritudinis imaginẽ nobis existimãdã. Iubet postremo nudare aĩm, corporisq; forma posthabita, decorẽ animi, tũ naturalẽ ĩspicere, tũ studio cõparãdũ diligẽtius adhibere. Et interea corripit Chęrephontẽ qui nescio qd de nudando quasi in palęstra corpore dixerat. Neq; iniuria exhortationẽ ad tẽperantiam a pulchritudine corporis exordit. Hæc enim temperantia quædam est linearum, atq; colorum. Sed ab hac ꝓxime transit ad corporis sanitatẽ, quæ etiam est temperantia quædã, humorꝫ, atq;

rimū de adoleſcētibus corrigēdis frēnādiſꝗ ꝑtractat,grauiterꝗ conqueritur eā ętatē,q̄ cū mollitię laſciuiaꝗ ꝑtulātiā ſuperbiāꝗ cōiūgit,ideoꝗ in ſummo diſcrimine poſita eſt,tū a domeſticis parum obſeruari,tū a legibꝰ,magiſtratibuſꝗ īfeliciter negligi,p̄ſertim cū adoleſcētes tā ſe inuicē coinqnent,q̄ a grādioribus paſſim īficiant̄.Itaꝗ ī Legibꝰ & Rep.magiſtratū īter cęteros ꝓpriū adoleſcētię p̄ficit. Qui tāq̄,vt ita loquar,ep̄s exploratores quotidie tā nocte q̄ die ꝑ totā mittat vrbē ſingulos ſingulorū adoleſcētū mores,verba,geſtus obſeruaturos,ſingulaꝗ eoꝝ tū facta , tū dicta ad magiſtratū velut ad paſtorē patrēꝗ fideliter delaturos.Nec tā neceſſaria adoleſcētię diligētia ſoli ex oībus Platoni fuit curę.qua q̄dē in re nec Ariſtoteles ipſe Platonē potuit nō ſummoꝑe cōprobare.Sed ad dialogū veniamus.Lyſimachus & Meleſias de filiis cogitāt educādis,de ſuis conq̄ſti parētibus, ꝙ publica curioſius ꝑtractātes,domeſtica filioſꝗ neglexerint,cū tñ prima reip.cura in curāda iuuētute cōſiſtat:& q̄uis iā ſenes,tñ vt rectius ea de re deliberēt,Niciā Lachetēꝗ etiā ſenes q̄bꝰ & filii ſunt,ad cōſultādū ſimiliter cōuocāt,ac neq̄d minus ꝓſpectū ſit Socratē cōſilio adhibēt,nō modo ſociū,ſed & iudicē,Socratē inquā nihil aliud ī omni eius vita tractātē,q̄ tū de omni ętate,tū maxime de adoleſcētia rite curāda, Tu vero cōſiderabis interea miras Socraticæ vitæ laudes, itē veras eſſe laudes q̄ a viro laude digno proficiſcūtur.At vero quoniā ī aliis ciuitatibus inſtitutio legū ad māſuetudinē magis declinat q̄ ad audaciā,in aliis vero cōtra,Plato vtrūꝗ arbitratus ꝑiculoſum, & māſuetudinē audacię,& viciſſim audaciā māſuetudini iubet in Politico pariter cōmiſceri.Siq̄s vero Charmidē Lacheti cōiūxerit,exhortationēꝗ tū ibi ad tēꝑātiā,tū hic ad fortitudinē inuicē copulauerit, adoleſcētū animos rite contēꝑabit. Mitto ꝙ in hac p̄ſentis dialogi ad fortitudinē exhortatione tā Nicias q̄ Laches militarem fortitudinē vltra q̄ deceat admirant̄, & Nicias p̄terea armorū ludos quaſi ad militiā p̄ludia ſummopere neceſſaria,laudibus ſupra modū extollit.Sed hūc nō iniuria Laches emēdat . Poſt hęc ſententia trāſfert̄ ad Socratē.Vbi animaduerte nullā cōſonātiā delectare magis,q̄ quę in ſapiēte fit ex ipſa animi ſermoniſꝗ cōcordia.Atꝗ cōtra nullā diſſonantiā magis offendere,q̄ vbi lingua mēſꝗ diſſonant. Deinde hominē ꝑditū etiā ſi belle loquat̄ audiēdū nō eſſe . Neꝗ licere de moribus loqui niſi morato. Pręterea Socratē ſemꝑ cōſueuiſſe de quacūꝗ re diſputaret̄, diſputationis ſociū eo ꝑducere vt totius vitæ ſuę redderet rationē:quaſi aliena fruſtra cognoſcas,niſi teipſum noris . Addit̄ neceſſe in primis eſſe ſeipſum alicui examinanti ſubiicere,cui ſæpe rationes anteactę vitę reddant̄.Qđ q̄dē confeſſionē annuā a Chriſtianis inſtitutā valde cōfirmat.Addit̄ & tādiu diſcēdū q̄diu viuendū.Socrates autem omniū cautiſſimus iudiciū ſibi iniūctū ait traducēdū in ſeniores.Sed interea obſecratus a cūctis rem ipſam aggreditur,ante omnia quidem diligētiā in filiis educandis probans,improbans negligētiam. Adiūgit nō poſſe fieri vt q̄s ad fortitudinē aliquē adhortet̄,niſi ſciat q̄d ipſa fortitudo ſit exprimere. Mox interrogatus Laches q̄d fortitudo ſit,confidētius reſpōdet,eſſe virtutē ꝑ quā q̄s nō deſerens ordinē,expugnat hoſtē.Qđ q̄dē ideo cōfutat̄,q̄a poteſt aliq̄s Scytharū more nō minus fugiēdo q̄ ꝑmanendo hoſtē vincere,atꝗ æque fortis eſſe.Ideoꝗ Homerus eū appellat fortē q̄ opportune audere ſcit atꝗ timere.Paulo poſt ad quālibet materiā fortitudinis victoria trahit̄, q̄ſi fortē virū deceat nō mō formidines,verū etiā dolores,libidines,voluptates exuꝑare.Hic q̄rit̄ cōis ad hęc oīa fortitudinis definitio.Ad hęc reſpōdet Laches,hāc eſſe quādā animi tolerātiā.At q̄m minus ſufficiēter eſt definitū Socrates addere cogit,tolerantiā ipſam oportere honeſtā eſſe atꝗ conferentē. eiuſmodi vero nō erit niſi prudenter id fiat. Ideoꝗ cōpellit Lachetem dicere fortitudinē proprie tolerantiā prudentē eſſe. Siq̄dē fortitudo pulchrū q̄ddā eſt atꝗ bonū. Deinde q̄rit̄ q̄nā tolerantia,& ad q̄d prudēs.i.circa quā materiā,q̄đve officiū. Labit̄ aūt Laches q̄ñ generatim īterrogat̄ vtrū vbi audacia maior eſt ibidē fortitudo ſit maior,idꝗ cōcedit,rurſuſꝗ admittit neceſſario audaciā in eo eſſe maiorē,q̄abſꝗ rei ipſius peritia,cognoſcēs tñ ꝑiculū,rē ipſam aggredit̄,q̄ ī eo q̄ ꝑitia īcedit īſtructꝰ. Cautiꝰ.n.tutiuſꝗ is agit. Laches deniꝗ recipit,vbi plus audacię minusve ꝑitię prudētięꝗ eſt,fortitudinē eſſe maiorē.In qua quidē cōceſſiōe & ſibi ipſi repugnat,& admittit falſum.Nā fortitudo q̄dē pulchrū q̄ddā eſt & cōferēs, audacia vero imprudens eſt,turpis & noxia.Inter hęc nota tritā Socratis Platoniſꝗ ſentētiā.Ad illa quiſꝗ bonus eſt,ad q̄ eſt ſapiens:ad illa malus,ad q̄ ignorās. Profecto quēadmodū errores oēs,tū manus in app̄hēdēdo,tū ꝑedis in gradiēdo ab ipſo vidēdi defectu ꝓcedūt,ſic errata hoīm oīa,tū in eligēdo,tū in agēdo ex defectu intelligētię ꝓficiſci Socrates arbitrat̄.Nā vbi dux ipſe cæcus eſt vel cęcutiens,oīa labunt̄ in pręceps.Poſt Lachetē definit Nicias fortitudinē, metuēdarū rerū & nō metuendarū ſciētiā,qua videlicet ratione & quatenus metuēda inuadēdaꝗ ſunt.Vocat vtiꝗ fortitudinē habitū quēdā cū prudētia circa metuēda & inuadēda cōſtātem.Audaciā vero ſine prudentia temerariā vocat ferocitatē.Socrates cōtra Niciā ſic argumētat̄.quorūcūꝗ aliqua ſciētia eſt,nō alia p̄teritoꝝ eſt vt facta ſūt,alia p̄ſentiū vt fiūt,alia futuroꝝ vt optīe fieri pñt, ſed eiuſdē ſciētię ē hęc oīa ītelligere. Si ergo fortitudo ſcīa eſt audēdi & metuēdi circa bona atꝗ mala,videlicet vt futura ſūt, nimirū ē et ſcīa eorūdē vt p̄ñtia ſunt,atꝗ p̄terita.oīm ergo ſimpliciter.Eſt igit̄ vniuerſa virtus.Nos aūt fortitu

retrahisq; ad id,vt beatũ viuere non sit secundũ vniuersas sciẽtias viuere,immo secundũ vnã quãdã boni malive sciẽtiã.Porro si velis o Critia ex aliis sciẽtiis hãc excipere,minus & ipsa medicina sanos efficiet?& coriaria calceos minus suppeditabit?minusq; textoria vestes?gubernatoria maritima pericula?militaris belli discrimina declinabit, seruabitq; minus? CRI.Nihil minus. SO.At vero o amice Critia sublata hac ipsa sciẽtia boni.s.atq; mali,nihil horum bene vtiliterve ageť.CRI.Vera loqueris. SO.Haud hęc,vt videť,tẽperãtia est,sed ea cuius opus est nobis ꝓdesse. Nõ eñ sciẽtiarũ & inscitiarũ sciẽtia est,sed boni malive cognitio.Quocirca si vtilis nobis est tẽperãtia, ad aliud q̃ddã cõfert. CRI. An nõ prodest & hęc?Nẽpe si sciẽtiarũ sciẽtia est tẽperantia,cęterisq; sciẽtiis p̃sidet,huic quoq; scientię bonũ malũve discernẽti similiter imperãs,nobis ꝓderit.SO.Nũquid bonã corporis valetudinẽ p̃stabit hęc potius q̃ medicina?cæteraq; artiũ aliarũ opera hęc efficiet,artifices aũt singuli a ꝓpriis cessabunt operib⁹?An nõ iampridẽ inter nos cõstitit tẽperantiã esse sciẽtię inscitięve sciẽtiã,nec vllius alterius facultatẽ?An nõ ita?CRI.Ita prorsus apparet.SO.Nõ ergo erit opifex sanitatis. CRI.Nõ.SO. Alterius.n.artis opus est sanitas.CRI.Alterius certe.SO.Neq; vtilitatis igiť o amice. Nã alteri hoc opus arti paulo ante tribuimus.nonne?CRI.Maxime.SO.Quo pacto itaq; vtilis nobis tẽperãtia erit, cũ vtilitatis nullius sit artifex?CRI.Nullo modo videť o Socrates.SO.Vides ne Critia me supra nõ iniuria timuisse,meq; ipsum culpasse,ꝙ nihil magnũ & vtile de tẽperantia saperẽ? Nunq̃ eñ q̃d oĩm habeť pulcherrimũ,hoc nobis apparuisset inutile, siquo pacto ad recte inquirẽdum ipse vtilis essem. Nunc autẽ passim succũbimus,neq; inuenire valemus ad quid potissimũ significandũ tẽperantię nomen instituit ipse nominũ auctor,q̃q̃ multa cõcessimus a ratione tñ penitus abhorrẽtia.Porro scientię scientiã esse cõuenimus reluctãte ratione,idq; protinus refellẽte.Quinetiã hac ipsa sciẽtia reliquarũ scientiarũ opera nosci cõcessimus,ratione similiter repugnãte,vt vir tẽperãs talis esset,vt q̃ nouit, sciat seipsum nosse,& quę nõ nouit,ignorare rursus intelligat.Hoc vtiq; magnifice nimiũ libereq; cõcessimus,haud aduertẽtes impossibile esse,vt quę nullo modo quis noscit,noscat quodãmodo.In hoc autẽ nos cõsensimus,videlicet aliquẽ ignorãtẽ aliqua,ꝙ nõ cognoscat ipsa cognoscere : etsi nihil est, vt mea fert opinio,q̃d hoc videatur absurdius.Verũtamen ita nos ineptos potius q̃ duros ꝑtinacesq; hęc indagatio nacta,nihilo magis veritatẽ iuenire põt,sed vsqueadeo seipsam irrisit,vt q̃d iãdiu nos cõmuni cõsensu cõfinximus,& tẽperantiã esse posuimus,hoc tandẽ inutile quiddã insolẽter & cõtumeliose nimiũ apparuerit.Tua q̃dẽ id causa potius q̃ mea o Charmides ægre fero,si tu tã egregia indole,ac tẽꝑãtia animi p̃ditus,nihil tãta virtute iuueris,nihilq; ipa in vita tibi profit.Molesti⁹ quoq; fero incãtatiõis gratia,quã a Thrace illo didici,si ĩ re nulli⁹ p̃cii ꝑcipiẽda tãtũ studiũ posui.Hęc itaq; sic se habere haud satis credo,immo ignauum esse me inuestigatorẽ arbitror,quippe q̃ tẽꝑantiã magnũ quoddã bonũ existimẽ:q̃d si habes,te beatũ esse. Verũ cogita vtrũ possideas,& incantatione non egeas.Nã si habeas,tibi equidẽ cõsulã vt me delirũ putes,& inuestigãdę veritatis ĩpotẽ, te vero quo es tẽperãtior eo beatiorẽ.CHAR.Nescio ꝑ Iouẽ o Socrates vtrũ habeã necne. Nã quo pacto illud intelligã,q̃d vos vt ais ipse,quid sit inuenire nondũ potestis?Equidẽ tibi nõ multũ credo Socrates.Immo indigere incãtatione me arbitror,& quantũ ad me attinet,nihil obstat quo minus quotidie mihi incantationibus medearis, quoad ipse satis habere me putes. CRI.En Charmides si sic egeris,argumento istud mihi erit,ꝙ temperatus sis,quia incantationibus Socratis te subiicias,nec ab eius latere vnq̃ discedas.CHAR.Pariturum me & passim sectaturum existimato. Nempe grauiter peccarem,nisi tibi tutori meo parerem,& quod iubes exequerer. CRI. Iubeo equidem.CHAR.Efficiam id sedulo,hodieq; incipiam.SO.Quidnam hi deliberant?CHAR.Nihil amplius.Nempe decretum est. SO. Vim ne inferes?neq; mihi vllum vicissim consultandi relinques arbitrium?CHAR.Vim prorsus illaturum putato.quandoquidem hic pręcipit.Ad hæc tu quoq; quid acturus sis consulta. SO. Nullus restat consultandi locus. nam tibi agere aliquid affectanti cogentiq; nemo resistere poterit. CHAR. Neq; tu ergo repugnas.SO.Haud equidem aduersabor.

CHARMIDIS FINIS.

Marsilii Ficini argumentum in Lachetem,vel de Fortitudine.



PLATO sæpenumero magistratus optimos legib⁹ anteponit,ꝙ leges absq; illis omnino videantur inutiles:eas enim seruabit nullus: Magistratus autẽ optimi ipsi sint leges.Sed ait magistratus non posse optimos fieri, nisi ciues viri sint optimi: neq; viros fore tales,nisi adolescentes quoq; puerique sint tales.Quapropter in omnibus pene dialogis parentes in primis ad recte educandos filios adhortatur, sciens non posse genus humanũ absq; gubernatoribus optimis vel honeste viuere vel feliciter gubernari.Præterea nunq̃ fore bonos in repub.principes,nisi viri sint probatissimi,statim videlicet a tenera ætate diligenter exculti.Cum autem pueritia plerũq; sub domesticorum prouidẽtia satis ferme regatur,adolescẽtia vero licentiã nacta solutiorẽ passim absq; frẽnis oberret,merito Plato noster plu-

Melesiã pbo,& vobiscũ vna inuestigare paratus sum,similiterq; affectũ hũc Lachetem existimo. LA. Vera ppẽdis o Nicia:pfecto qđ paulo ante referebat Lysimachus de suo & Melesię patre, q̃ aptissime dictũ mihi videt̃ aduersus illos,& nos,& oẽs qcũq; ciuilia tractãt.nã,qđ q̃rebat̃ Lysimachus,illi tã filios q̃ cętera domestica negligũt.In his itaq; probe Lysimache loq̃ris.q; aũt nos ad cõsultãdũ de eruditione adolescẽtũ accersis,Socratẽ aũt istũ nõ inuitas,admiror:primo qdẽ cõciuẽ, deinde hic vt plurimũ cõuersantẽ,tractãtẽq; vbi aliqua sit disciplina decora talis qualẽ exigis,& exercitatio iuuenũ. LY. Quid ais Laches?Socrates hic talia vnq̃ curauit?LA.Et maxime quidẽ Lysimache. NI.Ego quoq; ad hoc nõ deterior q̃ Laches testis esse possum.Nup.n.hospitẽ ad me deduxit erudiẽdi filii gratia Agathoclis discipulũ Damonẽ,musicę pceptorẽ,vrbanũ qdẽ virũ p̃ cęteris, atq; pitũ nõ ĩ musica solũ,sed etiã ĩ cęteris facultatibus,qbus certe dignus sit vt eius disciplinę cõsuetudiniq; adolescẽtes eiusmodi cõmittant̃.LY.Haud amplius o Socrates,Niciaq;,& Laches,ego atq; æquales mei,iuniores cognoscimus,vtpote q nos domi ob ætatẽ plurimũ cõtinemus.Verũ si qd boni o Sophronisci fili cõciui huic tuo cõsulere potes,cõsule.Decet eñ.nã paternus nobis es amicus.Semp.n.ego ac pater tuus familiares amiciq; fuim⁹,ac ille vita prius decessit,q̃ vlla iter nos simultas exoriret̃.Mihi quoq; quodãmodo aures adhuc Socratis nomẽ circũsonat,qđ hi pueri domi altercãtes ĩuicẽ frequẽter vsurpãt,celebrãtq; summope.quos ego nõdũ pcõtatus sum vtrũ Socratẽ Sophronisci filiũ dicãt,an aliũ. Sed o pueri dicite mihi,hic ne Socrates ille,quẽ adeo frequẽter cõmemorare soletis? PVE. Iste pculdubio pater. LY.Bene qdẽ p Iunonẽ o Socrates,q; erga patrẽ tuũ recte te geris oĩm virorꝫ optimũ, & q; nobis propria tua erũt,tibiq; nr̃a.LA.Ne virũ hũc dimittas Lysimache:nã ego alibi ipm ĩspexi qñq;,nõ erga patrẽ tãtũ,verũetiã erga patriã mirũ ĩ modũ officiosum.porro in ipsa apud Delũ fuga, mecũ vna pedẽ retulit.Idq; ratũ habeas velim,q; si cęteri sil'iter se gessissent, haud tãtã ppressa fuisset ciuitas nr̃a ruinã.LY.Optima hęc laus est o Socrates,quę tibi nũc a viris fide dignis tribuit̃,q ĩ iisdẽ laudãdi & ipsi sunt,ĩ qb⁹ te laudãt.Scito igit̃ me tua lętari gloria,tibiq; summa beneuolẽtia esse deuĩctũ existimato. Oportet ergo te primũ ad nos accedere,domesticosq; vt decet cẽsere.Quare posthac postq̃ nos ĩuicẽ agnouimus,ne aliter facias , imo beneuolẽtia quadã domestica cõplectaris & nos & hos iuniores, vt mutua ĩter nos amicitia vtrinq; seruet̃.hęc sane & tu facies,& nos deinceps iterũ ĩ memoriã reuocabimus.Ad id aũt qđ ĩngrere cœpim⁹,qd dicitis? Nũ cõducere putatis adolescẽtib⁹ vt armis pugnare pdiscãt?SO.Conabor eqdẽ o Lysimache si qd potero de his cõsulere,& q̃ postulas cũcta pficere:verum par esse mihi videt̃, vt cũ & iunior his,& ad hęc impitior ipse sim,audiã primo qd ipsi sentiãt, discãq;,ac si qd aliud vltra sentẽtias illorꝫ habuero,tũc demũ tibi hisq; aperiã. Cæterũ cur nõ ipse prior o Nicia loq̃ris?NI.Nihil phibet Socrates.Videt̃ mihi pitia hęc passim pdesse iuuenib⁹,neq; ĩ his imo rãdũ,qb⁹ iuuenes otiũ nacti sese dare cõsueuerũt,sed eã facultatẽ cõpare p̃stat,p quã habit⁹ corporis robustus acq̃rit̃.Nulla eñ alia exercitatione ĩferior hęc est,aut minus laboriosa. Decet p̃terea liberũ hoiem maxime exercitatio talis & eq̃stris pitia.Nã ĩ eo certamine cui⁹ nos athletę sum⁹,& ĩ his quorũ nobis est certamẽ ppositũ,hi soli decertãt,q in eiusmodi belli ĩstrumẽtis se exercẽt.Cõferet qnetiã peritia hęc ĩ ipsa pugna,quotiẽs ĩ acie ordineq; certãdũ.Maxime vero tũc pderit,cũ acies dissoluent̃, & singulari certamine oportebit vel ĩseq repugnãtẽ,vel iuadẽtẽ ĩ fuga repellere.Nũq̃ sane q hac facultate ĩstructus est,vni succũbet,forte vero nec etiã plurib⁹,imo hac passim exupabit.Pręterea alterius cuiusdã pclarę disciplinę facultas hęc desideriũ affert.quilibet.n.cũ didicerit armis pugnare,disciplinã circa ordinãdas acies,q̃ stati sequit̃,affectabit:hęc aũt assequut⁹,& circa hęc cupiditate glorię inflãmat⁹,ad exercit⁹ p̃fecturã se cõferet,ac sũmati ad oĩa q̃ circa hęc versant̃ ĩstituta studiaq; pclara & cognitu vsuq; digna,sese prima illa ducẽte cõuertet.Adiiciem⁹ itẽ qddã nõ cõtẽnẽdũ,q; vnũquẽq; in prelio audẽtiorẽ fortioreq; mirũ in modũ hęc facultas efficiet. Neq; illud insup reticẽdũ,q̃uis leuius cuiq̃ videri possit,q; & aptiorẽ ibi virũ efficiet vbi maxĩe aptũ prõptũq; apparere oportet. Ibidẽ certe ob ipsam dexteritatẽ hostib⁹ terribilior apparebit.Mihi itaq; o Lysimache opep̃ciũ eẽ videt̃,vt hęc adolescẽtes pcipiãt:quãve ob causam ita putẽ,exposui.Verũtñ libẽter audirẽ,siqd p̃ter hęc Laches velit afferre. LA.Absurdus pfecto sermo existimaret̃ o Nicia si qs aliquã disciplinã diceret minime cõparãdã.Pręstare eñ videt̃ scire oĩa.Eniuero facultas hęc circa arma,si disciplina q̃dã est vt ferũt q eã docẽt,& talis p̃terea qualẽ Nicias pdicat,discẽda est.Sinautẽ disciplina nõ est,sed nos decipiũt q hãc pollicent̃,vel disciplina est qdẽ,sed haud multi pcii,qd discere hãc oportet?Ad hęc dicẽda ea sane cõiectura me mouet,q; vt reor si alicui⁹ hęc esset pcii,nũq̃ Lacedæmones latuisset,qb⁹ nihil aliud curæ est ĩ omni vita q̃ ita se ĩ oĩb⁹ cõpare vt bello cęteros oẽs exuperẽt.Qꝫ si forte illos fugit, nõ tñ hos p̃terisset huius rei magistros,q; hmõi reb⁹ illi summope studẽt,q;ve ĩ his honoratus ab illis aliqs multas apud alios pecunias cumularet,queẽadmodũ tragœdiarũ poeta apud nos honoratus. Nẽpe q tragœdiis confidit suis,haud extrinsecus Atticã circũlustrat,p alias vrbes ostẽtãs, verũ statim huc aduentat,& sua merito iis viris ostendit.Hos vero qui in armorum ludis versantur,video Lacedæmo

Pueros discere debere armorũ disciplinã

Deprimit̃ rationib⁹ armorũ disciplina.

Vituperat̃ gladiatura.

dinē ab initio tanq̄ virtutis ptē aliquā q̄rebam⁹. Obiectio hæc nō tā refellēdi, q̄ tētādi Nicię gratia facta est. At Nicias definitionē suā nesciuit defendere. Socrates aūt inter seniores propter modestiā doctorem agere nolēs, simulat se definitionē similiter ignorare: hortatq; eos vt vna secū virtutū pręceptores sibi ante pquirant, q̄ facultatē erudiendæ iuuētutis pfiteanť, ostēdēs i oī ætate moralē disciplinā esse magnope necessariā, ac sine rubore verecūdię semp esse discēdū. Definitiões vero quas vel hic de fortitudine, vel in Charmide de tēperātia q̄rit, nō hic, aut ibi, vbi exhortari & admonere dūtaxat cōsiliū est, sed in Rep. & Legib⁹ absoluunť. Sed vt de fortitudine simul & tēperātia q̄si germanis sūmatim dicā, Plato i Phędro, Symposioq; vitam hāc nostrā itineri cuidā cōpat. In quo quidē dirigēdo rō referat aurigā: affectus vero ptim supiores ptim inferiores geminos referāt equos, albū videlicet atq; nigrū. Atq; vt quātū ad ppositā ptinet q̄stionē, cōmodius distīguam⁹: Diuinā īgt puidentiā statuisse nos a turpibus reuocare: ad honesta cōtinue puocare. Ideoq; pudorē magnanimitatēq; nobis īgenuisse: vt auriga noster pudore quodā q̄si fræno, affect⁹ nr̄os velut equos a turpib⁹ licet suauib⁹ cohiberet: magnanimitatis vero calcarib⁹ ad honesta q̄uis ardua stimularet. Sīgdē malus qdā dæmō ad turpia lenociniis allicit voluptatis: ab honestis amaritudine doloris absterret. Quāobrē & tēperātia pudoris vsa frenis, efficit vt a turpibus īuita voluptate semp abstineamus: & fortitudo magnanimitatis freta calcaribus, dat operā vt ad honesta viriliter cōtēdam⁹, spreta difficultatis dolorisq; formidine. Et quāto difficili⁹ est dolores supare, q̄ a voluptatibus abstinere: tāto forsitā alicui videri posset fortitudinē tēperātię anteponēdā. Deniq; tēperātia qdē facit ne ex hoīe p̄cipitemur i bruta: fortitudo vero p̄ter id, vt ēt quodāmō trāsferamur i deū oīa supantē. Ob hāc p̄cipue virtutē oīs antiqtas Herculē in deoꝝ retulit numerū: Herculē īquā, dū terrę victor cęlestes scāderet grad⁹, ita clamātē. Ite nunc fortes vbi celsa magni Ducit exempli via: cur inertes Terga nudatis? superata tellus Sidera donat.

ARGVMENTI FINIS.

LACHES PLATONIS, VEL DE FORTITVDINE, TRANSLATVS A MARSILIO FICINO FLORENTINO, AD PETRVM MEDICEM VIRVM CLARISSIMVM.

DIALOGI PERSONAE.

LYSIMACHVS. MELESIAS. NICIAS. LACHES. FILII NICIAE ET LACHETIS. SOCRATES.

LY.



IRVM spectastis armis dimicantē o Nicia atq; Laches: quā vero ob causam spectare hunc nobiscum vna ego & Melesias hic vos iussimus, supra minime declarauimus. Nunc aūt aperiem⁹, nā libere vobiscū loquēdū existimam⁹. Sūt enim nōnulli q hęc deridēt: ac si quis eos cōsulat, sentētiā suā nō exprimunt: sed illud de quo cōsultatur, & cōsultātis mētē cōiiciētes, alia p̄ter ea quę sentiūt, proferunt. Cū aūt vos arbitremur & ad intelligendū sufficere, & quę cognoscitis simpliciter explicare, socios ad eorū q̄ teferemus deliberationē asciuimus. Est aūt de quo altius sum exorsus, eiusmodi. Hi nobis filii sūt, hic qui dē huius fili⁹, auito noīe Thucydides nuncupat⁹: me⁹ itē alter, aui similiter nomen seruās, nā Aristidem noīamus. Videtq; nobis q̄diligētissima hoꝝ cura suscipienda, neq; agendū putamus qđ multi solent, q filios suos cū primū adoleuerint, ad propriā sinūt libidinē viuere, immo vero tūc studiū diligētius adhibēdū. Cū itaq; adesse nobis filios videam⁹, iudicauim⁹ vos pręcęteris cogitasse, qua ratione educādi sint vt optimi fiant. q si nō multū aīaduertistis, in p̄sentia admonem⁹ vos id negligere nō debere, exhortamurq; vt vna nobiscū de filiorū educatione deliberetis. Quā vero ob causam nobis hęc videanť o Nicia atq; Laches, audire decet, q̄uis paulo plixiora sint, q̄ sequunť. Discubuimus in cōuiuio simul ego & Melesias hic, atq; hi nobiscū adolescētuli. Vt igiť in pricipio sermonis significaui, libere vobiscū audacterq; loq̄mur. Sane vterq; nostrū multa pōt patris sui p̄clara facinora tū pace, tū bello filiis enarrare, patrisq; gesta erga rēp. sociosq; insignia recēsere, a nobis vero res gestas referre nullas possum⁹. Quare & horū nos pudet, eaq; dānam⁹, & patrū negligētiā sępe culpamus, q nos postq̄ adoleuimus, in mollitie quadā & delitiis viuere p̄misērunt, resq; aliorū gessere. Eadēq; adolescētibus his ostēdētes, edicimus, si seipos neglexerint, nostraq; p̄cepta cōtēpserint, ignobiles eos fututos: sinautē curauerint, forte dignos auitis noībus euasuros. Ipsi vero patituros se nobis respōdent. Nobis aūt de hoc inuicē cōsultātibus qua disciplina vel cōsuetudine potissimū optimi fieri possunt, exposuit q̄spiā operępreciū esse vt armis dimicare pdiscant, laudauitq; istū quē vos modo certātē spectastis, & cōtueri iussit. Optimū itaq; fore putauimus, vt & nos ad hoc spectaculū veniremus, & vos vna cōuocaremus, tū ad spectādū, tū etiā si vultis de adolescentum educatiōe cōmuni cōsilio deliberādū. Hęc sunt q̄ vobiscū cōferre cupiebam⁹. Vestra nūc iterest, tā de hac re vtrū discēda sit nec ne cōsulere: q̄ de aliis siquā disciplinā vel studiū adolescētis laude dignum inuenitis, & quid circa cōmunionē facturi estis, p̄dicere. NIC. Sētentiā p̄fecto vestram o Lysimache &

Occasio dialogi vt de fortitudine disputetur.

rint,& multorũ adolescentũ animos erudiuerint,postea nos quoq; docuerint.Vel siquis nostrũ præceptoré habuisse neget,opera sua mõstrare debet,in mediũq; afferre quinã Atheniensiũ,vel hospitũ, aut serui,aut liberi,diligẽtia sua absq; cõtrouersia boni euasetint.Sinautẽ neutrũ ostẽdere possumus, vt alios cõsultores adeant,iubere debemus,neq; in amicorũ filiis deprauandis id subite periculi,quo apud adolescẽtũ domesticos accusationẽ maximã mereamur.Equidẽ o Lysimache atq; Melesia de me ipso in primis assero nullũ hac de re mihi magistrũ extitisse,q̃q̃ a tenera ætate semp rẽ hãc affectaui. Verũtamen Sophistis mercedem soluere nõ valeo, qui soli polliciti sunt bonum me & clarũ efficere. Ipse vero proprio ingenio artẽ hãc inuenire etiã nũc minime possum.quã si Nicias hic vel Laches inuenit vel didicit,haud equidẽ admirabor.Etenim pecuniis magis abũdãt,vt ab aliis discere queãt: & seniores sunt,vt iã inuenire potuerint.Videtur autẽ mihi ad erudiendũ sufficere.neq; eñ vsqueadeo intrepide de studiis iuueni bonis vel malis statuissent,nisi putassent sufficienter hæc cognoscere.Cętera his eqdẽ credo,q; vero dissentiãt admiratus sum. Atqui quemadmodũ nuper Laches iubebat ne me dimitteres,sed percontareris,ita nũc ego vicissim te rogo iubeoq; Lysimache,ne Lachetẽ Niciãq; dimittas,sed ab his scisciteris,dicens eis Socratem dixisse, rem ipsam non intelligere,neq; diiudicare posse qs vestrũ vera loquaẽ:quippe cũ nec inuẽtor harũ rerũ ipse fuerit,neq; ab alio docẽte didicerit. Tu autẽ Laches ac Nicia dicite vtriq; nobis,quẽ circa iuuenũ educationẽ doctissimũ cõueneritis, & vtrũ discẽtes ab aliquo sciatis hęc,an ipsi potius inuẽtores sitis. Q; si didicistis,qs vtriusq; magister? quive alii artis eiusdẽ professores? Vt si min⁹ vobis ad hęc a reipublicę negotiis supest otii, eos adeamus,psuadeamusq; vel muneribus, vel gratia,vel vtrisq;, vt & nostroꝝ & vestroꝝ filioꝝ curã suscipiãt,ne improbi facti maioribus suis dedecori sint.Sinautẽ ipsi vos hoc inuenistis,adducite in mediũ siquos forte alios diligentia vestra ex prauis bonos clarosq; homines reddideritis. Enimuero si nunc primũ docere incipitis,animaduertẽdũ est nõ Carem quẽdã mercede conductũ,sed & vestros & amicorũ filios in discrimen vos ducere: & profecto,vt habet Prouerbiũ,in vasis ipsius iactura artem figulariã experimini.Dicite itaq;,qd ex his adesse & cõpetere vobis asseritis vel negatis? Hęc tu ab illis sciscitare Lysimache,neq; eos dimittas prius,q̃ respõdeãt.LY.Probe loqui Socrates o viri & mihi videtur.Si ergo vobis gratũ futurũ est o Nicia atq; Laches,interrogantibus respõdere , ipsi videritis, mihi certe & huic Melesię gratũ,si velitis oĩa q̃ interrogat Socrates,ratione pcurrere.Etenim statim a principio dixi idcirco ad cõsulẽdũ vos accersisse,qa excogitata vobis hęc iã,vt decens est,arbitraremur,psertim cũ filios habeatis vt nos, ea ferme in ætate iã cõstitutos,in qua de eruditione sit cogitãdũ.Si ergo nihil phibet,dicite obsecro,vnaq; cũ Socrate hoc cõsiderate,& reddẽtes,& recipientes inuicẽ rationẽ.Recte nãq; & hoc hic dicebat,de maximo quodã nostroꝝ oĩm in psentia nos deliberare. Videte itaq; vtrũ sic agendũ existimetis.NI.Videtis certe mihi Lysimache Socratẽ ex patre tãtũ cognoscere, neq; cũ eo vnq̃ cõsuetudinẽ habuisse, nisi forte dũ esset puer,patrẽ sequutus aliquãdo vel in tẽplo,vel alio populari cõuẽtu tibi adhęserit. Virũ aũt hũc factũ nõdũ,vt apparet,es alloquutus. LY.Cur o Nicia? NI.Ignorare videris q; qcũq; sermone quasi genere propinquat Socrati,illiq; disputans hęret,licet de alio quoq̃ cœperit disputare,cogiẽ tãdẽ Socratis verbis adductus suæ vitę reddere rationẽ,quæ sit psentis,q̃ anteactę ipsius vitę cõditio.Et postq̃ in hęc incidit, nõ prius eũ dimittit Socrates, q̃ cũcta hęc sufficiẽter examinauerit.Ego autẽ hoc familiariter vsus sum,ac necessariũ esse cognosco huius ex verbis hęc pperti,q; ve nũc ipse patiar non ignoro.Delectat me admodũ huius o Lysimache cõsuetudo.Neq; enim obesse puto vt in memoriã reducatur, si qd nõ recte vel fecerimus vel faciamus.Immo vero necesse est eũ q hęc nõ refugit,cautiorẽ in posterũ fieri, existimantẽ secũdũ illud Solonis tãdiu discẽdũ q̃diu viuit,neq; sperantẽ senectutẽ ipsam mentẽ nobis daturã.Mihi itaq; nec insuetũ est,nec iniucũdũ a Socrate hoc examinari.Atqui iamptidẽ id sciebã,sermonẽ nobis nõ de pueris præsente Socrate,sed de nobis ipsis futurũ. Quamobrẽ nihil prohibet,quo minus cũ Socrate vtcũq; vult ipse,disseram.Verũ considera quo pacto ad hoc Laches afficiatur. LA. Simpliciter eqdẽ Nicia erga sermones afficior,immo vero si vis dupliciter. Porro verboꝝ studiosus videri cuiq̃ possem,& aliquãdo contra. Nam quotiẽs de virtute vel de sapientia quadã aliquem audio disputantem reuera virũ dignũq; sermonibus ipsis,mira quadã afficior voluptate, contemplans dicẽtem simul ac dicta q̃ congrua inter se & cõsona sint.Atq; hic profecto vir musicus esse mihi videtur,harmoniam suauissimã modulatus,nõ lyram,neq; iocularia q̃dã instrumẽta,sed vitã reuera cõtẽpans cõcordia verborũ & operum,cõcinentẽ secũdũ Doricam videlicet melodiam,non Ionicam,aut Phrygiam,aut Lydiã,sed eã certe quę sola græca est harmonia. Talis itaq; vir mirifice suis me verbis delectat, efficitq; vt verboꝝ auidior esse videar:tanta attentione dicta illius accipio.Quisquis autem agit cõtra, meas offendit aures,&-quo loqui videẽ ornatius, eo efficit magis vt videar a sermonibus abhorrere. Socratis qdẽ verba nõdũ expertus sum,opera certe quãdoq;,mihiq; cõpertũ est hũc pclaris sermonibus, omniq; libertate loquendi dignũ esse.Si ergo & hoc habet,cum eo plane consentio, atq; libẽtis

Prouerbium. In vasis iactura artẽ figulariã experiris.

Cõmẽdatio Socratis.

Solonis pceptum.

nem putare quasi quoddã inaccessibile templũ, neq; summo etiam pede ascendere vnq̃ audere. Immo circũ oberrant, & apud alios se potius iactãt, p̃cipue inter illos, qui & ipsi se aliis multis in re militari inferiores esse cõfiterenť. Pręterea nõ paucis o Lysimache generis hui⁹ hoĩbus interfui dimicãtibus, & quales sint noui. Ide quoq; cõiectare licet. Quasi.n. dedita opa null⁹ vnq̃ in bello illustris euasit eoꝝ qui his ludis incubuerũt. q̃uis in cęteris oĩbus ii p̃ficiant maxime, q̃ se frequẽter exercent, soli tñ hi p̃ter cęteros ad hoc voti impotes sunt, vsqueadeo infortunati videnť. Etenĩ Stesileum hũc, quem vos mecũ tãta in turba sese ostentãtẽ cõtẽplati estis, & mira nimiũ p̃fitentẽ, alibi quãdoq; inspexi certius reuera seip̃m haud sp̃ote intuẽtibus demõstrantẽ. Ascendit qñq; nauẽ, & aduersus ingẽtẽ nauẽ aliam decertauit, instrumentũ quoddã militare tenẽs manibus, ab aliis lõge diuersum: quippe cũ & ipse ab aliis discrepet. habebat hic Dorydrepanũ.i. telifalcẽ. Reliqua q̃dẽ viri huius gesta haud digna auditu sunt, hoc tñ nõ est silentio p̃tereundũ, quid cõtigerit ex tã mira cautione, huiusq; viri machinamẽto q̃ telo falcẽ addidit. eo siq̃dẽ dimicãte falx nauis se fulcimẽtis ĩplicuit. Trahebat aũt Stesileus vt expli caret, neq; poterat, nauis nauẽ trãsibat, ille autẽ interea nauẽ cursu comitabať hastã continens: cũ vero nauis nauẽ iam transiret, eumq; hastã tenentẽ attraheret, ad extremũ teli manu deuenit. Risus ergo ac strepitus ampla in naui concitus ob Stesilei habitum, & ob id insuper quia ad summã quis nauem iacto lapide in pedes eius coegit vt hastã dimitteret. Tũc sane & illi qui triremi vehebanť haud vlterius risum cõtinere potuerũt, cũ ei⁹ telifalcẽ illã naui susp̃ẽsam intuerenť. Forte alicuius hęc p̃cii sunt, vt Nicias asserit, verũtñ ea q̃b⁹ interfui talia q̃dã sunt. Quãobrẽ vt in principio dixi, siue disciplina hęc est, parũ p̃dest: siue nõ est, sed simulãt qui hanc p̃fitenť, haud res studio digna videť. Ita sane arbitror, si quis timidus facultatẽ hãc sequať, audaciorẽ ob hanc effectũ, clariorẽ fore q̃ fuerit. Sin aũt fortis quispiã eã secteť, obseruatũ ab hoĩbus, si parũ q̃d aberret, magnas calũnias subiturũ. iudicio sa nãq; sciẽtię huius p̃fessio. quocirca nisi virtute mirũ in modũ cęteris p̃stet, q̃ hãc sibi scientiã vẽdicat, vitare nõ poterit quin ridiculus habeať. Eiusmodi videtur mihi Lysimache huius disciplinę studiũ. Oportet aũt vt ab initio dicebã, summopere hũc Socratẽ obsecrare, vt circa p̃positã q̃stionẽ suã ex sentẽtia cõsulat. LY. Rogo equidẽ Socrates: etenĩ discernẽtis cuiusdã sentẽtiã cõsultatio hæc desiderat: nã si inuicẽ hi cõuenissent, min⁹ eiusmodi cõsultatiõe opus foret: postq̃ vero Laches, vt cernis & Nicias dissidẽt, p̃stat audire nũc cuius ipse sentẽtiæ potius suffrageris. SO. Quid vero Lysimache? hisce tu adhęrebis si plures nostrũ laudabũt? LY. Quidnã aliud quis agat o Socrates? SO. Nunquid & tu Melesia similiter faceres? Ac si de exercitatiõe filii cõsultares, nũ plurib⁹ nostrũ fidẽ p̃stares, an potius illi qui sub perito exercitandi magistro didicisset, seq; exercuisset? ME. Illi merito Socrates. SO. Ipsi itaq; maiorẽ fidem adhiberes vni, q̃ nobis quatuor. ME. Forsitan. SO. Scientia enĩ, non multitudine iudicare oportet q̃d recte est iudicandũ. ME. Proculdubio. SO. Nonne id in primis considerandũ est, si q̃s inter nos est peritus ea in re de qua nũc deliberam⁹, an nõ? & si q̃s talis inueniať illi credendũ sententia cęterorũ postposita? Sin nullus, alius q̃dã nobis inuestigãdus? An circa exiguũ quiddã nunc periculũ subire censetis ipse atq; Lysimachus, potius q̃ circa rẽ quãdam vestrarũ possessionũ oĩm preciosissimã? Filiis nãq; bonis vel malis effectis vniuersa domus paterna eodem modo gubernabiť, quo & filii affecti erũt. ME. Vera loqueris. SO. Diligẽter igiť huic rei inuigilãdũ. ME. Valde. SO. Quonã igiť pacto q̃d modo dicebã cõsiderauissemus, si inuenire voluissemus q̃s nostrũ maxime in certando artificiosus euaderet? Nonne eũ p̃scrutati essemus q̃ & didicit & exercuit? cui videlicet idonei huius rei p̃ceptores extiterit? ME. Ita equidẽ arbitror. SO. An nõ prius etiã q̃d illud sit cui⁹ p̃ceptores indagaremus? ME. Qui istuc ais? SO. Sic clarius forte p̃cipies. nõ videť inter nos in principio cõstitisse q̃d illud sit in quo p̃quirimus q̃s nostrũ sit peritissimus, & huius gratia p̃ceptores habuerit, quis nõ. NI. Nõne quęrebamus o Socrates vtrũ oporteat discere adolescẽtes armis dimicare, nec ne? SO. Ita prorsus o Nicia. sed cũ de oculorũ medela quęrit aliquis, adhibenda ne sit an non, tunc de medela putas an de oculis consultari? NI. De oculis. SO. Et quando quęriť, vtrũ fręnũ equo adhibendum nec ne, & quando, tũc nõ de frẽno, sed de equo potius cõsultať? NI. Verũ. SO. Vt aũt paucis cõprehendã, quotiens quis aliquid alicuius gratia q̃rit, de illo ipso consultatio est, cuius gratia aliud quęritur, non de eo q̃d quęritur alterius gratia. NI. Necesse est. SO. Oportet itaq; cõsultorem examinare, vtrũ ad illi⁹ curationẽ peritus sit, cuius gratia in p̃sentia deliberamus. NI. Omnino. SO. An non dictum est de disciplina perquiri adolescentũ animi gratia? NI. Dictũ. SO. Ergo si q̃s nostrũ curãdorũ aĩorũ arte polleat, valeatq; eos sufficienter excolere, & pręceptores eruditos habuerit, inquirendũ. NI. Nunq̃ ne vidisti o Socrates sine p̃ceptoribus aliquos in re quadam peritiores q̃ cum præceptoribus euasisse? SO. Vidi equidẽ Laches, quibus ipse tñ non crederes si se optimos artifices prædicarẽt, nisi opus aliquod artis illorũ recte cõstructũ & vnum & plura mõstrauerint. NI. Verũ est q̃d dicis. SO. Nos itaq; decet o Laches & Nicia postq̃ Lysimachus atq; Melesias ad cõsultãdũ de filiis conuocarunt, cupientes optimos illorũ animos effici, si p̃ceptores nos habuisse fatemur, eos ostẽdere q̃ & ipsi primum optimi fuer

Stesileus gladiator.

Quales filii, talis dom⁹ gubernatio.

Pulchrã regula in cognoscẽ dis reb⁹ de q̃bus agiť.

Rurſus itaqꝫ pro viribus exprime qd ipſa fortitudo ſit,q̃ in his oĩbus eadẽ reperit. Nondũ intelligis? LA. Nõ ſatis. SO. Dico autẽ perinde ac ſi interrogaſſem qd eſt ipſa velocitas,q̃ in currẽdo nobis adeſt citharáqꝫ pulſando,& in loquẽdo,& in diſcẽdo,cæteriſqꝫ p̄multis,quã qdẽ poſſidem⁹,vt dictu dignũ eſt,vel in manuũ,vel pedũ,vel oris,vociſqꝫ,vel intelligentię motibus. Nõne & tu ſimiliter dicis? LA. Prorſus. SO. Ergo ſi quis me pcõtaret,o Socrates qd eſſe dicis iſtud qd in oĩbus velocitatẽ nominas? reſpõderẽ vtiqꝫ vim breui in tẽpore multa peragentẽ,velocitatẽ vocare,tã circa vocem, q̃ curſum,ac cætera omnia. LA. Recte. SO. Conare igit & tu Laches fortitudinẽ ſimiliter definire, quænã potentia ipſa ſit eadẽ in voluptate,doloreqꝫ,& oĩbus qbus cõuenire illã modo pariter dicebamus, & fortitudinẽ per ſingula noĩari. LA. Videt mihi fortitudo tolerãtia q̃dã animi eſſe, ſi qd p oĩa fortitudini cõuenit,dicendũ. SO. Dicẽdũ profecto,ſi nobis ipſi ad interrogata reſpõdeamus. Arbitror aũt nõ quãlibet tolerãtiã fortitudinẽ te putare. Qd hinc ſane conijcio. Hoc ferme cognoſco Laches,te pulchrũ qddã fortitudinẽ eſſe putare. LA. Immo certe pulcherrimũ. SO. Nõne tolerãtia quã prudẽtia comitatur,& pulchra eſt & bona? LA. Omnino. SO. Ea vero quã imprudẽtia,nonne contra damnoſa ac noxia? LA. Nempe. SO. Pulchrũ ne ipſe vocabis qd tale ſit,damnoſum,ac noxiũ? LA. Nefas iſtud o Socrates. SO. Non ergo tolerãtiã eiuſcemodi fortitudinẽ nũcupabis,quãdoquidẽ haud pulchra eſt,cũ tñ fortitudo ipſa ſit pulchra. LA. Vera loqueris. SO. Prudens itaqꝫ tolerãtia ſecũdũ orationẽ tuã eſt fortitudo. LA. Videt. SO. Videamus ergo quęnã tolerãtia,& ad qd prudẽs ſit fortitudo. nunqd ad oĩa,tum magna,tũ parua? veluti ſiquis toleret,dũ prudenter argentũ erogat cognoſcens ex hoc ſumptu ſe lucraturũ,hũc ne forte dices? LA. Nequaq̃. SO. An vero ſi qs medicus, cũ filius eius vel alius quis pulmonũ anxietate grauatus,potũ dari cibũqꝫ petit,toleret neqꝫ flectatur? LA. Neqꝫ tolerãtiã hãc fortitudinem appellabo. SO. At vero in bello tolerãtẽ virũ prõptũqꝫ ad pugnã,q prudenter ſingulis circũſpectis ꝓuideat aliorꝫ ſibi fore p̄ſidiũ,& aduerſus pauciores,debilioreſqꝫ ſuis pugnandũ, loca quinetiam & p̄ſidia habeat cõmodiora,virũ ne inquã tali cũ prouidẽtia & apparatu tolerantẽ fortiorẽ dices eo qui in cõtrario quodã exercitu cõſtat ac tolerat? LA. Immo vero hũc qui in contrario Socrates. SO. Imprudentior tñ eſt huius q̃ illius alterius tolerãtia. LA. Vera loqueris. SO. Ergo & hominẽ equeſtri ſciẽtia p̄ditũ, & in equeſtri certamine tolerãtẽ, minus fortẽ dices eo q expers huius ſcientiæ tolerat? LA. Mihi qdẽ ita videt. SO. Atq & illũ p̄terea q ſciẽs funda iacere,arcũqꝫ intẽdere, vel aliud quoduis toleret,minus fortẽ? LA. Omnino. SO. Item qcũqꝫ ſine arte natãdi in puteũ deſcẽdẽtes eo in opere tolerare ac p̄ſiſtere audẽt,vel in alio quouis ope ſine arte,eos tu fortiores dices iis q ſunt in eis artibus eruditi? LA. Quid aliud quis dixerit Socrates? SO. Nihil,ſi modo ita qs putet. LA. Puto equidẽ. SO. Attamen imprudentius hi pericula ſubeunt tolerãtqꝫ,q̃ illi q arte hæc aggrediunt. LA. Vident. SO. Nonne ſupra turpis ac noxia nobis audacia toleratioqꝫ imprudens apparuit? LA. Maxime. SO. Cõſtitit autẽ fortitudinẽ pulchrũ aliqd eſſe. LA. Cõſtitit plane. SO. Nũc rurſus cõceſſimus turpem illã imprudẽtẽqꝫ tolerãtiã fortitudinẽ eſſe. LA. Sic apparuit. SO. Recte ne loqui tibi videmur? LA. Nõ mihi per Iouem o Socrates. SO. Non ergo ſecũdũ Doricã harmoniã,vt verbis tuis vtar,ego ac tu modo cõcinimus: Nã opa nobis verbis nõ cõſonãt. Re qdẽ ipſa diceret aliquis fortitudinis nos eſſe p̄ticipes, verbis autem minime,vt arbitror, ſi nos in præſentia audiuerit diſputantes. LA. Veriſſima narras. SO. Videt ne tibi pulchrũ eſſe vt ſic affecti ſimus? LA. Nequaq̃. SO. Vis ne ſermoni quẽ induximus hoc ſaltem credamus,pareamuſqꝫ? LA. Quidnã,& cui potiſſimũ? SO. Sermoni inquã tolerare iubenti. Si ergo tibi placet,& nos in hac ipſa quęſtione cõſtemus,toleremuſqꝫ,ne ipſa nos fortitudo derideat qꝫ minus fortiter ipſam inueſtigemus,ſi ſępenumero tolerãtia ipſa cõſtãtiaqꝫ fortitudo eſt. LA. Ego qdẽ o Socrates ſum ad perſeuerãdũ paratus, q̃uis inſueti mihi hi ſermones ſint: ſed qdã me aduerſus ſuperiora contẽdendi inſtigat ardor,ac nimiũ ægre fero ſi vſqueadeo ineptus ſum ad ea quæ ſentio proferẽda. Nẽpe mihi videor qd fortitudo ſit intelligere. Neſcio tñ quo pacto paulo ante me ſubterfugerit,vt quid ipſa ſit verbis cõplecti nequiuerim. SO. Nõne bonũ venatorẽ decet amice explorãdo diſcurrere,& ſagaciter inſequi,neqꝫ ignaue deſiſtere? LA. Decet ꝑfecto. SO. Vis itaqꝫ Niciam iſtũ ad venationẽ hãc inuitemus,ſiquo pacto eſſet nobis ſagacior? LA. Quid ni velim? SO. Age Nicia amicis tuis ſermonũ fluctu nutãtibus ſubueni,vacillãtibuſqꝫ ſiquã vim habes accurre. Cernis quãtũ noſtra deficiãt ac dubia ſint. Tu ergo explicãs qd eſſe fortitudinẽ putes,ambiguitatẽ ſolue,tuãqꝫ ſentẽtiam ratione cõfirma. NI. Videmini o Socrates mihi iãdiu nõ recte fortitudinẽ definiſſe. Eius porro ſententiæ quã recte abs te inductã quandoqꝫ audiui,nullam facitis mentionẽ. SO. Cuiuſnã ſententię Nicia? NI. Sępenumero ex te audiui quẽlibet ad ea bonũ eſſe,in qbus eſt ſapiens: ad ea malũ,in qbus inſcius. SO. Vera per Iouem refers o Nicia. NI. Nõne igitur ſi fortis vir bonus eſt,eſt & ſapiens? SO. Audis Laches? LA. Audio eqdẽ,ſed qd dicat non ſatis intelligo. SO. At ego mihi intelligere videor. Opinor enim hũc ſapientiã quãdam,fortitudinẽ dicere. LA. Quã ſapiẽtiam Socrates? SO. Nõne ab hoc iſtud quęris? LA. Certe. SO. Age Nicia huic declara,qualis ſapientia ſecundum orationem tuam ſit fortis

Definitio velocitatis.

Fortitudinis definitio mala. Confutatio.

Frequẽs ĩ ore Socratis ſententia de oĩi virtute & bonitate.

sime ab eiusmodi viro examinabor,neq; molestũ mihi erit ab eo aliquid discere. Atqui & Soloni hoc adiecto cõcedo,ꝙ a bonis viris dũtaxat multa senescens discere volo. Hoc igitur sit mihi concessum, ipm pceptorẽ bonũ esse,ne forte dũ inuitus disco indocilis esse videar,neq; mihi curę est, vtrũ sit praeceptor iunior,vel nondũ opinione hoim clarus,vel aliud tale qd habeat. Tibi igitur pdico Socrates vt me quomodocũq; vis & doceas,& redarguas, & discas qđ ipse nouerim. Sic certe erga te affectus sum ex eo die,quo mecũ subiisti discrimẽ,tuęq; virtutis fecisti periculũ,testimoniũ illud perhibẽs,qđ exhibere debet qsqs iuste periculũ est facturus. Dicas ergo qđ lubet,nihil ętatẽ nostrã veritus. SO. Ergo icusare vos nõ poterim⁹ quasi min⁹ ad cõsulẽdũ inuestigãdũq; paratos. LY. Sed nostrũ vtiq; opus o Socrates. Vnũ nanq; ego te nostrũ reputo. Cogita itaq; p me adolescentũ gratia,qđ ab iis quaerere nos oporteat,cũq; ipsis differẽdo cõsulta:nã mihi quidẽ multa excidunt e memoria ob seniũ,ex his q̃ perquirere statuerim:atq; ea rursus q̃ audierim,siq alii sermones interuenerint,non satis recolo. Quapropter vos inuicẽ q̃ ꝓposuim⁹ pcurrite,ego vero audiã,& cũ audiuero,vna cũ hoc Melesia quicqd statueritis peragã. SO. O Nicia atq; Laches Lysimacho Melesięq; parendũ. Quę igit̃ supra inuestigare cõtẽdimus,videlicet quinã pceptores nobis disciplinę talis extiterit, vel quos alios ipsi nos meliores fecerimus,forte nihil obesset inter nos ipos examinare. Verũ eiusmodi q̃dã cõsideratio in idẽ redibit vt arbitror,& altius repetet̃. Si de aliquo forte sciremus,ꝙ psens alicui,melius efficiat illud cui sit psens,atq; rursus admouere illi ipm possemus,cõstat ꝙ illud ipm cognosceremus,circa qđ aliq̃ consiliũ iniremus,inuestigãtes quo pacto facillime qs & optime illud adipiscat̃. Forte nõ intelligitis, verũ sic facilius cõphẽdetis. Si sciremus ꝙ visus oculis psens meliores illos efficit qbus adest,rursusq; possemus ipm oculis adhibere,patet ꝙ etiã quid ipse visus sit,cognosceremu⁹,de quo aliq̃ cõsultãdũ nobis esset qua ratione q̃ facillime & cõmodissime ipm qs cõparet. Si.n.id ipm nobis esset ignotũ qd ipse visus est,qd audit⁹,nũq̃ idonei cõsultores medicinę circa oculos auresve essemus, inuestigantes quõ optime quis visum auditũq; recuperet. LA. Vera narras o Socrates. SO. Nõne hi nos in psentia o Laches elegerũt consultaturos qua rõne virtus animis filiorũ suorũ adhibita,eos meliores efficiat? LA. Profecto. SO. Nõne igit̃ cõstare id oportet, videlicet qd ipsa virtus sit intelligere? Si eñ qd virtus sit penitus ignoremus,quo pacto cõsulere cuiq̃ poterimus,viãq; optimã & facillimã ad virtutẽ ostendere? LA. Nullo modo o Socrates. SO. Fatemur ne Laches qd virtus sit intelligere? LA. Fatemur certe. SO. Si intelligimus,certe qd sit etiã exprimere possum⁹. LA. Nihil phibet. SO. Haud tñ qd vniuersa sit virtus statim vir optime perquiramus. Maius nãq; id opus. Sed de parte primũ aliqua videamus, vtrũ satis nobis pateat. Atq; hũc in modũ facilior nobis erit inuestigatio. LA. Vtcũq; placet agamus. SO. Quã itaq; potissimũ virtutis partẽ eliciemus? an videlicet eã ad quã ipsa armorum disciplina spectare videt̃? Videt̃ aũt multis ad fortitudinẽ,nõne? LA. Et maxime qdẽ. SO. Primũ ergo qd fortitudo sit o Laches apetire conemur:deinde inuestigabimus quo pacto ab adolescentibus,quoad exercitatione & doctrina fieri potest,comparetur. Quapropter annitere quid fortitudo sit,nobis exponere. LA. Haud dictu difficile istud o Socrates. Certo scito illũ esse fortem qui ordinẽ seruans expugnãdis hostibus instat,neq; refugit. SO. Bene loqueris Laches. Sed ego forsitan cũ verbis obscurioribus te rogarẽ,causam dedi vt aliud respõderis,q̃ qđ interrogans ipse senserim. LA. Qua rõne id ais Socrates? SO. Explicabo si potero. Fortis vtiq; is est quẽ dicis ipse,quicũq; ordinẽ nõ deserens aduersus hostes pugnat. LA. Hũc ipm dico. SO. Atqui & ego. Sed nũqd & ille q nõ permanẽs,sed fugiẽs pugnat? LA. Quomodo fugiẽs? SO. Quẽadmodum Scythę dicunt̃ nõ minus fugiẽdo q̃ insequẽdo pugnare. Vnde & Homerus equos Aeneę laudans ait,celerrime hinc & illinc persequi atq; fugere. Aeneãq; ipsum similiter ab ipsa metuendi scientia quãdoq; laudauit,dixitq; illũ esse metuẽdi fugiendiq; peritum. LA. Et recte quidẽ o Socrates:nã de curribus loquebat̃,tu vero de Scytharũ equitibus loq̃ris,equites sane illorũ sic dimicant:armaturę aũt gręcę periti,quẽadmodũ ipse dicebam. SO. Praeter Lacedaemones Laches. Nẽpe Lacedaemones,inquit,in plateis cũ scutiferis ꝓpinquassent nõ sustinuisse primũ illorum impetum,neq; perstitisse sed fugisse potius,postq̃ vero Persarũ solutę sunt acies,se cõuertisse,atq; equitum more dimicãtes,in ea pugna victores euasisse. LA. Vera narras. SO. Merito ergo dicebam interrogationem meã nõ rectã minus rectę respõsionis tuę causam extitisse. Interrogare eñ volebã nõ solũ de iis qui circa leuẽ armaturã fortes sunt,sed etiam de equitibus,deq; oĩbus simpliciter in quouis belli genere fortibus,neq; in terra dũtaxat,sed & in maritimis tempestatibus, immo etiam de iis quicunq; aduersus morbos vel inopiam vel ciuilia negotia fortes sunt. Neq; de his tãtum qui aduersus dolores metusve cõstantes sunt,verum de illis etiã qui contra voluptates cõcupiscentiasq; pugnare fortiter possunt,siue persistẽtes,siue etiã tergiuersantes. Sũt nãq; & in hisce rebus o Laches fortes nõ nulli. LA. Et maxime quidem o Socrates. SO. Nonne omnes hi fortes sunt? Verũtamen partim circa voluptates,partim circa dolores,partim circa cupiditates,partim circa timores fortitudinẽ possidẽt, & q timidi sunt,circa eadẽ,vt arbitror,timidi. LA. Sic est oĩno. SO. Quid sit vtrũq; horũ interrogabã.

Hucusq; pmissa est dialogi occasio.

Fortitudinis definitio falsa.

Cõfutatio definitionis.

Enumeratio fit vt simpliciter de fortitudine q̃ratur.

Laches qui res maximas getit, maximā quoq; habere prudentiā. Inquirendū vero nūc censeo ad quid potissimū significādum Nicias fortitudinis nomen instituit. LA. Tu ipse perquire hæc Socrates. SO. Efficiā vir optime: ne tū putes & cōmunione te disputationis excludi, sed & tu mentē adhibe, & nobiscū dicenda cōsidera. LA. Esto ita, si tibi agendū ita videtur. SO. Immo certe videt. Tu autē Nicia dic nobis iterū a principio. Scis in sermonis principio nos fortitudinē veluti quandā virtutis partem cōsiderauisse? NI. Eqdē. SO. Nōne & tu qđ supra est inductū, vt partē aliquā respōdisti, tāq̄ sint & partes aliç, cūctę aūt virtutis nomine nūcupent? NI. Quid ni? SO. An tu easdē quas ego ptes noīas? Nam ego quidē vltra fortitudinē, temperātiā, iustitiāq;, & talia quędā nomino. num & ipse? NI. Ego quoq; similiter. SO. Attēde iam. Hęc enim admittimus. De his aūt q̄ metu digna & terribilia sunt, & de his quæ audacia digna sunt, deinceps cōsideremus, ne forte tu alia esse putes, alia quoq; & nos putemus. Quæ enim nos ducimus, exponemus. Tu vero si dissentis, doce. Arbitramur terribilia esse quæ metū incutiūt: audacia digna, quæ metū nullū obiiciūt. Metum vero inferūt nō pręterita mala, nō psentia, sed quę expectātur. Metū siquidē futuri mali expectationē vocamus. An non & tu idē sentis o Laches? LA. Et maxime quidem Socrates. SO. Audis o Nicia terribilia metuendaq; futura mala nos dicere: audacia vero digna, futura bona vel certe nō mala. Tu ne ita de his, an aliter sentis? NI. Ita certe. SO. Hoꝝ sciētiā fortitudinē vocas? NI. Prorsus. SO. Videamus pterea vtrū de hoc tertio nobiscū sentias. NI. Quid istud? SO. Dicā equidē. Mihi sane atq; huic videt, quorūcūq; sciētia aliqua est, non aliā sciētiā esse pręteritoꝝ vt facta sunt, aliā psentiū vt fiūt, aliā futurorū vt optime fieri possint, sed eiusdem scientię opus esse hęc omnia nosse. Quēadmodū circa sanū & salubre p omne tēpus nō alia pter vnicā medicinā sciētia prospicit q̄ fiūt, q̄ facta sunt, q̄ fiēt, quo pacto fiant. & circa illa q̄ terra nascunt, agricultura se similiter habet. Quinetiā in bello vos ipsi testes eritis rē militarē subtiliter & alia oīa & futura pspicere. neq; em̄ subiici illā vaticinio vultis, sed pesse potius, vtpote acutius q̄ in bello fiūt, q̄ve futura sunt puidērē. Atq & lex ita statuit, nō vatē pfecto exercitus dominari, sed pfectū exercitus vati pesse. Asseremus hęc o Laches? LA. Asseremus. SO. An tu nobis cōsentis o Nicia, ad eādē sciētiā ptinere eadē vt pterita, vt psentia, vt futura sunt cognoscere? NI. Eqdē. nā ita mihi videtur o Socrates. SO. Nonne vir optime fortitudo sciētia est metuēdoꝝ cōtrariorūq;, vt ipse pdicas? NI. Est vtiq;. SO. Cōstitit autē ea q̄ metuimus, futura mala: q̄ vero audemus, futura bona esse. NI. Plane. SO. Eadē vero scientia est earūdē rerū pteritarū, pręsentiūq;, & futurarū. NI. Vera hęc sunt. SO. Non solū igitur metuendorū, cōtrariorūq; fortitudo scientia est. neq; em̄ futura dūtaxat bona malave intelligit, verūetiā pręsentia pręteritaq;, & oīa simpliciter vt alię sciētię prospicit. NI. Ita videt. SO. Partē itaq; tertiā fortitudinis nobis Nicia respōdisti, q̄q̄ nos qđ vniuersa fortitudo sit interrogauimus. Eniuero vt videt in psentia secūdū orationē tuā, nō modo metuēdoꝝ cōtrariorūq; fortitudo sciētia est, sed bonoꝝ oīm atq; maloꝝ, omniūq; simpliciter quomodolibet sese habētiū. Sic ne modo, an aliter iudicas Nicia? NI. Ita mihi videt o Socrates. SO. Putas o beate vir huic aliquā deesse virtutē, q norit bona oīa prorsus vt effecta sunt, fiūtq;, & fiēt, malave similiter? Eūq; virū idigere tēperātia & iustitia putas vel sanctitate, cui soli cōpetit vt tā circa deos q̄ circa hoīes bona & mala prudēter intelligat, hęc deuitet, porrigat illa, qūq; scit recte cū oīb⁹ viuere? NI. Vera loq videris o Socrates. SO. Qđ ergo abs te īductū est Nicia, non pars virtutis, sed vniuersa virtus est. NI. Apparet. SO. Verūtamen fortitudinem diximus partem aliquam esse virtutis. NI. Diximus plane. SO. Qđ vero nūc dicitur nō apparet. NI. Non. SO. Nō ergo inuenimus Nicia qđ ipsa sit fortitudo. NI. Nō videmur. LA. Atq rebar o amice Nicia inuēturū te, postq̄ me Socrati respōdētē despiciebas. Ideoq; sperabā te ex Damonis sapiētia hęc nobis declaraturū. NI. Q̄ꝫ belle agis o Laches, q nullius momēti æstimas, apparuisse te supra nihil de fortitudine intelligere: solū vero id curas vtrū ego quoq; talis videar, neq; quicq̄ interesse censebis, modo & ipse tecū nihil intelligā ex his rebus, quas scite debet qsqs se magnifacit. Videris ergo reuera humanū qddā agere, q nō teipsum, sed alios respicis. Ego aūt arbitror mihi satis de supioribus esse dictū. Si quid vero minus sufficiēter dictū est, posthac cū Damone ipso corrigā, quem tu cū nunq̄ videris, existimas deridendū, cūq; aliis etiā emendabo: ac postq̄ omnia cōfirmauero, absq; inuidia te docebo. Nam hac maxime indigere disciplina videris. LA. Sapiens qdē es o Nicia, verūtū Lysimacho huic & Melesiæ consulo vt studiū meū ac tuū circa filioꝝ eruditionē non exigant, sed Socratem hunc, vt in principio dixerā, obnixe ad hoc opus accersant. Ego quoq; si mihi adulti essent filii, idē fecissem. NI. Enimuero & ipe cēseo si modo velit Socrates curā adolescētū suscipere, aliū neminē esse q̄rēdū. Nēpe Niceratum huic libentissime commēdarem si ipse acciperet. Verum quotiēs de hoc sibi verba facio, alios quosdam offert, ipse renuit. Experire ergo Lysimache num Socrates tibi magis obtemperet. LY. Par est o Nicia: quādoquidē & ipse multa erga hūc facere studerē, quæ erga alios multos nō facerē. Quid ais Socrates? Morem ne geres, curabisq; vt optimi adolescentes euadāt? SO. Durū certe id esset Lysimache, si quis eiusmodi curam renueret. Quapropter si ego in superiori disputatione sapiēs apparuissem

Terribilia
Audacia digna.
Metus, futuri mali expectatio.

tudo,neq; eñ tibicinaria.NI.Non.SO.Neq; etiã citharista.NI.Neq; ista.SO.At vero quænã ista,& cuius rei sciẽtia?LA.Recte admodũ interrogas illũ o Socrates:ideoq; exponat quã sapientiam esse dicat.NI.Sciẽtiã metuendarũ rerũ,& nõ metuendarũ tã in bello q̃ in cęteris oĩbus. LA.Q̃ absurde hic o Socrates loquit̃.SO.Quãobrẽ ita dicis Laches?LA.Quia diuersa est a fortitudine sapiẽtia. SO.Nõ dicit Nicias. LA.Non hercle,& idcirco delirat.SO.Quin doceamus illũ,omissis conuitiis?NI.At cupit Laches is o Socrates me tãq̃ nihil dicentẽ redargui, postq̃ sibi idẽ nuper accidit. LA.Absq; dubio Nicia,idq; conabor ostendere.nihil eñ dicis.Nõne in morbis medici metuenda cognoscunt? an videtur tibi fortes ista cognoscere? vel tu medicos fortes vocas?NI.Minime.LA.Neq; agricultores,vt arbitror,licet hi in agris colendis quę sint metuẽda cognoscant,quinetiam artifices alii,quæ audere decet,& q̃ metuere suis in artibus,sciũt,q nihilo magis fortes sunt.SO.Quid tibi dicere Laches videt̃ o Nicia?NI.Aliquid certe dicit,nõ tñ verũ.SO.Quare?NI.Quoniam medicos arbitrat̃ vlterius quicq̃ nosse circa ægrotos p̃ter id q̃d ęgrũ noxiũq;,vel q̃d sanũ & salubre.Ipsi vero hoc dũtaxat intelligũt. Verũ vero extimescendũ,malũq; alicui sit esse sanũ potius q̃ ægrotare,censes hoc o Laches medicos intelligere? An nõ putas pręstare nõnullis ex morbo nõ surgere q̃ conualescere?Dic eñ, tu ne asseris oĩbus p̃stare vt viuãt,nec multis cõducere mortẽ? LA.Hoc equidẽ potius.NI.Quibus mori p̃stat eadem metuẽda,malaq; existimas,q̃ & illis quibus viuere?LA.Nequaq̃.NI.Harũ vero rerũ iudiciũ me dico tribuis?vel alteri cuidam artifici p̃terq̃ metuẽda & nõ metuenda intelligenti,quẽ ego fortẽ voco?SO.Aduertis ne Laches quid iste loquat̃?LA.Aduerto equidẽ q vates fortes nũcupat. Nam quis alius norit quibus mori p̃stet q̃ viuere?Atqui o Nicia vtrũ fateris vatẽ esse te,vel neq; vatẽ, neq; fortem?NI.Nũq̃d vatis officiũ putas,metuẽda & inuadẽdũ dignoscere?LA.Puto equidẽ. nã cuius alterius?NI.Eius plane quẽ ipse dico multo magis vir optime.Quippe ad vatẽ spectat solũ futurorũ portenta signaq; p̃noscere,siue mors cuiq; immineat,siue morb⁹,seu iactura rerũ, vel victoria, vel clades in bello,aut alio quouis certamine.Quid aũt ex his cuiq;,aut pati,aut nõ pati p̃stet,cur vates potius q̃ quiuis alius iudicabit?LA.Nescio quid iste sibi velit Socrates.Neq; eñ vatem, neq; medicum, neq; aliũ quẽpiã declarat,quẽ fortẽ esse dicat,nisi forte deũ quendã esse ip̃m dixerit.Mihi quidẽ videt̃ Nicias ingenue fateri nolle,se nihil dicere, sursum vero deorsumq; fertur, & ignorantiã suã abscondit. Eniuero & nos paulo ante,ego.s.ac tu Socrates tergiuersari similiter poteram⁹, si dissimulare voluissemus,adeo vt nõ videremur nobis ipsis cõtraria loqui.Si igit̃ in iudicio nobis esset orandũ, deceret quodãmodo hoc efficere.Nũc aũt q̃d opus est in hoc cœtu frustra se verbis ornare? SO.Nihil vt mihi videtur Laches.Sed videamus ne forte Nicias aliquid se dicere putet,neq; verborũ gratia hęc dicat.Quare ab ipso planius sciscitemur q̃d sentiat:ac si quid veri afferre videt̃, assentiemur, alioquin docebimus.LA.Ipse si vis,interroga Socrates.Ego eñ satis pcõtatus sum.SO.Nihil me prohibet.Cõmunis eñ & mihi & tibi erit interrogatio.LA.Oĩno q̃dẽ.SO.Dic mihi o Nicia,immo dic nobis:nam & mihi & Lacheti q̃stio hęc est cõmunis:fortitudinẽ esse dicis metuẽdorũ & nõ metuendorũ sciẽtiã? NI.Eq̃dẽ.SO.Hoc aũt dignoscere nõ cuiuslibet viri opus esse,postq̃ neq; medicus,neq; vates hoc nouit,neq; fortis est nisi hãc ipsam sciẽtiã sit adeptus? an non ita dicebas?NI.Ita prorsus.SO.Quare vt prouerbio fert̃,nõ sus hoc quiuis norit,neq; fortis erit.NI.Nõ certe,vt mihi videt̃.SO.Constat vtiq; Nicia q neq; Crommyonẽ suem fortẽ fuisse credis.Neq; iocandi gratia hęc dico, verum arbitror eũ qui ita loquit̃,nullius bruti admittere fortitudinẽ,neq; cõcedere brutũ aliq̃d adeo sapiẽs esse, vt quæ perpauci hoĩes p̃pter difficultatẽ cognoscũt,ea leo, vel leopardus, vel aper aliq̃s nouerit: sed necesse est illũ q ita vt tu fortitudinẽ definierit,dicere,leonẽ,ceruũ,taurũ,ac simiã,ad fortitudinem æque natura institui.LA.Per deos recte loqueris Socrates,idq; nobis o Nicia reuera declara,vtrum sapientiores nobis has feras esse dicas,quas oẽs fortes esse fatemur:vel contra oĩm opinionẽ,fortes esse negare audeas.NI.Equidẽ Laches,neq; bruta fortia voco,neq; aliud q̃cq̃ terribilia p̃pter ignorantiã non formidãs,sed intrepidũ atq; fatuũ.An pueros oẽs fortes vocare me putas qui ob inscitiã nihil metuũt? Arbitror equidẽ intrepidũ nõ idẽ esse ac forte.Nã fortitudinẽ & p̃uidentiã in paucis admodũ reperiri existimo:ferocitatem vero, audaciã, intrepiditatẽ absq; p̃uidentia in multis & viris & mulieribus puerisq; & feris.Quę igit̃ & tu & alii multi fortia noĩatis,ego ferocia nũcupo,fortia vero q̃ prudẽter discernũt q̃ audacia & quę metu sint digna.LA.Vides o Socrates q̃ belle hic vir vt putat ipse se verbis subornat.Eos autẽ fortitudinis munere priuare contẽdit,quos alii oẽs fortes esse consentiũt.SO. Ego vero nequaq̃ o Laches,sed bono esto aĩo.Aio eñ & te & Lamachũ sapientes esse si fortes estis,& alios isup multos Atheniẽsiũ.LA.Nihil aduersus hęc iferã etiã siq̃d valeã,ne me dicas reuera Exoneũ quendã maledicũ & detractorem esse.SO.Ne dicas o Laches:haud eñ aduertisse videris hunc a Damone amico nostro eiusmodi sapientiam accepisse.Damon aũt Prodici est admodũ studiosus. Prodicus vero prę cęteris sophistis egregie talia q̃dam noĩa distinguere dicit̃.NI.Profecto his studiis se extollere Socrates magis sophistã decet,q̃ virum publicis merito fungentẽ muneribus. SO.Decet eum

Prouerbium. Non sus quis hoc norit.

utiles enim ipsos existimo,plurimũq; ad exhortationẽ valere , & ad homines quasi dormientes excitãdos cõducere. Adhibui itaq; mẽtẽ vt reliqua auditurus:percontatus sum nõ te primũ o Socrates, sed æquales tuos,vel contubernales,vel socios,vel quomodocunq; aliter affectos tibi oportet dicere: horũ inquã eos ante alios qui primi apud te habẽtur interrogaui, quis post hęc sermo potissimũ sequeretur,ac more tuo quodãmodo ita pfatus qstionẽ exposui.O viri optimi quo pacto nũc Socraticã ad virtutẽ exhortationẽ debemus accipere? An quasi solũ hoc extet,prodire vero ad opus rẽq; perficere minime? Atqui & hoc nostrũ p omnẽ vitã erit officiũ,eos q nõdũ satis incitati sunt , prouocare, atq; ita semp inuicẽ exhortari? An potius oportet Socratẽ ac nos inuicẽ deinceps interrogare, confitentes hoc ipsum agẽdũ esse,quid posthac? vnde incipiendũ iustitiã discere? Enimuero siquis nos ad curãdũ corpus exhortaretur,tãq̃ pueros nequaq̃ aduertentes curã eius esse gymnasticã atq; medicinã,obiurgaretq; nos q de tritico hordeoq; & vitibus semper cogitemus,deq; omnibus quę corporis gratia q̃rimus,artẽ vero & industriã qua bonus corporis habitus fiat,nullã inueniamus,cũ tñ sit aliqua,forte illũ interrogaremus quas artes circa cultũ corporis esse dicat, atq; ille vt arbitror responderet medicinã atq; gymnasticã.Eodẽ pacto nunc quã artem circa animæ virtutem versari dicimus? Respõdeat quisqs horũ peritissimus sibi videt.Respõdit ergo ad hęc,artem hanc quã ex Socrate audiuerim nullã esse aliã nisi iustitiã.Tũc ego,nõ solũ inquã mihi nomẽ adducas, sed vlterius sic exponas.Medicina porro ars quædã dicitur,ab hac duo fiũt:nã & medici ex medicis efficiũtur, & sanitas reparatur.Alterũ horũ haud amplius ars aliqua est:artis autẽ docẽtis perceptęq; opus, quã dicimus sanitatẽ.Ab architectura similiter duo fiũt,ædificiũ videlicet & architectura,illud qdẽ opus,hęc aũt doctrina.Iustitię quinetiã esto iustos alios facere,quẽadmodũ superiores artifices. sed opus alterũ qd nobis vir iustus efficere potest,quid esse dicẽdũ? declara.Respõdit qdã,cõferens:alius,decens:alius,cõducibile:alius,vtile.At ego resumens obieci in singulis artibus eadem hęc nomina esse : cũq; recte qd fit,vtilia,cõducibiliaq; & alia huius generis fieri illic dici.Illud vero artis cuiusq; propriũ,ad qd hęc respiciũt.Quẽadmodũ in arte fabrili qd bene,pulchre,decẽter se habere dicit, illuc tẽdit vt ex lignea natura decẽter supellectilia fiãt,quę qdẽ ars minime sunt,sed artis opera.Dicatur similiter & iustitiæ ipsius opus.Tandem quidam ex tuis familiaribus Socrates respõdit, & bellissime qdẽ loqui visus est. Opus iustitię ppriũ,inqt,qd nullius alterius facultatis,est amicitiã in ciuitatibus parere . Ille rursus interrogatus,amicitiã esse bonũ quoddã asseruit,malũ vero nũq̃ . Cũ vero interrogaretur de puerorum brutorũq; beneuolentiis quas amicitias cõmuniter appellamus,amicitias esse eas negauit,quippe cũ sępius obsint q̃ prosint:dixitq; illas falso amicitias nũcupari, verã autẽ amicitiã esse proculdubio cõsensionem.Cũ autẽ q̃reret,vtrũ assensionẽ illã vocaret opinionis an sciẽtię concursum, opinionem quidẽ cõtempsit,quia concursus opinionũ multi inter homines ac noxii sunt,amicitiã vero bonã omnino,opusq; iustitię esse cõcesserat.Quare idẽ dixit esse cõsensionem & scientiã,nõ opinionem. Cum vero huc loquẽdo delati essemus,dubitãtes auditores aduersus illum protinus inclamarunt q eodẽ sermo reuolueretur,quoniã & medicina sit cõsensio qdã,& artes reliquæ, & circa quid versant declarare queant.At vero tua hęc iustitia vel cõsensio,quo tendit ignorat , qdve opus eius sit,latet. Eadem abs te tandẽ quęsiui Socrates. Tu vero statim iustitię opus esse dixisti prodesse amicis,inimicos lædere.Deinde vero visus tibi est vir iustus nũq̃ lædere quẽq̃, sed prodesse in omnibus vnicuiq;. Hæc non semel tãtũ o Socrates,aut bis tentata sunt: sed cũ diu supplex vos sequutus fuerim, deniq; defessus sum,existimãs te ad inflãmãdos hoĩes vt studiũ virtutis capessant,cęteris esse vehemẽtiorẽ. E duobus alterũ est.aut enim eatenus tãtũ vales, vltra vero nihil,qd quidẽ in quauis arte cõtingere potest:ceu in arte gubernatoria fieri potest,vt qui gubernare nescit excogitauerit aliquas eius artis laudes , quibus ad eam homines prouocet , quasi dignissima sit, & in cæteris artibus eodem modo. Idem fortasse tibi quis tribuet,quasi nihilo magis iustitiã ipsam cognoscas, etsi pręclare eam laudas. Ego aũt nõ sic existimo.E duobus eñ alterũ inquã.Aut nescire te arbitror, aut nolle mecũ cõmunicare.Quamobrẽ ad Thrasymachũ,vt opinor,me conferã,& alio quocũq; potero,speraueroq; a dubitationibus liberari.Neq; vero alio me conferrẽ, si velles ipse diuturnis his exhortationibus quãdoq; finem imponere.Porro si me iam satis ad curam corporis incitasses,post incitationẽ huiusmodi aperires mihi qualis mei corporis sit affectio,& quali curatione indigeat.Idem in pręsentia facito, pone Clitophontem cõcedẽtẽ ridiculũ esse vt in aliis rebus quis studiũ ponat, animã vero cuius gratia in cæteris laboratur,negligat,& alia quæcũq; post hæc sequũtur & modo dicta sunt,retulisse me puta. Obsecro te Socrates ne aliter facias, ne quemadmodum nũc ita & posthac corã Lysia cęterisq; hominibus,partim quidem laudem te,partim vero vituperem . Ei nãq; qui nondum ad virtutem sit prouocatus,conferre te plurimũ afferam:Persuaso autem contra,impedimento esse te,quo minus ad virtutis finem perueniens,beatus efficiatur.

FINIS CLITOPHONTIS.

paruissem, hi aũt inscii, merito ad opus hoc ipse p̃cipue vocãdus essem. Cum vero pari in dubitatione versemur, quis nostrũ potius eligatur? Mihi quidẽ nullus p̃cipue eligendus esse videt. Ceterum cũ hæc ita se habeant, videte an recte nobis consulam. Oportere o viri existimo, hæc enim non efferentur, cõmuniter omnes inuicẽ quęrere primũ quidem nobis ipsis optimũ præceptorem, egemus enim: deinde adolescentibus, neq; pecuniis, neq; aliis parcentes. Ita vero viuere vt nunc viuimus, & filios ipsos ita curare, nõ consulo. Si quis autẽ nos irriserit, q̃ tam grandes natu p̃ceptoris ludum ingredi statuamus, Homeri illud obiiciẽdũ. Ait eñ viro egeno verecũdiã nõ conferre. Quãobrẽ spretis oĩbus detractorũ verbis cõmunẽ nostri adolescẽtũq; curã suscipiamus. LY. Placet mihi q̃ loqueris Socrates, statuoq; quo senior sum, eo studiosius vna cũ adolescentibus discere. Verum hęc mihi seruato. Cras prima luce domũ venito, neq; aliter facito, vt de his rebus consiliũ ineamus. Nã hodiernus iam soluendus est cœtus. SO. Efficiam qđ iubes Lysimache. Et si Deus voluerit, cras ad te veniam.

Homeri dictum. Viro egeno verecũdiã nõ cõferre.

LACHETIS FINIS.


CLITOPHO PLATONIS, VEL EXHORTATORIVS, TRANSLATVS A MARSILIO FICINO FLOREN. AD PETRVM MEDICEM VIRVM CLARISSIMVM.

DIMIDIATI DIALOGI PERSONAE.

SOCRATES. CLITOPHO.

SO.

Occasio dialogi, cui⁹ explicatio decidit.



NVPER mihi retulit quidã Clitophontem Aristonymi filium loquentem cũ Lysia, Socratis quidẽ consuetudinem vituperare, Thrasymachi vero laudare magnopere solitum. CLI. Quisquis ille o Socrates fuerit, haud recte narrauit quæ de te cum Lysia sum loquutus. Nã in quibusdã laudaui te, in quibusdam minime. Postq̃ vero succenses mihi, q̃q̃ dissimulas quasi nihil id cures, libentissime ego ipse tibi illa referrem, p̃sertim cũ soli simus, ne adeo te a me despici putes. Forte eñ nunc non recte audisti, quocirca infensior mihi redditus es q̃ deceat. At si ipse mihi veniam dederis, animaueris q; libentissime rem tibi narrabo. SO. At turpe nimium esset, si te prodesse mihi volẽtem nõ tolerem. Constat eñ q̃ mihi conscius qua malus sum, qua bonus, deteriora cauebo pro viribus, prosequar meliora. CLI. Audi igitur. Equidem tecum versatus sępenumero Socrates vehemẽter obstupui dum te loquentẽ audirem, mihiq; visus es pręclarissime omnium dicere, quotiens obiurgans hoĩes veluti super machinamentũ quoddã tragicũ quasi Deus exclamares: Quonam ruitis homines? Nescitis quo feramini, neq; opportunũ quicq̃ agitis, qui omni studio pecuniis cumulandis incumbitis: filios aũt quibus eas relicturi estis, negligitis, neq; vt illi iuste vti sciant, eos iustitiæ pręceptoribus cõmendatis, qui doceãt iustitiã si doceri potest, & si exercitatione & consuetudine cõparãda est, diligẽter exerceãt. Neq; vos etiã ipsos curastis vnq̃. Sed cũ videatis literas, musicã, & gymnasticã vos filiosq; vestros ad sufficientiã consequutos, quã virtutis disciplinã perfectã existimatis, deinde nihilominus circa pecunias prauos esse, cur nõ pręsentẽ educationẽ cõtemnitis? cur nõ quęritis aliquos qui vos ab hac in musica dissonãtia liberẽt? Etenĩ p̃pter hoc delictũ secordiamq; magis q̃ propter pedis ad lyram dissonam motionem, & frater aduersus fratrem, & ciuitates aduersus alias ciuitates immoderata & discordi seditione suborta ferunt, & commisso p̃lio extrema patiuntur & inferunt. Vos aũt dicitis, nõ propter ruditatẽ inscitiamq;, sed sponte iniustos esse eos qui sunt iniusti. Rursusq; asserere nõ dubitatis, iniustitiã turpẽ esse rem, deoq; aduersam. Quam igit ob causam hoc tantũ malũ quis eligit? Respõdetis hominẽ superatum a voluptatibus id subire. Nonne superari pręter voluntatẽ est, quãdo qdẽ ex volũtate est superare? Quapropter iniuste agere p̃ter voluntatem esse vbiq; ratio dictat. Diligentiorẽ itaq; curã q̃ soleãt adhibere debent, & viri omnes priuatim, & publice ciuitates. Quotiens ista Socrates audio te dicentem, mirum in modum delector ac laudo, idẽq; facio cum ea quæ sequuntur ausculto. Addis enim eos quicũq; corpus quidem exercent, animũ vero negligunt, qđ natura subiectũ est, colere, spernere vero qđ imperat. Item vnicuiq; vsum eius rei qua vti scit, conferre. Illi vero qui oculis, auribus, toto corpore, nescit vti, p̃stare neq; videre, neq; audire, neq; aliter vti corpore, q̃ vti. Similiter & in artibus. Quicunq; eñ propria lyra vti nescit, patet vt ipse ais, q̃ neq; alterius lyra scit vti: & qui aliena nescit vti, nescit & sua. Eademq; est de cęteris instrumentis & possessionibus ratio. Atq; eo tandẽ p̃clare tibi sermo p̃cedit, vt inferas, q nescit anima vti, p̃stare huic vt otium agat anima, neq; viuat, q̃ vt viuat, & sui iuris in agendo ipse sit. Quem si qua necessitas cogit viuere, melius huic esse vt seruus vitam ducat q̃ liber. Est autem hoc, tanq̃ nauis ita cogitationis gubernacula committere alteri cuiq̃, q gubernatoriã humanę vitæ adeptus sit disciplinam, quã sępe tu Socrates ciuilem vocas peritiam, eãdẽq; iudiciariam & iustitiam. His ergo sermonibus aliisq; eiusmodi multis atq; pręclaris virtutem asserentibus posse doceri, suiq; ipsius in primis suscipere curam iubentibus, nunq̃ ferme aduersatus sum, neq; vt arbitror in posterum aduersabor. Per-

ad vnũ deũ oĩa cõparauit,noĩa quoq; illi⁹ spernẽda nõ cẽsuit,in qbus cũ mira dei munera lateãt,non iniuria diuin⁹ ille theologus Dionysius Areopagita oĩa theologię mysteria ĩ diuinis noĩb⁹ exqsiuit. At cur silẽtio ṗtermisimus splẽdorẽ illũ veritatis Apostolũ Paulũ dicẽtẽ,Sermonẽ dei esse viuũ atq; efficacẽ,vehemẽtiusq; oĩ gladio ancipiti penetrãtẽ!Itẽ illud eiusdẽ:Donauit de⁹ illi nomẽ,qd est super oẽ nomẽ,vt in noĩe Iesu oẽ genu flectat̃ cælestiũ,terrestriũ,infernorũ!Sed iã ad dialogũ redeamus.Hermogenes Parmenidis discipulus & sectator,atq; Cratylus sectator Heracliti de rectitudine nominũ dissidẽtes,dũ ille qdẽ noĩa solũ arbitrio,hic vero naturali quadã ratione habere vim putat, deniq; Socratis se iudicio subigũt.Principio q̃belle tres hic Platonis cõueniũt ṗceptores.Hic.n.a Socrate moralia,a Cratylo physica,ab Hermogene potissimũ metaphysica,ṗter illa quę ipse inuenit,dicit̃ accepisse.Cratylus qdẽ sectator est Heracliti,cęterorũq; priscorũ,q multis ante Heraclitũ seculis philosophati sunt,putauerũtq; nihil vsq̃ stabile,sed oĩa in ṗpetuo motu versari.vnde & noĩa reb⁹ ab ipso motu plurimũ posuerũt.Hermogenes vero Parmenidis Pythagoreorũq; cultor,cõtra putãtiũ oĩa ṗmanere.Eiusmodi cõtrouersiã iter Hermogenẽ & Cratylũ Socrates & Plato ita cõponũt,vt Heracliti qdẽ sentẽtiã in physicis,Parmenidis vero in metaphysicis sit ṗbãda:siqs aũt vel statũ verũ ad naturalia,vel motũ trãsferat in diuina,sit penit⁹ improbãdus.Sed his omissis,quantũ ad noĩa ptinet Socrates in Cratyli sentẽtiã magis declinare videt̃,eã hoc pacto cõfirmãs.Orationũ alia vera est,alia falsa:& oratiõis verę,partes verę sunt:oratiõis falsę,ptes quoq; sunt falsę.Partes aũt oratiõis sunt nomina:quo fit vt nominũ alia vera sint,alia falsa.Oratio qdẽ vera est q̃ res ipsas vt sunt ita dicit:falsa vero,q̃ cõtra.Quapropter & noĩa vera sunt illa q̃ res ita vt sunt potius,q̃ vt placet arbitrio,ṗferũt. Qm̃ vero Protagoras putat qualia cuiq; videnẽt queq;,talia esse,adeo vt res nullę essentiã habeãt ṗpriã,sed hũana opinio oĩm sit mẽsura,ideo Socrates cõtra Protagorã infert,alios qdẽ hoĩes eẽ optimos.s.prudẽtissimos,alios vero pessimos.s.a prudẽtia remotissimos.At si,vt putat Protagoras,vnicuiq; vera illa sint q̃ qlibet opinat̃,nullũ certe erit inter prudẽtẽ imprudẽtẽq; discrimẽ.Sed Protagoras subtilissime in libro de Sciẽtia cõfutat̃.oportuit tñ & hic breuiter cõfutari,vt facilius Hermogenis opinio de noĩb⁹ illi⁹ quodãmodo similis refelli posset.Profecto Hermogenes haudquaq̃ Protagoræ de reb⁹ differẽti credit:sed dũ noĩa rerũ veritatẽ ex hoĩm arbitrio habere fatet̃,clã in Protagoricã de reb⁹ declinat sentẽtiã.Latẽter quoq; in opinionẽ Euthydemi dicẽtis oĩa oĩb⁹ similiter semp adesse.qui ex eo breuiter reprobat̃,q nõ alii qdẽ boni essent,alii vero mali,si ęque oĩbus adesset & virt⁹ & vitiũ.Tu vero inter hęc nota tritissimã Platonis nostri sentẽtiã,totã virtutis vim in ipsa prudentia,totã vitii in imprudẽtia collocari.Postq̃ cõfutata est Protagorę & Euthydemi sentẽtia,cõcludit̃ res ipsas nõ ṗ opinione nr̃a,sed ṗ ipsa natura sua in ipso ordine rerũ tales,aut tales existere.Q; si naturaliter sese habẽt essentię,naturales quoq; sunt actiones atq; passiones.Itaq; si diuidere vel cõburere rẽ quãpiã studeamus,nõ tã ṗ arbitrio nr̃o q̃ ṗ natura rei id faciem⁹, vt eo mõ & instrumẽto quo diuidi possit apti⁹,diuidam⁹,similiterq; cõburam⁹.At dicere & noĩare actio q̃dã esse videt̃,ideoq; ṗpriã debet habere naturã,vt nõ ita sicut placet nobis,sed vt rei modus exigit noĩemus.Est eñ nomẽ instrumẽtũ q̃ddã,quo rẽ noĩatã ab aliis discernimus atq; diuidim⁹.Eiusmodi vero instrumẽtũ vt patet in cęteris,ad ṗpriũ id officiũ nõ casu,nõ ṗ libidine,sed arte accõmodari ita debet,vt ea sit forma dispositũ p ipsam artis ideã,quę velut ad finẽ ad discernẽdũ aptissime diuidẽdũq; cõducat. Instrumẽtũ vero hmõi.i.nomẽ,tũ ad res discernẽdas,tũ ad docẽdos audiẽtes accõmodatũ,nõ cuiuslibet est fabricare,sed artificis cuiusdã noĩm conditoris,q oĩm est rarissim⁹.Hic aũt ea rõne noĩa fabricat, qua artifex vsurus noĩb⁹ exigit atq; instruit.Talẽ vero esse Plato vult dialecticũ.At ille q fabricat,ad ipsã rei ideã mẽte cõceptã,in qua vera cõsistit ratio noĩs,cõponit nomẽ,certa quadã significatione præditũ.Atq; hęc ipsa idealis ratio significatioq; verũ est nomẽ,manetq; idẽ circa rẽ eãdẽ in quacũq; literarũ materia fiat,apud quascũq; gẽtes,modo qd res ipsa sit doceat discernẽdo.Conclude noĩa si modo vera futura sint recteq; ponẽda,cõstitui debere a sapiẽte nominũ cõditore,atq; id quidẽ dialectico admonẽte vt ea forma cõsenẽt,qua rerũ ṗprietates ṗ viribus imitenẽt & explicẽt.Post hęc diligẽter ingrẽs,a qb⁹ discẽda sit noĩm rectitudo.i.ṗpria qua cõstituta sint ratio,sophistas deridet,traducitq; nos potius ad poetas,non quoslibet sed diuinos,quasi q vera rerũ noĩa a diis acceperint, apud quos vera sunt noĩa.Inter hęc ostẽdit Homeri poesim allegoricã esse,etiã vbi historiã narrare videt̃, queadmodũ in noĩb⁹ allegorice fictis apparet.Refert aũt multa apud Homerũ heroũ noĩa certa allegorię rõne cõposita.deinde ad deorũ ascẽdit noĩa,quorũ rõnes ab augustiorib⁹ theologis accepit.Prima qdẽ nominũ positiõe Cęlius significat aĩam sphęrę stelliferę,Saturn⁹ sequẽtis sphęrę aĩam,Iupiter vero tertię.Secũda vero positiõe Cęli⁹ significat deũ,Saturn⁹ angelicã mẽtẽ, Iupiter mũdi aĩam atq; cęlestẽ. Tertia Cęli⁹ dei ipsius significat fœcũditatẽ,Saturn⁹ ei⁹ intelligẽtiã,Iupiter beneficã volũtatẽ oĩbus ṗuidentẽ. Quarta Cælius in quolibet numine aspectũ ad superiora designat, Saturnus respectum ad semetipm,Iupiter ṗspectũ inferiorib⁹ ṗuidentẽ.Prolixior fore cogar,si singulos hic deos theologice

Marsilii Ficini Argumentum in Cratylum, vel de Recta Nominum ratione.



Apientia Platonica semp qdē suspicit excelsa, nec vnq̄ humilia despicit, q̄q̄ verorum scientia nominū nō est humilis, immo excelsa, pręcipue diuinorū. Hāc sapientes Hebręi tāti fecerūt, vt eā nō modo sciētiis omnibus, verū etiā legi scriptę ꝓtulerint, affirmantes ipsam a deo patriarchis & Moysi fuisse tributā: Moysi inquā eā nō literis, sed sanctorū mētibus inscripturo: Mētibus inquā succedētiū ꝓphetarū, deinceps diuinorū nominū sapientiā in mētes eorū q̄ succederēt lōga quadā serie ꝓpagantium. Horū ergo virtute nominū maiores suos opera mirāda fecisse. Pręterea nonnulla ex his noībus scriptis suis inseruisse, sed plerūq; vel sparsa, vel inuoluta: quę siqs agnoscat, & colligat, & perfecte eadem ꝙ mentis puritate, qua & cui sunt tributa, ꝓnunciet, mirabilia similiter effecturum, pręsertim in primo dei nomine, qđ cū quatuor dūtaxat, & his qdē vocalibus literis mirabiliter cōponaꝛ, nimirum a nullo nisi diuinitus inspirato recte ꝓnunciari potest. Vnde fateri cogunꝛ Iesum, quē ipsi Nazarenū vocant, fuisse diuinū. Quippe cū eū nominis huius Tetragrāmaton intelligētia vera, & ꝓnūciatione ꝑfecta fecisse miracula fateanꝛ. Verū de his in libro de Religione a nobis satis est dictū. Origenes quoq; cū diuinorū nominū orationūq; virtutē mirificā cōsiderasset, in libris cōtra Celsum inqt, in qbusdā sacris noīb⁹ mirādā latere virtutē, ideoq; hęc ipsa nō esse ex Hebręa lingua in aliā trāsferēda, sed in suis ipsis characteribus cōseruāda. Forte. n. quēadmodū in corpore certa ratione cōposito vita ꝑmanet, quo vel aliter cōposito, vel ꝑmutato nō ꝑmanet, sic vitalē quādā putāt diuinis noībus, certo diuinitus modo cōpositis, inesse virtutē. Et quēadmodū ab initio docuit Mercuri⁹ Trismegistus, ac diu postea Plotinus & Iāblichus, statuis qbusdā ordine certo cōpositis dęmones quodāmodo includunꝛ. Verbis aūt ad cęlestē quādā similitudinē tēꝑatis diuinę quędā dotes distribuunꝛ, & id qdē ꝓuidēte deo, vt quotiēs res ipsa postulat, rite possemus diuinū auxiliū inuocare. Qđ qdē ab ipso Phœbo atq; Pythagora obseruatū fuisse tradūt, quos ferūt diuinis qbusdā dūtaxat verbis tā animi q̄ corporis morbos mirifice curauisse. Qua qdē in re cōꝑtū habemus totā Zoroastris sapiētiā cōstitisse, quā Plato in Alcibiade diuinā appellat, & in Charmide morborū animi & corpis curatricē. Mitto ꝙ oēs gētes atq; linguę ꝑcipuū dei nomē quatuor solū ꝓnūciāt literis. De hoc eñ latius tractaꝛ a nobis in cōmētariis in Philebū, vbi ꝓbaꝛ nō potuisse in hoc vno gētes oēs nisi diuinitus cōuenire. Hinc Aegyptii quē nos Deū, Theut nomināt: Persę, Syre: Magi, Orsi: vñ Oromasis: Hebręi illud quatuor vocalium ineffabile nomē vtcūq; possunt exprimūt p Adonai: Græci, Theos: Arabes Alla: Macomet Abgdi, nos accepim⁹ ab angelo Iesum. Sed cur voluit deus quatuor vbiq; literis inuocari? Forsitā qa & ipse p quatuor gradus cūcta disponit. s. essentia, esse, virtute, actione cōponēs. Itē cęlestia triplicitatibus signorū quatuor, ignea, aerea, aquea, terrea, & quæ sub cęlo sunt, quatuor similiter elemētis. Nemo vero mirabiꝛ tātā in veris noīb⁹ vim latere, si modo cōsiderauerimus ipsam rei vim naturalē, qñ vere cognoscim⁹, ꝑuenire ab obiectis ad sensus, ab his ad imaginationē, ab hac quodāmodo & ad mētē. Deinde a mēte cōcipi qdē primū, deinde p vocē exprimi quasi partū. Atq; in hac ipsa voce suis quibusdā articulis cōstituta vim ipsam rei sub significationis forma quasi vitā latere: vitā inquā ab ipa mēte p semina rerū cōceptā primo, deinde p voces editā, postremo p scripta seruatā. Qꝫ si cęterorum noīa vim rerū quodāmodo seruāt, ideoq; p illa quasi rerū imagines ipsę res agnoscunꝛ, multo magis diuina noīa ab ipso deo tradita vim suā ꝑpetuo seruāt. Nec immerito. Nomē eñ verū vt Platoni placet, nihil aliud est q̄ rei ipsius vis quędā mēte primū, vt dixi, cōcepta, voce deīde expssa, literis demū significata. Rei aūt diuinę necesse est virtutē eē diuinā. Quāobrē dei noīa cū illis diuina vis insit, Plato & hic, & in Philebo venerari iubet, atq; vt significat in legib⁹, multo etiā magis q̄ delubra statuaſq; diuinas. Expressior eñ imago dei in artificio mētis, ꝑsertim afflatę diuinitus, q̄ in manuū operib⁹ reseruaꝛ. Noīa vero dei prima atq; synceriſſima apud mētes sup̄nas cælestesq; esse iudicat, a qbus expssius de⁹, vt ita dixerim, ipse concipiꝛ. Secūda vero in dęmonib⁹ purioribus. Tertia in animis hoīm, eaq; p priscos viros deo afflatos quasi dei tubas fuisse ꝓlata. Dei itaq; noīa nobis p antiquos sanctosq; tradita, tanq̄ imagines radiiq; dei ipsius esse videnꝛ, p superiora numina, ꝑq; sanctiores hominū animos ꝑnetrātes. Quisqs aūt solē, vt par est, admiraꝛ, merito veneraꝛ & solis lumē. ita & deū colere oportet in primis, simulq; dei radios, vires, imagines in sacrorū nominū significatione latentes. Audiamus ergo Socratē in Philebo ita clamātē. Reuerētia mihi semper erga deorū noīa, nō humana qdā formido est, sed maximū quēq; timorē exuperat. Audiamus eundē rursus in Phædro se expiātē, ꝙ in Amorē dei nomē forte disputādo deliquerit. Audiamus Platonē ipm in vndecimo Legū, eos q deorū noīa mēdacio & ꝑiuriis inquinauerint, sacrilegos omino cēsentē, iubētēq; illos a quolibet impune cędi: eū vero q ꝑsens nō punierit, tanq̄ ꝓditorē legū rigide cōdēnātē. Neq; vero nos turbet ꝙ plures sępe nominet deos. Vnicū eñ p seipsum in Parmenide, atq; Timęo ꝓbat esse deū, cęteros vero angelicos, cęlestesq; dei ministros, cū deos noīat, nō tam deos q̄ diuinos intelligit. Postq̄ vero in Parmenide

Nomē dei apud populos diuersos.

ctuale lumẽ sup visum. In tertio visibile lumen. Secũdus appellat a Platonicis primi filius. Terti⁹ imago dicit vtriusq;. Sed vt summatim dicã, Apollo significat primo diuinę angelicęq; substãtię simplicitatẽ: Secũdo vim p quã deus & angelus lauãt aĩas, ab inferioribusq; purgãt affectibus: Tertio beneficiũ quo a deterioribus soluũt, melioribusq; cõiungũt: Quarto virtutẽ vt ita dixerim sagittariam, qua p oĩa pcul sua munera iaculant, & aculeis suis iniustos affligũt: Quinto efficaciã oĩa tẽperantẽ, musicisq; modulis cõuertẽtẽ. In his apparet Apollinis vaticiniũ, vbi simplex dicit, & purgando lauãs atq; soluens. Ibidẽ apparet & medicina, itẽ sagittandi canẽdiq; peritia, vbi vires suas potẽter extẽdit p oĩa, & suauiter eisdẽ cũcta contẽperat inuicẽ, & ad seipsum feliciter cõtẽperãdo cõuertit. Similes quoq; dotes atq; effectus vident in sole & ad solẽ tertio atq; cęlesti. Inter hæc Socrates ait se in exponendis deorũ noĩb⁹ iocari, videlicet cognoscẽs se diuinã substãtiã his noĩb⁹ nõ attingere, sed vel effectus illorũ narrare, vel affectus nostros circa illos p viribus explicare. Addit & deos interdum iocari ac ludere. Iocamur qdẽ nos circa diuina, iocant & dii circa nostra, quatenus videlicet nostra hęc & illis collata q̃minima sunt, & illi hęc nullo labore, sed inextimabili facilitate gubernãt. Mitto in p̃sentia Platonicũ illud, Hõ iocus est ludusq; deo℞. Id eñ vbi res exiget exponemus. Post hęc tertio iã apprime religiosus hõ dicit se vereri de diis vlteri⁹ disputare. Nẽpe & in ipso disputationis initio timẽdũ est, ne forte de deo loquamur sine deo: & in media disputatione rursus, ne temere metiamur immensos: & circa finẽ rursus, ne vlterius sermonẽ de numinibus pducamus, q̃ eorũdẽ volũtas nobis aspiret. Mox nota totã Mercurii vim versari circa sermonẽ, vt intelligẽtię vim ad Saturnũ poti⁹ intelligas ptinere. Itẽ qđ addit, Pana Mercurii filiũ esse biformẽ, videlicet ob geminũ sermonẽ, verũ.s. atq; falsum, nota vbi Pan vt homo pingit, sermonẽ verũ significare: vbi vero vt brutum, falsum: vt hoc admonitus verearis falsa loq, ne falsa loquẽdo sis falsus homo, verũq; brutũ. Proinde vbi deridet antiquo℞ multos, q dũ ipsi paterent vertiginẽ putabãt oĩa verti, admonet ne p natura nostra p̃sertim tẽporali, metiamur ęterna. Itẽ vbi dicit tẽperãtiã esse salutẽ cõseruationẽq; prudẽtię, ostẽdit aĩam corporis pturbationib⁹ ebriã nõ posse rerũ ipsarũ p̃sertim incorporaliũ pcipe veritatẽ. Mox vbi boni nomẽ interptat, ostẽdit tria ad ipm bonũ ptinere.s. vt admirãdũ sit, vt amãdũ, vt suaue. Admirandũ est qñ nos excitat, diuertit ab aliis, ad se cõuertit. Amandũ, cũ accedimus ad ipsum atq; hęremus. Suaue cũ eo ĩplemur. Paulo post exponẽs iustitię nomẽ, docet diuinũ iudiciũ oĩa penetrare. Quod & cecinit Orpheus. Deinde significat iustitiã esse apud Anaxagoricos diuinã mentẽ oĩm ordinatricẽ. Qđ qdẽ Socrates nec affirmare audet, neq; negare. Nõ negat qdẽ, qm̃ ad deũ iustitia ptinet. Nõ affirmat, qm̃ accõmodatius diceret iustitiã esse diuinã volũtatẽ, singula p meritis vel naturę, vel volũtatis distribuentẽ. Aduerte rõnẽ boni ad naturã quãdã ptinere sese p oĩa diffundentẽ. Rationẽ vero pulchri ad sapiẽtiã ordinẽq; manãtẽ ab ipsa, & ad se reliqua puocãtẽ. Deniq; vim amoris ad influxũ quẽdã spectare ab oculis p oculos penetrãtẽ. Posthęc multa de noĩb⁹ affert, q̃ p supiora satis intelligunt. Tãgit opinionẽ de nominũ origine triplicẽ, vel q a diis quõdã accepta fuerint, vel q a barbaris, vel q lõgitudine tpis adeo a prima origine pmutata, vt primę noĩm positiões minime discernant. Mox deridet illos q sequẽtiũ sciẽtiã pfitent, cũ antecedẽtia nesciãt. Tu vero in sequẽtib⁹ aureã aĩaduerte sentẽtiã, Grauissimã oĩm deceptionẽ esse illã qua hõ seipsum decipit. In ea eñ deceptor a decepto abest nunq̃. Qm̃ vero Cratylus ad sectã Euthydemi declinat, q̃ putat nullum dicere falsa, qa qsqs dicit, qđ est dicat, itaq; dicat & verũ, Socrates id hoc pacto redarguit. Sępe dicim⁹ adesse alicui qdã q̃ pcul absunt, atq; vicissim abesse q̃ adsunt. qđ nihil aliud est q̃ falsa dicere. Silr̃q; cõueniẽter possumus noĩare exprimẽtes p nomẽ literarũq; sonos quodãmõ naturã actionẽq; rei vel passionẽ, atq; cõtra incõgrue noĩare. Posthęc vbi de numeris & qualitatibus mẽtionẽ facit, dicit in ordine numero℞ semp vnitate vel addita vel subtracta numeri speciẽ pmutari, qđ in qualitate nõ accidat. Id aũt hac rõne arbitror euenire, qa tota numeri ratio in vnitate eiusq; replicatione cõsistit. In qualitate vero, cũ pter vnitatẽ eiusq; replicationẽ, alia quędã sit natura, merito vno gradu addito vel subtracto, aut etiam pluribus qualitatis species nõ mutat. Silr̃ in imagine. eatenus eñ imago est, quatenus repñsentat. põt aũt magis minusve referre. Idẽ ferme noĩb⁹ accidit. Nã qdã rerũ ipsarũ sũt imagines. Pręterea cũ noĩs finis sit rem ipsam referre, pstat ipsum similitudine quadã rei, q̃ hoĩm cõuẽtione referre. Rursum cũ nomen cõstet ex literis, rẽ apte non potest exprimere nisi ex syllabis literisq; pprie ipsam exprimentibus cõponat. At qm̃ operosa res est literas, syllabas, noĩa rebus singulis prorsus accõmodare, imo etiã fieri neqt in numeris, idcirco miscẽda est cõsuetudo naturę, vt quatenus fieri põt, natura rerũ auctoritatem habeat nominũ. Vbi vero vel nullo mõ vel difficillime p naturę pprietatẽ id fieri potest, fiat p consuetudinẽ cõuẽtionemq; humanam, siue solam, siue naturæ coniunctã. Aĩaduerte posthęc maximam diligentiam principiis adhibendã, in eisq; constituendis plurimum disputãdũ. Rursus facillima quadã ad scientiã ire via, qsqs vt monet Cratylus, p nominũ pprietates rerũ pprietates aucupat. qñqdẽ auctor nominum non talia nomina quales ipsę res sunt, instituit, sed quales ipse putauit, decipi non

interp̄tari voluero.atq; id qdē latius in libro de Amore, & Theologia tractauimus.Qm̄ vero de diuinis tractare nō est eius q semp dicat se nihil scire,cōueniēter Socrates vbi de diuinis altius agit, dicit eā sibi sapiētiā nup vnde nesciat,illuxisse,significās inspiratione opus esse ad verā diuinorū perceptionē.Qđ & in Timęo,Conuiuioq;,& Phædro cōfirmat.pbat̄ idē & in epistolis.Qz aūt hic diuinorū contēplationē ab Euthyphrone accepisse se dicit,ironicū est,deridetq; illum & similes diuini iuris pfessores ambitiosos.Quo fit vt nō immerito,q̄ ab illo se fingit audiuisse,afferat fore paulo post dimittenda,admonēs cōfidēdū nō esse doctrinis ambitiosorū,p̄sertim vbi iudicāt de diuinis,de quibus etiā pbatissimus hō,nunq̄ vt hō loqui possit,sed aliqñ potius vt tuba dei.Huic illud quodāmodo simile,qđ Plutarchus ait,legē extare apud Gręcos,p quā iuberet̄ libros scelestorum hoīm etiā bonos e medio tolli,vt auctorū memoria deleret̄.Significat p̄terea antiquos cōsueuisse eū q inter sacra corripiebat̄ a dęmone,ne diutius ab eo fatigaret̄,paulo post qbusdā p̄cibus sacrificiisq; a dęmone soluere. Docet etiā nō esse lōgū tēpus in noīb9 cōterēdū.Proinde rephēdit illos q solas mūdi sphęras stellasq; putēt esse diuinas:Quippe cū ab his tanq̄ aspectui nostro natura ppinquiorib9atq; mobilib9,ad altiora numina ob maiorē excellētiā sensibus nostris ignota stabiliaq; sit ascēdēdū.Narrat p̄terea deorum noīa nō casu,sed partim humana rōne,ptim inspiratione diuina inuēta fuisse. Noīa vero heroica & hūana sępe vel ex maiorū cognomētis,vel ex voto fuisse posita,ideoq; certā noīm rationē in diuinis noībus potius q̄ in aliis esse q̄rendā.Descēdit post hęc ad dęmones,asseritq; Hesiodi priscorūq; sententia pbatissimoꝝ virorū aīas in aereos dęmones ascēdere,q & rerū sapiētia polleāt, & generi humano puideāt.Tu vero hic aīaduerte oēm bonū esse sapientē,atq; vicissim bonū qdē ideo sapiētē euadere, qa purgatā serenāq; boni hoīs mētē de9 sapiētię suę lumine iplet. Sapiētē quoq; idcirco bonū esse,qa neq; aberrat a fine,neq; in his q̄ ad finē cōferūt,fallit̄ eligēdis.Aīaduerte heroes semideosq; eosdē existimari,atq; ex mutuo inter deū hominemq; amore nasci.Hinc illud,Sed ex deo nati sunt.Qua in re ostēdit̄ inter gen9 humanū diuinūq; cognatio. Attēde mox officiū hoīs esse nō sentire,sed ea q̄ sensit cōsiderare.Deinde statū aīę in corpe esse,nō cōtineri,sed naturā corpis cōtinere: Corpus tn̄ apud Orpheū carcerē aīę dici atq; sepulcrū,vtpote q̄ in corpe tanq̄ mortua iudicet̄.Memēto & Anaxagorā putauisse mūdi machinę vnā ante alias inesse animā,vnā quoq; p̄esse mētē.Hinc illud:Spūs intus alit,totāq; infusa p artus Mēs agitat molē.Deinde cōsidera piā Platonis modestiā dicētis:Quicūq; sapit agnoscit se deos deorūq; inter se noīa ignorare.Addit orādū esse deū,vt nobis nomē sui pprium patefaciat:existimādū quoq; esse noīa q̄ nos deo tribuimus,nō ipsam dei naturā,sed notionē affectionēq; circa deū nostrā significare.Idcirco obsecrādū esse deū ne ipsi in eo nominādo displiceamus. Idē in Philebo,& Parmenide,& Phędro,atq; Timęo.Interp̄tat̄ deinde deorū noīa,narrās primo illorum opiniones q fluere oīa putauerūt,quā deniq; iprobabit.Sed in his reuera memēto deā Vestā significare essentiā formarū separatarū,diuinorūq; stabile fundamētū,ideoq; Vestę ante alios deos sacrificare priscos cōsueuisse.Itē noīa q̄ in diuinis statū significāt,ad illorū referri substātiā:q̄ vero motū, ad actionē:improprie qdē ad actionē intellectualē,pprie vero ad aīalem.Rursus noīa deorū masculina significare in diuinis actū efficiētē,fœminina vero potētiā capiētē.Præterea q; cęlū suo motu generet tēpus cōsumēs,cōtinueq; cōsumat,imago qdā est referēs deū Cęlium,& Rheā,atq; Saturnū filios deuorātē.In his aūt Cęli9 est essentia ipsa diuina,Rhea eiusdē vita:Saturn9 mēs eiusdem. Saturni filii ideę sunt rerū,intelligētia diuina intra se genitę,q̄ sicut pducunt̄ a mēte,ita & reducūt̄ in mētē,eas in se,vt ita dixerim, absorbētē.Multitudo vero deorū circa diuersas mūdi ptes distributoꝝ,& i ipsis earūdē partiū cōtinet̄ ideis,& in angelicis mētib9 ideas multifariā cōtēplantib9,& in aīabus sphæras mūdi stellasq; regētib9.Aīaduerte p̄ cęteris Plutonē hic significare p̄cipue puidētiā diuinā ad separatas aīas ptinentē,q̄ puras aīas bonorū suorū ppetuis illecebris adeo rapit & detinet,vt nolint ad nos vltra reuerti.Qđ qdē infinitis Plotini Procliq; aīarū piodis non cōsentit.Probat aīas penes Plutonē ideo viculo quodā arctissimo & isolubili detineri,qm̄ amatorio teneant̄ affectu. Vbi cōfirmat̄ Platonicū illđ i Cōuiuio,Legibusq;,& sępe alibi,amatoriū volūtariūq; nodū cęteris oīb9 eē potēti9.neq; id qdē iniuria:nēpe q trahit quēpiā p appetitū,tū potēti9 trahit,tū retinet firmi9, q̄ q p vim aliā conat̄ attrahere,qa nō ab extrinseco tm̄ rapit,sed ab itrinseco.Pręterea qđ ita raptū est,non mō nō cōtēdit solui,verūetiā innitit̄ ligatori,eodēq; viculo sese arcti9 iplicat.Mitto q; raptor ali9 tāq̄ supior alienus occurrit.Amatori9 vero raptor,tāq̄ ęqlē domesticūq; & palā & clā se nobis insinuat.Hic Boeti9 pbat ex mēte Plotini,deū ad seipm̄ oīa potētissime simul & suauissime rape,sui videlicet amore boni, quasi esca trahētē.Qđ etiā Platonicus cōfirmat Philo.De9 a pricipio ad finē oīa potēter attigit, suauiterq; disponit.Id vero totū ex quarto Legū acceptū eē alias ostēdem9. De Phœbo aūt q apud Orpheū lumē vitale significat,multa atq; p̄clara sunt in Orphico Apollinis hymno:in sexto de Rep.& in orōne Platonici Iuliani:& i opusculo nr̄o de lumine.Hic vero breuiter exponit̄ nomē Apollo.Qđ triplicē significat solē,diuinū,angelicū,& cęlestē.In priō qdē,lumē est supius itellectu.In scđo intelle

Noīa maris & fœminę qđ significēt in diuinis.

Quæ oro vera, q̃ falsa. Orationis pars minima est nomen.

dicere? HER. Id ipsum. SO. Oratio quę vera est, vtrũ tota quidẽ est vera, partes nõ verę? HER. Immo & partes verę. SO. Vtrũ partes magnę verę, exiguę vero particulę falsę, an verę sunt oẽs? HER. Oẽs arbitror. SO. Habes orationis partẽ aliquã minorẽ noĩe? HER. Nequaq̃, hęc em̃ pars minima. SO. Et nomẽ quidẽ hoc pars orationis verę. HER. Proculdubio. SO. Pars vtiq; vera, vt ais ipse. HER. Vera. SO. Pars autẽ falsi falsa. HER. Aio. SO. Licet ergo nomẽ verũ & nomẽ falsum dicere, siqdẽ & orationem. HER. Quid ꝓhibet? SO. Qđ quisq; cuiq; nomẽ esse ait, id & cuiq; nomẽ est? HER. Idipsum. SO. An etiã quotcũq; quis noĩa cuiq; tribuit, totidẽ erũt? ac etiã quãdocunq; tribuit? HER. Haud equidẽ habeo Socrates aliquã ꝑter hãc nois rectitudinẽ, vt videlicet liceat mihi qdẽ alio rẽ vocare quod ipse imposui noĩe, tibi aũt alio qđ tu imposuisti. Ita eqdẽ in ciuitatib⁹ video eorũdẽ ꝓpria quędã haberi noĩa, & Gręcis ad alios Gręcos, & Gręcis ad Barbaros. SO. Aĩaduertam⁹ Hermogenes, vtrũ res ipsę ita se habere tibi videanẽ, vt ꝓpria rerũ apud vnũquẽq; essentia sit, quẽadmodũ Protagoras tradidit? rerũ oĩm dicẽs hoĩem esse mensurã, ita vt qualia mihi quęq; videnẽ, talia & mihi sint: itẽ qualia tibi, & tibi talia. An potius quędã esse putes, quę essentię suę quãdã habeãt firmitatẽ. HER. Qñq; o Socrates dubitãs ad hęc deductus sum quę tradit Protagoras. Ita tamẽ esse haud satis mihi psuadeo. SO. Nũquid & ad hoc aliquãdo es deduct⁹, vt tibi nequaq̃ videreẽ aliquẽ esse hominẽ oĩno malũ? HER. Nõ p Iouẽ, immo sępenumero ita sum affectus, vt existimarẽ hoĩes nõnullos oĩno malos eẽ, & quidẽ plurimos. SO. Prorsus aũt boni nulli adhuc tibi visi sunt? HER. Admodũ pauci. SO. Visi ergo sunt aliq? HER. Aliqui. SO. Qua ratione hoc iudicas? hac ne? omino qdẽ bonos esse, oĩno prudẽtes: prorsus vero prauos, imprudentes omnino? HER. Mihi sane ita videtur. SO. Si Protagoras vera dixit, estq; hęc ipa veritas, vt qualiacũq; singulis quęq; videnẽ, talia sint, fieri ne põt vt alii hoĩm prudẽtes sint, imprudẽtes alii? HER. Nequaq̃. SO. Atqui hęc vt arbitror tibi omino videnẽ, cũ videlicet prudẽtia quędã & imprudẽtia sit, Protagorã haud omino vera loqui posse. Neq; em̃ alter altero reuera prudẽtior erit, si quę cuiq; videnẽ cuiq; vera erunt. HER. Ita est. SO. At neq; Euthydemo assentiris vt arbitror dicenti om̃ia oĩbus esse similiter ac semp. Neq; em̃ alii boni, alii mali essent si semper & ęque oĩbus & virt⁹ inesset & prauitas. HER. Vera loqueris. SO. Ergo si neq; oĩa oĩbus insunt semper atq; similiter, neq; cuiq; ꝓpriũ vnũquodq;, constat res ipsas esse quę essentiã quãdã firmã in ipsis habent, neq; quo ad nos, neq; a nobis p imaginationẽ sursum deorsumq; distractę, sed secũdũ seipsas quo ad ipsarũ essentiã vt natura ĩstitutę sunt pmanẽtes. HER. Idẽ mihi quoq; videẽ o Socrates. SO. Vtrũ res ipsę ita natura cõsistũt, actiones aũt illarũ nõ ita sed aliter? an & actiones ipsę vna quædam rerũ species sunt? HER. Et ipsę omino. SO. Ergo actiones ipsę secũdũ naturã suã, nõ secũdũ opinionẽ nostrã fiunt. Quẽadmodũ si nos rẽ quãpiã diuidere statuamus, vtrũ diuidenda a nobis res quęq; vt nos volum⁹ & quo volumus? an potius si vnũquodq; diuidamus secũdũ naturã qua diuidere & diuidi oportet, itẽq; eo quo secũdũ naturã diuisio fieri debet, diuidemus vtiq; recte, & aliqd ꝑficiem⁹, ac recte istud agemus? Sinautem pręter naturam, aberrabimus, nihilq; proficiemus? HER. Mihi quidem ita videẽ. SO. Atq; etiam si comburere aliqd aggrediamur, non secũdũ omnem opinionem comburere oportet, sed secũdũ opinionẽ rectã. hęc aũt est qua ratione naturaliter qdq; cõburi debet atq; cõburere, & quo debet. HER. Vera hęc sunt. SO. Nõne eadẽ de cęteris ratio? HER. Eadẽ. SO. An non & dicere vna q̃dã opationũ est? HER. Est plane. SO. Vtrũ recte dicet ille, q vt sibi dicẽdũ videẽ ita dicat? an potius qsqs ita dicat, vt natura ipsa rerũ dicere diciq; reqrit, & quo natura exigit, eo & dicat, aliqd dicẽdo ꝑficiet? sin aliter, aberrabit, nihilq; efficiet? HER. Ita eqdẽ vt ais existimo. SO. An nõ dicẽdi pars est noĩare? atq; denominãtes quodãmodo sermones dicũt? HER. Oĩno. SO. Et noĩare actio quędã est? qñqdẽ & dicere actio quędam circa res est. HER. Prorsus. SO. Actiones aũt nobis apparuerũt haud ad nos respicere, sed ꝓpriã quãdã sui habere naturã. HER. Est ita. SO. Nominãdũ itaq; ea ratione qua rerũ ipsarũ natura noĩare ac noĩari postulat, & quo postulat, nõ aũt ꝑ nostrę voluntatis arbitrio, si stãdũ est in his q̃ dicta sunt. HER. Sic est. SO. Atq; ita aliqd pagemus, noĩabimusq;, aliter vero nequaq̃. HER. Apparet. SO. Qđ incidẽdũ est, aliquo incidẽdũ. HER. Aliquo. SO. Et qđ texẽdũ, aliquo certe texẽdũ, qđ vt pforãdũ, aliquo pforãdũ. HER. Plane. SO. Itẽ qđ noĩandũ aliquo noĩandũ. HER. Sic oportet. SO. Quid illud, quo aliqd pforare oportet? HER. Terebrũ. SO. Quid quo texere? HER. Radius pecteq;. SO. Quid quo nominare? HER. Nomẽ. SO. Bene loq̃ris, ideoq; instrumẽtũ aliquod nomẽ est. HER. Est. SO. Si quęrerem qđ instrumentũ est radius pecteq;, respõderes quo texim⁹? HER. Nõ aliud. SO. Texẽtes vero quid facimus? an nõ subtegmen & stamina confusa discernimus? HER. Istuc ipsum. SO. Idem de terebro ac cæteris respondebis? HER. Idẽ. SO. Potes & circa nomen similiter declarare, qd facimus dum nomine ipso qđ instrumentũ est, aliqd nominamus? HER. Nequeo. SO. Nunquid docemus inuicem aliquid, ac res vt sunt discernimus? HER. Nempe. SO. Nomẽ itaq; instrumẽtũ docẽs est, essentiãq; discernẽs, vt pecten & radius ipsę telam. HER. Sic est dicendũ. SOCRA. Radius porro textorium est instrumẽtũ. HER. Quid ni? SO. Textor itaq; radio ac pectine

Positio Protagorę circa essentiã rerum.

Positio Euthydemi oĩa oĩbus esse similiter, ac semper.


Nomẽ est instrumẽtũ.

cōphendendę sint,iudicare,maioris q̄ meum ac tuum sit, ingenii opus esse videtur. Sufficiat autē nūc inter nos cōstitisse ꝙ nō ex noībus,imo ex seipsis potius discēdę q̄rēdæq; sunt. CRA. Sic apparet o Socrates. SO. Aīaduertamus & hoc præterea,ne multa hęc noīa in idē tēdētia nos decipiāt,cū qui illa imposuerunt,currere oīa semp fluereq; putauerit,atq; ea cōsideratiōe posuerint: videnē nēpe mihi ita existimasse:quoꝝ tū opinio si talis extitit,falsa habēda ē,profecto illi velut ī quādā delapsi vertiginē,& ipsi vacillāt iactāturq;,& nos in eādē rapiētes immergūt. Considera vir mirifice Cratyle qđ ego sępenumero somnio,vtrū dicēdū est esse aliqd ipsum pulchrū ac bonū, & vnūqđq; existentiū ita nec ne. CRA. Mihi qdē o Socrates esse videt. SO. Illud igit ipm cōsiderem⁹, nō si vultus qdā aut aliquid taliū pulchrū est,qppe hęc oīa fluūt,sed ipsum pulchrū dicim⁹,nōne semp tale q̄le est pseuerat? CRA. Necesse est. SO. Nunqd possibile est ipm recte denoīare si semp subterfugit, ac primo qd illud sit,deīde q̄le sit dicere? vel necessariū est,dū loqmur aliud ipm statim fieri iugiterq; diffugere,nec tale amplius esse? CRA. Necessariū. SO. Quo pacto aliqd illud erit,qđ nunq̄ eodē mō se habet? Si enim qn̄q; eodē mō se habet,eo in tpe minime pmutat:sin autē semp eodē mō se habet,idemq; existit, quō trāsit vel mouet,cū ideā suā nō deserat? CRA. Nullo pacto. SO. Pręterea a nullo cognosceret. dū eñ cognitura vis ipm aggrederet,aliud alienūq; fieret. quare qd sit aut q̄le cognosci nō posset. nā cognitio nulla ita rem pcipit,vt nullo modo se habētē percipiat. CRA. Est vt ais. SO. Sed neq; cognitionē ipsam esse affirmandū est o Cratyle si decidūt oīa,nihilq; pmanet. Si.n.cognitio ex eo ꝙ cognitio est nō decidit,permanebit semper,ac semp erit cognitio:sin aūt cognitiōis species ipsa discedit,simul & ī aliā cognitionis speciē delabet,neq; cognitio erit. Q; si perpetuo migrat,semp nō erit cognitio. Atq; hac rōne neq; qđ cogniturū est,neq; qđ cognoscēdū,semp erit. Sin aūt semper est qđ cognoscit, est qđ cognoscit,est pulchrū,est & bonū,estq; deniq; existētiū vnūqđq; quę in pſentia dicimus, fluxus lationis similia nō vident. Vtrū vero hęc ita sint,an vt dicebāt Heracliti sectatores,aliiq; pmulti,haud facile discerni pōt. Neq; hoīs sanę mētis est seipm animumq; suū noībus credere, & auctorē nominum sapientē asseuerare,atq; ita de seipso rebusq; omnibus male sentire,vt putet nihil integrum firmūq; existere,sed oīa velut fictilia fluere atq; cōcidere,& queādmodū hoīes destillationibus capitis ęgrotātes,similiter quoq; res ipsas affici iudicet,adeo vt destillatione & fluxu omnia cōphēdant. Forte o Cratyle ita est,forte etiā aliter:forti aīo & diligēti studio inuestigāda res est. neq; eñ facile assentiendum. Iuuenis adhuc es,atq; tibi sufficit ætas. Et siqd inueneris indagando,mihi quoq; impartiri debes. CRA. Nauabo operā Socrates. Ac certe scito me etiā in pſentia nō torpere,immo cogitāti mihi & multa animo reuoluenti multo magis ita vt dicebas ipse,q̄ vt Heraclitus,res sese habere videtur. SO. Deinceps amice postq̄ redieris me doceto. Nūc aūt vt cōstituisti,in agrum perge. Atqui & Hermogenes hic te comitabit. CRA. Fiet vt mones Socrates. Verum tu quoq; iam de his cogita.

CRATYLI FINIS.

Argumentum Marsilii Ficini in Gorgiam.



Vm duo q̄dā in aīo potissima sint,cognitio & affectus, cognitionē quidē sophistæ sub veritatis specie ad falsa detorquent,affectū vero populares poetę sub concinnæ voluptatis esca in dissonas pturbatiōes sępe præcipitāt. Oratores deniq; populares tū cognitionē falsis decipiūt coniecturis,tū affectū in mot⁹ varios cōcitāt. Quapropter ne horum opera mētes hoīm,tū falsis opinionibus,tū pniciosis affectib⁹ ęgrotare cogant,Plato humanoꝝ medic⁹ aīorū nos a sophistis qdē oīno,ab oratorib⁹ quoq; atq; poetis quodāmodo ꝓcul abducit. pfecto sophistas & vndiq; & oēs exterminat. poetas aūt neq; oēs,sed illos q vel turpia de diis & fingūt,vel pturbatos aīos acrius imitantur & referūt. neq; vndiq; sed ex vrbe.i.ex iuuenū ignorātiūq; turba,q in pturbatiōes admodū sūt ꝓcliues,& allegoricū poetarū non penetrant sensum. Quāobrē in libris de Republica poetas iubet vel expelli,vel cogi de deo honeste loq,neq; pturbatiōib⁹ audiētes assuefacere,sed & diuinos hymnos canere,& leges patrias magnorumq; gesta viroꝝ grauiter recēsere. Sed vt reuertamur ad oratores,hos quoq; nō oēs Plato vituperat,sed eos dūtaxat,qui ad id icūbūt assidue,vt qcqd libuerit,quacūq; valeant rōne audiētibus persuadeant absq; delectu,siue malum id sit,siue bonū,seu falsa sit ratio seu vera,vel cōmiseratio,vel cōcitatio,vel coniectura. Quale fuerat Lysię Thebani,atq; Tisię,necnō Gorgię Leontini propositū. Anteponit vero aliis Periclē in Phædro atq; Isocratem,ppterea ꝙ eloquētiā cū philosophia coniunxerit. Additq; legitimū oratorē oportere rerū intelligere rationes,morū leges,verborum vires,naturas ingenioꝝ,verbaq; certa quadā rōne cōponere ingeniis audientiū quoad fieri potest accōmodata,cōmunis boni persuadendi gratia:neq; tā ad id incumbere,vt ea q̄ dicit hoībus grata sint,q̄ vt accepta deo. Eum vero qui Tisię Gorgięq; more nō veritatē ipsam atq; iustitiā,sed coiecturā turbæ dūtaxat verisimilē ꝓbabilemq; sequit,tanq̄ hominē ciuitati ante alios noxiū detestat,quasi eloquētia sine sapientia sit ensis acutus in manib⁹ furiosi. Duos aūt exagitat ante alios,Lysiā quidem in Phędro,hic

subit? CRA. Quo pacto? SO. Quoniam qui principio noīa posuit, quales esse res opinat⁹ est, talia quoq; no
mina, vt dicebamus, effinxit. Nonne ita? CRA. Ita prorsus. SO. Si ergo ille non recte sensit, & vt sen
sit, instituit, nonne & nos sequētes eius vestigia deceptos iri existimas? CRA. Haud ita est, immo ne
cesse scientē fuisse illū qui noīa posuit. Aliter aūt, vt iādudū dicebā, noīa nequaq̄ essent. Euidētissimo
aūt argumēto id esse tibi pōt, haud a veritate aberrauisse noīm auctorem, q̄ si male sensisset, nequaq̄
sibi ita oīa cōsonarēt. An nō aduertisti & ipse, cū diceres oīa in idē tēdere? SO. Nihil ista o bone Cra
tyle valet defensio. Quid. n. mirum est si primo deceptus noīm institutor, seq̄ntia rursus ad primū vi
quadā traxit, & ipsi cōsonare coegit? Quēadmodū circa figuras īterdū exiguo quodam primo igno
to falsoq; existēte, reliqua deinceps multa inuicē cōsonāt. Debet. n. q̄sq; circa rei cuiusq; principiū sta — Circa princi
tuēdū differere multa, diligentissimeq; considerare, vtrū recte decernat nec ne. quo quidē sufficiēter — piū statuēdū
examinato cætera iā principiū sequi debēt. Miror tū si noīa sibimet cōgruūt. Cōsideremus iterū q̄ su — differere mul
pra retulimus. diximus pfecto ita noīa essentiā significare quasi oīa currāt, ferātur, & defluant. Ita ne — ta oportet.
significare censes? CRA. Ita certe. & recte quidem. SO. Videamus itaq; ex illis aliqua repetentes. Prin
cipio nomē hoc Episteme, id est sciētia ambiguū est, magisq; significare videt, qđ histesin, id est sistit ī — ἐπιστήμη.
rebus animam, q̄ qđ cū rebus pariter circūfertur, rectiusq; esse videtur vt pricipiū eius vt nunc dica — ἵστησιν.
mus, q̄ per ε ipsius iniectionē, & p ε, i. potius adiiciamus. Deinde veuæon. i. firmū dicit, qm̄ baseos & — βέβαιον.
staseos. i. firmamenti & stat⁹ potius q̄ lationis est imitatio. Preterea historia id forte significat quod — βάσεως.
Histesi Rhun, id est sistit fluxū. & ipsum Piston, id est credēdū, histan id est firmare omino significat. — στάσεως.
Quinetiā Mneme, id est memoria ostēdit prorsus q̄ in aīa non agitatio est, sed mone, i. quies stabilisq; — ἱστορία.
permansio. Atqui siquis noīa ipsa obseruet hamartia & symphora, i. error & cōtingentia casusq;, idē — ἵστησι τὸν ῥοῦν
videbūtur inferre, qđ synesis & episteme, id est intelligentia atq; scientia, & cętera nomina quę præcla — πιστὸν. ἱστάν.
ris sunt rebus imposita. Item Amathia & Acolasia. i. inscitia & intemperantia, proxima his vidētur. — μνήμη. μονή.
Hamathia q̄dem importare videt Hama Theo Iontos Porian, i. simul cum deo euntis progressum. — ἡ ἁμαρτία.
Acolasia vero omino quādā ipsarū rerum Acoluthiā. i. prosecutionē atq; cōgressum. Atq; ita q̄ rerū — συμφορά.
turpissimarum noīa esse putam⁹, nominū illorū quæ circa pulcherrima sunt q̄simillima videbuntur. — σύνεσις.
Arbitror & alia multa reperiri posse, siquis ad hęc incumbat, ex quibus iterū iudicabit noīm auctorē — ἐπιστήμη.
nō currētes delatasq; res, immo stabiles indicare. CRA. Verūtamē multa o Socrates secundū agitatio — ἡ ἀμαθία.
nis significationē vides illū cōstituisse. SO. Quid agemus o Cratyle? Nūquid suffragiorū calculorum — ἀκολασία.
q̄ instar noīa ipsa dinumerabimus? atq; ad hanc normā de recta ratione noīm iudicabimus, vt ea tā — ἅμα θεῷ
dem vera sint, quibus significationes pluriū nominū suffragantur? CRA. Haud decet. SO. Nō certe — ἰόντος
amice. Sed his iā omissis redeamus illuc, vnde digressi sumus. Dixisti nuper si recordaris necessarium — πορεία.
esse, illū qui noīa statuit, prænouisse ea quib⁹ noīa tribuebat. perstas adhuc in sententia, nec ne? CRA. — ἀκολασία.
Adhuc. SO. Nunquid & illū q̄ prima noīa posuit, nouisse aīs dū poneret? CRA. Nouisse. SO. Quibus — ἀκολουθίαν.
ex noībus res vel didicerat vel inuenerat, quādo necdū prima noīa fuerant instituta? cum dictum sit
impossibile esse res vel inuenire vel discere, nisi qualia nomina sint didicerimus, vel ipsi nos inueneri
mus. CRA. Videris mihi nonnihil o Socrates dicere. SO. Quo igitur pacto dicemus eos scientes no
mina posuisse? vel legum & nominum conditores ante positionem cuiuslibet nominis extitisse, eosq;
res antea cognouisse, si quidē nō aliter q̄ ex nominibus disci res possint? CRA. Reor equidem Socra
tes verissimum eum esse sermonem quo dicitur excellentiorem quandam potentiam q̄ humanā pri
ma rebus nomina pbuisse, quo necessarium sit vt recte fuerint distributa. SO. Nunquid putas contra
ria sibiipsi posuisse noīm auctorem si Dæmō aliquis vel Deus extitit? an nihil tibi supra dixisse vide
mur? CRA. Forte nōdum alterū istorum nomina erant. SO. Vtra igitur erant vir optime? num quæ
ad statum vergunt? an quę ad motum potius? Neq; enim, vt modo diximus, multitudine iudicabit.
CRA. Sic decet Socrates. SO. Cum itaq; dissentiant contendantq; de veritate inuicem nomina, & tā
hæc q̄ illa vero propinquiora esse se asserant, cuius ad normam diiudicabimus? Quo nos vertemus?
Neq; enim ad alia nomina confugiemus, quia præter hęc nulla. Verum alia q̄dā pter nomina q̄rēda
sunt, q̄ nobis ostendant absq; noībus, vtra istorū vera sint, rerū videlicet mōstrātia veritatem. CRA.
Ita mihi videt. SO. Si hęc vera sunt Cratyle, possunt, vt videt, res sine noīb⁹ percipi. CRA. Apparet.
SO. Per quid potissimū aliud speras res ipsas pcipere? Nōne per qđ cōsentaneū ac decens est? p mutuā
illarum cōmunionē. s. siquo modo inuicē cognatę sunt, & per seipsas maxime. Qđ enim aliud est ab il
lis, aliud quiddā nō illas significat. CRA. Vera loqui videris. SO. Dic obsecro, nōne iam sępe cōcessi
mus, noīa q̄ recte posita sunt, similia illorū esse quorū sunt noīa, rerumq; imagines esse? CRA. Conces
simus plane. SO. Si ergo licet res per noīa discere, ac etiam per seipsas, quę pstātior erit lucidiorq; per
ceptio? Num si ex imagine cogitetur & imago ipsa vtrum recte expressa sit, & veritas cuius hæc est
imago? An potius si ex veritate tam veritas ipsa q̄ ipsius imago, nunquid decenter imago ad eam
fuerit instituta? CRA. Si ex veritate. SO. Qua ratione res vel per doctrinam vel per inuentionem

Alterius autē finis est,ꝑ cōiecturas turbæ verisimiles,cōcitationesq; aīorū,quodcūq; libuerit impetrare.Hāc inter sophisticā vulgareq; poesim ponimus ex vtrisq; ꝑmixtā,quā in hoc dialogo detestatur. Diuidit aūt artes ipsiꝰ hoīs ꝓprie curatrices ī duo ꝓcipue gn̄a.Quorū primū curat animū,secūdū vero corpus.In aīo legalē facultatē ait legū cōditricē morūq; moderatricē,animū ipm̄ in habitu quodā naturæ consentaneo formare atq; stabilire: artē vero iudicialē aīm siqn̄ hinc lapsus fuerit restituere. In corpore quoq; geminas ponit artes,silr̄ corporis curatrices,gymnasticā q̄dē huiꝰ exercitandi magistrā in bona ipm̄ habitudine ꝑ viribꝰ cōfirmātē.Medicinā vero corpi amissam sanitatē restituentē. Quapropter qualis est legalis in aīo,talis in corpe videt̄ eē gymnastica.Itē qualis iudicialis in aīo,talis in corpore medicina.Has oēs appellat artes,q̄a certa ratione ꝑducāt ad bonū.Subdit naturā quādā siue ꝑitiā,adulatoriā,seruilē,atq; fallacē,q̄ falso has q̄tuor æmulat̄.Per sophisticā q̄dē simulat legalē,ꝑ oratoriā.s.vulgarē fingit iudicialē,ꝑ fucatoriā ꝓ se fert gymnasticā, ꝑ cognariā medicū rep̄n̄tat. Totū vero hoc adulādi genꝰ negat eē artē,q̄a nō rōne certa ad verū bonū, sed lenociniis cōtēdit ad gratiā.Sed neqs existimet Platonē lōge oīm eloquētissimū legitimā eloquētiā cognarię cōpare, legat Phædrū,in quo & eā ꝓbat, & finē officiūq; & ꝓcepta eiꝰ subtilissime tradit, asseritq; ipsam esse similē medicinæ.Quoniā vero Polus oratoriā vim extollēs,oratores ait ex eo maximā habere potētiā, q̄ ꝑ arbitrio valeant aduersarios carceri mortiq; damnare,vel expoliare bonis,vel vrbe priuare:Socrates duobꝰ potissimū argumētis ꝓbat iniustos nō esse potētes.Primo q̄dē q̄m̄ potētia exoptāda est vnicuiq; tāq̄ bonū:cōstat vero licētiā q̄dcūq; libuerit faciēdi,iniustis hoībus veluti mēte captis,nō mō non bonā eē,sed malā,atq; tādē ꝑniciosam.Deīde maxīa ꝑtās ē posse idipm̄ q̄d velis efficere. Patet aūt oēs verum velle bonū.At malos verū bonū vel agere vel conseq nunq̄. Adde q̄ mala mēs eo ipso q̄ mala est,discors in seipsa & insana censet̄, iāq; ab his quæ afferunt̄ sensibus superata. Quis ergo dixerit mentem & languidā & more mācipii suis seruientē mācipiis,esse potentē?Interea humana oīa distinguuntur in tria.s.in bona,malaq;,& media.Bonorū primū est sapiētia.Secūdū,optāda corporis habitudo.Tertiū,fortunę cōmoditas.Sed hæc duo eatenus iudicant̄ bona,quatenus cōmodum menti exhibent ministeriū.Horꝫ vero opposita dicunt̄ mala,sed horū media tanq̄ indifferentia sunt,quę non magis ad bonū declinant q̄ ad malum,vt ire,sedere,atq; similia.Additur neminem velle aut mala aut media,aut ea quæ agit proprie,immo dūtaxat,& ea quorum gratia mouetur & agit. Non ergo qui iniurias faciūt,ipsas volunt iniurias,sed bonū cuius gratia faciūt. Bonū vero nō cōsequunt̄.nō assequunt̄ ergo q̄d volunt:Non ergo potentes.Deinceps vero Socrates ex errore Poli cōmuni cum multis nactus occasionem sancta nobis tradit pręcepta.Cui peccare grauiter licet,propꝫ miser est,qui peccat grauiter iam est miser:qui peccati non luit pœnas,est miserior. Iniurias pati eligēdū est potius q̄ inferre.Licentia quodcūq; libuerit faciendi non est potētia,nisi id nobis sit deniq; conducturum:Conducet autem iuste duntaxat vtentibus.Iniusti etiā si totius orbis imperio potiantur,infelices sunt,immo infelicissimi.Quo em̄ magis peccare licet, & quo minus peccati datur pœna,eo infeliciores habētur.Felicitas in sapientia iustitiaq; consistit, infelicitas in contrariis. Quoniam vero Polus veritatis iudiciū quod ad iudicis qualitatem potius q̄ ad iudicātiū nūerū referri debet, in quorūlibet testium multitudine collocat,ideo Socrates optimū probādi modū esse respōdet, si vnicū in causa testē adduxeris,aduersariū.s.ratione cōuictū:alioqn coaceruatā vndiq; testiū multitudinē, parui ad veritatē eē momēti.Prætereа q̄a Polus ait iniuriā q̄dē facere turpius esse,pati vero peius:Socrates id arguit,asserens idem in rebus humanis moribusq; bonum esse atq; pulchrum siue honestum,idem quo malum atq; turpe.Deinde id ipsum pulchrum vel propter voluptatē,vel vtilitatē,vel vtrunq; puta existimari,turpe vero contra.Hinc argumētat̄:si facere iniuriā turpius est q̄ pati,nō ex eo q̄dē q̄ sit molestiꝰ, ex eo igit̄ q̄ sit dānosius.si ita,ergo deterius iudicatur.Mox adiungit oportere seipm̄ rōni tanq̄ medico curādum cōmittere.Affirmat quoq; iustā peccatorū punitionē, ei qui punit̄ prodesse plurimū. Hæc enim si iusta est,ergo pulchra atq; honesta.Si ita,ergo bona.si bona,cōfert animo,videlicet tāq̄ medicina corpori,multoq; magis. a morbo enim animi liberat, qui grauissimus est morborū omniū atq; malorū.Inter hæc animaduerte theologorum sententiā,nihil magis necessariū esse vtiliusq; peccatoribus q̄ confiteri peccata,affici pœnitentia,pœnas a iudice petere,æquo animo ferre vt purget̄ animus,anteq̄ insanabilis morbus eius euadat.Post hæc audies facillimū esse nobis affectū illi nostrū significare q̄ simili laboret affectu.Itē Socratem philosophię amore captū illi semp obtemperare. Prętereа eligēdū potius esse vt cætera nobis dissonent omnia q̄ vt animus intra se dissonet.Proinde vbi Callicles Socratē corripit quasi argutiarum nimiū studiosum,intellige sub ꝑsona Socratis Sophistas a Platone redargui.Tāgit postea Callicles Thrasymachi multorūq; prophanā opinionē dicētiū mores & leges nō naturæ ordine,sed sola hoīm vel opinione vel fictiōe cōsistere. Q̄d in libris de Repu. & in sequētibꝰ cōfutat̄.Quod vero afferre videt̄ Callicles cōtra phos,itellige nō cōtra legitimos philosophos eē dicta,sed ꝑtim aduersꝰ ignauissimos sophistarū,ꝑtim aduersus eos q̄ philosophię studio

vero Gorgiã.Nã quãto maioris aũctoritatis erãt,tãto periculosiores erãt. Adducit hic in mediũ & Polus orator Gorgiæ sectator,& Callicles eorũ astipulator.Socrates aũt primo p Chęrephontẽ agit familiarẽ suũ,& id qdem aduersus Polũ.Deinde ipse p se contra Gorgiã.Quoniã vero hi in aliarũ rerũ rationibus assignãdis apud populũ mirũ in modũ gloriari solebãt,ostendit eos,vt ipsis omnis adimat fides,nescire suę professionis rationes afferre.Interrogatus eñ Polus quæ sit ars Gorgię, cũ debuisset eã solũ per necessaria definire,& quæ sit explicare,per superflua circũscripsit & qualis, & id qdẽ affectato nimiũ stylo,quo vti cõsueuisse,in Phædro vbi de oratorꝝ stylis agit,cõfirmat.Deinde interrogatus ipse Gorgias quę sit ars ei⁹,inepta quadã iactãtia respõdit esse rhetoricã.Rogat deinceps qd sit rhetorica definire.Meminisse vero debem⁹ rẽ quãlibet in eo qđ ipsa est,partim qdẽ cũ reb⁹ aliis cõuenire,ptim vero differre,atq; id p qđ cõuenit noĩari genus:p qđ discrepat,differentiã.hinc fit,vt definitio q̃ idipm qđ res est cõprehẽdit,p genus eiusmodi,differentiaq; debeat assignari.Gorgias ergo vtpote q artẽ suã nesciat definire,gen⁹ ipsi⁹ & id qdẽ inepte pfert.Differẽtiã vero quã mox in eadẽ respõsione vna cũ gñe debebat adducere,vix tãdẽ post multas interrogationes extorquẽte Socrate in mediũ afferre cõpellit.Principio respõdet rhetoricã esse artem circa sermones.Et qm̃ alię quoq; sunt similes,interrogat circa quos qualesve sermones,vt qua in re ab aliis artibus differat,discernat. Respõdet aũt circa sermones q dicẽdi vim prestãt.Iterũ id aliis artib⁹ est cõmune.vnde rursus adiũgere cogit,rhetoricã versari q̃plurimũ circa sermões,vimq; dicẽdi.Sed qm̃ id quoq; cõmune cũ multis,vrget iterũ addere circa sermões.s.de reb⁹ maximis.Cũ vero & id cõmune,iã nescio qd distincti⁹ afferre cõpellit.i.p oratoriã nos cõsequi vt nulli seruiam⁹,sed aliis dominemur, atq; esse oratoriã artẽ psuasionis pro arbitrio effectricẽ.Interea Socrates admonet,vt in disputãdo nõ tã ad personã quacũ disputat,q̃ ad rẽ ipsam & sermonẽ & animũ intẽdamus.Deinde vero quoniã omnis ars aliqua de re persuadet,quęrit qua de re,& qualis sit rhetoris psuasio.Mox in duo distinguit persuasio.In eã scilicet quæ scientiã,& in eam quæ facit fidem.Concluditurq; oratoriã persuasionem non scientiã afferre,sed fidem,non circa quęlibet proprie,sed circa iusta atq; iniusta,non vbiq;,sed in turba potissimũ, ac de rebus quæ pręcipue ad rempu.pertinent.Additur quinetiã oratorem de rebus insuper ad artes alias proprie pertinentibus suadentius q̃ artifices ipsos posse loqui,non quidem inter artium ipsarũ peritos,sed imperitos.Inter hæc admonemur ne potentia vnq̃ arteq; abutamur.Item ne in disputando vbi ad veritatem percipiendã necessaria est trãquillitas,perturbemur.Rursus æquo animo atq; libentissimo redargutionem esse recipiendã, præsertim in moribus corrigendis. Nihil deterius enim esse q̃ de moribus falsa sentire.Post hęc concedit Gorgias non pertinere ad oratorem scire qua ratione res ipsę se habeant,sed machinationem quãdã sic ad persuadendum excogitare, vt ipse q̃uis ignorans,tamen apud ignorantes magis intelligere q̃ ipsi scientes appareat,officiumq; eius esse,de quolibet in turba strenue loqui non docendo sed persuadendo. Cõcedit quoq; oratorem scire id debere & posse quod sit verisimile, etiam si id quod verum est nesciat. quod quidem fieri nullo modo potest. Nisi enim rem ipsam cognoueris,nunq̃ quid illius similesit,agnosces.Proinde quæritur vtrum sicut ad oratorem alia scire nõ attinet, ita neq; etiam quid bonũ,honestum,iustum sit intelligere.Gorgias vero cum alias dixerit oratorem ad hæc atq; illa similiter se habere,hic sibi repugnans,scire hæc saltem oportere consensit.Hinc Socrates argumentatur.Si orator scit iusta,ergo est iustus, tentans videlicet Gorgiam nunquid vim consequentiæ teneat. Ille vero admittit statim, cum proprie in scientiis artibusq; ad intelligentiam pertinentibus id sequatur, scit astrologica vel fabrilia, ergo astrologus est vel faber:in iis tamen quæ ad voluntatem moresq; pertinent non sequatur,scit iusta,ergo iustus.Opus enim ad iustitiam est voluntate. Veruntamen siquis diuinam quandam de iustitia scientiam habeat, quod quidem spirante deo fieri quandoq; posse Plato vult, recte sequetur. Quisquis enim certissime sciuerit quantum bonum iustitia sit,quantumve præmium maneat:atq; contra quãtum iniustitia malum,quantumve huic supplicium debeatur:is proculdubio iniustitiam fugiens,iustitiam complectetur.Quacunq; vero ratione sese res habeãt,Gorgias sibimet cogitur contradicere. quippe cum in superioribus,oratorem iniustum esse aliquando posse concesserit,hic vero neget.Post hęc Socrates ex arrogãtia Poli sub quadã ironia & iuniores improbat,siquãdo seniores corripiãt arroganter,& pręcipit omnibus vt emendari a quolibet facile patiant.Cæterũ vt quę sequunt plane intelligantur,aduertendum est,oratoriam vel in genere vel in speciebus posse considerari:atq; in genere quidem definiri,industriam ad persuadendum in materia ciuili promptissimam,tum quadam pbationis facultate, tum vel maxime eloquii gratia. Ideoq; inter artem quandam disserendi poeticamq; esse quodãmodo constitutã.Hactenus oratoria intellectui quidem bonum est,volũtati vero neq; bonum est neq; malum.Huius autem duæ sunt species,philosophica, & popularis siue adulatoria: illa bonum,hæc vero malum.Illius quidem finis est,certis rerũ,verborũ,morũ rationibus,audientes ad cõmune bonũ perducere.Quã maxime laudat in Phædro ex philosophia poesiq; grauiori compositã.

adolescētib⁹ est tradēda,ꝑ quā ꝓcedēs pueritiæ intēperātia corrigat,totusq; anim⁹ tēperet, quā mox sequi cæteras virtutes existimat.Siqdē tēperatus erga deū atq; hoīes agit decētia,pius est iustusq; & fortis.Deinde cōcludit in sola virtute felicitatē,in sola improbitate esse miseriā,oīaq; humana ad virtutē velut ad signū certissime referēda.Præterea sicut ad beatitudinē necessaria virtus est,sic & vitiorū castigationē punitionēq; necessariā esse,quasi morborū animi medicinā.Deniq; intēperatū neq; hominib⁹,neq; deo,neq; sibimet amicū eē posse.Vt aūt naturalē tēperātię excellētiā nobis ostēdat, ex Pythagoreorū Orphicorūq; mēte subiūgit vniuersum tēperātia atq; ēt cōcordia & iustitia quę cōtinentur,in ipa tēperātia cōtineri:ideoq; qđ & Pythagoras inquit,intēperātiā in oībus tāq; perniciosissimā esse totis viribus fugiēdā.Quoniā vero ad hanc simul atq; iustitiā æqualitas ꝓcipue ptinet,æqualitatē in primis ꝓcipit obseruari,quā asserit in diis,& hoīb⁹ valere q̄plurimū. Aequalitatē inquā geometricā,ꝑ quā vnicuiq; ęqualis ita fit distributio,vt pro capacitate meritisq; cuiusq; ęqualiter distribuatur . æqualiter inquā,id est neq; magis,neq; minus q̄ vel capacitas,vel meritū exigere iudicet.Aequalitas qdē geometrica in quadā cōgrua portione cōsistit. Arithmetica vero in numero vtrinq; pari. Neq; vero eadē est hęc & illa.Sane excessus sex ad quatuor,itēq; excessus quatuor ad duo, apud arithmeticū numeros considerantē,est æqualis.per duo em̄ vterq; ꝑficit.Verū apud geometrā portiōis iudicē est inæqualis.Nā senarius numerus quaternariū proportione sesquialtera superat,in qua maior numerus minorē & semel cōtinet totū,& insuper ei⁹ dimidiū.Quaternarius vero binariū proportione superat dupla.Eiusmodi vero æqualitate quę nō numerātis more tātū pōderis vni tribuit quātū alteri,sed metientis ritu,neq; magis neq; minus q̄ cuiq; cōgruat tribuit vnicuiq;,ait cūcta seruari. in hac em̄ & iustitia dei in operibus suis,& hominis ad hoīes cōtinet . Vtrobiq; em̄ pro mēsura capacitatis & meriti cuiq; distribuit. His dictis asserit theologica fundamēta morū firmissimis esse rationibus cōfirmata.pręcipue peius esse iniuriā facere q̄ pati,omniū vero pessimū cū iniuriā feceris nō dare pœnas,qbus quasi medicamētis ab omniū maximo iniustitię morbo animus liberet.Nullū em̄ detrimentū maius cogitari posse q̄ quod animo infert a vitio,adeo vt queādmodū homini cū omnino ægroto corpore nō expedit viuere,ita neq; cū animo vitiis ęgro.Item non multifaciendā esse vitā in corpore,sed virtutē,peiusq; esse seipm flagitiosis hoīb⁹ ob morū similitudinē præstare persimilē,q̄ ab illis interfici.Inter hęc monet ne res vllas quarū ignari simus,tractādas aggrediamur,pręsertim grauiores,maxime publicas.Omnino vero oratoriam paruifacit,si nullam possit vel priuatim vel publice salutem afferre animo, sed corpori duntaxat rebusq; ad ipsum pertinentibus consulat. Deridet & eos,qui cum diu reipu.tenuerint gubernacula,semper quidem ciuitatem externis bonis auxerint,animos vero ciuium temperantia & iustitia formare neglexerint : quod quidem solū sit legitimi gubernatoris officiū.Concluditq; non modo non prodesse, sed obesse plurimū ciuitati gubernatores q fortunæ potius q̄ animi bonis prospiciāt.Præterea potentiā omnem sapientiāq; viri in eo consistere vt animam a peccatis erga deum & homines conseruet intemeratam. Nam huius quidem vitæ iacturā leuissimam esse,æternæ vero salutis esse grauissimam.Cæterum vt quæ de futuris vel virtutum pręmiis vel vitiorum suppliciis Plato affirmat,intelligas,scito Saturnum apud Platonem intelligi supernam intelligentiā,in qua sit vniuersalis omniū lex atq; prouidentia circa omniū essentias & vitas ordinesq; formarū.Huic aūt subesse ordines tres præcipuos numinum, in quibus Saturnia prouidētia in tria potissimum officia distribuitur.Ex his quæ numina ad distribuendas essentias proprie subministrāt,communi quodā Iouis nomine nuncupat.Quæ vero ad vitas suggerendas conferūt,appellatione Neptuni.Quę ad formarū ordines disponendos,nomine Plutonis appellat.Prometheum vero numinum gradum his aliquāto inferiorem,qui formalem ordinem naturæ duntaxat rationali præsertim in hac vita distribuit.Deniq; tres Iouis filios,Asiæ,Europæ,Africæ iudices,tria vult intelligi numina ad id maxime ministra Iouis atq; Plutonis,vt formalis ordo iustitiæ in separatis a corporibus animis expleatur.His aūt animaduerte diuinam legem delebiles vitiorum maculas certis temporibus puniendo diluere.Indelebiles vero pœnis sempiternis affligere.Quod quidem trāsmigrationē animarum per corpora sempiternam improbare videtur. Quod autem dicit, quondā errauisse iudices in viuentibus iudicandis,duo nobis significat.Primum quidem non diuinum,sed humanum circa virtutes & vitia iudicium decipi.Secundum vero,diuinā prouidentiā in seipsa pręuidisse iudicia fore falsa si a viuentibus in hoc corpore viui iudicarentur.Ideoq; non ex quodam tempore,vt verba sonant,sed ab æterno, iudicium post hanc vitam fieri statuisse. Interea memento animam vitiorum virtutumq; affectiones & habitus secum ferre. Deniq; Socratem hæc penitus affirmare,nihilq; aliud expauescere,nisi eiusmodi animę detrimentū,iudicisq; diuini conspectū.Propterea concludit in nullo certamine nobis acrius q̄ in hoc contendendum vt purissimam iudici cuncta inspicienti animam offerre possimus: cæteraq; omnia quæ homines admirantur,esse penitus contemnenda,solaq; ex omnibus honoranda,quæ ad salutem animæ conferant sempiternam.

abutũtur dũ vel ita solã logicã sectant̃, vt ptes speculationis alias deserãt: vel ita solã speculationem capessunt, vt philosophica morũ p̃cepta institutaq; ciuilia negligãt. Nõnulla vero in ipa Calliclis inuectiua falsa dicunt̃, q̃ in sequẽtib⁹ refellent̃. Post hęc aũt p̃cipit̃ oẽm in aiæ nr̃æ examine atq; ꝓbatione eẽ diligẽtiã adhibẽdã, atq; ad id tãq̃ iudicẽ vnũ eligẽdũ eẽ, in quo sapiẽtia sit rei ipsi⁹ qua de agit̃; & beneuolẽtia qua libẽtius cõsulat, & audacia insuꝑ, per quã qđ ꝓfuturũ putet, nõ vereat̃ exprimere. Deinde nos admonet Socrates, cũ rõnales natura sim⁹ ne irrationali casu & fortuna viuam⁹, sed certũ vitę finẽ diligẽtissime p̃scribamus, viasq; ad ipm eligamus cõmodiores. Deniq; dũ sępius obsecrat Calliclẽ vt ipm libere audacterq; redarguat, admonet nos nihil ingrere impensius oportere q̃ animi medicinã. His actis Callicles cõcedit idẽ esse natura potẽtius validiusq; & melius, aitq; naturalẽ iustitiã velle, eũ q potẽtior est habere q̃cũq; inferioꝝ sunt, eisq; dominari, legẽq; illi⁹ naturaliter eẽ iustã. Ad hæc Socrates ita infert. Si idẽ est potẽti⁹, validi⁹, meli⁹, atq; multitudo validior est q̃ vn⁹, ergo & potentior atq; melior. Multitudinis ergo leges cũ potẽtioris meliorisq; sint, iustæ naturaliter erunt. At hui⁹ leges statuunt esse iustũ seruari inter oẽs æqualitatẽ, atq; esse turpius iniuriã inferre q̃ pati. Quãobrẽ nõ solũ lege turpius est facere iniuriã q̃ pati, atq; iustũ est æquitatẽ seruare, vt in supiorib⁹ dixerat Callicles, sed etiã ipsa natura. Pręterea qa Callicles in supiorib⁹ potẽtiores illos eẽ putauerat q astutia, audacia, violẽtia cęteros anteirẽt: Socrates paulatim hũc emẽdat, cogitq; fateri potẽtiorem esse, q prudẽtior fortiorq; sit ad tẽp. gubernãdã. Significat quoq; inter hæc se eadẽ semp eisdem de rebus adducere, ꝓbãs videlicet cõstãtiã, improbãs leuitatẽ. Iã vero Calliclẽ conat̃ vltra prudentiam fortitudinemq; ad temꝑãtiã quoq; ꝑducere. At hic quẽadmodũ supra Thrasymachũ imitatus circa iustitiã potentiãq; errauerat, ita nũc sequutus Aristippum circa temꝑãtiã similiter errat, eã appellãs stupidã ingenii seruilis ignauiã, atq; in fouendis explendisq; sensuũ libidinibus virtutem asserens felicitatemq; consistere. Socrates aũt mox ad demonstrandũ sese accingit, temꝑãtiã nõ opinione humana, sed ordine naturæ constare. Profecto naturalis ordo requirit vt inferiores animę partes superioribus pareant, totusq; animus consonans vndiq; sit & sanus & pulcher, neq; agat frustra, sed finẽ propositũ cõsequat̃, qualis est habit⁹ vitaq; tẽꝑati. Cõtra vero in hoĩe intemꝑato rõ regina hoĩs seruili seruit cõcupiscentiæ, dissonat quoq; & languet, opusq; inexplebile molit̃, incõparabiliq; molestia volãtẽ seqt̃ voluptatẽ. Id totũ Socrates Pythagoreorũ p̃sertim Philolai & Empedoclis sentẽtiis explicat, duplici p̃cipue via. s. ꝑ fabulã & exẽplũ: in q̃bus ipse cõsidera aĩam in hoc corpore oẽm quidem esse mortuã, intẽꝑãtem p̃terea inferis deputari, irrito assiduoq; labore miserabiliter agitatã, dũ quodã ꝑforato vase. i. deprauato fallaciq; iudicio cõtinue machinat̃ ꝑforatũ quoq; vas alterũ. i. cõcupiscentiã inexplebilem fluẽtib⁹ oblectamẽtis implere. Post hæc quia Callicles non solum virtutem, sed etiã felicitatem in assidua libidinũ expletione cõstituit, affirmatq; idẽ esse voluptatem atq; ipsum bonũ, dolorẽ quoq; idẽ atq; malũ, idcirco Socrates id pluribus rõnib⁹ cõfutat. Prima. cõstat voluptatem non esse ipm bonum, cũ sæpe & turpissima sit, & turpissimis hoĩbus adsit. Secũda. bonum & malũ vtpote contraria in eodem simul esse non possunt. At voluptas & dolor in eodem sunt simul, qñ videlicet quis sitiens bibit. tunc enim sitiendi molestia cũ bibendi voluptate concurrit. Tertia. bonũ & malũ sicuti cętera cõtraria solent, nõ simul abeũt ab eodẽ. Voluptas aũt dolorq; tunc ab eodem simul abeũt, qñ q̃s eodem in tempore dũ bibit cessat simul & sitire pariter & delectari bibẽdo. Quarta. vnusq̃sq; p̃sentia q̃dẽ boni fit bon⁹, mali vero p̃sentia fit malus. At neq; præsente voluptate boni fiũt hoĩes dissoluti, neq; dolore probi hoĩes mali fiũt. Quinimmo cũ sæpe ęque gaudeãt, aut doleãt boni atq; mali, & aliqñ magis mali gaudeãt, & boni magis doleãt, certe si voluptas quidẽ bonum esset, dolor vero malũ, sequeret̃ vt frequenter tã boni q̃ mali pariter boni forent aut mali, ac nonnunq̃ boni magis mali q̃ ipsi mali, atq; econuerso. Inter hæc animaduerte præceptum Socratis obseruandum. s. non esse ad grauissima festinandum nisi leuiora prius fueris consequutus. Afferunt̃ deinde nonnulla ex quibus cõfirmare q̃s possit, voluptatẽ nõ esse ipm ꝑ se bonũ, ꝓpterea ꝙ multæ reꝑiant̃ voluptates malæ, noxiæ videlicet & animo simul & corpi, nosq; a reb⁹ optimis diuertẽtes. ꝙ si voluptas ipm per se bonũ eẽt, nulla esset mala voluptas. ꝓinde distinguunt̃ iterum facultates, & quæ velut artes ad bonum vtileq; certa rõne ꝓcedũt, & quæ tãq̃ adulatiões, nulla veri boni adhibita ratione voluptatẽ solã aucupant̃: quarũ in numero poesim & musicã, cõmunemq; oratoriã collocat. Tu vero inter disserendum hanc nota sententiã. Virtutem corporis sanitatemq; in ordine quodã & ornatu consistere, similiterq; in ordine ornatuq; suo animi virtutem atq; sanitatem. Ex quo fit, vt quemadmodum virtus corporis vitiumq; non in opinione, sed in re ipsa vel naturæ cõsentanea vel opposita reperit̃, sic virtus vitiumq; animi non ad humanam opinionem, sed ad naturæ legem diiudicetur. Conclude tandem, quantum naturaliter præstat corpus habere sanum q̃ ægrotum, tantum præstare similiter temperatum q̃ intemꝑatum animum possidere. Præterea confirmatur in sequentibus sententia Pythagorica, omnibus in rebus esse omnium optimam temperantiam. Quæ quidem prima omnium

Verũtamẽ circa eos sermones q dicẽdi facultatẽ pręstãt. GOR. Proculdubio. SO. Nũqd rhetorica in qbus dicẽdi, in eisdẽ & intelligẽdi vim pbet? GOR. Quid ni? SO. Nõne medicina de qua modo dicebamus, efficit vt de ęgrotãtiũ curatiõe & intelligere & loqui possim⁹? GOR. Necesse est. SO. Et medicina igit vt apparet circa sermões versat. GOR. Sic est. SO. Eos videlicet q ad morbos ptinẽt. GOR. Maxime. SO. Nõne & gymnastica circa sermões est de bona malave corpo⁊ habitudie? GOR. Certe. SO. Atq & alię artes o Gorgia eadẽ ratione se habẽt. Quęlibet em̃ earũ versat circa sermones eos q ea de re cui⁹ ars ipsa est, habent. GOR. Apparet. SO. Cur ergo artes alias non appellas rhetoricas? cũ circa sermões sint. siqdẽ hãc ipsã appellas rhetoricã q̃ sit circa sermões. GOR. Quia ceterarũ qdẽ artiũ sciẽtia oĩs o Socrates circa manuales affectiões actiõesq̧ hmõi, vt ita dixerim, versat. Rhetoricę vero nullũ est opus eiusmodi, sed oĩs actio ei⁹ atq̧ prãs in dicẽdo cõsistit. Hãc ob cãm arbitror rhetoricã eẽ artẽ circa sermões, idq̧ recte dicere me affirmo. SO. Intelligo ne quã velis eã dicere? Forte vero clari⁹ cõprehẽdã. Sed respõde. sunt nobis artes, an nõ? GOR. Sũt. SO. Ex oĩm numero artiũ alias eẽ arbitror, q in opere plurimũ versant, verbis aũt parũ admodũ indigẽt, alias vero q̃ nullis, sed etiã p silentiũ perfici possunt, queãdmodũ ars pingẽdi, & statuaria, & aliæ multæ. Ex taliũ nũero negare videris esse rhetoricã. GOR. Recte admodũ Socrates accipis. SO. Alię pterea artes sunt q̃ verbis totũ peragũt, opere vero, vt ita dicã, aut nihil, aut parũ indigẽt. Qualis est arithmetica, cõputatoria, geometria, & tesserarũ talorũq̧ ludus, & alię multę artes, qrũ q̃dã verba actiõib⁹ ferme habẽt æqlia, plurimæ vero plura: atq̧ oĩno oĩs earũ actio prãsq̧ in eiusmodi verbis cõsistit. Talẽ aliquã videris mihi rhetoricã dicere. GOR. Et vere videor. SO. Attñ harũ nullã arbitror te rhetoricã appellare, q̃uis dixeris artẽ in dicendo vim habẽtẽ eẽ rhetoricã. Nã siqs cauillari vellet, sic argumẽtationẽ susciperet. Ergo arithmeticã o Gorgia rhetoricã nũcupas? Nõ opinor tñ te vel arithmeticã vel geometriã rhetoricã dicere. GOR. Recte putas o Socrates, & iuste suscipis. SO. Age nũc & tu responsionẽ quã petebã pfice. cũ rhetorica sit ex earũ artiũ numero q̃ plurimũ verbis vtunt, sint vero & aliæ tales, conare nobis exprimere quænã ars & circa qd in dicẽdo vim pcipuã habẽs sit rhetorica. Veluti siqs in artib⁹ quas supra commemorabã, me interroget. o Socrates q̃nã illarũ arithmetica est? Respõderẽ vtiq̧ vt tu modo dicebas eã esse ex earũ artiũ numero, q̃ verbis plurimũ assequunt. Ac si rursus pcontaret, circa qd versat, dicerẽ circa paris imparisq̧ notitiã, quot vtraq̧ sint. Quinetiã si reqrat iterũ, cõputatoriã vero artẽ quã appellem, respondebo hãc quoq̧ inter eas artes cõnumerari, q̃ verbis totũ implent. Qꝫ si efflagitet circa qd verset, respõdebo eo⁊ more q decreta cõscribũt in populo, videlicet cõputatoriã in aliis qdẽ ita se habere queãdmodũ & arithmetica sese habet. Nẽpe circa idẽ vtraq̧ esse, par. s. atq̧ impar. sed in hoc differre, qm̃ cõputatoria cõsideret par & impar, quã & ad se & inuicẽ quãtitatis cõficiãt summã. Præterea siqs me dicẽte astronomiã in earũ artiũ gñe collocari q̃ totũ verbis absoluũt, rursus percõtaret circa qd potissimũ tendãt astronomię verba, subiicerẽ circa astro⁊ motũ solisq̧ & lunę, qua inuicẽ ratione illo⁊ se habeãt cursus. GOR. Recte pfecto o Socrates responderes. SO. Age iã & tu o Gorgia. Profecto rhetorica ex illis est artib⁹ q̃ verbo ptractãt oĩa & pficiũt. Nonne? GOR. Profecto. SO. Dic ergo qd ex oĩbus id sit potissimum, de quo hi sermones habent, qbus rhetorica vtit. GOR. Maxima & optima o Socrates rerũ humanarũ negotia. SO. At hoc similiter ambiguũ est Gorgia, nec vllo mõ clarũ. Arbitror eqdẽ te cãtilenã illã q̃ circũ in cõuiuiis canit audiuisse, in qua cãtores ita cõnumerãt,

Optimũ bñ valere. Scdm formosũ esse. Tertiũ habere diuitias nulla fraude quęsitas.

Optimũ qdẽ esse bene valere, Secũdo loco eẽ formosum, Tertio habere diuitias, vt verbis poetę ipsi⁹ vtar, nulla fraude quęsitas. GOR. Audiui nimirũ. sed quorsum hęc? SO. Qm̃ subito tibi artifices earũ rerũ occurrerẽt, quas in ea cãtilena poeta laudauit, medicus videlicet & pędotriues, & nummator. diceretq̧ primũ medicus. Decipit te Gorgias o Socrates. Nõ em̃ ars eius ad maximũ hominũ bonũ spectat, imo mea. Atq̧ si ego ab eo q̃snã sit ipse pquirerẽ, diceret forte esse se medicũ. qd ais ergo? An tuę artis opus maximũ est bonũ? Quid ni? respõderet, cũ opus eiusmodi sanitas sit, nihil vero sanitate sit melius. Post hæc forsitan pædotriues vehemẽter admirari se diceret si tu ostendere posses plus boni in arte tua inesse q̃ ipse ĩ sua. Ac si ego rogarẽ, & tu qs es? qd tuũ est opus? Pędotriues sum diceret. est aũt opus meũ corpa hoĩm formosa robustaq̧ reddere. Deĩde vero nũmator, cęteros vt puto cõtẽnẽs sic obiiceret. Aĩaduerte o Socrates an qcq̃ maius tibi videat bonum q̃ diuitię vel apud Gorgiam vel apud alium quẽlibet. Ego itaq̧ ad eũ dicerẽ. Tu ne ergo tãti boni es auctor? Sum, respõderet. Quisnã es ergo? nũmator sum. qd vero? putas ne summũ hoĩb⁹ bonũ esse diuitias? Quid ni putẽ? inquiet. Ego vero ita subiiciã. Hic tñ Gorgias contendit artẽ suã maioris boni causam esse q̃ tuã. Constat itaq̧ eũ post hæc interrogaturũ. Quidnã istud est bonũ? demonstret ipsum Gorgias. Quãobrem age mi Gorgia, existima te & ab illis & a me sic esse interrogatum, atq̧ respõde. qdnã est istud qd ipse maximum hoĩb⁹ bonũ esse cẽses, teq̧ auctorẽ ei⁹ esse pfiteris? GOR. Qd est o Socrates maximũ reuera bonũ, & causa vt & ipsi liberi simus, & cęteris in nostra passim Repu. dominemur. SO. Quid ergo istud esse dicis? GOR. Posse verbis psuadere, & in iudicio iudicibus, & in cõsilio cõsulentibus, & in cõcione con-

GORGIAS PLATONIS, VEL DE RHETORICA.

DIALOGI PERSONAE.

CALLICLES. SOCRATES. CHAEREPHO. GORGIAS. POLVS. CAL.



IC AD BELLVM ET pugnã ferũt o Socrates accedẽdũ. SO.Nũqd post festũ,vt dici solet,venim⁹ tardiores?CAL.Et valde qdẽ vrbanũ. mlta.n.& p̃clara paulo ante Gorgias nobis exposuit.SO.Tarditatis huius cã hic Chærepho o Callicles fuit,q trahere nos morã in foro coegit. CHAE.Nihil id qdẽ impedimẽti o Socrates fuerit . Ego enim & remediũ adhibebo. nã mihi amicus est Gorgias.Itaq; siue nũc siue alias mauis,nobis eadẽ demonstrabit. CAL.Quid o Chærepho?cupit ne Socrates audire Gorgiã? CHAE.Ob id ipsum certe aderamus.CAL.Quãdocũq; igit̃ vobis placebit ad me ingredi, apud me em̃ Gorgias diuertit,vobis aperiet. SO.Bene loq̃ris Callicles. Sed nũ vellet in p̃ñtia nobiscũ disserere?Cupio.em̃ ab ipso pcontari,q̃nã sit artis suę potẽtia,qdve ipẽ p̄fiteat̃ & doceat.Cęterarũ vero rerũ quẽadmodũ tu dicis expositionẽ nobis alias afferat.CAL.Haud molesta erit interrogatio Socrates. nã id quoq; in sua demõstratione cõtinebat̃. Iussit ergo paulo ante oẽs q intus aderãt,qđ q̃sq; vellet eũ iterrogare,seq; ad cũcta r̃nsurũ p̄fessus est. SO.Rẽ certe p̃clarã narras.Itaq; Chęrepho interroga ipm̃.CHAE.Quidnã interrogem?SO.Quisnã ipse sit.CHAE.Quẽadmodũ dicis?SO.Veluti si artifex calceoꝝ foret,respõderet certe se coriariũ eẽ. an qđ dico nõdũ intelligis?CHAE.Intelligo eqdẽ.& iã rogabo.Dic mihi o Gorgia.nũ vere dicit Callicles te p̄fiteri respõsurũ ad oĩa,de qbus qlibet sciscitet̃?GOR.Vere ait o Chęrepho. Nẽpe modo id ipm̃ p̃dicabã,atq; dico nihil noui a me queq̃ multis annis pcõtatũ esse.CHAE.Magna ergo facilitate r̃ndes Gorgia.GOR.Licet hui⁹ rei Chęrepho piculũ facere.PO.Licet p Iouẽ.sed cõmodi⁹ in me si velis o Chęrepho.nã Gorgias qdẽ iã ĩ dicẽdo defessus mihi videt̃.Multa.n.nup disseruit.CHAE.Quid tu Pole?Arbitraris melius q̃ Gorgiã te respõsurũ?PO.Quidnã interest,dũmõ satis tibi fiat? CHAE. Nihil,sed qm̃ vis r̃nde.PO.Interroga.CHAE.Iã iterrogo.si Gorgias sciẽtiã ei⁹ artis haberet,cui⁹ frater ei⁹ Herodicus habet,quẽ ipm̃ recte nũcuparem⁹?Nõne vt illũ?PO.Prorsus.CHAE. Medicũ ergo vocãtes recte vocarem⁹?PO.Ita.CHAE.Si aũt illius artis cuius Aristopho filius Aglaophontis aut̃ frater eius haberet notitiã,quẽ recte ipsum appellaremus?PO.Certe pictorẽ. CHAE.Nũc aũt cũ artis alicuius peritus sit Gorgias,quẽ ipsum recte vocabim⁹?PO.O Chærepho,multę qdẽ artes insunt hoĩbus ex peritia perite adinuẽtæ.Peritia em̃ efficit vitã nostrã p artẽ incedere,iperitia vero p fortunã circũuagari.Harũ vero singularũ participes sunt alii aliarũ aliter,optimarũ vero optimi,quoꝝ ex numero hic est Gorgias,arte pulcherrima p̃ditus. SO.Præclare qdẽ o Gorgia videt̃ Polus ad orãdũ parat⁹.Verũtñ qđ p̄misit Chęrephõti,nõ seruat. GOR.Cur nõ o Socrates?SO.Ad interrogationẽ qdẽ nõ satis respõdisse mihi videt̃.GOR.At tu iterũ si vis pete.SO.Si tu Gorgia r̃ndere mihi velles a te ipso libẽtius q̃rerẽ q̃ a Polo.Cõstat em̃ Polũ p ea q̃ mõ r̃ndit,rhetoricę magis q̃ disserẽdi arti operã dedisse.PO.Cur id o Socrates ais?SO.Quia cũ interrogasset Chęrepho cui⁹ artis perit⁹ eẽt Gorgias,laudasti tu qdẽ o Pole ei⁹ artẽ,quasi qs.eã vituperasset:q̃ vero illa sit,non r̃ndisti.PO.Nõne pulcherrimã esse r̃ndi?SO.Prorsus qdẽ.sed nemo qualis sit ars Gorgiæ q̃rebat,sed quęnã sit,& quẽ oporteat vocari Gorgiã,quẽadmodũ te pri⁹ quodãmõ istruebat Chęrepho,ac tu illi bñ breuiterq; r̃ndebas.Nũc ergo eadẽ rõne dicas,q̃nã ars,& quẽ Gorgiã sim⁹ appellaturi.imo vero tu Gorgia nobis oñde quẽ noĩari te deceat,& cui⁹ artis peritũ.GOR.Rhetoricę o Socrates.SO.Rhetorẽ ergo te appellare debem⁹?GOR.Et bonũ qdẽ,si me qđ p̄fiteor esse,vt ait Homerus,noĩare velis.SO.Volo eqdem. GOR.Noĩa ergo.SO.An dicemus alios quoq; te facere posse?GOR.Hęc eqdẽ nõ apud vos solũ,verũetiã apud oẽs p̄fiteor.SO.Sed nũqd velles Gorgia quẽadmodũ incepim⁹ disputationẽ pagere,ptim qdẽ iterrogãdo,ptim etiã r̃ndẽdo,p̄lixitatẽ illã verboꝝ qua vti cœpat Polus,ĩ aliud tp̄s reseruãs? Verũ qđ mihi p̄miseris obseruato,velisq; ad interrogata q̃ breuissime r̃ndere.GOR.Sũt qdem o Socrates r̃nsiones q̃dã,quas lõgiorib⁹ verbis necesse est fieri.Conabor tñ q̃ breuissime r̃ndere. Nempe hoc ipm̃ vnũ est ex his q̃ p̄fiteor,nullũ in breuioribus verbis q̃ me eadẽ explicare.SO.Hac mihi Gorgia opus est breuitate,& hãc mihi demõstres oro,copiã vero in tẽpus aliud reseruato.GOR.Faciã eqdẽ vt neminẽ dicas vnq̃ te audiuisse me breuiorẽ.SO.Age iã.rhetoricę artis te habere sciẽtiã dicis,aliosq; posse rhetores facere,ipsa vero rhetorica circa aliquid versat̃,veluti textoria circa vestiũ cõfectionem.Nonne?GOR.Ita.SO.Nõne & musica circa melodiæ perfectionẽ?GOR.Ita.SO.Per Iouẽ o Gorgia respõsiones hæ tuæ me valde delectãt,q̃ q̃ breuissimis absoluas. GOR.Spero o Socrates me tibi in hoc ad votũ satisfacturũ.SO.Recte ais.Age & de rhetorica similiter mihi responde,quorũnã sciẽtia sit.GOR.Sermonũ.SO.Qualiũ o Gorgia sermonũ?Nũ eoꝝ q ostẽdũt qua rõne viuẽdi ęgrotãtes cõualescere possint?GOR.Nõ.SO.Nõ igit̃ circa sermones oẽs versat̃ rhetorica.GOR.Nequaq̃.SO.

Occasio dialogi.

Prouerbiũ Post festũ venimus tardius.

Ad quãcũ q; iterrogationẽ se r̃nsurũ p̄fess⁹ ẽ Gorgias

Peritiã ars ipitiã fortuna seq̃t.

Musica circa melodię pfectionẽ versatur.

Prima defintio mala.

Scis vtiq; hęc naualia & mœnia Athenarũ portusq; dispositionẽ partim Themistoclis, ptim Periclis nõ opificũ cõsilio esse cõstructa. SO. Ferunt hęc o Gorgia de Themistocle. Periclẽ vero ipe audiui de muro medio cõstruẽdo ciuitati psuadẽtẽ. GOR. Pręterea quotiẽs de his q̃ tu mõ referebas deliberat, vides oratores ipsos cõsulere, eorũq; i his rebus pferri sentẽtias. SO. Hęc eqdẽ admirãs o Gorgia iandudũ a te de rhetoricę ptãte pquiro. Nẽpe mihi hæc cogitãti diuia qdã ptãtis ei⁹ magnitudo videt. GOR. O si cũcta scires o Socrates, videres pfecto hãc oẽs, vt sũmatim dicã, sub se vires amplecti. cui⁹ qdẽ rei magnũ tibi afferã argumẽtũ. Sępe iã cũ fratre meo aliisq; medicis ad aliquẽ ęgrotãtiũ igressus, cũ ille vel pharmacũ nollet bibere, vel secandũ vrendũve se medico nõ pmittere, neq; psuadere posset medic⁹, ego psuasi nõ alia q̃ rhetoricę facultate. Affero aũt siquã in vrbẽ rhetoric⁹ accesserit atq; medic⁹, certetq; ĩter eos verbis in cõcione vel in alio quouis cœtu, vter sit p medico eligẽdus, rhetor ne an medic⁹, fore vt medic⁹ qdẽ nusq̃ appeat, eligat aũt si mõ ipe velit, dicẽdi perit⁹. Eodẽq; mõ si aduersus aliũ queuis artificẽ certet Rhetoricus, obtinebit vt ipe poti⁹ eligat q̃ alius qcũq;. Nihil eñ est de quo nõ maiori cũ psuasione rhetoricus q̃ glibet artifex vulgo loquat. Potẽtia ergo artis hui⁹ tãta est atq; talis. decet tñ o Socrates ita rhetorica vti queadmodũ & oĩ alia facultate certãdi. Neq; eñ is q pugnis lacertisve & armis ita pugnare didicerit vt amicis & inimicis supior possit euadere, ob hoc aduersus oẽs æq̃ certare debet, vt amicos ẽt pcutiat, pũgat, occidat: nec ẽt p Iouẽ si qs Palęstra exercitat⁹ pugil robusti corpis euaserit, deĩde parẽtes aut aliquẽ aliũ domesticoꝝ vel amicoꝝ pulset, ppterea pędotriuas & eos q armis pugnare docẽt, odio habere, & ex vrbib⁹ expellere decet. Illi eñ hęc tradiderũt, vt hęc discẽtes, cõtra hostes & ĩferẽtes iniuriã vterẽt, vlciscẽtes videlicet nõ ĩferẽtes. Nõnulli vero hęc puertẽtes robore arteq; abutũt. sed nõ ppterea q docuerũt ĩprobi sũt iudicãdi, neq; ars culpãda, malaq; habẽda, sed meo qdẽ iudicio q puerse vtunt. Eadẽ quoq; de rhetorica rõ est. põt eñ & aduersus oẽs & qualibet de re orator dicere, adeo vt apud multitudinẽ facile admodũ de re qualibet psuadẽdo supior esse possit. At vero si qspiã adept⁹ rhetoricã deinde iniuste potẽtia hui⁹ artis vtat, nõ eũ q docuit odisse atq; vrbe expellere decet. Ipse eñ ad iustũ vsum tradidit: hic vero contra vtit. Quapropter eũ q nõ recte vtit par est odisse, & i exiliũ mittere, & ĩterimere, pceptorẽ vero neq̃q̃. SO. Arbitror te Gorgia multis disputationib⁹ interfuisse, idq; in eis iã cõpertũ habere, eos videlicet q inter se disputãt, haud facile posse cũ disceptare ĩceperint, sic abire vt rẽ ipsã definiẽtes se iuicẽ solũ doceãt, atq; discãt: sed si de aliquo cõtẽdãt neq; cõcedãt alter alteri aut vere aut pspicue loq, indignant, & p inuidiã dictũ putãt, certãtes simul, nõ aũt qd erat ppositũ pquirẽtes. Nõnũq̃ vero tãdẽ adeo turpiter discedũt cũ iurgiis mutuisq; maledictis, vt etiã pœniteat audientes q eiusmodi hoĩes putauerint audiẽdos. Quorsum vero hæc dico? q̃m tu nõ mihi videris satis nũc cõsentanea & consona dicere his quæ prius de rhetorica dixeras. Vereor tñ arguere, ne me arbitreris nõ rei declarãdæ, sed tui gratia decertare. Si ergo tu ex eoꝝ numero es, e quoꝝ ego sum, libẽter abs te pquirerẽ: sin minus, dimitterẽ. Q; si petas quoꝝ ego ex numero sim, respõdebo ex iis q libẽter redargui patiunt, siquid non vere dicãt: libenter etiã redarguũt, sigd ab alio nõ vere dicat: & qbus nõ minus gratũ est reprehẽdi, q̃ reprehendere. Tãto enim maius id esse bonũ existimo, quãto maius bonũ est maximo quodã liberari malo, q̃ alios liberare. Nihil eñ tãtũ esse malũ hominibus arbitror quãtũ est opinio falsa, in his videlicet rebus de qbus pręsens a nobis sermo est institutus. Si ergo & tu ais esse te talẽ, disputem⁹: sin vero dimittendũ censes, dimittamus iã, cœtũq; soluamus. GOR. Dico pfecto o Socrates me quoq; talẽ esse, qualẽ mõ tu describebas: sed forte alioꝝ q adsunt, rõ est habẽda. Iãdudũ eñ ãteq̃ vos accederetis his multa narraui. Et nunc forte si disputare pergamus, mora longior ptrahet. Quãobrẽ cauendũ est ne hoꝝ aliud facere cogitãtes detineam⁹. CHAE. Clamorẽ o Gorgia & Socrates hoꝝ audire cupiẽtiũ vos auditis. mihi vero nullũ negotiũ tãti sit vt disputatiõi huic a vobis ĩstitutę aliud anteponã. CAL. Per Iouẽ o Chęrepho ego quoq; cũ multis disputatiõib⁹ ĩterfuerim, nescio an vnq̃ ęque ac nũc fuerim delectat⁹, ideoq; ẽt si diẽ totã disputare velint, erit mihi pgratũ. SO. Atq o Callicles quãtũ in me est nihil phibet, mõ velit Gorgias. GOR. Turpe qdẽ o Socrates deinceps mihi foret si disputare nollẽ, psertim cũ ab initio iusserim oẽs de quo qsq; vellet interrogare. Itaq; si placet præsentib⁹, disputa atq; pcontare qcqd libet. SO. Audi iã o Gorgia quę in tuis verbis admirer. Forte eñ cũ tu recte dicas, ego nõ accipio recte. ais rhetoricũ posse te facere, si qs a te discere velit. GOR. Aio eqdẽ. SO. Nõne vt de oĩb⁹ in turba pbabiliter dicere valeat nõ docẽdo sed suadẽdo? GOR. Ita prorsus. SO. Addebas pterea rhetoricũ de sanitate plus q̃ medicũ psuadere. GOR. Dixi pfecto, sed in turba. SO. Nonne idẽ est in turba qd inter ignorãtes? Nunq̃ eñ apud eos q sciunt, magis q̃ medicus de sanitate psuaderet. GOR. Vera narras. SO. Nõne ergo si suadẽtior erit medico, sciẽte suadẽtior erit? GOR. Omino. SO. Ipse tñ nõ medicus. GOR. Nõ. SO. Ac si nõ medicus, ergo & inscius eoꝝ quæ intelligit medicus. GOR. Proculdubio. SO. Quare q nescit, sciẽte apud nesciẽtes suadẽtior erit, q̃n rhetor medico suadẽtior erit. ita ne sequit? GOR. In his certe ita sequit. SO. Nonne in cæteris quoq; artibus rhetor atq;

si quidem iuste punitur? PO. Consentaneum est. SO. Ergo qui luit pœnas, a prauitate aię liberať. PO. Certe. SO. Itaq; maximo liberatur malo. Ita vero cōsidera, circa pecunias aliud ne hoīs malum vides q̃ paupertatem? PO. Hanc ipsam. SO. Circa corpus aūt, malum dices imbecillitatē, morbū, deformitatem, cæteraq; eiusmodi? PO. Equidem. SO. Nōne & in anima malū aliqd esse cēses? PO. Quid ni? SO. Id vero nonne vocas iniustitiam, inscitiam, timiditatem, & alia generis eiusdem? PO. Maxime. SO. Cū igitur hæc tria sint, pecunia, corpus, anima, tria horum esse dixisti mala, paupertatem, morbum, iniustitiam. PO. Certe. SO. Horum vero malorum quidnam turpissimum? Nonne iniustitia? & vt summatim dicam, animæ vitium? PO. Valde quidem. SO. Q; si vitium animi turpissimum est, ergo & pessimum. PO. Qua ratione hoc ais o Socrates? SO. Hac vtiq; semper quod turpissimum est, vel quia dolorem, vel quia detrimentum infert maximū, vel quia facit vtraq;, turpissimum est, quemadmodum per ea q̃ in superioribus concessa sunt apparet. PO. Maxime. SO. Turpissimum vero esse iniustitiam & omne animi vitium nonne nobis concedebatur? PO. Certe. SO. Quare aut quia molestissimum est & molestia superans, idcirco horum turpissimum est, aut quia detrimētum affert, aut ꝑpter vtrūq;. PO. Sic oportet. SO. Nunquid molestius est iniustum esse, intemperatū, ignauum, imperitum, q̃ paupertate morboq; premi? PO. Non certe quātum ex his coniicit. SO. Quoniam igitur incredibili quadam mirabiliq; magnitudine detrimenti atq; mali vitium animę cætera superat mala, idcirco omniū est turpissimum: quandoquidem non dolore excedit, vt ipse ais. PO. Sic apparet. SO. Iam vero qđ maximo excedit damno, maximum omniū est malorum. PO. Ita est. SO. Quamobrem iniustitia, intemperantia, cæteraq; improbitas animæ, malum est omnium maximum. PO. Videtur. SO. Quænam ars a paupertate nos liberat? Nonne quęstuaria? PO. Hæc ipsa. SO. Quæ vero a morbo? an non medicina? PO. Hæc sane. SO. At quænam a prauitate & iniustitia? Sin minus id tibi succurrit, ita considera, quonam, & ad quos potissimum ducimus morbis corporeis ægrotantes? PO. Ad medicos Socrates. SO. Quo autē iniuriantes atq; dissolutos? PO. Ad iudices. SO. Vt videlicet puniātur. PO. Assentior. SO. Nonne qui recte puniūt iustitia quadā fręti puniūt? PO. Proculdubio. SO. Quęstuaria ergo ꝓllit paupertatē, Medicina vero abigit morbos, Iudiciaria deniq; intemperantiā & iniustitiā amouet. PO. Sic apparet. SO. Quid ergo horum est pulcherrimū? PO. Quorum dicis? SO. Quæstuariæ, medicinę, iudiciariæ. PO. Multo exuperat iudiciaria Socrates. SO. Ergo vel voluptatem affert plurimam, vel vtilitatem, vel ambo, si modo pulcherrima sit. PO. Sequitur. SO. An ergo curari a medico delectabile est? & inter manus medici oblectanť, dum curantur infirmi? PO. Non apparet. SO. Conducit tñ. nonne? PO. Confert. SO. Quoniā videlicet magno liberantur malo. Quapropter vtile est tolerare dolorē vt sanus euadas. PO. Proculdubio. SO. An ergo felicissimus quantū ad corpus attinet, is foret qui per medicinā curatus conualuerit, vel potius qui a principio nō ægrotauerit? PO. Certe qui non ægrotauit. SO. Nempe non in hoc consistere videtur felicitas vt liberemur a malis, sed vt ab ipso initio simꝰ incolumes. PO. Ita est. SO. Quid vero si duo male vel corpore vel animo affecti sint? vter horum miserior, num qui curatus liberatur a malo, an qui minime? PO. Qui non curať. SO. Nonne in iudicio puniri, a maximo quodā malo, id est a prauitate liberatio erat? PO. Erat certe. SO. Quippe cum punitio iusta modereť, iustioresq; efficiat tanq̃ medicina quædam improbitatis. PO. Ita est. SO. Felicissimꝰ ergo qui nō habet animi vitiū, quandoquidē id maximū apparuit esse malum. PO. Absq; dubio. SO. Secundo autē loco qui a malo eiusmodi liberať. PO. Apparet. SO. Hic vero est qui correptus perterritusq; pœnas dederit. PO. Is ipse. SO. Pessime ergo viuit qui iniustus est, nec ab iniustitia soluiť. PO. Apparet. SO. Nonne hic est qui maximis ꝑpetratis iniuriis maximaq; iniustitia fretus, effecerit vt neq; corripiať, neq; puniať, neq; persoluat pœnas, queadmodū effecisse dicis Archelaum, aliosq; tyrānos & oratores atq; potentes? PO. Apparet. SO. Ferme eñ eiusmodi homines o vir optime ꝑinde faciunt, ac si quis morbis grauissimis occupatus det operā ne vitiorū quę in corpore sunt, sub medico pœnas reportet neq; curetur, puerorū more formidans vstionem atq; sectionē, tanq̃ rem molestam. Nonne tibi quoq; ita videtur? PO. Mihi quidem. SO. Quoniā videlicet quanti sit sanitas corporisq; virtus ignoranť. Videntur autem per ea quæ modo concessimus, tale quiddam facere o Pole illi qui iudiciū fugiunt, ad dolorē quidem eiꝰ aspicere, ad vtilitatem vero cæci esse, atq; ignorare quanto miserius est cum animo non sano sed fracto, iniusto, impio, q̃ cum non sano corpore degere. itaq; dant operam ne iudicium subeant, neue maximo soluantur malo. Eaq; de causa pecunias cumulant, comparant amicos, eloquentiæ student. At vero si nos o Pole vera confessi sumus, sentis quid ex hac discursione sequatur? An vis singula per consequentiam disponamus? PO. Vt libet. SO. Nonne conuenit maximum esse malum iniustitiam atq; iniuriam? PO. Videtur. SO. Præterea mali huius solutionem esse constitit pœnas luere? POLVS. Apparuit. SO. Eas vero effugere mali perseuerantiam? PO. Certe. SO. Igitur inter mala magnitudine secundum obtinet locum, iniuriam facere. At vero efficere vt iniuriarum pœna minime subeatur, omnium natura maximum est, primumq; malorum.

videt ludentē,ridiculū id quidē,a viroq; alienū,ac dignū plagis apparet. Idē igiť erga philoſophātes mihi euenit.In adoleſcente eñ philoſophiā cernens valde delector,decenſq; iudico,atq; ingenuū eſſe hominē hunc exiſtimo:eum vero qui non philoſophetur,illiberalē,nec vnꝗ̄ prçclarū aliqd ac generoſum de ſeipſo prçſtiturū.Sed quādo grādiorē natu philoſophantē animaduerto,neq; dū ſtudia eiuſmodi deſerētē,verberibus iā hūc virū o Socrates indigere cēſeo.Quippe cū,quēadmodū modo dicebam,huic accidat homini,vt etiā ſi ingenuę indolis ſit,tñ ſeruilis euadat. fugit eñ mediā ciuitatem forenſeſq; cōſuetudines,in qbus poeta inquit viros fieri p̄ſtantiſſimos,abſcondēs ſeſe cum tribus vel quatuor pueris,& in angulis ſuſurrando vitā ducens, nihil vnꝗ̄ liberale aut magnificū prolaturus. Ego autē valde te o Socrates amo . Itaq; idē mihi euenit erga te qđ & Zetho erga Amphionē apud Euripidē,cuius modo mentionē feci.talia nūc mihi quędā aduerſus te dicere venit in mentē, qualia aduerſus fratrem ille dicit.Profecto ea o Socrates negligis quæ meditari deberes,atq; adeo generoſę mentis prçſtantiā ſpecie quadā puerili cōformas,nec in iudiciis conſultationibuſq; verba recte ſcires facere,neq; cōueniēs quicꝗ̄ probabileq; eligere,nec aliis prompte cōſulere.O amice Socrates ne mihi ſis infenſus.Beneuolentia enim erga te mea ad hæc proferenda nūc adducor. Nonne turpe ducis ſic te habere,quēadmodū ego arbitror habere te alioſq; omnes qui philoſophiā diutius proſequuntur? Nempe ſi te nūc aut aliū quēpiā veſtrū quis cōprehendens in carcerem traheret,aſſerens te ꝗ̄uis non facias,tamen iniuriam facere,certe quid acturus eſſes,omnino neſcires,ſed vacillares oſcitareſq;, defenſionis tuæ prorſus ignarus. proinde adductus in iudicium vel ab ignauo ſpernendoq; accuſatore vltimo ſupplicio ſi modo illi placeret,afficereris. Iam vero quomodo id ad ſapientiā ſpectat o Socrates,ſiqua ars ingenuę mentis nacta virū,reddit deteriorē,adeo vt nec ipſe ſibi opem ferre valeat, nec ex grauiſſimis periculis ſe,aut aliū quēꝗ̄ ſeruare, ſed inimicorū raptorūq; exponat iniuriis inglorium in ciuitate degentē?Iam vero eiuſmodi virū & ſi dictu ſit agreſtius,licet ſuper genā impune pulſare. Quamobrem o bone vir mihi credens deſine iam in vanis verſari argutiis,decora rerum gerendarū exerce officia . atq; hæc exerce,ex quibus ſapere videaris:iſta vero arguta,ſiue deliramenta appellari oportet ſiue nugas,ex quibus vacuas habitabis domos,aliis relinque.deniq; imitare non eos qui hęc exigua captant,ſed eos quibus vita, & gloria,& alia bona adſunt complurima. SO. Si aurea mihi o Callicles anima foret,nōne arbitraris me libēter reperturū aliquē ex his lapidibus optimū,ꝑ quos ꝓbari aurū ſolet,ad quē lapidē animā admouens,mecū ſi ab ipſo quaſi recte educata approbareť,certo ſcirē me ſatis habere,nec ꝓbatiōe vlteri⁹ alia īdigere?CAL.Quorſum hęc o Socrates?SO.Dicā eqdē. Nēpe arbitror cū te nactus fuerim,me iā p̄cioſum hunc lapidē eſſe nactū.CAL.Quā ob cauſam? SO. Quoniā certo ſcio ea quæ tu mecū ſenſeris in his ꝙ̄ meus animus opinatur , fore proculdubio vera.

Tria debet habere probatur⁹ animā alicuius.

Cēſeo nāq; illū ꝙ alicuius ſufficiēter probaturus ſit animā,vtrū illa qdē recte inſtituta ſit nec ne,tria potiſſimū habere debere,quę ipſe habes oīa,ſciētiā primo,deinde opinionē, prudētis.ſ.atq; beneuoli, tertio audaciā.Nā multos eqdē reperio ꝙ me ꝓpterea recto examine ꝓbare nō poſſunt ꝙ ſapiētes non ſunt,quēadmodū tu eſſe videris.Alii vero ſapiētes qdē ſunt,ſed veritatē mihi dicere nolunt, ex eo ꝙ mei curā nō habēt,vt tu habes.Peregrini vero iſti Gorgias, & Polus qdē ſapiētes ſunt,neq; diligūt, verū deeſt eis audacia,verēturq; vltra ꝙ̄ oporteat.Qđ qdē cuinā dubiū eſſe poſſit?Quippe cū eo vſq; proceſſerint verecūdię, vt vtriq; ob ipſam verecūdiā in p̄ſentia multoꝝ hominū auſi fuerint ſibiipſis de rebus maximis cōtradicere.Hęc autē oīa quę alii nō habēt,ipſe habes. Principio es abūde doctus, qđ multi cōfirmarēt Athenieñſes,mihiq; es beneuolus,qđ qua coniectura intelligo tibi dicam . Noui eqdē o Callicles quatuor vos in ſapiētię ſtudio ſocios,te.ſ.& Thyſandrū Aphidnęum, & Andronem Androcionis,Nauſicydēq; Cholargeū,atq; audiui aliqñ cū inter vos agitareť quouſq; ſapiētię ſtudendū foret,eiuſmodi apud vos viciſſe ſentētiā,nō eſſe ad exactā philoſophię diligētiā cōtendēdū,ſed cauēdū eſſe ne vltra ꝙ̄ deceat ſapiētes facti clam vos ipſos deprauaretis.Cū igiť audio idē te mihi cōſiliū dantē qđ amiciſſimis tuis dediſti,ſufficiēs argumētū eſt veri amoris erga me tui.Proinde ꝙ audacię ſatis habes,nec te pudor impedit,& tu ipſe affirmas,& oratio quam paulo ante hic habuiſti,tibi perhibet teſtimoniū.Cū hęc igiť ita ſe habeāt, ſiqd tu mihi in diſputādo cōceſſeris,ſatis iā nobis probatū erit,neq; oportebit ad examē aliud id referre:alioqn tu mihi nūꝗ̄ id cōceſſiſſes,vel ſapiētię defectu,vel verecūdia adductus,vel decipiēdi cauſa.Amicus eñ mihi es,vt ipſe ais.Reuera igiť mea tuaq; cōfeſſio finē iā veritatis habebit.Harū vero cōſideratio rerū,in qbus me ipſe corripuiſti,omniū o Callicles pulcherrima eſt,qualē eſſe virū deceat,quidq;,& quouſq; tā in iuuētute ꝙ̄ in ſenectute exercere conueniat. Ego vero ſiquid in vita mea minus recte ago , certū habeto me non ſponte mea,ſed inſcitia potius aberrare.Quāobrē tu quēadmodū admonere cœpiſti,perge queſo,planeq; mihi demōſtra quidnā eſt iſtud quod mihi quęrendum eſt,& qua via conſequi valeam. Q; ſi me conſentientem tibi nunc habebis,poſtea vero quæ aſſenſus fuerim minus præſtare deprehendas,ſocordem omnino ignauūq; me putato,neq; vlterius in me admonēdo quaſi omnino perdito operā perdas.Reſume ve

Sententia Callic. & amicorū.

Quarū rerū conſideratio pulcherrima.

nisse Gorgiæ paulo ante erga te accusabat. Nam Gorgiã quodã in loco a te interrogatũ si pergeret ad ipsum aliquis rhetoricam percepturus, sed iuris ignarus, an illũ doceret, rubore adductum inquit Polus affirmauisse illum se esse docturũ, idq; ob ipsos hominũ mores, qui grauiter ferrent, si quis talia non concederet. Ob huiusmodi deinde concessionem coactũ esse Gorgiam sibimet contradicere. Et te quidem iuste tunc meo iudicio irrisit, q; huiusmodi ineptias sequereris. Nunc vero rursus Polo eadem euenerunt, atq; ego Polum in hoc minime probo, q; tibi concesserit iniuriam turpius esse facere q̃ pati, ob quam cõcessionẽ impeditus a te, quæ cogitauerat, explicare non potuit. Tu vero reuera o Socrates in scrupulos concionalesq; difficultates audientes adducis, dum veritatem sequi te profiteris. Affers vtiq; in medium quæ natura quidẽ pulchra non sunt, sed lege. Plerũq; vero accidit vt contraria sint inter se lex, atq; natura. si quis igitur erubescat, neq; audeat quæ sint exprimere, contraria sibimet fateri compellitur. Tu vero id astutius animaduertens, insidiaris in verbis. Si quis enĩ secundum legem loquatur, tu deinceps secundũ naturam interrogas. Si vero secũdum naturam ille, ipse secundũ legem, quemadmodum de inferenda, vel sustinenda iniuria modo fecisti. Cum enĩ Polus secundũ legem inferre turpius esse diceret, ipse legẽ es persecutus. Natura enĩ quicquid peius est, idẽ & turpius, quale est iniuriam pati, lege vero inferre. Non enim viri est iniurias pati, sed mancipii cuiusdam, cui melius esset mortuũ esse q̃ viuere. Quod quidẽ contumeliis iniuriisq; affectum neq; sibi neq; suis potest opitulari. Verum, vt ego arbitror, qui leges condunt imbecilliores sunt plures. Itaq; vtilitati consulentes suæ, leges constituunt. Præterea laudes vituperationesq; disponunt, metu potẽtiorum adducti, nequa in re excedere eos possint. Itaq; aiunt turpe iniustumq; esse aliis plus habere, idq; definiunt iniuriam facere, plus videlicet q̃ alii vt habeas quærere. Satis enim sibi factum putant si cum inferiores sint, æquã habeant portionẽ. Ob hãc igitur rationẽ lege quidẽ id iniustũ turpeq; dicitur, quęrere vt habeas plus q̃ cæteri. atq; hanc vulgo iniuriã nominãt. Natura vero ipsa, vt puto, demonstrat, vt p̃stantior plus habeat q̃ inferior, & potentior q̃ debilior. Ostẽdit vero multis hęc modis, tũ in cęteris animãtibus, tũ in cũctis ciuitatibus atq; gentibus, apud quas iustum esse censetur, vt potentior infirmiori dominetur, plusq; possideat. Nam quo iure Xerxes aduersus Gręcos duxit exercitum, vel pater eius contra Scythas, aut innumerabiles alii, quos referre quis posset? Sed hi, vt arbitror, secundum naturam iuris ipsius hęc agunt, ac per Iouẽ secundũ ipsius naturæ legem, nõ tamen fortasse iuxta leges has a nobis conditas, per quas præstantissimę ac validissimæ indolis adolescentes ab incunabulis tanq̃ leones capientes quasi quibusdam magicis carminibus fascinamus, seruilemq; in modum subiicimus, dicentes ęquitatem esse seruandã, idq; pulchrum iustumq; esse. At si quis præstãtis naturæ vir insurgat, ac literas, fascinationes, incantationesq; huiusmodi vestras pessundans atq; discindens, legesq; omnes quæ desciscunt a natura subuertens, cæteris dominetur, in eo iam naturæ ipsius ius effulgeret. Videtur autem mihi Pindarus hęc eadem in quodam cantu ostendere, vbi legẽ ait omnium esse reginam mortalium atq; immortalium, eamq; ius agere violenter prępotenti manu. Idq; coniectare se dicit ex rebus gestis ab Hercule, qui, & si carmen ipsum haud satis memoriter teneo, memini tamen ipsum dicere, Herculem neq; emptos, neq; donatos Geryonis boues abegisse, vt pote naturali ipso iure dictante, & boues, & cætera omnia quæ ab hominibus possidentur, illius esse debere qui præstantior sit, atq; valentior. Veritas igitur ita se habet, idq; plane cognoscas, si ad maiora te iam dimissa philosophandi cura cõuerteris. Nam philosophia quidem o Socrates gratiosa res est, & venusta, si quis illam moderate in adolescẽtiaq; attingat. Sin autem supra modum tempus in ea contriuerit, hominum est corruptela. Quis enim quis optimo a natura sit ingenio præditus, tamen si diutius per ætatem iam prouectam philosophetur, necessario omnium rerum imperitus euadet, quarum omnino clarum, bonum, excellentem virum oportet habere peritiã. nam & legũ ciuilium, & verborũ quibus in consuetudine cœtuq; hominũ tam publice q̃ priuatim vti decet, voluptatũ p̃terea cupiditatũq; humanarũ, & vt breuiter cõprehendã, morũ prorsus fiunt ignari. Quocirca quotiẽs ad aliquã rem gerendam, vel publicã, vel priuatam sese conferant, habentur ridiculi: quemadmodum & ciuiles viri si in vestras exercitationes disputationesq; descendant. Euenit enĩ illud Euripidis, Qua in re clarus quisq; est, ad eam properat, & diei partem illi plurimam impartit, vt ipse se superet. Vbi vero inferior sit, inde fugit, illudq; vituperat, aliud vero laudat, quadam suiipsius beneuolentia existimans seipsum ita laudare. Verum præstare arbitror amborum participem fieri. Philosophiæ quidẽ quatenus disciplinæ gratia deceat. nec turpe quidem est adolescenti philosophari: sed cũ grãdior natu philosophię adhuc incũbit, res est o Socrates valde ridicula. Egdẽ similiter affectus sum erga eos q philosophię dãt operã, atq; illos q balbutiũt ac ludũt. Quotiẽs. n. aspicio puellũ cui decorũ adhuc est loqui ita balbutiẽtẽ ludẽtẽq;, delector, festiuũq; & liberale mihi videt, puerileq; decẽs ætatẽ. Quotiẽs vero puellum audio verba expeditius exprimentem, molestum quiddã mihi oboritur, auresq; offendit meas, atq; seruile quippiã præ se ferre videtur. Cæterũ cum virum quis, vel audit balbutientẽ, vel

Ex Pindaro.

Legẽ oĩm mortaliũ & immortaliũ esse reginam.

Oratio Calliclis de philosophia.

re feminis,plurimoq; in fuis agris vti femine.CAL.Q̃ femper eadē dicis o Socrates?SO.Non folum eadē o Callicles,fed eifdem quoq; de rebus.CAL.Per deos femper tu cerdones,coriarios,fullones,coquos,medicos habes in ore,quafi de his inftituta nobis difputatio fuerit.SO.Nonne ergo ipfe dices aliquádo,quibus in rebus potētior atq; prudētior iufte poffidere plus debeat?Vel neq; me permittes dicere,neq; ipfe dices?CAL.At ego id iádiu dico,primo quidē qui potētiores fint. nō enim cerdones dico neq; coquos,fed eos qui in adminiftranda repu.fint prudentes,neq; prudentes folum,verūetiam fortes,qui ad ea quę excogitauerunt perficienda aptiffimi fint,neq; animi mollitie vlla fuccumbant. SO.Aduertis ne Callicles non de eifdē me abs te,atq; viciffim te a me accufari?Tu quidē me accufas quafi femp eadē repetentē,ego vero te contra tāq̃ de rebus eifdē nūq̃ eadē afferentē.fiquidē alias meliores atq; potentiores effe definis validiores,alias autē prudētiores.Nūc p̃terea aliud quiddā affers. Fortiores enim nūc quidā abs te potentiores melioresq; nominātur. Verū age tandē explica,quos potiffimū & ad quid meliores potentioresq; appellas.CAL.Iam dixi,prudentes videlicet in rebus publicis atq; fortes.Nos enim decet ciuitatibus imperare,idq; iuftū eft, vt plus aliis habeant dominantes, videlicet fubiectis.SO.Quid vero?fibi ne ipfis vlla ratione dominari,fiue parere decet?CAL.Quēadmodū dicis? SO. Dico,nū fibi quifq; debeat imperare,an nihil opus fit,vt fibi quidē imperet,fed aliis dūtaxat.CAL.Quomodo fibimet imperare dicis? SO.Nihil obfcurū dico,fed quemadmodū dicunt multi,temperatū,& fuiipfius compotē,voluptatibus videlicet fuis cupiditatibufq; imperantē. CAL. Q̃ feftiuus es o Socrates?ftupidos homines nominas temperatos.SO.Quid ais?nemo eft quin norit me id minime dicere.CAL.Immo valde q̃dē o Socrates.nā quomodo beatus effe poteft qui alicui feruiat?Cæterū hoc eft natura iuftū atq; pulchrū,q̃d ego tibi nūc audacter dico, oportere illū qui recte vitā acturus fit,p̃mittere cupiditates fuas fummopere augeri, nec eas vllo modo cohibere,atq; his q̃ maximis quicquid petūt fubminiftrare ob fortitudinē atq; prudentiā,& quēlibet earū affectū prorfus explere.Q̃d quidē quia multi confequi nequeūt,eos vituperant qui id affequūtur,ob verecundiā fuā impotentiā abfcondentes,ferūtq; intēperantiā effe turpem,quēadmodū in fuperioribus ipfe dicebam. Pręterea in feruilē habitū deducūt melioris naturę homines,ipfiq; cū libidines fuas explere nequeāt, tēperantiā atq; iuftitiā probant propter ignauiā.Verū fi his a principio cōtigiffet, vt vel regū effent filii,vel ipfis natura fufficeret ad imperiū,aut tyrannidē,aut poteftatē aliquā fibi cōparādā, profecto turpius peiufq; effet,vt huiufmodi temperantia vteretur,qui cū liceret ipfis frui bonis,nec impedirētur ab vllo,ipfi fibi dominā pręfecerint multitudinis legē fermonēq;,& vituperationē.Quo enim modo nō miferi effent? Siquidē propter quādam iuftitiæ,temperantięq; honeftatē, nihil plus amicis tribuerēt q̃ inimicis,etiā dū in ciuitate fua dominarētur.Cæterū o Socrates veritas ipfa quam tu fequi affirmas,ita fe habet:luxuria,intēperantia,libertas,modo facultas fuppetat,potētia,virtus eft, atq; felicitas. Cætera vero ifthęc fpeciofa præter naturā adinuēta,hominū funt deliramenta,& nugę penitus contemnendę. SO.Non ingenerofe o Callicles audacia vfus in difputando procedis.Sane aperte nūc ea dicta funt abs te,quæ alii cogitant quidē,dicere tamē nolunt:quamobrē te vt nullo modo defiftas obfecro,vt reuera certiores efficiamur,qua fit ratione viuēdum.Dic ergo mihi,cupiditates ais non effe coercendas, fiquis optet effe talis,qualē oportet effe,immo permittēdū illas fummopere augeri,atq; earū expletionē aliūde cōparandā,idq; ais effe virtutē? CAL.Aio equidē. SO.Si ita effet,nō recte dicerētur beati effe qui nullius indigeāt. Alioquin lapides,& mortui feliciffimi forēt . Verūtamen & illa quā tu dicis,grauis eft vita.Neq; admirarer fi in eo vera dicat Euripides dicēs. Quis nouit vtrū viuere quidē mori fit,mori autē viuere?Et nūc forte reuera mortui fumus.Audiui iam equidem a fapiente quodā nos nūc mortuos effe,corpufq; noftrū fepulcrum effe nobis,partēq; illā animæ in qua cupiditates funt,perinde fe habere ac fi perfuadēdo viciffimq; diffuadēdo, furfum deorfumq; agitetur.Itaq; elegans q̃dā vir Siculus fortaffe vel Italus in his cōfabulatus hāc animi partē propter fuafionē credulitatēq; lubricā alludēs nomini,doliū appellauit:Dementes vero prophanos atq; dānatos.Horū autē hanc animi partē quæ libidinibus agitat̃,tāq̃ futilem ob incontinentiā inexplebilem, perforatū effe doliū inq̃t.Quāobrē hic vir o Callicles contrariū tibi oftēdit:eorū qui apud obfcuros funt inferos,eos effe miferrimos qui tāq̃ omnino prophani damnati funt,atq; aquā in vas perforatū cū alio etiā p̃forato vafe inferre.Effe autē hoc aliud vas,fiue cribellū,vt dicebat is q me docuit,dementiū animū,quē ideo perforato vafi affimilauit,q̃ p̃pter infidā affectionē obliuionēq; nequeat infufum aliq̃d continere. Videbūtur hęc alicui quodāmodo mira,demōftrāt tamē id q̃d ego volo, fiqua ratione valeā p̃fuadere tibi vt pro inexplebili & incōtinēti vita moderatā p̃fentibufq; femp contētā rebus eligas. Sed vtrū per hęc tibi aliq̃d p̃fuadeo?atq; tu mutata fentētia beatiores q tēperate viuāt,q̃ q intēperate putas?an nihil proficio?atq; licet multa fimili ratione confabuler,nihilo magis es fentētiam mutaturus?CAL.Hoc o Socrates verius fubiunxifti.SO.Agedum tibi fimilitudinē aliquā ex eodem gymnafio adducam. Attēde vtrū perinde cēfeas de vtriufq; vita,tēperati.f.atq; intemperati,ac fi viri

Euripides de vita & morte.

ro mihi ab initio,quẽadmodũ tu, & Pindarus dicebatis iustũ id esse natura,potentiorem per vim au ferre ea quę imbecilliorũ sunt, & dominari meliorẽ deteriori,plusq́ habere eũ qui pręstãtior sit,q̃ qui abiectior. Nũquid aliud dicis esse iustũ? an recte memini? CAL. Hęc & tũc dicebam, & nunc dico. SO. Vtrũ vero meliorẽ vocas eundẽ atq́ potentiorẽ? Neq́ eñ tunc plane quid diceres intelligere potui. num validiores appellas potentiores,oportetq́ validioribus infirmiores obtemperare? Quemadmodum tunc videris demonstrauisse,quãdo dicebas magnas ciuitates aduersus paruas naturali iure insurgere, propterea q̃ potentiores sunt atq́ validiores: quasi idem sit potentius,validiusq́,& melius. An fieri potest vt aliquis melior quidẽ sit,inferior tamẽ atq́ imbecillior? Similiterq́, vt potẽtior sit, deterior tamen? Vel eadẽ melioris atq́ potẽtioris est definitio? Hoc ip̃m mihi apertius explica, idem ne an aliud sit potentius,& melius,atq́ valentius. CAL. Equidẽ manifeste tibi assero idẽ esse. SO. Nõ ne multitudo ip̃a natura vno potẽtior est? quę quidẽ leges cõstituit super vnũ,quẽadmodũ nuper ipse dicebas. CAL. Quid ni? SO. Multitudinis ergo leges potentiorũ sunt. CAL. Omnino. SO. Nonne igit̃ & meliorũ? Qui eñ potentiores sunt,vt ipse ais,valde sunt meliores. CAL. Sic certe. SO. Nõne horũ constitutiones natura sunt rectę,cũ potentiores sint? CAL. Sic affirmo. SO. Nõne multitudo statuit quemadmodũ nuper ipse dicebas,iustũ esse seruari inter oẽs æqualitatẽ, atq́ esse turpius iniuriã inferre q̃ pati? Est ne ita,an aliter? Ac vide ne hic tu quoq́ ob verecundiã capiaris. Cõstituit multitudo ista nec ne? videlicet iustũ esse seruari æquitatẽ, non autẽ aliũ alio plus habere,atq́ turpius esse facere iniuriam q̃ accipere? Nulla te o Callicles inuidia quęso detineat, quo minus ad hæc mihi respõdeas, vt si mecũ senseris,abs te cõfirmer tanq̃ viro ad iudicandũ abunde sufficiente. CAL. Sic vtiq́ statuit multitudo. SO. Non ergo lege sola, & turpius est facere iniuriã q̃ pati, & iustũ est æquitatẽ seruare, sed etiã ip̃a natura. Quapropter videris in superioribus nõ vere dixisse,neue me recte accusauisse, dicens contraria esse legẽ atq́ naturã: meq́ hęc animaduertentẽ solere in verbis insidiari,atq́ si quis secundũ naturã loquat̃,ad legẽ: si quis vero secundũ legẽ,ad naturã deducere. CAL. Hic vir nunq̃ desistet in nugis versari. Dic mihi o Socrates nõne te pudet,cũ tam grãdis natu sis,venari nõia? atq́ si q̃s verbo excidat,tanq̃ id tibi lucro veniat,impẽse captare? Putas me aliud dicere potẽtiores esse q̃ meliores? Nonne dudũ tibi dico idẽ esse melius atq́ potẽtius? An putas me dicere,si fex seruorũ hoĩmq́ vndiq́ vilissimorũ in vnũ confluat,hos p̃terq̃ fortasse corporis viribus esse potẽtiores, & q̃ hi statuant esse iura? SO. Agedũ o sapientissime Callicles,ita ne dicis? CAL. Et maxime quidem. SO. At ego beate vir iãdudũ coniecto tale aliquid te potẽtius appellare,atq́ interrogo cupiẽs quid velis aperte cognoscere. Non eñ tu duos meliores iudicas esse q̃ vnum,neq́ seruos tuos te meliores, quia videlicet robustiores sint. Verũ rursus a principio dicas quos tandẽ ais meliores esse,qñ nõ validiores: & vide p̃cor o vir mirifice,vt mitius me doceas,ne a scholis tuis aufugiam. CAL. Ironia loqueris o Socrates. SO. Nõ per Zethũ o Callicles,quo tu fretus multa vsus aduersus me nũc es ironia. Verum dic age, quosnã meliores appellas? CAL. Pręstãtiores equidẽ. SO. Vides ergo,te nõia duntaxat dicere,ostende re vero nihil: nõ aperis meliores potentioresq́,vtrũ prudẽtiores an alios quosdã esse dicas. CAL. Per Iouem hos dico,& maxime quidẽ. SO. Sępe igit̃ vnus prudens cõplurimis imprudẽtibus secundũ sermonẽ tuũ potentior est,atq́ hũc par est dominari,cęteros vero subesse,plusq́ habere eũ his quib⁹ imperat. Hoc eñ dicere mihi velle videris,neq́ verba aucupor,si quidẽ vnus sit multis potẽtior. CAL. At hęc ip̃a sunt q̃ dico. Hoc eñ ego arbitror ius esse natura, eũ videlicet qui melior prudẽtiorq́ sit, imperare,atq́ plus inferiorib⁹ possidere. SO. Siste parũper. quid tandẽ putares si hoc in loco, vt nũc, cõgregati essemus multi,forentq́ nobis cõmunia esculenta,& poculenta cõplurima,nos vero oĩs essemus generis,partim quidẽ validi,partim vero imbecilles,vnus aũt nostrũ omniũ circa hęc prudentissimus,fortasse medicus,ac foret hic,vt cõsentaneũ est,aliis quidẽ robustior,aliis vero debilior,nonne hic prudẽtior,pręterea melior quantũ ad hęc pertinet,& potentior erit? CAL. Omnino. SO. Vtrum vero horũ esculentorũ p̃pterea plus habere debet q̃ nos quia sit melior? An potius ob eius pręstãtiã omnia distribuere debet, neq́ in distribuendo pro se plus retinere, alioquin multandus sit, sed aliis plus,aliis minus habere, ac si omnium debilissimus sit minimum sibi q̃uis optimo tribuendum est o Callicles? nonne ita o bone vir est dicendũ? CAL. De esculentis,& poculentis,& medicis atq́ eiusmodi nugis verba facis,ego vero non de his loquor. SO. Vtrum igitur prudentiorem esse meliorem dicis nec ne? Responde. CAL. Equidem. SO. At non oportet, vt melior plus accipiat? CAL. Non,de cibis atq́ potionibus. SO. Intelligo. forte enim de vestibus: atq́ oportet eum qui sit in conficiendis vestibus peritissimus,magnam habere tunicam,ac multis preciosisq́ ornatum incedere vestibus. CALLI. Quas tu vestes mihi narras? SO. At forsitan in calceis oportet eum plus accipere qui in eis prudentior sit,& melior: ac forsitan ipse coriarius maximos pluresq́ habere debet calceos, multosq́ suis pedibus circunferre. CALLI. De quibus calceis nunc deliras? SOCRA. Q̃ si non talia, saltem eiusmodi quædam dicis,ceu virum in colendis agris prudẽtem,honestumq́,& bonum debere plus reporta

vltra quęras. SO. Esto. Sitientē vero bibere voluptariū esse dicis? CAL. Dico. SO. Ex hoc ergo qđ ais sitientē qdē esse dolorosum est. CAL. Est. SO. Bibere vero expletio est indigētiæ atq; voluptas. CAL. Ita. SO. Nunqd ergo qua ratione bibit, gaudere dicis? CAL. Maxime. SO. Quatenus vero sitit, dolere? CAL. Certe. SO. Sentis igitur qd sequat? videlicet fateri te dolentē gaudere simul, quādo sitiētē dicis bibere? An non simul id euenit eodē in loco atq; tēpore? siue circa animā vis, siue circa corpus? Nihil ēm refert, vt arbitror. Ita ne est, an aliter? CAL. Ita. SO. Verūtamē felicē esse simul, & infelicē impossibile esse dixisti. CAL. Equidem. SO. At vero dolentem gaudere posse confessus es. CAL. Apparet. SO. Quapropter gaudere nō idē est atq; esse felicē, neq; dolere idē qđ infelicē esse. Ideoq; aliud voluptas est q̄ bonū. CAL. Nescio qd cōmēteris o Socrates. SO. Immo scis, sed nō vis fateri Callicles: at perge quęso respōdēdo, vltro ēm deliras, vt q̄ sapiēs sis agnoscas q me castigas. Nōne vnusqsq; nostrū sitire desinit, atq; simul gaudere propter potū? CAL. Nescio qd dicas. GOR. Nequaq̄ ita o Callicles. Immo respōde nostri gratia, vt disputatio cōcludat. CAL. At vero, semp talis est Socrates o Gorgia. Exigua ēm, & nullius momēti perqrit atq; redarguit. GOR. Quid tua refert? Nō ēm hoc tuū officium est o Callicles, sed permitte vt arguat arbitratu suo. CAL. Quęre igit Socrates de angustis ac vilibus istis qñ id Gorgię placet. SO. Siccine beat9 es o Callicles, vt magna cōsecutus mysteria sis prius q̄ parua? Ego vero fas esse nō iudicabā. Sed iā resumēs vnde omisisti respōde. An nō simul desinit qs sitire atq; gaudere? CAL. Cōcedo. SO. Nonne & famescere aliasq; cupiditates habere simul atq; voluptates desinit? CAL. Ita est. SO. An nō ergo & dolores, & voluptates simul cessat habere? CAL. Ita. SO. Verūtamen a bonis, & a malis nō simul cessat, vt tu modo fatebaris. Nūc vero nō cōfiteris? CAL. Eqdē. Sed quid tū? SO. Nēpe nō eadē sunt o amice bona, & voluptaria, neq; mala eadē atq; molesta. Ab his ēm quis simul cessat, ab illis vero nequaq̄, vtpote aliis. Quanam igitur ratione voluptaria eadem essent atq; bona? vel molesta eadē atq; mala? Iam vero si vis hoc rursus pacto cōsidera. Arbitror ēm nec per hūc modū tibi cōsentiri. Attende igitur, bonos viros nōne bonoꝶ p̄sentia bonos vocas? quēadmodū pulchros eos quibus pulchritudo adsit appellas. CAL. Eqdē. SO. Quid vero? bonos viros appellas dementes, & timidos? nō certe paulo ante, immo fortes prudētesq; dicebas. Nōne hos ipsos nūcupas bonos? CAL. Oīno qdē. SO. Quid aūt? dementē puerū vidisti vnq̄ voluptate perfundi? CAL. Vidi. SO. Virū autē demētē vidisti aliquādo affici voluptate? CAL. Opinor me vidisse. Sed quorsum hæc? SO. Nihil refert, sed respōde. CAL. Vidi. SO. Quid vero? sanę mentis virū dolentē vidisti atq; gaudentē? CAL. Certe. SO. Vtri vero magis gaudēt atq; dolent, prudētes ne, an imprudētes? CAL. Haud multū differre arbitror. SO. Satis est istud. In bello autem vidisti ne vnq̄ virū timidum? CAL. Quid ni? SO. Quid vero cū recederēt hostes, vtri videbant tibi magis gaudere, timidi ne, an fortes? CAL. Vtriq; mihi magis gaudere, vel saltē prope. SO. Nihil refert, gaudēt igitur & timidi. CAL. Magnopere. SO. Et demētes, vt apparet. CAL. Et isti. SO. Cū vero hostes aduētāt, soli ne dolēt timidi, an etiā fortes? CAL. Vtriq;. SO. Nū similiter? CAL. Forte magis timidi. SO. Abeūtibus autē nōne magis gaudent? CAL. Forte. SO. Nōne igit dolēt atq; gaudēt imprudētes atq; prudentes, timidiq; & fortes similiter, vt ipse ais, magis tamē timidi q̄ fortes? CAL. Aio equidē. SO. Verūtamē prudētes qdē & fortes boni sunt, timidi vero atq; imprudētes mali. CAL. Ita est. SO. Quāobrē æque gaudēt atq; dolēt, & boni, & mali. CAL. Assentior. SO. An ergo æque boni maliq; sunt hi qui boni sunt, & q mali? an potius boni dūtaxat qui boni sunt, mali vero q mali? CAL. Per Iouem nescio qd inuoluas. SO. An ignoras dixisse te bonos bonoꝶ p̄sentia esse bonos, malos vero maloꝶ? Bona aūt voluptates esse, mala vero dolores? CAL. Equidē. SO. Nōne igit his q oblectant assistūt bona, videlicet voluptates? siquidē oblectantur? CAL. Quid prohibet? SO. Nū pręsentibus bonis boni sunt q delectant? CAL. Sunt. SO. Et dolentibus assunt mala. s. ipsi dolores? CAL. Assunt. SO. Malorum vero assistentia malos esse dicis qui mali sunt. nonne adhuc dicis? CAL. Equidem. SO. Boni ergo sunt qui gaudent, mali vero qui dolent. CAL. Maxime. SO. Et qui magis, nimirum magis: quive minus, & hi minus: & qui pariter, æque. CAL. Ita. SO. Nunquid ais ita gaudere atq; dolere prudentes vt imprudentes, rursusq; timidos atq; fortes? an magis etiam timidos? CAL. Aio. SO. Reputa igitur vna mecum quid nobis ex his quæ cōcessa sunt eueniat. Bis enim atq; ter pulchrum esse ferunt ea quæ pulchra sunt dicere atq; considerare. Bonū quidem esse prudentem forteq; diximus, nec ne? CAL. Diximus. SO. Malum vero imprudentem atq; timidum? CAL. Prorsus. SO. Bonum autem rursus eum qui gaudeat? CAL. Ita. SO. Malum vero eum qui doleat? CAL. Necesse est. SO. Dolere vero atq; lætari bonū malūq; similiter, forte etiā magis malum? CAL. Certe. SO. Similiter ergo quis bonus fit & malus bono, vel potius ipse malus fit bonus. an non hæc, & superiora illa sequūtur, siquis voluptaria eadē esse dixerit atq; bona? an nō necessario hæc sequūtur o Callicles? CAL. Iādudū te ausculto Socrates, tibiq; cōcedo, obseruās siqs vel ioco aliquid tibi dederit, id puerorū more libētius te accipere: quasi vero existimare debeas, vel me, vel aliū quenq̄ non arbitrari alias voluptates esse meliores, alias vero deteriores. SO. Vhi vhi o Callicles q̄

Bis atq; ter pulchrū esse ferūt ea q̄ pulchra sunt dicere.

duo multa haberẽt vasa,& alter quidẽ ĩtegra atq; plena partim vini,partim mellis,partim lactis,alia q; similiter aliorũ:sint vero singuli hi liquores rari quidem,& inuẽtu difficiles,multisq;,& grauibus laboribus comparati.Is ergo cui plena sunt vasa, nihil superinfundere oĩno curet, sed quãtũ ad hæc attinet quietẽ agat.Alteri vero liquores sint queãdmodum alteri,qui comparari quidem, sed tamen cum difficultate possint,vasa vero perforata atq; fracta,ac die nocteq; continue illa implere cogatur, aut extremis molestiis agitetur.Cum talis igiẽ sit vtriusq; vita,ais ne vitã intemperati beatiorẽ esse q̃ tẽperati? An persuadeo tibi his verbis,vt vitã hoĩs moderati meliorẽ esse q̃ immoderati cõcedas? Vel nondũ persuadeo?CAL.Nequaq̃ o Socrates.Nã illi cui plena sunt oĩa,nulla amplius est voluptas,sed queãdmodũ modo dicebã,quasi lapis viuit,postq̃ semel impleuerit,neq; voluptatẽ sentit ampli⁹ neq; molestiã.Dulcedo aũt vitę in multa cõtinuaq; infusione cõsistit.SO.An nõ necesse est si multũ influat multum vicissim effluere?lataq; effluxui patere foramina?CAL.Prorsus.SO.Charadrii auis.i.voraginis cuiusdã tu rursus vitã dicis,nõ autẽ mortui aut lapidis:atq; mihi responde, num tale aliquid dicas velut esurire atq; esurientẽ comedere.CAL.Dico equidẽ.SO.Et sitire sitiẽtẽq; bibere.CAL.Dico eqdẽ:atq; reliqs similiter cupiditatib⁹ affectũ esse,explereq; eas posse cũ voluptate,beatã esse vitã affirmo.SO.Euge virorũ optime,pge vt cœpisti,nec te pudeat.Oportet aũt, vt videẽ, me quoq; pudore nõ detineri.ac primũ mihi dicas vtrũ scabiosum sese fricãtẽ, atq; ita se habentẽ vt continue id facere q̃at,beate viuere putãdũ sit.CAL.Q̃ ineptus es o Socrates,ac reuera vulgaris concionator.SO.Profecto o Callicles Polũ quidẽ,& Gorgiã cõterrui,& erubescere cõpuli. Tu vero caue ne terrearis,neq; pudore impediare.Fortis nãq; es.sed dũtaxat respõde.CAL.Dico vtiq; fricantẽ quoq; voluptuose viuere.SO.Nõne si voluptuose,etiã beate?CAL.Proculdubio.SO.Vtrũ si caput dũtaxat fricet,vel amplius aliqd,a te q̃ro.Vide qd respõdeas Callicles,si qs te deinceps quæ cõsequunẽ interroget,atq; his quasi capitib⁹ cõcessis,cinædorũ istorũ vita nequaq̃ grauis,turpis,infelix,dicẽda erit?an ipse audebis eos beatos dicere si ad votũ his q̃ cupiunt,potianẽ?CAL.An non te pudet o Socrates ad ista sermonẽ deducere?SO.Ego ne o generose vir deduco? an ille potius qui adeo impudẽter asserit eos q oblectanẽ,quocũq; modo oblectenẽ,esse beatos,neq; distinguit q̃ voluptatũ bonę sint,& q̃ malæ? Verũ nũc saltẽ dic,vtrum idẽ esse asseras voluptatẽ atq; bonũ,an esse aliquid voluptariũ qd non sit bonũ.CAL. Vt mihi proculdubio ratus sit sermo,si aliud esse dixero,idem esse dico.SO.Peruertis o Callicles illa quę prius dicta sunt,nec amplius aptus es ad illa q̃ perscrutamur inuestigãda, si quidẽ aliter q̃ tibi videtur es responsurus.CAL.Enimuero tu quoq; o Socrates.SO.Atqui neq; ego recte facio, si id facio,neq; tu.Sed o beate vide ne hoc sit bonũ oĩno gaudere:alioquin quę nũc subducta sunt,multa & turpia atq; alia insuper q̃plurima euenire videnẽ,si hoc ita se habeat. CAL.Vt tu quidẽ putas o Socrates.SO.Tu aũt reuera o Callicles hęc affirmas?CAL.Affirmo equidẽ. SO.Vis ergo quasi te serio loquẽte,disputationẽ aggrediamur?CAL.Volo certe.SO.Age iam cũ huiusmodi sentẽtię sis,distincte ad hęc mihi respõde.Vocas ne aliquid scientiã?CAL.Voco.SO.Nõne fortitudinẽ quãdã paulo ante cum sciẽtia esse dicebas?CAL.Dicebam sane.SO.Nũquid aliud fortitudinẽ q̃ scientiã,quasi duo hæc sint,dicebas esse?CAL.Maxime.SO.Voluptatẽ vero atq; sciẽtiã,idẽ ne an aliud esse?CAL.Aliud o sapientissime vir dicebam.SO.Num & fortitudinẽ a voluptate differre? CAL.Quid ni?SO. Age itaq;, vt hæc meminerimus.Callicles quidẽ Acarneus voluptatẽ bonũq; idẽ esse dixit, sed scientiã & fortitudinẽ tũ inter se,tũ a bono differre.Socrates aũt Alopecetes ista nõ cõcedit. Nũquid cõcedit?CAL. Minime.SO.Arbitror aũt neq; Calliclẽ talia cõcessurũ,qñ ipse recte cõsiderauerit.Dic mihi,felices,& infelices nõne cõtrario modo affici putas?CAL.Puto eqdẽ.SO.An nõ si cõtraria hęc eorũq; affectiones inuicẽ sunt,necesse est ea ita se habere queãdmodũ sanitas atq; morbus? non eñ aliqs sanus simul est atq; ęgrotat,neq; simul cessat sanitas atq; morb⁹.CAL.Quo pacto dicis?SO. Assumpto toto si vis corpore ita cõsidera.ægrotãt ne alicuius oculi eo morbo,qui Ophthalmia nominaẽ? CAL.Esto.SO. Nunqd simul sani sunt?CAL.Nõ.SO.Quid vero qñ eo morbo qs liberaẽ,nunqd tũc sanitas oculorũ cessat? & tandẽ morbus simul sanitasq; discedũt?CAL.Minime.SO.Mirũ nãq;,vt arbitror, absurdum q; id foret.CAL.Nimium quidem. SO.Sed vt puto vicissim capit,& amittit vtrũq;.CAL.Assentior. SO.Robur quoq; imbecillitatemq; similiter.CAL.Certe similiter.SO.Velocitatẽ rursus,& tarditatẽ. CAL.Certe.SO.Nonne & bona facilitatẽq;,& horum cõtraria mala videlicet atq; miseriam,vicissim accipit vtraq;,vicissimq; amittit?CAL.Oĩno.SO.Siqua ergo reperiamus a qbus aliquis liberaẽ simul & habet,nimirũ hæc nõ ita se habẽt,vt alterũ quidẽ eorũ bonũ sit,alterũ vero malum.hęc ne confitemur?Quid respõsurus sis cõsidera diligẽter.CAL.Confiteor proculdubio. SO.Age vtiq; ad illa quæ prius cõcessimus reuertamur.Famescere voluptariũ dixisti esse,an molestũ? De fame ipsa interrogo. CAL.Molestũ equidẽ:attamẽ famescentẽ comedere,voluptarium.SO.Ego quoq; intelligo.at vero fames ipa molesta est,an nõ?CAL.Molesta.SO.Nõne & sitis?CAL.Vehemẽter.SO.Vtrũ ergo amplius a me quęri vis?an cõsiteris indigentiã omnẽ atq; cupiditatẽ doloris esse participẽ? CAL.Cõfiteor,nę

esset prospicere videbatꝫ cũ ad citharã caneret? Vel ipse ꝑfecto ne ad voluptatẽ q̃dẽ nã molestus audiẽtibus erat. Verũ cõsidera, nõne citharœdica facultas oĩs, dithyramborũq; poesis oblectãdi gratia tibi videtꝫ inuẽta? CAL. Mihi quidẽ. SO. Quid autẽ ꝑclara hæc tragœdia mirabilisq; poesis contẽdit? Nũquid studiũ eius conatusq; ad audientiũ voluptatẽ solũ tẽdit? vel si q̃d voluptariũ q̃dẽ atq; gratũ sit, sed tñ malũ, id cauebit ne vnq̃ dicat? Cõtra vero siquid molestũ, attamẽ vtile fuerit, id & dicet, & canet, siue oblectẽtur, siue nõ audiẽtes? Quonã modo tragœdorũ poesis se habere tibi videtur? CAL. Cõstat o Socrates eã ad voluptatẽ gratiãq; spectantiũ potius declinare. SO. Hoc vero tale o Callicles paulo ante adulationẽ esse dicimus. CAL. Plane. SO. Age vtiq; siquis auferat ex tota poesi concentũ, & rhythmũ, atq; mẽsurã, aliud ne quicq̃ pręter sermones quosdã superit? CAL. Idipsum. SO. Profecto ad turbã populũq; hi sermones habentꝫ. CAL. Proculdubio. SO. Popularis ergo oratio q̃dã est poesis. CAL. Apparet. SO. Nõne rhetorica quoq; popularis est oratio? An non rhetorica in theatris vti poetæ tibi videtur? CAL. Mihi q̃dẽ. SO. Nũc ergo nos inuenim⁹ rhetoricã quãdã ad populũ talẽ qualis est puerorũ simul & mulierũ virorũq;, & seruorꝫ atq; liberorꝫ. Quã q̃dẽ haud valde probamus, quippe cũ adulatoriã eã esse cõfessi sumus. CAL. Sic est profecto. SO. Agedũ q̃d de ea dicemus rhetorica qua ad Atheniensem populũ aliarũq; ciuitatũ populos liberorũ virorꝫ vtũtur? Qualis hęc rhetorica est? Vtrũ tibi videntur oratores ad id semper q̃d optimũ sit, verba dirigere, id dũtaxat coniectantes, qua ratione ciues q̃optimi per eorum orationes euadant? an potius hi quoq; gratiam auditorum aucupantur boni dũtaxat proprii gratia, bonũ publicũ negligentes, & quasi pueris vtentes populis, intẽti dũtaxat ad gratiam, nihil vero curãtes vtrum ob hoc meliores, aut deteriores euadant? CAL. Haud simplex id est q̃d interrogas. Sunt enim q̃ in orando vtilitatẽ ciuiũ consulũt, sunt & alii tales quales ipse narras. SO. Satis est. Si enim & hoc est duplex, alterũ q̃dẽ eius mẽbrũ adulatio erit, turpisq; cõcionatio: alterũ vero pulchrũ, studere videlicet vt animi ciuiũ q̃optimi fiãt, semp pro audiẽtiũ vtilitate certando, siue placeant, siue displiceãt quæ dicũtur. Verum tu certe oratoriã eiusmodi vidisti nunq̃. Qꝫ si inter oratores talẽ quẽpiã habes, cur nõ mihi quoq; hũc ostẽdisti? CAL. Per Iouẽ ex oratoribus qui nunc sunt, talem habeo nullũ. SO. Quid autem inter veteres? potes ne aliquẽ assignare per quem Athenienses facti aliquãdo sint meliores postq̃ ille orare cœperit, cum deteriores antea fuerint? Ego enim quis sit talis ignoro. CAL. Quid vero Themistoclem non audis virũ bonũ fuisse? & Cimonẽ, & Milciadem, atq; Periclem hũc nuper vita functũ, quẽ ipse quoq; orantem audisti. SO. Si quidem est o Callicles vera virtus quam in superioribus ipse dicebas, cupiditates videlicet suas aliorũq; explere. At si id nõ est, sed quẽadmodũ postea in disputãdo fateri cõpulsi sumus, cupiditates illas quę meliorẽ efficiũt virũ, oportet implere, alias vero minime, atq; huius rei ars quædam extat, potes ne dicere istorũ aliquẽ extitisse talẽ? CAL. Nõ habeo eq̃dẽ quo pacto dicã. SO. At vero si rite q̃siueris, inuenies. Videamus iam sic plane considerantes num aliquis horũ talis extiterit. Dic age, bonus vir atq; ad id q̃d optimũ sit verba faciens, non temere dicet, sed ad aliquid certe prospiciet, quẽadmodũ & alii oẽs artifices, quorũ ad suũ quisq; opus aspicit, nec casu eligit, q̃d ad suũ opus conferat, sed quemadmodũ ad propositum sibi exemplar opus speciem aliquam consequatur. Veluti si intueri placet pictores, & architectos, & fabros nauiũ, aliosq; omnes artifices: quiuis eorꝫ in ordinẽ quẽdã singula vbiq; disponit, cogitq; alia aliis conuenire atq; congruere, donec totum constituatur quodã ordine exornatum. Id ergo omnes agũt artifices, atq; hi quos in superioribus dicebamus pædotribæ, & medici similiter faciũt circa corpus. Ornãt enim ip̃m atq; cõponũt. Confitemur id ita se habere, nec ne? CAL. Sit ita. SO. Domus igitur ornatũ, & ordinẽ assecuta, bona erit: si minus, mala. CAL. Assentior. SO. Et nauigiũ eodẽ pacto. CAL. Eodẽ. SO. Atqui & corpora nostra similiter. CAL. Similiter. SO. Quid vero animus, si ordinis fuerit expers, nũ bonus erit? an potius si ordinis ornamẽtiq; cõpos? CAL. Necessariũ est ex superioribus hoc quoq; fateri. SO. Quod ergo nomẽ est ei q̃d in corpore ex ordine ornatuq; efficitur? CAL. Sanitatẽ, & vires fortasse dicis. SO. Dico equidẽ. q̃d vero nomen ei q̃d in animo ex ordine fit atq; ornatu, conare inuenire atq; exprimere huius quẽadmodũ & illius. CAL. Cur nõ ipse dicis o Socrates? SO. At si tibi placet ego dicam: tu vero si tibi vera loqui videbor, cõcedito: si minus, reprobato, nec vllo modo permittito. Mihi quidem videtur ordinationi corporis nomen esse sanũ, ex quo in ipso fit sanitas aliaq; corporis virtus. Ita ne est, an aliter? CAL. Ita. SO. Animi vero ordinationi atq; ornatui, legitimũ lexq; esse nomen, vnde legitimi fiũt homines atq; decori. hæc vero sunt iustitia atq; temperantia. Assentiris, nec ne? CAL. Esto. SO. An non igitur ad hæc artificiosus ille rhetor bonus respiciens verba sua hominũ animis adhibebit, actionesq; omnes & quicquid vel cõcedet aliquãdo vel negabit, ad id semper intẽdet, vt ciuiũ animis iustitia quidem insit, iniustitia vero absit, rursus adsit tẽperantia, intẽperãtia vero eiiciatur, cęterǽq; virtutes habeãtur, prauitas expellatur? Cõcedis, nec ne? CAL. Concedo equidẽ. SO. Quidnã confert o Callicles corpori ægrotanti maleq; affecto cibos multos suauissimosq; prębere, aut potũ, aut aliud quicq̃ quod non sit profuturum? hoc est

Poesis sine cõcentu & numeris nõ aliud ẽ q̃ sermo popularis. Ostẽditur rhetoricæ adulatio.

Sanũ i ordinatione corporis. Legitimũ & lex i ordinatione animi.

astutus es? me quasi puerũ ludis, q̃ñq; vno modo asserẽs, q̃ñq; aliter, meq; decipiens, atq; nõ arbitrabar ab initio vltro deceptũ iri abs te, cũ sis amicus. Nũc aũt me nimiũ fefellisti, atq; vt videt̃, queadmodũ vetus habet puerbiũ, necessario adducor vt p̃senti sorte p viribꝰ bñ vtar, & qđ tu das accipiã. Est aũt vt videt̃, qđ nũc affers, eiusmodi, voluptatũ alias qdẽ bonas esse, alias vero malas, nõne? CAL. Procul dubio. SO. Bonę vero nõne q̃ vtiles? Malę aũt q̃ noxię? CAL. Ita certe. SO. Vtiles autẽ q̃ boni aliquid afferũt, noxię vero quę mali nõnihil? CAL. Assentior. SO. Nũ igit̃ tales dicis, velut in corpore quas modo dicebamus, edendi bibẽdiq; voluptates? Nũquid ex his illæ quę valetudinẽ pręstãt corpori, aut robur, aut aliã quandã corporis virtutẽ, bonę sunt: quę cõtrarię, malę? CAL. Prorsus. SO. Et dolores eodẽ pacto alii boni sunt, alii mali? CAL. Nihil prohibet. SO. Bonas qdẽ voluptates, & dolores bonos eligere oportet, & prosequi. CAL. Prorsus. SO. Cõtra vero nequaq̃. CAL. Manifestũ est. SO. Nẽpe bonorũ gratia agenda esse oĩa ego & Polus cõsensimus, an meministi? & tibi similiter videt̃, hic esse finis omniũ actionũ, ip̃m. s. bonũ, eiusq; gratia cętera oĩa facienda, non autem ip̃m gratia reliquorũ? An tertius in hanc sententiã nobis accedis? CAL. Equidẽ. SO. Quãobrẽ bonorũ gratia oportet & alia, & voluptates sequi, nõ autẽ bona gratia voluptatũ. CAL. Prorsus. SO. An ergo cuiusq; viri est eligere quę nã ex rebus quę delectãt bonę sunt, quęve malę? An potius artificiosi viri opus est vtrũq;? CAL. Artificiosi. SO. Recordemur ergo illorũ quę ego ad Polũ Gorgiãq; dicebã. Profecto dicebam si meministi esse facultates quasdã pręparatrices, alias quidẽ vsq; ad voluptatẽ duntaxat qđ melius deteriusve sit ignorãtes, alias vero quid bonũ malũve sit cognoscẽtes. Ponebã p̃terea earum q̃ circa voluptates versant̃, coquinariam circa corpus peritiã, sed nõ artẽ: earũ vero quę ad bonũ intendũt, medendi artẽ. Et per Iouẽ amicabilẽ precor o Callicles noli aduersus me iocari, neq; quicqđ tibi occurrit respõdere, neue rursus hæc a me accipere quasi iocante. Vides eñ ea de re nobis esse sermonẽ, qua nihil magis nos se vir sanę mentis contendat, quemadmodũ videlicet sit viuendũ, vtrum quẽadmodũ tu hortaris illa agẽdo q̃ viri esse dicis officia, versantẽ in populo atq; orantẽ, rẽ p̃terea publicã gubernantem, ceu vos in p̃sentia gubernatis: an potius vita sit hęc philosophica capessenda, & qua in re hęc vita differt ab illa. Forte vero operępreciũ est quẽadmodũ inceperã paulo ante distinguere, atq; deinde cũ nobis de distinctione cõuenerit, si hęc duplex vita est, cõsiderare quid intersit, & qua potius viuẽdũ. Forte vero nõdũ quid dicã intelligis. CAL. Nõdũ certe. SO. At ego planius tibi dicam, postq̃ ego ac tu cõfessi sumus, esse quidẽ aliquid bonũ, esse quoq; aliqđ voluptariũ, sed aliud voluptariũ esse, q̃ bonum. Atq; vtriusq; horũ studiũ, & pręparationẽ quandã esse ad ea cõparanda, alterã videlicet venationẽ boni, alteram voluptatis. Hoc ip̃m primo anteq̃ vlterius p̃cedã, assentiris mihi nec ne? CAL. Assentior. SO. Age & illa quæ ad hos dicebã mihi assentire, si modo visus tibi sum tũc vera loqui. Profecto dicebam non videri mihi coquinariã esse artẽ, sed peritiã quandã. Medicinã vero esse artẽ, p̃pterea q; medicinæ facultas illius qđ curat naturam cõsiderat, & causam eorũ quę agit, potestq; horum cuiusq; reddere rationem. Altera vero voluptatis curatrix facultas ad ipsam voluptatẽ circa quã totũ eius versatur studium, omnino absq; arte procedit, neq; voluptatis ipsius naturam cõsiderãs neq; causam, temeraria prorsus, vt ita dixerim, neq; pensi habens quicq̃, sed vsu quodam atq; experientia; & memoria eiꝰ quod accidere consueuerit solum frεta, voluptates studiose parat. Hęc ergo primũ cõsidera, num sufficienter tibi dicta videant̃. Nunquid pręterea esse putes tales quasdã circa animã facultates, alias quidem artificiosas, curam videlicet habentes eius quod sit animæ optimum, alias vero id negligentes, solum vero cogitantes, quemadmodum & de corpore diximus, quo pacto oblectare animum valeant. Quæ quidem vtrum melior an deterior sit voluptas, minime cogitant, neq; aliud quicq̃ curant, q̃ vt oblectent, siue melius id sit, siue deterius. Mihi quidem o Callicles videntur esse tales aliquæ facultates, vniuersumq; id ministerium adulationem esse duco, tam circa animam q̃ circa corpus, & omnino circa aliud quodlibet cuius voluptatem quis affectet, nulla prorsus melioris deteriorisve adhibita ratione. Tu vero vtrum in eandem nobiscum sententiam conuenis, an dissentis? CAL. Minime quidem, immo consentio, vt tibi quandoq; disputatio concludatur, & huic Gorgiæ gratificer. SO. Nunquid hoc circa vnam quidem est animam? Circa vero duas, vel plures non est? CAL. Non ita, sed & circa duas, & circa multas. SO. Nonne & multis in vnum conuenientibus gratificari quis potest absq; vlla eius quod est optimum ratione? CAL. Sic arbitror. SO. Potes ne dicere quæ studia sint quæ hoc efficiant? Immo si vis me quęrente eã quidẽ quæ talis tibi videtur, cõcede esse talem: quæ vero non talis, nega. Principio tibicinariam consideremus, an non tibi hæc o Callicles videtur esse talis, vt aliud nihil curet q̃ aures delectare? CAL. Mihi quidem. SO. Num & aliæ omnes eiusmodi, qualis citharistica qua in certaminibus vtuntur? CAL. Certe. SO. Quid doctrina chori dithyramborumq; poesis, nõne talis tibi quædam esse videtur? An putas Cinesiam Meletis filium curare, vt tale aliquid dicat, vnde audientes meliores reddantur? Vel potius vnde theatrali turbæ placere possit? CALLI. Manifestum quidem hoc est o Socrates de Cinesia. SOCRA. Pater vero eius Meles, an ad id quod optimum

Prouer. necessitate adducor.

Quare medicina sit ars.

Vide quæ sint in ipsa peritia.

futurus sit felix,non aũt cupiditatibus oĩa pmittẽda sunt.Quas explere conari,inexplebile malũ est, latronisq; more vitã agere.Neq; eñ cuiq̃ hoĩm is q eiusmodi est,amicus esse põt,neq; deo.Quippe cũ societas huic cũ aliis nulla esse possit.Cui vero non sit societas,amicitia animi huic nunq̃ erit. Tradũt vero sapiẽtes o Callicles, cęlũ & terrã deosq; & hoĩes societate quadã & amicitia,modestoq; ornatu,& tẽperãtia,& iustitia cõtineri:atq; id vniuersum p̃terea mũdũ,ornatũq; o amice nominãt, nõ immunditiã neq; intemperantiã.Tu vero mihi videris q̃uis sapiens,hæc animaduertisse nunq̃.profecto te latuit geometricã ęqualitatẽ in deis atq; hoĩbus valere q̃plurimũ. At vero tu excessum exercendũ putas:Geometriã nãq; cõtẽnis.Age itaq; vel refellẽdus est sermo ille noster,quasi non iustitię tẽperantiæq; possessione beati fiãt qcũq; beati,prauitatis vero miseri:vel si verus est, considerandum est qd sequat.Nempe priora illa o Callicles sequunt oĩa,in qbus tu a me q̃rebas an serio loquerer,vbi dicebã accusandũ esse & seipsum & filiũ & amicũ,siqd iniuste fuerit pp̃etratũ, atq; ad id vtendũ esse rhetorica.Et quę tu Polũ verecundia adductũ putabas cõcessisse,vera vtiq; erãt,videlicet iniuriã facere quãto turpius est q̃ pati,tãto esse deterius:atq; eũ q rectus futurus sit orator, oportere iustũ esse,& q̃ iusta sunt,scire.Qđ qdẽ rursus Gorgiã ob verecũdiã cõcessisse Polus ait.Cum vero hęc ita se habeant,cõsideremus q̃ sunt illa in qbus me ipse vituperas,nũ recte dicat nec ne,me videlicet nõ posse vel mihi vel amicis atq; domesticis opẽ ferre,neq; ex maximis periculis liberare.at esse me in potestate libidineq; cuiusq;,quẽadmodũ abiectissimi qq; solẽt,siue pulsare velit qs,vt tu iactabundus dicebas,sup genã,siue pecunias rapere,siue vrbe expellere,siue vltimo supplicio afficere.Ita vero affectũ esse turpissimũ oĩm esse dicebas.Mea vero sentẽtia iã sępius dicta, atq; rursus nihilo p̃hibẽte dicẽda, cõtra se habet,videlicet nõ esse turpissimũ o Callicles iniuste genã pcuti,vel corpus marsupiũve cædi,sed pcutere iniuste atq; cædere,mihi meisq; turpius atq; deterius.Itẽ furari,& in seruitutẽ adducere,murosq; suffodere,atq; summatim quãlibet iniuriã facere,esse ei q facit deterius simul & turpius,q̃ accipere.Hęc superius a nobis cõcessa,vt ego assero,cõtinent atq; vinciuntur, etsi dictu rustici⁹ est,ferreis adamãtinisq; rationib⁹,qb⁹ vt ita sentiã adducor.Quas nisi tu,aut aliqs te robustior dissoluat,fieri nõ põt vt aliter dicẽdo,q̃ vt nunc ipse dico,recte dicat.Nã mihi quidem semp idem pmanet sermo,me videlicet hęc nescire quo pacto se habeãt:attñ nullũ eorũ qcũ hactenus loquut⁹ sum, quẽadmodũ modo vobiscũ,potuisse vnq̃ aliter dicẽdo nõ ridiculũ apparere.Quãobrẽ hęc iterũ pono ita se habere.Qꝫ si ita se habeãt,atq; iniuria maximũ q eã facit est malorũ:cũq; hoc sit maximũ,illud insup maius est iudicãdũ,videlicet ipm q fecerit,nunq̃ dare pœnas:qđ tandẽ auxilium erit illud, qđ qsqs sibimet afferre nõ possit,reuera sit cõtẽnẽdus?Nõne hoc qdẽ maximũ a nobis amoueat detrimentũ?Profecto necesse est hoc esse turpissimũ,nõ posse auxiliũ eiusmodi p̃stare sibi ipsi amicisq; ac p pinqs.Secũdũ vero auxiliũ aduersus malũ secũdũ,tertiũ cõtra tertiũ,cæteraq; similiter,put cuiusq; mali magnitudo se habet.ita vt pulchrũ est opẽ afferre posse,& turpe nõ posse. Nunqd aliter q̃ sic se res habet o Callicles?Certe nõ aliter.Cũ igit hęc duo sint,facere iniuriã,ac pati, maius vtiq; malũ esse dicimus inferre,minus aũt pati.Quodnã igit auxiliũ sibi cõparans aliqs,vtrũq; potissimũ cõsequetur,vt neq; inferat iniuriã,neq; accipiat?vtrũ potentiam,an voluntatẽ? Sic aũt dico, vtrum si nolit pati iniuriam non patiet,an si potẽtiã sibi cõparauerit,ita dũtaxat non patiet.Constat certe si potentiam.Quid aũt in inferendo?vtrum siquis iniuriari nolit,satis erit remedii?Neq; enim iniuriam inferet.An ad hoc insup potentia quædam & ars est comparanda,quã nisi quis didicerit atq; exercuerit,iniuriã faciet?Cur non mihi ad id saltẽ respondes o Callicles?vtrum ego atq; Polus tibi videmur recte supioribus coacti rationibus fuisse nec ne?quando confessi sumus,neminẽ volentẽ iniuriam facere,sed inuitos hanc inferre quicũq; inferant.CAL.Esto tibi id ita o Socrates,vt disputationem hanc concludas. SO.Ad hoc itaq; potentia quædam & ars comparanda videt, necui faciamus iniuriam? Omnino quidem.Quęnã igitur ars est ad facultatem comparandam,per quam vel nullã quis, vel minimam iniuriam patiat?Considera vtrũ tibi idem videat quod & mihi. Mihi qdem ita videtur, vel oportere principatum in Repu.obtinere,vel vsurpare tyrannidem, vel cum præsenti gubernatione habere commercium.CAL.Vides o Socrates q̃ paratus sim siquid recte dixeris comprobare. Profecto id mihi recte nimium abs te dictum fuisse videtur.SO.Considera præterea hoc,si recte dicere tibi videor.Amicus mihi videtur quisq; esse cuiq; maxime,quemadmodum antiqui sapiẽtesq; tradũt, vt maxime similis est.nonne & tibi?CAL.Mihi quidem.SO. Nonne vbi tyrannus ferus rudisq; dominatur,siquis ea in vrbe multo melior sit,tyrannus hunc formidabit,atq; huic nunq̃ tota mente amicus esse poterit?CAL.Sic accidit.SO.Neq; si multo sit deterior?contemnet enim eum tyrãnus, neq; vnq̃ tanq̃ erga amicum afficietur.CAL.Vera narras.SO.Solus ergo amicus huic esse poterit apud eum existimatione dignus,qui cum moribus similis sit,eadẽq; laudet atq; vituperet,subesse velit domino & parere.Hic nimirum magnã in ea ciuitate habebit potentiam, hunc iniuria impune nullus afficiet.nonne ita se res habet? CAL. Ita. SO. Siquis ergo in hac vrbe ex ipsa iuuentute cogitet qua

plus vel min⁹ vel cõtrariũ q̃ iusta dictat ratio. Sũt hęc, vel nõ? CAL. Sint. SO. Nõ.n. ꝓdesse arbitror homini cũ afflicto corpore viuere. Sic eñ necesse est viuere male. nõne ita? CAL. Ita. SO. Nõne cupiditates explere, veluti esurientẽ comedere quãtũ vult, vel sitiẽtẽ bibere quatenus placet, sanũ q̃dem hominẽ medici plerũq; pmittũt, ęgrotantẽ vero nunq̃, vt ita dixerim, cupiditates suas implere pmittũt? Cõcedis hoc & ipse? CAL. Concedo. SO. Circa vero animũ o amice an nõ eadẽ ratio? Quatenus eñ prauus sit & demẽs atq; intẽꝑrãs iniustusq; & impius, coercendus nimirũ est a cupiditatib⁹, neq; pmittẽdus alia facere q̃ illa ex q̃bus euadat melior. Cõsentis nec ne? CAL. Consentio. SO. Ita enim ipsi animo expedit. CAL. Prorsus. SO. Nõne coercere est ab his q̃ cupit cõtinere? CAL. Est. SO. Cõtinẽtia igiť melior est aĩo q̃ incõtinẽtia, queẽadmodũ tu modo putabas. CAL. Nescio q̃d dicas o Socrates. ita q; aliũ queuis interroga. SO. Hic vir nõ sustinet vt sibi afferať vtilitas, atq; eã de qua nũc sermo habetur cõtinentiã cõsequať. CAL. Nulla omĩno mihi cura est verborũ tuoꝝ o Socrates, atq; hactenus Gorgię gratia tibi r̃ndi. SO. En q̃d ergo agem⁹? nunq̃d sermonẽ mediũ abrũꝑmus? CAL. Ipse videris. SO. At nefas esse aiunt mãcas dimittere fabulas, immo caput imponẽdũ esse, ne absq; capite oberret. Respõde ergo ad reliqua, vt sermo hic noster caput accipiat. CAL. Q̃ʒ violentus es o Socrates? Profecto si mihi credis, hãc disputationẽ iã dimittes, vel cũ alio disputabis. SO. Quisnã alter vult, ne imꝑfectũ relinquam⁹ sermonẽ? CAL. An nõ ipse potes sermonẽ pcurrere vel enarrãdo vel tibimet respõdẽdo? SO. Ne mihi Epicharmi illud accidat, Quæ prius narrabãt duo, nũc vnus ad illa sufficio. Verũtamẽ videť sic omĩno necessariũ esse. Si tñ id faciem⁹, puto equidẽ oportere nos oẽs certatim ad id cõtẽdere, vt q̃d in his q̃ dicimus verũ, q̃dve falsum sit, cognoscať. Cõmune eñ est hoc oĩbus bonũ, vt hic vnicuiq; cõstet. ꝓsequor igiť ego ipse sermonẽ, quo pacto se habere videť. Q̃ʒ sicui vestrum forte mecũ ipse q̃ vera nõ sunt, videbor cõcedere, vestrũ erit obiicere atq; redarguere. neq; eñ ego tanq̃ sciens dico illa q̃ dico, sed vobiscũ cõmuniter indagãs. Quapropter siq̃d recte dicere videbiť q̃ mihi contradixerit, ego primus assentiar. Hęc tñ ea mẽte dico, si mõ vos sermonẽ pficiẽdũ esse putatis. Sin minus, omittamus iã atq; abeamus. GOR. At vero nõdũ mihi videť o Socrates abeũdũ, immo disputationẽ a te esse pficiẽdã. Puto aũt cęteris idem quoq; videri, & ipse ꝑcupio reliqua ex te ipso audire. SO. Atq o Gorgia libẽter adhuc cũ hoc Callicle disputarẽ, donec Amphionis dictũ ꝓ Zethi dicto sibi redderẽ. Sed q̃ñ tu o Callicles disputationẽ vna mecũ nõ vis pficere, saltẽ ausculta, atq; reꝑhende siq̃d minus recte dicere tibi videor. q; si me cõuiceris, haud infestus tibi ero queẽadmodũ ipe mihi, sed ꝓ maximo beneficio id adscribã. CAL. Dic tu ipse bone vir & pfice. SO. Audi me igiť disputationem ab initio repetẽtẽ. An idẽ est voluptas atq; bonũ? Certe nõ idẽ, vt ego & Gallicles cõfessi sum⁹. An voluptatẽ boni gratia, vel bonũ gratia voluptatis seq debemus? voluptatẽ certe gratia boni. Est aũt voluptas qua pſente gaudemus. Bonũ vero quo pſente boni sumus. Prorsus. Boni vero sumus & nos & quęcũq; alia bona sunt ob virtutẽ quãdã q̃ adsit. Sic eñ o Callicles necessariũ esse mihi videť. at virtus cuiusq;, siue ĩstrumẽti, siue corpis, siue animę, nõ temere vtiq; adest, sed ordine rectitudineq; & arte quę horũ cuiq; tradita sit. Nunq̃d hęc ita se habẽt? Mihi q̃dem sic se habere videnť. Quãobrẽ ordine ordinatũ ornatũq; esse, est cuiusq; virtus. Nẽꝑe sic ego faterer. Itaq; ornatus quidã ꝓprius vnicuiq; insitus quodlibet efficit bonũ. Mihi q̃dem sic apparet. Quapropter anima quæ ꝓprium habet ornatum melior est illa quæ ornatus est expers. Necesse est. Iam vero quę habet ornatũ, ornata est atq; modesta. Quid ni? Talis vero est & tẽꝑans. Necesse est omnino. Quę vero tẽꝑrãs est, & bona. Equidem o amice Callicles quo pacto aliter dicã non inuenio. Tu vero siquid habes aliud doce. CAL. Dic tu o bone vir. SO. Dico igiť, si tẽperatus animus bonus est, seq vt q̃ cõtra atq; tẽperatus affect⁹ est, sit malus. Est vero talis intẽꝑatus animus & incontinẽs. Sic est omnino. Temperatus aũt agit decentia erga deos atq; hoĩes. Nõ eñ temꝑatus esset nisi decorũ seruaret. Necesse est sic esse. Proinde decentia circa hoĩes agens iuste agit: & agens similiter erga deos, agit pie. Eum vero qui iusta piaq; agit, necesse est esse iustum atq; pium. Sic veritas habet. Præterea fortem hunc esse necesse est. Non enim tẽperati viri est vel ꝓsequi vel fugere aliter q̃ decet. immo oportet & res singulas & hoĩes ipsos & voluptates atq; molestias tum fugere, tum ꝓsequi, tum etiam tolerare vbi sit opus. Quãobrem omnino necessarium est o Callicles temperatum virum, cum vt diximus, iustus & fortis sit & pius, esse ꝑfecte bonum. Bonũ vero bene honesteq; agere quicquid agat. Eum aũt qui bene agit, felicẽ esse atq; beatum. Improbum vero ac male agẽtẽ, esse miserum. Talis aũt est qui contra se habet q̃ temꝑatus, videlicet qui intemperatus est, quem ipse laudabas. Ego igiť hęc ita pono, dicoq; esse vera. Si autem vera sunt, quicunq; optat beatus fore, temꝑantiã sequi exercereq; deberet, intemꝑantiam vero fugere quãtũ cuiusq; nostrũ ꝑdes valent, atq; ita sese cõparare vt non indigeat castigatione atq; pœna. si vero indigeat vel ipse vel alius quiuis familiariũ, siue priuatus, siue ciuitas, adhibita pœna coercendus est, si modo futurus sit beatus. Hoc mihi videtur esse signum ad quod ꝓspiciẽtes dirigere vitam debemus, omnia tam publica q̃ priuata ad hoc referentes, vt iustitia & temꝑatãtia illi adsit qui

Prouerbiũ Nefas est mãcas dimittere fabulas.

situs animo resistit mihi: verũ si sępius meliusq̃ hęc eadẽ cõsiderauerim⁹, tibi forte ꝓbabilia videbũtur. Recordare igiẽ duas a nobis narratas esse ꝓparationes tã ad corpus q̃ ad animũ ptinẽtes. Quarũ altera qdẽ tẽdat ad voluptatẽ, altera vero ad id qđ melius est, nõ gratificãs, sed repugnãs. Nõne hæc in superioribus definiuim⁹? CAL. Prorsus. SO. Et quæ declinat ad voluptatẽ, seruilis, neq̃ qcq̃ aliud est q̃ adulatio. nonne ita? CAL. Esto qdẽ si tibi placet. SO. Altera vero studet vt q̃primum sit qđ curamus, siue anima siue corpus. CAL. Oĩno. SO. Igiẽ sic Reip. ciuiũq̃ capessenda nobis est cura, vt ciues ipsos bonos efficiamus. Alioquin queãdmodũ superius meminimus, nihil ꝓdest beneficiũ aliud cõferre, nisi honesta & bona sit mẽs eorũ q accepturi sunt vel pecunias multas, vel imperiũ, vel aliã quãlibet potestatẽ. Ponimus sic esse, nec ne? CAL. Prorsus si tibi placet. SO. Si ergo nos inuicem o Callicles cohortaremur publice ciuilia ptractãtes ad murorũ, vel naualiũ, vel tẽplorũ ingẽtia ędificia, vtrum oporteret cõsiderare nosipsos, atq̃ agnoscere primũ qdẽ an ei⁹ artis sciẽtiã habeam⁹ nec ne, & a quo didicerimus, & oporteret id fieri nec ne? CAL. Prorsus. SO. Secũdũ vero, siqñ priuatim ꝑ nobis vel ꝑ amicis aliqđ cõstruximus ędificiũ, & nunqd eiusmodi machina pulchra sit vel turpis. Qꝫ si inuenerimus magistros nobis bonos ꝓstantesq̃ fuisse, multaq̃ ędificia atq̃ ꝓclara, tũ vna cũ magistris, tũ a nobisipsis ędificata, tũc demũ rõni consentaneũ esset ad publica nos conferre. At vero si neq̃ magistrũ nostrũ possimus ostẽdere, ędificia quoq̃ aut nulla, aut nõ bene constructa, stultũ certe foret, opa aggredi publica, nosq̃ ad ipsa inuicẽ cohortari. Fatemur recte hęc dici, nec ne? CAL. Prorsus. SO. Nõne similiter & in cęteris oĩbus, atq̃ si ciuilia ptractãtes inuicẽ cohortaremur, quasi idonei simus medici cõsiderare inuicem ego te, tuq̃ me hũc in modũ debemus? Age ꝑ deos, ipse vero Socrates, quonã pacto affectũ ad sanitatẽ corpus habet? vel quisnã alius Socratis opa euasit a morbo, siue liber, siue seruus? Ego quoq̃ de te eadẽ ratione cõsiderare deberẽ: atq̃ nisi inueniremus aliquẽ ꝑ nos factũ fuisse sanũ vel pegrinorũ vel ciuiũ, siue virũ, siue mulierẽ, ꝑ Iouẽ o Callicles valde ridiculũ foret in tãtũ amẽtię pcessisse vt priusq̃ priuatim multa tẽtauerimus, multaq̃ pfecerimus, & abunde artẽ exercuerim⁹, figulariã vt dici solet, in ipso vase discere aggrediamur, & ipsi ad Rẽp. accedẽtes, & ad eã alios ꝓuocãtes. Nõne id tẽtare stulti hoĩs esse putares? CAL. Nimirũ. SO. At vero o virorũ optime, cũ tu nuper administrare Rẽp. cœperis, ac me insup exhorteris, ꝙve id nõ faciã rephendas, nõne ita inuicẽ considerare debemus? Agedũ Callicles quẽnã suorũ ciuiũ reddidit meliorẽ? Est ne qsq̃, q cum antea improbus & iniustus & incõtinẽs atq̃ imprudẽs esset, tandẽ vero Calliclis opa honestus bonusq̃ euaserit, siue pegrinus, siue ciuis, siue seruus, seu liber? Dic mihi siqs id abs te exigat, qdnã respondebis o Callicles? quẽ adduces aliqñ factũ tua cõsuetudine meliorẽ? An rñdere te piget si aliqđ eiusmodi est opus tuũ factũ prius abs te priuatim, q̃ ad Rẽp. te cõferres? CAL. Cõtẽtiosus es o Socrates. SO. At non cõtẽtionis causa id rogo, sed reuera cupiditate discẽdi queãdmodũ administrãda nobis publica cẽseas an alia habẽda sit cura Rẽp. adeuntibus q̃ vt optimi ciues efficianẽ. an nõ sępius iã cõfessi sumus id esse ciuili homini faciẽdũ? Nũ cõfessi sumus? Rñde q̃so. ꝓfecto cõfessi sumus, vt ego ꝑ te rñdeã. Si igiẽ ad id in sua ciuitate vir bonus incũbere debet, nũc in memoriã reuocãs mihi dicas velim, nunqd illi quos in superiorib⁹ cõmemorasti, adhuc tibi viri boni fuisse videanẽ, Pericles, Cimon, Miltiades, Themistocles. CAL. Mihi qdẽ. SO. Nõne si viri fuere boni vnusqsq̃ illorũ ciues ex deterioribus reddidit meliores? Nõne ita? CAL. Ita. SO. Si ita est, ergo qñ Pericles primo orare cœpit ad populũ, deteriores erãt Atheniẽses, q̃ cũ postremã ad eos habuit orationẽ. CAL. Forsitan. SO. Nõ licet o vir optime dicere forsitan. Nã ex his q cõcessimus necessario sequiẽ, si modo bonus erat ille ciuis. CAL. Quid tum? SO. Nihil. verum ad hęc id mihi dicas, nunqd dicanẽ Atheniẽses Periclis opa meliores esse facti, aut omino cõtra ab illo corrupti. Sane Periclem audio Atheniẽses fecisse pigros, timidos, loquaces, auaros, primũq̃ mercenaria stipẽdia induxisse. CAL. Ab his q fractas habẽt aures hæc audis o Socrates. SO. At hęc nõ ampli⁹ audio, sed aptissime scio, ego qdẽ atq̃ tu, videlicet Periclẽ ab initio magno in ꝑcio fuisse habitũ, neq̃ turpẽ sentẽtiã aduersus eũ vllã tulisse Atheniẽses dũ praui erant: postq̃ vero honesti & boni ab ipso facti sunt, in extremo ei⁹ vitę furti ipm cõdẽnauisse, parũq̃ abfuisse qn vltimo supplicio quasi malũ virũ afficerẽt. CAL. Quid ergo? malus ne ꝓpterea Pericles vir extitit? SO. Talis qdẽ asinorũ curator & equorũ atq̃ hoĩm malus videẽ, si cũ eos accepit neq̃ calcitrosos, neq̃ cornupetẽtes, neq̃ mordaces, effecerit vt hęc ob feritatẽ habeãt vitia. An nõ tibi videẽ ille cuiuslibet aĩalis malus esse curator, q cũ accepit mãsuetũ, magis ferũ reddiderit q̃ accepit? Videẽ tibi, nec ne? CAL. Cõcedo eqdẽ vt tibi gratũ faciã. SO. In hoc ꝓterea gratificare mihi, rñdẽs vtrũ homo vnũ sit animaliũ nec ne. CAL. Quid rogas? SO. Nõne hoĩm curã Pericles habebat? CAL. Habebat. SO. Quid ergo? an nõ oportebat ipsos queãdmodũ mõ cõsensim⁹, iustiores ex iustiorib⁹ ab illo fuisse factos? siqdẽ ille q curabat eos in reb⁹ ciuilib⁹ pitus erat. CAL. Prorsus. SO. Nõne iusti mãsueti sunt, vt ait Homer⁹? tu vero qd ais? nõne silr? CAL. Aio. SO. Verũtñ feros magis ipsos reddidit q̃ acceperat, idq̃ aduersus seipsum, qđ qdẽ minime voluisset. CAL. Vis ne tibi assentiar? SO. Si videor tibi vera loq. CAL. Sint

Prouerbiũ Figulariã in ipso vase discere aggredimur.

Pericles fecit Athenienses pigros, timidos, loquaces.

Periclẽ furti accusatũ vix euasisse.

potissimũ ratione magnã cõparare potẽtiã valeat, adeo vt nullus iniuriã sibi queat inferre, hæc ipsa vt videt, illi via est, statim ab adolescẽtia seipsum assuefacere, vt iisdẽ gaudeat atq; doleat, qbus & do minus, atq; ita se cõparare vt illi sit q̃maxime similis. nõne ita? CAL. Ita. SO. Hic ergo vt p̃sens sermo significat assequet, vt iniuria inferri sibi nõ possit, magnãq; habeat in ciuitate potẽtiã. CAL. Prorsus. SO. Nunqd etiã assequet vt iniuriã inferat nemini? an potius multũ abest? siqdẽ iniusto principi simi lis erit, magneq; auctoritatis apud eũ. Verũ puto eiusmodi vitę statũ huic ad id accõmodatissimum esse, vt q̃maxime facere iniurias possit, pœnasq; iniuriarũ penitus deuitare. nõne ita? CAL. Apparet. SO. An non hic malo occupabit maximo, cũ flagitiosus sit, animũq; infectũ habeat ob imitationem dñi, similẽq; potẽtiã? CAL. Nescio quõ sermonẽ o Socrates sursum deorsumq; vertas. An nescis eũ q sic imitat, posse eũ q nõ imitat, occidere modo velit, patrimonioq; expoliare? SO. Scio eqdẽ o bone Callicles, nisi surdus sum, cũ nõ solũ abs te, verũetiã a Polo nup, & a cæteris ferme oĩbus in ciuitate idẽ frequẽter audiuerim. at ipse me audi. pfecto interficiet, mõ velit, sed malus honestũ atq; bonum. CAL. At hoc ipm grauiter est ferẽdũ? SO. Nõ certe viro mẽtẽ habẽti, vt & tuus sermo significat. An putas ĩ hoc ipo multũ ab hoĩe laborãdũ, vt q̃diutissime viuat, easq; artes meditet q nos seruare semp a piculis possint, qualis rhetorica est, ad quã tu me capessendã exhortaris, in iudiciis nos sæpe seruã tẽ? CAL. Per Iouẽ tibi recte cõsulo. SO. Quid vero vir optime? nãdi peritia pclara tibi videt? CAL. Nõ p Iouẽ. SO. Attñ seruat hęc hoĩes ab interitu, quotiẽs illuc inciderint vbi eiusmodi sit opus scientia. Qz si hęc tibi videt exigua, ego maiorẽ hac adducã, gubernatoriã. s. q̃ nõ solũ vitã, verũetiã corpora & pecunias ab extremis seruat piculis, nõ secus q̃ rhetorica. atq; hęc tñ humilis est atq; modesta, non iactabũda, neq; ampullosa, quasi mirabile aliqd cõsequuta. Sed cũ eadẽ efficiat q̃ rhetorica, si ab Aegi na hucusq; nos seruet, duos dũtaxat exigit nũmos. Si vero ex Aegypto vel Ponto salua reduxerit q̃ mõ dicebã, nos & filios vxoresq; & diuitias, duas drachmas expostulat: atq; ipse hac arte p̃dit⁹ qve hæc pfecerit, descẽdẽs, in littoreq; secus mare nauẽq; deambulãs nequaq̃ se effert, neq; inflat. Animad uertit eñ, vt arbitror, incertũ esse vtrũ pfuit vel obfuit illis quos seruauit ne fluctibus mergerent, in telligens se nihilo vel corpore vel animo meliores reduxisse illos q̃ acceperit ab initio nauẽ ingrediẽ tes. Cogitat ergo siqs magnis insanabilibusq; morbis corpis p̃ssus in mari nõ pereat, hũc ideo miserũ esse qa nõ periit, nec vllã ab ipso suscepisse vtilitatẽ. Siqs aũt in aĩo, q corpe pciosior est, multos insa nabilesq; habeat morbos, nunqd huic viuẽdũ est? eiq; vtilitatẽ afferret, siue ex mari, siue ex iudicio, si ue aliũde qs ipsum seruet? Sed pfecto nouit flagitioso homini vt viuat non expedire. Necesse est eñ vt male viuat. Quãobrẽ nulla extat lex p quã gubernator q̃uis nos seruet gloriari possit, atq; in ho nore haberi, neq; o vir mirifice ipse machinarũ faber, q nedũ gubernatore, sed etiã exercit⁹ duce, vel quouis alio non minus interdũ seruare potest: qppe cũ ciuitatibus interdũ totis salutẽ p̃stet, adeo ne causidicũ huic possis ęquiparare. Atq si vellet hic o Callicles queẽadmodũ vos facitis rem suã extolle re, nimirũ vos verbis obrueret, exhortãs oẽs vt fabri machinarũ efficiant, quasi nullius momẽti sint cętera. Nõ eñ sibi deesset materia. Verũtñ hũc ipse artẽq; eius nihilominus cõtẽneres, ac velut p con tumeliã machinariũ vocitares, nec eius filio tradere filiã tuã velles, neq; etiã tu filiã eius acciperes. Qzuis ex qbus rationibus facultatẽ tuã laudas, quonã pacto vel machinariũ vel alios quos paulo an te cõmemoraui, iuste poteris aspernari? Dicturũ esse te arbitror, meliorẽ te esse, atq; ex melioribus or tum. Ipsum vero qđ melius dicit, si non est id qđ ego dico, sed hoc ipsum virtus est seruare seipsum qualiscũq; sit atq; sua, certe ridicula tibi vituperatio est aduersus machinariũ vl' medicũ alias ve artes, quotcũq; salutis gratia sunt inuẽtę. Cęterũ o beate vide ne aliud sit generosum atq; bonũ, q̃ seruare atq; seruari. Neq; eñ viuere hic quantũcũq; tẽpus, optãdũ est viro q vere sit vir, neq; vita hæc amã da est, sed hãc deo curã relinquere debet, mulieribusq; fide adhibita, dicentibus neminẽ vitare posse fatũ, id in primis cõsiderare, qua ratione in hoc ipso tẽpore quo vita fungit q̃optime viuat: Nũquid ciuibus qbuscũ viuit, psimilẽ se p̃stãdo, & nunqd oporteat te nũc simillimũ euadere Atheniensium populo si amicus huic sis futurus, magnęq; auctoritatis in populo. Cõsidera igit vtrũ id tibi mihiq; expediat nec ne: neue id nobis o beate vir eueniat, qđ Thessalicis mulieribus deducẽtibus lunã eue nire tradũt, cũ amicissimis optio nobis sit huius potẽtię. Si aũt ipse putas quempiã hoĩm artem quã dam eiusmodi traditurũ p quã in ciuitate hac potẽs efficiaris, q̃uis gubernationi publicæ sis dissimi lis, siue melior, siue deterior: haudquaq̃ recte vt mihi videt o Callicles cogitas. Non enim imitatorẽ, verũ ipsa natura psimilẽ esse iis oportet, si magnum aliqd assequuturus sis ad beneuolentiã Atheniẽ sis populi cõparandã, ac p Iouem insup Pyrilampi. Quisquis te his efficiet similem, is faciet quemad modum cupis, vt ciuilis sis, atq; rhetoricus. Nempe oẽs iis verbis q̃ suis moribus consentanea sunt, delectantur, diuersisq; turbant. Nisi tu forte o lepidum caput aliud afferas. Dicemus ne aliqd ad hęc o Callicles? CAL. Nescio quomodo bene dicere mihi videris o Socrates. Euenit mihi tamen, qđ mul tis accidere aliis cõsueuit: nam haud magnam tibi habeo fidem. SO. Amor populi o Callicles tuo in

Mulierum dictum, neminẽ vitare posse fatum.



nihil a rõne est alienius,ꝙ videlicet viri boni iustiꝗ; facti,& ab iniustitia pceptoris opera remoti,atꝗ; iustitia pditi,iniurias ea ipsa iniustitia quã nõ habẽt pceptoribus inferant. an non videt tibi o amice id absurdũ?Reuera cõcionari me o Callicles coegisti rñdere nolẽs.CAL.Tu vero p teipm dicere non potes nisi qs tibi rñdeat?SO.Videor eqdẽ,& nũc frequẽtes iã extẽdo sermones,dũ ipse mihi non vis rñdere.Sed o bone vir p Iouẽ amicabilẽ mihi dicas,an nõ pter rõnẽ tibi videt vt is q dicat se bonum aliquẽ reddidisse,de eodẽ conquerat quasi q bon⁹ ab ipso fact⁹ est,sit & malus.CAL. Mihi qdẽ videt. SO.Nõne audis illos q docere virtutẽ pfitent,talia conqueri?CAL.Equidẽ,sed quidnã de hoib⁹ nullius pcii potes dicere?SO.Quid vero de illis diceres q Reip.pesse se aiunt, atꝗ; vt illa ꝙoptima sit diligenter excogitare,rursusꝗ; ipsam accusant put accidit,tanꝗ pessimã?putas ne hos ab illis differre? Idẽ pfecto est o vir beate sophista ac rhetor, vel ppinquũ aliqd atꝗ; simile, queadmodũ ad Polũ ego dicebã.Tu aũt pter ignorantiã pclarũ qddã putas esse rhetoricã,sophisticã vero contemnis.Sed reuera pulchrior est sophistica ꝙ rhetorica,quo & pulchrior est conditrix legũ ꝙ iudiciaria,& gymnastica ꝙ medicina.Solis aũt cõcionatoribus & sophistis minime arbitror cõcedẽdũ,vt de eo qđ ipsi docent,quasi sibi sit malũ cõquerant.Alioquin in eadẽ ipsa accusatione seipsos pariter criminent,quasi nihil iis pfecerint qbus vtilitatem attulisse se dicũt.nõne ita se res habet?CAL.Ita prorsus.SO.Et cõtulisse beneficiũ absꝗ; mercede,vt cõsentaneũ est solis istis cõueniebat,si quidẽ vera dicerẽt. Nam alia qdẽ beneficia cũ qs acceperit,veluti p gymnasii magistrũ celer factus,forte vtiꝗ; gratiã non referret,nisi caueret vt mercedẽ solueret ꝙprimũ celer satis euaserit.Nõ em tarditate,vt arbitror,homines sed iniustitia iniuriã faciũt.Nõne?CAL.Ita.SO.Siqs igit hoc ipsum auferat.s.iniustitiã,discrimẽ iam iniuriȩ deuitauerit.Verũ p id solũ in tuto collocari beneficiũ potest, siqs eos qbus confert, bonos reuera possit efficere.Nõne?CAL.Consentio.SO.Propterea vt videt in aliis cõtractib⁹ turpe nõ est sibi cauere,veluti p ædificiis cęterisꝗ; artificiis.CAL.Apparet.SO.Pro hac aũt facultate.s.vt bonus qs fiat,optimeꝗ; familiã suã gubernet atꝗ; Rẽp.turpe existimat nihil prius velle docere ꝙ de pecunia caueat.Nõne?CAL.Certe.SO.Constat em hãc esse causam, qa solũ hoc ex aliis beneficiis eũ q acceperit facit referẽdę gratię cupidũ. Quapropter pclarũ videt esse argumẽtũ si is q officiũ eiusmodi pstiterit,vicissim ipse recipiat,cõtra vero nequaꝗ.Nũ hęc ita se habẽt?CAL.Ita. SO.Ad vtrã igit me cohortaris ciuitatis curã?age mihi definias.ad eã ne p quã Atheniẽsibus repugnẽ,contendamꝗ; vt ꝙoptimi fiãt tanꝗ medicus?an ad eã p quã tanꝗ minister voluptatis illoꝝ gratia studeã? Et mihi vera dic o Callicles.decet em te queadmodũ incepisti audacter psequi, mihi libere exprimendo quæ sentis.Et nũc ergo bene generoseꝗ; respõde.CAL.Ad ministeriũ pfecto te exhortor.SO.Ad adulationem ergo me o vir generosissime puocas.CAL.Si mauis o Socrates Mysiion vocari,vocaberis vtiꝗ; nisi mihi credideris.SO.Ne obiicias mihi nũc qđ iã sępius obiecisti,videlicet,Interficiet te o Socrates quicunꝗ; voluerit:ne ego iterum ita respondeam,at malus bonum.neꝗ; iterum dicas,auferet tibi o Socrates quilibet siquid habes:ne ego quoꝗ; respõdeã,at vero q auferet,nesciet illis tanꝗ sibi vtilibus vti,sed queadmodũ iniuste a me abstulerit,sic ipse vtet iniuste.ꝙ si iniuste,ergo & turpiter.deniꝗ; si turpiter,male.CAL.Videris mihi o Socrates opinari nihil eiusmodi te passurũ,perinde ac si pcul hinc habites,neꝗ; deduci posse in iudicium putas ab ignauissimo quoꝗ; nulliusꝗ; precii homine.SO.Amens certe forẽ o Callicles nisi putarem in hac ciuitate vnũquẽꝗ; quodlibet eiusmodi pati posse.Hoc tamen certo scio,si in iudiciũ venero periclitans ob ea quę tu affers,improbũ fore qui me accusauerit.Nullus enim bonus hominem accusat insontem.Profecto nihil mirum foret si morte damnarer.vis tibi dicam quã ob causam hæc expectẽ? CAL.Volo equidẽ.SO.Arbitror eqdem me vna cũ paucis Atheniensibus ne dicã solũ,ciuilẽ disciplinã reuera tractare,neꝗ; solũ ex oĩbus q nũc sunt ciuilia exercere.vtpote igitur qui non ad gratiam verba facio quæ & frequentissime facio, sed ad id potius quod optimum sit ꝙ quod dulcissimum,neꝗ; ea ad quæ quasi præclara quędam tu nunc monendo exhortaris,recipio me facturũ,nimirum qd potissimum in iudicio dicam non habeo.Et nunc quidem recurrit mihi rursus in mentẽ qđ ad Polum dixerã.Ita enim de me iudicaretur quemadmodum inter pueros de medico quem accusauerit coquus.Cõsidera enim qua se ratiõe defenderet medicus,die sibi apud pueros dicta,siquis eum his verbis accuset. Vir iste o pueri multa vobis intulit mala.Nam & vos & minores etiã vestros secãdo vrẽdoꝗ; cõtorquet, & attenuãs suffocãsꝗ; afflictat. præterea amarissimos pbet potus,& ad famẽ sitimꝗ; vos vrget. Ego vero contra multa & varia suauiaꝗ; vobis paro.Si hæc inquã coquus deferat accusator,quidnam censes hoc circũuentũ malo medicũ respõsurũ?an forte vera fatebitur dicens,hæc equidem o pueri sanitatis vestrę gratia feci?At vero ꝙ vehemẽter putas iudices eiusmodi reclamaturos esse? CAL. Vehementer fortasse putandũ est. SO.Nonne igitur putas in maxima eum ambiguitate inopiaꝗ; suæ defensionis tunc detineri? CAL. Prorsus.SO.Idem mihi scio si in iudicium traherer eueniret.neꝗ; enim voluptates vllas a me ad eorũ libidinem inuentas commemorare possem,quas ipsi beneficii vtilitatisꝗ; loco existimãt:ego vero

Nullus bon⁹ accusat insontem.

ista.SO.Proinde si magis feros,ergo iniustiores atq; deteriores.CAL.Esto.SO. Quãobrẽ nõ bon⁹ ad Rẽp.administrãdã ciuis Pericles erat,vt ratio hęc ostẽdit.CAL.Nõ,vt ipse ais. SO.Per Iouẽ neq; vt tu inquis p ea quę cõfiteris.Rursus aũt mihi de Cimone dicas,nõne relegauerũt eũ illi quos ipse cu rauerat,vt vocẽ eius decẽnio nõ audirẽt?Pręterea aduersus Themistoclẽ idẽ fecerũt, atq; exilio insu per damnauere.Miltiadẽ vero q in Marathone pugnauit,in carceris barathrũ detrudere decreuerũt, ac nisi obstitisset magistratus,pculdubio incidisset.At vero si boni,vt tu ais,hi fuissent viri,talia nũ q̃ ppessi fuissent.Etenĩ aurigę boni,nõ ab initio qdẽ nõ excidunt,postq̃ vero equos curauerint,ipsiq; meliores facti fuerint aurigę,tũc excidũt.pfecto non est ita vt in aurigaria vel in alio quouis ope.an tibi videt?CAL.Minime.SO.Vera igit erãt q̃ a nobis in supiorib⁹ dicebant,nullũ videlicet in hac ci uitate nos virũ scire extitisse,q in Rep.bonus ciuis esset habẽdus. Tu vero cõfessus es nullũ ex his q nũc sunt,esse talẽ:ex his aũt q pcesserũt,extitisse nõnullos,atq; inter eos qdẽ hos viros p̃ cęteris ele gisti.Hi vero nõ aliter se habere hac in re q̃ q nũc sunt,apparuerunt.Quapropter si hi oratores fue rũt neq; vera rhetorica vsi sunt,aliogn nunq̃ cecidissent,neq; adulatoria.CAL.Multũ tñ abest o So crates vt qsq̃ eo℞ q nũc sunt talia gesserit,qualia isto℞ quis gessit.SO.O beate nec ego quãtũ ad ci uitatis administrationẽ ptinet,istos vitupero.immo vero hac in re mihi vident diligẽtiores q̃ hi no stri fuisse,aptioresq; ad illa cõficiẽda, q̃ ciuitas cupiebat. Verũ in eo ꝙ castigare ciuium cupiditates oporteat,neq; illis obsecũdare,sed & psuadẽdo & cogẽdo ad hoc ipsum pducere vñ meliores futuri sint ciues,nihil,vt ita loquar,inter hos atq; illos interest. qđ qdẽ solũ est boni ciuis officiũ. Attñ ti bi cõfiteor illos his aptiores fuisse ad naues,naualia,mœnia,aliaq; eiusmodi multa Reipu.cõparãda. In rẽ ergo ridiculã ego ac tu disputãdo reuoluimur:siqdẽ in om̃i hac disputatiõe in idẽ assidue cir cũferimur,qd dicamus inuicẽ ignorãtes. Ego.n.te sępius cõcessisse arbitror, atq; cognouisse geminã hãc esse facultatẽ circa corpus & circa animã curatricẽ.Et alterã qdẽ ministrã,p quã q̃ corpus cupi at,cõparent:veluti si famescat,cibi:si sitiat,potus:si frigeat,vestes,stramẽta,calcei,cęteraq; q̃ ad vsum corporis exigunt. Et pfecto dedita opa easdẽ p imagines tibi loquor,vt facilius intelligas, horũ esse paratorẽ,vel cauponẽ,vel mercatorẽ aut opificẽ alicui⁹ istorũ,videlicet pistorẽ,aut coquũ,aut texto rẽ,aut calceorũ sutorẽ,infectorẽq; coriorũ.nec mirũ est eũ q talis sit,videri corporis curatorẽ tã sibi q̃ aliis ignorãtib⁹.esse p̃terea artẽ quãdã gymnasticã atq; medicinã, in qbus curatio corporis reuera cõsistit, quã decet hmõi artib⁹ impare,earũq; opib⁹ vti.ppterea ꝙ sciẽtiã habeat boni atq; mali quã tũ ad corporis ptinet alimẽta atq; valetudinẽ.Qđ qdẽ ab his aliis oĩbus ignorat.Quã ob causam di cendũ est,has qdẽ seruiles ministrasq; & illiberales esse circa corpis cultũ,gymnasticã vero & medici nã his merito dñari.Hęc igit eadẽ esse etiã circa animũ videris mihi interdũ cognoscere,mihiq; cõ cedis tanq̃ qd dicã intelligẽs.verum paulo post adducis in mediũ viros pclaros & bonos in hac ciui tate quõdã fuisse,atq; me quęrẽte qnã isti fuerint, videris mihi simillimos pferre hoĩes circa Rẽp. ac si me pcõtãte qnã fuerint aut sint boni circa gymnasticã corporũ curatores,rñderes mihi & valde q dẽ serio,Thearion pistor, & Mithecus q de Siculo℞ arte coqnaria scripsit,& Sarab⁹ caupo, quasi hi mirabiles corporũ cultores extiterint,quorũ hic suaues panes,ille epulas,ille vinũ p̃parabat.Fortas se igit indigne ferres si tibi dicerẽ,nihil o bone vir de gymnastica intelligis. Quippe cũ ministros mi hi in mediũ afferas,cupiditatũq; assertores,qd honestũ bonũve sit ĩ his,nequaq̃ diiudicares, sed vt cũq; cõtingit implẽtes corpa hoĩm eaq; saginãres.Qui & laudant ab ipsis, cũ tñ ob nimiã impletio nẽ carnes illis veteres dissipauerint.posteaq; aduẽtãte morbo,q ita nutriti sunt,eos quidem qui post ea cõsuluerũt ob ignorãtiã accusant:eos vero q ad libidinẽ nutriuere,nequaq̃.Cũ ĩquã repletio talis tanq̃ immoderata tãdẽ infert morbũ,tũc p̃sentes cõsultores criminant & improbãt,atq; iniuria insu p si queãt afficiũt,priores vero illos q causam morbi dedere,laudib⁹ efferũt.Et tu nũc o Callicles si millimũ qddã facis,laudãs hoĩes q hos nutriuere,atq; his reb⁹ quarũ cupido incesserat,impleuerũt, quos aiũt magnã effecisse ciuitatẽ.ꝙ aũt tumẽs & intus malesana iã sit ob antiquos illos,nõ sentiũt. Absq; eñi tẽperãtia & iustitia portib⁹,naualib⁹,mœnib⁹,tributis,vectigalib⁹,& hmõi nugis ciuita tẽ hãc impleuerũt.Qñ igit morbus erũpit,tũc illi q in p̃sentia gubernãt Rẽp.improbant.Themisto cles vero ipe,& Cimo,& Pericles,q malo℞ causa fuere,laudant.Tu vero forsitan nisi caueas capieris & amicus me⁹ Alcibiades,qñ pręter illa quæ acqsita erãt,vetera quoq; erũt amissa,q̃uis malo℞ causa vos nõ sitis,sed vna cũ cęteris causa.Atq ego rẽ stultã & nũc cerno & de antiqs illis audio.Sẽtio eñi qñ ciuitas aliquẽ ex his q in Rep.versant iniustitię dãnare aggredit,grauiter eos ferre atq; se afflicta re quasi iniqua patiant q bñficia in Rẽpublicã multa cõtulerint.Nẽpe aiũt iniuste se ab illa damnari. Qđ oĩno falsum est.Nunq̃ eñi reipublicę gubernator iniuste damnat ab ea cui pręest ciuitate.Videt aũt idẽ euenire his q in Rep.versant,atq; sophistis.Sophistæ eñi q̃uis in cęteris sapientes,in hoc tñ vno absurde se gerunt:ꝙ cũ se docere virtutes affirmẽt,sępe tñ discipulos velut ingratos accusant atq; iniustos,q bona ab eis reportarint,mercedem tñ nullã aut gratiã referãt.Quo quidem sermone

Decretum aduersus Cimonẽ. Themisto cles in exi liũ missus Decretum aduersus Miltiadẽ.

cõtemplatus sic affectũ, statim ignominiose extra custodiã illuc trãsmittit vbi meritas subire pœnas oportet. Conuenit aũt oẽm q ab aliquo recte punit, vel ipsum fieri meliorẽ vtilitatẽq; pcipere, vel cæteris exẽpla dare, vt alii pœnas eius cõspicientes meliores ob timorẽ efficiant. Qui vero apud deos & homines ita dant pœnas vt vtilitatẽ inde aliquã referãt, hi sunt q peccata sanabilia cõmiserũt: qbus dolor cruciatusq; pdest & apud hoĩes & apud inferos. Nõ eñ aliter qs põt ab iniustitia liberari. Qui aũt extrema iniustitia detinent, ac pter eiusmodi delicta sunt insanabiles, ex his exempla sumũtur, ipsiq; nullã amplius vtilitatẽ inde reportãt, vtpote q sanari nõ possint, sed psunt dũtaxat aliis p exẽplũ, q eos intuent pter pctã maximis acerbissimisq; & terribilissimis pœnis oñi tẽpore cruciatos, tã q̃ exẽplũ monimẽtũq; & spectaculũ apud inferos in carcere pbẽtes iniustis oñibus q ad ea loca descẽdũt. Quorũ vnũ dico fore Archelaũ si vera narrat Polus, & aliũ qcunq; tyrãnus talis extiterit. Arbitror aũt in eorũ numero q solũ exẽpla tradũt, plurimos esse tyrãnos, reges, potẽtes, ciuitatũ gubernatores. Quippe cũ hi ob ipsam peccãdi licẽtiã grauissima pphanissimaq; peccata cõmittãt. Attestat autẽ nobis Homerus, q reges & potẽtes inducit apud inferos oñi tẽpore cruciatos, ceu Tãtalum, Sisyphũ, & Tityũ. Thersitẽ vero & siqs alius priuatim fuit malus, nullus vnq̃ velut insanabilẽ magnis fecit pœnis torqri. quippe cũ licẽtiã, vt arbitror, nõ habuerit. quãobrẽ felicior erat illis, qbus licẽtia sceleris pptrãdi dabat. Profecto o Callicles ex his q potẽtiã licẽtiãq; habẽt, sunt q nimium praui fuerũt. Nihil tñ phibet inter hos etiã bonos quosdã esse viros. & certe q talis fuerit, mirifice est colẽdus. Nẽpe arduũ est o Callicles, ingẽtiq; laude dignũ, vt qs in magna peccãdi licentia cõstitutus iustã transigat vitã, paucíq; tales reperiunt. Fuere tñ & hic & alibi, atq; vt arbitror, erũt nonnulli pclari boniq; viri, hac videlicet virtute pditi, p quã ea quorũ sibi concessa est auctoritas, iuste tractarent. Vnus aũt Grecorũ oĩm pbatissimus Aristides Lysimachi filius extitit. Plures aũt o vir optime potẽtũ improbi sunt. Quãobrẽ vt dicebã, qñ Rhadamãthus aliquẽ eiusmodi dephendit, nihil aliud circa ipsum nouit, neq; qsnã sit, neq; ex qbus ortus, sed vtrũ sit malus: cũq; id cõpererit, dimittit in Tartarum, obsignãs vtrum sanabilis vel insanabilis videat. Ille vero illuc trãsmissus meritas subit pœnas. Interdum vero aliũ intuitus animũ vel priuati, vel alicuius alterius q pie atq; integre vixerit, qd qdem philosophis potissimũ cõtingere arbitror, rẽ suã agentibus, neq; multis se negotiis implicantibus, applaudit huic, trãsmittit ad insulas beatorũ. Hęc eadẽ Aeacus efficit. Vterq; vero ipsoꝝ virgã tenet, dũ iudicat. Minos aũt cõsiderãs sedet solus, aureũ habẽs sceptrũ, quẽadmodũ de hoc apud Homerũ inquit Vlysses, videlicet illũ vidisse sceptrũ aureũ tenẽtẽ, iuraq; mortuis dãtẽ. Ego igit o Callicles ab hmõi sermonibus flector, & iã cõsidero qua rõne iudici sanissimũ animũ ostendere possim. Quãobrẽ oẽs populi spernẽs honores, veritatẽq; cõsiderãs, conabor reuera q̃ maxime potero bonus viuere atq; mori. Cohortor aũt & cęteros oẽs quãtũ possum. Te quoq; ad hmõi vitã reuoco atq; certamẽ. Qd equidẽ assero præ aliis certaminibus in hac vita esse homini subeũdũ. Quapropter & te obiurgo q non poteris tibiipsi opẽ ferre qñ de te iudicabit, instabitq; sentẽtia quã mõ dicebã: sed cũ peruenẽris ad iudicẽ Aeginę filiũ, illeq; te apprehensum ducet, oscitabis vacillabisq; illic non minus q̃ ego hic apud iudices vestros. Ibi forsitan pcutiet te aliquis turpiter sup genã, & contumelia iniuriaq; prorsus afficiet. Hęc forsitan anilis qdã fabula tibi videt, & q̃ dicta sunt contẽnis, sed pfecto nihil mirabile foret hęc spernere, siquo pacto pquirẽtes meliora his & veriora inuenire possemus. Nunc vero vides, cum tres viri sitis oĩm q nunc sunt Grecoꝝ sapiẽtissimi, tu. s. & Polus, & Gorgias, nõ posse vos tamẽ ostẽdere alia esse rõne viuendũ, q̃ ea quæ illuc quoq; conducere videatur. Immo vero in tot sermonibus cum cæteri redarguti fuerint, solus hic remanet firmus. s. cauẽdũ esse iniuriam facere magis q̃ pati, idq; viro prę cæteris omnibus meditandũ, non vt bonus qdem videat, sed vt reuera sit bonus publice atq; priuatim. Siquis aũt malus quodã modo fuerit, esse puniendũ. Idq; secundo loco bonum esse, post id qd est esse iustũ, videlicet fieri castigatione bonũ, pœnasq; iniustitię luere: oẽm pterea adulationẽ circa seipsum & alios, siue paucos, siue multos fugiendã esse: Rhetorica deniq; oñiq; alio actionis genere p iustitia dũtaxat vtẽdũ. Quas ob res mihi credẽs, seqre me illuc, quo cũ perueneris, & viuẽs & mortuus beatus eris, quẽadmodũ tuus quoq; sermo significat. Atq; pmitte vt aliquis te contemnat vt stultũ, iniuriisq; si libet afficiat. Et p Iouẽ ne cures, si ignominiose pcutiaris. Nihil eñ graue patieris si reuera honestus bonusq; sis, virtutẽq; exerceas. Postq̃ vero sic vna exercitati fuerimus, tũc si tibi operępciũ esse videbit, ad publica iã nos negotia cõferem⁹, aut ad quodcũq; nobis deliberãtibus tũc videbit, quãdo melius q̃ nũc deliberare poterimus. Turpe eñ est cũ tales simus, quales nũc esse videmur, iactare se verbis quasi aliqd sim⁹, qbus nunq̃ de rebus eisdẽ & quidẽ maximis videnẽ eadẽ, in tãtũ pcessimus ruditatis. Hãc igit rationẽ quę nũc nobis innotuit, tanq̃ ducẽ sequamur, ostendentẽ nobis, hunc optimũ esse viuendi modũ, vt iustitiã cęterasq; virtutes p totã vitã exerceamus. Huic igitur obtemperemus, aliosq; ad hãc adhortemur. Non autem pareamus illi, qua tu cõfisus ad eandem me exhortaris. Nullius enim est Callicles precii.

nequaq̃.Nec ministros quidē earũ ꝓbo,neqꝫ eos ob id q̃bus ꝓbent feliciores existimo.Prætcrea siquis me dicat vel corrũpere iuuentutē in ambiguitatē inopiãqꝫ deducendo, vel improbare seniores mordacibus q̃busdã verbis vel priuate vel publice,non dabit mihi veri dicendi facultas, me videlicet iuste hęc omnia dicere,eorũqꝫ ipsorꝫ dũtaxat vtilitati cõsulere,neqꝫ aliud q̃cq̃ afferre facile potero.Quã obrē forsitan nihil est q̃d aduersus me nõ decerneret.CAL.Videt ergo tibi o Socrates bene se habere,q̃ in ciuitate talis sit,vt sibiipsi nequeat p̃sidio fore?SO.Modo hoc sit in ipso o Callicles,q̃d tu sæpius consensisti,vt sibimet id auxilii p̃stare possit, quo neqꝫ aduersus hoīes,neqꝫ aduersus deos iniuste aliq̃d fecerit aut dixerit.Hoc em̃ auxilii genus p̃stare sibi,sępius iã cõsensimus optimũ esse.Siquis igit me conuincat eiusmodi auxiliũ mihi vel aliis afferre nõ posse,ꝓculdubio erubescerem siue inter multos,siue inter paucos,siue solus a solo fuerim redargutus.Itaqꝫ si ꝓpter hanc impotētiam morerer grauiter ferrē.Sinautē ob adulatorię rhetoricę defectũ vltimo supplicio afficerer,certo scio te inspecturũ me mortē p̃facile p̃ferentē.Nã mori quidē nullus formidat nisi omnino rationis expers atqꝫ ignauus,iniuste aũt se gerere formidat.Multis em̃ peccatis refertã animã ad inferos descēdere, extremũ oīm est malorũ.Proinde si vis id ita se habere,rationē reddere volo.CAL.Immo vero cũ cętera ꝑfeceris,hoc etiã p̃fice.SO.Audi igit vt aiunt pulcherrimũ sermonē,quē te arbitror fabulam putaturum,ego vero nõ fabulã,sed sermonē.Nã tanq̃ vera quę dicturus sum,tibi narrabo.Profecto quemadmodum ait Homerus,Iupiter,Neptunus,& Pluto regnum quod acceperunt a patre,inter se diuiserunt.Extabat aũt lex de hoībus sub Saturno & semꝑ,& nũc etiã extat apud deos,vt quicũqꝫ hoīes iuste pieqꝫ vitã egissent,cũ e vita migrarēt,ad beatorũ insulas ꝓfecti,in omni felicitate viuerēt,a malis longe seiuncti:qui vero iniuste impieqꝫ vixissent,in punitionis iustiqꝫ supplicii carcerē, q̃d appellant Tartarũ,irent.Horũ vero iudices sub Saturno atqꝫ etiã sub ipso Ioue regnare nuꝑ incipiente viuentes erãt atqꝫ viuētiũ,atqꝫ eadē die qua mortē q̃s obiturꝰ fuerat,iudicabant,quapropter iniuste iudicabat.Igit Pluto atqꝫ beatarũ curatores insularũ Iouē adeuntes retulerũt,indignos ad eos vtrinqꝫ homines deuenire.Ad quos sic inq̃t Iupiter:At ego remediũ adhibebo.Nũc em̃ ꝓpterea iudicat inique q̃ vestiti atqꝫ circundati singuli iudicant,q̃m ante obitũ iudicant.Itaqꝫ multi prauas habētes aīas circũdati sunt corporis forma & genere atqꝫ diuitiis.Pręterea q̃n iudiciũ imminet, confluit multitudo testiũ asserentiũ eos iuste vixisse.Quo fit vt iudices ob hæc obstupescant. Accedit q̃ & ipsi vestiti atqꝫ circũdati iudicant,oculos & aures & totũ corpus quasi aīę velamen habentes. Hæc em̃ oĩa illis obstacula sunt,videlicet tã sui quidã q̃ eorũ q̃ iudicant amictus.Principio ꝓuidēdũ est,inquit,ne homines mortē suã p̃sentiant,nunc em̃ ꝓuident:& mandatũ est Prometheo ne eos p̃sentire ꝑmittat.Deinde nudi his omnibus sunt iudicãdi.Sunt em̃ iudicãdi post obitũ. Iudicē quoqꝫ ipsum oportet esse nudũ,mortuũ videlicet,& ipso dũtaxat animo animũ ipsum inspiciētē statim post insperatũ cuiusqꝫ obitũ,animũ inquã a suis oībus desertũ,omnēqꝫ ornatũ exteriorē relinquētē in terra,vt iudicium iuste ꝓcedat.Ego igit vtpote q̃ ante vos hęc ꝓuiderē,constitui iã meos filios iudices,duos q̃dē ex Asia Minoem videlicet,& Rhadamãthũ, vnũ vero ex Europa Aeacum.Hi ergo postq̃ mortui fuerint,iudicabunt in prato quodã,ibiqꝫ in triuio,ex quo geminę portant vię,altera q̃dem ad tartarum,altera vero ad insulas beatorum.Et Asiaticos q̃dem Rhadamanthus,eos vero q̃ ab Europa venient,Aeacus iudicabit.Minoi vero id munus iniungã vt ipse diiudicet siq̃d aliis ambiguũ fuerit,vt iustissime ꝓcedat iudiciũ,recteqꝫ fiat trãsmissio animorũ.Hęc sunt o Callicles quę audiui,veraqꝫ esse credo,atqꝫ ex his sermonibus adductus ita mecũ reputo. Mors q̃dē est vt mihi videt nihil aliud q̃ rerũ duarũ, animę.s.atqꝫ corporis inuicē dissolutio.Cũ vero duo hęc disiũcta sunt inuicem,nõ multũ abest quin vtrũqꝫ ipsorũ habitũ seruet eundē quē viuēte homine possidebat. Principio corpus tã naturã suam q̃ culturã passionesqꝫ p̃fert. Veluti si magnũ erat alicui corpus vel natura, vel alimonia, vel vtrisqꝫ dũ viuebat,mortuo etiã hoīe erit magnũ.Itē si crassum fuerat, erit & crassum,cæteraqꝫ similiter.Pręterea si comãdi studiosus homo fuerat,seruabit comam. Rursus siq̃s erat verbero,multaqꝫ plagarũ vestigia corpori habebat impressa vel a verberibus,vel a vulneribus dũ viueret, huiꝰ quoqꝫ mortui corpus eadē retinere videmus: & siqua in parte fractũ erat aut distortũ,eo quoqꝫ mortuo eadē hæc apparent: atqꝫ vt summatim dicam, qualecunqꝫ viuentis erat corpus,talia ipsius mortui omnia vel plurima ad tēpus apparēt.Idē quoqꝫ mihi videt o Callicles circa aīam.cũcta.n.apparēt in aīa cũ corpus exuerit,tã q̃ ex natura,q̃ q̃ ex affectibꝰ inerãt,q̃ ob rei cuiusqꝫ studiũ hõ cõtraxit in animã.Cum igit ad iudicē ꝑuenerũt, Asiatici q̃dē ad Rhadamãthũ,Rhadamãthus eos sistēs vniuscuiusqꝫ animã intuet,cuius tñ aīa illa fuerit nõ attēdēs.Sed plerũqꝫ magni Persarũ regis aut alterius regis siue potentis obuiũ animũ cõtēplatus nihil in eo inspicit sanũ,sed a piuriis atqꝫ iniustitia quasi q̃busdã verberibus cicatricibusqꝫ infectũ q̃lia cuiusqꝫ actio cõtraxit impssitqꝫ aīm, oĩaqꝫ obtorta mendaciis atqꝫ vanitate nihilqꝫ recti habētē,q̃a sine veritate fuerat educatus, ꝓterea ob peccandi licentiã & petulantiã,mollēqꝫ lasciuiã & in actionibus singulis intēperãtiã,incõpositũ penitus atqꝫ turpē.Animũ igitur

Quo pacto Socrates corrũpebat iuuenes & adolescētes.

Mortē timet nemo nisi rõnis expers.

te Saturnum, Iouem, cæterosq; deos. Amorem in ipsius Chaos sinu locauit, laudauitq; his verbis;

Origo Amoris ex Chaos. Cap. III.

ANtiquissimũ, seipso perfectũ, consultissimũq; Amorem. Hesiodus in Theogonia, & in libro de natura Parmenides Pythagoreus, Acusileusq; poeta, cũ Orpheo, & Mercurio cõsenserũt. Plato in Timæo chaos describit similiter, & in eo locat amorem. Atq; idem in Cõuiuio Phędrus recensuit. Chaos Platonici informem mũdũ vocant: Mundũ vero formatũ Chaos. Tres apud eos mũdi sunt, tria itidem Chaos erũt. Primũ omniũ est deus vniuersorũ auctor, qđ ipsum bonũ dicimus. Hic mentem primo creat angelicam, deinde mũdi huius animã, vt Plato vult, postremo mũdi corpus. Summũ illũ deũ non mundũ dicimus, quia mundus ornamentũ significat ex multis compositũ, ille vero pęnitus simplex esse debet, sed mundorũ omniũ principiũ atq; finem ipsum asserim⁹. Mens angelica primus mundus est a deo factus. Secũdus vniuersi corporis anima. Tertius tota hæc quam cernimus machina. In iis vtiq; mundis tribus, tria & chaos considerant. Principio deus mentis illis creat substantiam, quã etiã essentiã nominamus. Hæc in primo illo creationis suæ momento informis est, & obscura. Quoniam vero a deo nata est, ad deũ sui principiũ ingenito quodam appetitu conuertit. Conuersa in deũ, ipsius radio illustrat. Radii illius fulgore ille suus appetitus accendit. Accensus appetitus deo totus inhæret, inhærendo format. Nam deus qui potest omnia, in mente sibi inhærente creandarũ rerũ naturas effingit. In ea igit spiritali quodam modo pingũtur, vt ita loquar, omnia quæ in corporibus istis sentimus. Illic cælorũ elementorũq; globi, sidera, vaporũ naturæ, lapidum, metallorũ, plantarũ, animaliũ formæ gignunt. Huiusmodi rerũ omniũ species dei fomento quodam in superna illa mente conceptas, Ideas esse non dubitamus, & formam illam ideamq; cælorum, sæpe deum Cælum vocamus. Formam planetæ primi Saturnũ deũ, Secũdi Iouem, atq; in sequentibus planetis eodem pacto. Ignis quoq; huius ideam illam, Vulcanum deũ, Aeris Iouem atq; Iunonem, Aquæ Neptunum, Terræ Plutonem. Quare dii omnes certis inferioris mundi partibus assignati, Ideæ illarum partium sunt in superna illa mente collectæ. Sed eam idearum conceptionem a formante deo perfectam præcessit illa mentis ad deũ appropinquatio. Hanc præcessit appetitus incendium, hoc infusio radii, hanc prima illa appetitus conuersio, hanc informis mentis essentia. Porro essentiam istam nondum formatam chaos esse volumus. Primam ipsius in deum conuersionem, amoris ortum: radii infusionem, amoris pabulum: incendium sequens, amoris dicimus incrementũ: appropinquationem, amoris impetum: formationem, amoris perfectionem. Formarum omnium, idearũq; complexionem, Mundũ latine, græce κόσμον. i. ornamentum vocamus. Huius ornamenti gratia pulchritudo est. Ad quam amor ille statim natus traxit mentem, atq; perduxit mentem ante deformem, ad mẽtẽ eandẽ deinde formosam. Ideo amoris cõditio est, vt ad pulchritudinẽ rapiat, ac deformem formoso coniungat. Quis igitur dubitabit, quin amor statim chaos sequatur, præcedatq; mundum, & deos omnes, qui mundi partibus distributi sunt? cum mentis ille appetitus ante sui formationem sit, & in mente formata dii mundusq; nascantur. Merito igitur antiquissimũ hunc Orpheus nominauit. Præterea seipso perfectum, quasi dicat seipsum perficientem. Quoniam primus ille mentis instinctus suapte natura a deo pęrfectionem suam haurire videtur, atq; eam menti, quæ inde formatur, & diis qui inde gignuntur, præbere. Consultissimum insupęr nominauit, nec iniuria. Nam omnis sapientia cuius proprium est consilium, ideo menti data est, quia amore in deum conuersa, ipsius fulgore refulsit. Eodemq; modo mens ad deum, quo ad lumen solis dirigitur oculus. Hic enim aspicit primo, videt deinde solis lumen, tertio in solis lumine rerũ colores figurasq; comprehendit. Quare oculus obscurus primo, & chaos instar informis, lumen amat dum aspicit, irradiatur aspiciendo, radium accipiendo rerum coloribus figurisq; formatur. Quemadmodum vero in deũ mens illa statim nata & informis amore conuertit, & formatur, sic in mundi anima in mentem deumq; illinc genita se reflectit. Et cum primo informis sit, & chaos, amore in mentem directa, accepęrs ab ea formis fit mundus. Non aliter & mundi huius materia, cum principio sine formarũ ornamento informe chaos iaceret, illico amore sibi ingenito, in animam se direxit, seq; illi obedientem præbuit: atq; hoc amore conciliante, ab anima formarum omnium quæ in mundo videntur nacta ornamentũ, mũdus ex chaos effecta est. Tres igit mũdi, tria & chaos. In omnib⁹ deniq; amor chaos comitat, præcedit mũdũ, torpentia suscitat, obscura illuminat, viuificat mortuos, format informia, perficit imperfecta. Quibus laudibus nullæ ferme maiores, aut dici, aut excogitari possunt.

De vtilitate Amoris. Cap. IIII.

SEd de origine eius, & nobilitate hactenus. De vtilitate iam arbitror differendum. Singula qdem amoris beneficia generi humano collata referre superuacuũ est, præsertim cum summatim comprehendi omnia possint. Omnia enim in eo consistunt, vt vitatis malis bona se

COMMENTARIVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN CONVIVIVM PLATONIS DE AMORE. CAPITVLVM PRIMVM.



LATO PHILOSOPHORVM Pater annos vnum & octoginta ætatis natus, Septimo Nouēbris die, quo ortus fuerat, discūbens in conuiuio, remotis dapibus expirauit. Hoc autem conuiuium, quo & natalitia, & anniuersaria Platonis pariter cōtinētur, prisci omnes Platonici vsq; ad Plotini, & Porphyrii tempora quotānis instaurabant. Post vero Porphyrium mille ac ducentos annos, solennes hæ dapes prætermissę fuerunt. Tandem nostris temporibus vir clarissimus Laurentius Medices Platonicum conuiuium innouaturus, Franciscum Bandinum Architriclinum constituit. Cum igitur septimum Nouembris diem colere Bandinus instituisset, regio apparatu in agro Caregio nouem Platonicos accepit conuiuas: Antonium Allium Episcopum Fesulanum. Ficinum Medicum. Christophorum Landinum poetam. Bernardum Nutium rhetorem. Thomam Bencium. Ioannem Caualcantem familiarem nostrum, quem propter virtutem animi, & egregiam indolem Heroē conuiuæ nuncupauerunt. Marsupinos duos Christophorum Carolumq; Caroli poetæ filios. Me deniq; nonum Bandinus esse voluit, vt Marsilio Ficino superioribus addito Musarum numerus impleret. Remotis dapibus Bernardus Nutius Platonis accepit librum, qui Conuiuium de Amore inscribit, legitq; omnes Symposii huius orationes, quibus lectis reliquos conuiuas orauit, vt singuli singulas orationes exponerent. Assensere omnes, iactisq; sortibus, prima illa Phædri oratio, Ioanni Caualcanti obtigit exponenda. Pausanię oratio, Antonio Theologo. Eryximachi Medici, Ficino Medico. Poetæ Aristophanis, Christophoro Poetæ. Agathonis adolescentis, Carolo Marsupino. Thomæ Bencio data est Socratis disputatio. Alcibiadis vero Christophoro Marsupino. Sortem huiusmodi probauere omnes. Verum episcopus ac medicus, alter ad animorum, alter ad corporum curam abire coacti, partes in dicendo suas Ioanni Caualcanti reliquerunt. Cæteri ad hunc cōuersi sunt, paratiq; ad audiendum conticuere. Tum Heros ille in hunc modum est exorsus.

Mors Platonis.

Qua regula laudandus sit Amor. Quæ sit eius dignitas & magnitudo, Cap. II.



Ratissima mihi optimi conuiuæ sors ista hodie obtigit, qua effectum est, vt personam Phædri Myrrhinusii gererē. Phædri illius inquam, cuius familiaritatem tanti fecit Lysias Thebanus summus orator, vt oratione lucubrationibus multis composita, eum sibi conciliare contenderit: cuius indolem Socrates vsqueadeo admiratus est, vt eius splendore quādoq; iuxta Ilyssum fluuium concitus altiusq; sublatus mysteria diuina cecinerit, qui antea non solum cælestium, sed inferiorum quoq; omnium se inscium prædicauerat. Cuius ingenio adeo delectatus est Plato, vt primitias studiorum suorum Phædro dicauerit. Ad hunc epigrammata, ad hunc elegiæ Platonis, ad hūc primus eius de Pulchritudine liber, qui Phædrus inscribitur. Cum igitur huius Phædri me similem, non ego quidem, non enim tantum mihi arrogo, sed sortis casus primo, & vester deinde applausus iudicauerit, his felicibus auspiciis eius in primis orationem libenter interpretabor. Deinde Antonii & Ficini partes p ingenii viribus exequar. Tria in omni re viri optimi philosophus qsq; Platonis imitator considerat, quæ antecedunt, quæ comitantur, & quæ sequuntur. Hæc si bona sint, rem ipsam laudat. sin mala, vituperat. Ea igitur perfecta laudatio est, quæ præcedentem rei recēset originem, præsentem formam narrat, sequentes ostendit euentus. Ab antecedentibus res quæq; laudatur vt nobilis, a præsentibus vt magna, a sequentibus vt vtilis. Quare ex tribus illis tria hæc in laudibus concluduntur: Nobilitas, magnitudo, atq; vtilitas. Ideo Phædrus noster in primis præsentem Amoris excellentiam contemplatus, Magnum deum vocauit. adiunxit. Diis hominibusq; mirandum. Nec iniuria. Nam ea proprie quæ magna sunt admiramur. Magnus ille quidem, cuius imperio homines, & dii, vt aiunt, omnes subiiciuntur. Nam tam dii apud veteres q̃ homines amant: quod Orpheus Hesiodusq; significant, dicentes mortalium & immortalium mentes amore domari. Admirandus præterea dicitur, quoniam illud quisq; amat, cuius pulchritudinem admiratur. Dii quidem, siue vt nostri dicunt, Angeli, diuinam pulchritudinem: Homines corporum species admirantur, & amant. Atq; hæc quidem laus Amoris est a præsenti excellentia quæ ipsum comitatur deducta. Laudat deinde ab antecedentibus Phædrus, cum deorum omnium esse asserit antiquissimū. In quo nobilitas amoris effulget, cum prisca eius origo narratur. Laudabit & tertio a sequentibus, vbi mirifica eius ab euentu apparebit vtilitas. Sed de prisca & nobili eius origine primum, deinde de futura vtilitate tractabimus. Orpheus in Argonautica, cum de rerum principiis coram Chirone heroibusq; cantarat, Mercurii Trismegisti theologiam sequutus, Chaos ante mūdum posuit, & an

Qualis fuerit Phędrus.

Quæ pba laudatio.

Orpheus de rerum principio

ſtabimur.ea quippe nihil nouit niſi feſtum,lætum,cæleſte,ſupernum.Sed hæc iam de Phædri oratione ſufficiant.ad Pauſaniam veniamus.

SECVNDA ORATIO.

Deus bonitas,pulchritudo,iuſtitia, principium,mediũ,finis. CAP.I.


RINITATEM Pythagorici philoſophi rerũ omniũ mẽſurã eſſe voluerũt, ob eã arbitror rationẽ ꝙ Deus ternario numero res gubernat,atꝗ etiã res ipſę ternario numero terminanť.Hinc Maronis illud,Numero Deus impare gaudet. Nẽpe ſummus ille auctor,Primo ſingula creat:Secũdo rapit: Tertio ꝑficit.Singula quoꝗ in primis ab illo perẽni fonte effluunt,dũ naſcunť.deinde in eũdem refluunt,dũ ſuam illã originem repetũt. poſtremo perficiunť,poſtꝗ̃ in ſuũ principiũ redierunt.Hoc vaticinatus Orpheus,Ionẽ principiũ,mediũ,& finem vniuerſi vocauit.Principiũ vt producit:Mediũ vt producta retrahit ad ſeipſum:Finem prout redeuntia perficit.Hinc regem illũ vniuerſorũ,Bonũ, Pulchrum,Iuſtum,q̃d ſæpe apud Platonem dicitur,poſſumus nuncupare.Bonum inquam vbi creat:vbi allicit,pulchrum:vbi pro cuiuſꝗ merito perficit,iuſtũ.Pulchritudo igitur,cuius allicere proprium eſt,inter bonitatem iuſtitiamꝗ locatur:a bonitate quidem effluit,profluit ad iuſtitiam.

Quo pacto diuina pulchritudo amorem parit. Cap.II.


Iuina vero hęc ſpecies in omĩbus amorẽ hoc eſt ſui deſideriũ ꝑcreauit.Quoniã ſi deus ad ſe rapit mundum,munduſꝗ rapiť,vnus quidem continuus attractus eſt a Deo incipiens, trãſiens in mũdum,in Deum deniꝗ deſinens,qui quaſi circulo quodam in idem vnde manauit iterũ remeat.Circulus itaꝗ vnus & idẽ a Deo in mundũ,a mundo in Deũ,tribus nominibus nuncupať.Prout in Deo incipit & allicit,pulchritudo : prout in mundũ tranſiens ipſum rapit,amor:ꝓut in auctorẽ remeãs ipſi ſuũ opus cõiungit,voluptas.Amor igitur in voluptatem a pulchritudine deſinit.Id ſibi voluit Hierothei & Dionyſii Areopagitæ hymnus ille præclarus , vbi ſic hi theologi cecinerunt.Amor circulus eſt bonus a bono in bonũ ꝑpetuo reuolutus . Neceſſario enim bonus eſt amor cũ a bono natus reuertať in bonum.Idem eñ deus eſt,cuius ſpeciem deſiderant omnia,in cuius poſſeſſione omnia requieſcunt.Inde igitur deſiderium noſtrum accenditur,ibi amantium ardor quieſcit,nec extinguitur,ſed impletur.Nec iniuria ſoli Deũ cõparat Dionyſius:quia quẽadmodum ſol illuminat corpus & calefacit,ita Deus animis veritatis claritatem prębet,& charitatis ardorem. Hanc vtiꝗ comparationem ex Platonis libro de Republica ſexto hoc quo dicam modo colligimus. Sol profecto corpora viſibilia,& oculos videntes procreat,oculis vt videant lucidum infundit ſpiritum,corpora vt videantur coloribus pingit.Neꝗ tamen proprius oculis radius,propriiue corporibus colores ad viſionem ꝑficiendam ſufficiunt,niſi lumen ipſum vnum ſupra multa,a quo multa & propria lumina oculis & corporibus diſtributa ſunt,adueniat,illuſtret,excitet,atꝗ roboret . Eodem modo primus ille actus omnium,qui Deus dicitur,ſpeciem, actumꝗ rebus ſingulis producendo largitus eſt . Qui ſane actus cum in re creata & in ſubiecto patiente ſuſceptus fuerit, debilis eſt, & ad operis executionem impotens.Sed diuini ſolis ꝑpetua & inuiſibilis lux vna ſemper omnibus adſtat,fouet,viuificat,excitat,complet,& roborat.De quo diuine Orpheus,Cuncta fouens atꝗ ipſe ferens ſuper omnia ſeſe.Vt eſt actus omnium roboratꝗ,bonum dicitur.Vt viuificat, lenit, mulcet, & excitat,pulchrũ.Vt in obiectis quę noſcenda ſunt,tres illas cognoſcentes animæ vires , Mentem, Viſum,auditum allicit,pulchritudo.Vt in cognoſcente potentia eam applicat cognito,veritas.Deniꝗ vt bonum,procreat,regit,& complet.Vt pulchrũ,illuminat,gratiamꝗ infundit.


Pulchritudo eſt ſplendor diuinæ bonitatis,& Deus eſt cẽtrũ quatuor circulorum. Cap.III.


Eꝗ ab re theologi veteres,Bonitatẽ in centro,pulchritudinẽ in circulo poſuerũt. Bonitatẽ inquam in centro vno.In circulis aũt quatuor,Pulchritudinẽ . Centrum vnũ omniũ Deus eſt.Circuli quatuor circa id aſſidue reuoluti,Mens,Anima,Natura,Materia . Mens ſtabilis circulus.Anima ꝑ ſe mobilis.Natura mobilis in alio,nõ ab alio.Materia ab alio & in alio mobilis. Cęterũ cur Deum quidem centrum,Quatuor illa cur circulos appellemus exponã. Centrum circuli punctũ eſt,vnum,indiuiſibile,ſtabile.Inde lineę multæ,diuiduæ,mobiles,ad earũ ſimilem circũferentiã deducunť.quæ ſane circunferentia diuiſibilis circa centrũ quaſi cardinem voluiť.atꝗ ea eſt centri natura,vt licet vnum,indiuiduum,immobile ſit,in multis tamen,immo in oĩb⁹ lineis diuiduis & mobilib⁹,vbiꝗ reperiať.Vbiꝗ eñ eſt in linea punctũ.Quoniã vero a diſſimili ſuo attingi nihil poteſt,linęę a circunferentia ad centrũ vſꝗ deductæ , mediũ huiuſmodi punctum ſingulę ſui quodam pũcto vno ſimplici & immobili coguntť attingere.Quis negat Deũ centrũ omnium merito nominari,cum oĩbus inſit vnus penitus,ſimplex,atꝗ immobilis:cũcta vero ab ipſo ꝓducta,multa,cõpoſita,& mobilia ſint,atꝗ vt ab eo manãt,ita in eũ inſtar linearũ & circũferẽtię refluãt? Ita mẽs,anima, natura,materia ꝓcedentes a deo in eundẽ redire nituntť,ſeꝗ vndiꝗ pro viribus in illũ circũferunt. Atꝗ vt centrum punctũ vbiꝗ in lineis & in toto circulo reperiť,perꝗ punctũ ſuum ſingulæ lineæ

quamur. Mala hominis & turpia eadẽ sunt. Bona itidẽ eadem atq; honesta. Profecto nihil aliud leges & doctrinæ omnes contendunt, q̃ ita homines instituere, vt declinent a turpibus, agant honesta. Hoc autẽ ipsum, q̃d innumerabiles pene leges & artes vix tandẽ longo tẽpore assequunt, Amor ipse vnus breui tempore perficit. Nã a turpibus pudor absterret, ad honesta excellendi studium prouocat. Duo hæc nihil aliud facilius, ac citius q̃ amor hominibus exhibet. Cũ amorem dicimus, pulchritudinis desideriũ intelligite. Hęc enĩ apud omes philosophos amoris definitio est. Pulchritudo vero gratia quędã est, quę vt plurimũ in concinnitate plurium maxime nascitur. Ea triplex est. Siquidem ex pluriũ virtutũ concinnitate in animis gratia est. Ex pluriũ colorũ linearumq; concordia in corporibus gratia nascit. Gratia item in sonis maxima ex vocum plurium consonantia. Triplex igit pulchritudo, animorũ, corporũ, atq; vocum. Animorum mente cognoscit: Corporum oculis: Vocum auribus solis percipit. Cum ergo mens, visus, auditus sint quibus solis frui pulchritudine possumus: Amor vero sit fruendæ pulchritudinis desiderium: Amor semper Mente, Oculis, Auribus est contentus. Quid olfactu? Quid gustu? Quid tactu opus est? Odores, Sapores, Calorẽ, Frigus, Mollitiem, & duritiem, horũq; similia sensus isti percipiunt. Istorum nullũ humana pulchritudo est, cũ formæ simplices sint, humani autem corporis pulchritudo membrorũ requirat diuersorũ concordiam. Amor tanq̃ eius finem fruitionẽ respicit pulchritudinis: ista ad mentem, visum, auditum pertinet solũ. Amor ergo in tribus iis terminat. Appetitio vero quæ reliquos sequit sensus, non amor sed libido rabiesq; vocat. Præterea si amor erga hominẽ pulchritudinẽ ipsam desiderat, humani autem corporis pulchritudo in quadam concinnitate cõsistit, concinnitas temperantia est, sola quę tẽperata, modesta, decora sunt, exigit amor. Voluptates itaq; gustus & tactus, quę vsqueadeo vehemẽtes furiosęq; sunt vt mentem e suo statu dimoueant, hominemq; perturbent, Amor non modo non cupit, sed abominat & fugit, vtpote quę propter intemperantiam pulchritudini sunt contrariæ. Rabies venerea ad intemperantiam trahit, ideoq; ad incõcinnitatẽ, quare ad deformitatẽ similiter videtur allicere: Amor autem ad pulchritudinem. Deformitas & pulchritudo cõtraria sunt. Motus igitur huiusmodi qui ad ea rapiunt, inter se vident esse contrarii. Quapropter libido, coitus, & amor, non modo non iidem motus, sed & contrarii esse monstrãtur. Testantur hoc & theologi veteres, q Amoris nomen deo tribuerunt. Quod etiam posteriores theologi summopere confirmarunt. Nullum vero deo congruum nomen cum rebus turpibus est commune. Ideo sanæ mentis quisq; cauere debet, ne amorem, diuinum nomen, ad insanas perturbationes temere transferat. Erubescat Dicæarchus, & siquis alius Platonicam maiestatem ꝙ amori nimiũ indulserit, carpere non veret. Nam decoris, honestis, diuinis affectibus, nec nimium, nec satis vnq̃ possumus indulgere. Hinc efficitur, vt omnis amor honestus sit, & omnis amator iustus. Pulcher enĩ est omnis atq; decorus, & decorũ proprie diligit. Turbulentus autem ardor, quo ad lasciuiam rapimur, cũ ad deformitatem trahat, amori contrarius iudicatur. Vt igitur ad amoris vtilitatem aliquãdo redeamus, pudor qui a turpibus nos absterret, & studium quod ardentes efficit ad honesta, ab amore facile citoq; proficiscũtur. Primo, quoniam amor, qui pulchra petit, decora semper appetit, atq; magnifica: & qui odit deformia, necessario turpia obscœnaq; fugit. Deinde si duo aliqui se mutuo diligunt, alterutrum se obseruant, & placere sibi inuicem cupiũt. Prout alter ab altero obseruat, vtpote qui teste nũq̃ careant, a turpibus abstinent. Prout sibi inuicem placere conantur, magnifica semper ardenti studio aggrediunt, ne contemptui amato sint, sed amoris vicissitudine digni putent. Sed hanc rationem copiosissime explicat Phædrus, vbi exempla ponit amorum tria. Vnum amoris fœminæ ad masculum, vbi de Alceste Admeti vxore loquit, quæ pro marito mori voluit. Alterum amoris masculi ad fœminam, vt Orphei ad Eurydicen. Tertium amoris masculi ad masculum, vt Patrocli ad Achillem, vbi ostendit nihil fortiores homines reddere, q̃ amorem. Allegoriam vero, vel Alcestis, vel Orphei, in præsentia perscrutari non est consilium. Vehementius enim ista vim amoris & imperium exprimunt si tanq̃ historia gesta narrentur, q̃ si per allegoriam dicta putentur. Ergo amorem esse Deum magnum, atq; mirandum, nobilem præterea & maxime vtilem, sine controuersia fateamur, atq; ita amori indulgeamus, vt fine suo, q pulchritudo ipsa est, contenti simus. At nos ea parte fruimur, qua cognoscimus: cognoscimus Mente, visuq;, & auditu. His itaq; fruimur, cæteris sensibus non pulchritudine, quam desiderat amor, sed quouis alio potius quo corpus indiget vtimur. Igit his tribus venabimur pulchritudinem, & per eam quæ in vocibus corporibusq; elucet, tanq̃ per vestigia quædam, animi decorem inuestigabimus. Illam laudabimus quidem, istum probabimus, ac semper id obseruare conabimur, vt tantus amor sit, quanta fuerit pulchritudo. Et vbi corpus quidem pulchrum, animus minime, tanq̃ vmbratilem & fluxam imaginem pulchritudinis vix & leuiter diligamus. Vbi solus animus pulcher, stabilem hũc decorem animi ardenter amemus. Vbi vero vtraq; pulchritudo cõcurrit, vehemẽti⁹ admiremur. atq; ita ex Platonica familia reuera nos esse te-

In q̃bus libido nõ amor.

Vtilitas amoris.



ne crederemus eũ ordinis alicuius potius q̃ cunctorũ gubernatorẽ. Humanus animus affectat qualia illa sint intelligere. Scite post illos tres diuinæ pulchritudinis splendores tribus in circulis emicantes amorem animi ad illos adiecit. Illinc enim animi ardor accenditur. Quippe par est vt diuinus diuina desideret, aspiciens in ea, quæ sibi cognata sunt. Quoniam humana cognitio a sensibus oritur, per ea quæ in corporibus præstantiora videmus, diuina iudicare sæpenumero consueuimus: per corporaliũ rerum vires, dei potentiam: p ordinẽ, sapientiã: p vtilitatem, dei bonitatem inuestigamus. Vocat autẽ formas corporũ animæ cognatas, quasi proxime natas. Sequenti enim gradu post animam formę corporum disponunt. Quorum nihil sufficienter se habet. Formæ huiusmodi neq; sufficienter sunt, neq; sufficienter nobis diuina ostendunt. Veræ nanq; res, ideæ, rationes, & semina sunt: Corporũ vero formæ, vmbræ rerum potius q̃ veræ res esse vident. Quemadmodum vero corporis vmbra exactam atq; distinctam corporis figuram non indicat, ita corpora diuinorũ naturam propriam non demonstrant. Circa ipsum regem & ea quæ dixi, nihil est tale. Quo enim pacto mortalia immortalibus, & falsa veris similia sint? Quod autem post hoc est, animus dicit. id est animus dum diuina per mortalia iudicat, falso de diuinis loquitur, neq; diuina pronunciat, sed mortalia.

Pulchritudo diuina, per omnia splendet, & amatur in omnibus. Cap. V.



AEterũ vt paucis multa cõprehendamus, bonũ quidẽ ipsa supereminens dei existẽtia dicit. Pulchritudo actus quidam siue radius inde p omnia penetrans: Primo in angelicam mentẽ: Secundo in animam totius, & reliquos animos: Tertio in naturam: Quarto in materiam corporum. Mentem idearũ ordine decorat, animam rationũ serie complet, naturã fulcit seminibus, materiã formis exornat. Quemadmodũ vero solis radius vnus corpora quatuor, Ignem, aerem, aquã, terramq; illustrat, sic vnus dei radius mentẽ, animã, naturã, materiãq; illuminat. Atq; in his quatuor elementis quicũq; lumen inspicit, solis ipsius aspicit radium, pq; ipsum ad supnam solis lucem intuendam conuertit. Ita quisquis decorem in quatuor istis, mente, anima, natura, corpore contemplatur, amatq;, dei fulgorẽ in his, perq; fulgorem huiusmodi Deum ipsum intuet & amat.

Passiones amantium. Cap. VI.



Inc efficit vt corporis nullius aspectu vel tactu amatoris impetus extinguat. Non enim corpus hoc aut illud desiderat, sed superni luminis splẽdorem p corpora refulgentem admirat, affectat, & stupet. Quapropter quid cupiant, aut quærant amantes ignorant. Deum nanq; ipsum ignorant, cuius sapor occultus odorem quendam sui dulcissimũ operibus suis inseruit. Quo quidem odore quotidie excitamur. Odorem quidem sentimus: Saporem pculdubio ignoramus. Cũ igit odore manifesto illecti saporem latẽtem desideremus, merito qd cupiamus, patiamurq; nescim⁹. Hinc etiam semp accidit, vt amantes amati aspectũ timeant quodammodo atq; venerent. Quod etiam fortes, dicam equidem & si vereor nequis vestrum hæc audiens erubescat, & sapientes inquam viri, coram inferiore quouis amato pati consueuerunt. Nempe non humanum est quod eos terret, quod frangit, quod occupat. Humana enim vis in fortioribus, sapientioribusq; semp est excellẽtior. Sed diuinitatis fulgor ille in formosis emicans quasi dei simulacrum, amantes obstupescere, cõtremiscere, & venerari compellit. Eadem ratione pter amati psentiam amator diuitias & honores contemnit, & p nihilo habet. Par enim est, vt diuina humanis anteponant. Illud quoq; euenire sæpenumero solet, vt se in amati personam quisq; transferre cupiat. Nec immerito. Deus nanq; p homine fieri cupit, atq; conat. Quis autem p Deo hominem non commutet? Fit etiam vt amore illaqueati vicissim suspirent & gaudeant. Suspirant q seipsos amittunt, q pdunt, q perimunt. Gaudent q in melius quiddam se transferunt. Calent quoq; vicissim & frigent, instar eorum, quos tertiana febris inuadit. Merito frigent, quia calore proprio deseruntur: nec non & calent, cum superni radii fulgoribus accendantur. Frigiditatem timiditas, caliditatem audacia sequitur. Ideo timidi quoq; vicissim & audaces apparent. Hebetissimi præterea quiq; acutiores amando redduntur. Quis enim cælesti radio aspirante, non acutissime videat? Verum de amore ipso, & pulchritudine, eiusq; origine, amantium affectibus, ista sufficiant.

De duobus Amoris generibus, ac de duplici Venere. Cap. VII.



Einceps de duob⁹ Amorũ generibus breuiter disputandũ. Cupidinem Veneris comitẽ esse apud Platonem Pausanias asserit. Totidẽq; esse cupidines quot sint & Veneres, necessariũ arbitratur. Veneres autem duas commemorat, quas itidem gemini Cupidines comitentur. Venerẽ alterã qdem cælestem ponit, alterã vero vulgarem. Cælestem illam Cælo sine matre natam, Vulgarem ex Ioue & Dione genitam. Cælum Platonici summũ deum ideo vocant, quia sicut cælum istud sublime corpus omia corpora regit, & continet, sic summus ille deus oẽs spiritus supereminet. Mentẽ vero plurimis nominibus nũcupant. Saturnũ enim modo, modo Ιouẽ, modo Venerẽ vocant. Est nanq; mens illa, viuit, intelligit. Essentiã suam Saturnũ, Vitam Iouem, Intelligentiam Venerem

mediũ circuli tangunt punctũ,ita deus omniũ centrũ,qui vnitas simplicissima est,actusq; purissim⁹, sese inserit vniuersis,non ob id solum quia cunctis est præsens,verũetiã quia omnibus a se creatis p tẽ aliquã,vel potẽtiã intimã, simplicissimã,pręstantissimã indidit,quę rerũ vnitas nominat̃, a qua & ad quam tanq̃ a centro & ad cẽtrũ suũ rei cuiusq; partes & potentię reliquæ pendent.Ad hoc plane suũ centrum,ad hanc propriam vnitatem se colligãt creata prius oportet,q̃ suo hęreãt creatori, vt per ꝓpriũ centrũ,qđ iã sæpe repetimus,centro omniũ hæreant. In apicem suum caputq; mẽs angeli ante consurgit,q̃ ascendat in deum.Anima quoq;,& reliqua eodẽ pacto.Atq; illorũ inuisibiliũ circu lorũ,Mentis.s.animæ,naturæ,visibilis mũdi circulus est imago.Corpora eñ, animarũ mentiũq; vm bræ & vestigia sunt.Vmbra vero & vestigium,figurã eius cuius vmbra est & vestigiũ refert. Qua propter quatuor illa,non iniuria circuli quatuor appellãtur.Sed mẽs immobilis orbis propterea,ꝙ tam operatio eius q̃ substãtia semper eadem permanet, & similiter operatur, intelligit semp eodem modo,vultq; similiter. Mobilis aũt quandoq; mens ex eo solum dici potest,ꝙ quemadmodũ cætera omnia,a deo procedens in eundem se vertit.Anima mundi,& alia quæuis,circulus mobilis.Hæc eñ sua natura discurrendo cognoscit,& temporũ curriculis operatur.Discursio autem ab alio in aliud, & operatio temporalis,motus proculdubio nominantur.Siqua vero in animæ cognitione stabilitas est,mentis constat potius q̃ animæ beneficio.Natura etiam mobilis est circuitus. Cum animam dici mus,priscorum more theologorum vim in ratione & sensu positã intelligimus:cũ naturã,vim ani mæ in generãdo locatã.Vim illã in nobis hominẽ proprie vocauerũt,istã hominis idolũ & simula crũ.Hæc sane generandi facultas ideo mobilis dicitur,quia temporis spatiis suum opus exequitur. Verum in hoc ab illa animæ proprietate discrepat,ꝙ anima per se,& in se mouetur. Per se inquam quia principiũ motus existit. In se etiã,quia in ipsa animæ substãtia rationis & sensus remanet ope ratio.Ex iis opus nullũ necessario resultat in corpore.Generandi vero vis illa quam vocamus natu ram,per se quidem mouetur,cum animæ per se motæ vis quædam sit. Moueri autem in alio dicit̃, quia in mole corporis omnis eius operatio terminatur.Corpus eñ nutrit,augetq;,& generat.Mate ria vero & corporis moles,orbis est ab alio,& in alio mobilis.Ab alio quidẽ,quoniã ab anima neces sario agitatur.In alio autẽ,quia in loci spatio motus corporis agitat̃.Iam igitur quã ob causam bo nitatem in centro,in circulo pulchritudinem,theologi collocẽt,aperte intelligere possumus.Boni tas siquidem rerum omnium vnus ipse est deus,per quem cuncta sunt bona.Pulchritudo aũt dei ra dius,quatuor illis insitus circulis circa deum quodãmodo reuolutis. huiusmodi radius oẽs rerũ omnium species in quatuor illis effingit.Species illas in mente ideas,in anima rationes,in natura se mina,in materia formas appellare solemus.Idcirco quatuor in circulis,quatuor splendores esse vi dentur.Idearum splendor in primo:Rationum in secundo:in tertio seminum:Formarũ in vltimo.

Deus vnitas simplicissima.

Quomodo Plato de rebus diuinis exponatur. Cap.IIII.

HOc mysteriũ in epistola ad Dionysiũ regẽ Plato significauit,cũ deũ affirmauit pulchrorum omnium causam,quasi totius pulchritudinis principiũ,& originẽ.Circa omniũ inqt regem cuncta sunt,ipsius gratia oĩa,ipse causa est pulchrorũ omniũ:Secũda circa secũdũ:Tertia circa tertiũ.Humanus aũt animus affectat qualia illa sint intelligere,aspiciens in ea quę sibi cognata sunt,quorũ nihil sufficienter se habet.Circa vero ipsum regẽ & ea quæ dixi,nihil est tale:qđ autem post hoc est,animus dicit.Circa regẽ,non intra regẽ,sed extra significat.In Deo enim nulla est cõpo sitio.Quid vero dictio illa circa significat,exponit Plato cũ addit:Eius gratia oĩa,ipe causa est pul chrorum omnium.Quasi dicat,ideo circa regẽ omnia sunt,qa ad illũ tanq̃ ad finẽ pro natura sua o mnia reuoluũtur,queãdmodũ ab illo tanq̃ principio producta sunt oĩa.Pulchrorũ omniũ.i.toti⁹ pulchritudinis,quę supra dictis in circulis emicat.Formæ enim corporum per semina,hæc per ratio nes,hæ per ideas reducuntur in deum,& iisdem a deo gradibus producunt̃. Proprie vero cũ dicit Cuncta,ideas intelligit,nã in his reliqua includuntur.Secunda circa secundũ:Tertia circa tertium. Tres mũdi principes posuit Zoroaster,trium ordinum dominos,Oromasin,Mitrin,Arimanin.Hos Plato,deum,mentem,animã nuncupat.Tres aũt ordines in diuinis posuit speciebus,ideas,rationes, & semina.Prima igitur.i.ideæ,circa primũ.i.circa deũ,quoniã a deo menti tributæ sunt,& in eundẽ mentẽ cui sunt datæ reducunt.Secunda circa secundũ.i.rationes circa mentẽ:quãdoquidẽ per men tem in animã trãseunt,& in mentem animã dirigunt.Tertia circa tertium.i.semina rerum circa ani mã.nã per animam trãseunt in naturã, in illã.s.generãdi potentiã,rursusq; naturã animæ copulãt. Eodem ordine a natura in materiã formæ descendunt.Sed eas Plato in ordine posito non cõnume rat,quia de diuinis a Dionysio interrogatus tres ordines ad incorporales species pertinentes tãq̃ di uinos induxit,Formas autem corporum prætermisit.Noluit autem deum regem primum vocare, sed omnium regem,ne si primum diceret, eum vna cum sequentibus ducibus in aliqua numeri specie,conditionisq; paritate collocare forsitan videretur.Neq; dixit prima circa illum,sed cuncta,

tis discrepat violẽtia. Nēpe imperiū sic, amorq; differūt. Imperator p se alios possidet, amator p alium se cōplectit, & vterq; amātiū lōgior a seipso, fit ppinquior alteri, ac in se mortuus, in alio reuiuiscit. Vna vero dūtaxat in amore mutuo mors est, reuiuiscētia duplex. Morit em̄ q amat, in seipso semel cū se negligit: Reuiuiscit in amato statim cū amatus eū ardēti cogitatione cōplectit. Reuiuiscit iterū, cū in amato se deniq; recognoscit, & amatū se esse nō dubitat. O felicē mortē quā duę vitæ sequūtur. O mirū cōmerciū, quo qs seipm tradit p alio, aliū habet, nec habere se desinit. O inextimabile lucrū, qn̄ duo ita vnū fiūt, vt qsq; duorū p vno solo, duo fiat, & tanq̄ geminatus q vnā habuerat vitā vna interueniēte morte duas iā habeat. Nā q semel mortuus bis reuiuiscit, p vna vita geminam, p se vno, se duos est cōsequutus. Iustissima certe est in mutuo amore vindicta. Homicida morte plectēdus. Quis enim homicidā esse neget q amat, cū animā ab amante seiungat? Quis iterum mori similiter eundē neget, cū similiter amet amantē? Debita nimiū hęc restitutio est, quādo hic illi, & ille huic reddit animā quā accepit. Vterq; amādo suā tradit, & redamādo p suā restituit alienā. Quapropter iure ipso amare debet qsqs amat. Qui vero nō amat amantē, homicidii reus est habendus. Immo vero fur, homicida, sacrilegus. Pecunia a corpore possidet, corpus ab animo. Qui ergo animū arripit, a quo tā corpus q̄ pecunię possident, animū simul corpusq; & pecunias arripit, a quo tā corpus q̄ pecunię possident. Quo fit vt tāq̄ fur, homicida, sacrilegus, triplici morti sit obnoxi9, ac velut infamis penitus atq; pphanus impune a quolibet interfici possit, nisi ipsemet spōte sua legē illā ipleat, amet videlicet amatorē. Vbi cū semel moriente, semel ipse similiter morit: cū bis reuiuiscente, bis itidem reuiuiscit. Superiorib9 rationib9 ostēsum est, amatū vicissim amatorē amare debere. non solū vero debere, sed cogi, sic ostendit. Amorē pcreat similitudo. Similitudo natura quędā est in pluribus eadē. Nam si ego tibi similis sum, tu quoq; mihi es necessario similis. Eadem ergo similitudo quę me vt te amem compellit, te quoq; amare me cogit. Præterea amator se sibi aufert, deditq; amato. Hunc ergo amatus tanq̄ rem suam curat. charissima em̄ sua cuiq; sunt. Accedit q amans amati figurā suo sculpit in animo. Fit itaq; amantis animus speculū, in quo amati relucet imago. Idcirco amatus cum in amante se recognoscat, amare illū cōpellit. Vicissitudinē amoris inter illos pcipuā esse astrologi arbitrant, in quorū genesi luminū. i. solis & lunæ cōmutatio fuerit. Videlicet si me nascente sol in ariete, luna in libra: te nascēte sol in libra, luna in ariete. Aut qbus signū idē simileve, idēq; planeta similisve ascēderit, aut benigni planetę similiter angulū orientis aspexerint, aut Venus in eadem natiuitatis domo, eodēq; gradu fuerit constituta. Addūt Platonici, quorū vitā dæmon idē, aut certe similis ducat. Physici vero moralesq;, Cōplexionis, Nutritionis, Eruditionis, Consuetudinis, Consilii similitudinē similis affectus causam esse volūt. Deniq; vbi causę plures cōcurrūt, ibi vicissitudo vehementior reperitur. Vbi omnes, illic Pythię, Damonis, Pyladis, & Orestis resurgunt affectus.

Quid quærant amantes. Cap. IX.



CAEterū qd isti quęrūt cū se mutuo diligūt? Pulchritudinē quęrunt. Amor em̄ fruendæ pulchritudinis desideriū est. Pulchritudo aūt splēdor qdā est humanū ad se rapiens animū. Nēpe corporis pulchritudo nihil aliud est, q̄ splendor ipse in colorum linearūq; decore. Animi quoq; pulchritudo fulgor in doctrinę & morū cōcinnitate. Lucē illā corporis, nō aures, nō olfactus, non gustus, non tactus, sed oculus percipit. Si oculus solus agnoscit, solus fruitur. Solus igitur oculus corporis pulchritudine fruit. Cū vero amor nihil aliud sit nisi fruēdę pulchritudinis desideriū, hęc aūt solis oculis cōprehendat, solo aspectu amator corporis est cōtētus. Tāgēdi vero cupido, non amoris pars est, nec amantis affectus, sed petulātię species, & seruilis hoīs pturbatio. Lucē pterea illā & pulchritudinē animi sola mēte cōprehēdimus. Quare solo mētis intuitu cōtētus est, q animi pulchritudinē expetit. Pulchritudo deniq; inter amātes p pulchritudine cōmutat. Iunioris amati pulchritudine vir oculis fruit: Viri pulchritudinē iunior mēte cōsequit. & q solo corpore formosus est, hac cōsuetudine fit & aīo speciosus: q solo aīo est decor9, corporis oculos explet corporis pulchritudine. Mirifica plane cōmutatio est, vtriq; honesta, vtilis & iocūda. Honesta, siqdē par in vtroq;. ęq̄ em̄ honestū est & discere, & docere. Iocūditas ī seniore maior, q aspectu & ītelligētia delectat. In iuniore vero maior vtilitas. quo em̄ pstātior est anim9 corpe, eo pciosior ē pulchritudinis animi q̄ corporis cōsecutio. Pausanię hacten9, nūc Eryximachi orationē interptemur. TERTIA ORATIO.

Amor in omnibus, ad omnia, creator omnium, magister omnium. Cap. I.



TRIA NOBIS Deinceps ex nostri Eryximachi mente tractanda videntur. Primum, q amor omnibus insitus per cuncta porrigitur. Alterum, q omnium quæ secundum naturam sunt operum, effector est atq; seruator. Tertium, q artium singularum est magister & dominus. Tres profecto rerum gradus in natura considerantur. Superiora, Inferiora, Aequalia. Quæ supra sunt, inferiorum sunt causæ. Quæ infra, superiorum opera. Quæ æqualia, eadem inter se natura sunt pdita. Causæ vero opera sua

appellare cõsueuerũt. Animã præterea mundi, Saturnũ similiter & Ioue vocamus & Venerem. Prout superna intelligit, Saturnũ. Prout cælestia mouet, Ioue. Vt inferiora generat, Venere. Venus prima, q̃ in mente est. Cęlo nata sine matre dicit. qm̃ mater apud physicos materia est. Mens autẽ illa a materiæ corporalis cõsortio est aliena. Secũda Venus, q̃ in mũdi anima ponit, ex Ioue & Dione genita. Ex Ioue. i. ex ea virtute ipsius animæ, quę cęlestia mouet. Ea siqdem istã creauit potentiã, q̃ inferiora hæc generat. Matrẽ quoq; illi ideo tribuunt, qa materię mundi infusa, cum materia commercium habere putat. Deniq; vt summatim dicã, duplex est Venus. Vna sane est intelligentia illa quam in mente angelica posuimus. Altera vis generandi animę mũdi tributa. Vtraq; sui similem comitẽ habet amorẽ. Illa em̃ amore ingenito ad intelligendã dei pulchritudinẽ rapit. Hęc itẽ amore suo ad eãdem pulchritudinẽ in corporibus procreandã. Illa diuinitatis fulgorẽ in se primũ cõplectit, deinde hunc in Venerem secundã traducit. Hęc fulgoris illius scintillas in materiã mũdi trãsfundit. Scintillarum huiusmodi p̄sentia, singula mũdi corpora, p̄ captu naturę, speciosa vident. Horũ specię corporũ humanus animus p̄ oculos pcipit. Qui rursus vires geminas possidet. Quippe intelligẽdi vim habet, habet & generãdi potẽtiã. Hę geminę vires, duę in nobis sunt Veneres, quas & gemini comitant Amores. Cũ primũ humani corporis species oculis nostris offert, mens nostra q̃ prima in nobis Venus est, eam tanq̃ diuini decoris imaginẽ venerat & diligit, perq; hanc ad illum sæpenumero incitat. Vis autẽ generandi, secunda Venus, formã generare huic similem cõcupiscit. Vtrobiq; igitur amor est. Ibi contemplandæ, hic generandæ pulchritudinis desiderium. Amor vterq; honestus atq; probandus. Vterq; enim diuinam imaginem sequitur. Quid igit in amore Pausanias improbat? Dicam equidem. Siquis generationis auidior contemplationem deserat, aut generationẽ præter modũ cũ fœminis, vel cõtra naturę ordinẽ cum masculis p̄sequat, aut formam corporis pulchritudini animi præferat, is vtiq; dignitate amoris abutit. hũc amoris abusum vituperat Pausanias. Quo q recte vtitur, corporis qdem formã laudat, sed per illam, excellentiorem animi mentisq; & dei speciem cogitat, eãq; vehemẽtius admirat, & amat. Generationis aũt & cõgressus officio eatenus vtit, quatenus naturalis ordo legesq; ciuiles a prudentibus statutæ præscribunt. De his diffusius Pausanias.

Exhortatio ad amorem. De amore simplici, ac de mutuo. Cap. VIII.

VOs aũt o amici hortor & obsecro, vt amorẽ rem p̄fecto diuinã totis viribus cõplectamini, neq; vos illud deterreat qđ de amãte quodã Platonẽ dixisse ferũt. Ille, inqt, amator animus est p̄prio in corpore mortuus, in alieno corpore viuens. Neq; vos etiã turbet qđ deamara miseraq; amãtium sorte cecinit Orpheus. Hęc em̃ quomodo accipienda sunt, & qua via his succurrendum, quæso deinde si placet, diligenter attẽdite. Amorẽ Plato rẽ amarã vocat. nec iniuria, qa moritur qsqs amat. Hũc & Orpheus .i. dulce amarũ noiat. Quippe cũ amor mors volũtaria sit. Vt mors est, amara res est. Vt voluntaria, dulcis. Morit autẽ qsqs amat. Eius em̃ cogitatio, sui oblita semper in amato se versat. Si de se nõ cogitat, in se certe nõ cogitat. Ideo nec in seipso sic affectus animus operat, cũ præcipua operatio animi ipsa cogitatio sit. Qui nõ in se operat, nec in seipso est. Aequa em̃ inter sese hęc duo, esse, & opatio sunt, nec esse sine operatione est, nec operatio esse ipsum excedit, nec operat quisq̃ vbi non est, & vbicunq; est operat. Non ergo in se amãtis est animus, qa in seipso non agit. Si in seipso nõ est, nec viuit etiã in seipso. q nõ viuit, mortuus est. Quare in se mortuus est qcũq; amat. Num viuit saltem in alio? Profecto. Amoris illę duę sunt species. Amor vnus simplex, mutuus alter. Simplex amor, vbi amatus non amat amantem. Ibi omnino mortuus est amator: nã nec viuit in se, vt satis iam demonstrauimus, nec in amato etiam cum ab eo reiiciatur. Vbi ergo viuit? nunquid in aere, vel aqua, vel igne, vel terra, aut aliquo bruti corpore? nequaq̃. Animus enim humanus, non in alio viuit corpore q̃ humano. An forte in alio quodam corpore hominis non amati vitam ducet? Nec istud quidem. Nã si in eo non viuit vbi viuere vehementissime concupiscit, quonam pacto viuet in alio? Nusq̃ ergo viuit, qui amat alium ab alio non amatus. Propterea omnino mortuus est non amatus amator. Nec reuiuiscet vnq̃ nisi indignatio suscitet. Vbi vero amatus in amore respondet, in eo saltem vitam agit amator. Hic certe mira res fit: quotiens duo aliqui mutua se beneuolentia complectuntur, hic in illo, ille in hoc viuit. Vicissim huiusmodi homines se commutant, & seipsum vterq; vtriq; tribuit, vt accipiant alterum. Quomodo seipsos tribuant dum sui obliuiscuntur, video. At quomodo accipiant alterum, non intelligo. nam qui seipsum non habet, multo minus alium possidebit. Immo vero habet seipsum vterq;, & habet alterum. Hic quidem se habet, sed in illo. Ille quoq; se possidet, sed in hoc. Equidem dum te amo me amantem, in te de me cogitante me reperio, & me a meipso negligentia mea perditum in te conseruante recupero. Idem in me tu facis. Mirum rursus & hoc apparet. Nam ego postq̃ meipsum amisi, si per te me redimo, per te me habeo. si per te habeo, te prius ac magis habeo q̃ meipsum, tibi propinquior q̃ mihi sum. Quippe cum mihi non aliter q̃ per te medium inhæresçam. In hoc vtiq; vis cupidinis a Mar-


cura, quod solum, quæ semina, qualemve culturam exigat, quisve colendi modus a singulis arborib⁹ diligatur. Idem in musica obseruatur, cuius artifices, qui numeri, quos numeros aut magis aut minus diligant, inuestigant. Ii inter vnum ac duo, atq; vnũ & septem minimũ amorem inueniunt. Inter vnum vero, tria, quatuor, quinq;, sex, amorem vehementiorem reperiunt. Inter vnũ & octo vehementissimũ. Ii voces acutas, & graues natura diuersas certis interuallis & modulis sibi inuicẽ magis amicas faciunt. Ex quo harmoniæ compositio & suauitas nascitur. Tardiores etiam motus & velociores ita inuicem temperant, vt amici potissimũ fiant, & rhythmũ cõcinnitatẽq; exhibeant. Musicæ autem melodiæ genera duo tradunt. Est enim graue quoddã & constans, est & aliud molle atq; lasciuum. Illud vtentibus vtile, hoc noxiũ in libris de Repu. & Legib⁹ Plato iudicat. Illi in Cõuiuio Vraniã musam, huic Polymniã præfecit. Alii primum illud genus, alii secũdũ amãt. Illorum amori obtemperãdum, adhibendiq; soni sunt, quos expetunt. Horũ appetitui obsistẽdũ. Illorum nãq; amor cælestis est. Horum vero vulgaris. Inest sideribus & elementis quatuor amicitia quædam, quam astronomia considerat. In his duo illi quodãmodo amores reperiunt. Est eñ his moderatus amor quãdo inuicẽ mutuis viribus temperatissime consonant. Est & amor immoderatus, quando vnum aliquid illorum seipsum amat nimiũ, alia quodãmodo derelinquit. Ex illo aeris grata temperies, aquæ tranquillitas, terrarum fertilitas, animalium sanitas, ex hoc contraria proficiscuntur. Vatum postremo Sacerdotũq; facultas in hoc potissimum versari videtur, vt quæ hominum officia deo amica sint, qua ratione homines deo amici fiant, nos doceant, qui amoris, charitatisq; modus ad deũ, ad patriã, ad parentes, ad alios tã ad viuos, q̃ ad defunctos sit adhibendus. Idem in cæteris artibus coniectari licet, atq; summatim concludere amorem in omnibus ad omnia esse omniũ auctorem, seruatoremq; existere, & artiũ vniuersarũ dominũ & magistrũ. Hunc merito diuus Orpheus appellauit Solertem bigeniũ, omnium claues habẽtẽ. Quomodo eñ geminæ naturæ sit a Pausania primum, deinde ab Eryximacho audiuistis. Qua etiã ratione claues mũdi tenere dicat ab Orpheo, ex superiorib⁹ satis cõprehẽdere possum⁹: quippe sicut ostẽdim⁹, desideriũ hoc pfectionis propriæ ppagãdę cũctis ingenitũ, latentẽ & implicatã cuiusq; fœcunditatẽ explicat, dum semina in germẽ pullulare compellit, & vires cuiusq; eius educit sinu, fœtusq; concipit, & quasi clauibus quibusdã cõceptus aperiẽdo pducit in lucẽ. quãobrẽ oẽs mũdi partes, quia vnius artificis opera sunt, eiusdem machinę mẽbra inter se i essendo, & viuẽdo similia, mutua quadã charitate sibi inuicẽ vinciunt, vt merito dici possit amor nodus perpetuus, & copula mũdi, partiumq; eius immobile sustentaculũ, ac firmũ totius machinę fundamentum.

Nullum mundi membrum odit aliud membrum. Cap. IIII.



Vod si ita est, nulla operis huius membra inimica esse inter se vllo pacto possunt. Non eñ ignis aquã, aquę odio fugit, sed suiipsius amore, ne ab aquæ frigore extinguat. Neq; ignem aqua odio ignis extinguit, sed quodam amplificãdi proprii frigoris appetitu trahitur ad aquã sibi similem ex ignis corpore procreandã. Nã cũ oñis appetitio naturalis ad bonum, nullaq; ad malum tendat, aquæ propositũ est, non ignem extinguere, qđ est malum, sed aquã sui similem, qđ bonum est, generare. Qđ si absq; ignis interitu explere posset, ignẽ vtiq; nõ cõsumeret. Eadem de cæteris quę cõtraria & inimica vident, ratio assignat. Porro agnus lupi vitã, figurãq; nõ odit, sed sui pniciẽ q̃ a lupo infert, exhorret. neq; lupus agni odio, sed amore sui eũ lacerat atq; deuorat. Neq; homo hoiem sed vitia hominis horret, neq; potẽtiorib⁹, aut acutiorib⁹ dotes suas illoꝝ odio, sed nostri beneuolẽtia inuidemus, metuentes ne illis penitus succumbamus. Quapropter nihil obstat quin amor in oñibus sit, perq; oĩa penetret. Hunc igit tãtũ deũ, quia vbiq; est, omniũ insidet penetralib⁹, tã q̃ potentem dominum cuius imperium effugere non valemus, tanq̃ sapientissimũ iudicem quẽ cogitationes nostræ latere nõ possunt, proculdubio metuam⁹: hũc quia creator est omniũ, atq; seruator, tanq̃ patrem veneremur, tanq̃ tutorem præsidiumq; colamus: hunc, quia artes singulas edocet, tanq̃ pręceptorem sequamur, quo auctore sumus & viuimus, quo seruatore perpetui permanemus, quo pside & iudice gubernamur, quo pceptore ad bene beateq; viuendum instruimur, & formamur.

Narratur textus Platonis de antiqua hominum natura. ORATIO QVARTA. Cap. I.



Is dictis familiaris noster verbis finem imposuit. Eum Christophorus Landin⁹ vir doctrina excellens, quem potissimum cognouimus nostris temporibus Orphicum Platonicumq; poetam, sequutus est in hunc modum, obscuram & implicatam Aristophanis sententiam explicaturus. Qq̃ Ioãnes Caualcantes sua nos diligentia lõgis disputationũ ambagib⁹ liberauit, Aristophanis tñ sententia verbis obscurissimis inuoluta enodationẽ adhuc aliquã lucẽq; reqrit. Est, ingt Aristophanes, amor p cęteris diis summope gñi hũano bñficus, curator & tutor hoim, atq; medic⁹. Oportet primũ q̃lis hoim quõdã fuerit natura, queve illi⁹ passiões aĩaduertere. Neq; eñ qualis nunc est olim erat, sed longe di

tanq̃ sui partes & imagines diligunt. Opera quinetiã causas tanq̃ sui cõseruatrices expetũt. Quę autẽ in eodem ordine locata sunt, ad sese inuicem quasi vnius & eiusdem similia membra mutua charitate afficiuntur. Ideo deus angelos, & angeli cum deo simul animas, animæ cum illis vna corpora beneuolentia quadam regunt atq; gubernant. In quo superiorum ad inferiora dilectio plane conspicit. Rursus corpora animis suis & iunguntur auidissime, & ab eis molestissime seiunguntur. Animi nostri cælestium beatitudinem cupiunt, cælestes superni numinis maiestatem feliciter venerant, atq; hic inferiorum ad superna est amoris affectus. Item omnes ignis partes libenter inuicem cohęrescũt. Terræ rursus, aquæ, & aeris partes inuicẽ, & in qualibet animaliũ specie, eiusdem speciei animalia sese mutua consuetudine semper adsciscunt. Vbi amor ad æqualia similiaq; conspicitur. Cuinam igitur dubium erit, quin amor oĩbus ad omnia sit ingenitus? Atq; id est qđ Dionysius Areopagita in lib. de diuinis nominibus ex Hierothei mente iis verbis significauit. Amorem siue diuinum, siue angelicũ, siue spiritalẽ, siue animalẽ, siue naturalẽ dixerimus, insitiuam quãdã intelligam⁹ cõmiscẽtẽq; virtutẽ, q̃ superiora quidem ad inferiorũ ꝓuidentiã mouet, ęqualia rursus ad socialẽ sui inuicem cõmunionẽ cõciliat, ac postremo inferiora quęq; admonet, vt ad potiora sublimioraq; conuertantur. Hæc ille.

Amor est auctor omnium & seruator. Caput.II.

SEcundũ vero illud nostrę orationis membrũ, quo amor effector oĩm & seruator est dictus, ita ꝓbat. Cupiditas ꝑfectionis ꝓpriæ ꝓpagãdę amor quidã est. Absoluta ꝑfectio, in summa est dei potẽtia. Eã diuina intelligẽtia cõtẽplat, atq; inde volũtas eadẽ cupit extra se ꝓpagare, ex quo ꝓpagãdi amore creata ab eo sunt oĩa. Idcirco Dionysius noster, Diuinus inquit amor nõ ꝑmisit regẽ oĩm sine germine in seipso manere. Idem ꝓpagationis instinct⁹ oĩbus ab illo primo auctore est indit⁹. Per hũc sancti illi⁹ spũs cęlos mouẽt, & sequẽtibus oĩb⁹ sua munera largiunt. Per hũc sidera lumẽ suũ in elementa diffundũt. Per hũc ignis sui caloris cõmunione aerẽ mouet, aer aquã, aqua terram, ac versa vice terra ad se trahit aquã, hęc aerẽ, ille ignẽ. Hęrbę quoq; & arbores cupidę sui seminis ꝓpagãdi sui similia gignunt. Aĩalia quoq; bruta & hoĩes eiusdem cupiditatis illecebris ad procreãdã sobolẽ rapiuntur. Qꝫ si amor oĩa facit, seruat etiã oĩa. Eiusdẽ eñ semp est effectionis & cõseruationis officiũ. Nẽpe similia similib⁹ cõseruant. Amor aũt simile ad simile trahit. Terrę partes singulę amore mutuo copulante, ad ptes alias terrę sui similes sese cõferũt. Tota etiam terra ad simile sibi mundi cẽtrum illi⁹ auiditate descẽdit. Aquę ptes ad sese inuicẽ similiter & ad locum sibi conueniẽtẽ cũ toto aquę corpore ꝑferunt. Idẽ ptes aeris ignisq; faciũt, ac etiã duo hæc elemẽta ad supnã regionẽ sibi cõgruam & similẽ regionis illius amore trahunt. Cęlum etiã vt Plato in lib. de Regno inqt, innato mouet amore. Aĩa eñ cæli tota simul est in qbuslibet cęli punctis. Cęlũ ergo aĩę fruendę cupidum ideo currit, vt ꝑ oẽs sui ptes vbiq; tota aĩa ꝑfruat. Aduolat aũt rapidissime, vt quoad fieri potest totũ sit simul vbiq;, vbicũq; tota simul est aĩa. Pręterea sphęrę maioris cõcaua supficies minoris sphęrę locus est naturalis. Et quia quęlibet hui⁹ sphęrę pticula ęque cũ qualibet illius pticula cõuenit, quælibet oẽs appetit particulas illius attingere. Si qescat, singulę tangẽt singulas, nõ qlibet cũctas. Currẽdo ferme assequit qđ assequi qescẽdo nõ posset. Currit aũt velocissime, vt qlibet pars eodẽ pene tẽpore pro viribus cunctas attingat. Quinetiam vnitate partium suarum cuncta seruant, dispersione partium pereunt. Vnitatem vero partiũ mutuus earũdẽ efficit amor. Qđ in humorib⁹ nostrorũ corporũ & mundi elementis intueri licet, quorum cõcordia vt ait Empedocles Pythagoreus, & mũdus & corpus nostrum constat, discordia dissipat. Concordiam vero illis pacis atq; amoris ꝑstat vicissitudo. Hinc Orpheus. .i. Solus horum omniũ tu regis habenas.

Qꝫ sit magister artium & gubernator. Cap.III.

REstat post hęc vt quo pacto magister artiũ oĩm & gubernator sit exponam⁹. Magistrum quidẽ artiũ esse intelligemus, si mõ cõsiderabim⁹ neminẽ vnq̃ artẽ aliquã aut iuenire, aut discęre posse, nisi inuestigationis oblectatio, & inueniendi desiderium incitet, & q docet, discipulos diligat, ac discipuli eam doctrinam auidissime sitiant. Gubernator præterea merito nominatur, Artis enim opera diligenter exequitur, atq; exacte consummat, quicũq; & artificia ipsa & personas qbus illa fiunt, maxime diligit. Accedit ꝙ artifices in artibus singulis nihil aliud q̃ amorem inquirũt, & curant. Eas in præsentia nos artes breuiter percurremus, quas Eryximachus apud Platonem commemorat. Quid enim aliud Medicina considerat, q̃ quomodo humores quatuor corporis amici inuicem fiant, atq; permaneant? quos cibos, ac potus, cæterosq; viuendi, aut medendi vsus amet natura, atq; requirat? Duos illos hic quoq; amores, Cælestem & vulgarem, quos Pausanias supra distinxerat, per similitudinem quãdam Eryximachus adinuenit. Temperata enim affectio corporis moderatum, atq; ad res moderatas, conuenientesq; habet amorem. Intemperata contrarium, & ad contraria continet. Illi quidem indulgendum, Huic nunq̃ obtemperandum. In gymnastica etiam exercitatione inuestigandum, qui corporis habitus, quos exercendi modos, quos gestus amet & postulet. In agricula

ſufficiunt ad exiſtendum. Qđ enim in alio iacet, ſeq́ ipſum ſuſtentare non poteſt, ab alio certe dependet. Quo fit, vt qualitates, quia a corpore neceſſario ſuſtinentur, ab aliqua ſuperiori ſubſtãtia, quæ neq́ corpus ſit, neq́ in corpore iaceat, fiant atq́ regantur. Huiuſmodi anima eſt, quæ corporibus præſens & inſidens ipſa ſe ſuſtinet, & qualitatem vimq́ complexionis corporib⁹ tribuit, per quæ tanq̃ inſtrumẽta in corpore, & per corpus varias opationes exercet. Hinc generare, nutrire, augere, currere, ſtare, ſedere, loqui, artis opa fabricare, ſentire, intelligere, homo aſſeritur. Omnia vero hęc anima ipſa facit, ideoq́ anima erit homo. Si generare, augere, nutrire hominem dicimus, anima tanq̃ pater & artifex corporis, ipſum gignit, auget, atq́ nutrit. Si ſtare, ſedere, loqui, anima corporis mẽbra ſuſtinet, flectit, & vibrat. Si fabricare, currere, anima manus porrigit, & pro arbitrio torquet, pedes agitat. Si ſentire, anima per ſenſuum inſtrumenta, quaſi feneſtras, & foramina exteriora corpora percipit. Si intelligere, anima per ſeipſam ſine aliquo corporis inſtrumento veritatem aſſequitur. Omnia igit̃ quęcunq́ homo facere dicitur, animus ipſe facit, corpus patitur. Quapropter hõ ſolus eſt anim⁹, corpus autem hominis opus & inſtrumentum. Eo maxime, q́ animus operationem eius potiſſimam, intelligentiam ſcilicet, ſine vllo corporis inſtrumento exercet, cum res per illam incorporales intelligat, per corpus vero ſola corporalia cognoſcantur. Itaq́ ſi anim⁹ per ſe agit quicq̃, per ſe certe eſt, & viuit. Viuit autem ſine corpore, quod ſine corpore operatur. Si per ſe eſt, eſſe ſibi quiddam proprium cõuenit corpori non commune. propterea poteſt proprium ſibi ſeorſum a corporis mole ſortiri hominis cognomentum. Quod ſane nomen quia de vnoquoq́ noſtrum per omnem vitam dicitur: quiſq́ enim ĩ omni ætate vocatur homo: ideo aliquid ſignificare videtur quod ſtabile permanet. Corpus iugiter fluit, creſcendo, decreſcendo, reſolutione continua, liquefactione, calore viciſſim, & frigore permutatum. Anima ſemper eadem permanet, quod liquido nobis oſtendit veritatis inquiſitio, boniq́ voluntas ſemper eadem, & firma memoriæ conſeruatio. Quis ergo vſqueadeo demens erit, vt hominis appellationem in nobis firmiſſimam corpori fluenti ſemper & vndiq́ permutato potius, q̃ animo ſtabiliſſimo tribuat? Ex his perſpicuum eſſe poteſt, cum homines Ariſtophanes nominauit, more Platonico animas noſtras ſignificaſſe.

Qꝫ anima eſt duobus ornata luminibus, & quare in corpus deſcendit creatio animæ cum duobus luminibus. Cap. IIII.

PORRO anima ſtatim ex deo nata naturali quodam inſtinctu in eum parentem ſuum conuertitur, quemadmodum ignis in terra ſuperiorum vi genitus confeſtim naturæ impetu ad ſuperiora dirigitur, conuerſa in eum eius radiis illuſtratur. Sed primus hic fulgor in animæ ſubſtantia per ſe prius informi recept⁹, fit obſcurior, atq́ ad illius tractus capacitatem proprius ipſi & naturalis euadit, ideoq́ per eum vtpote ſibi æqualem, ſeipſam & quæ infra ſe ſunt. i. corpora oĩa anima videt quidem, Deum vero & alia ſuperiora non videt. Sedenim per primam hanc ſcintillam deo facta propinquior aliud iterum clarius accipit lumen, quo etiam ſuperna cognoſcat. Lumen igitur habet geminum, Naturale alterum, ſiue ingenitum, Diuinum alterum & infuſum, quibus vna cõiunctis ceu duabus alis per ſublimẽ peruolare valeat regionem. Ac ſi diuino illo ſemper vteretur, ſemper diuinis hæreret, Terra rationalibus eſſet animalibus vacua. Cæterum diuina prouidentia decretum eſt vt anima ſuiipſius ſit domina, poſſitq́ tum vtroq́ ſimul lumine vti, tum altero. Hinc fit vt natura duce ad proprium ſui lumen conuerſa prætermiſſo diuino ſeipſam vireſq́ ſuas quæ ad fabricam corporis ſpectant, animaduertat, cupiatq́ vires huiuſmodi in fabricandis corporibus exequi. Hac, vt aiunt, cupiditate grauata, deſcendit in corpus, vbi generandi, mouendi, & ſentiẽdi vires exercet, ſuaq́ præſentia terram infimam mundi ſedem exornat. quæ ideo ratione carere nõ debuit ne qua pars mundi eſſet rationalium viuentium præſentia deſtituta, quemadmodum & illius auctor ad cuius ſimilitudinem mundus factus eſt totus, eſt ratio. Cecidit autem animus noſter in corpus, cum ꝑtermiſſo diuino, ſolo ſuo vſus eſt lumine, ac ſeipſo cœpit eſſe contẽtus. Solus deus cui deeſt nihil, ſupra quem nihil, ſeipſo contentus permanet, ſibi ſufficiens. quapropter deo ſe parẽ fecit tunc animus, cum ſe ſolo voluit eſſe contentus, quaſi non minus q̃ deus ſibi ipſe ſufficeret.

Quot viis anima ad deum redit. Cap. V.

HAnc plane ſuperbiam cauſam fuiſſe Ariſtophanes ait, vt animus qui natus eſt integer, ſecaretur, id eſt ex geminis luminibus altero poſthac vteretur, alterum vero negligeret. Hic in corporis barathrum ceu lethęum flumen immerſus, ſuiq́met ad tempus oblitus, ſenſib⁹ & libidine, quaſi ſatellitibus & tyranno raptatur. Verum adulto corpore, purgatis ſenſuum inſtrumentis, conferente doctrina, paululum reſipiſcit, vbi naturalis emicat fulgor, naturaliumq́ rerũ ordinem indagat, qua inueſtigatione architectum ingentis huius machinæ aliquem eſſe perſentit, eum & videre cupit, & poſſidere, ille ſolo diuino ſplendore conſpicitur. Ideo mens propriæ lucis indagine ad diuinam lucem recuperandam vehementiſſime inſtigatur. Inſtigatio vero, appetitioq́

uersa. Principio tria hoim erãt gña, nõ solũ quæ nunc duo, mas & fœmina, verũ etiã tertiũ quoddã aderat ex vtrisq; compositũ. Præterea integra erat cuiusq; hoĩs species, atq; rotunda, dorsum & latera circulo habẽs, manus quatuor, & paria manibus crura. Vultus itẽ duos tereti ceruice cõnexos & omino cõsimiles. Masculinũ gen⁹ sole genitũ erat, Fœmininũ terra, Luna ꝑmiscuũ. Vnde elato erant animo robustoq; corpore, quare cum diis pugnare tentabant, & in cælũ ascendere. Ideo Iupiter singulos in longũ secuit, duosq; fecit ex vno, instar eoꝝ q̃ oua in longũ capillo secant: atq; iterum si fastu ĩ deos insanire videant̃ minatus est eos rursus se similiter partiturũ. Postq̃ natura hominũ ita diuisa fuit, quisq; sui dimidiũ cupiebat. Igitur concurrebãt, iactisq; circũ brachiis sese inuicẽ complectebantur, redigi in priorem habitũ affectãtes. propterea fame & torpore defecissent, nisi Deus congressui modũ imposuisset. Hinc vtiq; mutuus hominib⁹ innat⁹ est amor priscæ naturæ cõciliator, annitens vnũ ex duob⁹ efficere, hominũq; naturę mederi. Est em̃ quisq; nostrũ dimidiũ hominis, vtpote sect⁹, quẽadmodũ pisciculi qui Psettę & Auratæ vocant̃, scissi ex vno duo efficiunt̃. q̃rit aũt sui q̃sq; dimidiũ. Quotiens itaq; dimidiũ suum alicui, cuiuscũq; sexus auidus sit, occurrit, vehementissime concitatur, ardenti inhęret amore, neq; momentũ quidem ab illo patiat̃ seiungi. Totius itaq; reficiendi cupido, nixus amoris nomen accepit. Qui nos pręsenti in tempore summopere iuuat dũ in sui dimidiũ olim amicissimum quẽq; cõducit, & in posterum spem summam iniicit nobis Deum pie colentib⁹ in veterem figuram restituendo medendoq; se nos beatissimos effecturum.

Exponitur opinio Platonis de antiqua hominum figura. Cap.II.

HAec Aristophanes & alia narrat permulta, monstris portentisq; similia, sub quibus quasi velaminibus quibusdam diuina mysteria latere putandũ. Mos enim erat veterum theologorũ sacra ipsorum puraq; arcana ne a prophanis & impuris polluerentur figurarũ vmbraculis tegere. Nos aũt quæ in figuris superiorum, & aliis describuntur, singula exacte ad sensum pertinere non arbitramur. Nam Aurelius Augustinus, non omnia, inquit, quæ in figuris finguntur significare aliquid putanda sunt. Multa em̃ propter illa quæ significant ordinis & cõnexionis gratia sunt adiuncta. Solo vomere terra proscinditur. Sed vt hoc fieri possit, cætera quoq; huic aratri membra iũguntur. Quæ igitur nobis exponenda proponitur hæc summa. Homines quondam tres sexus habebant, Masculinum, Fœmininum, Promiscuum, Solis, Terræ, Lunæq; filios. Erant & integri. Sed propter superbiam cum deo æquare se vellent scissi in duo sunt, iterum si superbiant, bifariam discindendi. Sectione facta, dimidium amore ad dimidium trahitur, vt integritatis restitutio fiat, qua completa beatum genus hominũ est futurũ. Sũma vero nostræ interpretationis erit huiusmodi. Homines. i. hominum animæ quondam. i. quando a deo creantur, integræ sunt, duobus sunt exornatæ luminibus, ingenito & infuso, vt ingenito ęqualia & inferiora, infuso superiora conspicerent. Deo æquare se voluerũt, ad vnicũ lumen ingenitum se reflexerunt. Hic diuisæ sunt. Splendorem infusum amiserũt, quando ad solum ingenitum sunt conuersæ, statimq; in corpora cecidere. Superbiores factæ iterũ diuidentur, id est si naturali nimium confidant ingenio lumen illud ingenitum & naturale quod restitit, quodammodo extinguetur. Tres sexus habebant, Mares sole, Fœminæ terra, Promiscuæ Luna genitæ. Dei fulgorem aliæ secundum fortitudinem, quæ mascula est, aliæ secundum temperantiam, quæ fœmina, aliæ secundum iustitiam quæ promiscua, susceperunt. Hæ tres in nobis virtutes aliarum triũ quas deus habet, sunt filię. Sed in deo tres illæ, Sol, Luna, Terra: in nobis Mas, Fœmina, Promiscuum nuncupantur. Sectione facta dimidium amore ad dimidium trahitur. Animæ iam diuisæ & immersæ corporibus, cum primum ad annos adolescentiæ venerint naturali & ingenito lumine quod seruarunt, ceu sui quodam dimidio excitantur ad infusum illud diuinumq; lumen, olim ipsarum dimidium, quod cadentes amisere, studio veritatis recipiendum. Quo recepto iam integræ erunt, & dei visione beatæ. Hoc igitur erit interpretationis nostræ compendium.

Homo est ipsa anima, & anima est immortalis. Cap.III.

COrpus cum ex materia constet, & quantitate, & ad materiam suscipere, ad quantitatẽ diuidi solum extendiq; pertineat, atq; ipsa susceptio & diuisio passiones sint, consequens est vt suapte natura passioni tm̃ sit & corruptioni subiectum. Siqua vero actio corpori competere videatur, non inquantum corpus est agit, sed inquantum illi vis quædam quodammodo incorporea & qualitas inest, vt in ignis mole caliditas, in aquæ materia frigus, in corpore nostro complexio. Ex quibus certe qualitatibus operationes corporum proficiscuntur. Non enim quia longus, aut latus, aut profundus est ignis, sed quia calidus, calefacit. Neq; qui extensior ignis, calefacit magis, immo propter dispersionem minus, sed qui calidior. Cum igitur virium, & qualitatum beneficio operationes proueniant, ac vires ipsæ & qualitates ex materia & quantitate non constent, licet in materia quantitateq; sint, sequitur vt pati ad corpus, agere ad aliquid incorporale pertineat. Vires vtiq; hæ instrumenta quidem sunt operandi. Ipsæ vero per se nequaq̃ sufficiunt ad operandum, quia non

gnoscunt,nondum illi placent nisi cognitum diligant:qui cognoscunt & diligunt, non quia cognoscunt,sed quia diligũt,amantur a deo.Nos eñ nõ eos q nouerint,sed q nos amauerint, charitate cõplectimur.Multos nãq; qui nos cognoscũt,hostes habemus.Qđ ergo nos cælo restituit,non dei cognitio est,sed amor.Discũbentiũ ꝑterea ordo in mensa cælesti diuersos sequitur gradus amantiũ.Nã qui deũ excellẽtius dilexerũt,dapib⁹ excellentiorib⁹ ibi vescunť.Nẽpe q per opa fortitudinis dei fortitudinem coluerunt,ea ipsa fruunť.Qui iustitiam vero,iustitia:temperantia similiter,qui temperãtiã. atq; ita variis diuinæ mentis ideis & rationibus varii animi ꝑ vario amoris raptu fruunť. Toto autem deo fruuntur oẽs,qa totus in singulis est ideis.Sed deũ totũ ꝑstanti⁹ possidet,q eũ in ꝑstantiori idea conspiciunt.Quisq; vero ea dei virtute potiť,quã dilexit.Ideo liuor,vt Plato inquit in Phędro, abest a diuino choro.Cum enim omniũ iucũdissimũ sit,re amata potiri,qlibet in eo potiũdo qđ amat contentus plenusq; viuit.Quippe si amatores duo delitiarũ suarũ cõpotes fiant , vterq; in amata sui possessione quiescit,neq; curã quidẽ vllã habebit,ni alter pulchriori potiať amato.Quapropter amoris beneficio factum est,vt in diuersis felicitatis gradibus portione sua quilibet sine vlla inuidia sit cõtentus.Fit etiã vt sine vlla satietate animi iisdẽ vescanť dapib⁹ in æternũ. Vt eñ oblectentur conuiuæ,non epulæ,non vina sufficiũt,nisi fames,sitisq; ad vescendum alliciant:ac tandiu oblectatio,q̃diu & auiditas permanet.Auiditatem vero quis amorẽ quendã esse negauerit? Aeternus igiť amor quo semper in deũ afficiť anim⁹,efficit vt deo semp tanq̃ nouo spectaculo gaudeat.Amorẽ hunc eadẽ dei bonitas semper accẽdit in aĩo,q̃ & beatũ facit amantẽ. Tria igiť,vt breui cõplectar,amoris beneficia collaudabimus:ꝙ nos olim diuisos in integrũ restituendo,reducit in cęlum:ꝙ suis quẽq; collocat sedibus,facitq; oẽs in illa distributione quietos:ꝙ omĩ expulso fastidio suo quodã ardore oblectamentum quasi nouum iugiter accendit in animo,redditq; illum blanda & dulci fruitione beatum.

ORATIO QVINTA. Amor est beatissimus quia pulcher est & bonus. Caput.I.

CArolus Marsupinus,Musarum dulcis alumnus,Landinum Poetam secut⁹,Agathonis orationem sic aggreditur. Amorẽ deum noster Agatho beatissimũ,quia pulcherrimus sit & optimus,arbitratur.Quę ad hoc vt sit pulcherrimus,quæ item vt optimus,exiguntur,diligenter enumerat,in quibus enumerandis amorem ipsum effingit.Postremo postq̃ qualis est enarrauit,beneficia ab eo generi humano tributa connumerat.atq; hæc disputationis illius est summa. Nostra interest in primis inquirere,quam ob causam vt beatum ostenderet,pulchrum valde esse dixit & bonum,quodve sit inter bonitatem,pulchritudinemq; discrimen.Beatum in Philebo Plato vult esse,cui nihil deest, idq; esse illud quod sit ab omni parte perfectum.Est autem perfectio interior quædam, est & exterior.Interiorem,bonitatem:exteriorem,pulchritudinem dicimus.Propterea qđ bonum penitus est & pulchrum,id tanq̃ ab omni parte perfectum,beatissimum nuncupamus.Hanc vtiq; differentiam omnibus in rebus animaduertimus.Nempe in lapillis vt physici volunt,temperatissima quatuor elemẽtorum permixtio quædam interior,nitorem parit exteriorẽ.Hærbas præterea & arbores innata radicibus medullisq; fœcunditas,florum & foliorum gratissima vestit varietate.In animalibus autem salubris humorum complexio iucundam lineamentorum & colorum speciem procreat. Virtus etiã animi decorem quendam præ se ferre videtur in verbis,gestibus,operibus honestissimum. Cælos quoq; sublimis eorum substantia clarissimo lumine circunfundit.In his omnibus interna perfectio producit externam.Illam bonitatem,hanc pulchritudinem possumus appellare.Quocirca bonitatis florem quendam esse pulchritudinem volumus,cuius floris illecebris,quasi esca quadam,latens interius bonitas allicit intuentes.Quoniam vero nostræ mentis cognitio a sensibus ducit originem, bonitatem ipsam rerum penetralibus insitam,nec intelligeremus vnq̃,neq; appeteremus,nisi ad eam speciei exterioris indiciis manifestis proueheremur.Qua in re mirabilis admodũ formæ huius,comitisq; ipsius apparet vtilitas.Per hæc satis ostensum arbitror tantũ inter bonitatem & speciem,quantum inter semen & flosculum interesse:atq; vt flores arborum seminibus orti semina ipsi quoq; producũt,ita speciem hanc bonitatis florem vt ex bono pullular,sic & ad bonum amantes perducere.qđ quidem noster hic heros abunde in superioribus demonstrauit.

Quomodo pingiť amor,& quibus aĩæ partib⁹ pulchritudo cognosciť,& gñať amor. Cap.II.

POst hæc diffusius enumerat Agatho quot ad eius dei formosam speciem requiruntur. Iuuenis inquit est,tener,agilis,concinnus,& nitidus.Nobis autem primo quærendum quid hæc ad pulchritudinem conferant. Deinde cum Deo huic attribuuntur, quo pacto intelligi debeant. Rationem homines habent & sensum. Ratio per seipsam rationes rerum omnium incorporeas comprehendit. Sensus per quinq; sui corporis instrumenta corporum imagines & qualitates attingit, Colores per oculos, per aures voces,Odores per nares,per linguam sapores, per neruos qualitates simplices elementorum, calorem videlicet, frigusq;, & reliqua. Propterea

hmôi verus est amor:quo duce dimidium hominis alterum,alterum eiusdem dimidium cõcupiscit: quia naturale lumen,quod animi dimidium est,lumẽ illud diuinũ qđ alterũ eiusdem dimidiũ dicit, olim neglectum accendere rursus in animo nitit.atq; id est,qđ in epistola ad Dionysium inquit Plato.Humanus animus affectat qualia diuina sint intelligere,aspiciens in ea,quæ sibi cognata sunt.Verũ cum deus lucem suã infudit in animũ,ad id potissimũ eam accõmodauit,vt hoĩes ad beatitudinẽ, q̃ in ipsius possessione cõsistit,pduceret.Ad hanc quatuor virtutibus pducimur,Prudentia,Fortitudine,Iustitia,Temperantia.Prudentia primo beatitudinem nobis ostẽdit.Tres illæ virtutes reliquæ, quasi viæ tres ad beatitudinem ducũt. Scintillã itaq; suã in variis animis deus ad finem huiusmodi varie temperat,ita vt prudentia duce,alii per fortitudinis,alii p iustitiæ, alii per temperantiæ officia suũ repetãt auctorem.Nẽpe alii huius muneris gratia,pro dei cultu,pro honesto, pro patria pericula mortẽq; forti animo subeunt.Alii sic vitam iuste instituũt,vt nec iniuriã cuiq̃ inferant,neq; inferri pro viribus sinant.Alii vigilia,inedia,labore libidines domãt.Hi tribus qdem procedũt callib⁹,sed ad eũdẽ beatitudinis finem prudentia hunc illis monstrante peruenire conant.Proinde tres hæ virtutes in dei quoq; ipsius prudẽtia cõtinent.Harũ desiderio accẽsi hominũ animi p earũ officia ad eas cupiunt peruenire,illis hærere,perpetuoq; potiri.Fortitudinẽ hoĩm masculã robur & audaciã nũcupamus.Temperantiã fœminam ꝑpter remissum quẽdã & frigidiorẽ desiderii habitũ,miteq; ingeniũ. Iustitiã ꝑmiscuam,fœminam quidẽ prout innocentia sua iniuriam infert nemini,masculam vero ꝑ ut aliis inferri non sinit,& seueriori cẽsura in homines iniquos aĩaduertit.Quia vero maris dare,fœminæ suscipere propriũ est,idcirco solem qui lumen a nullo accipiens exhibet oĩbus,marem vocam⁹; Lunam quę accipiens a sole dat elementis,a dando & accipiendo promiscuam: Terram cum accipiat quidem ab omnibus,tribuat nulli,fœminam nuncupamus. Quãobrem Sol,Luna,Terra,Fortitudo, Iustitia,Temperantia,merito maris,promiscui,fœminæ signantur cognomine:atq; vt excellentiorem deo appellationem exhibeamus,virtutes has in illo,Solem,Lunam,Terram,in nobis masculinum sexum dicimus,promiscuum,fœmininum.Quibus autem lux illa diuina a dei sole cum fortitudinis affectu in sui ortu fuit infusa,his masculam dicimus lucem fuisse concessam.Quibus a dei luna cum affectu iustitiæ,promiscuam.Quibus a dei terra cum affectu temperantiæ,fœminam.Lucem illam infusam,atq; diuinam statim ad naturalem reflexi neglesimus. Altera ergo posthabita seruauimus alteram,vbi dimidium nostri tenemus,dimidium prætermisimus.Certo vero ætatis tempore a naturali lumine ducti diuinum affectamus quidem omnes, sed diuerso modo diuersi ad eius adeptionem procedimus.per fortitudinem,qui a dei fortitudine illud olim cum affectu fortitudinis acceperunt, per iustitiam alii,temperantiamve similiter.Deniq; suum illud dimidium quisq; vt acceperat quęrit. Et alii per masculam quidem dei lucem amissam olim,iam recuperatam,dei volunt mascula fortitudine perfrui,alii per promiscuam lucem similiter virtute promiscua,alii per fœminam eodem pacto. Munus profecto tantum hi consequuntur, qui postq̃ adulta ætate scintilla in ipsis naturalis eluxit, eam non esse ad diuina iudicanda sufficientem existimant,ne scintillæ naturalis iudicio, aut animarum aut corporum affectus diuinæ tribuant maiestati,putentq; illam non esse corporibus animisve præstantiorem.In quo sane pleriq; errasse traduntur,qui in diuinorum inuestigatione ingenio naturali confisi,aut deum non esse dixerunt,vt Diagoras,aut dubitauerunt,vt Protagoras, aut corpus iudicauerunt,vt Epicurei,Stoici,Cyrenaici,aliiq; permulti,aut animam quandam, vt Marcus Varro,Marcus Manilius,aliiq; nonnulli.Hi tanq̃ impii non modo diuinum lumen olim neglectum non recuperauerunt,sed & naturale propter eius abusum deprauauere.quod deprauatum est,fractũ non iniuria scissumq; putatur.Ideo illorum animi,q tanq̃ supbi & fastu tumidi suis confidunt viribus,secantur,vt ait Aristophanes,iterum,cum etiam naturale lumen,quod illis erat reliquum,opinionib⁹ falsis obscurant,& moribus iniquis extinguunt.Itaq; naturali lumine recte vtuntur, quicunq; mancum illud,& mutilatum esse recognoscentes ad naturalia iudicanda satisfacere quodammodo arbitrantur:ad ea vero quę supra naturã sunt,sublimiori lumine opus esse putantes exactissima quadam animi purgatione ita se præparant,vt diuina lux iterum illis effulgeat,cuius radiis recte de deo sentient,& in pristinam illam integritatem restituentur.

Amor animas reducit in cælũ,beatitudinis distribuit gradus,gaudiũ largit æternum. Cap.VI.

NVnc vos conuiuæ præstantissimi deum, quem præ cæteris diis generi humano beneficum esse Aristophanes ait,omni sacrificiorum genere vobis propitium facite,hunc piis precibus inuocate,hunc toto corde capessite.Hic animos sua beneficentia primum ad cælestem ducit mensam, ambrosia & nectare abundantem, deinde singulos singulis accommodat sedibus, postremo suauiter detinet in æternum.Nulli enim cælum repetunt,nisi qui cælorum regi placuerunt. Placent illi,qui eum summopere diligunt.Cognoscere quidem illum vere, omnino præsenti in tempore impossibile est.Vere autem amare quomodo cognitum,& possibile est,& facile. Qui deum co-

item breuia quædā formosa videntur,ac sæpe magna deformia,parua formosa,& contra parua turpia,magna gratissima.Nonnunq̄ etiam accidit, vt similis sit in magnis quibusdā,& paruis corporibus pulchritudo.Si itaq; stante sæpenumero eadem quātitate casu quodam pulchritudo mutatur, & mutata aliqñ quātitate permanet pulchritudo,ac similis in magnis paruisq; videt̃,certe duo hæc pulchritudo,& quātitas oīno debēt esse diuersa.Quinetiā si corpis cuiusq; formositas ĩ ea ipsa sui corporis crassitudine quodāmō corporea eēt,nō tñ vt corpalis eēt,intuēti placeret.Placet aīo psonæ alicui⁹ species nō put ĩ exteriori iacet materia,sed put ei⁹ imago p visū ab aīo capit̃ vel cōcipit̃.Imago illa ĩ visu & aīo,cū isti sint ĩcorporei,corpus esse nō pōt.Quo.n.pacto cęlū,vt ita loquar,totū parua oculi pupilla caperet̃,si modo corporali reciperet?Nullo profecto.Sedenim spiritus in puncto omnē corporis amplitudinē spiritali modo & incorporea imagīe suscipit.Placet vtiq; aīo ea dūtaxat species,q̄ ab illo suscipit̃.Hæc aūt licet exterioris corporis simulacrum sit in eo,tñ est incorporea.Ergo species incorporea placet.Qđ placet,id cuiq; gratū:qđ gratū, hoc deniq; pulchrū.quo efficit̃ vt amor ad incorporeū aliqd referat̃,atq; ipsa pulchritudo spiritale qđdā poti⁹ rei simulacrū sit,q̄ corporea species.Sunt autem nōnulli q certā mēbrorū oīm positionē,siue,vt eoꝝ verbis vtamur,cōmensurationē & pportionē cū quadā colorū suauitate,esse pulchritudinē opinent̃.Quorum nos opinionem pptereа nō admittimus,qa cū hmōi ptiū dispositio in solis sit rebus cōpositis,nulla essent simplicia speciosa.Nūc aūt puros colores,lumina,vocem vnam,fulgorem auri,& argenti candorem,sciētiā,animā,q̄ oīa simplicia sunt,pulchra vocamus,nosq; ista mirifice tanq̄ reuera sint pulchra delectant.Accedit ad hæc q̄ pportio illa cuncta includit corporis composita mēbra, neq; est in singulis, sed in cunctis.Singula itaq; mēbra p se pulchra non erūt.Ex singulis aūt pticulis totius cōpositi proportio nascitur. Vnde nonnihil sequitur absurdissimum, vt quæ suapte natura speciosa non sunt, pulchritudinem pariant.Sæpenumero etiam accidit, vt manente eadem membrorum proportione atq; mēsura,corpus æque vt ante non placeat.Eadē porro hodie,quę anno superiori corporis vestri figura,gratia vero non eadem.Nihil tardius q̄ figura,nihil citius senescit q̄ gratia. Ex quo liquido constat,non idem esse pulchritudinem & figuram.Sæpe quoq; videmus rectiorem in vno quodam q̄ in alio dispositionem partium mensuramq; membrorum:alius tamen,nescimus qua de causa, nobis formosior iudicatus amatur ardentius.quo satis admoneri videmur,vt aliud quiddam formositatem q̄ dispositionem partium censeamus.Eadem nos ratio admonet ne formam suspicemur eē colorum suauitatem.Plerunq; enim color in seniore clarior,in iuniore gratia maior.Et in ęqualibus fit nonnunq̄,vt qui colore superat alterum,gratia tamen ab illo & pulchritudine superetur. Neq; tamen audeat quispiam mixtionem quandam ex figura coloribusq;,pulchritudinem affirmare.Sic eñ neq; scientiæ,neq; voces,quæ colore & figura carent,neq; colores & lumina,quę certam nullam figuram habent,amore digna iudicarentur.Præterea cuiusq; cupiditas,eo habito quod volebat, expletur.Nempe fames & sitis,cibo potuq; sedantur:amor nullo impletur aspectu corporis vel amplexu. Nullam igitur naturam corporis ardet,pulchritudinem certe sectatur.Quo fit,vt ea corporeū aliquid esse non possit. Ex omnibus his colligitur, eos qui amore accensi pulchritudinem sitiunt, si modo velint liquore hoc hausto ardentissimam sitim extinguere,alibi q̄ in materiæ fluuio,aut quātitatis,aut figuræ,aut colorum quorūlibet riuulis,dulcissimum pulchritudinis huius humorem, quo sitis eorum accenditur,quærere oportere.Quo vos tandem miseri vertetis amantes? Quis vestri cordis flammas accendet acerrimas?Quis tantum sedabit incendium?Hoc opus, hic labor.Dicā protinus.Sed attendite.

Pulchritudo est splendor diuini vultus. Cap.IIII.

DIuina potestas oīa supereminēs statim a se natis angelis,atq; animis suū illū radiū, in quo fœcunda vis inest oīm creandorum,tanq̄ filiis clemēter infundit.Hic in eis vtpote sibi propinquioribus totius mundi dispositionem,& ordinem multo pingit exactius,q̄ in mundi materia.Quāobrem hæc mundi pictura quā cernimus vniuersa, in angelis & aīs lucet expressior.In illis eñ sphærę cuiusq; figura,solis,lunæ,& siderum reliquorum,elemētorū quoq;,lapidū,arborū, aīaliū singulorū.Picturę hmōi in angelis exēplaria & ideæ:in aīs rationes,& notiones:in orbis materia,formæ atq; imagines a Platonicis nominantur:claræ quidem in orbe,clariores in animo,in angeli mente clarissimæ. Vnus igitur dei vultus tribus deinceps per ordinem positis lucet in speculis, Angelo,Animo,Corpore mundi:In illo tanq̄ propinquiore clarissime,in hoc remotiore obscurius,in hoc remotissimo, si ad cætera compares obscurissime. Proinde sancta mens angeli nullo impedita corporis ministerio in seipsam reflectitur,vbi dei vultum illum sinu suo insculptum introspicit,inspectum illico admiratur,auidissime illi semper inhæret.Vultus illius diuini gratiam, pulchritudinem dicimus. Auiditatem angeli,dei vultui penitus inhærentem,vocamus amorem. O vtinam nobis idem contingeret. Sedenim animus noster ea conditione genitus, vt terreno corpore circ

ſex ad cognitionem pertinentes, quantum ad propoſitam attinet quæſtionem, vires animi numerantur: Ratio, Viſus, Auditus, Olfactus, Guſtus, & Tactus. Ratio numini ſummo, Viſus igni, Aeri auditus, Vaporum odori Olfactus, aquæ guſtus, Tactus terræ tribuitur. Ratio ſiquidem cœleſtia idagat, nec ꝓpriā in membro corporis aliquo ſedē habet, queadmodū neq; certā habet ſedē in vlla mūdi pte diuinitas. Viſus in ſublimi pte corporis velut ignis ī ſuprema mūdi regione locat̃, & lumen natura ſua percipit, qđ ignis eſt propriū. Auditus viſum nō aliter q̃ purus aer ignem ſecutus voces haurit, q̄ & in aere fracto gignunt̃, & p aeris interuallū aures illabunt̃. Olfactus caliginoſo aeri, vaporibuſq; ex aere & aqua mixtis oīno aſſignat̃, quia inter aures & linguam, quaſi aerē & aquam, poſit⁹ vapores eos apphendit facile & diligit, maxime q ex aeris & aquæ mixtione ꝓueniūt, quales ſunt herbarum, florū, pomorū odores, naribus ſuauiſſimi. Quis dubitet guſtum aquę liquoribus cōparare, q olfactui tanq̃ aeri craſſiori ſuccedit, & iugi ſaliuæ liquore perfuſus, potu vehementiſſime delectat̃, humidiſq; ſaporibus? Quis item ambigat terræ tactū aſcribere, cū per oēs terreni corporis ptes fiat, in neruis q terreni maxime ſunt, expleat̃, facillime tangat q̃ ſoliditatē habēt & pōdus, qđ terra corporibus tribuit? Hinc etiā accidit vt Tactus, Guſt⁹, Olfactus ſolū ꝓxime ipſis appoſita ſentiāt, & patiant̃ admodū ſentiēdo, licet Olfactus remotiora, q̃ guſtus & tactus apprehēdere videat̃. Auditus aūt remotiora cognoſcit, neq; ita offenditur. Quo etiam lōgius proſpicit viſus, & momēto facit qđ aures tempore. prius eñ coruſcatio cernit̃, q̃ tonitrus audiat̃. Ratio remotiſſima capit, neq; eñ q̄ in mūdo ſūt ſolū, & q̄ p̄ſentia, vt ſenſus, ſed etiā quæ ſupra cælū, & quæ fuerūt aut futura ſunt, percipit. Ex his patere cuiq; poteſt, ſex illarum animæ virium tres ad corpus & materiam potius, Tactum, ſ. & Guſtum, & Odoratum; tres autem alias, rationē videlicet, & Viſum, & Auditum, ad ſpiritum pertinere. Ideo tres illæ ad corpus potius declinantes corpori magis q̃ animo congruunt, & ea quæ ab illis percipiūtur, cum corpus ſibi congruum moueant, vix ad animam vſq; perueniunt, minimeq; illi tanq̃ minime ſimilia placent. Tres vero ſuperiores a materia remotiſſimæ, animæ multo magis conueniunt, reſq; eas capiunt, quæ corpus quidem parum admodum, animum vero vehementiſſime moueāt. Quippe Odores, Sapores, Calor, atq; ſimilia, corpori aut nocent plurimum, aut proſunt. paulum quid ad animi, aut admirationem, aut iudicium conferunt, ac modice ab illo deſiderantur. Ratio incorporeæ veritatis, colores, figuræq; & voces, corpus aut nihil, aut vix, & minimum mouent: Animi vero aciē ad indagandum potiſſimum acuunt, atq; eius ad ſe deſiderium rapiunt. Animi cibus eſt veritas. Ad eam inueniendam oculi, ad diſcendam aures magnopere conferunt. Igitur quæ ad rationem, viſum, auditum pertinent, gratia ſuiipſius affectat, quaſi proprium alimentum. Quæ vero ſenſus tres alios mouent, corpori vel nutriendo, vel fouendo, vel generādo magis neceſſaria ſunt. Ea itaq; animus, nō ſui, ſed alterius. i. corporis cauſa quærit. Amare autem ea dicimur, quæ propter noſmetipſos deſideramus, quæ autem propter aliud quiddam cupimus, minime. Merito igitur amorem ad ſcientias, figuras, & voces dūtaxat volumus pertinere, atq; idcirco gratia illa ſolum, quæ in trib⁹ his reperitur, animi virtute, figura, voce, quia maxime animum prouocat, a   quod voco ſignificat   .i. prouocatio nominatur.   vero græce pulchritudinem latine ſignificat. Gratus quidē nobis eſt mos verus, & optimus animi, grata corporis ſpecioſi figura, grata vocum concinnitas. cūq; tria hæc animus, vtpote ſibi cognata, & quodammodo incorporea pluris admodum q̃ tria reliqua faciat, conſentaneum eſt vt auidius aſciſcat, ardentius complectatur, vehementius admiretur. Atq; hęc ipſa ſeu virtutis, ſeu figurę, ſiue vocum gratia, quæ animum p rationem, vel viſum, vel auditum ad ſe vocat, & rapit, pulchritudo rectiſſime dicitur. Atq; hæ tres illæ gratiæ ſunt, de quibus ſic Orpheus.

Splendor, viriditas, lætitiaq; vberrima. Splendorem quidem vocat gratiam illam, & pulchritudinem animi, quæ in veritatis, & virtutis claritate conſiſtit. Viriditatem vero, figurę, coloriſq; ſuauitatem. hæc enim ſummopere in iuuentutis viriditate floreſcit. Lætitiam deniq; ſyncerum illud & ſalubre, & perpetuum, quod in muſica ſentimus, oblectamentum.

Pulchritudo eſt aliquid incorporeum. Cap. III.

Vm hæc ita ſe habeant, neceſſarium eſt pulchritudinem eſſe aliquid virtuti, figuræ, vocibuſq; commune. Non enim quodlibet iſtorum trium pulchrum ſimiliter vocaremus, niſi vna his tribus ineſſet pulchritudinis definitio. Quo fit vt ipſa pulchritudinis ratio corpus eſſe nō poſſit, quoniam virtutib⁹ animi q̃ incorporeę ſunt, pulchritudo ſi eēt corporea, minime conueniret. Atqui tm̄ abeſt vt corpus ſit pulchritudo, vt non modo quæ virtutibus animi, ſed etiam quæ corporibus, & vocibus ineſt, nequeat eſſe corporea. Quis enim corpora quædam ſpecioſa dicamus, non tamen ſunt ex ipſa ſui materia ſpecioſa. Siquidem corpus hominis vnum atq; idem hodie formoſum, cras autem caſu aliquo fœdante deforme: quaſi aliud ſit eſſe corpus, aliud eſſe formoſum. Neq; etiam ſunt ex ipſa quantitate formoſa, quandoquidem grandia nonnulla, atq;

penitus,qui ab opifice prouenit ordo,& qui remanet in opifice.Idem in quouis hominis corpore facias.Reperies illius formam animi rationi quadrantem,simplicem esse,materiæq; expertem.

Quot requiruntur vt res pulchra sit,& q pulchritudo est spiritale donum. Cap.VI.

QVid tādē est corporis pulchritudo? Actus,viuacitas,& gratia quędā ideę suę influxu in ipso refulgens.Fulgor huiusmodi in materiā non prius q̄ aptissime sit præparata,descendit. His vero tribus,ordine,modo,specie,constat viuentis corporis pręparatio.Ordo,partium interualla:Modus,quātitatem:Species,lineamenta,coloremq; significat. In primis enim oportet vt mēbra quæq; corporis naturalem sitū habeāt,suo aures loco sint,oculiq;,& nares,& cętera,ac paribus interuallis oculi naso sint proximi,paribus item aures vtræq; distent ab oculis. Neq; hæc interuallorū ad ordinē pertinēs parilitas sufficit,nisi partiū modus accedat,q mediocrem debita totius corporis proportione seruata,mēbris singulis tribuat magnitudinem,vt nasi tres in longū dispositi,vultus vnius impleāt longitudinem:auriū vtrarūq; semicirculi vna cōiuncti,oris aperti circulū faciāt.Idem quoq; cōiūctio superciliorū efficiat.Longitudo nasi,lōgitudinē labii cōpleat,aurisq; similiter.Gemini oculorū orbes vnū ęquent oris hiatū.Capita octo pceritatem corporis comprehendāt.Eandem quoq; mōstret brachiorū in latus extēsio,crurūq; similiter atq; pedū.Necessariā præterea speciē ducimus,vt linearū attractus artificiosi,rugæq;,& oculorum splendor,ordinem illum modūq; partiū decorēt. Atqui tria hæc licet in materia sint,pars vlla corporis esse non possunt. Ordo mēbrorum,mēbrū qdem est nullum.Ordo enī mēbris oībus inest,nullū vero mēbrū in membris oībus reperit. Accedit q ordo nihil est aliud q̄ decens partiū interuallū.Interuallum vero,qd aliud dicemus q̄ distantiā partium? Distantia deniq;,aut nihil est,& vacuū prorsus inane,aut tractus aliquis linearū.Lineas autē quę latitudine profunditateq; carent,quæ corpori necessaria sunt,quis corpora dixerit? Modus itē nō quātitas,sed terminus quātitatis.Termini vero superficies sunt lineæq;,& pūcta,quæ cum profunditatis crassitudine careant,corpora non putātur.Speciē quoq; in luminū,vmbrarū,linearū iucūda concordia, non in materia collocamus.Ex his oībus patet pulchritudinē vsqueadeo esse a mole corporis alienā,vt nunq̄ ipsi materię se communicet,nisi tribus illis incorporalibus pręparationibus quas narrauimus, sit affecta.Harū vero fundamentū est elementorū quatuor temperata cōplexio, vt corpus nostrū cælo,cuius est temperata substantia,sit simillimum,neq; aliquo humorum excessu ab animi formatione desciscat.Sic enim & cęlestis fulgor facile lucebit in corpore cęlo persimili, & forma hoīs illa perfecta quā habet animus,in pacatā obedientēq; materiā resultabit expressior.Ad pulchritudinem pręterea suam accipiendā,voces ferme similiter disponuntur. Ordo nāq; illarum est a graui voce ad octauam ascensus,atq; inde descensus: Modus, debita per tertias,quartas,& quintas,& sextas voces,tonos itē & semitonos,progressio:Species,canora claræ vocis intensio.His vtiq; tribus ceu quibusdam elementis corpora ex membris multis composita, & arbores, & animalia, ac vocum plurium congregatio ad suscipiendam pulchritudinem disponuntur.Corpora vero simpliciora,vt elementa quatuor,lapides,& metalla,itemq; voces singulæ,interiori quadam naturæ suæ temperie,fœcunditate,& claritate,ad eandem sufficienter aptantur . Animus autem eo potissimum ad illam est natura sua accommodatus,q & spiritus est,& quasi speculum deo proximum.In quo quemadmodum in superioribus diximus,diuini vultus elucet imago.Igitur quemadmodum auro,vt appareat speciosum, nihil protsus addendum,sed terræ sordes siquæ inhæserint,secernendæ, ita nullis adiunctionibus indiget animus,vt formosus appareat,sed deponenda corporis cura,& sollicitudo tam anxia, cupiditatis & timoris perturbatio depellenda.confestim naturalis animi species emicabit. Cæterum ne longius digrediatur oratio,ex supradictis breuiter concludamus,pulchritudinem esse gratiam quandam viuacem & spiritalem,dei radio illustrante angelo primum infusam,inde & animis hominum, corporumq; figuris,& vocibus,quæ per rationem,visum,auditum,animos nostros mouet,atq; delectat,delectando rapit,rapiendo ardenti inflammat amore.

De Amoris pictura. Cap.VII.

AGatho vero poeta veterum poetarum more deum istum humana vestit imagine , pingitq; ipsum hominum instar formosum,iuuenem,tenerum,flexibilem,siue agilem, apte compositum atq; nitidum.Quorsum hæc? præparationes hæ quidem sunt ad formosam indolem potius q̄ formositas. Nam ex quinq; his partibus tres primæ complexionem corporis temperatā,quod primum est fundamentum,significant:duæ reliquæ ordinem, modum, & speciem indicant. Physici temperatæ corporationis indicium tenerę carnis lenem & firmam æqualitatem demonstrauere. Vbi calor excedit nimium, aridum,& hirsutum corpus: vbi frigus,rigidum: vbi siccitas, durum, & asperum: vbi humiditas,fluxum,lapsum,inæquale,contortum. Aequalis igitur,& firma corporis teneritudo,affectionem eius indicat in quatuor humoribus moderatā.Hanc ob causam Agatho mollem, delicatū,& tenerum appellauit.Cur iuuenem? Quia non solū naturæ,sed ætatis etiam beneficio tem

candetur, ad officium generandi declinat. Qua inclinatione grauatus, thesaurum penetralibus suis absconditũ negligit. Deinde terreno corpore inuolutus diutissime seruit corporis vsui: ad hoc opus sensum quidem semper, rationem quoq; diutius q̃ decet, accommodat. Hinc efficitur vt diuini vultus illius candorem in se perpetuo enitentẽ, non prius animaduertat, q̃ adulto iã corpore, & ratione expergefacta, dei vultum in dei machina refulgentem, & oculis manifestũ cogitatione cõsideret. Qua quidẽ consideratione prouehit̃ ad eũ qui intus emicat, intuendũ. Quoniã vero parentis vultus gratus est filiis, necesse est animis dei patris vultũ esse grauissimum. Vultus huius, vt idem sæpius repetam, nitor, & gratia, siue in angelo, siue in animo, siue in mundi materia, pulchritudo vniuersalis est appellanda, impetusq; ad illã vniuersalis dicendus est amor. Vbiq; incorpoream esse hanc pulchritudinem nõ ambigimus. In angelo em̃ & animo eã corpus aliquod non esse nemini dubiũ. In corporib⁹ etiã eã esse incorporalem, & supra monstrauimus, & ad præsens ex eo potissimũ intelligimus, q; oculus nil aliud nisi solis aspicit lumen. Figuræ nanq;, & colores corporũ nunq̃ nisi lumine illustrata perspiciuntur, neq; ipsa cũ materia sua ad oculos veniunt. Necessariũ tamen esse videt̃ eã in oculis esse, vt ab oculis videatur. Vnũ itaq; solis lumen corporum omniũ ab eo illustratorũ coloribus figurisq; depictum sese oculis offert. Sic affectũ lumen oculi suo quodam radio adiuuãte percipiunt, perceptũ ipsum & quę in eo sunt omnia vident. Quare totus hic mũdi qui conspicit̃ ordo, non eo modo quo in materia corporũ, sed quo in luce oculis infusa est, cernitur. In ea luce cum a materia secretus sit, necessario est corporis expers. Quod ex hoc etiã euidenter apparet, q; lumen ipsum corpus esse non potest, cũ momento ab oriente in occidens totũ ferme impleat orbem, aeris & aquæ corpus sine vlla offensione vndiq; penetret, sordibusq; immixtum nusq̃ inficiatur. Hæc vero corporum naturæ nullo modo conueniũt. Corpus siquidẽ non momento mouetur, sed tempore, neq; alterũ absq; sui, vel alterius, aut vtriusq; offensione penetrat alterum, ac duo inuicem corpora mixta mutua se contagione inficiũt. Quod in aquę & vini, ignis & terræ confusione conspicimus. Cũ igitur solis lumen incorporeum sit, quicquid suscipit, naturæ suę suscipit modo. Propterea colores, & figuras corporum modo suscipit spirituali, eodemq; pacto ipsum ab oculis susceptum inspicitur. Quo factum est, vt totus hic mundi decor, qui tertius est dei vultus, per incorpoream solis lucem incorporeũ sese oculis offerat.

Quomodo nascitur Amor & Odium, q; ve pulchritudo est incorporea. Cap. V.

EX his omnibus sequitur, vt omnis diuini vultus gratia, quæ vniuersalis dicitur pulchritudo, non in angelo solum, & animo incorporea sit, sed in aspectu etiam oculorum. Neq; faciẽ hanc simul totam solũmodo, verumetiam partes eius admiratione commoti diligimus. Vbi particularis amor ad particularem pulchritudinem nascit̃. Sic & ad hominem aliquem ordinis mundani membrum afficimur, præsertim cum in illo perspicue diuini decoris scintilla refulget. Affectus huiusmodi duabus ex causis nascitur, tum quia paterni vultus nobis placet imago, tum etiam quia hominis apte compositi species, & figura, cum ea humani generis ratione, quam animus noster ab omnium auctore suscipit, & retinet, aptissime congruit. Vnde hominis exterioris imago per sensus accepta, transiensq; in animum, si hominis figuræ quam possidet animus, dissonat, e uestigio displicet, & odio tanq̃ deformis habetur. Si consonat, illico placet, & tanq̃ formosa diligitur. Quo fit, vt nonnulli nobis obuii continuo placeant, vel displiceant, nosq; affectus huiusmodi causam nesciamus. Quippe cum animus corporis ministerio impeditus intimas illas sui formas nequaq̃ respiciat. Verum naturali, & occulta quadam incongruitate, vel congruitate fit, vt forma rei exterior imagine sua eiusdem rei formam in animo pictam pulsans dissonet, aut consonet, atq; occulta hac offensione vel blanditie motus animus, rem ipsam aut oderit, aut amet. Integram sane creandi hominis configurationem vis illa diuina in angelo animoq; ingenuit: in mundi vero materia, vtpote ab illo opifice remotissima, hominis constitutio ab integra illa sui figura degenerat. In materia tamen melius affecta similior, in alia dissimilior prouenit. Quæ similior prouenit, vt dei vi, angeliq; ideę, sic animi rationi quadrat, & congruit. Animus hanc probat congruitatẽ. In ipsa profecto congruitate pulchritudo: in ea probatione, amoris consistit affectus. Quoniam vero idea, & ratio sunt a materia corporis aliena, hominis constitutio illis non ex materia, vel quantitate, sed ex aliquo potius incorporeo similis iudicat̃. Vt similis, illis congruit: vt congruit, pulchra est. Idcirco diuersa sunt corpus & pulchritudo. Q; siquis quæsierit quonam pacto corporis forma, animæ mentisq; formæ & rationi similis esse queat, is oro consideret ædificium architecti. Principio architectus ædificii rationem, & quasi ideam animo concipit. Deinde qualem excogitauit domum, talem pro viribus fabricat. Quis neget domum corpus existere, eamq; ideæ artificis incorporeæ, ad cuius similitudinem effecta est, esse persimilem? Porro propter incorporalem, & ordinem quendam potius, q̃ propter materiam, est architecto similis iudicanda. Age igitur materiam subtrahe si potes, potes autem cogitatione subtrahere; ordinem vero relinque; nil tibi restabit corporis; nihil materiæ. Immo vero idem erit

quæq; fortissimũ. Mutuus, periculis pulsis securitatem, submota dissensione concordiam, vitata miseria pstat felicitatẽ. Vbi em̃ mutua charitas, ibi nullæ insidiæ, ibi cõmunia omnia: ibi lites & furta, homicidia cessant, & plia. Trãquillitatẽ huiusmodi nõ animalibus solũ, sed cęlis etiã, elemẽtisq; ab amore mutuo tribui, & hic tãgit Agatho, & supra in Eryximachi oratione diffusius est ostensum. In orationis huius calce dicit amor cãtu suo mentes deorum hominumq; mulcere. Quod plane intelliget quisquis meminerit in supioribus demõstratum fuisse amorem in oĩbus esse, atq; ad omnia porrigi.

Amor cæteris diis & antiquior est, & iunior. Caput. X.

SEd anteq̃ finẽ faciã optimi viri, tres p ingenii viribus quæstiones, quę in Agathonis disputatione suboriunt, absoluã. Primo em̃ quærit, cur Phædrus seniorẽ Saturno & Ioue amorẽ, Agatho vero dixerit iuniorem. Secũdo, quid apud Platonem regnum necessitatis significet, Quid amoris impiũ. Tertio, q dii, quas artes regnante amore repererint. Pater oĩm deus mentes illas sui ministras quæ Saturnũ, Iouẽ, cęterosq; planetas mouẽt, amore quodã sui seminis ppagãdi, & benignitate puidentię genuit. Mentes iterũ e uestigio natę parentẽ suũ recognitũ diligũt. Amorẽ illũ quo creant cęlestes, seniorem illis: eũ vero quo creatori suo afficiunt, dicim⁹ iuniorẽ. Pręterea Saturni planetę & alioꝝ ideas angelica mens a patre suo nõ pri⁹ accepit q̃ ad ei⁹ faciẽ amore ingenito flecteret. Ea rursus postq̃ illas accepit, flagrãtius parẽtis mun⁹ amauit. Sic ergo angeli illius in deũ dilectio, ptim antiquior est ideis, quæ dii dicunt, partim etiã iunior. Igit amor principiũ est, & finis, deoꝝ primus, atq; nouissimus.

Amor ante necessitatem regnat. Cap. XI.

VErum vt quæstio secũda soluat, hic ante necessitatẽ ideo regnare dicendus, quoniã diuinus amor oĩbus ex se natis dedit originem. in quo nulla necessitatis violentia ponit. Nã cũ nihil supra se habeat, nõ coactus, sed sponte quodlibet opat. Mens aũt quæ illũ sequit, serente illo necessario pullulat. Ille igit amore pducit, hæc necessitate pducit. Ibi amoris, hic necessitatis incipit dñatio. Hęc licet a summa dei bonitate nascat, ideoq; fit bona, tamẽ quia extra deũ pcessit, necessario ab infinita parentis pfectione degenerat. Nũq̃ em̃ effectus totã suscipit causæ bonitatem. In hac vtiq; necessaria effectus tum pcessione, tum etiam degeneratione, necessitatis cõsistit impiũ. Sed enim mẽs e uestigio genita suũ vt diximus diligit auctorẽ, vbi regnũ resurgit amoris. Nã & illa amore in deum erigit, & deus amore eam ad se conuersam illuminat. Verum hic rursus necessitatis potẽtia surrepit. Quippe cũ lumen illud a deo descendens non tãta claritate recipiat a mente natura sua obscura, quãta a deo tribuit. Cogit enim p naturæ suæ capacitate recipere. Ideo violentia naturæ suscipientis fit lumen obscurius. Huic necessitati, amoris succedit iterũ principatus. Illa siquidem primo hoc dei fulgore accensa, ardentius in eum reflectit, & hac re quasi scintilla luminis instigata totam expetit luminis plenitudinem. Hinc & deus puidentiæ suæ benignitate vltra primum illud naturale lumen diuinum quoq; largit, atq; ita sibi inuicem alterne succedit amoris necessitatisq; potentia. Quę quidẽ successio, in diuinis naturæ origine fit: in aliis, temporis interuallis: ita tamẽ, vt amor primus sit omniũ, atq; nouissimus. De aĩo quoq; & cęteris quę a deo fiũt, quo ad duo hęc impia similiter iudicandũ. Idcirco si absolute loquamur, antiquius est amoris q̃ necessitatis imperiũ, cum in deo illius, huius in rebus creatis potestas incipiat. Si de reb⁹ a deo creatis intelligam⁹, necessitatis tyrãnis regnũ antecedit amoris, cum res ipsæ prius necessitate pcedant atq; degenerent pcedendo, q̃ ad patrem suum amore se vertãt. Duo hęc imperia, duobus hymnis cecinit Orpheus. Necessitatis imperium ita in Noctis hymno. .i. Grauis necessitas omnibus dominat. Amoris aũt regnũ, ita in Veneris hymno. Trib⁹ fatis imperas, & generas oĩa. Diuine Orpheus duo regna posuit, & ea inuicẽ cõparauit, pręposuitq; amorẽ necessitati, cũ dixit illũ trib⁹ fatis, in qbus cõsistit necessitas, imparẽ.

Quo pacto regnãte Necessitate Saturnus castrauit Cęliũ, Iupiter vero ligauit Saturnũ. Cap. XII.

QVo aũt pacto dominãte Necessitate sequentes dii parentes suos aut castrare aut ligare hic ab Agathone dicant, ex dictis facile intelligimus. Nõ em̃ hæc ita accipiẽda sunt vt mens angeli deũ ipsum, sed munus sibi a deo tributũ in seipsa diuidat & discerpat. Satis paulo ante monstrauimus munera dei in recipiente spiritu necessario a summa dei pfectione decidere. Quo fit, vt fœcunditas illa naturæ in deo qdẽ integra, sed in angelo cõminuta, & quodãmõ mutilata, merito castrata fuisse dicat. Quod qdẽ regnãte Necessitate contingere dicit, quia neq; dãtis, neq; accipientis volũtate, sed ea necessitate qua effectus causæ suæ æquari non potest, necessario accidit. Sic enim Saturnus .i. angelus, Cęlium .i. summum deum, castrare videt: Iupiter quoq;, id est anima mũdi, ligare Saturnũ, id est vim ab angelo acceptã, in seipso naturæ suæ defectu angustioribus limitibus coarctare. Amplior em̃ est illius q̃ huius potentia. Ideo potentia quę in illo expedita pter amplitudinem, & soluta, in hoc pter angustiã ligata iã & coarctata censetur. Omitto quod astrologi opinãtur, Planetæ Saturni malignitatem Iouis coniunctione, vel receptione, vel oppositione, aut aspectu sextili, aut trino sæpissime coerceri. Sed de his hactenus. ad quæstionem tertiam descendamus.

pecies hæc habetur. Temporis enim diuturnitate partibus humorum subtilioribus resolutis partes restant admodum ctassiotes. igneq;,& aere exhalato, aquæ,& terrę regnat excessus. At cur agilem,& flexibilem? Vt aptum ad motus oẽs promptumq; intelligas: ne forte putes cũ mollem diceret, aquæ mollitiem, muliebrem, languidam,& ineptam dicere voluisse. Ea siquidem est moderatę complexioni contraria. Post hæc adiecit, Apte compositum, id est ordine & modo partium honestissime figuratũ. Adiecit & nitidum, id est suaui colorum specie refulgentem. Præpatationibus his præpositis, quod reliquum erat reticuit Agatho. Nostrum est enim post hæc aduentũ gratiæ subintelligere. Hæ qnq; partes in hominis figura ita vt diximus, in amoris autem potentia aliter intelligendæ videntur. eius enim vim & qualitatem ostendunt. Iuuenis ideo dicitur, quia iuuenes, vt plurimum, amore irretiuntur, eiusq; insidiis irretiti ætatem appetunt iuuenilem. Mollis, quia mitia ingenia facilius capiuntur: & qui capti sunt, licet ante feroces, mansueti redduntur. Agilis,& flexibilis, quia & influit clam,& similiter effluit. Concinnus atq; compositus, quoniam formosa & ordinata desiderat, fugitq; cõtraria. Nitidus, quoniam in florida & nitente ætate hominis aspirat ingenio,& florida cõcupiscit. Hęc quoniam copiosissime exequitur Agatho, breuiter perstrinxisse sufficiat.

De Amoris virtute. Caput. VIII.

EA etiam, quæ de quatuor virtutibus ab Agathone dicuntur ad amoris bonitatem significãdam, sic accipienda sunt, vt iustus ideo affirmetur, quia vbi integer ac verus est Amor, ibi est beneuolentiæ vicissitudo, quæ nullam admittit contumeliam vel iniuriã. Huius charitatis tanta vis est, vt ea sola humanũ genus trãquilla possit in pace seruare. quod neq; prudẽtia, neq; fortitudo, neq; vis armorũ, legũ,& eloquentiæ sine beneuolentia potest efficere. Vocat pręterea temperatum, quia turpes domat cupiditates. Amor eñ cũ pulchritudinẽ quærat, quæ in ordine quodã, tẽperãtiaq; cõsistit, viles,& immoderatas concupiscentias aspernatur, a turpibus gestib⁹ semper abhorret, quod a principio satis ab heroe audiuistis, atq; vbi huius regnat affectus, omẽs cupiditates aliæ contemnunt. Subiunxit, Fortissimũ. Quid eñ audacia fortius? Quis item audentius q̃ amator pro amato pugnat? Diis aliis, id est planetis aliis, Mars fortitudine præstat, quia fortiores homines efficit. Venus hũc domat. Quãdo enim Mars in angulis cæli, vel secũda natiuitatis domo, vel octaua constitutus nascenti mala portendit, Venus sæpe cõiunctione sua, vel oppositione, vel receptione, aut aspectu sextili, aut trino, Martis, vt ita dicamus, cõpescit malignitatem. Rursus quãdo Mars in ortu hominis dominat̃, magnitudinem animi iracundiãq; largit̃. Si ꝓxime Venus accesserit, virtutem illam magni animi a Marte datã non impedit, sed vitiũ iracũdiæ reprimit: Vbi clemẽtiorem facere Martem & domate videtur. Mars aũt Venerem nũq̃ domat. Illa siquidem si vitæ dux fuerit, amoris pręstat affectũ. Si mars proxime duxerit, suo calore Veneris impetum reddit ardentiorem, ita vt si nascente aliquo Mars in Veneris domo, Libra, vel Tauro fuerit, propter Martis præsentiã qui tũc nat⁹ est, acerrimis vtatur amoribus. Mars iterũ sequitur Venerem, Venus Martem nõ sequitur. quoniã audacia amoris pedissequa est, non amor audaciæ. Non enim ex eo ꝙ audaces sunt, amore homines illaqueantur, sed ex eo plerunq; ꝙ amore saucii sunt, audacissimi fiunt ad quæq; pericula propter amatũ intrepide subeunda. Deniq; fortitudinis eius omnibus excellentis euidentissimum illud est argumentũ, ꝙ amori omnia parent, ille nulli. Nempe cælestes amãt,& animalia,& corpora omnia. Fortes item & sapientes. Diuites viri regesq; maximi colla subdunt amoris imperio. Amor autem nullis istorum subiicit̃. Neq; enim diuitum munera amorem emunt, neq; potentum minæ violentiæq;, vt amemus, vel desistamus amare, nos cogere possunt. Amor enim liber est, ac sua sponte in libera oritur voluntate, quã neq; deus etiam coget, qui ab initio liberam fore decreuit. Quo fit, vt amor, qui vim omnibus infert, omnium effugiat violentiam. Huius tanta libertas est, vt cæterę animi affectiones, vel artes operationesq; præmium aliquod, vt plurimum, a se diuersum exoptent, Amor seipso tanq̃ suiipsius pręmio sit contentus, quasi non sit præmium aliud præter amorem quod amore sit dignum. Nã qui amat, amorem amat pręcipue. Id enim vult ab amato potissimũ, vt vicissim amet amantẽ. Est etiã sapiẽtissimus. Qua ratione amor rerum omnium creator sit atq; seruator,& artium singularum magister & dominus, satis in Eryximachi oratione arbitror disputatum. In quibus sapientia amoris ostenditur. Ex omnibus his concludit̃ amorem idcirco & beatissimum esse, quia pulcherrimus sit,& optimus. Esse vero pulcherrimum ex eo constat, quia pulcherrimis tanq̃ sui similibus delectat̃. Optimum quoq; ꝑ ꝑterea, ꝙ optimos facit amantes. Optimum vero esse illum necesse est, qui alios optimos efficit.

De donis Amoris. Caput. IX.

QVid Amor sit ex nostra illa discutione apparuit. Qualis sit, ex verbis supiorib⁹ Agathonis. Quę munera largiat̃, facile ex dictis ꝗcit̃. Est eñ amor alter simplex, mutuus alter. Simplex ille quęcũq; comprehenderit prudentem reddit ad ꝓuidendum, acutum ad disserendũ, facũdum ad eloquendum, ad res gerendas magnanimum, ad iocos facetum, ad ludos promptum, ad seria

regionem inter informē formoſamq; naturā Ioannes in prima,& ſecunda eius oratione ſatis aperuit.

De Sphærarum animis,& Dæmonibus. Cap.III.

SEd quomodo mediā plagā cælū inter & terrā dæmones habitent,ex verbis Diotimæ in Conuiuio Socratis,in Phædro,atq; in Philebo Athenienſis hoſpitis,in Legibus,& Epinomi,ita cognoſcite. Vniuerſam hui⁹ mūdi machinā anima quadā regi, atq; moueri Plato exiſtimat. Siqdē mūdi corpus totū quoddā corpus eſt,ex totis quatuor elementis cōpoſitū, cui⁹ particulę ſunt oīm animātiū corpora. Nā animalis cuiuſq; corpuſculū mūdani corporis particula eſt: neq; ex toto ignis,aeris,aquæ,terræ elemento,ſed horū elementorū partib⁹ qbuſdā cōponit̃. Quāto igit̃ totū parte perfectius eſt,tāto mūdi corpus pfectius eſt ſingulorꝝ animātiū corpore. Abſurdū eſſet imperfectū qdem corpus habere animā,pfectū vero neq; habere animā,neq; viuere. Quis eñ adeo mente captus eſt,vt ptē viuere dicat,totū neget? Viuit igit̃ totū mūdi corpus, cū animaliū corpora quæ ptes illi⁹ ſunt viuāt. Vnā eſſe oportet totius animā,ſicut & vna eſt materia,vna conſtructio. Cū ergo duodecim ſint mūdi ſphæræ,vt Platoni placet,octo cæli,& elementa ſub cælo quatuor, atq; duodecim hæ ſphæræ diſcretę inuicē ſint,ſpecie,motib⁹, & pprietate diuerſę, duodecim neceſſe eſt illis adeſſe aīas, ſpecie & virtute diuerſas. Vna igit̃ erit vnius primę materię aīa. Duodecim circulorꝝ,aīę duodecim. Quis terrā,aut aquā neget viuere,quæ vitā aīalibus ex ſe genitis tribuūt? Q̃ ſi feces hę mūdi viuūt, viuētiūq; ſunt plenæ,cur nō aer, & ignis excellētiores mūdi ptes viuāt, viuētiaq; in ſe ſilr̃ habeāt, cæliq; ſimiliter? Sed aīalia illa cæleſtia,quæ ſidera ſunt,& terrena,aquatiliaq; videmus qdem: ignea vero,& aerea non videm⁹. Quippe cū neq; purū ignis,aut aeris elementū pſpiciamus. Hoc aūt intereſt, ꝙ in terra duo ſunt animātiū genera,bruta,& rationabilia. Similiter in aqua: cū aqua corpore terrę præſtātior,non minus q̃ terra compos eſſe debeat rationis. Globi vero decem ſupiores ppter eorum ſublimitatem ſolis ſunt rōnabilibus exornati. Animā mūdi.i.materiæ primæ,& duodecim ſphærarū, & ſiderū animas deos Platonici nominăt,tāq̃ angelicę mentis ſummiq; dei pediſſequas. Aīalia q̃ ignis ætherei ſub luna locati,aut puri aeris,aut nebuloſi aeris aquæ proximi regionem habitāt,dæmones. Quæ terrā incolūt rōnalia,hoīes. Dii etiā immortales,& īpatibiles ſunt: hoīes patibiles,atq; mortales ſunt. Dęmones imortales ſunt qdē,ſed patibiles. Neq; paſſiones dęmonib⁹ corporis,ſed animi affectus quoſdā attribuūt,qbus bonos hoīes amāt quodāmodo,malos oderūt,ſeq; ipſos ppius & ardentius reb⁹ inferiorib⁹ pcipue humanis gubernādis imiſcēt. ii oēs ex hoc officio boni vident̃. Eſſe vero alios quoſdā malos dæmones Platonici nonnulli,& Chriſtiani theologi voluerūt. Sed de malis dæmonibus nulla ad præſens nobis eſt diſputatio. Bonos autem noſtri cuſtodes pprio noīe angelos inferioris mūdi gubernatores Dionyſius Areopagita,qđ a Platonis mente minime diſcrepat,vocare ſolet. Quinetiā quos deos,& ſphærarū ſiderūq; animos Plato nūcupat,angelos dei miniſtros Dionyſii more poſſumus appellare. quod etiā a Platone ob eā cauſam nō diſſentit,qa huiuſmodi animos vt in decimo Legū apparet,ſphęrarū clauſtris haudquaq̃ pinde alligat,vt corporibus animas terrenorum: ſed tāta virtute a deo ſummo donatos affirmat,vt dei viſione gaudere ſimul valeant, & ſine vllo labore,aut ſollicitudine globos mūdi pro patris ſui volūtate regere,& mouere,hiſq; mouēdis inferiora facile gubernare. Quare inter Platonē & Dionyſiū verborꝝ potius eſt,q̃ ſententiæ diſcrepatio.

De ſeptem Donis quæ a deo hominibus per medios ſpiritus tribuuntur. Cap.IIII.

REṙū oīm ideis,quas diuina mens continet,ſequentes dii,deorꝝ muneribus dęmones ſubſeruire dicunt̃. A ſummo nāq; ad imū omnia p media trāſeūt,ita vt ideæ illæ diuinæ mētis conceptiones,p deos,dæmones,ſua hoībus munera largiant̃. Horū ſunt pcipua ſeptē. Cōtēplationis acumen. Gubernādi poteſtas. Animoſitas. Claritas ſenſuū. Amoris ardor. Interpretādi ſubtilitas. Fœcūditas generādi. Horū vim deus primo in ſe cōtinet. Deinde ſeptem diis,q planetas ſeptem mouent,angeliq; a nobis vocant̃,horū potētiā tribuit,ita vt ſinguli ſingula prę cæteris capiāt. Illi ſeptē dęmonū ordinib⁹ eis ſubſeruientib⁹ ſingulis pcipue ſingula exhibēt. Iſti tradūt hoībus. Profecto de⁹ hęc aīs ſtatim a ſe natis infundit. hi ex orbe lacteo p cācrū labentes,in corpus cæleſti quodā,lucidoq; corpore inuoluūt̃,quo circūdati terrenis corporib⁹ includunt̃. Ordo eñ naturę reqrit, vt puriſſim⁹ anim⁹ in corpus hoc impuriſſimū nō prius q̃ mediū quoddā,& purū tegmē accepit,decidere valeat. Qđ cū aīo craſſius ſit,hoc aūt corpore purius,& ſubtilius, cōmodiſſima a Platonicis iudicat̃ aīæ cū terreno corpore copula. Hinc itaq; fit,vt planetarū aīę noſtris aīs,corpora vero corpib⁹ noſtris ſeptē illorꝝ munerū vires a deo datas ſtatim ab initio,atq; aſſidue cōfirmēt,& roborēt. Eidē officio pręſunt naturę dęmonū totidē inter cęleſtes & hoīes medię. Cōtemplatiōis donū Saturn⁹ p Saturnios dęmones roborat. Gubernādi,& imperādi potētiā Iupiter Iouialiū dæmonū miniſterio. Magnitudinē animi Mars p dęmones Martiales. Senſuū,opinioniſq; claritatē,vnde vaticiniū ſequitur,Sol dæmonum ſolariū adiumento. Amorem per Venereos Venus inſpirat. Pronūciādi,& interpretādi ſolertiā Mercurialibus intercedentibus Mercurius adiuuat. Luna poſtremo lunaribus dæmonibus conferenti-

Qui dii, quas artes hominibus largiantur. Caput.XIII.

ARtes a diis propter amorem humano generi traditas Agathon arbitrat. Regnandi ab Ioue: Sagittādi, diuinādi, mededi artē ab Apolline: Fabricā ærariam a Vulcano: Texendi artificiū a Minerua, a Musis deinde musicā. Duodecim Zodiaci signis numina præsunt duodecim. Arieti Pallas, Tauro Venus, Apollo Geminis, Cancro Mercurius, Leoni Iupiter, Virgini Ceres, Libræ Vulcanus, Scorpio Mars, Diana Sagittario, Vesta Capricorno, Aquario Iuno, Piscibus vero Neptunus. Ab his artes oēs generi nostro tradunt. Signa illa in corpus, Numina quæ illis præsunt in animā vires suas ad singulas artes infundūt. Ita Iupiter p Leonem hominē ad gubernationē deoꝝ & hoīm, id est ad res tā diuinas q̄ humanas p̄clare gerēdas reddit aptissimū. Apollo p Geminos vaticiniū, medicinā, & arcus industriā exhibet. Pallas p Arietē texendi peritiā. Vulcan⁹ p Librā ærariā fabricā: & artes reliquas alii. Quia vero ꝓuidētię benignitate sua nobis munera magnifice largiunt, amore īstigāte dicim⁹ elargiri. Præterea velocissima illa & ordinatissima cælorū conuersione musicā nasci cōsonātiā arbitramur, atq; octo circulorū motibus tonos octo, ex cūctis aūt nonū quendā ꝓduci concentū. Nouē itaq; cęloꝝ sonos, a musica cōcordia Musas nouē cognominam⁹. Hui⁹ musicę rōne noster olim donat⁹ est anim⁹. Cui em̄ ē origo cęlestis, merito cęlestis īnata dicit harmonia. Quā deinde variis instrumentis & cātibus imitat. Idq; munus siliter diuinę ꝓuidentiæ nobis est amore concessum. Hunc ergo nos viri clarissimi deū, qa pulcherrim⁹ est amem⁹, qa optimus imitemur, qa beatissimus veneremur, vt sua nobis clemētia & largitate cōcedat pulchritudinis, bonitatis, btitudinis suę possessionē.

INTRODVCTIO Ad disputationē de Amore. Oratio Sexta. Cap.I.

HActenus Carolus Marsupinus. Thomas aūt Bēcius Socratis diligēs imitator ad Socraticorū verborū cōmentationē libēti animo, & hilari vultu se cōtulit. Socrates inquit noster Græcorū oīm sapiētissim⁹ oraculo Apollinis iudicat⁹ amādi artē prę cæteris profiteri solebat, quasi ob artis hui⁹ peritiā potissimū & Socrates, & alius quis esset sapiētissim⁹ iudicādus. Artē hmōi nō ab Anaxagora, Damone, Archelao physicis, nō a Prodico Chio, & Aspasia rhetoricę ꝓfessorib⁹, non a Conno musico, a qbus multa didicerat, sed a Diotima fatidica muliere diuino afflata spiritu se accepisse dicebat: mea quidē sentētia, vt ostēderet, sola diuinitatis inspiratione, qd vera pulchritudo sit, qd legitim⁹ amor, qua ratione amādū, hoīes ītelligere posse. Tāta est amatorię facultatis potētia, tāta sublimitas. Ergo procul ab his cælestibus epulis abeste, ꝓcul inquā abeste ꝓphani, q terrenis obruti sordibus & Baccho Priapoq; prorsus emācipati, amorē cęleste munus, in terrā porcorū ritu cœnūq; ꝓsternitis. Vos aūt cōuiuæ castissimi, & alii oēs Dianę & Palladi cōsecrati, q animi purissimi libertate ꝑpetuoq; mētis gaudio exultatis, adeste feliciter, diuinaq; mysteria Socrati a Diotima reuelata diligēter audite. Sed anq̄ Diotimā audiatis soluenda est cōtrouersia quædā, inter eos q de amore in supioribus tractauerūt, & eos q tractaturi sunt, orta. Superiores nāq; amorē pulchrū, bonū, beatū, deū vocauerūt, Socrates & Diotima negant, atq; illum inter pulchrum & turpe, bonū & malū, beatū & miserū, deum & hominem medium collocant. Nos vtrāq; sententiam licet alia ratione veram existimamus.

Amor est medius inter pulchritudinem & turpitudinē, atq; inter deū & hominē. Cap.II.

FErro Magnes lapis suā quādā inserit q̄litatē, q̄ ferrū magneti factū psimile ad hūc lapidē īclinat. Inclinatio hmōi ꝓut a lapide orta vergit in lapidē, lapidea certe inclinatio dicit, ꝓut in ferro est, & ferrea est pariter, & lapidea. Est.n.ī ferri materia nō pura illa qdē, sed p q̄litatē lapidis iā formata. Ideo vtriusq; retinet ꝓprietatē. Ignis ēt, vt loq̄mur aptius, q̄litate sua.i.calore linū accēdit. Linū caloris q̄litate suspēsum ad supnā ignis euolat regionē. Volatū hmōi ꝓut ab igne excitus vergit ad ignē, igneū plane cognominam⁹, ꝓut ī lino ē nō mero qdē, sed iā ignito, ab vtriusq; tā lini q̄ ignis natura, lineū ęque ac igneū dicim⁹. Figura hoīs sæpenūero ꝓpter bonitatē īteriorē feliciter a deo cōcessam, aspectu pulcherrimā, splēdoris sui radiū p oculos ītuētiū trāsfūdit in aīm. Hac vtiq; scintilla tāq̄ hamo quodā tract⁹ anim⁹ ꝑperat ad trahētē. Hūc nos tractū q & amor ē, qm̄ a pulchro bono felici depēdēs in idē reflectit, pulchrū, bonū, beatū, deū Agathonis cęterorūq; supioꝝ snīa noīare nō dubitam⁹. Quoniā vero ī aīo est p radii illi⁹ pulchri p̄sentiā iā accēso, affectū īter pulchrū & nō pulchrū mediū cogimur noīare. Quādoqdē anim⁹, q nullā adhuc pulchræ rei suscipit imaginē, rem illā tāq̄ incognitā nōdū amat: & q totā possidet pulchritudinē, amoris stimulis nō vexat. Quis em̄ quæ habet affectat? Restat, vt tūc ardendi flagret amore, qn̄ speciosum aliquod rei pulchrę simulacrū nactus ea pręgustatione ad plenā possessionē pulchritudinis instigat. Cū igit amātis anim⁹ rem ipsā pulchrā ptim habeat qdē, ptim vero nō habeat, nō iniuria ptim pulcher ē, ptim nō pulcher. Atq; ita amorē ex huiusmodi mixtiōe mediū quēdā affectū eē volum⁹ inter pulchrū & nō pulchrū vtriusq; pticipē. Ob hāc vtiq; rōnē Diotima, vt ad eā iā veniamus, amorē dęmonē appellauit, quia sicut dęmones īter cęlestia & terrena sunt medii, sic amor īter īformitatē & formā mediū obtinet. Mediā hāc ei⁹

ritui quæ veluti specula præsente corpore imagines capiunt, absente dimittunt, perpetua formosi corporis præsentia opus est, vt eius illustratione continue lucescant, foueantur, & oblectentur. Igitur & isti propter indigentiam suam, præsentiam corporis exigunt, & animus iis, vt plurimum, obsequutus eandem cogitur affectare.

De Amoris ortu. Cap. VII.

SEd iam ad Diotimã redeamus. Hæc igitur cum amorem in dæmonũ numerum ob eas quas enarrauimus causas retulisset, eius hunc in modum originem Socrati demonstrauit. In Veneris natalibus discumbentibus diis Consilii filius Porus potu nectaris ebrius, cum Penia in Iouis horto se miscuit, ex eo cõgressu natus est Amor. In Veneris natalibus, id est quãdo mens angeli, & mundi anima, quas Veneres ea ratione quam alias diximus, nominauimus, ex summa dei maiestate oriebantur. Dii discumbebant, id est Cælius, & Saturnus, & Iupiter bonis propriis vescebantur. Nam cũ in angelo intelligentia, & in mundi anima vis generandi, quas proprie Veneres geminas appellamus, prodibant in lucẽ, iam erat summus ille deus quẽ vocant Cælũ: essentia præterea, & vita in angelo, quos Saturnũ vocamus, & Iouem, atq; etiam in mũdi anima inerat supernorum cognitio, & cælestiũ corporũ agitatio, quos iterum Saturnũ Iouẽq; vocamus. Porus, & Penia, affluentiam & egestatem significãt. Porus Cõsilii filius, i. summi dei scintilla. Deus nẽpe cõsiliũ, & consilii fons appellatur, quia veritas omnium est, & bonitas. Cuius splendore omne consiliũ verũ efficitur. Ad cuius bonitatẽ omne tẽdit cõsiliũ. Iouis hortũ, angelicę vitę fœcũditatẽ intelligit. in quã cũ descẽdit Porus, i. ille dei scilicet radius, Peniæ, i. priori huius indigẽtię mixtus creat amorẽ. Principio angelus per deũ est, & viuit, quo ad hæc duo essentiã & vitã, Saturnus, & Iupiter nominatur. Habet insuper intelligẽdi potentiã, quã esse Venerẽ arbitramur. Potentia huiusmodi sua natura informis est, & obscura, nisi a deo illuminetur, quemadmodum oculi vis ante solis aduentum, hanc obscuritatem Peniam scilicet quasi inopiã & luminis defectũ esse putamus. Cęterum vis ea intelligẽdi naturali quodã instinctu ad suũ reflexa parentẽ, diuinũ ab eo radiũ, qui Porus est, & affluẽtia, suscipit. In quo veluti semine quodã, rationes rerũ omniũ includuntur. Huius radii flãmis naturalis ille instinctus accẽdit: hoc icẽdiũ hic ardor ex obscuritate priori, & accẽdente scintilla exoriẽs amor est ex inopia natus, & affluẽtia, in horto Iouis, i. sub vmbra vitę progenitus. Quippe cũ post vitę vigorẽ statim ardor ad itelligẽdũ exoriatur. Sed cur ebriũ nectare Porũ inducũt? qa rõne diuinę viuacitatis exuberat. Cur partim diues, ptim egenus est Amor? Quia neq; qđ pfecte possidemus, neq; quo caremus oĩno ardere solemus. Cum eñ id quęrat quisq; quo caret, q totã rẽ possidet, qd vltra perquirat? Quinetiam cũ incognita nemo desideret, necesse est vt aliquo modo cognitũ nobis ante fuerit qđ amemus, neq; cognitũ solũ, multa enim nota nobis odisse solemus, sed vt tãq̃ bonũ nobis, & iocũdũ fuerit iudicatũ. Neq; id ad flagrãtem beneuolentiã satis esse videt, nisi facile consequi posse qđ iocũdũ fere censuimus iudicemus. Quisqs igit aliqd amat, illũ qdem re ipsa nõdũ integerrime possidet. Animi tñ cogitatione idipsum cognoscit. Iocundum iudicat cõsequi posse, cõfidit, hæc ipsa cognitio, iudicatio, spes, quasi præsens aliqua absentis boni anticipatio est. Nõ eñ arderet nisi idipm placeret, neq; placeret, nisi esset quodãmõ prægustatũ. Ergo cũ amãtes partim qđ optãt habeãt qdẽ, ptim vero nõ habeãt, haud ab re ex indigẽtia quadã, & affluẽtia mixtus est amor. Hac vtriq; ratione Venus illa supna p primã ipsius diuini radii gustationẽ accensa amore fertur ad integrã totius luminis plenitudinem: hoc nixu parenti efficacius hærẽs plenissimo statim illius fulgore coruscat, rerũq; rationes illæ confusæ, quæ in radio, quem Porũ dicimus ante fuerãt implicatæ, explicantur, iã impotẽtia illa Veneris inhęrente, & clarius distinctæ lucescunt. Quẽadmodũ vero se habet ad deũ angelus, ita ad angelũ deũq;, anima mũdi. Ea eñ ad superna se flectens ab illis similiter & radiũ accipit, & accendit, gignitq; amorẽ affluentię inopięq; participẽ. Hinc formis rerũ omniũ exornata ad earũ exemplar cælos mouet, perq; potentiã generãdi similes illis formas in elementorũ materia generat. Venerem hic geminã rursus aspicimus. Alterã sane vim animæ, huius ad superna cognoscẽda. Alterã vero vim eiusdem inferiorũ procreatricẽ. Illa qdẽ nõ est animæ propria, sed cõtẽplationis angelicæ imitatio: hęc autem naturæ animæ propria. Ideo quotiens vnã in anima Venerẽ ponimus, vim eius peculiarẽ, & Venerem eius propriã intelligimus. Quotiens duas, alterã communem cũ angelo, alterã ipsius animæ propriã. Sint igitur duæ in anima Veneres, prima cælestis, secũda vero vulgaris. Amorem habeãt ambæ. Cælestis ad diuinã pulchritudinẽ cogitãdam: Vulgaris ad eãdem in mũdi materia generãdã. Qualẽ eñ videt illa decorẽ, talẽ vult hęc pro viribus mũdi machinæ tradere. Immo vero vtraq; fertur ad pulchritudinem generãdam, sed suo vtraq; modo. Cælestis Venus intelligentia sua effingere in seipsa exactissimã supernorũ pulchritudinẽ nititur: Vulgaris diuinorũ seminũ vbertate cõceptã apud se diuinitus pulchritudinem in mũdi materia parere. Amorẽ illũ qñq; deũ idcirco vocamus, qm̃ ad diuina dirigit. Vt plurimũ dæmonẽ, qm̃ inter inopiã copiãq; est medius. Amorẽ alterũ semp dæmonẽ, qm̃ affectũ aliquẽ ad corpus habere videt, & ad inferiorem mũdi plagã esse procliuior. Quod quidẽ a deo alienũ est: Dęmonum naturæ conueniens.

bus fouet generationis officiũ.Horũ facultatẽ licet hoībus cũctis impartiãt,illis tñ pręcipue,in quorũ cõceptione & ortu ex cæli dispositione possunt plurimũ. Quæ qdẽ licet infusa diuinitus honesta sint,possunt tñ in nobis quãdoq; propter abusum uideri deformia.qđ est in gubernationis, animositatis,amoris,generationis vsu pspicuũ.Amoris instinctũ ne longius digrediamur,a deo summo,& a Venere,quæ dea dicitur,& a dæmonibus Venereis habuimus.Quoniã a deo descendit,deus:quoniam a dæmonibus confirmatur,dæmon est appellandus. Quapropter iure apud Agathonem deus, apud Diotimam dæmon est dictus.Dæmon inquam Venereus.

De ordine Dæmonum Venereorum,& quomodo iaculantur amorem. Cap.V.

DAemon autem Venereus,triplex est amor.Primus in Venere cælesti a Platonicis ponitur.In ipsa scilicet angelicę mẽtis intelligẽtia.Secũdus,in vulgari Venere. In ea videlicet potentia, quã habet mũdi aĩa generãdi.Qui duo ꝑpterea dæmones appellãtur,quia inter informitatẽ & formã sunt medii,vt & supra tetigimus,& paulo post latius explicabimus.Tertius,ordo dæmonũ planetã Veneris comitãtiũ.Horũ quoq; scilicet dæmonũ Venereoꝝ,triplicẽ ordinem ponimus. Alii ignis,alii purissimi aeris,alii crassioris & nebulosi aeris elemẽto sunt assignati,omnesq; a Gręco vocabulo Heros,qđ amorẽ significat,Heroes.i.amatorii nominãtur.Primi in eos hoĩes amoris aculeos iaculãtur,in quibus bilis,humor cholericus,& igneus dñat.Secũdi in eos,in quibus sanguis,humor aereus.Tertii vero in eos,in qbus pituita,& atra bilis,aqueus,& terreus imperat humor. Cupidinis aũt sagittis cũ omnes hoĩes,tum quatuor maxime illorũ genera vulnerãtur. Nã animas Iouis Phœbi Martis Iunonis.i. Veneris pedissequas vulnerari potissimum Plato in Phædro significauit, easq; ab ipsis generationis primordiis ad amorem pronas,eos summopere homines amare solere,qui sub iisdem sint orti sideribus.Hinc Iouiales Iouialibus,Martialibus Martiales, atq; aliis similiter alii vehementer afficiuntur.

Quomodo capiamur Amore. Cap.VI.

QVod de vno dicã exẽplo,de tribus aliis intelligite.Quicũq; animus sub Iouis imperio in terrenũ corpus delabiť,certã quãdã in ipo descẽsu sibi cõcipit hoĩs fabricãdi figurã Iouis astro cõueniẽtem.Hãc in æthereo sui corpore tãq̃ optime affecto exprimit exactissimã.Si nactũ in terris semen fuerit similiter tẽperatũ,in eo quoq; tertiã figurã pingit primę secũdęq; simillimã.Sin cõtra,nõ ita psimilem.Sępenumero accidit,vt duo quidã animi licet diuersis temporũ interuallis, Ioue tñ regnãte descẽderint,alterq; illorũ semẽ ĩ terra nactus idoneũ corpus secũdũ priores ideas illas rectissime figurauerit:alter vero propter materię ineptitudinẽ,idẽ opus inchoauerit qdẽ,sed nõ tanta ad sui exẽplar fuerit similitudine executus.Corpus illud isto formosius.Ambo sibi ꝑpter quãdã naturę similitudinẽ mutuo placẽt.Sed placet magis,q ĩter eos formosior iudicať. Quo fit vt nõ formosissimos quosq;,sed suos.i.similiter natos,etiã si minus q̃ alii multi formosi sint,quilibet maxime diligãt.Proinde q,vt diximꝰ,eodẽ sub astro sunt orti,ita se habẽt,vt pulchrioris eorũ simulacrũ,p oculos in alterius animũ manãs,cõsimili cuidã simulacro,tã in corpore ęthereo,q̃ in animi penetralibꝰ ab ipsa generatione formato quadret,& vndiq; consonet.Ita pulsatus animus obuiũ illud simulacrũ tãq̃ suũ aliqd recognoscit.Qđ qdẽ si tale est pro viribus,quale & ipse iã olim ĩtra se possidet,& suo ĩ corpore cũ vellet effingere,minime potuit,illud suo interiori protinus admouet:& si qd illi deest ad perfectã corporis Iouialis effigiẽ,instaurat reformãdo.ipm deinde reformatũ simulacrũ tãq̃ opus propriũ diligit.Hinc accidit,vt amãtes ita decipiãtur,vt formosiorẽ q̃ sit existimẽt.Nã procedẽte tẽpore amatũ nõ in mera eius imagine p sensus accepta pspiciũt,sed in simulacro iã ab aĩa ad ideæ suæ similitudinẽ reformato,qđ ipso corpore pulchrius est,intueñť.Desiderãt insup corpus illud vnde primo manauit simulacrũ intueri quotidie. Quis eñ animus absente corpore illius apud se cõseruet imaginẽ,idq; sibi ferme sit satis,spiritus tñ animæ instrumentũ oculusq; nõ seruãt.Tria profecto ĩ nobis esse videntur. Anima,Spiritus,atq; Corpus.Anima & corpus natura lõge inter se diuersa spiritu medio copulãtur, q vapor qdã est tenuissimus & perlucidus p cordis calorẽ ex subtilissima pte sanguinis genitus.Inde per omnia mẽbra diffusus animæ vires accipit,& trãsfundit in corpus. Accipit iterũ p organa sensuũ corporũ externorũ imagines,quæ in aĩa ꝑpterea figi nõ possunt,quia incorporea substãtia,quæ corporibus pstãtior est,formari ab illis p imaginũ susceptionẽ nõ põt. Sedeñ aĩa vbiq; spiritui præsens imagines corporũ in eo tãq̃ in speculo relucẽtes facile inspicit,pq; illas corpora iudicat,atq; hæc cognitio sensus a Platonicis diciť:dum eas inspicit,similes illis imagines multo etiã puriores sua vi cõcipit in seipsa.huiusmodi cõceptionẽ,imaginationem,phãtasiãq; vocamus.hic cõceptæ memoriter seruãtur imagines.Per has animi acies sæpenumero incitatur ad vniuersales rerum ideas quas in se continet intuendas.Ideoq; vnũ quẽdã hominẽ & sensu cernit,& imaginatione concipit.Intellectu rationẽ,definitionẽq; hoĩbus omnibus cõmunẽ p innatã illi humanitatis ideã cõmuniter contemplať,& quę fuerint cõtẽplata cõseruat.Animo igiť formosi hoĩs simulacrũ cõceptũ semel apud se reformatũq; memoriter conseruãti satis esset amatum quãdoq; vidisse. Oculo tamen,& spi-

dua amati cogitatione tota se versat. Illic & naturalis cõplexionis vis omnis intenta est. Ideo neq; cibus in stomacho perfecte coquitur. Quo fit vt maior pars in superfluas reliquias emittatur, minor & ea quidem cruda trahatur ad iecur. Illic etiã eadem ratione male cõcoquitur. Ideo sanguis paucus crudusq; inde p venas diffundit. quare mẽbra oĩa inopia cruditateq; alimẽti extenuant, & pallent. Praeterea quocunq; animi assidua fertur intẽtio, illuc & spiritus qui animę siue currus, siue instrumenta sunt, aduolãt. Spiritus in corde ex subtilissima sanguinis parte creant. In amati imaginẽ phãtasię infixam ipsumq; amatũ amantis animus rapit. Eodem trahunt & spiritus. Illuc euolãtes assidue resoluunt. Quapropter freqũẽtissimo puri sanguinis fomite opus est ad consumptos spiritus recreãdos, vbi subtiliores quęq; & lucidiores partes sanguinis quotidie in reficiẽdis spiritib⁹ exhalant. propterea puro & claro sanguine resoluto, maculosus, crassus, aridus restat & ater. Hinc exsiccat corpus & squalet. hinc & melãcholici amãtes euadũt. Ex sicco eñ crasso atroq; sanguine melãcholia. i. atra bilis efficitur, quae suis caput vaporibus opplet, cerebrũ siccat, animã tetris horrẽdisq; imaginibus diu noctuq; solicitare nõ cessat. qđ Lucretio philosopho Epicureo propter amorẽ legimus accidisse. Qui amore primũ, insania deinde vexatus, sibi tãdẽ ipsi manus iniecit. Haec illis accidere cõsueuerunt, qui amore abusi qđ cõtẽplationis est ad amplexus cõcupiscentiã trãstulerũt. Videdi enim desideriũ facilius q̃ & videndi & attrectãdi cupidinẽ toleramus. Quę cum medici veteres obseruassent, amorem esse dixerunt passionem morbo melãcholico ꝓximã: eãq; Rasis medicus coitu, ieiunio, ebrietate, deambulatione curari pręcepit. Neq; solũ tales amor homines reddit, verũetiã quicũq; natura sunt tales ad amorẽ ꝓcliuiores existũt. Tales aũt sunt ii in qbus bilis, quã cholerã vocant, vel atra bilis quã Melancholiã, cęteris humoribus ꝓualet. Bilis calida & sicca est. Atra bilis sicca & frigida. Illa ignis, haec terrae locum in animãtium corpore tenet. Aridi ergo melancholici & sicci ad terrae similitudinem. Squalidi & pallentes cholerici ad similitudinem ignis intelligunt. Cholerici ꝓpter ignei humoris impetũ in amorẽ praecipites perferunt: Melancholici ob terrei humoris pigritiam tardius amant. Verũ ꝓpter humoris ipsius stabilitatẽ, postq̃ illaqueati sunt diutissime perseuerant. Merito igit aridus & squalens fingitur amor, cũ hoĩes qui tales sunt, pre cęteris amori soleãt indulgere. Quod ex eo potissimũ fieri arbitramur, quia cholerici bilis incẽdio exurunt. Melãcholici atrae bilis corroduntur asperitate. quod Aristoteles in septimo libro de Moribus affirmauit. Molestus itaq; humor semper angit vtrosq;, cogitq; solamen aliquod maximũ atq; continuum contra continuam humorum molestiam quaerere. Huiusmodi sunt musicae amorisq; delitię. Nullis enim aliis oblectamentis tam assidue operam impendere possumus q̃ musicae vocũq; delinimẽtis, pulchritudinisq; illecebris. Reliqui enim sensus cito replent. Visus autem aut auditus diutius voculis & pictura pascuntur inani. Neq; solum horum sensuum firmiores sunt voluptates, verũetiã humanae cõplexioni cognatiores. Quid enim humani corporis spiritibus cõueniẽtius est, q̃ voces hominũ & figurę? eorũ praesertim, qui nõ modo naturae similitudine, sed etiã pulchritudinis gratia placẽt. Quãobrem cholerici & melãcholici hoĩes tanq̃ vnicũ remediũ & solamẽ molestissimae ipsorũ cõplexionis, cantus & formae oblectamẽta sectant. Ideoq; sunt ad Veneris illecebras proniores. Et Socrates, quem Aristoteles melancholicũ iudicauit, ad amandi artẽ vt ipsemet ꝓfitebat, erat oĩm ꝓpensissimus. Idẽq; de Sappho melancholica vt ipsa testat, possumus iudicare. Necnon & Maro noster quẽ cholericum fuisse eius effigies indicat, q̃uis pudicus, fuit tamen ꝓcliuior ad amandum. Nudis pedibus. Talem ꝓpterea Diotima pinxit amorem, quoniã amator adeo in rebus amatoriis occupatus est, vt in caeteris vitae officiis tã priuatis q̃ publicis nõ cautus quidem incedat vt decet, sed absq; vlla discriminũ ꝓuidẽtia temerarius quocũq; ferat. Ideo in suis ꝓgressibus frequentia incurrit pericula, non aliter q̃ qui pedes suos corio non suffulciunt, vnde crebris sentibus & calculis offendunt. Humilis. Grecum Platonis vocabulum humi & per infima volans significat. Vidit enim saepenumero propter amoris abusum sine sensu viuere amantes, Et leuibus curis magna perire bona. Hi sane amatis seipsos vsqueadeo dedũt vt in eos penitus transire nitant, eosq; tam verbis q̃ gestibus in seipsis effingant. Frequentissima vero puerorum, & puellarum imitatione quis non effoeminet? quis non puer, foeminave euaserit? Sine domicilio. Humanae cogitatiõis domiciliũ aĩa ipsa est. Animae domiciliũ spiritus. Domiciliũ spiritus huius est corpus. Tres habitatores sunt. Tria sunt domicilia. Quisq; horũ naturali amisso exulat domicilio. Nã cogitatio omnis non ad animi sui disciplinã, & trãquillitatem, sed ad dilecti hoĩs se vertit obsequia, & anima corporis sui deserit ministeriũ, in amati corpus nitit trãsilire. Spiritus animae currus, dũ alio properat animus, alio quoq; euolat exhalando. Propria itaq; domo exit cogitatio, exit anima, exit & spiritus. Primũ exitũ insania & inquietudo: Secundũ debilitas mortisq; formido: Tertiũ trepidatio, pauor, & suspirium comitatur. Quocirca ꝓpriis laribus, naturali sede, optata quiete priuatus est amor. Sine stramentis & tegmine vllo. Vbi enim quiescat, & quo tegatur non habet. Cum enim res quęq; suam originem repetant, amoris igniculus a formosi corpis obiectu in appetitu amã-

In omnibus animis duo sunt amores,in nostris vero quinq;. Cap.VIII.

GEminę aūt Veneres hę,geminiq; amores non solū in aīa mundi,verūetiā in sphęrarū,siderū, dęmonū,hoīmq; animis insunt.Cūq; animę oēs ad primā illā cōpetēti naturalis ordinis serie referant,necesse est amores quoq; oīm ad illius amorē ita referri vt aliquo modo ab illo dependeāt.Propterea hos qdē simpliciter dęmones,illū vero magnū dęmonē appellare Diotima consueuit:Qui p vniuersum mundū omnibus imminēs torpere corda nō finit,sed passim suscitat ad amandū.In nobis aūt non duo tātū,sed quinq; amores reperiunt.Duo quidē extremi dęmones,medii tres, non dęmones solūmodo sed affectus. Profecto in hominis mente æternus est amor ad diuinam pulchritudinem peruidendā:cuius gratia,philosophię studia,& iustitiæ,pietatisq; officia sequimur.Est etiā in generādi potentia occultus quidā stimulus ad sobolē pcreādā,isq; amor perpetuus est, quo assidue incitamur,vt supernę pulchritudinis illius similitudinē in pcreatæ plis effigie effingamus.Hi duo amores in nobis perpetui,duo sunt dęmones illi,quos Plato nostris animis semp adesse vaticinatur:quorū alter ad superna erigat,alter deprimat ad inferna:alter calodęmon.i.bonus dęmon sit, alter cacodęmon.i.malus sit dęmon.Reuera vtriq; sunt boni,quoniā tam sobolis pcreatio, q̄ idagatio veritatis necessaria & honesta censetur. Verum secundus ideo dictus est malus, quia ppter abusum nostrum sępe nos turbat, & animum a pcipuo eius bono,qd in veritatis speculatione consistit,auertit maxime,& ad mysteria viliora detorquet.Horū mediū amores in nobis tres obtinent:qui cū non sint in animo æque vt isti firmissimi,sed incipiāt,crescant,decrescant,& desinant,rectius motus atq; affectus q̄ dęmones vocabunt.Horū vnus ęquis interuallis ab vtrisq; distat extremis.Reliqui duo in partem alterutrā inclinant.Porro corporis alicuius figura ppter materię præparationē talis est maxime,qualē in eius idea diuina mens continet tunc oculis obuia,perq; oculos in spiritū penetrās,animo euestigio placet,cū illis cōsonet rationibus,quas veluti rei ipsius exēplaria tū nostra mens,tū generandi potentia olim diuinitus accepta conseruat.Hinc triplex vt diximus subrepit amor.Aut em̄ ad cōtēplatiuā,aut actiuā,aut voluptuosam vitā prōpti,& pcliues geniti educative sumus. Si ad cōtemplatiuam,statim a formę corporalis aspectu ad spiritalis atq; diuinę considerationē erigimur. Si ad voluptuosam,subito a visu ad concupiscentiam tangendi descendimus.Si ad actiuā atq; moralē, in sola illa videndi atq; conuersandi oblectatione perseueramus.Illi tā ingeniosi sunt vt altissime puehant,isti tam hebetes vt deprimant ad infima,hi tanq̄ medii in media remanēt regione.Amor itaq; omnis incipit ab aspectu.Sed cōtemplatiui hominis amor ab aspectu ascendit in mētē.Voluptuosi ab aspectu descēdit in tactū.Actiui remanet in aspectu.Illius amor ad supremū dęmonē magis q̄ ad infimum se conuertit,istius ad infimū potius q̄ ad supremū deflectit,huius ab vtroq; interuallis distat æqualibus.Tres isti amores,tria nomina sortiuntur.Cōtemplatiui hominis amor,diuinus:Actiui,humanus:Voluptuosi,ferinus cognominatur.

Quæ passiones amantibus insunt,propter amoris matrem. Cap.IX.

AMorē esse dęmonē ex copia & inopia genitū,& qnq; in species diuidi,hactenus declarauim⁹: quales aūt in amātibus affectus ex hmōi amoris natura nascātur,deinceps ex Diotimæ verbis tractabimus. Quoniam,inquit,amor in natalibus Veneris pgenitus est,Venerem sectatur & colit,ac pulchri desiderio capitur,cum Venus ipsa pulcherrima sit.Quia inopiæ filius est,aridus est & macilētus & squalidus,nudis pedibus,humilis,sine domicilio, sine stramētis & tegmine vllo ad fores in via sub diuo dormiens,ac deniq; semp egenus. Quia copiæ filius est pulchris ac bonis insidiat.Virilis est,audax,feroxq;,vehemens,callidus,sagaxq; venator,noua semp machinamenta cōtexēs,prudētiæ studiosus,facūdus,p oēm vitā philosophās,incātator,fascinatorq; potēs, veneficus, atq; sophista.Neq; immortalis oīno secūdū naturā,neq; mortalis. Sed interdū eadē die pullulat atq; viuit quotiēs exuberat,interdū deficit,atq; iterū reuiuiscit ob patris naturā.qd vero acquisitum est subterfugit.quocirca neq; mēdicus est amor vnq̄,neq; etiā opulētus.Quinetiā in medio sapientię & inscitię constituitur.Hęc Diotima.Nos ea q̄ breuissime poterimus,explanabimus.Hæc licet omnib⁹ insit amorū generibus,in tribus tñ mediis tanq̄ nobis manifestiorib⁹ clariora vident. In Veneris natalibus genitus Venerem sequit.i.cū supnis illis spiritibus,quos vocauimus Veneres,genitus,hoīm aīos ad supna reducit,ac pulchri desiderio capit,cū Venus ipsa pulcherrima sit.i. aīas accēdit summæ diuinæq; pulchritudinis desiderio,cū ipse sit in illis spiritibus ortus,q deo pximi dei decore summopere illustrant,atq; ad eosdem nos radios erigūt.Pręterea cū vita omniū animātiū atq; arborum & terrę fertilitas in humore & calore cōsistat,ad demonstrandā amoris inopiā vtrūq; deesse illi tam humorem q̄ calorem Diotima innuit, cum aridum & macilentum dixit & squalidum . Quis enim ignoret arida & sicca esse illa,quæ deserit humor ? Quis item pallorem dicat & squalorem aliunde q̄ sanguinei caloris defectu venire? Quinetiam diuturno amore pallidi & macilenti mortales efficiuntur . Quippe ad duo simul opera vis naturæ ferme non sufficit . Animi amantis intentio in assi-

meliores q̃ sint arbitrant̃.Sibimetipsi ꝑpter amoris violentiam cōtradicūt.Aliud em̃ ratio consulit, aliud concupiscētia sequitur.Consilia sua ad amati imperium mutant,sibiipsi vt morē gerāt aliis,aduersant̃.Sępe etiā formosi amatorū astutia irretiunt̃,& faciles fiunt qui antea fuerant pertinaces.Sed cur magū putamus amorē?qa tota vis magicę in amore cōsistit.Magicæ opus est,attractio rei vnius ab alia ex quadā cognatione naturę.Mūdi aūt hui⁹ partes,ceu aīalis vni⁹ mēbra,oēs ab vno auctore pendentes,vnius naturæ cōmunione inuicē copulant̃.Ideo sicut in nobis cerebrū, pulmones,cor,iecur,& reliqua mēbra a se inuicē trahūt aliqd,seq; mutuo iuuāt,& vno illorū aliquo patiēte cōpatiūtur,ita ingentis huius aīalis mēbra.i.oīa mundi corpora cōnexa similiter mutuāt inuicem naturas, & mutuant̃:ex cōmuni cognatione cōmunis innascit̃ amor,ex amore cōmunis attractio.Hęc autem vera magica est.Sic ab orbis lunę concauitate ꝑpter naturę cōgruitatē sursum trahit̃ ignis,ab ignis concauitate aer,a mundi centro terra ad infima trahit̃,a loco etiam suo rapit̃ aqua.Hinc & Magnes ferrum,& electrū paleas,ignē sulphur,Sol flores multos ad se vertit & folia,Luna aquas,Mars vētos ciere solet,& hęrbæ varię varia quoq; ad se inuitāt animātiū genera.In rebus etiam humanis trahit sua quęq; voluptas.Magicę igit̃ opera,naturę opera sunt,Ars vero ministra. Ars em̃ vbi naturali cognationi deest aliquid,ꝑ vapores,numeros,figuras,qualitates opportunis supplet temporibus, quēadmodū in agricultura natura segetes parit,ars præparat.Hanc artem veteres dęmonibus attribuerūt,quia intelligūt qualis sit rerū naturaliū societas,quid cuiq; congruat,quomodo concordia rerū sicubi desit,instauret̃.His nōnulli vel naturę similitudine quadā amici,vt Zoroaster & Socrates, vel cultu dilecti,vt Apollonius Tyaneus,& Porphyrius fuisse tradunt̃.Ideo vel vigilantibus signa, voces,atq; portenta,vel dormientibus oracula,& simulacra a dęmonibus cōtigisse narrant̃. Qui amicitia dęmonū magi euasisse vident̃,quēadmodū dęmones magi sunt rerū ipsarū amicitiā cognoscētes, & natura omnis ex amore mutuo maga cognominatur.Quinetiā formosus quisq; teneris nos fascinat oculis.Viri eos eloquentię viribus & carminū modulis quasi quibusdā incantationibus deliniunt,sibiq; conciliant,cultu ꝑterea & muneribus non aliter q̃ veneficiis placant & capiunt.Quapropter nemini dubiū est,quin amor sit magus,cū & tota vis magicę in amore consistat,& amoris opus fascinationibus,incantationibus,veneficiis expleatur.Neq; mortalis est omnino,neq; etiam immortalis.Non mortalis,quoniā duo amores in nobis,duo illi quos dicimus dęmones insunt ꝑpetui. Nō immortalis,quoniā tres horū medii mutant̃ quotidie,crescunt,atq; decrescunt.Præterea in hominū appetitu a vitæ primordiis inextinguibilis innatus est feruor,qui animū quiescere non permittit,ac semp impellit,vt ad certū aliquid studiose se applicet.Diuersa hominum ingenia sunt,nec voto viuitur vno.Vnde continuus ille concupiscentię feruor,qui naturalis est amor,alios ad studia literarū, ad musicam alios vel figuras,alios ad honestatem morum, seu vitam religiosam, alios ad honores, nonnullos ad pecunias cumulandas,plerosq; ad ventris luxuriā,alios impellit ad alia,necnon eundē hominem in diuersis ætatibus ad diuersa.Idē itaq; feruor & immortalis dicitur & mortalis. Immortalis,quia nunq̃ extinguitur,mutatq; materiam potius,q̃ euanescat.Mortalis, quia nō ad idem semper incūbit,sed aut ex naturę mutatione,aut ex diuturna rei eiusdē frequētatione orta satietate noua requirit oblectamenta:& qui in re vna ferme defecit,in alia quodāmodo reuiuiscit.Dicitur etiam ob eam causam immortalis,ꝙ dilecta semel figura semper amatur.q̃diu enim eadem in eodem homine permanet,in eoipso diligitur:cum vero ab eo defluxerit,nō amplius eadem in illo figura est, quā prius amabas.Nouam hanc non ardes quidem,quia nec arseras ante, priorem vero illam amare nō desinis.hoc tamen interest,ꝙ illam prius prospiciebas in alio,iam vero in teipso inspicis solum, eadēq; memoria semper infixam semper & amas: & quotiens animi oculis occurrit,totiens te vrit amantem.Ideo quotiens illum nobis olim charissimum habemus obuium,totiens cōmouemur, vel saliūt, trepidantve præcordia,vel liquescit iecur,vel tremunt oculi,variosq; trahit vultus aduerso illo colores.Eius enim præsentia latentem mente figuram animi suggerit oculis,ac velut sopitos sub cineribus flando suscitat ignes.Hac de causa amor dicitur immortalis.Sed hic etiam ideo mortalis habetur,quia licet maneant semper infixi pectore vultus,non tamen æque se mentis oculis offerunt.quo circa feruere vicissim beneuolentia,atq; referuere videtur.Accedit ad hæc,ꝙ & ferinus & humanus amor sine indignatione esse nunq̃ potest.Quis illi non indignetur,qui ipsi abstulerit animū? Vt em̃ prę cæteris grata libertas,ita seruitus onerosa.Itaq; formosos odis simul & amas:odis tanq̃ fures & homicidas:tanq̃ specula cælesti fulgore micātia,mirari cogeris,& amare. Quid agas miser? Quo te vertas,nescis heu perdite nescis.Cum tui hoc homicida esse nolles,nolles etiam sine beato spectaculo viuere.Cū hoc esse non potes,qui te ꝑdit,qui enecat: sine hoc non potes viuere, qui tam miris illecebris te tibi surripit,qui totum te sibi vendicat. Hunc fugere cupis, qui suis te flammis adurit: huic etiam cupis hærere, vt ipsi te possidenti proximus tibi quoq; cohæreas. Teipsum miser extra te quæris, hæresq; raptori, vt captum quandoq; te redimas. Amare quidem nolles insane, quia

tis accẽsus, in corpus idem reuolare conatꝰ. Quo qdem impetu, & appetitũ & appetentẽ secum euehit euolando. O crudelẽ amãtiũ sortẽ. O vitã omni morte miseriorẽ. nisi forsitan vester animus hac amoris violentia ꝓprio ex corpore raptus negligat insup amati figuram, atq; in diuini splẽdoris ędẽ, vbi tãdem quiescet, vbi explebitꝰ, se recipiat. Quis itẽ neget amorem sine tegmine nudumq; vagari? Quis enim celet amorẽ, quẽ toruus taurinus affixus prodit intuitus? quẽ interceptus sermo declarat: rubor, pallorq; vultus, crebra suspiria, iactatio mẽbrorũ, ꝑpetua querimonia, importunę laudationes, subita indignatio, iactãtia, ꝓcacitas, ꝑtulãtia, vana suspitio, & vilissima indicãt ministeria! Sicut in sole & igne calorem lux radii comitatꝰ, sic intimum amoris incendiũ externa sequunꝰ indicia. Ad fores dormit. fores animi oculi & aures esse vidẽtur. hinc enim multa in animum aduehunꝰ, & animi affectus & mores clarissime p oculos emicãt. In figuris ſpectãdis & vocibus audiẽdis amãtes vt plurimũ immoranꝰ. Raro illorũ mẽs in seipsam se colligit: sępius p oculos, auresq; vagaꝰ. Idcirco ad fores dicunꝰ ꝓcũbere. Dicunꝰ & in via iacere. Nã corporis species, via q̃dã esse debet, ꝑ quã ad speciẽ incipiamus altiorẽ ascẽdere. Qui aũt turpibus libidinibus se ꝓsternũt, aut etiã in aspectu vltra q̃ decet versanꝰ, in via ipsa restare videnꝰ, ad eius terminũ minime ꝓficisci. Sub diuo. Merito. Vna eñ in re ꝑnitus occupati nihil in rebus agẽdis cõsiderãt. Itaq; casu vitã agẽtes, omnibus fortunę periculis tanq̃ q nudi sub diuo vitã ducũt, oĩbus tẽpestatibus sunt expositi. Propter matris naturã semp egenus. Sane cũ prima origo amoris ab indigentia fuerit, & qđ naturale est penitus extirpari nõ possit, semp egenus, semp sitibũdus est amor. Q̃diu eñ deest ad consequẽdũ aliqd, flagrat ęstus amoris. Cũ totũ vndiq; possideꝰ, cessante indigẽtia potius desinit ardor, q̃ sine egestate ꝑduret.

Quæ dotes amantium propter amoris patrem. Cap. X.

HAEc inopiã amoris matrẽ sequunꝰ, copiã vero patrẽ eius cõtrariã. Quæ vero contraria sint, intellectis superioribus, quiuis agnoscet. Supra descriptus est simplex, incautus, vilis, inermis. horum hic contraria inducunꝰ. Callidus eñ dicitꝰ, Venator sagax, Machinator, Insidiator, prudentiæ studiosus, philosophus, virilis & audax, vehemẽs, facundus, Magus atq; sophista. Idẽ amor, qui in cæteris negotiis incuriosum & inertẽ facit amãtem, in rebus amatoriis astutũ reddit & callidum, qui miris modis amati gratiã aucupeꝰ, seu dolis implicet, seu captet obsequiis, siue eloquio mulceat, siue cãtu deliniat. Idẽ furor, q obsequio blãdũ fecerat, idẽ inquã furor arma ministrat, indignãtibus aduersus amatũ ferocitatẽ, ꝓ eo pugnãtibus securitatem roburq; inuictũ. Amor vt diximꝰ ab aspectu ducit originẽ. Aspectus inter mentem & tactum est medius. hinc semꝑ amantis distrahitur animus, & sursum vicissim deorsumq; iactaꝰ. Interdum amplexus cupido suboritur, interdũ vero pudicum cęlestis pulchritudinis desiderium, & modo illa, modo hoc ꝑuincit, & ducit. In his qui honestissime educati sunt, & ingenii pollent acumine, hoc, in aliis illa sæpius superat. Quicũq; in feces corporis se ꝓsternunt, merito aridi, nudi, humiles, inermes, & inertes esse cẽsenꝰ. Aridi, quia semꝑ esuriũt, implenꝰ nunq̃. Nudi, qa tanq̃ temerarii omnibus subiecti ꝑiculis, & tanq̃ impudentissimi & inculti infames habenꝰ. Humiles, quia nihil altũ, nihil magnificũ cogitant. Inermes, quia flagitiosę succũbũt cupiditati. Inertes, quoniã adeo hebetes sunt, vt quo amor eos trahat ignorent, & in via restẽt, ad terminũ nõ ꝑueniãt. Contrarii vero cõtra videnꝰ affecti: nã solidis animi bonis vescentes implenꝰ magis & trãquillius diligũt, pudorem seruant, vmbratilem corporis speciem negligunt, atq; altius eleuãtur, ac velut armis muniti, inanes a se libidines fugãt, & sensus rationi subiiciunt. Hi tanq̃ solertissimi omniũ & prudẽtissimi ita philosophãtur, vt ꝑ corporũ figuras quasi quędam vestigia, siue odores ꝓuidentissime gradianꝰ, ex his sacrum animi numinũq; decorẽ sagaciter inuestigent, atq; ita prudenter venãdo, quod cupiũt feliciter assequanꝰ. Tantũ profecto munus amoris a patre ipsius copia ꝓficisciꝰ. quoniam pulchritudinis radius qui & copia est & pater amoris, hãc habet vim vt illuc vnde venerat reflectatur secũq; trahat amantem. Descendit autem a deo primũ: inq; angelũ & animã quasi vitreas materias transiens, & ab anima in corpus eius susceptioni paratũ facile demanãs, ab eo ipso iunioris hominis corpore, præsertim per oculos animi fenestras lucidissimas emicat, aduolat ꝑ aerem ꝓtinus, & senioris oculos penetrans transfigit animã, appetitum accẽdit, sauciã animã, appetitũq; accensum in medelam eius & refrigeriũ ducit, dum eodem rapit secum vnde ipse descenderat, gradatim qdem in corpus amati primũ, in animã secundo, tertio in angelum, postremo in deum primam splendoris huius originem. Hæc vtilis venatio, hoc felix amantium aucupium. Hãc vtiq; venationem apud Platonem in Protagora Socrati nostro familiaris quidam eius attribuit. Vnde nã, inqt o Socrates? Arbitror eqdẽ a venatiõe illa redire te ad quã honesta Alcibiadis indoles ꝓuocare te solet. Pręterea Sophistã amorẽ vocat, & magũ Sophistã. Plato ĩ Sophistę dialogo ambitiosum & subdolũ definit disputatorẽ q captiũcularũ versutiis falsũ ꝓ vero nobis ostẽdit, cogit q; eos q secũ disputãt, sibimet ĩ sermonibꝰ cõtradicere. Hoc tã amãtes, q̃ amati qñq; ꝑpetiunꝰ. Siqdẽ amãtes amoris nebulis occęcati falsa sępe p veris accipiũt, dum dilectos suos formosiores, acutiores,

De duobus amoribus, & quod anima nascitur prędita veritate. Cap. XII.

DE amoris definitione satis iam diximus, nunc autem quæ apud Platonem sit ex animi corporisve fœcunditate de amore distinctio, declaremus. Omnium, inquit, hominum prægnans & grauidum corpus est, prægnans & animus. Corpori semina suorũ omnium ab initio sunt inserta. Hinc statutis curriculis temporum dentes erumpunt, prodeunt pili, barba profunditur, procreationis semina defluunt. Si fœcundum corpus est, grauidũque seminibus, multo magis animus pręstantior corpore vberrimus est, atque suorum omnium ab initio semina possidet. Igitur morum, artium, disciplinarum rationes iãdiu sortitus est animus, suosque fœtus inde, si recte colatur, statutis temporibus promit in lucem. Quod autem rationes suorũ omnium ingenitas habeat, ex appetitu eius, inquisitione, inuentione, iudicio, comparatione cognoscimus. Quis neget animum statim a tenera ætate vera, bona, honesta, vtilia exoptare? optat autem nullus incognita. Ergo insunt istorũ aliquæ etiam anteq̃ appetat, in animo notiones, per quas ceu formas rationesque ipsorum, ea iudicat appetenda. Idem ab inquisitione & inuentione probatur. si in turba hominum quærat Socrates Alcibiadem, sitque illum aliquando reperturus, necesse est Socratis menti aliquam Alcibiadis inesse figuram, vt sciat quem hominum quærat præ cæteris, ac repertum in cœtu multorum Alcibiadem ab aliis discernere valeat. Ita neque indagaret ea quatuor animus, neque aliquando inueniret, nisi haberet illorum. i. Veritatis, Bonitatis, Honestatis, Vtilitatis, aliquam notionem, per quam illa quæreret inuenturus, vt quotiens reperit quæ inuestigauerat recognoscat, atque ab eorum discernat contrariis. Neque solum ab appetitu, indagatione, inuentione, sed etiam a iudicio id probamus. Quicunque enim aliquem sibi amicum iudicat, vel inimicum, quid amicitia quidve maleuolentia sit non ignorat. Quonam igitur pacto multa vera vel falsa, bona vel mala, vt solemus, quotidie iudicaremus, & recte iudicaremus, nisi esset nobis veritas quodammodo, bonitasque præcognita? Quomodo rursus structuræ, musicæ, picturę, & artium cæterarum opera, necnon inuenta philosophorum, multi etiam in his artibus non versati probarent sæpissime recte & reprobarent, nisi illarum rerum forma quędam esset, & ratio illis a natura tributa? Comparatio quoque idem nobis ostendit. Quicũque enim mel vino comparans alterum altero pronunciat dulcius, quis dulcis sit sapor agnoscit: & qui Speusippum & Xenocratem cõferens ad Platonem, Xenocratem censet Platonis similiorem, q̃ Speusippum, Platonis figuram procul dubio nouit. Eodem modo cum e multis bonis aliud alio melius recte existimemus, & maiori minorive bonitatis participatione aliud alio melius deteriusve appareat, necesse est bonitatem non ignorare. Præterea cum e multis diuersis philosophorum aut etiam aliorum opinionibus, quæ veri sit similior, & probabilior, sæpe optime iudicemus, oportet non deesse nobis aliquem veritatis intuitũ, vt quæ sint illius similiora non nesciamus. Quapropter nonnulli in adolescẽtia, aliqui etiam sine præceptore, plerique ex paucissimis doctrinæ rudimentis a præceptoribus demonstratis doctissimi euasisse traduntur. quod nunq̃ nisi multum, vt diximus, iuuante natura fieri potuisset. Hoc abunde Socrates Phædoni, Theæteto, Menoni, pueris demõstrauit, docuitque posse pueros recte in singulis artibus respondere, siquis prudenter eos interroget, quippe cum a natura sint artium disciplinarumque omnium rationibus præditi.

In Anima est veritatis lumen. Cap. XIII.

QVo autem modo huiusmodi sint in animo rationes, apud Platonem videtur ambiguum. Si quis eos libros sequatur, quos iunior scripsit Plato, Phædrum, Menonem, & Phædonem, putabit forsitan ita ferme illas esse in animi substantia pictas tanq̃ in pariete figuras, quod in superioribus sæpe & a me & a vobis est tactum. sic enim ibi videtur innuere. In sexto autem de Repu. libro, diuinus ille vir totam rem aperit, dicitque lumen esse mentis ad intelligenda omnia, eundem ipsum deum, a quo facta sunt omnia. Solem nanque & deum ita inuicem comparat, vt quemadmodum se habet sol ad oculos, ita ad mentes se deus habeat. Sol oculos generat, vimque illis præstat videndi. Quæ frustra esset, & sempiternis obruta tenebris, nisi solis lumen adesset corporum pictũ coloribus & figuris, in quo oculus corporum colores videt atque figuras. Neque aliud quicq̃ nisi lumen, oculus intuetur. Videtur tamen varia intueri, quia lumen ipsi infusum variis externorum corporum formulis est ornatum. Hoc quidem lumen in corporibus reflexum, oculus percipit, ipsam vero in fonte suo lucem minime sustinet. Eodem pacto deus animam procreat, eique mentem, vim ad intelligendum largitur. quæ vacua esset atque obscura, nisi dei sibi lumen adesset, in quo rerum omnium inspiciat rationes. Vnde per dei lumen intelligit, atque ipsum diuinum duntaxat lumen agnoscit. Diuersa tamen videtur agnoscere, quia sub diuersis rerum ideis & rationibus ipsum intelligit. Quando quis oculis videns hominem, in phantasia hominis imaginem fabricat, diutiusque in ea iudicanda reuoluitur, mentis suæ aciem tollit ad hominis rationem in diuino lumine existentem suspiciendam: inde scintilla in mente protinus emicat, ac reuera natura ipsa hominis intelligitur: atque de cæ

amori nolles: nolles etiam nõ amare, quippe qui cœlestiũ simulacro iudicas seruiendum. Quapropter hac alternatione vel fit, vt singulis (vt ita dicã) momentis arescat amor, & reuirescat. Ponitur etiã a Diotima inter sapientiã & ignorantiã medius. Porro amor, quæ pulchra sunt sequitur. Omnium pulcherrima sapientia est. Appetit igitur sapientiã. Qui sapientiam appetit, eam omnino non possidet. Quis em̃ præsentia quærat? Neq; etiam caret omnino. In eo em̃ vno saltem est sapiens q̃ suam in scitiã recognoscit: qui vero ignorare se nescit, tã res ipsas, q̃ suã ignorat inscitiam, neq; scientiã expetit, cuius esse se nescit expertẽ. Amor igitur sapientiæ, quia partim sapientia priuatus est, partim est sapiens, inter sapientiã ignorãtiãq; locatur. Hæc, ingt Diotima, est amoris cõditio: ipsius aũt pulchri id est supremæ pulchritudinis natura est, vt delicatum sit, perfectũ, atq; beatum. Delicatum, inquantum sua quadam suauitate ad se allicit omnium appetitũ. Perfectũ, inquantũ quæ illexit accedẽtia illustrat radiis suis & perficit. Beatum, inquantum illustrata bonis implet æternis.

Quæ vtilitas amoris ex eius definitione. Cap. XI.

POstq̃ vero quę sit amoris origo, & qualis ipse sit, Diotima enarrauit, iam quorsum tendat, & ad quid conducat hominibus, aperit. Omnes quidem bona habere cupimus, nec habere solũ sed semper habere. Singula vero mortaliũ bona mutantur atq; deficiunt, ac cito cuncta vanescerent, nisi abeuntium loco noua quotidie fierent. Vt ergo bona semp nobis quoquo modo pdurent, pereuntia cupimus recreare. Generando recreatio fit. Hinc innatus est omnibus generationis instinctus. Generatio aũt cũ mortalia diuinis cõtinuatione similia reddat, munus est pfecto diuinũ. Diuinis vtpote pulchris, deformia contraria sunt, formosa similia & amica. Idcirco generatio diuinum opus in eo qđ pulchrũ est perfecte & facile consummatᷓ, in contrario contra. Quapropter generationis ille conatus formosa poscit, cõtraria refugit. Quid hominũ amor sit postulatis? ad qđ conducat? Cupido generationis in pulchro ob seruãdã vitam mortalibus in rebus perpetuam. hic hominũ in terra viuentiũ amor est, hic nostri finis amoris. Enimuero eoipso in tempore quo animalium vnum quodq; viuere dicitᷓ, idemq; esse vt a pueritia ad senectutẽ, q̃uis idẽ dicatᷓ, nunq̃ tamen in se eadẽ continet, sed nouum semp efficitᷓ, vt Plato inquit, & vetera exuit secundum pilos, carnẽ, ossa, & sanguinem, & corpus penitus vniuersum. Neq; in corpore solũ, sed etiã in anima id contingit. Mores, consuetudines, opiniones, cupidines, voluptates, dolores, atq; timores iugiter permutantᷓ, nec aliquid ex istis idem, & simile perseuerat. priora quidem abolentur, noua succedunt atq; adolescunt. Quinetiam quod mirabilius est, scientiæ quoq; non solum alię euanescunt, aliæ surgunt, neq; semp secundũ sciẽtias iidem sumus, verũetiam vna quæuis scientiarum ferme idem patitᷓ. Meditatio enim & reminiscẽtia, quasi prætereuntis scientiæ resumptio est. Obliuio nanq;, scientiæ exitus esse videtur. Meditatio vero nouam semper memoriã abeũtis loco restituens, scientiam seruat, vt esse eadem videatur. Hoc vtiq; pacto quæcunq; in animo vel corpore mutabilia sunt, seruantur, non quia semper omnino eadem sint, hoc enim diuinorum est proprium, sed quoniam quod tabescit, & abit, nouum & simile sibi relinquit. Hoc certe remedio mortalia immortalibus redduntur similia. Est igitur in vtraq; animę parte, tum ea quæ ad cognitionem spectat, tum ea qua regitur corpus, amor generationis innatus ad vitam perpetuo conseruandam. Amor qui in hac parte est ad corpus regendum accõmodata, statim ab initio nos impellit ad cibum potumq; sumendum, vt his alimentis generentur humores, quibus quod a corpore iugiter defluit, resumatur. Qua generatione nutritur corpus & crescit. Adulto corpore semen ipsum lacessit, & procreandę sobolis libidinem prouocat, vt quod in seipso semper manere non potest, reseruatum in prole sibi persimili maneat sempiternum. Amor etiam generationis parti animę cognoscenti tributus, efficit vt anima veritatem alimoniam propriam concupiscat, per quam suo modo nutriatur & crescat, ac siquid per obliuionem animo excidit, aut torpet propter desidiam & incuriam, recordationis & meditationis studio quasi regenerat, reuocatq; in mẽtem quod per obliuionem perierat, vel torpuerat per ignauiam. Adultum vero iam animũ flagrantissima docẽdi atq; scribendi stimulat cupiditate, vt scientia vel in scriptis vel in discipulorum animis generata, præceptoris intelligentia, & veritas inter homines æterna permaneat. Atq; ita amoris beneficio cuiusq; hominis tam corpus q̃ anima in rebus humanis post mortem semper superesse posse videntur. Amor vterq; pulchra sectatur. Nempe qui corpus regit atq; gubernat, corpus pprium ex epulis q̃delicatissimis, iucundissimis, & pulcherrimis alere concupiscit, & prolem formosam cum speciosa fœmina generare: & qui ad animum pertinet, eum ornatissimis gratissimisq; disciplinis studet imbuere ac scientiam suæ simillimam scribendo ornato pulchroq; in stylo edere, & docendo in animo quodã pulcherrimo generare, puro inquam animo, acuto, & optimo. Animũ quidem ipsum non cernimus, ideo neq; eius inspicimus pulchritudinem. Corpus autem vmbram animi, imaginemq; videmus, ita q̃ ex eius imagine suspicantes in corpore formoso speciosum esse animum coniectamur. Quamobrẽ formosos homines libentius erudimus.

mobilis sit,non tamen vnum ipsum purum simplex existit. Intelligit enim seipsam. vbi diuersa inter sese quoquo modo videntur hæc tria,quod intelligit,qđ intelligitur,intellectio. Alia enim ipsius ratio est prout intelligit,prout intelligitur alia,alia item prout intellectio est.Habet præterea cognoscendi potentiam ante cognitionis actum per se prorsus informem,cognoscendo formatur,quæ intelligendo veritatis lumen cupit & capit,quo videt̃ anteq̃ intelligeret caruisse.Habet quoq; in se idearum omnium multitudinem.Cernis quanta sit, q̃ varia in angelo multitudo, atq; compositio. Itaq; ipsi purum vnum & simplex præponere cogimur.Ipsi autem vni deo nihil possumus anteponere, qa verum vnum omnis multitudinis,omnis compositionis est expers. Quod si supra se quicq̃ haberet, ab illo vtiq; fieret: quare ab eo dependens in hoc ipso ab eodem degeneraret, vt a causa omnis solet effectus. Ideoq; non vnum iam esset & simplex, sed saltem ex duobus compositum, scilicet ex causæ suæ munere,propriove defectu.Ipsum itaq; vnum vt Plato vult,& Dionysius Areopagita cõfirmat, omnia supereminet,excellentissimumq; dei nomen.vnum ipsum ab vtroq; censetur. Huius sublimitatem ratio quoq; illa nobis ostendit,q; eminentissimæ causæ donum esse debet amplissimum,virtutisq; suæ præstantia se ad cuncta protendere.Vnius munus per vniuersa se propagat. Nam non mẽs solum vna est,& anima quælibet vna,corpus quodlibet vnum, sed etiam informis ipsa materies, rerumq; priuatio vna quodammodo dicitur.Nam vnum silentium dicimus,vnam obscuritatem,Mortem vnam.Mentis tamen & animæ munera ad eam vsq; non extenduntur.Mens enim speciem artificiosam ordinemq; largitur:Anima vitam præstat & motum:informis vero & prima mundi materia, rerumq; priuatio,speciei & vitæ est expers.Ita ipsum vnum mentem & animam antecedit, cum munus eius latius diffundatur.Eadem ratione mens animã videtur excedere,quia vita,munus animæ, non omnibus datur corporibus.Omnibus tamen his speciem,ordinemq; mens tribuit.

Quæ comparatio inter Deum,Angelum,Animam,Corpus. Cap.XVI.

ERgo a corpore in animam,ab hac in angelum,ab hoc in deum ascendimus. Deus super æternitatem est,Angelus in æternitate est totus.Sane tã eius operatio q̃ essentia, stabilis permanet.Status autem æternitatis est proprius. Anima partim in æternitate est, partim in tempore.Eius enim substantia eadem semper absq; vlla incrementi aut decrementi mutatione perdurat. Operatio autem,vt paulo ante monstrauimus,per temporis interualla discurrit.Corpus tẽpori om̃ino subiicitur.Nam & substantia eius mutatur,& operatio eius omnis temporis spatium exigit.Igitur ipsum vnum,supra statũ motũve existit,Angelus in statu,Anima in statu pariter atq; motu,Corpus solo in motu locatur. Vnũ rursus super numerum,motũ,locũq; manet:Angelus in numero super motũ & locũ ponitur:Anima in numero motuq;, sed super locũ: Corpus numero, motui, loco subiicitur.Siquidem ipsum vnum,neq; numerũ vllũ aut cõpositionem partiũ habet, neq; vllopacto ab eo qđ est,mutatur,neq; loco clauditur vllo.Angelus numerũ quidẽ habet partium vel formarũ, sed a motu locoq; est liber.Anima partium habet & affectuum multitudinem,& ratiocinationis progressione,perturbationumq; varietate mutatur,sed a loci limitibus est exempta . Corpus autem his omnibus est obnoxium.

Quæ comparatio inter pulchritudines Dei,Angeli,Animæ,Corporis. Cap.XVII.

EAdem vero inter quatuor hæc,& eorum formas est comparatio. Nempe corporis forma in multarum partium compositione consistit, loco astringitur, tempore labitur. Species animi,temporis quidem vicissitudines patitur,& partiũ continet multitudinem,sed a loci terminis est absoluta.Angeli vero species,numerũ habet solum,a duobus aliis immunis existit.Dei autem,nihil istorum perpetitur.Corporis vtiq; formam vides.Vis ne animi quoq; speciem intueri? Detrahe corporali formæ ipsius materiæ pondus, limitesq; locorum, relinque cætera, Animi iam speciem habes.Vis & angeli? Deme obsecro non loci spatia solum,sed temporis quoq; progressum,compositionem multiplicem retine,eam protinus nancisceris.Cupis etiam Dei pulchritudinem cernere? Auferas insuper multiplicem illam formarum compositionem, simplicem prorsus relinque formam, confestim dei speciem fueris consecutus. Verum quid mihi tandem subtractis istis reliquum supererit? An tu esse aliud q̃ lucem,pulchritudinem ducis?Porro corporum omnium pulchritudo lumen istud est solis quod vides tribus illis infectum, formarum multitudine,(Nam multis id aspicis figuris coloribusq; depictum) loci spatio,temporali mutatione . Tolle sedem eius in materia, vt præter locum reliqua duo retineat, huiusmodi prorsus est animi pulchritudo. Tolle hinc temporis,si lubet,mutationem, mitte reliquum, lumen restat sine loco, sine motu clarissimum, sed omnibus insculptum rerum omnium rationibus. Id angelus est, id angeli pulchritudo . Tolle postremo diuersarum illum numerum idearum, vnam simplicem ac meram relinque lucem,instar lucis eius,quæ in globo solis ipso permanet, per aerem non dispergitur,iam dei pulchritudinem quodam

teris omnibus eodem pacto. Itaq; per dei lumen omia intelligimus, ipsum vero purum lumen eiusq; fontem hac in vita videre non possumus. In hoc plane tota animæ consistit fœcunditas, q in eius penetralibus lux illa dei fulget æterna, rerum omnium rationibus, ideisq; plenissima, ad quã anima quotiens vult, vitæ puritate, & summa studii intẽtione conuertitur, conuersa scintillis emicat idearum.

Vnde amor erga masculos. Vnde erga fœminas. Cap. XIIII.

ITa prægnans hominũ corpus, vt Plato vult, prægnans & animus, & ambo amoris incitamentis stimulantur ad partum. Cęterum alii vel pter naturam, vel pter educationem ad animi fœtus sunt q̃ corporis aptiores: alii & quidẽ plurimi, contra. Illi cęlestem sequunt amorẽ, hi vulgarem. Illi natura idcirco mares, & illos quidem iam pene adultos potius, q̃ fœminas, aut pueros amant, quoniam in eis magis admodum viget mentis acumen, quod ad disciplinam, quã illi generaturi sunt, propter excellentiorem sui pulchritudinem est aptissimum. Alii contra, pter cõgressus venerei voluptatem, & corporalis generationis effectum. Quoniam vero genitalis illa vis animę, vtpote cognitionis expers, sexuum nullum habet discrimen, natura tamen sua totiens incitat ad generandum, quotiens formosum corpus aliquod iudicamus, contingit plerunq; vt qui cum masculis conuersantur, quo genitalis partis stimulos sedent, illis se misceant: Hi pręsertim, in quorum genesi Venus in signo masculino & cum Saturno fuerit, vel in Saturni finibus, vel Saturno opposita. Oportebat autem animaduertere, genitalis partis illius incitamenta, nõ irritum hoc iacturæ opus, sed serendi & procreandi officium affectare, atq; a masculis ad fœminas eam traducere. Huiusmodi quodam errore nefarium scelus illud exortum putamus, qđ in Legibus suis Plato tanq̃ homicidii speciẽ acerrime detestat. Quippe non minus homicida censendus est qui hominem præripit nasciturum, q̃ qui natum tollit e medio. Audacior qdem qui præsentem abrumpit vitam, crudelior aũt qui lucem inuidet nascituro, & nondum natos suos filios enecat.

Supra Corpus est Anima, super Animam Angelus, super Angelum Deus. Cap. XV.

VErum de gemina vbertate animæ, geminisq; amoribus hactenus. Deinceps quibus gradibus Diotima Socratem ab infimis ad superna euehit, disseramus, a corpore in animã, ab anima in angelum, ab angelo reducit in deum. Hos quatuor rerum gradus in natura esse debere ita licet argumentari. Omne corpus ab alio quodam mouetur, mouere autem seipsum natura sua nõ potest, cum nec agere per se quicq̃ valeat. Sed pter animę præsentiam seipso moueri videtur, & propter animam viuere. Et præsente quidem anima seipsum mouet quodammodo: absente vero, ab alio dũtaxat mouetur, vtpote quod hanc ex ipso naturam non habeat, sed anima prie vim seipsam mouendi possideat. Nam cuicunq; adest, vim ad seipsum mouendum impertit, quod autem ipsa sui præsentia impertit aliis, hoc ipsa multo prius magisq; debet habere. Est igit anima supra corpora, vtpote quæ seipsam secundũ essentiã suam mouere queat, atq; idcirco sup illa debeat esse, quæ non ex seipsis, sed aliorum præsentia vt se moueant assequuntur. Cũ dicimus seipsa moueri animã, non trãsitiue, vt ita dixerim, quemadmodum a Platone accipi voluit Aristoteles, sed absolute verbum illud pferimus: vt cum stare per se deum, lucere solem p se, calere ignem asseueramus. Non enim pars animæ mouet, pars agitat, sed tota ex se .i. sua natura mouet, hoc est ab alio in aliud ratione discurrit, ac nutritionis, augmenti, generationis opera per interualla temporum transigit. Temporalis ista discursio ex seipsa competit animæ. quia quod super eã est, non aliis momentis alia, sed vno æternitatis puncto simul intelligit omnia. Quapropter recte primus a Platone motus, & primũ temporis interuallum in anima ponitur, vnde & motus & tempus in corpora transeunt. Quoniam vero ante motum statum esse necessariũ est, cum status sit motione perfectior, supra rationem animę mobilẽ oportet stabilem aliquam intelligentiam reperiri, quæ secundum se totam intelligentia sit, & actu semper intelligentia. Anima enim non se tota, neq; semper, sed ex quadam sui parte, & quandoq; intelligit, neq; certam habet, sed ambiguam intelligendi virtutem. Vt ergo quod perfectius est, illud quod est imperfectius antecedat, supra mentem animæ, quæ mobilis est, quæ pars, quæ intermissa, quæ dubia, ponenda est angeli mens stabilis, tota, continua, atq; certissima, vt quemadmodum corpori ab alio agitato anima per se mota præcedit, ita animæ per se agitatæ mens stabilis per se præcedat. Et quemadmodum corpus per animam habet vt sese moueat, atq; ideo non omnia corpora, sed animata sponte sua moueri videntur, ita anima per mentem habet q semper intelligat. Si enim suapte natura animę intellectus inesset, omnibus etiam bestiarum competeret animabus, quemadmodum suiipsius agitandi potestas. Non igitur animæ intellectus per se, primoq; competit, quare eam antecedat oportet, qđ per se primoq; mentis est compos. huiusmodi angelus est, animis excellẽtior. Sed enim angeli mentẽ, rerum illud principium, summumq; bonum, quod in Parmenide Plato ipsum vnum vocat, necessario supereminet. Quippe super omnem rei compositæ multitudinem vnum ipsum simplex debet esse natura. ab vno enim numerus, & a simplicibus compositio tota conflatur. Mẽs autem illa licet im

re ſapiẽtiaq; cõſiſtere,eã a deo hoĩb⁹ tribui.Veritas vna eſt,& eadẽ nobis a deo tributa in variis ei⁹ effectibus variarũ virtutũ cognomẽta ſortit̃.ꝑut diuina demõſtrat,ſapiẽtia,quã a deo ꝑ cæteris Plato popoſcit:ꝑut naturalia,ſciẽtia:vt humana,prudẽtia:vt æquos facit,iuſtitia:vt inuictos,fortitudo:vt trãquillos,dicit̃ tẽperãtia.Ex his duo virtutũ genera numerant̃.Morales inquã virtutes, & intellectiuę illis pſtãtiores.Intellectiuę ſunt Sapiẽtia,Sciẽtia,Prudẽtia:Morales , Iuſtitia,Fortitudo,& Tẽperantia.Morales ꝓpter opationes earũ ciuiliaq; officia notiores ſunt:Intellectiuæ ꝓpter recõditã veritatẽ occultiores.Pręterea q̃ honeſtis morib⁹ educat̃, vtpote purior aliis,facile ad intellectiuas virtutes erigit̃.Ideo pulchritudinẽ animi q̃ cõſiſtit in moribus primã cõſiderare te iubeo,vt intelligas vnã eſſe morũ omniũ rationẽ,ꝑ quã ſimiliter honeſti vocant̃.Vnã.ſ.vitę puriſſimę veritatẽ, q̃ Iuſtitiæ,Fortitudinis,Tẽperãtię actionib⁹,ad verã nos ꝑducit felicitatẽ.Vnã igit̃ hãc veritatẽ morũ, lucẽq; animi ſpecioſiſſimã primũ diligito.Scito ꝗ etiã ſupra mores ad ſapiẽtię,ſciẽtię,prudentiæ lucidiſſimã veritatẽ te ꝓtinus aſcenſurũ,ſi conſiderabis hæc animo optimis moribus educato concedi atq; in eis normam moralis vitę rectiſſimã cõtineri.Quis autẽ varias Sapiẽtię,Sciẽtię,Prudentiæq; doctrinas cõtuearis,in cũctis tamẽ vnicã eſſe veritatis lucẽ exiſtimato,ꝑ quã oẽs pulchrę ſimiliter appellant̃.Eã tibi vtpote ſupremã animi pulchritudinẽ ſummopꝫ amare ꝑcipio. Sedẽ vna hęc in doctrinis plurimis veritas,prima omniũ veritas ideo eſſe nequit,quoniã in alio eſt,cũ ſit in multis diſtributa doctrinis.Quicqd autẽ iacet in alio,ab alio certe depẽdet.Neq; tñ veritas vna a doctrinarũ multitudine naſcit̃.Qđ eñ vnũ eſt,ab vno debet oriri.Quare oportet vnã quãdã eſſe ſup animam hoĩs ſapiẽtiã,q̃ nõ ꝑ diuerſas ſit diuiſa doctrinas,ſed vna ſapientia ſit,a cuius vnica veritate veritas hoĩm multiplex oriat̃.Illã o Socrates vnicã vnicę ſapiẽtię lucẽ,angeli pulchritudinẽ eſſe memento, q̃ tibi ſup animi ſpeciẽ ſit colẽda.Ea vt in ſupioribus demõſtrauimus corporũ ſpeciẽ antecellit, quia neq; loco aſtringit̃,neq; ſecundũ materiæ partes diuidit̃,neq; corrũpit̃.Antecellit & animi ſpeciẽ, q̃a æterna eſt penitus,neq; tẽporali diſcurſione mouet̃.Quoniã vero angeli lux in idearũ compluriũ ſerie micat,ac ſupra multitudinẽ omnẽ vnitas ſit oportet,q̃ eſt numeri totius origo , neceſſe eſt eã ab vno rerũ omniũ principio,qđ ipſum vnũ vocamus,effluere.Ipſius itaq; vnius lux penitus ſimpliciſſima infinita pulchritudo eſt,q̃a nec materię ſordib⁹ inquinat̃,vt corporis ſpecies,neq; vt animi forma tẽporali ꝓgreſſione mutat̃,neq; vt angeli ſpecies multitudine diſſipat̃.Oĩs autẽ qualitas ab extraneo additamẽto ſecreta,dicit̃ apud Phyſicos infinita.Si in ſeipſo ſit calor, frigore,& humore nõ impeditus,materię põdere nõ grauatus,calor dicit̃ infinitus,q̃a vis eius libera eſt,neq; vllis additionis limitibus coarctat̃.Similiter lumen ab omni corpore liberũ infinitũ.nã ſine modo, ac termino lucet,qđ natura lucet ſua,quãdo ab alio minime terminat̃.Itaq; dei lux & pulchritudo, quæ mera eſt, ꝓrſus ab aliis oĩb⁹ abſoluta, abſq; dubio infinita dicit̃ pulchritudo.Infinita vero pulchritudo immenſum quoq; requirit amorẽ. Quapropter te obſecro Socrates vt certo quodam modo & termino cætera diligas,deum vero amore diligas infinito,neq; vllus diuino modus adſit amori.

Quomodo Deus amandus. Cap.XIX.

HAEc Diotima Socrati.Nos aũt viri clariſſimi nõ ſolũ ſine mõ Deũ,vt iubere Diotima fingitur,ſed Deũ ſolũ amabimus.Ita eñ mens ad deũ,vt ad ſolẽ acies oculorũ.Oculus autẽ non modo lumen ꝑ cęteris,ſed & ſolũ appetit lumẽ.Si corpora,ſi animos,ſi angelos diligem⁹,nõ hęc qdẽ,ſed Deũ in his amabimus.In corporibus qdẽ dei vmbrã,in animis dei ſimilitudinẽ, in angelis eiuſdẽ imaginẽ.Ita Deũ ad pſens in oĩb⁹ diligem⁹,vt in deo tandẽ oĩa diligamus.Nam ita viuẽtes eo ꝓficiſcemur,vt & Deũ,& in Deo oĩa videamus,amemuſq; & ipm,& q̃ in ipſo ſunt oĩa. Et qſquis hoc in tempore ſeſe Deo charitate deuouerit,ſe deniq; recuperabit in deo.Nẽpe ad ſuã, ꝑ quã creatus eſt,redibit ideã:ibi rurſus,ſiqd ipſi defuerit,reformabit̃,ideæ ſuæ ꝑpetuo cohęrebit. Verus autẽ homo,& idea hominis,idem.Ideo quiſq; noſtrũ in terris a Deo ſeparatus, nõ verus eſt hõ, cũ a ſui idea ſit formaq; diſiunctus.Ad eam nos diuinus amor,pietaſq; perducet,cum hic diſcerpti ſimus & mutilati.Ideę tunc noſtræ amando coniuncti,integri homines euademus , vt Deũ primo in rebus coluiſſe videamur,quo res deinde in Deo colamus,reſq; in Deo ideo venerari , vt nos ipſos ꝑ cæteris amplectamur,& amando Deũ nos ipſos videamur amaſſe.

ORATIO SEPTIMA.

Concluſio ſupra dictorum,& opinio Guidonis Caualcantis philoſophi. Cap.I.



SOſtremo Chriſtophorus Marſupinus vir humaniſſimus Alcibiadis perſonam geſturus his ad me verbis conuertitur.Gratulor equidem Marſili Ioannis tui familiæ plurimum,quæ inter multos & doctrina & rebus geſtis clariſſimos equites Guidonem philoſophum peperit de republica benemeritum , & aculeis dialecticę cunctis ſuo ſeculo præcellentem , qui hunc amorem Socraticum tam moribus q̃ carminibus imitatus, breui quæcunq; a vobis ſunt dicta perſtrinxit . Phædrus enim amoris originem tetigit ex chaos viſceribus emanantem.Pauſanias iam natum amorem geminam

modo cõprehẽdis,quæ tãtũ saltẽ formas reliquas antecellit,quantũ lux illa solis in seipsa mera,vna, inuiolata,splendorẽ solis ꝑ nubilosum aera disiectũ,diuisum,infectũ,obscuratũ exuperat. Fons itaq; totius pulchritudinis Deus est.Fons itaq; totius amoris est Deus.Lumẽ prçterea solis in aqua vmbra quçdã est ad clarius eiusdẽ lumẽ in aere.Splẽdor in aere,vmbra similiter ad eiusdem in igne fulgorẽ.Fulgor in igne,vmbra ad lucẽ solis eodẽ ipso in sole fulgentẽ.Eadẽ est inter quatuor illas corporis,animi,angeli,Dei pulchritudines cõparatio.Deus nunq̃ ita decipit,vt suæ speciei vmbram in angelo amet quidẽ,propriã sui ac verã negligat pulchritudinẽ.Neq; angelus vsqueadeo capit animç specie,quç ipsius est vmbra,vt sui vmbra detentus figurã propriã deserat.Anima tamen nostra, qđ summopere dolendũ est:Hçc em̃ est totius nostræ infelicitatis origo:Anima inquã sola ita corporalis formæ blanditiis delinit,vt propriã posthabeat speciẽ:corporis vero formã,quæ suæ vmbra est, suiipsius oblita sectet.Hinc crudelissimũ illud apud Orpheũ Narcissi fatũ.Hinc hominum miseranda calamitas.Narcissus quidem adolescens.i.temerarii & imperiti hominis animus,sui vultum non aspicit,propriam sui substantiam & virtutem nequaq̃ animaduertit,sed eius vmbram in aqua prosequitur,& amplecti conatur.i.pulchritudinem in fragili corpore,& instar aquæ fluenti,quæ ipsius animi vmbra est,admiratur.Suam quidem figuram deserit,vmbram nunq̃ assequitur. quoniam animus corpus sectando se negligit,& vsu corporis non impletur. Non enim ipsum reuera appetit corpus, sed suiipsius speciẽ,a corporali forma, quæ speciei suæ imago est,illectus quemadmodũ Narcissus affectat:cumq; id minime aduertat,dum aliud quidem cupit,aliud sequit̃, desiderium suum explere non potest.Ideo in lachrymas resolutus consumitur.i. animus ita extra se positus & delapsus in corpus pniciosis perturbationibus cruciatur,corporisq; infectus sordibus quasi morit̃,cum iã corpus esse potius q̃ animus videatur.Quam vtiq; mortem vt Socrates deuitaret,Diotima ipsum a corpore ad animum,ab hoc in angelum,ab eo reduxit in Deum.

Quomodo anima a corporis pulchritudine ad Dei pulchritudinem eleuetur. Cap.XVIII.

AGite conuiuæ charissimi Diotimã fingite ita Socratem alloquentem.Nullum corpus o Socrates vndiq; pulchrum.Nam aut hac in parte formosum,illa deforme: aut hodie formosum,alias minime:aut ab alio pulchrum,ab alio turpe censetur. Ergo corporis pulchritudo turpitudinis contagione coinquinata,pura,vera,& prima pulchritudo esse non potest.Quinetiã pulchritudinem turpem esse nemo aliquando suspicatur,quemadmodum neq; sapientiam esse insipientem:Corporum vero dispositionem quandoq; speciosam,quandoq; turpem putamus, eodemq; tempore de illa alii aliter sentiunt. Non igitur prima & vera est in corporibus pulchritudo. Adde q; multa corpora,vno pulchritudinis vocantur cognomine. Vna igitur est in corporibus multis pulchritudinis natura communis, per quam similiter pulchra denominantur. Vnam vero naturã huiusmodi,sicut in alio est,idest in materia,sic ab alio depẽdere putato.Quod em̃ in seipso sustentari non potest,multo minus a seipso pendere.Nunquid a materia dependebit?minime.Nihil enim deforme & imperfectum seipsum ornare potest,atq; perficere.Quod autem vnum est,ab vno debet oriri.Quapropter vna multorum corporum pulchritudo ab vno aliquo incorporali pendet artifice. Artifex vnus omnium Deus est,qui per angelos,atq; animas pulchram quotidie reddit omnem mũdi materiã.Propterea verã illã pulchritudinis rationem in Deo eiusq; ministris potius q̃ in mundi corpore reperiri putandũ.Ad eã rursus his gradibus facile,vt arbitror,ascendes o Socrates. Si oculos tibi lynceos natura dedisset mi Socrates,vt aspectu quælibet occurrentia penetrares,formosissimum illud extrinsecus Alcibiadis tui corpus tibi turpissimum videretur. Quantum est quod amas amice?Superficies duntaxat,immo color te rapit,immo quædam reflexio luminum,& vmbra leuissima.Seu te vana imaginatio decipit:ita quod somnias potius q̃ quod videas, amas. Cæterum ne tibi videar penitus aduersari,sit sane Alcibiades iste formosus.At enim quota parte formosus?omib⁹ ꝑfecto membris præterq̃ naso simo,& elatioribus q̃ deceat superciliis.Hæc tamen in Phædro speciosa sunt.Sed crurum in eo crassitudo non placet.Decora hæc apud Charmidem, nisi gracile te collũ offenderet.Ita si homines singulos obseruabis,nullum ex omni parte laudabis.Quicquid vbiq; rectũ est colliges,figuram apud te integram ex obseruatione omnium fabricabis; vt absoluta humani generis pulchritudo,quæ in multis reperitur sparsa corporibus,in animo tuo sit vnius imaginis cogitatione collecta?Cuiusq; hominis figuram paruipendes o Socrates,si ad istã contuleris. Istam vero non tã corporum,q̃ animi tui beneficio possides.Itaq; istã potius quã tuus animus fabricauit, & animũ ipsum eius artificem,q̃ exteriorem illam mancam,dispersamq; amato. Quid autem in animo amare te iubeo?animi pulchritudinem.Lux autem est pulchritudo corporum,lux est & animi pulchritudo,lux animi veritas,quã solã amicus tuus Plato in votis suis a deo postulare videtur. Da mihi,inquit,Deus vt meus animus pulcher efficiat̃:& quæ ad corpus attinent,animi pulchritudinem non impediãt:solũ sapientẽ diuitẽ putẽ.In his Plato declarat,pulchritudinem animi in verita-

mollis lectus, neq; delicatus victus, neq; pciosa supellex. Ad fores in via sub diuo dormiẽs. Hæc apertum pectus & cor patẽs oĩbus in Socrate nostro significãt. Præterea q & visu delectabat, atq; auditu, quæ fores animi sunt: q etiã securus & intrepidus incedebat, iacebatq; etiam si oportuisset pallio obuolutus vbiq;. Semp egenus. Quis nesciat Socratẽ sculptoris & obstetricis fuisse filium? & vsq; in senectutem in sculpẽdis lapidibus manu propria victũ quæsisse, nec habuisse vnq̃ vnde se satis & filios aleret? Hic inopiã suæ mentis passim confitebat, interrogãs oẽs, nihil scire se prædicans. Virilis erat eñ, cõstantis animi, inuictæq; sentẽtiæ. q etiã Archelaũ Macedonẽ, & Scopã Cranoniũ, Eurilochumq; Larisseum aspernatus est alto animo, cũ ab eis missas pecunias non acceperit, neq; ipse ad eos voluit proficisci. Audax, feroxq;. Quãta eius fuerit in rebus bellicis fortitudo, Alcibiades in Conuiuio explicat copiosissime, cui Socrates cum in Potidea vicisset, victoriã spõte dicit concessisse. Vehemẽs erat. qppe vt recte Zopyrus Physionomus iudicauerat, concitatissimus. Sæpe vero inter loquendum agẽte id orationis vehemẽtia iactare digitos solebat, & crines vellere. Facũdus. Huic ratiões in vtrãq; partẽ ferme pares dũ dissereret suppetebant. Hic licet incõptis verbis vteret, vt in Conuiuio Alcibiades ait, magis tamen q̃ Themistocles & Pericles, omnesq; cęteri oratores audiẽtiũ animos cõmouebat. Pulchris & bonis insidiat. Insidiatũ sibi semp fuisse Socratẽ Alcibiades inquit. eorũ quippe qui honesta indole præditi videbant, amore captus, eosdẽ rationibus suis ad philosophiæ studia Socrates capiebat. Callidus sagaxq; venator. Socratẽ venari solitum ex corporis forma diuinã speciem, in superioribus satis est dictum, & in Protagora Plato testatur. Machinator. Multis modis vt indicant Platonis dialogi, Sophistas confutabat, adolescentes exhortabatur, modestos viros erudiebat. Prudentiæ studiosus. Fuit eñ tanta prudentia, & in præsagiendo tam perspicax, vt quisquis contra eius consilium quicq̃ auderet, perderetur. quod in Theage a Platone narratur. Per omnem vitã philosophans. Hic in sua illa apud iudices defensione iudicibus edixit, vt si ea conditione eum morte absoluerent, vt nunq̃ postea philosophetur, se mori malle q̃ philosophari desinere. Incantator, fascinator, venefic⁹, atq; Sophista. Nã Alcibiades ait se magis Socraticis verbis q̃ Marsyæ Olympiq; excellentiumq; musicorum melodia mulceri. Dæmonem vero illi fuisse familiarem, & accusatores sui & amici testantur. Sophistam quoq; Socratem Aristophanes Comicus appellauit, atq; etiam sui accusatores. Quippe cui æqua esset hortandi & dehortandi facultas. Inter sapientiã & inscitiam medius. Cum omnes homines ignorantes sint, inquit Socrates, hoc ego tantũ a cæteris differo, q meã ignorantiam non ignoro, cum alii prorsus ignorent. Ita erat inter sapientiã & ignorantiam medius, quia licet res ipsas nesciret, suam tamen ignorantiam cognoscebat. Quas ob res Socratem amori simillimum, ideoq; verissimũ amatorẽ, post amorem ipsum laudandum Alcibiades iudicauit, vt in ei⁹ laude intelligamus omnes qui similiter amant, esse laudatos. Quę Socratis laudes sint hic audiuistis, & in Platonis verbis Alcibiadis ore patẽt clarissime. Quo etiã pacto amabat Socrates, cognoscere potest qui Diotimę doctrinę meminerit. Ita eñ amauit Socrates, vt supra Diotima docuit.

Vide lib 27 in Apologia fol. cxcij columna 2 prope finem

De amore ferino, quod insanię species est. Cap. III.

VErũ interroget forte qspiã: Quid hominũ generi Socraticus amor iste cõducat, cur tãtis sit laudibus celebrãdus, qd obsit cõtrarius. Dicã equidẽ altius aliquãto exorsus. Plato noster furorem in Phædro mentis alienationem definit. Alienationis autẽ duo genera tradit. Alterã ab humanis morbis, alterã a deo prouenire existimat. Insaniã illã, hãc diuinũ furorẽ nũcupat. Insanię morbo infra hominis speciẽ homo deiicit, & ex homine brutũ quodãmõ reddit. Insanię duo sunt genera. Vnũ cerebri, alterũ cordis vitio nascit. Cerebrum sæpe adusta bili, sępe sanguine adusto, nõnũq̃ atra bili nimiũ occupat. hinc demẽtes homines quãdoq; reddunt. Qui adusta bili vexant, vel a nemine lacessiti vehemẽtissime irascunt, alte vociferant, in obuios irruunt, seipsos & alios cędũt. Qui sanguine adusto laborãt, effusos nimiũ in risus prorumpũt, præter omniũ cõsuetudinẽ se iactant, mirabilia de se pollicent, cantu gestiũt, exultãtq; tripudio. Qui bili premunt atra, mœrent ppetuo, ipsi sibi somnia fingunt, quę vel pręsentia expauescãt, vel futura formident. Atq; hæ quidem tres insaniæ species cerebri fiunt defectu. Quando eñ humores illi retinent in corde, angustiam & solicitudinem pariunt, non dementiam: tunc vero amentiam, quando caput oppresserint. ideo cerebri vitio dicũtur contingere. Cordis autem morbo eam proprie insaniã fieri arbitramur, qua affliguntur hi q pdite amant. His falso sacratissimum nomen amoris tribuitur. Verum ne forte nimis contra multos sapere videamur, disputationis gratia nos etiam nomine ad istos vtamur.

Amor vulgaris est fascinatio quædam. Cap. IIII.

VOs aũt auriũ, ac mẽtis ĩtẽtionẽ dicẽdis accõmodate. Sãguis ĩ adolescẽtia subtil' ẽ, clar⁹, calid⁹, atq; dulcis. Procedẽte. n. ętate subtiliorib⁹ ptib⁹ resolutis, fit crassior, ppterea fit & obscurior. Nẽpe qđ tenue rarũq; ẽ, purũ est atq; plucidũ, cõtrariũ vero cõtra. Cur calid⁹ atq; dulcis? q̃a vita, & viuẽdi initiũ, ipa. s. gñatio, ĩ calore & humore cõsistit, ac semẽ prima viuẽtiũ genitura

diuisit in speciẽ,cęlestẽ scilicet & vulgarẽ.Eryximachus eius aperuit amplitudinẽ,dũ cunctis in reb⁹ eum sic inesse mõstraret in partes geminas distributũ.Aristophanes quid agat in singulis tam amplissimi dei pręsentia,declarauit:ostendẽs ꝑ hunc fractos homines resarciri. Agatho quanta sit eius virtus potentiaꝗ tractauit:cũ ab eo solo beatos fieri homines disputaret.Socrates tandẽ a Diotima edoctus,summatim quid sit amor & qualis,vnde ortus,quot habeat partes,quorsum tendat, & quãtum valeat,explicauit.Guido Caualcantes philosophus,oĩa hęc artificiosissime videt̃ carminib⁹ suis inseruisse.Quẽadmodũ solis radio speculũ modo quodã ꝑcussum splẽdet iterũ,& ꝓxime sibi apposi tam lanã reflexione illa splendoris inflammat,ita ille partẽ animę,quã obscurã phantasiã vocat, atꝗ memoriã ceu speculum,pulchritudinis ipsius solis locũ habentis simulacro tãꝗ radio quodã per oculos hausto cẽset ita pulsari,vt ipa sibi ex illo alterũ effingat simulacrũ quasi simulacri primi splẽdorem,quo appetendi vis non aliter ꝗ̃ lana accendatur & amet.Addit amorem hũc primum in appetitu sensus accensum a forma corporis per oculos inspecta creari,sed eã ipsam formã non eo modo quo in corporis materia est,in phantasiã imprimi,sed sine materia,ita tamen vt certi cuiusdam hominis signato in loco & tempore positi sit imago. Rursus imaginis huiusmodi speciem aliquam statim in mente lucere,quę non amplius vnius cuiusdam humani corporis vt erat in phantasia, videatur esse similitudo,sed totius æque generis humani ratio communis & definitio. Itaꝗ sicut ex phantasiæ imagine a corpore sumpta,in appetitu sensus corpori dedito amor ad sensum procliuis exoritur,ita ex hac mentis specie rationeꝗ communi,tanꝗ a corpore remotissima,amor alius in voluntate nascitur a commercio corporis alienissimus.Illum in voluptate,hunc in contemplatione locauit.Illum circa particularem corporis vnius formam reuolui putat,hunc circa vniuersalem totius humani generis pulchritudinem.Hos vtiꝗ amores sibiipsis in homine repugnare,& illum deorsum ad ferinam & voluptuosam depellere:hunc sursum ad angelicam vitam, contemplatiuamꝗ attollere:hunc absꝗ perturbatione vult esse,& in paucis reperiri:illum multis passionibus anxium,ac plurimos occupare.Ideo istum paucis verbis absoluit,in alterius passionibus enarrandis prolixior. Quoniam vero eadem apertissime,quę & vos in superioribus narrauistis,hic explicat,ea in præsentia recensere opus esse non censui.Verum cognouisse sufficiat,philosophum hunc aliquã chaos informitatem,qualem supra vos posuistis,in amoris procreatione miscuisse,dum diceret obscurã phãtasiam illuminari,atꝗ ex illius obscuritatis & huius luminis mixtione, amorem originem ducere. Amorem præterea geminum illum cælestem atꝗ vulgarem,quis in eius verbis non videat? Originẽ quinetiam illius primã in diuinorũ,secundam in corporum collocat pulchritudine.Solem nãꝗ,dei lucem:radium,corporum formam intelligit.Finem postremo suum vult eiusdem principiis respondere,dum alios vsꝗ ad formam corporis,alios vsꝗ ad dei speciem amoris prouehit instigatio.

Socrates fuit verus amator,& Cupidini similis. Cap.II.

De Amore hactenus.Ad Alcibiadem & Socratem veniamus.Postꝗ̃ conuiuæ satis amantium Deum laudauerãt,reliquũ erat vt dei huius cultores legitimi laudarentur. Maxime omniũ legitime amasse Socrates ab omnibus perhibetur.Is cum per omnem vitam palam sine vlla prorsus dissimulatione in castris Cupidinis militasset,a nullis vnꝗ̃ notatus est quasi minus honeste quenꝗ̃ dilexerit.Huic vitæ seueritas,& alienorũ scelerum correptio frequens,multos & magnos viros,vt solet veritas,infensos reddiderat,Anytum,Melitũ,Lyconem præsertim ciues in republica potentissimos,Thrasymachum Poliũ & Calliam oratores. Aristophanem præterea Comicũ acerrimũ habuit insectatorem.Sed neꝗ ciues illi in accusatione qua Socratem in iudiciũ traxere,inhonestos amores inscripserunt,neꝗ oratores eius hostes tale quicꝗ̃ Socrati obiecere, neꝗ Aristophanes Comicus,licet alia multa & absurda in Dionysiis colligat in Socratem maledicta. An censetis eum si tã fœda se labe coinquinasset,immo nisi fuisset ab huius criminis suspitione remotissimus, venenosas talium detractorum linguas euasurum fuisse?Nunquid optimi viri illud in superiorib⁹ animaduertistis,ꝙ dum Plato ipsum fingit Amorem,Socratis omnẽ pingit effigiem, ac numinis illius figurã ex Socratis persona describit,quasi verus amor,ac Socrates simillimi sint,atꝗ ideo ille præ cęteris verus sit legitimusꝗ amator?Agite iam Amoris picturã illã in animũ reuocate.Videbitis in ea Socratem figuratũ.Socratis ꝑsonã ante oculos ponite.Macilentũ,aridũ,squalidumꝗ videbitis,hoĩem.s.natura melancholicũ,vt fert̃,atꝗ hirsutũ.Extenuatũ inedia.Incuria sordidũ.Nudũ prærerea.i.simplici & veteri opertũ palliolo.Sine calceis incedentẽ.Ita semp solitũ incedere Socratẽ apud Platonẽ Phędrus ostendit.Humilẽ ꝑꝗ infima volãtẽ.Humi semp Socratis defixus erat aspectus,vt ait Phædo. Loca insup vilia frequentabat:aut eñ in Simonis coriarii,aut in sculptorũ officinis obuersabat̃.Rusticis & incõptis vtebat̃ vocabulis,qđ illi obiicit Callicles in Gorgia.Adeo prętererea mitis,vt multis lacessitus iniuriis,sępe etiã pulsatus,ne cõmotus qdẽ animo fuisse tradat̃.Sine domicilio.Interrogatus Socrates cuias esset,Mundanus inquit.Ibi enim patria, vbi bonũ.Sed neꝗ huic ꝓprii lares, neꝗ

Quod facile amore irretiamur. Cap. V.

AN potest, dixerit quispiam, tenuis radius, leuissimus spiritus, pauculus sanguis Phędri tam cito, tã vehementer, tã pniciose totũ Lysiã inquinare? Hoc vtiq̃ mirũ nõ videbit̃ si cæteros morbos q cõtagione nascunt̃, cõsiderabitis, si pruritũ, si scabiẽ, si leprã, pleuresim, phthisim Dysenteriã, lippitudinẽ, epidimiã. Amatoria vero cõtagio facile fit, & grauissima oĩm pestis euadit. Quippe spiritalis vapor ille sanguisq̃ ab adolescẽte seniori prorsus iniect⁹, quatuor habet vt supra diximus qualitates. Clarus ẽ, subtilis, calid⁹, atq̃ dulcis. Quia clar⁹, oculorũ, & spirituũ claritati ĩ seni ore maxime cõsonat, blãdit̃, & allicit: quo fit vt auide ab illis hauriat̃. Quia subtilis, celerrime conuolat in pcordia, inde facillime p venas & arterias ĩ corpus pmanat vniuersum. Quia calid⁹, vehemẽter agit, & mouet, & forti⁹ senioris sanguinẽ inficit, eũq̃ ĩ suã cõuertit naturã. qđ Lucre. ita tetigit.

Hinc in te primum Veneris dulcedinis in cor Stillauit gutta, & successit frigida cura.

Præterea quia dulcis, fouet viscera quodã modo, pascit, atq̃ oblectat. hinc fit vt totus viri sanguis in iuuenilis sanguinis naturã mutatus, iunioris illius appetat corpus, quo suas venas inhabitet, & recentis sanguinis humor, venas quoq̃ recẽtes & teneras illabat̃. Fit etiã vt voluptate simul & dolore æger hic tãgat̃. Voluptate, pp̃ter vaporis illi⁹, & sanguinis claritatẽ, atq̃ dulcedinem. Illa siquidẽ allicit, hæc oblectat. Dolore, propter eius subtilitatẽ atq̃ calorem. illa quippe viscera diuidit, & discerpit: hic homini quod suum est aufert, & in alterius mutat naturam. Per quã sane mutationem eum in se quiescere non permittit, sed ad eum semper a quo infectus est trahit. Hoc ita Lucretius innuit.

Idq̃ petit corpus mẽs vnde est saucia amore. Emicat in partem sanguis vnde icimur ictu.
Nãq̃ omnes plerũq̃ cadũt in vulnus, & illam Et si cõminus est hostẽ ruber occupat humor.

In his carminib⁹ Lucreti⁹ nõ aliter vult sanguinẽ hoĩs oculorũ radio vulnerati ĩ vulnerãtẽ p̃labi, q̃ hoĩs gladio cęsi sanguis p̃labit̃ ĩ cędẽtẽ. Hui⁹ vt ita dicã miraculi si rõnẽ reqritis afferam. Vulnerat Hector Patroclũ, ac pimit. Patroclus Hectorẽ inspicit vulnerãtẽ. Vñ ei⁹ cogitatio iudicat vlciscẽdũ. cõfestim ad vindictã bilis accẽdit̃, ab ea sãguis ĩflãmat̃, & ad vuln⁹ euestigio pp̃erat tũ vt ptẽ illã corporis foueat, tũ etiã ad vindictã. eodẽ cõcurrũt & spũs: ii qa leues sunt ad Hectorem vsq̃ volãtes in eũ migrãt, ci⁹ calore seruant̃ ad tp̃s puta ad horas septẽ: eo ip̃o in tp̃e si Hector cadaueris vulnus cõminus intẽtus inspiciat, vulnus cruorẽ versus Hectorẽ eiicit. põt em̃ cruor versus hostem quodãmõ effluere, tũ qa nõdũ calor oĩs extinctus est, nõdũ agitatio qeuit interior, tũ qa paulo ante in eũ cõcitus fuerat, tũ deniq̃ qa sanguis spũs repetit suos, atq̃ etiã spũs suũ attrahũt sanguinẽ. Simili quodã pacto hoĩs amore saucii sanguinẽ festinare in feriẽtẽ & Lucreti⁹ inuit, & nos summope cõprobam⁹.

De miro quodam effectu vulgaris amoris. Cap. VI.

DIcam ne viri castissimi, quod sequit̃, an poti⁹ p̃termittã? Dicam certe postq̃ res ipsa postulat, & si dictu videt̃ absurdũ. At qs turpia non turpiter dixerit? Tanta permutatio senioris hominis vrgẽs ad iunioris similitudinẽ facit, vt hic totũ sui corpus ĩ illũ trãsferre, & totũ illi⁹ in se transfundere studeat, vt vel recens humor vasa recentia, vel vasa teneriora teneriorẽ cõsequant̃ humorem. Hinc multa inter se turpissime facere cõpellunt̃. Cum enim genitale semen a toto corpore defluat, solo huius iactu, vel tractu totũ corpus tradere se posse confidũt, & totũ accipere. Id in se ipso philosophus Epicureus ille præsensit Lucretius amantium omnium infelicissimus.

Sic igitur Veneris qui telis accipit ictus,
Siue puer membris muliebribus hunc iaculatur,
Seu mulier toto iactans de corpore amorem,
Vnde feritur, eo tendit gestitq̃ coire,
Et iacere humorem in corpus de corpore ductũ.
Affigũt auide corpus iũgũtq̃ saliuas
Oris, & inspirant pressantes dentibus ora.
Nequicq̃, quoniam nihil inde abradere possũt,
Nec penetrare & abire in corpus corpore toto.
Nam facere interdum velle & certare videtur.
Vsqueadeo cupide Veneris compagib⁹ hęrent,
Membra voluptatis dum vi labefacta liquescũt.

Hæc Lucretius Epicureus. Quod etiam totum in se capere amatum amantes cupiant, Artemisia Mausolei regis Cariæ vxor ostendit, q̃ supra affectionis humanæ fidem virũ suũ amauisse dicit̃, eiusq̃ defuncti corpus redegisse in puluerem, & aquæ inditũ ebibisse.

Vulgaris amor est sanguinis perturbatio. Cap. VII.

ESse vero hãc in sanguine passionẽ illud argumẽto est, q̃ ęstus hm̃õi alterna reqe caret. Continua vero febris a physicis in sanguine ponit̃. q̃ aũt horas sex qeti relinqt, in pituita. q̃ diẽ vnũ, in bili. q̃ duos, in atrębilis hũore. In sanguĩe igit̃ illã merito collocam⁹. In sanguĩe videlicet melãcholico, vt in oratione Socratis audiuistis. hũc sanguinis cõtagiõis semp affixio comitat̃.

Quomodo amantes fiũt amati similes. Cap. VIII.

IDeo nemo vestrũ miret̃ siquẽ amãtẽ audiuerit amati sui similitudinẽ aliquã vł figurã suo in corpore contraxisse. Pręgnãtes sępe mulieres vinũ qđ auidissime cupiũt, vehementer excogitãt: vehemẽs cogitatio, spũs mouet iteriores, atq̃ ĩ his excogitatę rei pingit imaginẽ. Isti sã

calidũ est & humidũ,natura talis in pueritia & adolescẽtia viget.In sequẽtibus ætatibus paulatim in cõtrarias qualitates siccitatẽ & frigiditatẽ necessario pmutat.Ideo sanguis in adolescente subtilis est,clarus,calidus,atq; dulcis:qa subtilis,clarus:qa recẽs,calidus,atq; humidus:qa calidus & humidus est,ideo dulcis esse videt.Dulcedo eñ fit in calidi & humidi mixtione.Quorsum hęc? nẽpe vt ĩtelligatis spiritus ĩ hac ætate subtiles & claros,esse calidos atq; dulces. Hi eñ cũ a cordis calore ex puriori sanguine generent,tales ĩ nobis sunt semp,qualis ẽ & sanguinis humor. Queadmodũ vero spirituũ vapor hmõi creat ex sanguine,ita & ipse similes sibi radios p oculos quasi vitreas fenestras emittit.Atq; etiã sicut cor mũdi sol suo circuitu lumẽ,perq; lumen virtutes suas ad inferiora demittit,sic corporis nostri cor,motu suo quodã ppetuo pximũ sibi sanguinẽ agitãs ex eo spũs ĩ totũ corpus,perq; illos luminũ scintillas,p mẽbra diffũdit qdẽ singula,p oculos autẽ maxime. Ad altissimas qppe corporis partes spũs maxime cũ sit leuissimus euolat,eiusq; lumẽ p oculos, cũ ipsi pspicui sint atq; omnium partiũ nitidissimi,vberius emicat.Inesse vero oculis & cerebro lumen aliqd licet exiguũ aĩalia multa quæ noctu vidẽt testimonio esse possunt,quorũ in tenebris coruscãt oculi. Ac etiã siqs certo quodã modo oculi angulũ digito presserit,cõtorseritq;,circulũ quẽdã videt intra se lucidũ intueri.Fertur & diuus Augustus oculos adeo claros & nitidos habuisse,vt cũ acrius quenq̃ intueret,cogeret eũ quasi ad solis fulgorẽ vultũ submittere.Tiberius quoq; pręgrãdibus fuisse oculis tradit,& q qd mirũ esset,noctu etiã & in tenebris viderẽt,sed ad breue,& cũ primũ e somno patuissent,deinde rursus hebescebãt.Q2 autẽ radius emissus ab oculis vaporẽ secũ spiritalẽ trahat, & vaporis sanguinem,ex eo pspicimus q lippi & rubentes oculi spectãtis pxime oculos radii sui emissione cogũt morbo simili laborare.Vbi apparet & radiũ vsq; ad obuiũ illũ ptendi,& cum radio vna vaporem corrupti sanguinis emanare.cuius contagione oculus spectãtis inficitur. Scribit Aristoteles mulieres quãdo sanguis mẽstruus defluit,intuitu suo speculũ sanguineis guttis sæpe fœdare. Quod ex eo fieri arbitror,qa spiritus qui vapor sanguinis est,sanguis quidã tenuissimus videt esse, adeo vt aspectũ effugiat oculorum,sed in speculi superficie factus crassior,clare pspicitur.Hic si in rariorẽ materiã aliquam,ceu pannum, aut lignũ incidat,ideo non videtur,quia in supficie rei illius non restat,sed penetrat.Si in densam quidem,sed asperam,sicuti saxa,lateres,& similia, corporis illius inæqualitate dissipatur,& frangit.Speculum autẽ ppter duritiem sistit in superficie spiritum:propter æqualitatem,lenitatemq; seruat infractum:propter nitorem,spiritus ipsius radium iuuat & auget: propter frigiditatem,rarissimam illius nebulam cogit in guttulas. Eadem ferme ratione quotiens hiantibus faucibus obnixe anhelamus in vitrum,eius faciem tenuissimo quodam saliuæ rore conspergimus.siquidẽ halitus a saliua euolãs,in ea materia cõpressus relabitur in saliuã.Ergo quid mirũ si patefactus oculus & intentus in aliquẽ,radiorũ suorũ aculeos in adstãtis oculos iaculatur? atq; etiã cũ aculeis istis q spirituũ vehicula sunt,sanguineũ vaporẽ illũ,quẽ spiritũ nuncupamus, intendit?Hinc virulẽtus aculeus transuerberat oculos:cũq; a corde pcutientis mittat,hominis pculsi pręcordia,quasi regionẽ propriã repetit,cor vulnerat,inq; eius duriori dorso hebescit,reditq; in sanguinẽ.Peregrinus hic sanguis a saucii hominis natura quodãmodo alienus,sanguinem eius proprium inficit,infectus sanguis ægrotat.Hinc duplex sequit fascinatio.Aspectus fœtidi senis,& mulieris mẽstrua patientis puerum fascinat.Aspectus adolescentis fascinat seniorẽ.Quoniam vero senioris humor frigidus est atq; tardissimus,vix dorsum cordis attingit in puero,& ineptus ad transitum cor nisi propter infantiam sit mollissimũ,parum admodum cõmouet.Hæc ideo leuis fascinatio est: illa vero grauissima,per quam iunior transfigit præcordia senioris.Hoc illud est amici optimi: de quo Platonicus Apuleius conqueritur.Causa,inquit,omnis,& origo præsentis huius doloris, etiam medela ipsa,& salus vnica mihi tute ipse es.Isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi præcordia,acerrimũ meis medullis cõmouẽt incendium.Ergo miserere tua causa pereuntis.Ponite obsecro ante oculos Phædrum Mirrhinusiũ,& Thebanum illum eius amore captũ Lysiam oratorem. Lysias in Phædri vultum inhiat,Phędrus in oculos Lysiæ scintillas suorum defigit oculorũ, cumq; scintillis vna transmittit & spiritũ.Radius Phædri radio Lysiæ facile copulatur,spiritui quoq; facile iungitur spiritus.Vapor huiusmodi a Phædri corde genitus Lysiæ statim petit pręcordia, quorũ hebetudine fit compactior,& in priorem Phædri relabitur sanguinem,ita vt Phędri sanguis, quod mirum est,iam in corde sit Lysiæ.Hinc ad clamorẽ confestim prorumpit vterq;,Lysias ad Phædrum Cor meũ Phrædre,charissima viscera:Phædrus ad Lysiã,O spiritus meus,o meus sanguis Lysia. Sequitur Phædrus Lysiam,quia cor suum poscit humorẽ.Sectatur Phædrũ Lysias, quia sanguineus humor vas proprium postulat,suam exigit sedem.Verum Lysias Phædrum sectatur ardentius. Facilius eñ cor sine minima humoris sui particula,q̃ humor ipse sine corde proprio viuit.Riuus fonte magis q̃ fons riuulo indiget.Igitur vt ferrum qualitate magnetis accepta,ad lapidem hunc trahitur quidem, lapidem vero non attrahit: ita Lysias Phædrum magis q̃ Phædrus Lysiam sequitur.

immatura euellere, vel amputare tentemus, neq; summo cũ periculo discindamus, quæ tutius dissue re possumus, consuetudinis intermissio facienda. Summopere vero cauendũ ne lumina oculorum luminibus coniũgant. Siqd in amati animo vel corpore vitii est, diligenter animo reuoluendũ. Plurimis, variis, grauibus negotiis animus applicandus, sæpe minuendus sanguis est, vino vtendũ claro, nonnũq etiã ebrietate, vt veteri sanguine vacuato nouus sanguis accedat, nouus & spiritus. Exercitatione sæpe ad sudorẽ vsq; vti pręstat, per quã corporis meatus ad expurgationẽ faciendã aperiant. Ea insup omia quæ physici ad cordis præsidiũ adhibẽt & cerebri alimentũ, prosunt q̃plurimũ. Sæpe etiã coeũdũ Lucreti⁹ pcipit: Sed fugitare decet simulacra, & pabula amoris Absterrere sibi, atq; alio conuertere mentẽ, Et iacere humorẽ cõiectũ in corpa q̃q;, Nec retinere semẽ cõuersum vni⁹ amore.

Q̃ noxius vulgaris amor. Cap. XII.

SEd ne diutius de insania loquẽtes insaniamus, sic breuibus cõcludamus. Insanię species quędam est anxia illa solicitudo, qua vulgares amãtes diu nocteq; vexant, q amore durãte bilis incendio primũ, deinde atræ bilis adustiõe afflicti, in furias, ignẽq; ruũt, & quasi cæci quo pcipitent ignorãt. Q̃ pniciosus adulterinus hic amor tã amatis q̃ amãtib⁹ sit, Lysias Theban⁹ & Socrates apud Platonẽ in Phædro demõstrãt. Hoc itaq; furore homo in bestiæ naturam deuoluitur.

Q̃ vtilis diuinus amor, & de quatuor eius speciebus. Cap. XIII.

DIuino autem furore super hominis naturã erigitur, & in deũ transit. Est aũt furor diuinus illustratio rationalis animę, per quam deus animam a superis delapsam ad infera, ab inferis ad supera retrahit. Lapsus animæ ab ipso vno rerũ omniũ principio ad corpora, per quatuor gradus efficitur, per mẽtẽ, rationem, opinionem, atq; naturam. Nam cum in omni rerum ordine sex gradus existant, quorũ summũ tenet ipsum vnum infimũ corpus, media vero sunt quatuor quę pdiximus, necesse est quicqd a primo ad vltimũ labitur, quatuor per media cadere. Ipsum vnum rerũ omniũ terminus & mensura, confusionis & multitudinis expers. Mens angelica multitudo quidem idearũ, sed stabilis & æterna. Ratio animæ multitudo notionũ argumentationumq; mobilis, sed ordinata. Opinio autem inordinata & mobilis imaginũ multitudo, sed substantia punctisq; vnita, cum anima ipsa in qua est opinio, vna substantia sit nullum occupãs locũ. Natura, id est nutriendi vis ab anima, & animalis complexio similiter, nisi q per corporis puncta diffunditur. Corpus autem indeterminata partium & accidentium multitudo subiecta motui, & substantia pũctis momentisq; diuisa. Hæc omnia respicit anima nostra, per hæc descendit, per hæc & ascendit. Vt enim ab ipso vno qđ omniũ principiũ est, producit, vnitatem quandam sortita est, quæ omnem essentiã eius, vires, operationesq; vnit, a qua & ad quã ita cætera quæ in anima sunt se habent, sicut a centro & ad centrũ circuli lineæ. Vnit vero non modo animæ partes inuicem & ad totam animam, sed animam totam ad ipsum vnum rerũ omniũ causam. Vt aũt diuinæ mentis radio claret, rerum omniũ ideas per mentem actu stabili contemplatur. Vt seipsam respicit, rationes rerum vniuersales cogitat, & a principiis ad conclusiones ratiocinatione discurrit. Vt corpora respicit, particulares rerum mobilium formas atq; imagines per sensus acceptas opinione volutat. Vt materiam attingit, natura velut instrumento vtitur, quo vnit materiam, mouet, & format. Vnde generationes, augmenta, & eorum cõtraria proficiscuntur. Cernitis igitur ab vno q super æternitatem in æternam multitudinem labitur, ab æternitate in tempus, a tempore in locum, atq; materiam. labitur inquam, quando ab ea puritate qua nata est, longius corpus amplectendo discedit.

Quibus gradibus diuini furores animam extollunt. Cap. XIIII.

QVapropter sicut per quatuor descendit gradus, per quatuor ascendat necesse est. Furor aũt diuinus est, qui ad supera tollit, vt in eius definitione constitit. Quatuor ergo diuini furoris sunt species. Primus quidem poeticus furor. Alter mysterialis. Tertius vaticiniũ. Amatorius affectus est quartus. Est aũt poesis a musis, Mysteriũ a Dionysio, Vaticiniũ ab Apolline, Amor a Venere. Redire quippe ad vnum animus nequit, nisi ipse vnum efficiatur. Multa vero effectus est, quia est lapsus in corpus, in operationes varias distributus, & ad corporalium rerum multitudinem respicit infinitam. Ex quo partes eius superiores pene obdormiunt, inferiores aliis dominantur. Illæ torpore, hæ perturbatione afficiuntur. Totus autem animus discordia & inconcinnitate repletur. Poetico ergo furore primũ opus est, qui per musicos tonos quæ torpent suscitet: per harmonicam suauitatem quæ turbant, mulceat: per diuersorũ deniq; consonantiam, dissonantem pellat discordiam, & varias partes animi temperet. Neq; satis hoc est. Multitudo enim adhuc & diuersitas restat in animo. Accedit ergo mysteriũ ad Dionysium pertinens, quod expiationibus, sacrisq;, & omni cultu diuino partium omniũ intentionem in mẽtem, qua deus colitur, dirigit. Vnde cũ singulę animi partes ad vnam mentem redactæ sint, iam totũ quoddam vnũ ex pluribus factus est animus. Tertio vero adhuc opus est furore, q mentem ad vnitatem ipsam animæ caput reducat. hoc Apollo per

guinem mouent similiter, & in mollissima fœtus materia, vini imaginem exprimunt. Amator autem ardentius q̃ pregnãtes, suas cupit delitias, vehemẽtius quoq; & firmius cogitat. Quid mirũ si vsque adeo hærentes & infixi pectore vultus ab ipsa cogitatione purgantur in spiritu, a spũ statim in sanguine infiganť: præsertim cũ in Lysię venis iam mollissimus sanguis Phędri sit genitus, vt facillime possit Phędri vultus in suiipsius sanguine relucere. Quoniã vero mẽbra corporis singula vt quotidie arescunt, ita sumpto alimoniæ rore quotidie reuirescunt, sequitur, vt in dies corpus cuiusq; hominis, quod sensim exaruit, paulatim reficiať. Reficiunť autẽ mẽbra a sanguine ex venarum riuulis emanãte. Ergo miraberis si certa similitudine pictus sanguis eandẽ mẽbris ĩpresserit, vt Lysias tandẽ Phędro in nõnullis vel coloribus, vel lineamẽtis, aut affectib⁹, aut gestib⁹ euasisse similis videatur?

A quibus præcipue irretiamur. Cap. IX.

QVæret forsitã aliqs, a qbus p̃cipue & quo pacto illaqueenť, & quomõ soluanť amantes. Fœminę p̄fecto viros facile capiunt: facilius autẽ illę, q̃ masculã quãdã indolẽ prę se ferũt: & tãto facilius masculi, quãto similiores sunt viris q̃ fœminę, & sanguinẽ spiritũq; habẽt lucidiorem, calidiorem, subtiliorẽ, qua in re amatoria cõsistit illaqueatio. Ex marib⁹ autẽ illi viros, seu mulieres velocissime fascinãt, q sanguinei sunt potissimũ, & quadã ex parte cholerici, oculos amplos habent, glaucos atq; nitẽtes, p̃cipue vero si casti viuãt, neq; p coitũ claro humorũ succo exhausto fere nos vultus fœdauerint. Hęc em̃ ad ip̃as sagittas p̄prie emittẽdas q̃ cor vulnerãt, vt supra tetigim⁹, requirunť. Irretiunť p̃terea cito qbus nascentibus Venus fuerit in Leone, vel Luna Venerẽ vehemẽter aspexerit, & qui eadẽ cõplexione sunt p̃diti. Phlegmatici in qbus dominať pituita, nũq̃: Melãcholici, in qbus atra bilis, vix qdẽ captanť: sed capti, nunq̃ postea liberanť. Quando sanguineus deuincit sanguineũ, leue iugũ est, suaue vinculũ. similis nãq; cõplexio mutuũ creat amorẽ. Huius p̃terea humoris suauitas spem & fiduciã præstat amãti. Quãdo cholericus cholericũ, intolerabilior seruitus. Vicissitudinẽ quidẽ nonnullã beneuolẽtię in his facit cõplexionis similitudo, sed igneus ille bilis humor crebra illos iracundia turbat. Quãdo sanguineus cholericũ, aut cõtra, propter suauis simul & acris humoris cõmixtionẽ alternatio quædam prouenit iracundię, & gratiæ, voluptatis atq; doloris. Cum sanguineus melancholicum ligat, nodus perpetuus non miserrimus. Sanguinis quippe dulcedo melancholię amaritudinẽ temperat. Cum vero cholericus illaqueat melancholicũ, pestis omniũ perniciosissima. Acutissimus adolescentis humor senioris viscera passim illabitur. Est mollis flamma medullas. Vritur infelix amator. Cholera ad iracũdiã cędesq; prouocat. Melãcholia ad mœrorem & perpetuam querimoniã. Iis sæpe idem q Phyllidi, Didoni, Lucretio, amoris est exitus. Phlegmaticus autẽ seu melancholicus adolescẽs propter sanguinis & spirituum crassitudinem capit neminẽ.

Modus illaqueationis. Cap. X.

QVo aũt pacto fascinenť amãtes satis supra dixisse videmur, si modo illud addam⁹, mortales tũc summope fascinari, qñ frequẽtissimo intuitu aciẽ visus ad aciẽ dirigẽtes, lumina iũgũt luminib⁹, & lõgũ miseri combibũt amorẽ. Hui⁹ p̄fecto morbi, vt Musęo placet, causa oĩs & origo est oculus. Ideo siqs nitore polleat oculorũ, licet minus in reliqs mẽbris cõpositus sit, sępius intuentes ea ratione qua diximus insanire cõpellit. Qui cõtra dispositus est, ad moderatã quãdã beneuolentiã inuitat potius q̃ ardorẽ. Reliquorũ p̃ter oculos mẽbrorũ cõcinnitas nõ causę vim ad ęgrotationẽ hmõi, sed occasionis impulsam videť habere. Talis qp̄pe cõpositio eminus p̄spiciẽtẽ vt p̄pius accedat hortať: deinde cernẽtẽ cõminus in ip̃a sui cõsideratione diutissime detinet, immorantẽ vero solus ip̃e ferit intuitus. Ad moderatũ aũt amorẽ illũ diuinitatis participẽ, de quo in hoc Cõuiuio vt plurimũ disputať, nõ oculus solus, vt causa, sed partiũ cũctarũ concordia iucunditasq; concurrit.

Curatio amoris. Cap. XI.

HActenus quõ & a qbus irretiamur tractauimus: restat vt quõ soluamur, paucis doceamus. Solutio vero duplex, altera qdem naturę, altera diligẽtię. Naturalis est q̃ certis tp̄is ĩteruallis p̄ficiť. Quę nõ ad hũc solũ, sed ad oẽs attinet morbos. siqdẽ in cute prurit⁹ eatenus p̄manet, quaten⁹ tabidi sanguinis fex in venis, aut salsedo pituitę viget in mẽbris. Defecato sanguine & pituita demollita prurit⁹ desinit, & fœdę cutis maculę abolenť. Euacuatiõis tñ matura diligẽtia cõfert plurimũ. Repẽtina euacuatio vel vnctio p̄iculosissima iudicať. Inqetudo quoq; amantiũ tandiu necessario p̄seuerat, q̃diu infectio illa sanguinis p fascinationẽ iniecta visceribus p̄manẽs graui corp̄ mit cura. Vuln⁹ alit venis, cęcis mẽbra flãmis adurit. a corde siqdẽ ĩ venas, a venis ĩ mẽbra fit transitus. hac deniq; expurgata amãtiũ, immo vero amẽtiũ cessat inqetudo. Id longũ in omnibus requirit tẽporis spatiũ, in melãcholicis vero longissimũ, pręsertim si Saturni influxu fuerint irretiti. adde & amarissimũ, si Saturno retrogrado, vel Marti cõiũcto, vel Soli opposito mãcipati sint. Aegrotant illi & diutissime, in quorũ natiuitate Ven⁹ ĩ domo Saturni fuerit, vel Saturnũ Lunãq; vehemẽter aspexerit. Addenda est naturali huic purgationi diligentissimæ artis industria. Cauendum in primis ne

citq; philosophũ, Platonẽ poesi deditũ coegit tragœdias igni tradere,& studia preciosiora capessere, Xenophontem a vulgari luxu ad sapiẽtum traduxit sobrietatem. Aeschinem,& Aristippum ex pauperibus diuites, Phædrum ex oratore philosophum, Alcibiadem ex ignorante doctissimũ reddidit. Charmidem grauem fecit,& verecũdũ. Theagem iustum,forteq; in republica ciuem. Euthydemũ ac Menonem a Sophistarum captiunculis ad veram transtulit sapientiam. Quo factum est,vt non tam iucunda q̃ vtilis fuerit Socratis consuetudo,ac multo ardentius ab adolescẽtibus,vt Alcibiades ait, dilectus fuerit Socrates q̃ dilexerit.

Quomodo agẽdę sunt gratiæ Spiritui sancto,qui nos ad hanc disputationem illuminauit atq; accendit. Cap. XVII.

IAm igitur Conuiuæ optimi quid amor sit, quis verus amator, quæve amantis vtilitas ex vestra primũ, ex mea deinde disputatione feliciter cõperisse videmur. Huius autẽ inuẽtionis felicissimę causam & magistrũ eundẽ ipsum amorẽ, qui & cõpertus est, fuisse proculdubio existimate. Amore nãq;,vt ita dixerim, inueniẽdi amoris accẽsi,amorẽ quęsiuimus & inuenimus, vt eidẽ inquisitionis & inuẽtionis pariter habẽda sit gratia. O mirã numinis huius magnificentiam. O incomparabilem amoris benignitatẽ. Cætera siquidẽ numina vix tandem postq̃ diu quęsieris se parumper ostendũt, Amor etiã quęsituris occurrit. Quapropter huic multo magis q̃ cæteris homines se debere fatentur. Sũt autẽ qui diuinã potentiã sæpe audeant execrari, scelerũ nostrorũ fulminatricẽ. Nonnulli etiam sapiẽtiam oderũt nostrorũ omniũ exploratricem flagitiorum. Amorem vero diuinũ bonorum omniũ largitorem non amare non possumus. Nos autem Amorem hunc adeo nobis propitium ea mente colemus, vt veneremur Sapiẽtiam,& potentiam admiremur, vt amore duce totum vt ita loquar deum habeamus propitium, ac totũ amoris flagrantia diligẽtes, toto etiam deo amore perpetuo perfruamur. FINIS.

PLATONIS CONVIVIVM, VEL DE AMORE, A MARSILIO FICINO TRANSLATVM, AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM CLARISSIMVM.

PERSONAE DIALOGI.

APOLLODORVS. FAMILIARES APOLLODORI. GLAVCO. ARISTODEMVS. SOCRATES. AGATHO. PHAEDRVS. PAVSANIAS. ERYXIMACHVS. ARISTOPHANES. DIOTIMA. ALCIBIADES. APOL.



VIDEOR Mihi in his quæ petitis, satis pręmeditatus esse. Heri enim cum domo ex Phalero in vrbem redirem, quidam mihi notus a tergo me aspiciens, eminus vocauit,& inter vocãdum iocatus, O Phalerę, inquit, Apollodore, cur non expectas? Ego autem expectaui. Tum ille. Quærebam te modo, audire cupiens qui de amore sermones habiti sunt in ea cœna, ad quam Agatho, Socrates, Alcibiades, nonnulliq; alii conuenerunt. Retulit quidem mihi & alius quidam, qui a Phœnice Philippi filio audiuerat, addiditq; te scire. Verum nihil certi ea de re afferre poterat. Quare tu mihi referas. Tua eñ interest sermones amici tui narrare. Id autem primum dicas. Ipse affuisti cũ disputarent, an non? Reuera, inquam, certi nihil retulisse tibi ille videtur, si quidem cõuenisse illos inuicem nuper existimas, vt ego interesse potuerim. Existimabam equidem, inquit ille. Tum ego. Vndenam istud audieras vel coniectabas? Nescis o Glauco multis iam annis huc Agathonem non accessisse? Ex eo vero tempore quo cum Socrate versari assidue cœpi, eiusq; tum dicta tum facta diligentius obseruare, nondum tres anni fluxere. Antea vero quocunq; contingebat oberrans, existimansq; aliquid agere, omnium miserrimus eram, perinde ac tu nunc, qui quodlibet aliud agendum censes potius, q̃ philosophandum. Ne mordeas, inquit ille, sed quo in tempore conuiuiũ celebratum est, enarra. Ad hæc inquam. Dum pueri adhuc essemus, in primo tragœdiæ certamine victoriam reportauit Agatho. Sequenti autem die post palmam, sacraq; victoriæ gratia celebrata, parato conuiuio disputatio instituta fuit. GLAV. Longum certe id tempus est. Sed quis tibi narrauit? Nunquid ipse Socrates? APOL. Non per Iouem, immo idem qui & Phœnici Aristodemus quidam Cydatheneus, qui exiguo corpore erat,& nudis semper pedibus ibat. Interfuit enim disputationi: quippe qui maxime omniũ qui tunc erant, Socratem, vt mihi videtur, amaret. Quinetiam Socratem ipsum de nonnullis quæ ille retulerat, percontatus sum, qui in referendo cum illo consentiebat. GLAV. Cur ergo mihi non refers? Apta quidem via est quæ ducit in vrbem,& ad audiẽdum pariter,& ad dicendũ. APOL. Sic itaq; inter eũdũ de illis verba fecimus. Quapropter quemadmodũ a principio dixi, in his rebus satis pręmeditatus sum. Q̃ si iterum vobis recenseri hæc vultis, iterũ recensebo. Nam quotiẽs vel ipse de philosophia sermonẽ habeo, vel dicentes alios audio, pręter id q; prodesse mihi id putem, mirifice lætor. Quotiẽs autem sermones alios audio, vestros præsertim, qui

vaticinium efficit. Nam cũ aïa supra mentẽ in vnitatẽ surgit, futura præsagit. Demũ cũ aïa facta est vnum, vnũ inquã qđ in ipsa natura & essentia animæ est, restat vt illico in vnũ qđ est sup essentiã.i. deum se reuocet. Hoc cælestis illa Venus per amorẽ.i.diuinæ pulchritudinis desideriũ, boniq́ ardorem explet. Primus itaq́ furor inconcinna & dissonantia temperat. Secundus temperata vnũ totũ ex partibus efficit. Tertius vnum totũ supra partes. Quartus in vnũ qđ sup essentiã & sup totum est ducit. Plato in Phædro, mentẽ diuinis deditã, in anima hominis aurigam vocat: Vnitatẽ animę, aurigæ caput: Rationẽ, opinionẽq́ per naturalia discurrentẽ, equũ bonũ: Phantasiã cõfusam, appetitũq́ sensuum, malũ equũ: Animę totius naturã, currũ. quia motus suus tanq̃ orbicularis a se incipiens in se deniq́ redit, dum suiipsius naturam animaduertit. Vbi consideratio eius ab anima profecta in eandẽ reuertitur. Alas animo tribuit, per quas in sublime feratur: quarum alteram putamus indagationem illam esse, qua mens assidue ad veritatẽ annitit: Alterã boni desiderium, quo nostra voluntas semper afficit. Hę partes animę suũ amittũt ordinem, quãdo perturbãte corpore cõfundunt. Primus itaq́ furor bonũ equũ.i.rationẽ opinionẽq́, a malo equo.i.a phantasia confusa & sensuũ appetitu distinguit. Secũdus malũ equũ bono, bonũ Aurigę.i.menti subiicit. Tertius aurigã in caput suum.i.in vnitatem mentis apicem dirigit. Postremus caput Aurigę in caput rerũ omniũ vertit. Vbi auriga beatus est, & ad præsepe.i.ad diuinã pulchritudinem sistens equos.i.accõmodans oẽs sibi subiectas animæ partes, obiicit illis ambrosiam, & super ipsam nectar potandũ.i.visionẽ pulchritudinis, & ex visione lætitiã. Hęc quatuor furorũ opera sunt. De quibus generatim in Phædro disputat, proprie vero de poetico furore in Ione, de amatorio, in Cõuiuio. Oĩbus his furoribus occupatũ fuisse Orpheũ libri eius testimonio esse possunt. Amatorio maxime Sapphon, Anacreontẽ, & Socratẽ fuisse correptos accepimus.

Omnibus his furoribus Amor præstantior est. Cap.XV.

OMnium potentissimus, & præstantissimus est amatorius. Potentissimus inquã propterea, q̃ omnes alii ipso necessario indigent. neq́ eñ poesim, neq́ mysteria, neq́ vaticinium sine ingẽti studio, flagrãti pietate, & sedulo diuinitatis cultu cõsequimur. Studiũ vero, pietatẽ, cultũ quid aliud dicimus q̃ amorẽ? Igit oẽs amoris potentia cõstant. Est etiã p̃stantissimus, qm̃ ad hũc tanq̃ ad finem alii referunt. Hic aũt proxime deo, qui nos copulat. Hos vtiq́ furores quatuor, totidẽ adulterini affectus falso imitari vident. Poeticũ quidẽ musica ista vulgaris, q̃ auribus duntaxat blanditur. Mysterialẽ, vana multorũ hoïm superstitio. Fatidicũ, fallax peritię humanę cõiectio. Amatoriũ, libidinis impetus. Verus eñ amor nihil est aliud q̃ nixus quidã ad diuinã pulchritudinẽ euolandi ab aspectu corporalis pulchritudinis excitatus. Adulterinus autẽ, ab aspectu in tactum pręcipitatio.

Q̃ vtilis amor Socraticus. Cap.XVI.

QVæritis quid amor Socraticus conferat? Primo quidem ipsi Socrati plurimũ ad alas illas recuperãdas, quibus in patriã reuolet. Deinde ciuitati suę magnopere ad honeste feliciterq́ viuendũ. Ciuitatẽ profecto non lapides sed hoïes faciũt. Hoïes vero a tenera ætate quemadmodum arbores a tenerioribus curandi sunt, & ad frugem optimã dirigendi. Puerorum curam parentes habent & pędagogi. Adolescẽtes aũt limites parentũ & pędagogorũ nõ prius transgrediuntur q̃ iniqua vulgi cõsuetudine deprauent. Superiorem quippe viuendi normã domi imbibitã sequerentur, nisi ab ea improborũ hominũ, eorũ p̃sertim qui illis blandiuntur, vsu, consuetudineq́ deflecterentur. Quid ergo Socrates faciet? Nũ permittet vt flagitiosorũ cõtagione adolescẽtia, q̃ futuræ reipublicæ semen est, corrumpatur? At vbi patrię charitas? Succurret itaq́ patrię Socrates, filiosq́ illius, suos autem fratres a pernicie liberabit. Leges fortasse cõscribet, quibus lasciuos viros ab adolescentũ cõsuetudine segregabit. Sed nõ oẽs Lycurgi, aut Solones esse possumus. Paucis legũ condendarum datur auctoritas, paucissimi legibus latis obtemperant. Quid ergo? vim inferet, & manu iniecta seniores a iuuenture depellet? At solus Hercules cum monstris dicit decertasse, cæteris periculosissima est huiusmodi violentia. Forsitan scelestos homines monebit, corripiet, obiurgabit. Cæterũ perturbatus animus monentis verba contemnit, & quod deterius est, sæuit in monitorem. Qua de causa ab alio pugno, ab alio calce, dum id tentaret percussus est Socrates. Vnica restat iuuentuti via salutis, Socratis consuetudo. Huic ergo Græcorũ ille sapientissimus charitate deuinctus sese miscet vbiq́, & magna incedit adolescentũ comitante caterua. Ita verus amator, vtpote pastor, agnorum gregem, a falsorũ amantiũ, ceu luporũ voragine, ac peste tutatur. Quoniã vero pares cum paribus facillime cõgregantur, parem se facit iunioribus puritate vitæ, verborum simplicitate, ludis, iocis, atq́ facetiis. Seq́ ex sene puerũ facit, in primis vt pueros quandoq́ reddat domestica & iucũda familiaritate seniles. Ad voluptatẽ prona iuuentus sola voluptate tenet, rigidos effugit p̃ceptores. hinc nostrę adolescentiæ tutor ad patrię suę salutẽ rerum suarũ administratiõe neglecta iuniorũ suscipit curã, eosq́ primũ iucũdę cõsuetudinis captat suauitate. Ita illaqueatos, monet deinde seuerius. Postremo censura rigidiori castigat. Hoc pacto Phædonẽ adolescentulũ lupanari publico p̃stitutũ ab ea calamitate redemit, fe-

phanem respondisse. Scite loqueris Pausania, potui moderationẽ quãdam adhibendã esse. Ego quoq; ex his sum q heri ingurgitarunt. Cum hæc audisset Eryximachus Acumeni filius, ait, Probe dicitis. Atq; hoc insup a vobis audire desidero, quãtũ bibendo valeat Agatho. AGATHO. Minime quidẽ. Cõfert id sane nobis, mihi inquã & Aristodemo & Phædro, atq; his aliis, q vos q ad bibendũ valetis plurimũ, nũc tãq̃ bibendo defessi prohibeatis. Nos eñ semp imbecilles excepto Socrate, qui ad vtrũq; idoneus est. Quocirca quodcũq; agamus, illi sat erit. ERY. Postq̃ præsentiũ nullus ingurgitare mihi velle videtur, forte si vera de ebrietate dixero, minus ero molestus. Id siquidẽ ex medicinæ peritia apud me cõstat, graue quiddã esse hominibus ebrietatẽ. Nec enim sponte supuacue bibere vnq̃ vellẽ, nec alteri consulerẽ, pręsertim siqs hesterno mero adhuc fœteat. Huic Phædrũ Myrrhinusiũ dixisse Aristodemus inqt. Equidẽ semp tibi fidẽ habui, in medicina p̃sertim. Nũc similiter, modo cæteri quoq; cõsentiant. Hæc cũ audissent oẽs, concessisse inqt, nõ ad ebrietatẽ in p̃senti cõuiuio, sed ad voluptatem esse bibendũ. Tum Eryximachus. Postq̃ visum est in cuiusq; arbitrio fore quãtũ bibat, neminem vero supra q̃ velit cogi, qđ restat exponã. Tibicinẽ q modo ingressa est, abigendam puto, sibiipsi tibia personantẽ, vel si velit, mulieribus quæ sunt intus. Nos autẽ confabulari inuicẽ debere hodie iudico. Qui vero esse sermones nostri debeant, si vultis aperiã. Ad hęc oẽs explicare iusserunt. Eryximachus dein de. Mei, inqt, sermonis exordiũ secũdũ Euripidis Melanippen erit. Neq; eñ mea fabula est quã incepturus sum, sed Phædri. Phædrus hic mecũ sæpe cõqritur, absurdũ qddã afferens, q cũ in cęteros deos cantilenas & hymnos poetę finxerint, in Amorem tñ tantũ taleve deũ nullus vnq̃ ex tot poetis laudem aliquã scripserit. Atqui si vis, inqt, O Eryximache q̃rere, inuenies profecto Sophistas disertos soluta oratione Herculem aliosq; laudasse, queadmodũ peritissimus Prodicus. q̃q̃ hoc minus alicui mirũ videri debet. Sed ego legi quãdoq; sapiẽtis viri librũ, in quo Sal ad victus vtilitatẽ miris laudibus extollebat: aliaq; huius generis multa reperire licet, laudibus celebrata. In his itaq; studiose versari, Amorem vero tãtũ deũ a nullo adhuc in hũc vsq; diẽ pro dignitate laudari, sed vbiq; cõtemni, cui nõ grauissimũ videatur? Mihi qdẽ oratio hæc Phædri vera videť. Quare & huic munus id conferre gratificariq; cupio, & deũ hũc honorari a nobis decens esse cẽseo. Qđ si & vobis videť, cõgrua disputatio inter nos orietur. Laudãdũ quippe amorẽ ab vnoquoq; nostrum pro viribus arbitror, ad dexterã alterũ, alios deinceps aliis succedẽdo. Incipiat autẽ Phędrus, cũ & primus sedeat. & huius sit sermonis inuentor. Tũ Socrates. Nullus tibi o Eryximache repugnaret. Ego eñ qui istuc renuerẽ, cũ nihil præter amatoria scire profitear? Nec etiã Agatho & Pausanias aduersabũtur, & Aristophanes multo minus, cuius oẽ studiũ circa Dionysiũ Venereq; versať, nec alius vllus eoꝝ quos nũc intueor. Q̃q̃ nõ æqua sors nobis obtigit, q extremi discũbimus. Nã si priores scite abũdeq; dixerint, sat nobis erit. Verũ Phędrus felicibus auspiciis iam exordiatur, Amoreq; honoret. His oẽs q̃ Socrates dixerat, assenscre, similiterq; iusserũt. Singula vero singulorum dicta, nec Aristodemus memoria tenebat, nec ego quæ ille recẽsuit, singula teneo. Eorũ igiť orationẽ vobis nũc referã, q memoratu digna dixerũt. Principio inquit Phædrum hunc in modum exorsum fuisse.

De ebrietate.

Tibicẽ de conuiuio expulsa.

Opus de laudibus Salis.

PHAEDRI collaudatio in Amorem.

MAgnus deus est Amor, & apud deos hominesq; mirãdus, cũ ꝑpter alia multa, tũ maxime propter eius originẽ. Cũ eñ ex antiqssimoꝝ deoꝝ numero sit, honore dignus apparet. Id aũt ex eo cõstat, q parẽtes Amoris a nullo vel poeta, vel alio quouis descripti sunt. Sed Hesiodus principio Chaos extitisse his verbis asserit. Terra ampla stabilisq; semp oĩm sedes, atq; Amor. post Chaos videlicet asserẽs duo hęc extitisse, Terrã atq; Amorẽ. Parmenides autẽ de generatione illius inquit. Ante deos oẽs primũ generauit Amorẽ. Acusileus quoq; cũ Hesiodo sentire videtur. Atq; ita passim amorẽ ex antiquissimis esse cõcediť. Cũ vero talis sit, maximoꝝ bonoꝝ nobis est causa. Nã qd melius accidere possit adolescẽti, q̃ optimus amator, aut amatori, q̃ amatus optimus, nõ inuenio. Duo qdem sunt q̃ a pueritia p omnẽ vitã ducere illũ debẽt q sit p̃clare victurus. In rebus turpibus verecũdia, honestis studiũ. hęc aũt nobis, neq; genus, neq; diuitię, neq; honores p̃stare citius ac melius, q̃ amor possunt. Neq; absq; his duobus, aut ciuitas vnq̃, aut priuatus p̃clarũ aliqd & magnificũ p̃ficere poterit. Assero equidẽ amatorẽ, si turpe aliqd agere vel pati ab aliquo p ignauiã, nec repugnare & vlcisci dep̃hendatur, seu a patre, siue ab amicis, siue ab alio quouis homine, haud tã vehementer angi q̃ si forte ab amato dep̃hẽderetur. Similiter adolescentẽ tũc maxime erubescere cernimus, cũ amator eũ turpe quid committentem offendit. Siquo pacto fieri ciuitas vel exercitus posset partim ex his qui amant, partim ex his qui amantur, supra q̃ dici possit fortiter agerẽt administrarentq; singula, dũ per verecũdiam a turpibus abstinerẽt, & ad honesta quasi quadã æmulatione contẽderẽt: talesq; homines vel pauci numero, vniuersos, vt ita dixerim, homines p̃lio superarẽt. Amator sane vel deserere ordinẽ vel arma abiicere corã amato, vehementius q̃ corã cũctis aliis hominibus erubesceret. Immo obire sæpe numero mallet, q̃ dilectum derelinquere, & in periculis non succurrere. Nec vllus adeo ignauus est,

cumulandis pecuniis studetis semper, & ipse angor, & vestri misereor, q̃ efficere aliquid existimetis, cum nihil efficiatis. Forte etiam vos me infelicē putatis, quos & ipse de me vera putare arbitror. Ego aūt vos non puto quidē, sed certo scio. FAMIL. Semp Apollodore æque tibiipsi & aliis detrahis, ac videris proculdubio te quidē in primis, deinde alios oēs p̄ter vnum Socratē infelices putare. Vnde vero insani cognomen tibi exortū sit, nescio. Semp eñ loquēdo te & alios improbas, Socratē vnum probas. APOL. O dilectissime vir, ex eo insanire & delirare me constat, q̃ ita de me ac vobis existimem. FAMIL. De his in p̄sentia cōtendere Apollodore nequaq̃ decet: sed precibus nostris obsequere, & q̃ sermones illi fuerint, nobis expone. APOL. Tales vtiq̃ illi fuerunt. Immo vero a principio eodem ordine quo Aristodemus retulit, vobis ipse nunc recensere conabor. Inquit.n. Socratē offendisse & lotū & calceis pedes ornatum, quæ ille raro efficiebat, eumq̃ interrogasse quonam ita ornatus incederet. Cui respondisse Socratem, Agathonis domū cœnatū. hesternā vero cœnam vitasse, q̃ turbę propter Agathonis palmā concursum veritus esset, promisisse autē sequenti die se affuturū. Ea vero de causa se ornasse, vt pulcher ad pulchrum iret. Quęsisse insuper, quonā pacto tu Aristodeme ad cœnā proficisceris non vocatus? ARISTO. Vt tu iusseris. SO. Sequere me, vt prouerbium trāsgrediamur, illud in hūc modum mutātes, q̃ ad bonorū hominū cœnas boni homines etiā nō inuitati proficiscuntur. Homerus quidē videtur nō modo nō obseruare, sed & violare prouerbiū. Nā cū Agamemnonē in re militari strenuum virū finxisset, Menelaū vero mollem, conuiuium celebrāte post sacrificium Agamemnone, Menelaum inducit vltro ad mensam Agamemnonis venientem. Vbi deteriorem ad præstantioris viri mensam nō accersitum venire fecit. ARISTO. Forte & ipse o Socrates non talis, qualē tu inquis, sed quēadmodū induxit Homerus, vilis homūculus ad sapientis viri conuiuiū, vltro venire videbor. Cum ergo me ducas, vide quā aduentus mei rationē assignes. Ego eñ me sponte venire non confitebor, sed abs te inuitatū dicam. SO. In ipo itinere quid dicturi simus, inuicē cōsultabimus. sed eamus iam. His dictis, inquit Aristodemus, ire cœpisse, & Socratem cogitabundum lento nimis passu gradientē expectasse sępius, tandem iussisse Socratem, vt pręiret. Cum vero ędibus Agathonis appropinquaret, apertam ianuam inuenisse, & aliquid ibi cōtigisse ridiculum. Inquit eñ q̃ in ipso limine famulus quidam intrinsecus occurrens, intro vbi accumbebant alii, ipsum duxit. quos iam cœnaturos repperit. Eumq̃ vt vidit Agatho, O Aristodeme, ait, opportune venisti vt nobiscū cœnes. Si vero aliud quicq̃ vis, in aliud tempus differas. Equidem heri te quęrēs inuitaturus te nusq̃ vidi. Sed cur Socratem ad nos non ducis? Ego quidem, inquit Aristodemus, retro conuersus nusq̃ vidi, responditq̃ Agathoni, Equidem cum illo veni ab eo vocatus huc ad cœnam. AGA. Recte fecisti. sed vbinam Socrates? ARISTO. Post me paulo ante accedebat. Quare ipe quoq̃ admiror, & vbi sit nescio. AGA. Quære Socratem puer, & ad nos introducas. Tu autem Aristodeme iuxta Eryximachum accumbe. Heus tu dato huic manibus aquam, vt iam sedeat. Tunc ingressum puerum quendam nunciasse dicebat Aristodemus, Socratem ipm in vestibulum proximum secessisse, & accersitū ingredi nolle. AGA. Absurdum quiddā narras. Voca iterū, neq̃ dimittas, quousq̃ venerit. ARISTO. Non sic o Agatho, sed mittite illū. mos eñ Socratis iste. Nōnunq̃ desistens, vbicūq̃ accidit cōsistere solet. Veniet autem cito, vt arbitror. Ne turbetis ipsum, sed suo arbitratu venire permittite. AGA. Ita si tibi videtur, agēdum est. Cæterum vos o pueri, aliis epulas afferte, & quodcunq̃ lubet apponite. Vobis siquidem nullus pręsidet. Id equidem nunq̃ feci. Quapropter existimātes nunc me vna cū aliis conuiuio a vobis exceptum, curate omnia diligenter, vt vestram operam cōprobemus. Post hęc addebat Aristodemus cœnare eos cœpisse, & Socratem Agathonis iussu sæpe vocatū nō prius intrasse q̄ aliquantum se more suo exercuisset, mediaq̃ in cœna venisse. Ad quem, Agathonem qui vltimus sedebat & solus, ita dixisse. Hic Socrates prope me sede, vt te tangens sapienti illa sententia fruar quam in vestibulis excogitasti. Constat enim inuenisse illam te, atq̃ habere. Alioquin tandiu non restitisses. Sedisse itaq̃ Socratem, atq̃ dixisse. Bene se res nostrę haberent Agatho, si sapientia talis esset, vt in vacuū hominem ex pleniore ipso contactu proflueret, quēadmodū aqua ex pleno calice in vacuū per lanam influēs. Si eñ sapientia ita se habet, permulti facio q̃ apud te sedeo. Repleri quippe abs te vberrima & præclara sapientia puto. Mea siquidem tenuis est & ambigua insomnii cuiusdā instar, tua vero luculenta admodum atq̃ p̄pollens, vtpote q̄ in adolescentia tua heri in conspectu plus q̄ triginta miliū Græcorū, tā clare emicuit & effulsit. AGA. Contumeliosus es o Socrates. Atqui hęc postea de sapientia ego ac tu diiudicabimus Dionysio iudice. nunc autem cœna. Post hæc inquit Aristodemus, Socrate simul & aliis discumbentibus, libare inuicem & degustare vina sacrificantiū ritu, deūq̃ cantare cœpisse, & alia quædam, vt mos est, facientes ad potū se conuertisse. Vnde Pausaniā ita loquutū. Videndū est o viri, quo pacto leuius suauiusq̃ bibamus. Nam vt de me in primis verū fatear, grauatum adhuc hesterno mero me sentio, & intermissione quadam indigeo. Opinor quoq̃ & plurimos vestrum similiter affectos esse. heri eñ adfuistis. Considerate itaq̃ quomodo leuius salubriusq̃ bibamus. Cui mox Aristo-

Socratem raro lauisse & calceos iduisse.

Antiquū puerbium Ad cœnā nemo p̄ficisci non vocatus.

Mutatū p̄uerbium. Ad bonorū cœnam boni p̄ficiscūtur nō vocati.

eidē legi vulgares amatores adhibita necessitate subiicere,quēadmodū illos pro viribus amare mulie res liberas prohibemus.Hi naq; sunt,q in turpissima queq; labūtur. Vnde orta est illorū sentētia qui turpe aiūt amatoribus obsequi.Hi vero de vulgaribus amatoribus ista loquunt,quia importunitatē iniustitiāq; illorū agnoscūt & improbāt.Nihil autē qđ modeste & legitime fit,vituperare decet. Lex vtiq; de amore in ciuitatibus aliis instituta,intellectu facilis est,quoniā simpliciter tradit. Apud nos aūt & Lacedæmonios varia extat.In Elide naq; & apud Bœotios,& vbi dicēdi arte hoīes carēt, simpliciter lege statutū est,morē amātibus esse gerendū:nec apud eos quisq̃ aut iuuenis aut senex,turpe id pdicaret.Qđ qdē ea de causa ab illis arbitror esse factū, ne in psuadēdis adolescētibus elaborādum illis esset,vtpote q ad orādū inepti sunt.In Ionia vero & apud alios multos q Barbaris subiecti sunt, oīno turpe hoc lege censet.Nā inter Barbaros qdē pp̄ter tyrānides turpe istud habet,& sapiētię præ terea atq; gymnasticę studiū.Neq; eñ tyrānis cōducūt ea studia,quę subditoꝝ mentes acutas,generosasq; reddūt,quęve amicitias inter eos indissolubiles societatesq; freq̄uētes pariūt.Quæ cū ab aliis, tum vel maxime ab amore gigni consueuerūt.Hoc autem ipso euentu tyrāni nostri didicerūt.Nam Aristogitonis amor & Harmodii amicitia confirmata illorū tyrannidem dissipauit. Atq; ita vbicūq; Amoris indulgentia funditus sublata est,prauitate illoꝝ qui leges condiderūt,est vetita, principum quidē iniq̄tate & violētia,subditoꝝ ignauia.Vbi vero penitus pmissa est, propter eoꝝ q sic statuerūt secordiā & segnitiē est pmissa.Hic vero multo rectius est institutū:sed vt dicebā,non facile cognitu. Cōcedi plane videt,si q̄s animaduertat qđ dicit,pręclarius esse palā amare q̃ clanculū, eosq; pcipue q generosi & optimi sunt,etiā si min⁹ formosi q̃ alii videant. Fauet quoq; amatori q̄plurimū cōmunis omniū cohortatio quasi nihil turpe aggrediat. Nā cōmuniter si q̄s amatū capiat, pulchrū quiddam videt:si nō capiat,turpe.Et lex ad amatū sibi cōciliādū amatori mira q̄dā machinamēta cōcedit,laudariq; pmittit:quæ si q̄s aliq̄uādo cuiusuis gratia tentare auderet, maximas apud philosophos vituperationes incurreret.Si q̄s eñ accipiēdę ab aliquo pecunię,vel magistratus potētię gratia,aggrediat illa q̃ erga amatos amātes,passim occurrat,supplex oret,obtestet,ad fores noctu iaceat,& sedula quadam obseruātia seruiat,& in oībus obsequat,quæ seruus aliq̄s agere nec vellet,nec etiā cogeretur,ab inimicis pariter & amicis iurgabitur.Illi adulationes seruilesq; assentationes vituperabūt.Isti corripient,eosq; seruitutis amici sui pudebit.Amator aūt dū ista facit,gratiā adipiscit, & quasi pclarū aliquid agat,a lege absq; vlla infamię nota facere ista pmittit.Qđ vę pmaximū est,vulgo fertur, ꝙ solis amatoriis periuriis dii dant veniā.Venereū quippe iusiurandū nihil valere aiūt.Itaq; tā dii q̃ homines omnē amāti licētiā pstiterūt,vt lex nostra testat.Si ad ista q̃ dicta sunt respiciamus,pręclarissimū quiddā in hac ciuitate existimari videbit,ꝙ q̄s amet,ꝙve amāti amatus indulgeat.Si rursus ea q̃ dicam animaduertamus,turpissimū hoc apud nos haberi putabimus.Nā parētes pædagogis filios cōmēdāt,q amatos cū amātibus loqui prohibeāt.Socii quoq; & æquales quotiēs tale qđ vidēt,vituperant,eosq; dū talia carpunt,senes nō rephēdunt,neq; eos quasi errent corripiūt.Quapropter ita hoc habere se arbitror,vt ipsum secūdū se,sicut a principio dictū est,neq; honestū sit,neq; turpe.Neq; eñ simplex est,sed recte factū honestū,cōtra turpe.Turpe qdē est,prauo ac turpiter obsequi. Honestum vero bono,atq; honeste.Prauus autē est amator ille vulgaris,qui corpus magis q̃ animū amat. Neq; stabilis est,cū rē sequat minime stabilem. Nā cū primū corporis species quā cupierat deflorescit,abit nihil eoꝝ quę promiserat seruās.Bonoꝝ vero morum amator,per omnē vitam in amicitia perseuerat,vtpote q rē stabilē sectabat.Istos vtiq; nostra lex diligēter examinare pcipit,& his morem gerere, illos fugere.Et hos qdē sequi iubet,illos fugere,diiudicās & examinās q̃ q̄s amet, & q̃ in quouis amētur.Atq; ob hāc causam primū facile,citoq; capi,turpe censet,vt tēpus intercedat qđ ad examinādos mores exigit. deinde aut pecuniarū copia,aut magistratuū potētia capi,absurdū,siue timore quodā potius q̃ volūtate irretiatur, siue acceptis pecuniis ciuilibusq; muneribus acquisitis nō contemnat. Nihil enim ex iis solidū firmūq; esse videtur, pręter id ꝙ ab iis amicitia generosa oriri nequit. Vna itaq; secūdū legē nostrā via restat,qua amati amantibus iure gratificari possint.Etenim quēadmodū apud nos de amantibus lex illa relata est,qua dicitur,nullum voluntariū amatoris in amatum obsequiū,adulatoriū & infame putandū:sic & alia quædā secūdū legē volūtaria seruitus restat,quæ infamiā nullam subit.Hęc autē est,quæ circa virtutē versatur.Nam nostris legibus est institutum,si quis velit aliquem colere,putans per illum vel in sapientia quadam,vel in alia quauis parte virtutis proficere,hanc rursus volūtariā seruitutem neq; dedecori seruienti fore,neq; adulationē vocari debere. Oportet autē has leges in idem conducere,illam scilicet de amatoribus,& hanc de philosophia,aliaq; virtute cōscriptā,si vlla ratione contingere debet vt deceat amatos amatoribus obsequi.Quotiēs eñ in idē concurrūt amator atq; amatus vtriq; legem habentes , hic quidē obsecuturis amatis iuste in oībus ministrare seruireq; paratus,ille rursus scientię moruq; pręceptori suo iuste in singulis pariturus:& hic quidē ad sapientiā,aliasq; virtutes conferre potens:ille autē eruditione & sapientia in-

Solis amatoriis piuriis Dii dāt veniā. Venereum iusiurādū.

quem amor non inflāmet,& ad virtutem diuinū reddat,vt viro fortissimo par euadat.Etenim quod Homerus inquit,vim furoremq; a deo quibusdam heroum inspiratum,hoc amor amantibus efficit. Quinetiā pro alio mori amātes soli eligūt,nō viri tātū,sed etiā mulieres. Cuius sermonis testimoniū Grecis Alceste Pelii filia manifestū exhibuit,q̄ sola elegit ꝑ viro suo perire, cum tñ & pater & mater illi adessent.quos illa propter amorē,charitate adeo superauit,vt eos extraneos & nomine duntaxat filio suo cōiunctos esse mōstraret.Qđ quidē facinus tā ꝑclarū nō tantū ab hominib⁹, verūetiā a diis est iudicatū,vt cū e multis qui multa & egregia gesserant,dii reuiuiscendi munus paucis admodum & prestātissimis tribuissent,hanc ab inferis cōtinuo suscitarint, tam egregio facinore delectati.Tanti studiū,virtutemq; circa amorē dii æstimant.Orpheū vero Oeagri filiū voti impotē ex inferis emiserunt.Neq; eñ fœminā cuius gratia descēderat,restituere,sed illius phantasma mōstrarunt, cum non auderet,vt Alceste,amoris gratia mori,sed vtpote citharœdus,mollitie quadam absterreretur,& machinamenta quedā excogitaret,quibus viuens ad inferna descenderet.Cuius delicti pœnas eum pendere decreuerūt,iusseruntq; a fœminis lacerari.Achillē aūt Thetidis filiū honorarūt,& in beatorum insulas miserunt,quia cū accepisset a matre,si Hectorem occidisset,statim sibi moriendū fore: sin minus,in patriam se redditurū,& senē deniq; moriturū:audacter elegit ꝑ Patroclo amatore suo pugnare,eiusq; mortem vlcisci,nec pro illo mori solū, sed & perempto illo interfici.Qđ quidē magnopere probātes dii,insigni eū gloria decorarūt,quia tanti amatorem suum fecisset.Aeschylus plane delirat, cum Patroclū ab Achille dicit amatū,qui nō Patroclo tantū, verū etiā cūctis heroib⁹ forma ꝑstabat, eratq; adhuc imberbis,multoq; natu minor,vt inquit Homerus.Reuera virtutem hanc in amore dii plurimi faciūt. Vehementius autē admirātur,delectāturq;,ac maiora beneficia cōferunt,quādo amatus amatorem tutatur & diligit,q̄ cum amator amatum.Diuinior eñ est amator amato,cum diuino furore sit raptus.Quāobrem Achillē magis q̄ Alcestē honorarūt:illū quippe in beatorū insulas trāsmiserūt.Ex his omnibus amorē assero deorū omniū antiquissimū,atq; summopere venerandū,& maxime omniū ad virtutē & beatitudinē consequendā hominibus tā viuētibus q̄ defunctis conducere. Talem fuisse sermonem Phedri narrauit.Post Phedrū vero alios quosdā fuisse locutos, sed e memoria excidisse.Eos igitur pretermittens,hanc quā modo referā orationē Pausanię retulit.

Alceste ꝑ viro an.ās perijt.

Orpheus acriter carpitur.

eadē refert plato lib 27 in Apologia socratis fol. cxcij colūna 2 linea 27.

Achilles pulcherrimus.

Amās diuinior amato, & diuino furore percitus.

PAVSANIAE Collaudatio.

VIdetur mihi Phædre haud satis recte sermo ille nobis esse ꝓpositus, quo amorē simpliciter laudare iubemur.Nā si vnus esset amor,probe dictū fuisset.Cū vero nō vnus sit duntaxat,satius eū prius qui sit laudādus, exprimere. hoc itaq; emendare conabor. Primo.n.quē amorē laudare deceat explicabo,deinde pro dei istius dignitate extollere nitar. Neminē profecto latet,absq; amore Venerē nunq̄ esse.Quare si vna esset Venus, vnus & amor. Quoniā vero duæ sunt Veneres, geminū quoq; Amorē esse necesse est.Geminā aūt deā hanc esse quis neget? Nōne vna quædam antiquior est & sine matre Venus,cælo nata,quā cælestē Venerē nūcupamus? Altera vero iunior e Ioue & Dione ꝓgenita,quā vulgarē cōmunēq; vocamus?Necessarium itaq; amorē Veneris illius comitē, cælestē vocari,huius vero vulgarē.Laudare quidem deos oēs decet:sed vtriusq; amoris opera distinguenda.Actionis cuiuslibet hec est cōditio,vt suapte natura neq; honesta sit,neq; turpis,vt ea q̄ nūc nos agimus,bibere,canere,disputare.Nullū ex his seipso turpe vel honestū. Sed agēdi modus actioni certū tribuit cognomentū.Qđ.n.bene recteq; agit,honestū:qđ non recte,turpe resultat.Eadē ratione nō quilibet amor & quiuis amādi modus,honestus est,atq; laudādus.Immo ille solus,q honeste amare nos exhortat.Etenī vulgaris cōmunisq; Veneris amor,reuera est & ipse vulgaris,& qđcūq; cōtingit,peragit.Atq; is est,quo praui abiectiq; hoīes amant.Amāt porro fœminas nō minus q̄ masculos, & corpora magis q̄ animos,& sine mēte hoīes potius,q̄ prudētes.Ad explendū sane desideriū inhiāt: honeste vero nec ne expleāt,oīno nō curāt.Quo fit,vt qđcūq; sors illis offert,exequant,& bonū similiter atq; malū.Affectus eñ huiusmodi a Venere illa iuniore, & vtriusq; sex⁹ in generatiōe participe ꝓfluit.Amor aūt qui cælestē sequit Venerē,q̄ nō fœminæ, sed masculi tantū sexus in generatione est particeps,ipse quoq; genus respicit masculū.Deinde quoniā antiquioris Veneris pudiceq; est comes, & ipse petulātię oīs est expers.Quocirca quicūq; amore hoc inspirati sunt,gen⁹ masculū natura robusti⁹ & generosius,& mētis magis particeps diligūt.Et qui amore hoc syncere perfecteq; sunt rapti, ex hoc perspicue dignoscunt,ꝙ pueros nō amant,sed adolescētes,cū mente valere iā cœperint.Huiusmodi vero genus exercēdę menti ꝓpinquius est, ad eāq; exercendā familiaritas inter illos initur. Parati.n.sunt arbitror qui sic amare incipiūt,per oēm vitā simul & cōmuniter viuere,neq; amatū decipere,neq; ab vno in alterū amādū abire.neq;.n.pueros adhuc mētis expertes amāt, quos deinde exoletos irrideāt & relinquāt.Oporteret aūt legib⁹ institutū esse ne qs pueros amet, ne in re ambigua frustra tantū studiū poneret.Incertū.n.est quo aut corpus aut anima puerorū tā secundū virtutē q̄ secundū vitiū postremo deueniat.Probi quidē viri legē hanc sibiipsi sponte proponunt.Oportet quoq;

Cōior & amplior hec q̄ Phedri disputatio.

Geminus Amor.

Gemina Venus.

est,vt voluptatẽ qdẽ homines hauriant,incõtinẽtiã vero deuitent. Sicut in arte nostra arduũ est,cu piditatibus quę ad suaues coquoꝝ epulas nos alliciũt,recte vti,adeo vt absq; bonę valetudinis detrimẽto,suauiter his vescamur. Quãobrẽ & in musica,& in medicina,& in aliis oĩbus,tam humanis,q̃ diuinis,vtrũq; amorẽ q oĩbus inest,pro viribus obseruare debemus. Quinetiã anni temporũ cõstitutio vtrisq; his plena est.Nã quotiẽs illa q̃ modo dicebã,calida & frigida,sicca & humida,cõgruũ iter se sortiuntur amorẽ,& harmoniã tẽperiẽq; opportunã suscipiũt,salubrẽ & fertilem annũ hoĩbus,animãtibus oĩbus,atq; plantis afferũt,neq; quicq̃ lędũt. Cõtra vero cũ petulans & cõtumeliosus amor, in anni tẽporibus ꝑualet,iniuria multa corrumpit.Pestes siqdẽ ex his oriri consueuerũt,aliiq; morbi ꝑmulti & varii brutis ac plantis innasci. Quoniã pruina,glacies,grando,segetũq; rubigines,& putredines ex immoderato & excedente qualitatũ amore proueniũt. Horũq; & cęli motus & anni temporũ scientia,astronomia vocata est.Pręterea sacrificia oĩa,& illa qbus vaticiniũ præest,cõmuniones videlicet deorum hominũq; inuicem, circa nihil aliud versantur q̃ amoris curationẽ atq; custodiã. Omnis enim impietas tũc accidit quãdo qs modesto amori haud indulget,nec illũ honorãs in oĩbus veneratur,sed circa amorem alterum ꝑuagatur, nec officio cõgrue erga parẽtes viuos & defunctos, & erga deos vtitur.Hos amores discernere atq; curare vaticinii propositũ est. Est insuper vaticiniũ amicitiæ inter deos & homines opifex , ex eo ꝙ intelligit q potissimũ ex humanis amoribus fas aut nefas attingit. Atq; ita multã & amplã, immo vero omnẽ vim summatim quidẽ oĩs continet amor. Sed qui circa bona cũ tẽperantia & iustitia tam erga nos q̃ erga deos versatur,vim summam habet, omnẽq; nobis beatitudinẽ exhibet.Nã & nos inuicem cõmuni vita conciliat, & diis humana natura prętãtioribus amicos efficit.Forte & ipse multa quæ ad laudandũ Amorem ꝑtinent,pręteremitto, neq; spõte tñ.Qđ autẽ deest,tuũ est Aristophanes adimplere.Vel si aliter hunc deũ honorare vis, honora,cũ singultus ipse cessauerit. ARISTOPHA. Iam sedatus est,non tñ prius q̃ sternutamento repressissem. Quo fit vt admirer,si cõgrua corporis affectio huiuscemodi strepitu & titillatione indiget,qualis est sternutatio.hęc eñ mox expulit.ERY.Vide o bone Aristophanes,quid agas.Risum contra te moues dũ alios irrides,cum iam dicturus sis,& obseruatorem me fieri cogis sermonis tui, siquid forte ridendũ protuleris,cum tibi loqui secure liceat. ARISTO.Probe loqueris Eryximache. Sint ista mihi nõ dicta,ne nobis insidieris obsecro.neq; enim vereor nequid qđ risum moueat in medium afferã.hoc enim musæ nostræ lucrum propriũq; esset.sed ne deridenda proferam timeo.ERY. Emisso in nos iaculo Aristophanes aufugere speras.At mentem dicendis adhibe,tãq̃ rationẽ dictoꝝ omniũ redditurus:forte vero si videbitur,te dimittam.

Vaticiniũ

Iterũ taxatur Aristophanes

ARISTOPHANIS laudatio.

ALiter de Amore,q̃ tu & Pausanias loqui cogito.Mihi plane videnť hoĩes Amoris vim oĩno hactenus ignorasse. Nã si eã nossent,delubra illi insignia,aras,& hostias dedicarent: quorũ nihil his tẽporibus agitur, cũ erga illũ maxime omniũ obseruare hæc deceat. Est enim præ cæteris diis summopere generi humano beneficus,curator & tutor hominũ,atq; medicus,quibus sanatis,summã genus nostrũ felicitatẽ nancisceret.Conabor itaq; vim illius vobis exponere. Vos autẽ quę a me hodie ꝑcipitis,alios deinde docebitis.Oportet in primis qualis hoĩm quõdã natura fuerit,q̃ve illius passiones,animaduertere.Neq; eñ qualis nũc est,olim erat, sed lõge diuersa. Principio tria hoĩm erãt genera,nõ solũ q̃ nũc duo mas & fœmina,verũetiã tertiũ quoddam aderat, ex vtrisq; cõpositũ.Cuius solũ nobis restat nomẽ,ipm periit. Androgynũ quippe tũc erat & specie & nomine, ex maris & fœminę sexu cõmixtũ.Ipm ꝓfecto defecit,nomẽ solũ infame relictũ. Pręterea tota cuiusq; hoĩs species erat rotũda,dorsum & latera circũ habens,manus quatuor,totidẽq; crura, vultus item duos tereti ceruice connexos,& omnino consimiles.Caput vtrisq; vultibus contra versis,vnũ.Aures quatuor,genitalia duo,& alia singula,vt ex his quisq; conuenienter excogitare potest.Incedebat hic tunc & rectus vt nunc in vtram vellet partem:& quotiẽs celerius ire contenderet , instar eorum qui prono capite crura sursum circũferentes circularẽ choreã exercent, tũc octo membris innixus celeri circulo ferebatur.Ob hanc vero causam tria genera & talia erãt,quia masculum Sole genitum erat: Fœmina,Terra:promiscuũ deniq;,Luna.Vtriusq; eñ luna est particeps.Sphærica vero erãt & figura,& motu,quia parentũ similia.Vnde & robusto corpore, & elato animo erãt.Quare cũ diis pugnare tẽtabant,& in cęlũ ascendere,queãdmodũ de Ephialto & Oto scribit Homerus.Iupiter igitur vna ꝙ dii cęteri quid agẽdũ esset cõsultauerũt.Qua in re non parua inerat ambiguitas.Nã neq; fulminare hoĩes illos vt gigantes placebat . extincto eñ hominũ genere humanus deorũ cultus veneratioq; periret.neq; in tãta insolẽtia perseuerare illos ꝑmittendũ cẽsebãt.Tandẽ sentẽtiã Iupiter suã explicuit.Inueni,ingt,qua rõne fieri possit vt & sint hoĩes,& modestiores sint.Idq; erit si ĩbecilliores fiãt. Vnũquẽq; nũc duas ĩ ptes diuidã.Ex quo & debiliores erũt,& nobis etiã magis id cõducet.Numero siqdẽ plures erũt q nos colẽt.Recti duobus cruribus ibũt.Q; si rursus ĩpie ĩsurgere videanť,iterũ in

digens,tunc sane in vnū his legibus cōcurrētibus duntaxat euenit,vt honestū sit amatos amatorib⁹ morem gerere:alias aūt nullo modo.In hoc vtiq; falli,turpe nō est.In aliis aūt oībus, obsequiū huius cemodi turpe censet̄,siue obsequentē fallat opinio,siue nō fallat.Si qs.n.amatori tanq̄ diuiti diuitiarū causa gratificatus,fallitur,neq; voti cōpos efficit̄,cū paup sit amator,nihilomin⁹ vituperat̄.Videt̄.n. hic seruilē animi sui habitū ostendisse,q̄ pecuniarū gratia in singulis rebus cuiuis seruiret.qd̄ quidē minime est honestū.Eadē ratione siqs tāq̄ bono gratificat⁹,ipse hac cōsuetudine sperans euadere melior fallitur, cū ille paruus esse dep̄hendat̄:honesta q̄dā deceptio est . Nam videt̄ affectū suū demonstrasse paratū ad oīa ministeria virtutis cōsequēdę gratia toleranda . Qd̄ sane p̄clarissimū iudicatur. hac itaq; rōne virtutis auiditate gratificari atq; seruire semp honestum. Hic autem est ipsius cęlestis deæ amor,cęlestis & ipse:q tā priuatim, q̄ publice p̄ciosus est , & amantē pariter atq; amatū virtutis curā studiūq; suscipere cogit.Cęteri vero amores Veneris vulgaris sunt comites. Hęc in pręsentia o Phędre velut ex tempore de Amore vobiscū cōfero.Cum Pausanias pausam.i.finē dicēdi fecisset : sic enim alludere vocabulo sapientes me docēt:oportere inqt Aristodemus Aristophanē dicere.verū singultu vel propter repletionē,vel p̄pter aliā cām cōtigēte,ipeditū fuisse.Quocirca ad Eryximachū me dicū cōtinuo post ipsū sedētē,ita loquutū . O Eryximache tua nūc ītereſt,aut singultum reprimere, aut p me loqui donec cesset.Ad quē Eryximachū respōdisse. Vtrūq; efficiā.Equidē vicē tuā sumēs p te dicā,tu vero pro me postq̄ singultus abierit.Interim dū ipe loquor,si vis aliquādiu spiritū cohibere,singultus cessabit.Si minus id placet,saltem aqua multa ītus allue fauces.Et si forte vehemens est, nares cōmo'de stimula vt sternutatio irritetur.Nā si id semel,aut bis feceris,etiā si frequentissimus sit, tolletur.Anteq̄ finē dicēdi feceris,inqt Aristophanes,q̄ iubes efficiā.Eryximachū igitur ita loquutū.

Carpit & deridetur Aristophanes.

Remedia singultus.

ERYXIMACHI collaudatio.quæ q̄ illa Pausanię magis amplectens est.

NEcessariū mihi videtur,postq̄ Pausanias recte exorsus,finē iposuit minus sufficiētē, qd̄ deest a me nūc impleri.Distinctionē qdē illā qua in duo distributus est Amor, approbo . Verū nr̄a hac medicinę arte comperisse mihi videor non solū aīs hoīm erga pulchros Amorē inesse: verūetiā ad alia multa,atq; in aliis tū corporib⁹ aīaliū oīm,tū his q̄ ex terra nascunt̄ , ac deniq; ī oīb⁹ vt ita dixerim,que ī rerū natura cōsistūt.Magnū quoq; atq; mirabilē hūc deū p oīa tā humana q̄ diuina latissime se porrigere.A medicinę peritia primo exēplū capiā,vt artem meā venerer . Corporū sane natura Amorē hūc geminū cōtinet.Qd̄.n.ī corporib⁹ nr̄is bn̄ valet & qd̄ male,aliud atq; dissimile esse cōstat.Qd̄ vero dissimele est,dissimilia cupit & amat.Alius ergo qui ī sano corpe Amor,ali⁹ q in ægroto.Et vt paulo ante Pausanias asserebat,tēperatis hoībus gratificādū esse, ītēperatis vero nequaq̄,ita & in ipsis corporib⁹ bonis qdē sanisq; obsequēdū est,in quo maxime rō medicinę cōsistit:malis aūt ægrotisq;,minime,si modo artificiosus qs vult medicus esse.Est autē, vt summatī dicā,medicina sciētia qua amatorii affectus corpis quo ad repletionē euacuationēve noscūtur.Et qsqs pulchrū & deformē in his amorē discernit,is est medicus p̄itissimus.Quive ita pmutare hęc pōt, vt p altero amore nascat̄ alter:aut qb⁹ abest Amor,adesse aūt oportet, īmittere valet,& insitū extirpare,erudit⁹ est artifex.Posse aūt oportet,q̄ in corpe inimica maxime sūt, cōciliare, & amorē illis inserere mutuū. Inimica vero maxime sunt q̄ contraria maxime,frigidum calido,amarū dulci,humido siccū,cęteraq; hmōi.Cū Amorē his mutuū cōcordiāq; inserere sciret noster ille progenitor Aesculapius,vt hi poetę testant̄,qbus & ipse credo,artē nostrā composuit.Medicina itaq; oīs ea ratione qua loquor, ab hoc deo gubernat̄ . Similiter quoq; agricultura atq; gymnastica.Q; aūt eadē sit & de musica rō, p̄spicuū esse cuiuis potest,q vel paulisp aduerterit.Qd̄ Heraclitus forsitan sentit,verbis tamē parū explicat. Vnū qdē,inqt, secū ipso discrepās conuenire,vt harmonia,arcus,& lyrę. Atq absurdū dictū est,harmoniā discrepare,atq; ex discrepātib⁹ q̄diu dissonant esse.Sed hoc forte significare volebat , q̄ ex his quę prius discrepabāt,graui scilicet & acuto,deinde p artem musicā cōsonātib⁹,harmonia cōficitur. Nūq̄ eñ ex graui & acuto dū discrepant,harmonia cōflatur.Harmonia nāq; cōcentus est. Concētus vero concordia q̄dā.Cōcordia aūt ex discrepātib⁹ donec discrepāt,fieri nunq̄ potest.Qd̄ vero discrepat neq; est concors,cōcinere nequit,quēadmodū rhythmus ex veloci & tardo antea discrepantibus postea vero concinentibus constituitur.Et quēadmodū humoribus medicina concordiā,ita vocibus musica cōsonātiā tribuens,Amorem consensumq; mutuum gignit.Atqui est & musica scientia circa harmoniam & rhythmum affectus amatorios viresq; diiudicās . Sane in ipsa harmoniæ & rhythmi cōpositione vis amatoria facile percipi potest,verū geminus Amor nōdū hic distinguit , sed tunc demū,cū ad alios rhythmo & harmonia est vtendum,vel fingendo,quā melodiæ fictionē vocāt,vel vtēdo recte his quę facta sunt,melodiis & metris,quā disciplinam nomināt. Vbi difficilis obseruatio est, & perito est opus artifice . Huc iā superior ille sermo reuertit̄,q̄ videlicet modestis hoībus & his q nondū satis modesti sunt,vt fiant, gratificandū,horūq; seruādus est Amor.Atq; hic est decorus ipse & cęlestis Vranię musæ Amor. Polymnię vero musę,vulgaris . Cui summa cautione indulgendum

Medicina

sunt,& natura ambo mares existunt. Assero eqdē de oībus viris ac fœminis,ita demū genus nostrum fore beatū,siqñ amoris īpetū expleam⁹,& suis qsq; delitiis potiaī,in antiquā naturā penitus restitu⁹. Si hoc felicissimū qddā est,sequiē vt ex iis q̄ nūc nobis tributa sunt,qđ huic ꝓximū est, id sit & optimū: hoc est,vt qlibet eos q natura ipsi cordi sunt,nanciscaē. Cuius vtiq; causam deū laudātes,amorē iure laudare debemus,q in pſenti tēpore nos summope iuuat,dū ī suū igniculū quēq; conducit,& in posterū spem summā porrigit nobis deos pie colētibus,in veterē figurā restituēdo medendoq; se nos beatissimos effecturū. Hic meus est Eryximache de amore sermo,a tuo diuersus:quē,vt supra oraui, ne carpas,vt audiamus qd quisq; reliquoꝝ afferat,immo quid vterq;. Nā Agatho dūtaxat & Socrates restāt. ERY. Morē tibi gerā. Nā mihi oratio tua placet. Et nisi cognouissem Socratē,& Agathonē in amatoriis esse facūdos,dubitassem ne verba illis deficerēt,eo ꝙ multa variaq; sunt dicta. Verū adhuc illis confido. SO. Strenue & ipse certasti o Eryximache. Verū si in eo gradu constitutus esses in quo nūc ego sum,immo in quo ero cū Agatho quoq; scite dixerit,perinde vt ego nūc maxime formidares,& angustiis vndiq; ꝓmereris. AGA. Incātationibus circūuenire me vis o Socrates, vt in cōspectu vestro pauescā,ꝙ magna apud vos,tāq̄ in theatro de me expectatio sit, quasi elegātissime sim dicturus. SO. Nimis o Agathon obliuiosus essem,si te nūc corā paucis trepidaturū putarē,quē heri tā fortiter tāq; generose ascēdisse pulpitū tragicū vna cū histrionibus viderim, & sine vllo terroris motu corā tāta spectātiū multitudine carminū periculū effecisse. AGA. Ne me adeo theatri studiosum eiusq; fauori deditū putes vt ignorē prudenti viro paucoꝝ sapientū,magis q̄ multoꝝ insipiētiū iudiciū esse verēdū. SO. Inique iudicarē Agatho,siqd in te rusticū existimarē. Noui eqdē,ꝙ siquos offenderes tuo iudicio sapiētes,magis eos q̄ vulgus curares. Sed vide ne ipsi tales minime simus. Interfuimus ibi & ipsi,vulgariū numero cōputati. Sinautē aliis occurreres sapientibus,neqd in eoꝝ cōspectu inepte faceres,formidares. Nūquid aliter dicis? AGA. Non. Vera eñ refers. SO. Vulgus autē nō metueres,siqd ineptū cōmittere te putares. Phędrus o amice Agathon si Socrati respōdere pergis nihil curabit quomodocūq; cætera hic agantur, modo habeat qcū disputet,pulchro ꝓsertim. Equidē libēter Socratē audio disputantē. Verūtamē curādū mihi est vt amor a singulis ordine certo laudetur. Laudate igitur & vos deum primo:postea arbitratu vestro,inuicem disputabitis. AGA.

Prudenti viro paucorū sapiētū magis q̄ multorū insipientū iudiciū eē verendū.

AGATHONIS collaudatio.



PRæclare loqris Phædre, neq; me qcq̄ dicere ꝓhibet. Cū Socrate quidē sæpe alias disputarē licebit. Ego vero nūc primū a me dicēdū esse mōstrabo,postea dicā. Videnē mihi q hactenus locuti sunt,nō ipm deū laudasse, sed beneficia q̄ feliciter ab illo cōferunē hoībus narrauisse. Qualis vero ipse sit q horū bonorū causa est,nullus adhuc expſſit. Recta autē laudandi ratio sola in oībus illa est,qua illius de quo agiē natura prius ostēdiē,postea quoꝝ causa est declaratur. Sic & in ꝓsentia qualis ipse sit amor primū ostēdere decet,deinde munera illius exponere. Assero equidē cū dii oēs beati sint,amorē si modo fas est,& tolerabile dictu,esse omniū beatissimū: qppe cū pulcherrimus omniū optimusq; existat. Q̄ vero pulcherrimus sit,ex eo primū patet,ꝙ deorū omniū maxime iuuenis est. cuius ipse euidēs argumētū ꝓbet,cū senectutē fugiat,velocē videlicet,quę citius q̄ oportet aduentat,eāq; amor natura odit,fugitq;,iuuenibus vero se miscet. Scite quidē veteri Prouerbio fertur, simile simili semper hærere. Et cum multa Phædro concedo, in hoc vno minime assentior, ꝙ amor Saturno & Iapeto sit antiquior. Immo præ cæteris diis iuuenem esse aio , semperq; iuuenem : prisca vero deorum gesta,quæ Hesiodus Parmenidesq; describūt,necessitati potius q̄ amori attribuenda,si modo illi vera narrarunt. Neq; enim castrari inuicē,& vinciri, aliaq; violenta permulta diis olim cōtigissent,si amor illis tunc adfuisset,sed beneuolentia,& pax summa regnasset, quēadmodum nūc,ex quo īperare diis amor incepit. Ergo iuuenis est,& tener præterea,mollisq;. Opus autē est tali quodā poeta qualis Homerus extitit,ad teneram amoris mollitiē demōstrādam. Homerus quidē Atenicā lamitatem deam inquit esse,& mollem. Vtq; illius pedes teneros esse ostenderet , ait nūq̄ pauimenta calcare,sed per capita hominū incedere,perspicua sane coniectura ꝙ tenera ipsa sit,vsus fuisse videē, quia per dura non graditur,sed mollia tangit. Eodē nobis vtendum est argumēto,ꝙ tener sit Amor ostēdere cupiētibus. Neq; eñ p terrā,& saxa vadit,quę aspera sunt,sed mollissimis omniū rebus se infigit atq; permanet. In animis quippe eorū,& hominū sedē suā locat. neq; tñ in quibuslibet animis:nā si durū animi offenderit habitū,aufugit:sinautē mitem mollēq;,inhabitat. Cū itaq; mollissimarū rerū mollissimas semp partes pedibus totoq; tāgat,tenerrimū esse amorē necesse est. Quapropter & iuuenis est,& tener ꝓ cęteris amor. Quinetiā aquę instar liquidus est,& lubricus. Nō eñ vndiq; p oēm animā circūfluere posset,& clam influere,& effluere clam,si durus ac rigidus esset. Aptę vero,cōpositę,flexibilisq; formę,argumēto esse formositas potest,hoc est figurę cōcinnitas, qua amor oīm maxime proculdubio decoratus est. Inter deformitatē porro & amorē est pugna perpetua. Coloris quoq; decorē assidua inter flores habitatio huius dei significat. In eo siqdē qđ floribus caret aut defloruit,

Recta rō laudādi.

Senectus velox. Prouerbium. Simile simili gaudet.

duo secabo,vt vnico crure nixi,vtpote claudi,saltare cogant.Hæc fatus bifariã partitus est singulos, instar eorũ qui oua diuidũt vt sale condiãt,vel qui capillo oua secãt.Mãdauitq; Apollini,vt partitione statim facta,cuiusq; vultũ ceruicisq; dimidiũ in eã partẽ qua sectus est,verteret,vt scissionẽ suã cõsiderans modestior fieret,reliquis aũt mederi iussit.Ille cõtinuo vultũ vertit,& cõtrahens vndiq; cutem in eũ qui nũc vẽter vocat,tanq̃ cõtracta marsupia & os vnũ faciẽs,medio in ventre ligauit.Quẽ quidẽ nexũ vmbilicum vocãt.Et alias quidẽ rugas maxima ex parte leuigauit, pectoraq; articulatim distinxit,organo quodã tali vtẽs,quali coriarii cũ corii rugas sup pedis formulã poliunt:nõnullas vero circa mediũ ventrẽ vmbilicũq; reliquit,vt quasi cicatrices quędã passionẽ nobis veterẽ semp reprę sentarent.Postq̃ natura hominũ ita diuisa fuit,cũ quisq; dimidiũ sui agnitũ cuperet,inter se concurrebãt,circũiactisq; brachiis se inuicẽ cõplectebant,cõdari in vnũ affectãtes.Vnde fame,& torpore deficiebãt,eo q nunq̃ seiungebant.Et cũ dimidiũ vnũ moriebat, restabatq; alterũ, qd̃ superierat rursus aliud asciscebat,similiterq; cõgrediebat,siue solius cuiusdã totiusq; fœminę dimidiũ esset,quã fœminam nunc vocamus,seu viri.Atq; ita genus hoĩm deperibat.Quocirca miseratus Iupiter,remedium aliud excogitauit,permutauit genitalia,& q̃ prius retro erãt,ad anteriores partes trãstulit.Antea siquidem cũ ad nates hęc haberẽt,nõ inuicẽ,sed in terrã spargẽtes semina cicadarũ instar cõcipiebant, atq; generabãt.Cũ vero ad anteriora trãsposuisset,per hęc generationẽ in se inuicẽ fecit expleri,p masculũ quidẽ in fœmina,hac de causa,vt si in amplexu vir fœminę cõmisceret,genita prole speciẽ hominũ propagarẽt.Sinautẽ masculo masculus,satietate ab amplexu amouerent,& ad res gerendas cõuersi victũ curarẽt.Hinc vtiq; ex illo tẽpore mutu[9] hoĩbus innatus est amor,priscę naturę cõciliator, annitẽs vnũ ex duobus efficere,hoĩmq; naturę mederi.Est igit quisq; nostrũ,dimidiũ hoĩs, vtpote sectus,quẽadmodũ pisciculi qui Psectę vocant,scissi ex vno duo efficiunt.Quęrit autẽ sui quisq; dimidiũ.quãobrẽ quicũq; ex viris promiscui generis portio sunt,qd̃ olim Androgynũ vocabat,mulierosi sunt,adulteriaq;,vt plurimũ,ex his patrant.Ex hoc sane genere mœchi ducunt originẽ.Rursus quæcũq; mulieres virorũ cupidę mœchęq; sunt,hac stirpe nascunt.Quę vero mulieres mulieris pars existunt,haud multũ viros desiderant,sed fœminas magis affectãt,atq; hinc fœminę q̃ fœminas cupiũt nascunt.At vero qui maris portio sunt,mares sequunt.At dũ pueri sunt,vtpote qui maris particula sunt,viros diligũt,virorũq; familiaritate assidua cõgressuq; gaudẽt,hiq; sunt puerorũ adolescentulorũq; oĩm generosissimi,quippe q natura p̃ cęteris oĩbus sunt viriles.Hos quidã impudicos falsò appellãt.Neq; eñ impudẽtia vlla,sed generositate,& fortitudine quadã mascula viriliq; natura hoc agũt. nã simili suo cõgratulant.Huius euidẽs argumentũ est,q cũ adoleuerint,soli ad ciuilẽ administrationem cõuersi,viri p̃stantes euadũt,& in ętate virili constituti,ipsos adolescẽtes diligũt, matrimonium vero filioȝq; generationẽ natura spernũt,nisi lege cogant.Cęlebs porro vita his placet.Oĩno igit vir talis mares diligit,amicorũq; studiosus efficit,cognato semp cõgratulatus. Quotiẽs itaq; dimidium suũ alicui cuiuscũq; sexus auidus sit,occurrit,vehemẽtissime concitant,& obstupescũt, amicitiaq; & familiaritate,& amore ardent,neq; momentũ quidẽ,vt ita dixerim, seiungi a se inuicẽ patiunt. Atq; hi sunt,qui per omnẽ vitã amare pergunt,neq; quid potissimũ a se vicissim expetant,exprimere possunt.Neq; eñ venereus coitus id esse videtur,cuius gratia alter alterius cõsuetudine tantopere delectatur.Aliud quiddã est profecto,qd̃ animus vtriusq; cupit,nec exprimere valet,sed vaticinatur potius,& affectũ insitũ vestigiis signat obscuris.Atqui si vna iacentibus illis superne Vulcanus suis instrumentis adstans interrogaret,quid est o homines,qd̃ a vobis vicissim exigitis? & ambigentibus illis iterum percontaretur, Nunquid hoc exoptatis, in vnum idemq; maxime congredi,adeo vt neq; die neq; nocte inuicem separemini? Si hoc affectatis, colliquefaciam vos confundamq; in idem,vt ex duobus vnum efficiamini,& tam in hac vita, q̃ apud inferos vnum semper perseueretis. Videte an hoc sit quod ardetis,satisq; futurum sit vobis,si huius compotes efficiamini. Si ita inquam Vulcanus quęreret,cõstat q nemo renueret,aut aliud q̃ hoc expetere videretur.Reuera eñ qd̃ olim cupiebat,audisse se quisq; putaret,congressu videlicet cõmixtioneq; cũ amato vnũ ex duobus confici.Huius causa est,quia prisca hoĩm natura hęc erat,integriq; eramus.Totius itaq; reficiẽdi cupido nixusq; amoris nomen accepit.Olim quidem,vt supra narrabam, vnum quisq; nostrum erat. Deinde propter iniustitiam a deo scissi fuimus,quemadmodum a Lacedæmoniis Arcades.Verendum est prætereà ne si minus modesti q̃ deceat in deos simus,iterum diuidamur,talesq; efficiamur, quales qui in columnis figurantur,nares secti euadamus similes tenuissimorum quorũdam animalium quę Lispę vocantur. Sed horum gratia vnumquẽq; decet summa pietate deos colere,& alios ad hoc exhortari,vt hæc vitemus,adipiscamur illa,vt quemadmodũ nos dux noster amor & imperator admonet,cui nullus repugnare audeat.Repugnat aũt huic,qui aduersat diis.Nã si deo recõciliati eũ p̃piciũ habuerimus,singuli dimidiũ suũ exoptatũ reperiem[9],& cõseq̃mur.Qd̃ qdẽ pauci his tẽporib[9] agũt. Neq; sermonem hũc meũ Eryximachus iste corripiat,quasi Pausaniã Agathonẽq; dicã,forte eñ & isti ex his

Cōprehendiť collaudatio, in qua vt cūcta & maxima referanť, falsa ꝓferūtur.

Oportere nāq; videtur, maxima queq;, & præclarissima rei quam laudamus ascribere, siue reuera illi adsint, siue non adsint. Nihil enim referre falsa ne an vera sint, cū ꝓpositū sit nō quomodo amor ipse laudeť, imo vt qsq; amorē laudare q̄ maxime videať. Quapropter vniuersa amori tribuitis, taleq; eū esse, & taliū tātorūq; causam affirmatis, vt q̄ pulcherrimus optimusq; appareat, ignorātibus videlicet. Nūq̄ eī intelligētibus laus hmōi recta, & pura iudicareť. Eqdē laudationis huius modū penitus ignorabā. Nesciēs itaq; vobiscū cōueni me quoq; inter alios collaudaturū. Lingua ergo pollicita est, mēs vero nequaq̄. Absit igiť a me ista laudatio. Neq; eī sic illū extollere possem. Verūtamē si vultis, ritu meo vera loqui cupio, & ad meipsum respicere potius, q̄ cū orationibus vestris stilū meū cōferre, ne risum moueā. Vide itaq; Phędre, vtrū vobis placeat orationē huiusmodi nūc audire q̄ de amore vera dūtaxat enarret, verborū nominūq; vtcūq; accidit cōpositione procedēs. PHAE. Mihi sane & aliis placet, vt tuo arbitratu loquaris. SO. Concede mihi o Phædre, vt pauca qdā Agathonē interrogem, vt confirmatus ab illo loquar. PHAE. Concedo equidem. Interroga modo. SO.

SOCRATIS Oratio.

Optima o amice Agatho orationis tuæ fundamenta iecisse videris, cum diceres primo quid amor sit ostendendū, postea illius opera numeranda. Hoc equidem principium valde probo. Age itaq; postq̄ de amore cætera ornate atq; magnifice es elocutus, hoc insuper circa illius naturam mihi declara, vtrum talis sit amor, vt alicuius amor sit, an nullius. Haud peto vtrū matris alicuius patrisve sit. Ridicula nāq; interrogatio esset vtrum amor patris matrisve sit amor. Verū si interrogassem, nunqd pater alicuius pater esset, an nō, respōdisses vtiq; si modo cōgrue loq voluisses, patrem filii vel filiæ patrem esse. An non? AGA. Prorsus. SO. Nōne & matrem alicuius esse matrem? AGA. Et istud. SO. Responde pręterea pauca quędā, vt qđ sentio magis intelligas. Frater nunqd ipm qđ est alicuius est frater? AGA. Est certe. SO. Nonne fratris aut sororis? AGA. Horum profecto. SO. Conare similiter de amore nobis ostendere, num amor alicuius sit amor. AGA. Alicuius certe. SO. Hoc itaq; memoriter serua, cuius sit recordatus. Atq; ad hoc respōde, vtrū amor, illud ipm cuius est amor, appetat, nec ne. AGA. Et maxime qdē. SO. Nūqd hoc ipsum apud se habet, & tñ qđ habet appetit atq; amat? An potius non habet qđ & amat, & appetit? AGA. Verisimile est non habere. SO. Aduerte ꝓterea vtrū pro eo qđ verisimile est, necessariū sit ita qcqd appetit, id quo eget appetere: & si nō eget, nec cupere. Mihi qdē mirū ī modū hoc placet, vt necessariū sit. Tibi vero qđ videť Agatho? AGA. Qđ & tibi. SO. Bene loqueris. An vellet magnus quispiā magnus esse, & robustus aliquis, esse robustus? AGA. Ex his quæ supra concessimus fieri nō posse mihi videtur. SO. Neq; enim indigus esse eorum quæ in seipso iam cōtineret. AGA. Vera dicis. SO. Etenim si ille qui robustus est, vult esse robustus, & qui velox, esse velox, & sanus deniq; sanus, forte quispiam crederet, & hos, & alios quoslibet, ea quæ habēt appetere. Ne igitur hic decipiamur. Hæc inquā si diligēter animaduertas Agatho, necessariū esse videbis quæcūq; præsenti in tempore hi habent, eadem in tempore eodem habere, seu velint, siue nolint. hoc ipsum vero quisnam cuperet? Cum vero quis addit: at ego sanus dum sum, volo eqdē sanus esse: & diues dū sum, esse diues: atq; idcirco, quæ habeo cupio: huic protinus respōdemus. O bone vir, ipse diuitias, sanitatem, roburq; adeptus, vis hæc & in futuro tempore possidere? quoniam in præsenti velis nolisve habes. Vide ergo cū dicis, quæ mihi adsunt cupio, nunquid aliud q̄ hoc inferas, quæ mihi nūc adsunt, & in futuro adesse exopto. Censes hunc hominem Agatho hoc, an aliud responsurum? AGA. Nihil aliud. SO. Amor profecto huiusmodi, illud respicit qđ nōdū in promptu est nec habetur, adesse videlicet & seruari illa in tempore qđ sequať. AGA. Sic est omnino. SO. Et hic igitur, & alius quicunq; appetit, qđ nondum expositum paratum est, appetit, quodve non adest, nec habet, & qđ ipse non est, quove indiget. Talia quædā sunt illa quorꝫ est appetitus, & amor. AGA. Talia proculdubio. SO. Age quæ supra dicta sunt repetamus. Primo quidem amor, aliquorū dictus est amor, deinde illorum potissimū quibus indiget. AGA. Certe. SO. Recordare præterea, quorum esse amorem asseruisti. Ego tibi in memoriam si vis reducam. Equidem ita dixisse te arbitror: A diis omnia propter pulchrorꝫ amorem fuisse disposita. Turpiū quippe amorē omnino nullū esse. An non ita dicebas? AGA. Ita profecto. SO. Probabiliter quidem loqueris o amice. Et si ita est, amor certe pulchritudinis amor est, turpitudinis vero minime. AGA. Consentio. SO. Nonne concessum est, id quo eget nec habet, amare? AGA. Concessum plane. SO. Ergo pulchritudine indiget amor, eā q; non habet. AGA. Necessarium. SO. Quid vero? Num pulchrum vocas quod pulchritudinis indigū est, nec eā habet? AGA. Nequaq̄. SO. Nunqd vlterius, si hæc ita se habent, amorē pulchrū asseris? AGA. Nihil eorum quæ supra dixi intellexisse videor. SO. Recte dixisti. Sed responde parumper vlterius. nūquid ipsa bona pulchra esse videntur? AGA. Mihi vero. SO. Si igitur amor pulchris caret, bona vero pulchra sunt, bonis quoq; caret. AGA. Repugnare tibi o Socrates nullo modo possem. Esto igiť, vt tu ais. SO. Veritati quidē nūq̄ o dilecte Agatho aduersari posses, Socrati vero facillime:

siue corpus,siue animus,seu quoduis aliud sit,Amor ipse nõ insidet. Vbicunq; vero floridus,& odorifer est locus,gratissime cõquiescit. De huius dei pulchritudine permulta insup afferri possent, sed ista sufficiunt. Deinceps de virtute amoris est dicendũ. Qđ in primis maximi faciendũ est,Amor nec iniuriã infert deo,vel homini,nec a deo,vel hoie iniuriã patit̃. Nõ em̃ ipse vi patit̃,si quid patit̃. Nã violẽtia nõ tãgit amorẽ. Neq; vi facit,si quid faciat. Quisq; em̃ spõte Amori i singulis paret. Quęcũq; vero volẽs qspiã cũ volente vltro cõtrahit,iusta habent̃,vt regię ciuitatis leges statuũt. Nec iustitię solũ,verũetiã sũmæ est tẽperãtiæ pñceps. Siquidẽ inter oẽs cõuenit tẽperãtiã eẽ,libidinib⁹ & voluptatibus dñari,nullãq; voluptatẽ esse amore potẽtiorẽ. Qz si voluptates oẽs amore imbecilliores sunt,ab illo vtiq; superant̃,ille vero dñatur. Amor itaq; qm̃ libidinibus,& voluptatibus dñat̃,mirũ in modũ est tẽperãs. Quo ad fortitudinẽ pterea neq; Mars qdẽ Amori resistit. Neq; em̃ Mars amorẽ,sed amor Veneris,vt fert̃,Martẽ detinet. potẽtius aũt est qđ detinet q̃ qđ detinet̃. Qui vero cæterorũ fortissimo dñat̃,oĩm absq; dubio fortissimus est iudicãdus. De iustitia igit̃,tẽperãtiaq;,& fortitudine huius dei satis est dictũ. De sapiẽtia deinceps dicẽdũ restat,qđ qdẽ p virib⁹ est exequẽdũ. Principio,vt & ipse artẽ meã pinde ac suã Eryximachus,honorẽ,hic de⁹ poeta est adeo sapiens, vt alios quoq; poetas possit efficere. Quilibet em̃ licet antea rudis,poeta euadit cũ primũ amor afflauerit. Ex quo pspicue cõiectare licet amorẽ peritũ esse poetã,oẽsq; summatim musicos poesis numeros continere. Nã q̃ nec habet aliqs neq; noscit,alteri dare,vel mõstrare non potest. Qz vtiq; p amoris sapientiam animalia cuncta gignantur atq; nascãtur,qs dubitet? Artiũ præterea facultatem,nonne ab hoc deo tradi videmus? eũq; hominem cuius hic est pręceptor,quauis in arte præcellere clarũq; euadere? contra vero eum qui ab amore non tangitur,in obscuro iacere? Sagittãdi nanq;,medendi,& diuinandi peritiam appetitu atq; amore duce inuenit Apollo,q est Amoris discipulus. Musicã similiter Musę. Fabricam Vulcanus ærariã. Texendi artificium Minerua: Iupiter deorum hominũq; gubernationem. Quocirca res deorũ amore interueniente dispositę sunt,amore inquã pulchritudinis: deformitatem quippe non sequitur amor. Antea vero,vt supra dicebam,pmulta atq; atrocia inter deos pp̃ter necessitatis regnũ, vt dicitur,contigerũt. Postq̃ vero deus hic ex pulchrorũ desiderio natus est,bona oĩa tam ad deos, q̃ ad homines puenere. Ita mihi videtur o Phædre amor ipse primũ pulcherrimus optimusq; esse,deinde talia quædã cęteris quoq; largiri. Succurrit mihi in præsentia metricũ qddã atq; concinnũ. Hic deus est qui pacẽ largitur hominibus,qui mari tranquillitatem, qui ventis requiem, cubile viuentibus oĩmq; securũ. Hic rusticitatem a nobis amouet, hic nos familiaritate cõciliat,cœtus huiusmodi omnes congregans. In solennibus festisq; diebus,in choris,in sacrificiis,dux nobis,& præsidens. Mansuetudinem qdem porrigens,exterminans feritatem,beneuolentiæ largitor,maleuolentiæ omnis expulsor,propitius,beneficus,spectandus sapientibus,diis placidus,exoptandus expertibus, participantibus possidendus atq; tenendus. Delitiarum, mollium illecebrarum,gratiarũ, dulcis perfusionis & desiderii pater. Bonorum studiosus,malorum spretor,in labore,in timore, in desiderio, in sermone gubernator,perfectus adiutor,seruatorq; præcipuus. Cunctorũ deorũ atq; hoim decus,& dux pulcherrimus atq; optimus. Quẽ profecto sectari debet, præclarisq; hymnis venerari vir quisq; cantilenę illius particeps,quã Amor ipse concinit,mentẽ deorum hominũq; permulcens. Hęc igitur oratio mea Phędre deo deuoueatur,partim iocis,partim seriis rebus p ingenii mei facultate referta. Cũ hæc Agatho dixisset,quemadmodum retulit Aristodemus,cõuiuæ omnes summo quodam applausu orationem ipsam comprobauerunt: vtpote,quę sicut & Agathone,& deo dignum erat,habita videretur. Quapropter Socrates ad Eryximachum conuersus inquit. An non merito o Acumeni fili Eryximache supra timuisse nunc videor,quod reuera contigit vaticinatus,q Agathon elegantissime loqueretur, ex quo mihi verba deficerent? ERY. Vnum quidem recte vaticinatum te puto, scite locuturũ Agathonem: tibi vero defuturam facundiam,minime. SO. Cur non & ipse o beate, & alius quiuis a dicendo absterreatur,cui post tam luculentam copiosamq; orationem sit loquendum? Et cætera quidem q̃uis apte composita non adeo miranda videtur: elegantiam vero nominum atq; verborũ qua in orationis calce est vsus,siqs animaduerterit,ptinus obstupescet. Quãdoquidẽ & ipse cum intelligerẽ non posse me eloquẽtia prope accedere,parum abfuit quin verecundia motus hinc alio siquo licuisset,abirem. Etem̃ Gorgiæ me sermo admonuit,q illud mihi Homercium contigisset. Extimui nẽpe ne finẽ verbis iponẽs Agatho, Gorgię facũdi caput e sermone suo in meũ trãsmittens, mutũ me factũ,lapidẽ p hoĩe redderet. Tunc demũ temere promisisse me agnoui,amorem vobiscũ p vice mea collaudaturũ,& inepte amatoria professum fuisse, cũ oĩno nescirem qua quidq; sit ratione laudandum. Putarã eqdẽ ob ruditatem meam de quocunq; quod laudatur a nobis,verã oportere referri,& hoc quidem adesse atq; licere, ex his autem pulcherrima seligentes q̃ decentissime ascribere nos debere. Quocirca ingenti quadã spe elatus sum,quasi recte dicturus, quãdoquidẽ verã laudandi rationem,vt videbatur,haberem. Tandem vero haud congruus laudationis hic modus apparuit.

Oẽs voluptates ab amore superari.

Quæ qs nõ hẽt nec noscit,alteri dare vel ministrarẽ nõ potest.

Apollo Amoris discipul⁹.

Texendi ars,Mineruæ est.

bus est amor. Sapientia nẽpe pulcherrimũ quiddã est, amor autẽ circa pulchrũ versať. Ex quo necessario sequiť Amorẽ esse philosophũ: cũq; phs sit, mediũ ignorãtis sapiẽtisq; tenere. Horũ causa in eius genitura cõsistit. Nã ex patre sapiẽte, & opulẽto est genitus, matre vero minime sapiẽte, & certe paupere. Natura itaq; dæmonis o amice Socrates ista. Nec mirũ est talẽ te amorẽ finxisse ex ea opinione, quã de natura eius habebas. Nã vt ex tuis dictis coniicio, nõ amantẽ, sed amatũ amorẽ esse putabas, & idcirco pulcherrimũ tibi amorem esse visum existimo. Amabile quidẽ ipsum reuera pulchrũ est, delicatũ, perfectũ, & beatissimũ. Amãs autẽ aliã talẽ ideã habet, qualem in superioribus figuraui. SO. Esto vt ais hospes. pręclare enim loqueris. Cũ vero talis sit amor, ad quid cõducit hominibus? DIO. Hoc deinceps o Socrates docere conabor. Talis qdẽ est, & ita genitus amor. Est autẽ pulchrorum, vt ipse inqs. Verũ siqs ita q̃rat, cui⁹ gratia amor pulchroꝝ est o Socrates atq; Diotima? Immo sic clari⁹, Qui pulchra amat, qd ab his potissimũ expetit? Quid respondebimus? SO. Adesse videlicet sibi. DIO. At hęc respõsio q̃stionẽ huiusmodi vltra reqrit. Quid erit illi cui pulchra aderint? SO. Nihil in prõptu qđ respondeã habeo. DIO. Siqs vero mutatis vocabulis, & bono pro pulchro vtens percontetur, Qui amat bona, qd expetit? SO. Adesse sibi. DIO. Quid huic erit, cui bona aderint? SO. Facilior ad ista respõsio. Felix erit. DIO. Possessione sane bonoꝝ beati sunt qcũq; beati, neq; requirere vlterius opus est, ad qd felix esse velit, q felicitatẽ optat, sed finẽ iã responsio habere videť. SO. Vera loqueris. DIO. Nunqd hãc volũtatẽ amorẽq; cũctis censes hominibus esse cõmunẽ? oẽsq; velle bona sibi semp adesse? SO. Cõmunẽ plane. DIO. Cur ergo nõ oẽs o Socrates amare dicimus, siqdẽ oẽs & eadẽ & semp amãt? sed quosdã amare, alios minime? SO. Admiror & ipse. DIO. Sed ne mireris. Nã speciẽ quãdã amantiũ seligentes, Amorem denominamus, totius nomẽ attribuẽtes. In aliis autem, nominibus aliis vtimur. SO. Exemplo quodã declara. DIO. Vt ecce. Scis vtiq; factionẽ, amplum quiddam esse. factio siquidem generatim dicitur causa qua vnũquodq; ex nõ esse ad esse procedit. Quapropter omnes cuiusq; artis actiones, factiones sunt, & artifices omnes poetę. i. factores. SO. Vera narras. DIO. Vides tamẽ ꝙ non vocanť poetæ, sed alia nomina sortiũtur. Ex omni vero factione, vna selecta particula, q̃ scilicet circa musicã carminaq; versatur, totius nomine nũcupatur. Poesis enim id est factio, hęc sola vocata est: q ve hãc factionis particulã habẽt, poetę. SO. Vera hæc sunt. DIO. Idem quoq; circa amorem accidit. Nam summatim quidẽ omnis bonorum felicitatisq; appetitio, maximus & insidiator amor est cuiq;. Verum qui ad bonũ studio pecuniarũ vel gymnasticæ vel sapiẽtiæ proficiscũtur, nec amare nec amatores cognominãtur. Qui vero secũdũ certam speciẽ ad id contẽdunt, totius nomen subeunt, amorẽ videlicet, & amare, & amatores. SO. Recte loqui videris. DIO. Nõnulli ferũt, eos qui dimidiũ sui perquirũt, amare. Ego autem, neq; dimidii, neq; totius amorem assero, nisi aliquo pacto sit bonũ: quando quidẽ & manus & pedes, si videantur mala, vel a seipsis homines abscindere volũt. Nõ enim suũ qsq; diligit: nisi forte quispiã qđ bonũ est, suũ ac propriũ cuiusq; vocet: qđ vero malum, potius alienum. Quippe cum nihil aliud præter bonũ homines ament. Nõne sic & tibi videntur? SO. Sic vtiq;. DIO. Simpliciter ergo dicendum est, homines bonũ amare? SO. Proculdubio. DIO. An non addendum ꝙ adesse sibi bonũ cupiũt? SO. Addendum. DIO. Nec adesse solum, sed & semper adesse? SO. Et semper. DIO. Est igitur summatim amor appetitio qua bonũ sibi semper esse quis cupit. SO. Vera nimiũ loqueris. DIO. Postq̃ huiusmodi quiddam semper est vniuersalis amor, potes ne dicere quæ potissimũ appetendi conditio, quive prosequendi modus, & in quali vel actione vel studio, Amor proprie nominetur? SO. Si id ostendere potuissem, nũq̃ sapientiam tuã admiratus essem Diotima, neq; discendi gratia ad te venissem. DIO. At ego dicam. Est inquam hoc partus in pulchro, tam secundũ animam q̃ secũdum corpus. SO. Vaticinio opus est ad id quod ais intelligendum. hoc enim nullo modo percipio. DIO. Dicam equidem planius. Omniũ o Socrates hominũ prægnans & grauidum corpus est, prægnans & anima. Et cum primum ad certam ætatem peruenerimus, parere nostra natura cupit, parere vero in turpi nequit, in pulchro potest. Viri sane mulierisq; congressu fœtus partusq; ꝑuenit. Est autem opus hoc diuinũ, & in animali ipso mortali, immortale hoc est, conceptio. s. & generatio. Hæc in eo quod sine proportione & dissonũ est, expleri nequeunt. Dissonũ autem est quod turpe, ab omni quod est diuinũ, pulchrum vero diuino consonũ. Parca igitur & Lucina generationi pulchritudo ipsa est. Quocirca quotiẽs pulchro quod grauidum est adhæret, lætitia gestit, hilaritate & voluptate diffunditur, pariterq; & generat. Contra vero cum turpi propinquat, tristitia quadam & dolore cõtrahitur, absterreturq; & cohibetur, nec gignit, sed fœtum retinens angitur. Quapropter qđ concepit & iã luxuriat, adultũq; ad generationẽ anhelat, circa pulchrũ vt plurimũ obuersať, quoniã inde acri anxietate leuať. Est eñ amor nõ pulchri o Socrates, vt tu putas. SO. At cuius? DIO. Generationis partusq; in pulchro. SO. Reuera? DIO. Reuera inquã. SO. Cur gñationis? DIO. Quia amor sempiternũ qddã est & ĩmortale, queãdmodũ ĩ ipo mortali gñatio. immortalitatẽ aũt vna cũ bono appetere necesse est, ex illis q̃ supra cõcessim⁹. q̃nquidẽ amor est appetitio, qua bonũ sibi qsq; semp adesse

Verum Agathonem iam dimittã,vobiſcꝙ o conuiuę,referã ſermonem de Amore,quẽ olim ac cepi a fatidica muliere Diotima,quę & harũ rerũ perita erat,& alia multa ſapienter intelligebat,& Athenienſibus olim ſacris decennio ante peſtẽ peractis morbi dilationem dedit.Illa me in amatoria facultate inſtruxit.Quæ igiť illa dixit,conabor vobis ex meipſo ſecundũ ea quę inter me & Agathonem cõuenerunt,exprimere. Oportet autẽ primo o Agatho, vt & tu expoſuiſti,quid, & quale ſit amor oſtendere,deinde opera illius enumerare.Præſtat,vt mihi videť, eodem ordine vobis nunc referre quo hoſpes illa me examinãs pertractauit.Ferme enim eadem ego illi quę mihi Agatho,ꝓdixeram.Magnũ eſſe deum amorẽ,& ad pulchra reſpicere.Eiſdemꝙ rationibus me redarguit, quibus hunc ipſe,ꝙ neꝙ pulcher eſſet amor,vt dicebã,neꝙ bonus.Ad quã ego tunc.Quid ais o Diotima inquam.Turpis ne igitur ac malus eſt amor? DIO.Dic meliora quæſo. an putas neceſſariũ eſſe, vt quicquid pulchrũ non eſt ſit turpe? SO.Maxime.DIO.Et qđ nõ ſapiens,ignorans? An non aduertiſti,eſſe quoddã ſapientię,& ignorantię mediũ? SO.Quid iſtud? DIO.Recte opinari, hoc eſt veri abſꝙ certa ratione participẽ eſſe.hoc ſiquidẽ neꝙ ſcientia eſt,nam ſine ratione ſciẽtia nũꝗ. Neꝙ ignorãtia rurſus.Quod eñ veri cõpos eſt,ignorantia nõ vocať.huiuſmodi quiddã eſt opinio recta,inter ſapientiam,& ignorantiã mediũ.SO.Vera narras.DIO.Ne cogas igiť qđ pulchrũ non eſt,eſſe turpe: qđ ve non bonũ,eſſe malũ.Eadẽ ratione ꝗuis amorẽ,neꝙ pulchrũ,neꝙ bonũ eſſe cõcedas, non tñ putare debes turpem neceſſario eſſe,vel malũ,ſed inter iſta mediũ.SO.At vero in hoc oẽs cõſentiũt, magnum eſſe deum amorẽ.DIO.Ignorantes ne dicis oẽs? An ſcientes? SO.Cunctos inquã. DIO.Quonã pacto ridicule magnũ eſſe deũ hi cõfiterenť,qui nec deũ quidẽ eſſe volunt? SO.Quinã iſti? DIO.Vnus quidem tu es.Ego altera.SO.Quonã pacto dixiſſe me hoc aſſeris? DIO.Facile tibi oſtendã.dic age.Nõne deos oẽs,pulchros ac beatos affirmas? Nũquid auderes deorũ quempiã non pulchrũ beatũve dicere? SO.Non per Iouẽ.DIO.Beatos aũt nõne illos vocas,qui bona pulchraꝙ poſſidẽt? SO.Illos dũtaxat. DIO.Atqui amorẽ in ſuperioribus admiſiſti ꝓpter pulchrorũ bonorũꝙ inopiã hęc ipſa quorũ indigus eſt,appetere.SO.Admiſi eqdẽ.DIO.Quonã igiť modo deus eſt, q pulchroꝝ bonorũꝙ eſt expers? SO.Nullo pacto vt videť.DIO.Vides ne ꝙ & ipſe amorẽ deũ eſſe nõ putas? SO.Quid ergo? Nũ mortalis eſt amor? DIO.Minime.SO.Quid igiť? DIO.Superioꝝ inſtar,mortalis immortaliſve mediũ.SO. Quid inquã eſt o Diotima? DIO.Magnus o Socrates dęmon.Etẽñ oĩs natura dęmonũ inter mortales,deoſve eſt media.SO.Quã vim habet? DIO.Interpretať,& traiicit humana ad deos,diuina ad homines:horũ quidẽ ꝓces,& ſacrificia,illorũ ꝓcepta ſacroſꝙ ſolẽnes,inſtitutiones,& ordinem.In vtroꝙ medio conſtituta totũ cõplet,vt vniuerſum ſecũ ipſo tali vinculo cõnectať.Per hanc vaticiniũ omne procedit,ſacerdotũꝙ diligẽtia circa ſacrificia expiationeſꝙ,& incãtationes,& diuinationem oẽm,atꝙ magicã.Deus quidẽ homini nõ miſceť,ſed per id mediũ cõmerciũ omne atꝙ colloquiũ inter deos homineſꝙ conficitur,& vigilantibus nobis,& dormiẽtibus.Quicũꝙ harũ rerũ peritus eſt, dęmonius.i. felix vir,& ſapiens nuncupať:qui vero alias artes,& facultates quæ manibus expleñť,callent,mercenarii nominanť.Enimuero hi dæmones multi atꝙ varii ſunt.Ex his vnus eſt amor.SO.Quinam parentes Amoris? DIO.Q̃uis dictu prolixum,exponam tamen.Quando nata eſt Venus,parato conuiuio diſcubuerũt dii cæteri,& Metidis.i.conſilii filius Porus,id eſt affluentię deus.Cum cœnati eſſent, Penia.i.paupertas mendicatura cibum vtpote epulis illic abũdãtibus venit,& circa fores obuerſabatur. Porus quidẽ nectare ebrius,vinum nãꝙ nõdum erat,Iouis hortum ingreſſus eſt, & ſomno grauatus dormiebat.Penia vero inopia compulſa quo pacto filium quaſi quibuſdã inſidiis ex Poro cõciperet, excogitauit.Quare iuxta illũ accubuit,Amoremꝙ concepit. Vnde natus eſt Amor ſectator cultorꝙ Veneris propterea ꝙ in Veneris natalibus eſt progenitus.Quinetiam natura, pulchri deſiderio capitur,cũ Venus ipſa ſit pulchra.Quoniã vero Pori ac Penię Amor eſt filius,ſortẽ huiuſmodi nactus eſt.Principio aridus eſt,& ſqualidus,nudis pedibus,ſemper humi volans,ſine domicilio, ſine ſtramentis,& tegmine vllo,ad fores in via ſub diuo dormiens,naturãꝙ matris ſeruãs,ſemp egenus. Secundũ vero patris ſtirpẽ,pulchris ac bonis inſidiať,virilis,audax,& vehemens ſagaxꝙ venator,noua ſemper machinamẽta contexens,prudentię ſtudioſus,facundus,per omnem vitam philoſophans,incantator, faſcinatorꝙ potens,veneficus atꝙ ſophiſta.Neꝙ immortalis omnino ſecundũ naturã,neꝙ mortalis, ſed interdũ eodẽ die pullulat atꝙ viuit,quotiẽs exuberat,interdũ deficit,atꝙ iterũ reuiuiſcit ob patris naturã.Quod vero acquirit,cõtinue ſubterfluit.Quocirca neꝙ mẽdicuſe ſt amor vnꝗ, neꝙ etiã opulentus.Quinetiã inter ſapientiã & inſcitiam conſtituiť.Sic eñ res ſe habet.Nullus deorũ philoſophať,aut ſapiens fieri cupit.Eſt eñ.Nec alius quiuis ſapiens philoſophatur.Neꝙ oĩo ignorantes philoſophantur,neꝙ ſapientes fieri cupiunt. hoc enim habet ignorantia peſſimum,quando qui nec pulcher bonus eſt neꝙ ſapiens,ſufficiẽter hęc habere ſe cenſet. Nunꝗ igiť expetit illa quorum ſe indigum non aduertit. SO.Qui ergo potiſſimũ Diotima philoſophantur,ſi neꝙ ſapientes, neꝙ ignorantes id agũt? DIO.Hoc profecto vel puer intelliget,ꝙ hi videlicet qui inter iſtos ſunt medii,e quis

Diotima fatidica.

Inter ſapientiam & ignorãtiã media eſt recta opinio.

Qualis ſit opinio recta.

Amor eſt medius inter turpe & pulchrũ

Natura dęmonũ media inter mortales & deos.

Munera & officia dæmonum.

Diuinatio & magica cõceditť per dæmones.

Amor vnꝰ ex dæmonibus.

ſublime ſpectant,quorũ gratia hæc ſunt,aĩaduertas: Vtrũ inquã pgere valeas nec ne,ignoro.Dicã tñ oĩq; ſtudio tibi opitulabor.Tu vero pro viribus ſeq me nitere. Oportet eũ q ad hoc recto ſit tramite progreſſurus,ſtatim ab adoleſcẽtia pulchra corpora cõtẽplari:& primũ qdẽ ſi modo recte ducaẽ, vnũ corpus amare,ibiq; rationes pulchras pducere,cogitare deĩde pulchritudinẽ q̃ corpori cuilibet ineſt alterius corporis eſſe germanã.Et ſi ſeq decet qđ ĩ ſpecie pulchrũ, abſurdũ eſt credere eã q̃ oĩbus corporibus ineſt,nõ vnã eãdẽq; pulchritudinẽ eſſe. Et q hoc aduertit,omniũ ſimpliciter pulchrorũ corporũ amator euadere debet,amoris aũt erga vnũ vehemẽtiã hac ratione remittere, atq; vnius ſpeciẽ paruifacere.Poſt hęc pulchritudinẽ q̃ animis ineſt,illa q̃ ĩ corpore pſtãtiorẽ exiſtimet,adeo vt ſiqs animi ingenui ſit,q̃uis forma corporis aliis qbuſdã cedat,ſufficere tñ arbitreẽ,& amet,curetq;,& rationes hmõi pariat,q̃ratq; ſermones oẽs q reddere meliores adoleſcẽtes poſſint,vt hĩc ad pulchritudinẽ quę in officiis ac legibus reperiẽ,inſpiciendã ducaẽ, intelligatq; illã oĩnẽ ſibiipſi vniformẽ cognatãq; exiſtere,vt eã q̃ circa corpus eſt,pulchritudinẽ paruifaciat.Poſt officia legeſq;,ad ſciẽtias tranſeat,vt ſcientiarũ pulchritudinẽ cõtẽpleẽ,dũq; id qđ ampla exuberat pulchritudine cõtuetur,haud amplius tãq̃ mancipiũ vnius puelli ſpeciẽ admireẽ,neq; vnius hominis vel officii pulchritudine ſit contẽtus. Nã qſqs ĩ hoc delinqt,exilis,& abiectus eſt ſeruus.Verũ ĩ pfundũ pulchritudinis ſe pelagus mergat, vbi ipſo intuitu,multas,pclaras,atq; magnificas rationes intelligẽtiaſq; in philoſophia abũde pariat, donec ibi cõfirmatus,& roboratus,ſciẽtiã iã vnã talẽ intueaẽ,q̃ pulchri talis exiſtit. Aciẽ vero nunc mẽtis p viribus adhibe.Quicũq; hucuſq; p amatoria gradatim deduciẽ recto ordine pulchra ĩtuitus ad finẽ iã amatorii affectus pueniẽs,ſubito quãdã natura mirabilẽ inſpiciet pulchritudinẽ:Hoc illud cuius gratia labores oẽs pcedentes ſubiuimus.Principio qdẽ ſemp eſt,nec fit,nec interit, neq; creſcit vnq̃,neq; decreſcit: præterea non hac ex parte pulchrũ,ex illa turpe,vel tum pulchrũ, tum minime. Neq; ad hoc qdẽ pulchrũ,turpe vero ad illud.Vel hic pulchrũ,ibi turpe,vt qbuſdã pulchrũ ſit,quibuſdã vero nequaq̃.Neq; rurſus imaginatione quadã ipſum pulchrũ ita fingetur, quaſi vultus pulcher,vel pulchrę manus,aut aliud quiddã cuius corpus eſt particeps. Neq; vt oratio q̃dã,vel ratio, aut ſciẽtia quędã.Neq; in alio iacere putabiẽ,velut in animali,vel terra,vel cælo,aut alio quopiã,ſed ipm p ſeipm cũ ſemetipſo vniforme ſemp exiſtẽs.Cętera vero oĩa q̃ pulchra ſunt,illius participatione pulchra,ea ſcilicet cõditione,vt naſcẽtibus & intereũtibus aliis,nihil ſubtrahaẽ illi,aut addatur,neq; paſſionẽ vllam incurrat.Quãdo vero ab his aliquis legitime amãdo aſcendẽs,illud ipſum pulchrum ſuſpicere incipit,ferme iam finẽ attingit.Hoc eſt profecto ad amatoria recte pergere,vel ab alio duci, quando videlicet quis ab his pulchris gratia pulchri illius aſcẽdere incipit,quaſi quibuſdã gradibus vtens,atq; ab vno primũ in duo tranſiens,& a duobus in omnia quę pulchra ſunt,corpora,ab his in omnia officia pulchra,a pulchris officiis ad doctrinas pulchras conuerſus,a doctrinis deniq; multis in illam doctrinam pueniens,quæ nõ alterius eſt q̃ illius ipſius pulchri doctrina. Atq; ita demũ quid ipſum pulchrum ſit contẽplatur.In hoc vtiq; vitæ ſtatu o Socrates ſi vſq̃ alibi,homini videlicet ipm pulchrum ſpectanti viuendum.Quod ſiquando videris,ſupra q̃ dici poſſit precioſius auro ornatiſq; veſtibus & pulchris pueris adoleſcentibuſq; cenſebis. Quos nunc,& tu,& alii multi, dum ſpectatis, nimiũ obſtupeſcitis,& ſi fieri poſſet eligeretis inter illos ſemper cibo potuq; neglecto verſari.Q̃ꝫ felix illud ſpectaculum fore putamus,ſicui cõtigerit,vt ipſum pulchrum intueatur,ſyncerum,integrum, purum,ſimplex,non humanis carnibus,coloribus,nõ aliis mortalibus nugis contaminatũ,ſed ipſum ſecũdũ ſe pulchrum diuinũ inſpiciat.Num vitã huiuſmodi paruifacis? hominis videlicet ipſius qui illuc ſuſpicit,qui tã præclarũ ſpectaculum contuetur,qui illi cohęret. Nonne cogitas q; ibi ſolũ cernẽs ille eo oculo pulchrũ quo percipi poteſt,nõ imagines virtutis vlterius,ſed virtutes ipſas pariet: quippe cũ nõ ſimulacrũ,ſed rẽ ipſam attingat.Cũq; virtutẽ verã pariat,atq; alat,deo amicus efficieẽ, & ſi qs alius hominũ,is maxime immortalis exiſtet.Hęc o Phædre aliiq; cõuiuę inquit Diotima.Cui fidẽ adhibeo,atq; aliis perſuadere ſtudeo, hominũ naturã haud facile poſſe ad beatę immortalitatis poſſeſſionẽ quicq̃ legitimo amore cõducibilius inuenire. Quãobrẽ honorãdũ amorẽ ab omnibus hominibus cẽſeo.Equidẽ amatoria colo,meq; ſummopere in his exerceo,alioſq; exhortor.Et nũc qdẽ ac ſemp pro ingenii facultate amoris vim & fortitudinẽ laudo.Hũc o Phędre ſermonẽ,ſi vis,quaſi laudationẽ quãdã amoris exiſtima:ſinautẽ aliter appellare placet,appella. Cũ hęc dixiſſet,vt retulit Ariſtodemus,reliqui oẽs probarũt.Ariſtophanes ſolus repugnare tentauit,quia mẽtionẽ ſermonis illius ſupra fecerat.Sed repẽte aulę oſtiũ percuſſum ſonitũ reddidit,& clamor debacchantiũ iuuenũ tibiciniſq; auditus.Tũ Agatho,aduertite,inqt,miniſtri qnã homines aduẽtarint,& ſiquis familiaris noſter interſit,ad nos accerſite. Si nullus,nos haud nõ amplius bibere,ſed iam quieſcere nũciate.At paulo poſt vocem Alcibiadis audierunt,ebrietate inſultantis,altiuſq; in veſtibulo clamantis.Qui vbi eſſet Agatho flagitabat,ad eũq; ſe duci iubebat.Eum igitur tibicẽ aliiq; cõtubernales duxerũt, & ad fores aulæ collocarunt,corona quadã ex hedera violiſq; conſerta redimitum, vittiſq; multis caput circũ

desiderat.Ex his cõcludit Amorẽ immortalitatis quoq; desideriũ esse. Hæc oĩa mihi Diotima tradidit,cũ de amatoriis sermonẽ habuit.necnõ sic interrogauit. Quã huius amoris cupiditatisq; causam o Socrates arbitraris? An nõ vides q̃ grauiter afficiunt animãtes oẽs,& q̃ gradiunt,& q̃ volant,cum ad generationẽ toto impetu ꝑferunt,& amoris ardore insaniũt?Primo quidẽ generatiõis causa q̃ vehemẽter cõgredi cõcupiscũt.Deinde quantũ circa natorũ alimenta laborant.Horũq; causa imbecilla etiã aĩalia aduersus robustissima ꝑlia poscunt,& pro illis occũbere parata sunt,ac fame deficere, modo filios nutriãt,& aliud qdlibet audacter aggrediunt.Hoĩes quidẽ forte putaret quispiã ratiõis discursu hæc agere,brutis autẽ quęnã amoris tã ardentis causa est?Assignare hanc potes? SO.Minime. DIO.Credis ne vnq̃ in amatoriis peritus fore dũ hæc ignoras?SO.Ob hãc causam ad te o Diotima, vt supra dixi,confugio,quia pręceptore me indigere cognosco.horũ itaq; ꝑcor, & aliorũ quęcũq; ad amorẽ attinẽt,causam afferas.DIO.Si credis illius naturę amorẽ esse cuius sępe iã diximus, ne mireris.Ex hoc eñ similiter vt ex superiorib9,natura mortalis,semp & immortalis esse ꝑ virib9 nitit:hoc autem generatione dũtaxat assequit, qm̃ semp alterũ iuuenẽ veteris loco substituit. Eniuero eo ipo in tẽpore,quo aĩaliũ vnũqdq; viuere dicit,idẽq; esse,vt a pueritia ad senectutẽ,q̃uis idẽ dicat,nũq̃ tñ in seipso eadẽ cõtinet,sed nouũ semp efficit,& vetera exuit,secundũ pilos, carnẽ, ossa ac sanguinẽ,& vniuersum corpus.Neq; in corpore solũ,verũetiã in aĩa id cõtingit.Mores,cõsuetudines, opiniones, cupidines,voluptates,dolores,atq; timores,cõtinue permutant,neq; quicq̃ ex istis idẽ, & simile perseuerat,sed priora quidẽ abolent,noua vero succedũt.Quinetiã qđ mirabilius est, sciẽtię quoq; nõ solũ alię euanescũt,alię surgũt,neq; semp secundũ sciẽtias iidẽ sumus,verũetiã vna q̃uis scientiarũ idẽ patit.Qđ eñ dicit meditari,quasi exierit sciẽtia dicit.Obliuio nãq; sciẽtię exitus est.Meditatio vero nouam memoriã semp abeuntis loco restituẽs,scientiã seruat vt esse eadẽ videat.Hoc vtiq; pacto omne mortale seruat,nõ quia semp oĩno idẽ sit,vt diuinũ,sed quia qđ tabescit,& abit,nouũ & simile sibi relinquit.Hoc remedio Socrates qđ mortale est siue corpus seu quodlibet aliud,particeps immortalitatis euadit:qđ vero diuinũ & immortale,alia ratione.Quamobrem mirari non debes si omnia germẽ suũ natura charissimũ habeãt.Nam immortalitatis gratia nixus hmõi atq; amor cuilibet inest.Cum hęc audissem,admiratione cõmotus inquã.Siccine Diotima sapiens reuera de iis iudicandũ? Tum illa,vt perfecti sophistæ solent,Certo scito,inquit,o Socrates.Eteñ si glorię studiũ qđ hoĩbus inest,cõsiderare volueris,admiraberis ruditatẽ tuam,ꝙ ea q̃ dixi nõ satis cõprehenderis. Cernes quidẽ q̃ vehementer exoptẽt,notos sese oĩbus exhibere,& in futurũ immortalẽ gloriã cõsequi.Nam huius gratia magis q̃ filiorũ,pericula subeunt,pecunias erogant,laboresq; nullos respuũt, ac deniq; sese morti exponũt.An censes Alcesten pro Admeto mori voluisse,aut Achillẽ in vltione Patrocli occumbere, aut vestrũ Codrũ pro filiorũ regno perire,nisi immortalẽ virtutis memoriã,qualis apud nos extat,cõsecuturos se pręsagissent?SO.Longe abest. Immo pro immortali virtute & honesta opinione cuncta hęc,vt arbitror, agunt: & quo meliores hoĩes sunt,eo magis ad ista contẽdũt.Nam immortalitatem amãt.DIO.Quicũq; igit corpore fœcundi sunt,ad fœminas se magis cõuertunt,atq; ita amãt,& filiorum generatione immortalitatẽ,memoriã,felicitatẽ,ꝑ oẽ tẽpus assequi sperãt.Sunt & qui aĩam grauidam atq; fœcundã magis q̃ corpus habeãt.hi sane cõcipiũt ea q̃ aię & cõcepisse & cõcipere conuenit. Sed quidnã cõuenit?Prudentiã videlicet aliasq; virtutes.quarũ rerũ poetę oẽs genitores sunt, necnõ artifices illi qui inuẽtores dicunt.Maxima vero,& omniũ ꝑstantissima prudẽtia est qua ciuilia & domestica gubernant,cuius nomen est tẽperantia atq; iustitia.Quisquis ergo virtutũ hmõi natura plenus & grauidus est,ideoq; diuinus,ętate debita imminente parere iam generareq; affectat, & idcirco passim vagat,quęritq; pulchrũ,in quo generet.in turpi nãq; minime generaret.Quapropter corporibus speciosis magis q̃ deformibus gratulat,vtpote ꝑgnans. Q; si animã ꝑterea pulchrã, generosam, docilẽq; reperiat,vtraq; pulchritudine concurrente mirifice delectat,& corã hoĩe illo cõfestim de virtute loquendo facũdia pollet,qualis esse debeat vir bonus edisserẽs,quidve sit eius officium,atq; hac doctrina imbuere illũ studet.Adhęrẽs quippe pulchro,eoq; familiariter vtẽs,q̃ quondã cõceperat,parit & gignit,illius tã in absentia q̃ pręsentia memor:qđve inde nascit cum illo cõmuniter nutrit atq; educat.Vnde augustiorẽ cõmunionẽ firmiorẽq; amicitiam vicissim cõtrahũt q̃ mortaliũ filiorũ parẽtes,vtpote qui in filiis ĩmortalibus magis pulchrioribusq; vna cõmunicãt.Eteñ hmõi filios quilibet potius q̃ humanos eligeret,ꝑsertim q Homerũ Hesiodũq; cõsideret,& poetas alios ęmulet, dũ cernit quales filios reliquerũt:q cũ immortales sint,immortalẽ quoq; gloriã memoriãq; parẽtibus ꝑbuerũt, qualesq; Lycurgus Lacedęmoniis reliqt filios Lacedęmonię ac totius pene Gręcię seruatores.Honoratur & apud vos ꝑpter generationẽ legũ ipse Solo,aliiq; permulti alibi apud Græcos & Barbaros,qui multa atq; ꝑclara opera demõstrarunt,virtutẽ omnẽ progenerantes. Quibus sacra ac templa multa, ob hmõi sępe natos dicata sunt,ob humanos vero adhuc alicui nũq̃.In his vtiq; amatoriis o Socrates ipse forsitã industria tua initiareris.Vtrũ vero vlterius ꝓcedas,ac perfecta demũ amatoria,quęve

Amor est immortalitatis desiderium.

Assidua mutatio in corpore & anima.

tiens aliũ audimus alteriꝰ verba referẽtem,& si nimiũ boni oratoris,tñ nullius,vt ita dixerim,illa fa=
cimus.At cũ te qs audit,aut tua verba quouis alio referente,q̃uis ineptꝰ ille sit qui refert, & siue vir
seu fœmina,siue adolescẽtulus audiat,obstupescimus qdẽ ac mẽte corripimur.Egdẽ nisi suspicarer ne
forte nimis ebriꝰ videar,iureiurãdo interposito affirmarẽ,qualia mihi alias ab huius verbis contige
rũt,cõtingãtq; etiã nũc quotiẽs hũc audio.Multo magis q̃ hi q Corybantũ more deferunt, cor ĩ me
concitat ob huiꝰ verba,lachrymasq; effundo,videoq; multis aliis hoc idẽ cõtingere.Et cũ Periclẽ au
diebã,cæterosq; oratores bonos,videbant illi qdẽ mihi pclare dicere,sed nihil tale mihi cõtingebat,
neq; cõcitabat aĩus,neq; seipm q̃si seruiliter viuẽtẽ cõdẽnabat.Sed ab hoc Marsya nostro sępe ita iflec
ctor,vt existimẽ nullo mõ in hoc statu vitę mihi esse viuẽdũ.Hæc o Socrates ne negaueris. Quĩetiã
certo scio,si in psentia aures illi pstare velim,minime tolerarẽ,sed eadẽ illa mihi euenirẽt. Cogit eñ
me fateri,q cũ ipse ego in multis deficiã,tñ meipm negligo,rẽq; populi Atheniẽsiũ curo. Vi ergo q̃
si aduersus Sirenas obturãs aures hũc fugio ac vito,ne apud eũ sedẽs cõsenescã.Patior aũt erga hũc
solũ qđ nemo existimaret,vt cuiusq̃ pudore ac verecũdia detinerer.Atqui hũc solũ vereor.Cõscius
eñ mihi sum defendere me nõ posse,quin sint agẽda q̃ iubet:sed cũ ab eo discedo,populari ambitiõe
me superari.Fugio igit hũc atq; vito,& quotiẽs ipm intueor,verecũdia me ga pmissa nõ seruauerim
capit,vt sępe cupiã hũc e vita decedere.Rursus vero si hoc acciderit,scio me lõge id iniquius tolera
turũ.Itaq; quo me vertã,aut queadmodũ hoc vtar,nescio.Et a modulationibus qdẽ Satyri huius ta
lia mihiq; & multis aliis cõtigerũt.Cętera vero audite,vt similis sit his qbꝰ ego similẽ esse dicebã,&
vim q̃ mirabilẽ habeat intueamini.Scitote neminẽ vestrum Socratẽ cognoscere.Sed ego vobis osten
dã,q̃nqdẽ dicere iã incepi.Cernitis q̃ vehemẽter Socrates erga pulchros afficit?sempq; inter eos ver
sat & obstupescit?Ignorat oĩa,nihil nouit.figura pfecto hæc Silenis est persimilis.Scitote igit eũ hac
habitꝰ forma exterius amiciri,tanq̃ sculptũ queđã Silenũ.Intus vero si apiat,mira o viri cõuiuę casti
monia & integritas inest.Neq; eñ pulchritudinem corporis cuiusq̃ qcq̃ æstimat,neq; diuitias, neq;
honores,neq; cætera q̃ vulgus admirat,sed ea cũcta supra q̃ existimari q̃at,lõge spnit,ac p nihilo du
cit.Quocirca nulliꝰ nos esse apud eũ vobis assero:fingit tñ ironicus aliter,ac iocari palã de his rebus
nunq̃ cessat.Serio aũt agẽtis atq; intꝰ apti,nescio vtrũ qsq̃ vestrũ diuinas q̃ intus latẽt imagines vnq̃
inspexerit. Ego certe q̃nq; eas cõspexi,atq; mihi visę sunt vsqueadeo diuinę,& aureæ,& formosæ,&
mirabiles,vt nullo mõ fas existimẽ aliter q̃ Socrates pcipit,agere. Ego iã aliq̃n o viri cõuiuæ Socra=
tẽ arbitratus mea specie reuera admodũ delectari,occasionẽ hãc mirificã felicẽq; ad id qđ affectabam
me nactũ esse putaui.Gratificari qppe Socrati cõstitui,vt q̃cũq; ille nouerat,mecũ cõicaret.Nam ma
gnũ aliqd & mirificũ formositatẽ meã existimabam,eaq; plurimũ fidebã.Cũq; antea nunq̃ sine comi=
te cũ eo loq cõsueuissem,q̃nq; dimisso comite solus cũ eo restiti.Vera vobis oĩa aperienda sunt.Attẽ
dite obsecro.Si mẽtior Socrates,ipse redargue.Restiti eqdẽ o viri cõuiuæ solus cũ solo,spẽrãs eadem
hũc mihi dicturũ,q̃ amatores amatis cũ soli sũt,loq solẽt.Qua spe valde lętabar.horũ vero nihil actũ
est,sed vt solitus erat,cũ ad vesperã vsq; disseruisset,abiit.Post hęc ad palæstram hũc citaui, exercui
q;,quasi in hac aliqd pfecturus.soli itaq; sæpe nos simul gymnastica exercuimus. Quid multis opus
est verbis?Nihil mihi successit.Postq̃ vero hac nequaq̃ successerat,durioribus machinamẽtis virum
hunc aggredi statui,nec ab inceptis desistere.Audite q̃ vehemẽter huic insidiatus sum. Cœnatum
accersiui tanq̃ amator amatis insidiatus.Is nõ facile nec primo paruit,tandẽ vero obsecutꝰ est.Venit
ergo:sed sumpto cibo cõfestim abiturus surrexit.Tũc ego pudore detẽtus abire permisi.Sed alias ve
hementiores insidias tendens,post cœnam ad multam noctẽ sermonẽ ptraxi:cũq; vellet discedere,ob
iiciẽs intempestã noctẽ,manere coegi. Quieuit igitur in proximo lecto sup quem sedens cœnauerat,
nec alius præter nos vllus ibi ea nocte dormiuit.Quę hactenus dicta sunt sine rubore vbiq; proferri

Prouerbiũ Vinũ & cũ pueritia & sine pueri= tia est veri dicum.

possunt.Quæ vero sequunt,nõ priꝰ audietis q̃ puerbiũ illđ recẽsuerim,Vinũ & cũ pueritia, & sine
pueritia est veridicũ.Quinetiã iniustũ videt,vt is q Socratẽ laudat,supbũ & ĩuictũ facinꝰ illius silen
tio ptereat.Præterea nõ aliter affectus sum q̃ ille quẽ vipera mordet.Illũ qppe ferũt qualis sit eiꝰ pas

Vt affecti sint q a vi pera morsi sunt.

sio aperire nolle nisi his q similiter ægrotãt,quasi hi soli vtpote mali nõ ignari ignoscant,siquis cru=
ciatu cõpulsus & loq & agere cũcta non dubitet.Ego igit prę cęteris astrictꝰ vehemẽtiori phiæ mor
su,q oĩm est acerrimus,& siue cor,siue animũ,siue quõcũq; id appellandum sit,saucius cupiditate in
phia sermonũ,q acrius q̃ vipera mordẽt,& occupant siq̃n attigerint iuuenilẽ animũ qui non penitus
ignauꝰ sit,cõpellũtq; ad qcqd tãdẽ sit,faciẽdũ atq; dicẽdũ,nihil intẽtatũ relinq̃re statui, quo Socratẽ
ad explẽdã hanc sitim mihi q̃ coniunctissimum facerem.Nõ dicerem ea quæ dicturus sum,nisi apud
eos cõuiuas loquerer,quos semper quasi vesano quodam phię furore correptos bacchantesq; pspexi
Phædros,Agathones,Eryximachos,Pausanias,Aristodemos,Aristophanes,Socratẽ deniq; ipsum,&
cęteros.hęc eñ mihi nisi saucijs,eodẽq; mõ affectis narrãda nõ essent. Quare vos audiẽtes mihi ve=
niã dabitis p his q̃ tũc a me facta,& nũc dicta fuerint.Famuli aũt & siqs aliꝰ adsit pphanꝰ & agrestis

datũ. Vbi statim clamauit, Saluere vos iubeo viri, ebriũ hoĩem valde compotatorẽ suscipite. Vel abeamus, Agathonẽ solũ coronãtes, cui⁹ gr͂a venimus. Heri eqdẽ interesse nequiui, hodie veni vittas ferẽs, vt a meo capite sapiẽtissimi pulcherrimiq; caput, si ita p̃dixero, circũligarẽ. An me quasi ebrium deridebitis? ego aũt q̃uis irrideatis, vera tñ loqui me scio. Respõdete obsecro, nunqd ad hęc ĩgredi p̃mittatis? Bibitis adhuc, an non? Quare acclamauerunt oẽs, iusserũt ingredi, atq; accũbere. Accersiuit Agatho Alcibiadem, tulerũt contubernales, ille vittas tollebat Agathonis caput circundaturus. Socratem licet e conspectu astantẽ non vidit. Prope Agathonẽ assedit, inter eũ & Socratẽ medius. Ei nãq; Socrates cesserat. Cũ sedisset, Agathoni cõgratulatus est, eũq; coronauit. Agatho, soluite inqt Alcibiadem pueri, vt in numero triũ accũbat. Assensus Alcibiades, quis tertius cõuiua esset interrogat cõuersusq; Socratẽ videt, & assurgẽs Pro` Hercules inqt, qd hoc est? hic etiã isidiat⁹ mihi o Socrates consedisti? Sic semper soles, vbi minime oĩm expectarẽ, ptin⁹ mihi occurrere. & nunc cur huc venisti? Cur hic potius q̃ apud Aristophanẽ sedes? aut siqs alius ridiculus adest, pmittitq;? Immo excogitasti scio, iuxta conuiuarũ pulcherrimum hic sedere. Socrates autẽ ad Agathonẽ cõuersus, Vide inquit, Agatho siquo pacto mihi succurrere potes. Amor qppe huius hoĩs, haud leue qddã mihi extitit. Ex eo nãq; tpe quo hũc amare cœpi, nũq̃ mihi licet aut aspicere pulchrũ aliquẽ aut alloq, qn iste zelotypus. i. amatoria suspitione capt⁹ & inuidẽs mira q̃dã tẽtet, cõuitieturq;, imo vix se cõtinet qn manus inferat. Vide igit̃ ne in p̃sentia tale qd agat, sed nos cõcilia; vel si vim inferre conet̃, opitulare. Nã huius furor & amatorius impet⁹ me maxie terret. Ad hæc Alcibiades, Inter me ac te cõciliatio nulla cadit, sed hoꝝ cã alias vlciscar, nũc aũt Agatho mihi aliq̃s ex his vittis ĩptias, vt & hui⁹ mirabile hoc caput exornẽ, ne mihi succẽseat q͂ te coronauerim, nõ ip̃m q oẽs hoĩes sermonib⁹ supauit, nõ heri tm̃ vt tu, sed semp. Acceptis itaq; vittis coronauit Socratẽ, ac sedit. sedẽs aũt inqt. Nimiũ mihi sobrii cõuiuæ videmini, neq; pmittẽdũ vobis id cẽseo. bibẽdũ est em̃. Nã iter nos id cõuenit. Ergo bibẽdi principẽ donec satis biberitis me vobis p̃pono. Ferri iube Agatho, siqđ adest amplũ poculũ. sed nil opus est, imo feras huc puer vas illud, qđ plures q̃ octo pateras capere videt̃. Cũ vas ĩpleuisset, prior ipse bibit, Socrati deinde ĩfundi iussit, & inqt. Aduersus Socratẽ o cõuiuæ dolus iste mihi nihil confert. Quãtũcũq; qs iusserit, ebibet, nec ebriũ vnq̃ videbitis. Socrates ĩfundẽte puero bibit. Tum Eryximachus, qd agim⁹ Alcibiades? Ita nec loqmur qcq̃ sup calicẽ, neq; canim⁹, sed quasi sitientes ingurgitamus? Ad quẽ Alcibiades, Salue optime Eryximache optimo & frugi admodũ patre nate. Et tu salue Eryximachus ipse subiũxit, verũ quid nobis agẽdũ? ALCI. Qđ tu p̃ceperis. Tibi qdẽ parendũ est. Vir medicus multis aliis ęquabit̃ vnus. Impa ergo qđcũq; lubet. ERY. Audi iã. Anteq̃ ingredereris, visũ fuit ab vnoquoq; p̃sentiũ ad dexterã deiceps Amorẽ p̃ igeniii facultate laudãdũ. Nos qdẽ singuli diximus, tu quoq; cũ nõ dixeris, biberis aũt, iure dicere debes: & cũ dixeris, tũc demum Socrati quicqđ volueris imperabis. Socrates quoq; illi qui ad dexteram succedit similiter, cæteriq; deinceps. AL. Prȩclare loqueris Eryximache. Sed non æqua ratio videri debet, vt ebrius cum sobriorum oratione verba sua conferat. Sed o beate vir, persuasit ne tibi Socrates quicq̃ ex his quæ paulo ante narrauit? Vel scis contra esse omnino? Hic em̃ si eo p̃sente quenq̃ laudauero vel deum vel hominem alium q̃ hunc ipsum, manus non continebit. SO. Bona verba quęso. ALCI. Nihil ad hæc dicas, per Neptunũ neminem alium te p̃sente laudarẽ. ERY. Sic agendum videtur, & si vis Socratem lauda. ALCI. Quid ais? Oportere videtur Eryximache: hũc virum aggrediar, & coram vobis vlciscar. SO. Quid cogitas? de ridiculis quibusdam me laudabis? An quid ages? AL. Vera loquar. pmittis ne? SO. Vera quidem loqui permitto, ac etiam iubeo. AL. Parebo q̃libentissime, modo id assequi possim. Verum tu obserua, & siquid minus verum refero interpella vt lubet, mendaciumq; redargue. Nunq̃ enim sponte mentiar. Neq; mireris, si aliud aliũde vtcũq; redit in memoriam colligo. Nam haud facile est homini sic affecto miros tuos mores facunde certoq; ordine numerare. Socratẽ o viri conuiuę per imagines laudare conabor. Iste igitur forte suspicabitur ne ad ridicula sermonem conuertam, Sumetur aũt imago veri non ridiculi gratia. ALCI.

Alcibiades collaudans Socratem.

SOcratem assero psimilẽ Silenis istis, q sedẽtes inter alias imagines a sculptoribus figurantur ita vt fistulas tibiasve teneant. Qui si bifariã diuidant̃, repiunt̃ int⁹ imaginẽ habere deoꝝ. Satyro quoq; Marsyę similẽ esse dico. Et q͂ aspectu qdẽ his es p̃similis, ne tu qdẽ o Socrates negabis. Qȝ vero in aliis quoq; similitudinẽ eoꝝ habes, deiceps iã audi. p̃cax & cõtumeliosus es, an nõ? Si nõ fateris, eqdẽ testes adducã. An nõ tibicẽ? Et tibicẽ qdẽ Marsya lõge p̃stãtior. Ille em̃ ĩstrumentis qbusdã hoĩes demulcebat oris potẽtia, & nũc etiã siqs modulatiõe illius vtit̃. Nã illa q̃ Olympus modulatus est, Marsyã q docuit modulatũ dico. Eius igitur harmonia seu vir qdã bene seu fœmina male vtat̃, sola aĩos attrahit, & qa diuina est ostendit qnam diis mysteriisq; indigeant. Tu autem ĩ hoc dũtaxat differs ab illo, q͂ sine vllo instrumento nudis quidem verbis hoc idẽ efficias. Nos certe quoq;

ajs, ibi non aliter q̃ hic incedere, supbus, & oculis quiete oĩa circũlustrãs, cauteq; examinans singula. Hostes siqdẽ ciuesq; vicissim respiciebat, oculis & aspectu pferẽs, ostendensq; vel remotioribus, si qs eum inuadat, non esse id impune facturũ. Itaq; tute abibat & ipse & alter. ferme eñ q ita incedũt, nemo eos inuadit, sed eos q effusa fuga deferunt. In multis qdẽ aliis mirifice laudari Socrates põt, sed talia sunt, vt cæteri quoq; forsan nõnulli eãdẽ laudem mereant: verũ illa pcipua ĩ hoc, per quę nemini alioꝝ hoĩm, neq; antiquoꝝ, neq; nouoꝝ esse similis reperit. Nã qualis Achilles fuit, talẽ cõiectet forsan aliqs fuisse Brasidam, & alios quosdã: & qualis Pericles, tales Antenorem atq; Nestorem. Sũt alii quoq; q hoc mõ cõferri inuicẽ possunt. Sed qualis Socrates est, qualisq; eius mira dicẽdi ratio, nemo ppe ad ei⁹ similitudinẽ accedit, neq; veterũ, neq; eoꝝ q nũc sunt, nisi vt ego nũc dixi, atq; assimilaui. Quippe nulli hoĩm, sed Silenis & Satyris similis ipse est, eiusq; sermones. Nam & hoc a me pretermissum erat prius, sermones eius persimiles esse imaginibus Silenorum ab artificibus factis, deinde apertis. Siquis enim huius sermones audiat, videntur prima, vt fertur, facie nimium esse absurdi. Nomina quippe & verba exteriori aspectu Satyri cuiusdam contumeliosi habitum præ se ferunt. Asinos. n. fabrosq; ærarios, & sutores calceorum, coriariosq; semper habet in ore, eademq; semper dicere de eisdem videtur, vt omnes fere qui minus experti peritive sint, verba illius irrideant. Verum si int⁹ aspiciat quis eius sermones, primo quidem reperiet sensuum profunditatem habere solos aliorum oĩm, & insuper diuinissimos esse, ac plurimas virtutum speciosissimas imagines continere, atq; ad plurima sese extendere, immo omnia præcepta comprehendere, quibus instrui debet is, qui sit honeste beneq; victurus. Hæc sunt o viri conuiuæ in quibus Socratem laudo, ac etiam de quibus conqueror. Audistis enim interim quas mihi iniurias intulit. Nec aduersus me solum ita se gessit, verum etiam aduersus Charmidem filium Glauconis, & aduersus Euthydemum Diocle natum, aliosq; permultos eadem fecit, quos ipse sub specie amatoris fefellit. nam pro amatore amatus euasit. Quamobrem te quoq; Agatho admoneo, vt huius simulationes dissimulationesq; caueas, & ex his quæ ego sum passus, hunc cognoscens, rem tuam cures, neq; secundum prouerbium, post pœnam infantium instar delicta tandem agnoscas. Hactenus Alcibiades. cuius audacia & loquendi libertas, risum omnibus concitauit, quoniã visus est amore Socratis esse captus. SO. Sobrius mihi videris o Alcibiades. Alioquin nunq̃ ita artificiose longo verborum circuitu facto occulte id studuisses cuius gratia cętera omnia dixeras, quod in orationis calce vt præter propositum proferre videreris, tandem apposuisti, quasi non omnia idcirco dixeris, vt me ab Agathone disiungeres. Arbitraris me neminem præter te vnum amare debere, Agathonem vero a nullo alio q̃ abs te amari. Verũ non latuit nos quid sibi vellet tuum illud Satyricum Silenicumq; figmentum. Sed o amice Agatho danda opera est, vt nec isti sua machinamenta proficiant, nec vllius calumniæ inter me ac te iactæ dissidium faciant. AGA. Vera o Socrates loqui videris. Nam vt nos seiungeret, inter te ac me se medium interposuit. Sed nihil hoc illi proderit. hinc enim surgens, prope te sedebo. SO. Sic agendum profecto. hic infra me sede. AL. Pro Iupiter. Qualia perpeti me vir hic cogit! In omnibus superare me vult. Medium saltem hic Agathonem sedere permitte. SO. Nequaq̃ decet. Tu enim me laudasti. Oportet autem me nunc ad dexteram hunc sedentem laudare. Si ergo post te maneat Agatho, haud me rursus laudabit, prius q̃ a me laudetur. Sed dimitte vir felix, neq; huic meas laudes inuideas. Equidem laudare illum vehemẽter desidero. AGA. Hui hui Alcibiades. Quid hic moror! Hinc iam discedo vt me Socrates laudet. AL. Mos is Socratis est, vt eo præsente nemini liceat alteri formosos sibi conciliare. Vide nunc obsecro q̃ facile & q̃ probabili ratione hunc ad se traxerit. Surrexit ergo Agatho, vt apud Socratem requiesceret. Tunc subito debacchantes multi patentes fores nacti, nam paulo ante quis contra exierat, ingressi sunt, & circa illos consederunt. Quorum strepitu turbata sunt omnia, nec vllus post hęc modus in bibendo seruatus. Eryximachum, ac Phædrum, aliosq; nonnullos abiisse, Aristodemus recensuit, seq; diu dormisse, nam longæ tunc noctes erant, & circa auroram gallis iam cantantibus surrexisse. Somno excitum inuenisse ꝙ alii quidem partim dormiebant, partim discesserant. Agatho vero, & Aristophanes, atq; Socrates soli adhuc vigilabant, bibebantq; ampla quadam phiala ad dexteram sibi inuicem succedentes. Socrates autem assidue disserebat. Neq; aliorum se recordari Aristodemus inquit. neq; enim ab initio adfuisse, & somno fuisse grauatum. Summam vero disputationis illi⁹ extitisse, ꝙ Socrates illos fateri cogebat, eiusdem viri officium esse tragœdiam, comœdiamq; componere, eũq; qui arte tragicus est esse quoq; comicum. Cum hæc illi coacti potius q̃ persuasi concessissent, se somno dedisse Aristophanem primo, Agathonem deinde exorta iam luce. Socratem vero dormientibus illis in Lyceum, ipso vt consueuerat comitante, fuisse profectum, & lotum solito se more diem totum exercuisse, ac demum ad vesperam domi requieuisse.

Prouerbiũ Post pœnã delicta agnoscis vt ifantes.

SYMPOSII FINIS.

aures obstruant. Extincto lychno, famulisq; absentibus, visum mihi o viri cõuiuę haud ampli⁹ dissimulãdum differẽdũq;, sed ingenue qđ sentirẽ aperiẽdũ. Tetigi itaq; illũ dicens, Socrates dormis? SO. Nõdũ. AL. Scis ne qd hacten⁹ mihi visum fuerit? SO. Qua de re, & qd rogas? AL. Tu mihi solus amator me dign⁹ extitisse videris, verecũdior tñ ĩ amore fuisse. Egdẽ cũ ita se res habeat, egoq; talis sim, stultũ eẽ ducerẽ, nisi ĩ hoc quoq; tibi gratificarer, & ĩ cęteris oĩb⁹, siue meis reb⁹, siue amicis ĩdigeas. Mihi qdẽ nihil est antiqui⁹, q̃ vt optim⁹ vir euadã. Ad hoc nemo me magis q̃ tu iuuare põt. Ego aũt tãto viro nõ obsecut⁹, vehemẽti⁹ sapiẽtũ ĩcrepatiões vererer, q̃ obsecut⁹ ĩsipiẽtũ verba. Quę cũ audisset, solita ironia dissimulãs ita rñdit. O amice Alcibiades, videris reuera nõ ignau⁹ vilisq; esse, si vera sunt q̃ de me refers, & inest mihi vis q̃dã, ꝑ quã ipse melior effici possis, & mirã in me pulchritudinẽ cõspicis, tua forma lõge pstãtiorem. Si ista cognoscẽs, cõicare mecũ exoptas, & pulchritudinem pulchritudine cõmutare, tanq̃ fœnerator mlto plus q̃ ego reportare cõtẽdis. Nã ꝓ opiniõe, veritatẽ pulchroq; lucrari conaris, & aurũ ꝓ orichalco recipe. Sed o beate, diligẽti⁹ aĩaduerte, ne te mea conditio lateat, cũ nulli⁹ sim pcii. Tũc sane mẽtis oculus acute incipit cernere, cũ primũ corporis ocul⁹ deflorescit. Tu vero ab hac ętate es ꝓcul. ALCI. Mea qdẽ talia sunt, qualia dixi. Neq; eñ in ore vnũ, in corde aliud habeo. Tu aũt ita delibera, vt & tibi & mihi meli⁹ fore cẽses. SO. Probe loq̃ris. ergo posthac in uicẽ cõsultãtes agem⁹ qđ vtrisq; tã ĩ his q̃ ĩ cęteris oĩbus maxĩe cõducturũ putabim⁹. Cũ hæc audissem, & obiecissem, q̃si iaculo quodã sauciũ existimaui, surgẽsq; ne verbũ qdẽ vlteri⁹ loq pmisi, & hunc amictũ quẽ videtis circũdãs, erat eñ hyems, substrato hui⁹ pallio veteri recubui, & hisce brachiis felicẽ hũc sapiẽtemq; virũ penitusq; mirãdũ amplex⁹, noctẽ sic totã qeui. Hæc scio nõ negabis o Socrates. Is tñ formã q̃ ego maxĩe fidebã, spreuit oĩno q̃si ridiculã, supbeq; cõtẽpsit. Deos oẽs deasq; testor o Iudices, estis eñ Socraticę supbię iudices, me nõ aliter surrexisse, ac si cũ patre, vel fratre natu maiore iacuissem. Quã mihi mẽtẽ post hæc fuisse putatis, cũ me qdẽ cõtẽptũ existimarẽ, ei⁹ aũt ingenium, tẽꝑãtiã, & fortitudinẽ admirarer, virũ talẽ nactus, qualẽ me prudẽtia, & tolerantia reꝑrturum esse nullũ crediderã? Quapropter qua rõne illi succẽserẽ, ab eoq; discederẽ, haud inueniebã, neq; rursus q bus illecebris ipsum mihi cõciliarẽ. Nouerã eqdẽ difficili⁹ hũc pecuniis, q̃ Aiacẽ ferro domari posse: & id quo facili⁹ irretiri illũ sꝑauerã, me fefellit. Ambiguus itaq;, & huic viro magis q̃ ali⁹ qsq̃ alteri mãcipat⁹, circũuagabar. Hęc oĩa tũc a me facta sunt. Procedẽte post hæc tpe militia illi simul mihi q obuenit aduersus Potidęam, fuimusq; Socrates & ego in eo exercitu cõtubernales. Primũ qdem laborũ patiẽtia nõ me solũ, sed alios oẽs lõge superabat: & siquo in loco, vt accidere solet ĩ bello, cõmeatus deficeret, nulli pares huic repiebant̃ ad famẽ sitimq; pferẽdã. Rursus vero in abũdantia rerum & comessatione mẽsaq; militari, solus hic fruiposse videbat̃. Et q̃uis bibere nollet, tñ si cogebat̃, oẽs ꝓrinus bibẽdo lõge vincebat, & qđ mirabile est, ebriũ qsq̃ eũ nũq̃ cõspexit. Sed hoc mihi adhuc ĩ posterũ redargui posse videt̃. Aduersus aũt hyemes & frigora, q̃ illis ĩ locis asꝑrrima sunt, mirabilia faciebat. Qñq;.n. gelu maxĩo ĩtolerabiliq; facto, ita vt nulli exire de tabernaculis auderẽt, & siq exibãt, nõ nisi suffarcinati admodũ, pedesq; & crura pellib⁹ pãnisq; laneis diligẽter circũuoluti: Socrates p hoc ipm tps ita exibat cũ cæteris militib⁹, vt nihil ad eã vestẽ adiungeret, quã primo ferre solitus erat. Nudis vero pedib⁹ ꝑr glaciẽ facili⁹ incedebat, q̃ cũ calceis alii. Milites vero hæc intuẽtes, se cõtẽni ab eo suspicabant̃. Et in his qdem talis erat Socrates. Quid aũt fecerit tolerãtissim⁹ vir in eodẽ exercitu, opęreciũ est audire. Nã cum aliqñ cogitatio q̃dã ĩcidisset, stetit cogitans eodẽ vestigio a matutino tpe: cũq; explicare id qđ cogitabat nõ daret̃, ꝑrstabat cogitãs, nec dimittebat. & iã meridies erat, milites q id senserãt, ac mirabant̃, alterq; narrabat alteri Socratẽ ab aurora stetisse cogitãtẽ. Demũ vero ab Ionia qdã milites, cũ nox iã immineret, cœnati pri⁹, erat eñ tũc æstas, circa eum strata posuerunt, iacuerũtq; sub diuo illũ obseruãtes, an ꝑr noctẽ quoq; pseueraret. Socrates vero stetit vsq; ad aurorã sequẽtẽ, ac solis exortũ. Postea vero abiit, cũ iã solẽ nascentẽ salutauisset. In pliis quoq; qualis fuerit, nõ est silẽtio ꝑtereũdũ. Nã cũ ea pugna fuit, ex qua me quasi optimũ pugnatorẽ duces exercit⁹ donauerũt, nemo alius me seruauit q̃ Socrates. Vidẽs eñ me grauiter vulneratũ, nequaq̃ deseruit, sed ante me prosiliens, meipsum atq; arma mea protexit, ab hostibusq; seruauit. Atq; ego tunc ista pdicans conatus sum, vt non mihi, sed Socrati huic, a quo seruatus eram, dona illa traderentur. Neq; ista cõfutaueris, neq; veluti falsa negaueris Socrates. Tunc sane duces ad meam respicientes dignitatẽ, donare me maluerunt, te in primis o Socrates obsecrante, vt mihi nõ tibi honor exhiberetur. Illud quoq; dignum est memoratu, queadmodum fuga nostrorũ apud Delũ facta, se Socrates gessit. Nam iter fui quoq; huic prelio, & quidem ex equo pugnãs, cum Socrates ipse pedes esset. Profligatis igitur nostris, ac fuga iã omniũ facta, Socrates vna & Laches pedem referebãt. Atq; ego cũ in hos casu incidissem, bono animo esse iussi, meq; nunq̃ deserturum eos dixi. Hic igitur eo meli⁹ aspicere potui Socratẽ q̃ apud Potidæam, quo ipse confisus equo, minus formidabam. Primum igitur intueri licebat, quã ta cautione ac præsenti animo Lachem superaret. Deinde mihi visus est o Aristophanes, quod & ipse

Tũc mẽtis oculus acute incipit cernere cũ corporis oculus deflorescit.

recordaẽ.Quo fit,vt neq̃ intẽperat⁹ fit oĩno,neq̃ etiã tẽperat⁹,fed mõ quafi incõtinẽs,modo cõtinẽs videaẽ.Quęrẽs poftea caufas ob quas alii alios,aut magis minufve amẽt,cõfugit ad fidera,quorũ ab initio fint comites aĩæ.Tot eñ aĩarũ ordines hũanarũ ĩ Timæo difponit,quot ĩ cęlo funt ftellę.Hic reuertiẽ iterũ ad vires aĩę diuidẽdas:& rõnẽ qdẽ aurigã vocat, geminos vero appetitus equos gemi nos:appetitũ rõnalẽ equũ bonũ,appetitũ irrõnalẽ equũ malũ.fed ĩ hoc gñe appetitũ vergẽtẽ ad iracũ diã,minus malũ:declinãtẽ vero ad cõcupifcẽtiã,magis malũ.Deinde paffiones amãtiũ tã cõtinentiũ, q̃ incõtinẽtiũ,mutuũq̃ amorẽ quafi poeta depingit.Quo fit,vt non aliter his allegorice indulgendũ fit,q̃ canticis Salomonis.His actis,cũ de pulchritudine q̃ ad mẽtẽ,& q̃ ad vifum ptinet, tractauiffet, iã ad examinãdã orationẽ Lyfię pgit,atq̃ oratoris officiũ demõftrãdũ,vt pateat q̃lis orõnis pulchritudo fit,q̃ ptinet ad auditũ.Pulchritudinẽ orõnis in ordine collocat, videlicet vt caput habeat a fine differẽs,habeat & media,capiti & fini & inuicẽ neceffario copulata.Hmõi ordinẽ ĩ primis ab oratore pcipit obferuari.Probat aũt neminẽ oratorẽ verũ eẽ poffe,nifi rerũ pferti hũanarũ,aĩorũq̃ fciẽtiã habeat.Quo aũt orator id affeq poffit,pcipit vt a dialectico facultatẽ difcat diuidẽdi atq̃ cõponẽdi,quẽ effe vult pcipuũ veritatis idagãdæ ĩuenĩẽdæq̃ ĩftrumẽtũ,& ĩ Philebo dei nũcupat donum, ppterea q̃ ficut ĩ mũdo ppetuũ dei officiũ eft diuidere atq̃ cõponere,ita & dialectici eft in arte.Ideo q̃ cõfummatũ dialecticũ.i.metaphyficũ iudicat tanq̃ deũ eẽ colẽdũ.Cõparat poft hęc ĩuicẽ oratores, vituperatq̃ eos,q̃ verifimile vero anteponẽtes,populum fallũt atq̃ feipos,ftulteq̃ cõfidũt qd veri po tiffimũ fimile fit etiã abfq̃ veri ipfius notitia poffe cognofcere.Mox optima q̃dã nota pręcepta.Tria primũ oratori neceffaria funt,Ingeniũ,Doctrina,Exercitatio.Phia opus eft ad ipfam maxiæ cuiufq̃ artis pfectiõnẽ.Ab exercitatione dialectica,rerũq̃ cõtẽplatiõe fublimiũ,tandẽ mentis fublimitas vifq̃ ad agẽdũ efficax cõparaẽ.Quæ qdẽ duo ĩ artiũ maximarũ pfectiõe magnope neceffaria funt.Deĩde cõparat oratorẽ nõ legitimũ coquis,adulatoribufq̃,quẽadmodũ in Gorgia:legitimũ vero medico.Pro inde regulã tradit qua tã animi q̃ corporis,ĩmo rei cuiufq̃ natura fit cognofcenda,ftatimq̃ redit ad oratoris officiũ.Subdit ob ipm fcribẽdi officiũ literas in ægypto a dæmone quodã Theuthe vna cũ cæteris difciplinis inuentas fuiffe.Deridet pterea fcribẽdi ftudiũ,in eo videlicet q̃ p literas indubitatã pofteris cõfidat patefacere veritatem.Atq̃ Pythagoreorũ more pbat cõtemplationẽ traditionẽq̃ veritatis in aĩos,poti⁹ q̃ ĩ libros.Qđ in epiftolis quoq̃ cõfirmat.Deniq̃ folũ oratorẽ laudat,q̃ ĩgenio fit ftudioq̃ pñus.Cõcludit vero dialogũ orõne,votifq̃ pulchritudinem animi a deo petẽtib⁹.In qua confidera Socratem cæteris oĩno fpretis fola pulchritudine animi.i.fapientia effe contentũ, verũtamen indicare,hanc ipfam non tam humano ftudio,q̃ diuino munere comparari.

PHAEDRVS,VEL DE PVLCHRO, A MARSILIO FICINO TRADVCTVS,AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM.

PERSONAE DIALOGI.


SOCRATES,ET PHAEDRVS.

SO.



AMICE Phędre,quonam & vnde?PHAE.A Lyfia o Socrates Cephali filio. Pergo aũt deambulandi gratia extra vrbem. Plurimũ enim tẽpus cum eo fe dens a matutino ad hanc vfq̃ horam illic conftiti.a tuo autem meoq̃ fodali Acumeno pfuafus deambulando exerceor. qđ quidem exercitationis genus facilius falubriufq̃ ille q̃ currendi certamẽ exiftimat. SO.Probe ille quidem o amice monet.At enim Lyfias erat, vt videtur, in vrbe.PHAE.Erat.Nam apud Epicratẽ diuertit in hanc Olympo proximam Morychi domum.SO. Quid rei agebatur illic? An videlicet orationis epulo Lyfias vos accepit? PHAE.Scies,modo tibi otium fit pgrediẽti vna mecũ audire.SO.Quid vero?nonne putas me iuxta Pindarum negotio etiam anteferre tuam & Lyfię collocutionem audire?PHAE.Perge igitur.SO.Dicas modo.PHAE.Atqui difputatio illa o Socrates tuis auribus cõgrua. Sermo nãq̃ fuit qui habitus eft,nefcio quo modo,amatorius.fcripferat eñ Lyfias elaboratam & luculentam orationem non p amatore qdẽ, fed ex hoc ipfo artificiofa & cõpta erat oratio,q̃ aiebat nõ amãti potius q̃ amãti effe gratificãdũ.SO.O generofum virum. Vtinã fcriberet inopi potius q̃ opulẽto,& feni q̃ iuueni,& in cęteris oĩbus ita affecto vt ego & noftrũ com plurimi fumus,effe gratificãdũ.Ita eñ vrbana & publice vtilis foret oratio.Me tñ cupido tãta cepit audiendi,vt fi Megaras vfq̃ deambulãdo proficifcare,atq̃ Herodici more vbi ad murum acceſſeris protinus inde recedas, non te relinquam. PHAE.Quid ais optime Socrates? An putas quæ Lyfias multo tempore per otiũ compofuit differtiffimus oĩm qui nunc funt fcribendi,ea me rudem ita vt il lo dignum eft atq̃ referre meminiffe?permultum certe abfum.atqui mallẽ equidem id mihi q̃ multum auri adeffe.SO.O Phædre,fi ego Phædrum ignoro,mei quoq̃ oblitus fum.fed horum fane neutrum eft.Id enim certe fcio,q̃ non femel tãtũ ille Lyfiæ fermonem audiuit, fed iuffit fæpius recen-

Argumentum Marsilii Ficini in Phædrum.



Lato noster poeticę musæ, quã a tenera ætate, immo ab apollinea genitura sectatus est, furore grauid⁹, primũ peperit liberũ totũ pene poeticũ, & cãdidissimum candidissimus, & de pulchritudine simul atq; Amore vir pulcherrimus, oĩmq; amore dignissimus, vt merito cæteros quoq; liberos deinceps ediderit venustatis & gratię plenos a venerea Musa exordiũ felix auspicatus, solusq; oĩm venustatem vbiq; cũ dignitate coniunxerit. Q m̃ vero plurima hui⁹ libri mysteria in Theologia & libro de Amore exposuim⁹, argumẽtũ ei⁹ breuissime pstrĩgem⁹. Symposiũ de Amore qdẽ pcipue tractat, cõsequenter vero de pulchritudine. At Phędrus gratia Pulchritudinis disputat de amore. Neq; ab re oĩno ĩserta est oratio Lysię, atq; oratoria disputatio. Pulchritudo eñ & ad mẽtẽ, & ad visum, auditũq; ptinet. Quo fit, vt vbi de aĩorũ numinũq; pulchritudine agiť, itẽq; de pulchritudĩe corporis, merito de orationis pulchritudine disputeť. Statim vero in ipso exordio Socrates inter iocãdũ seria nimiũ tradit pcepta, Oĩa ob sapientiæ studiũ penit⁹ cõtemnẽda, Potissimũ sapientię studiũ cõsiderare seipsum. Inter hæc artificiosissima loci descriptio allegorice significat Academiã: Platan⁹, Platonẽ: Castũ arbustũ, amoris Platonici & Socratici castitatẽ: Fõs, in cõmunicãda sapiẽtia largitatem: ornamenta cętera oratorios poeticosq; flores quibus Academia Platonis abundat. Rephendiť iure Lysias q qualis sit amoris effectus ingrat, neq; prius amorẽ ipm̃ definierit neq; distinxerit. Considera inter hæc amoris Socratici pudicitiã. nõnulla eñ minus honesta pnũciaturus obuoluto capite exordiť. Mox inuocat Musas, vt rem minus honestam ipsę suo saltẽ splẽdore elocutionis honestent. Sed anteq̃ turpẽ vituperet amatorem, ne in eodẽ sit quo Lysias crimine, turpẽ amorẽ definit esse cupiditatẽ quandã siue libidinẽ a rõne rebellẽ, q̃ superet opinionẽ ad recta tẽdẽtẽ, & ad formę rapiat voluptatem. Sed dum ad definiendũ pergit, duos nobis tribuit duces, vnum quidem appetitum voluptatis ingenitum, alterũ vero legitimam quãdã opinionẽ acqsitã paulatim p disciplinã, & ad honesta ducentẽ. Verũ hos nobis intrinsecos duces, extrinseci duo mouent, Dæmon quidam aereus opinionem, aqueus vero libidinem. Postq̃ vero definiuit, multis rõnibus adolescẽtes a turpibus amatoribus segregat. Tum vero interea mirabile nota mysterium, Mosaico mysterio simile. Malorum plurimis in ipso statim prĩcipio, dæmon aliquis immiscuit voluptatẽ. Quoniã vero nõ tã philosophicã q̃ poeticã agit personã, subdit se correptum a dæmone, q Amorem dei nomen vituperauerit. Idq; facit, vt distincturus Amorẽ, poetico potius q̃ dialectico more distinguat. In his aĩaduertes grauissimum peccatũ esse in dei nomen delinquere. Rursus in animo esse presagium. Deinde poeticis qbusdam ambagibus artem a furore secernit. Furorem in diuinũ diuidit & humanũ. Diuinũ in quatuor. s. in vaticiniũ, mysterium, poesim, atq; amorẽ. Prouidẽtiã religionẽq; confirmat. Sapientiam diuino furore infusam humanæ sapientię longissime anteponit. Anteq̃ peragat animarũ tractatũ particularium, aĩas in mediũ cões adducit. s. mũdi animã, quã noĩat Iouem, atq; sub ea duodecim aĩas sphærarũ duodecim mũdanarũ, qbus subdit totidẽ ordines dæmonũ, totidẽq; pticulariũ aĩarũ. Singulis vero currus accõmodat. i. cęlestia corpora atq; sempiterna. De rationalibus aĩabus disputat, diuinis, atq; humanis, de circuitu vtrarũq;, & qua rõne hoĩm aĩæ tã in cęlo aĩarũ cælestiũ cõtẽplationẽ comiteť, q̃ sup cælũ angelicũ sequantur intuitum. Quid vero in aĩa Currus vehiculũ, alæ, auriga, equi, Fatum, casusq; ĩ corpus, quid iterũ Iupiter in cęlo magnus, cęteriq; dii sequẽtes, in Theologia exponim⁹. Satis vero tibi fuerit ĩ pŝentia ĩtelligere geminas alas esse geminũ instinctũ mẽti ingenitũ ad supna aĩm eleuantẽ, in intellectu qdẽ instinctum ad diuinũ verũ, in voluntate vero instinctũ ad diuinũ bonũ p viribus conuertentẽ. Quando vero hi quidem remittuntur, inclinatio aũt vegetalis naturæ intenditur ad corporea gubernanda, aĩas fractis iã alis in elemẽta descẽdere Pythagorici putant. Post hæc cadẽtẽ de cælo aĩam in nouẽ distribuit gradus. In his oĩbus & poetica licentia vtitur, & Pythagorica potius q̃ ppria narrat. Inter hæc aĩaduerte similẽ aĩarũ describi casum a Pythagoricis, atq; dæmonũ a pphetis. Numerũ quoq; nouenarium, tam choris angelicis, q̃ lapsis inde demonibus cõuenire. Mitto nunc q similem quẽdã casum Pherecydes Syrus narrat dęmonib⁹ accidisse. Additq; Ophioneũ. i. serpẽtem dæmonicũ fuisse caput exercitus rebellantis a mente diuina. Huic & simile, quod in mysteriis diuinis cõtineť, Iouem. s. inferiores dæmones ad inferos deturbasse. Sed ad dialogum redeamus. Deniq; virum purgata mẽte deo deditum, omnibus inde bonis impleri, solũq; sapientẽ esse, q̃uis quasi extra se positus, vulgo derideať velut insanus. Post hæc descẽdit ad diuinum legitimi amoris furorem, quem accẽdi putat in animo qñ pulchram aspiciens corporis formã, diuinę pulchritudinis, quã quõdam contemplat⁹ fuerat, facile recordatur, illiusq; recuperandæ desiderio inflammatur, & furit. Sed cõtrarium huic describit furorem quasi ferinũ, a forma corporis nõ ad diuinum intuitũ ascẽdẽtẽ, sed ad venereũ cõgressũ turpiter descendentem. Describit rursus humanũ quendã furorẽ inter diuinũ atq; ferinum, in eius accensum aĩo qui admiratione formæ corporeæ occupatus, neq; obliuioni diuinã tradit omnino, neq; penitus

dias se incurrisse amici causa cõqrũt.Quaobrẽ tantis malis sublatis,nihil aliud restat,nisi vt prom pti sint ad oĩa q̃ grata illis fore existimẽt,pagẽda.Aiunt pleriq̃,amatores idcirco pluris facere oportere,ꝙ maxima erga amatos charitate deuicti sint,sempq̃ parati,tũ dictis,tũ factis amatis obseq,etiã si ex hoc cæteros oẽs offenderint.Quorũ sententiã verã nõ esse hinc facile cõiectam⁹,ꝙ translata ab aliis in alios beneuolẽtia,posteriores amatos priorib⁹ anteponũt:ac si recentiores iusserint, supiores hostiliter insequũtur.Atq quanã rõne decet tale qd illi cõcedere, q ea calamitate affectus ẽ,quã nũq̃ exptus qſq̃ cõcesserit?Enuero & ipsi isanire poti⁹ q̃ sapere cõfitent,& nosse ꝑterea insaniã suam, sed cõtinere se minime posse.At vero q sapiũt,quonã pacto eoꝝ q sic affecti sunt,cõsilia volũtatesq̃ probabũt?Preterea si ex amãtibus optimum eligere velis, ex paucis tibi optio dabitur:sinautem ex aliis cõmodissimũ tibi sodalẽ q̃sieris,ex multis sane licebit eligere.Maior vero spes est, hominẽ amicitia tua dignũ inter multos q̃ inter paucos reptũ iri.Si igit ex legũ cõstitutiõe publicã vereris infamiã, meminisse oportet amatores q ita se amãdo censent vt ipsi alios amãt,solere palã ꝙ nõ frustra inuigilauerit,gloriari.Eos vero qui nõ amãt,qm̃ cõtinere se possunt,solere qd optimũ est,poti⁹ q̃ rumorẽ multitudinis q̃rere.Adde ꝙ vulgus cũ sentiat amatores amatos seq assidue,in oĩbus obseq, suspicat ne turpis eos cupiditas ceperit,aut forte iã capiat. Non amãtiũ vero familiaritatem iꝓbare nõ audet:Scit em̃ necessariũ esse hoĩes iuicẽ vel amicitiæ vel cõmoditatis alicui⁹ cã sæpe versari.Proĩde si te met⁹ inuaserit putãtẽ difficile fore vt maneat amicitia,imo simultate orta accidere cõem vtrisq̃ iacturã:te vero cõcedẽte ea q̃ multi facis,maxĩe lęsum iri:nõ iiuria amatores valde timebis.multa em̃ illos offendũt,atq̃ oĩa in sui detrimẽtũ accidere arbitrant.Quapropter amatos versari iter alios ꝓhibẽt,metuẽtes ne diuites eos opib⁹ superent,aut docti viri intelligẽtia pſtent:atq̃ oĩno siq egregiũ aliquid ĩ se habere videant,ab iis amatos ꝓcul arcere conant.Ita vt ab iis abstineãt pſuadẽtes,amicis oĩbus priuãt.Tu vero si rerũ tuarũ rõne habita meli⁹ q̃ illi deliberaueris,ab eis dissenties atq̃ abibis. Qui aũt amore tui capti nõ sunt,sed ꝓpter virtutẽ q̃ oportet efficiunt,alioꝝ tibi familiaritatem minime inuidebũt,sed poti⁹ oderint eos q tibi hærere noluerint,arbitrantes ab illis quidem te despici, a familiaribus vero iuuari.Quãobrẽ multo maior spes est amicitias ex hoc cõmercio q̃ inimicitias ꝑuenire.Accedit ad hæc ꝙ amãtiũ plurimi pri⁹ corpus cupiũt,q̃ aut mores aut alia q̃uis ad amatum pertinentia nouerint.Quo efficit,vt dubiũ sit an extĩcta cupiditate in amicitia pſeuerẽt. Nõ amãtib⁹ aũt,q cũ pri⁹ etiã amici essent nõ agebãt oblectamẽti gfa oĩa,cõsentaneũ ẽ nõ adeo ardẽtẽ cõflari bñuolẽtiã,sed ipoꝝ officia monimẽta futuroꝝ accipi.Quĩetiã melior euades si mihi credideris,q̃ si amatori pbueris autes.Nã amãtes ꝑter modũ dicta & facta tua laudib⁹ efferũt,ptim qa verent ne te offẽdãt,ptim qa ꝓpter cupiditatis ardorẽ in iudicãdo fallunt.Talia enim q̃dã amor ex se parit.Ifortunatos qdẽ,ea etiã q̃ aliis molestiã nullã pbent,tristia putare cõpellit:fortunatos aũt & voti sui compotes,quę lætitia digna non sunt,cogit tanq̃ iucunda laudare. Quapropter miserari eos magis oportet q̃ diligere.Qꝫ si mihi credideris,primo qdẽ nõ ad pſentem voluptatẽ,sed ad futuram vtilitatẽ familiariter vtar,nõ amori mãcipat⁹,sed mihi ipse imperãs:neq̃ ob minimas causas,aliq̃n graues inimicitias suscitabo,immo vero ob maximas vix tãdẽ cõmot⁹,inuoluntaria errata ignoscam, voluntaria emendare & deuitare conabor.Hæc sunt diu duraturę amicitiæ argumenta.Si aũt tibi in mentẽ venerit non posse firmam nisi ab amore amicitiã nasci,aĩaduertere debes , ꝙ hac rõne neq̃ filios multi faceremus,neq̃ parentes neq̃ filios eos haberemus amicos,qui nõ ex amoris hui⁹ ardore,sed aliis quibuslibet studiis facti essent amici.Ad hęc si egenis obsequendũ est maxime,cõuenit oĩno non meliores hoĩes,sed pauperrimos iuuare.maximis em̃ liberati malis gratias ĩgẽtes habuerũt. In propriis quoq̃ & priuatis sumptibus non conuocandi amici erunt,sed esurientes & supplices.hi enim beneficium maximi facient,te sectabunt,ad fores opperient,applaudent,gratias ingentes agent,vota pro te fundent.Cæterum decet forsitan non egenis maxime indulgere,sed his potius qui referre gratiã possunt:neq̃ amantibus solum,sed beneficio dignis:neq̃ his qui forma tua delectantur,sed qui tibi etiam seni profuturi sint,nec illis qui voti sui cõpotes facti palã sese iactabunt,sed qui verecundi tacebũt:neq̃ illis q breue ad tẽpus te colẽt,sed q ꝑ oẽm vitã similiter diligẽt:neq̃ illis q extincto cupiditatis ardore inimicitiarũ occasiones inquirẽt,sed q forma deflorescẽte virtutẽ suã cõstantiamq̃ ostendent.Tu igitur quæ dixi memento,atq̃ id cogita,ꝙ amantes ab amicis increpantur quasi turpe qdam sit amor.At eos qui nõ amãt nullus familiariũ ob id vituperat ꝙ hoc pacto male sibiipsi consulant.Forsitã me rogabis,nunquid oĩb⁹ nõ amãtib⁹ obtẽperare te moneã.Ego aũt puto neq̃ ipm̃ qdẽ amatorem iussurũ esse te erga om̃es amantes hãc eãdẽ mẽtẽ habere.Neq̃.n.accipienti,id pari gratia dignum,neq̃ tibi cæteros latere volenti,similiter facile.Oportet aũt iacturã qdẽ ex hoc nullã,vtilitatem vero ad vtrosq̃ aliquã prouenire.Ego iam dicta sufficere arbitror:siquid aũt tibi addendum videt,interroga.Quid tibi videt o Socrates?Nõne mirifice orationem hãc & in aliis rebus & in verbis compositam esse?SO.Mirum in modum o amice , ita vt obstupuerim . atq̃ ita o Phædre propter

feri.Lysias autem parebat libẽs.Nec vero Phædro id satis,verũ sumpto demũ libro,q̃ maxime cupie bat cõsiderauit.Qđ cũ fecisset illic a matutino assiduus,deambulaturus abscessit,per Canem vt equi dẽ reor,memoriæ mãdãs,nisi forte prolixior erat ořo.Tẽdebat aũt modo extra muros,vt ea ipsa me ditaret.Obuians vero homini sermonũ amore insano,eo cõspecto lętatus est,quia cõgaudẽrẽ coexul tantemq; foret habiturus,ac pgere vna iussit.Deinde vero ab hoie ipo sermonũ auido rogat⁹ dicere simulabat grauari,quasi nõ cuperet referre:tãdẽ vero & si nemo sponte audire veller, erat ad audien dũ illata vi coacturus.Te ergo Phędre rogatim,qđ etiam nõ rogat⁹ facturus es,mihi nunc vt facias. PHAE.Satius est igiť vtcũq; possum dicere.Videris eñ nõ prius me dimissur⁹,q̃ pro viribus dixe- ro.SO.Vere nimiũ tibi videor.PHAE.Sic igiť faciã. Sedenim verba qdẽ ipsa o Socrates nõ edidici: sentẽtias aũt pene oĩm, qbus amãtẽ ostendit a nõ amãte differre,teneo eqdẽ,easq; breuiter referre ti bi p ordinẽ pergo.SO.Ostẽde amabo pri⁹ qd ĩ sinistra habes sub pallio.Suspicor eñ te librũ ipm ha- bere.Id si sic est,ita cogita,me qdẽ te magnĩ facere,attamen p̃sente Lysia,me tibi auditorẽ p̃bere nõ ẽ cõsiliũ.sed age ostẽde.PHAE.Desistas.Magna de spe me deiecisti o Socrates,quã in te habui,quasi in geniũ vna tecũ exercitaturus.Sed vbi vis sedentes legamus?SO.Huc circa Ilyssum fluuium diuerta mus.postea vbi videbitur,sedẽtes requiescem⁹. PHAE.Peropportune decalceat⁹ sum.nã tu qdẽ sem per.Facile igiť nobis erit p aquulã ipam vadere,& nõ ĩiucũdũ,p̃serti hac anni hora,atq; diei.SO.Per ge igiť,& simul conspice vbi sedeamus.PHAE.Vides illã altissimã Platanũ?SO.Video.PHAE.Ibi & vmbra,& ventus modicus,& mollis hærba,vbicũq; sedere vel etiã recũbere velimus. SO.Perge igiť. PHAE.Dic mihi o Socrates.Nõne hic olim fertur Boreas ab Ilysso Orithyiã rapuisse?SO.Ferť qui dem.PHAE.An nõ hic grata,pura,& nitida apparet aquula,puellarũq; apta ludis? SO.Nequaq̃,sed paulo ĩferi⁹ ad duo vel tria stadia,vbi Dianæ tẽplũ offendimus,atq; ibidẽ ara q̃dã est Boreę.PHAE. Nõ adeo noui.Sed dic p Iouẽ Socrates,tu ne hanc fabulã putas verã fuisse? SO.Iã si nõ putarem,vt sapiẽtes,absurdus nõ essem:deĩde rẽ cõmẽtãs vẽtũ Boreę dicerẽ p̃ximis e petris cũ Pharmacia luden tẽ Orithyiã deiecisse,atq; ita mortuã,raptã hinc a Borea fingi,vel ex Areopago.Est eñ & alia fama nõ ex hoc loco,sed ex illo raptã fuisse.Ego aũt o Phædre iucũda qdẽ hæc existimo,sed curiosi nimiũ atq; anxii,nec porro fortunati viri,si nihil ob aliud,at ob id ipm,q̃ ei necesse sit Cẽtaurorũ & Chimę ræ formam interp̃tari.Atq; etiã cõfluit turba Gorgonũ & Pegasorũ, aliarumq; mõstrosarũ multitu- do formarũ.Itaq; siqs hæc non ita vt narranť,esse credat,sed ad cõueniẽtẽ sensum singula velit tra- ducere,rustica quadã sapiẽtia fræt⁹,otio nimiũ indigebit.Mihi vero ad hæc otiũ nõ est ob eã o ami- ce cãm,quia nõdũ queo scđm Delphicũ p̃ceptũ meipm cognoscere.Ridiculũ igiť puto,cũ mea ipse ignorẽ,aliena p̃scrutari velle.Quare his dimissis,atq; existimationi quã de his paulo ante narrabã fi- de adhibita,nõ ipsa quidẽ,sed meipm cõsidero,vtrũ ego sim bestia aliqua Typhone multiplicior,ar- dentiorq;,& furiosior,siue placati⁹ q̃ddã & simplici⁹ aĩal diuinæ cuiusdã mitisq; sortis natura parti- ceps.At o amice nõne hęc ad quã inter loquẽdũ p̃uenim⁹,ea erat arbor ad quã nos ducebas?PHAE. Hæc certe ipsa.SO.Per Iunonẽ p̃clara deductio.Nã Platanus ista patulis admodũ ramis & p̃cera est, & altitudo viticis illius quẽ castũ vocãt,opacitasq; pulchra nimiũ & amœna,ac p̃cipuũ nunc habet florescẽdi tempus,vt oĩs circũ loc⁹ suauitate cõpleať odoris.Fõs quoq; nitidissim⁹ sub Platano fluit aquæ nimiũ frigidę,vt ex tactu pedis cõiectare licet.Quẽ sculptæ hic puellæ cęteræq; imagines nym phis & Acheloo sacrum esse testantur.An nõ aduertis præterea q̃ iucũda & dulcis hic aura spiret? Aestiuum insup quiddã & canorũ cicadarũ subresonat choro.Sed omnium ornatissimum est,hęrbam ipsam aspicere,vt in prato suauiter accliui recumbentis caput sit molliter suscipere apta.Itaq; tu per q̃ optime me quasi hospitem deduxisti o amice Phædre.PHAE.O admirabilis vir, absurdissimus q- dam videris:& profecto quod ais,hospiti cuidã deducto,nõ incolæ similis es: ita neq; fines nostros transisse vnq̃,neq; extra mœnia ipsa egressus appares.SO.Ignosce mihi optime Phædre.Nam discen di cupidus sum,agri vero & arbores nihil docere me possunt,sed homines qui in vrbe versantur.Tu autem videris mihi exeundi incitamentum inuenisse.vt enim famescentibus animalibus frondes aut fructus porrigentes ea ducũt,ita tu mihi librũ porrigens,per totã Atticã & alio quo velis,perduce- res.Iã igitur cum huc peruenerimus,recũbere mihi placet.Tu autẽ in qua potissimũ figura. videbiť cõmodissime posse legere,ea assumpta leges.PHAE.Audi igiť.Mearũ qdẽ rerũ status sic se habet , & id maxime nobis,vt audisti,cõducturũ puto.Arbitror autẽ me nõ minus ob id abs te siquid petiero consequi debere,q̃ amore tui captus minime sum.Nã amatores cum primũ libidinem expleuerunt, collati beneficii pœnitet:eos vero q amore irretiti non sunt,pœnitet nunq̃.nõ enim coacti,sed spon- te vt optime de suis rebus consultarunt,p rerũ suarũ facultate b̃ñficia cõtulere. Præterea amatores mente quãdoq; reuoluunt q̃ negligenter res suas p̃pter amorẽ administrauerint,& q̃ suo dãno cõtu lerint b̃ñficia,quosve labores subierint,ideoq; dignã amatis gratiã retulisse existimãt.Sed hi q amo- re decepti non sunt,neq; rei domesticæ negligẽtiã,neq; labores preteritos, neq; propinquorũ discor-

Ridiculũ est,cũ qs sua ignoret,aliena scrutari.

Qr inter hoies non inter arbores viuendum.

Oratio Lysię contra amatores.

quod in aliis damnamus,postq̃ nobis discrepatio est vtrum amãti potius vel non amanti,in amicitia sit eũdum,quid amor ipse sit,& quã vim habeat,deffinitione ex consensu posita cognoscamus:atq; ad id respicientes referentesq; considerem⁹,emolumentũ ne an detrimentũ afferat. Q̃ igitur cupiditas quædã sit amor,oĩbus manifestũ:q̃ vero etiã q non amãt,pulchra seu bona cupiũt, non ignoramus. Vt igit̃ quo amãs a non amãte discernit̃, intelligamus,scire oportet duas in vnoquoq; nostrũ Ideas esse dominãtes atq; ducẽtes,quas sequimur quocũq; ducũt. Altera q̃dem est innata nobis voluptatũ cupiditas.Altera vero acquisita opinio optimi affectatrix.Hę aũt in nobis qñq; consentiũt,qñq; in seditione & discordia sunt:& modo hæc,modo altera puincit.Quãdo igit̃ opinio ad id q̃d optimũ est, rõne ducit,ac superat,hæc ipsa viuendi potestas temperãtia nominat̃.Quãdo vero cupiditas absq; ratione ad voluptates trahit,nobisq; imperat,imperiũ hoc libido vocat̃.Libido aũt cũ multiformis sit, multarũq; partiũ,multas vtiq; appellationes habet,& harum formarũ quæ maxime in aliquo exuberat,sua illũ appellatione nominatũ reddit,nec vllũ suis decorum,aut dignum tribuit cognomentum. Circa cibos enim superatrix rationis & aliarũ cupiditatũ cupiditas,ingluuies appellat̃:& eũ qui hãc habet,hac ipsa appellatione nũcupatũ reddit.Rursus quę circa ebrietates tyrãnidẽ exercet,ac eũ quẽ possidet hac ducit,patet q̃d habebit cognomen. atq; alia horũ germana, & germanarũ cupiditatum nomina vbi aliqua maxime dominat̃,quomodo ponenda sint,manifestum est.Cuius aũt gratia superiora omnia dixim⁹, fere iam patet:si tñ dicat̃ magis q̃ prætermissum sit,patebit.Nã cupiditas absq; ratione quæ superat opinionem ad recta tẽdẽtẽ,rapitq; ad voluptatẽ formę,& a cognatis cupiditatibus circa corporis formã vehemẽter corroborata peruincit & superat,a rhomis.i.robore & vehemẽtia,Eros.i.amor appellata est.Num tibi o amice Phędre quemadmodũ mihi videor diuinum quiddã passus fuisse? PHAE.Profecto quidẽ o Socrates p̃ter solitũ profluens quędã amplitudo te cepit.SO. Silentio igitur me audi.Nã reuera diuinus hic videt̃ locus.Quare si sępius nymphis procedente sermone corripior,ne mireris.Ea certe quæ modo canebam,a dithyrambis non multum distãt.PHAE. Verissima narras.SO.Horũ quidem tu causa es.sed audi cætera,ne abeat id quod superuenit. At vero deo curæ erunt,nos disputãdo ad puerũ reuertamur.Age igitur o optime,quid sit id de quo consulitur,dictũ & definitũ est.Respicientes ergo ad hoc q̃d reliquũ est, videamus quid emolumẽti vel damni ab amante & non amãte,ei qui obsequitur sit merito prouenturum.Hominem libidini mãcipatũ & voluptatibus seruientem necesse est amatũ suũ pro viribus sibi q̃iucũdissimũ reddere.Aegrotanti vero quicquid non repugnat,iucũdũ:q̃d vero melius,aut æquale,molestũ. Quare neq; præstantiorẽ,neq; parẽ amator amatũ sponte vnq̃ patiet̃ esse. Inferiorem aũt indigẽtioremq; quoad poterit, semp efficiet.Deterior ignorãs sapiente,forti timidus,ineptus ad dicendum rhetorico, hebes acuto. Hęc & plura insuper animi mala cum natura insunt vel fiũt amato,gaudet amator,atq; alia insup inferre conatur.Alioquin voluptate priuatur.Inuideat ergo necesse est amator amato,atq; eũ ab omni consuetudinę studioq; vnde vir excellens euadere possit,amouens,vehemẽter officiat.Maxime tamẽ ex priuatione illius obest,q̃d prudentissimum efficit.Prudentissimum vero diuina facit philosophia a qua amator procul abducere amatũ compellitur,metuens ne ab eo si fiat sapientior,contemnatur. Deniq; omnia efficit,quibus ille omnium ignarus euadat,admireturq; amantem.Qualis cum fuerit, amatori quidem iucũdissimus erit,sibi aũt ipsi perniciosissimus . Atq; ita in his quæ ad intelligentiã pertinent,noxia est cũ amatore consuetudo.Posthac videndũ quo pacto is qui bono dulce anteponere cogitur,corpus illius quem amat,si cõmissum sibi fuerit,sit curaturus. Optabit p̃fecto corpus nõ solidum,sed molle & delicatũ,non sub sole sed vmbra nutritũ,quod procul a periculis & laborib⁹ siccisq; sudoribus,muliebri & delicato victu fuerit educatũ, coloribus alienis extraneisq; ornamẽtis ex propriorum defectu ornatum,cæterisq; horum similibus consuetũ.Quæ omnia cũ prolixius recẽsere indignum sit,summatim in præsentia concludem⁹,vt reliqua prosequamur. Talem sane corporis habitum in præliis & quauis alia ingenti necessitate,hostes quidem audacter inuadũt,amici autem ipsi q; amatores huic maxime metuunt. Sed hoc iam tãq̃ manifestum, dimittendum est. Deinceps vero dicendum quid nobis emolumenti vel damni in rebus externis amantis familiaritas & custodia præbeat.Atqui hoc omnibus amatori præsertim est manifestum,q̃ amicissima charissimaq; & diuinissima possessione orbum fieri amatum desiderat. Parentibus enim,necessariis,amicis, priuari eum exoptat,existimãs eos dulcissimæ ipsius cum amato cõsuetudini impedimento fore.Puerũ pręterea vel auri vel cuiusuis possessionis ditissimum, neq; facile capi posse putat: neq; si captus fuerit, detineri. Quãobrẽ necesse est amatorem tãq̃ inuidũ amati p̃speritate dolere, aduersitate gaudere. Quinetiã sine vxore,sine filiis,sine domo,diu exoptat viuere adolescentem, cupiens plurimum tempus propria dulcedine perfrui . Sunt alia quoq; mala, sed horum plurimis in ipso statim principio dæmon aliquis voluptatem immiscuit:veluti adulatori grauissimæ bestiæ maximæq; calamitati inseruit natura oblectamentum aliquod non inconcinnum . Vituperabit quoq; scortum aliquis vtpote noxium,

te affectus sum,dũ te respicerẽ,quia mihi videbare in legenda oratione gestire. Putans ergo te talia magis q̃ me cognoscere,tibi obsecut⁹ vna cũ diuino isto tuo capite ipse quoq; pbacchat⁹ sũ.PHAE. Siccine tibi videt̃ iocãdũ?SO.Ego tibi iocari videor?An non serio loqui? PHAE.Nullo mõ o Socrates,sed verũ dic p Iouem amicabilẽ,putas quẽq̃ Grecorũ hac ipsa de re plura atq; maiora dicere posse?SO.Quid vero?laudãdũ scriptorẽ eo solũ cẽsemus,q̃a ea dixerit quę oportuerit?ac non eo solũ,q̃a dilucide & rotũde & elegãter singula verba posuerit?Si eñ vis,tui gratia concedendũ est:nã me qdẽ ob ignauiã meã & imperitiã latuit.Eloquẽtiæ eñ dicẽtis solũ intendi,ad id vero nec Lysiã quidẽ ipm sufficere se existimare putabam. Profecto mihi visus est o Phædre,nisi tu aliud dicas, bis & ter eadẽ repetisse,quasi deesset illi copia eadẽ de re multa dicẽdi,vl̃ quasi nulla sibi de hoc cura esset.Ac mihi visus est sese ostẽtare,q; posset eãdẽ rem aliter & aliter dicẽdo vtroq; mõ luculẽte dixisse.PHAE.Nihil ais o Socrates,hoc eñ maxime oratio habuit. Nã quę erãt i re de qb⁹ cõmode dici posset,eorũ nihil p̃termissũ est,vt p̃ter illa quę ab hoc dicta sunt,nemo eadẽ de re plura aut pbabiliora dicere possit.SO.Id ego nõ iã amplius confiteri possum.prisci eñ sapientesq; viri & mulieres q de his dixerũt scripserũtq;,redarguent me,si tui gr̃a id concessero.PHAE.Quinã isti?& vbi tu meliora audisti?SO. In p̃sentia qdẽ nõ satis memini.Sed pfecto alicubi q̃dã audiui,vel Sapphus pulchrę,vel sapiẽtis Anacreontis,vel scriptorũ aliorũ.Vnde vero hoc ipse cõiecto?quia plenũ o beate mihi sentio pectus aliorũ & nõ deteriorũ quæ dici possunt.q; vero a meipso nihil tale cognouerim,intelligo, meæ inscitiæ conscius.Restat igit̃ me instar vasis hæc ex aliorũ fontibus hausisse,sed iterũ ob ruditatẽ meã & quomõ & a q̃bus perceperim,oblitũ esse.PHAE.O generose optime dixisti.A q̃bus acceperis & quõ,neq; etiã si iussero dicas.At illud dicas qd̃ pfiteris, rursus habere te plura & p̃stãtiora his quæ a Lysia scripta sunt.qd̃ si feceris ab istis abstinẽs,aureã tibi promitto in Delphis statuã æquilibrem,qd̃ nouẽ principes solẽt,nõ meã solũ sed tuã etiã ponere.SO.Amicissimus es,& reuera aureus o Phædre, si me dicere putas Lysiã omnino aberrauisse,ac posse p̃ter hęc oĩa meliora alia dici. Hoc eñ ne deterrimo qdẽ scriptori arbitror euenire.Principio,quãtũ attinet ad id de quo sermo habet̃, putas ne aliquem pbare volentẽ nõ amãti magis q̃ amãti gratificãdũ esse,nisi pbauerit nõ amãtẽ prudẽtẽ esse, amãtem vero insanũ,& illũ qdẽ laudauerit,hũc vituperauerit,q̃ sane necessaria sunt,alia deinde q̃ dicat habiturũ?Sed existimo,hęc talia dimittẽda scriptorib⁹ & cõcedẽda sunt,nec iuẽtionẽ horũ,sed dispositionẽ esse laudãdã.at illorũ q̃ nõ sunt necessaria & difficulter reperiunt̃,non dispositionem solũ, sed inuentionem etiã laudãdã puto.PHAE.Concedo qd̃ ais. mediocriter eñ dixisse videris. faciã igit̃ & hoc ipse modo.Amãtem eñ q̃ nõ amãtẽ magis ægrotare,præsupponere tibi pmittã. In aliis aũt si plura & pręstãtiora q̃ Lysias dixeris,iuxta Cypselidas in Olympia aureus stabis.SO.Serio id accipis o Phędre,q; virum tibi dilectissimũ reprehendi.Ego vero tecũ iocabar. Ac me putas reuera hoc aggressurum esse,vt aliud quiddã præter illius sapientiã dicã ornatius.PHAE.Hac de re o amice in easdẽ ansas peruenisti.dicẽdũ tibi est oĩno,vtcũq; poteris.Caue igit̃ ne molestũ illud comœdorum aggressi eadem nobis vicissim rependere compellamur,neve illud me dicere cogas. Si ego o Socrates,Socratem ignoro,mei quoq; ipsius oblitus sum.Et cupiebat q̃dem,sed simulabat grauari.Demũ ita cogita,non esse nos prius abituros hinc,q̃ tu dixeris quæ habere aiebas in pectore meliora.Sumus eñ soli,& q̃dẽ in solitudine,ego aũt iunior & robustior.Ex his oĩbus intellige qd dicã, nec velis coactus potius q̃ sponte loqui.SO. At eñ o beate Phædre,ridiculus ero si ipse rudis cũ optimo illo scriptore cõtendero,ac de rebus eisdem ex tẽpore disputauero.PHAE.Scis vt se res habet?Missa isthęc facias mecũ. Ferme eñ inueni p quæ te cõpellã.SO.Ne dicas obsecro.PHAE.Ne dicã?Immo vero iã dico.Ad iusiurãdũ me vertã.Iuro eñ tibi per aliquẽ deũ,vel si vis p hanc platanũ,nisi tu dicas in eius conspectu me nũq̃ posthac cuiusq̃ orationem tibi ostensurum esse,vel nũciaturũ.SO.Papę o scelestę,q̃ pulchre reppersti qua ratione virũ orationis auidũ,ad quiduis agẽdũ cõpelleres?PHAE.Quid ergo cũ talis sis,tergiuersaris? SO.Minime amplius,quãdo qdẽ tu ita iurasti. Qui eñ quirem ab hac mẽsa abesse? PHAE.Dic igit̃.SO.Scis qd agã?PHAE.Qua de re dicis?SO.Obuolutus dicã, vt celerius transcurrã sermonẽ,nec ad te respiciẽs,ob pudorẽ impediar.PHAE.Dicas modo, alia vt vis,ita facias.SO.Iã agite o Musę Ligiæ,siue pp̃ter speciem cãtus,siue pp̃ter musicũ genus illud Ligiũ & canorũ hoc habetis cognomen,meũ adiuuate sermonẽ,quẽ me dicere optim⁹ iste compellit,vt eius sodalis q primo huic sapiens videbat̃,nũc magis etiã videat̃.Erat puer qdã,imo vero adolescentulus egregia indolẽ præditus,huic aũt erãt amatores cõplurimi,quorũ vnus vir sane versut⁹ cũ nihilomin⁹ q̃ cęteri eũ amaret,puero se non amare suasit.Quãdoq; vero cũ obsequiũ sibi ab eo peteret,petẽs illum,probauit nõ amãti potius q̃ amãti gratificãdũ,atq; ita inq̃t. In oĩbus o puer vnicũ principiũ iis q bene cõsulere volũt,est intelligere qd illud sit de quo cõsultat̃,vel omnino aberrare necesse.plerosq; vero latet q; nesciãt rei substantiã.Tanq̃ igitur scientes,in disceptationis principio non declarant.pcedentes vero quod par est consequitur, vt nec sibi, nec aliis consentanea loquantur. Tibi igitur & mihi ne accidat

deliquimus. Atqui valde ineptæ disputationes hæ nostræ videntur, quis vrbanæ: quę cū nihil syncerū verūq; contineāt, gloriātur tamen tāq̄ plurimū valeāt, si homūculis nonnullis deceptis approbentur. Mihi igitur o amice expiari necesse est. Est aūt his qui cōfabulando peccant, expiatio quædā vetus, quā Homerus nō nouit, sed Stesichorus. Oculis enim priuatus ob Helenæ vituperationem, non ignorauit cæcitatis causam vt Homerus, sed vtpote musicus eam agnouit. Itaq; statim illa fecit carmina. Non verus sermo ille fuit, nec nauibus altis Existi fugiens, nec adisti Pergama Troiæ. Atq; ita edito poemate, quā Palinodiā, id est cantū contrarium vocāt, confestim visum recuperauit amissum. Ego autem in hoc ero vtrisq; sapiētior, q; anteq̄ accidat mihi quicq̄ mali ob Amoris vituperationē, conabor illi palinodiam reddere, & quidem aperto capite nō vt supra ob verecundiā velato. PHAE. His vero o Socrates nihil mihi gratius efficere posses. SO. Etenim meministi o Phædre q̄ impudenter ex libro lectum est, & a meipso quoq; de amatore dictum. Q2 si generosus vir aliquis & modestus qui similem sibi aliū amet aut amauerit, nos audiat dicentes q; amātes ob minimas causas sępe maximas inimicitias suscitant, & inuidi amatis perniciosiq; sunt homines, audire se arbitrabitur in nauibus nutritos, qui liberalem amorē aliquē nūq̄ inspexerint, neq; vllo modo nobis cōcedet, quę in amoris vituperationē adducimus. PHAE. Forte p Iouē o Socrates. SO. Hūc ego hominē veritus, & Amorē ipsum metuēs, cupio veluti potabili oratione salsum illū auribusq; nostris noxiū sermonē diluere. Consulo quinetiā Lysiæ, vt q̄primū scribat amanti potius q̄ non amanti ex similibus indulgendum. PHAE. Ita futurū certo scito. Nā postq̄ tu amatorem laudaueris, necesse erit Lysiā vt eadem scribat a me cōpelli. SO. Credo equidē, q̄diu qui nūc es fueris. PHAE. Dic age forti animo. SO. Eia vbi mihi puer ille adest, ad quē superiorē sermonē habui, vt hunc etiam audiat: ne si minusq̄ audierit, temere non amāti obtemperet. PHAE. Is tibi proximus semper adhęret, quoad cupis. SO. Sic ergo o egregie puer cogita, priorē sermonem Phædri Pythocle geniti Myrrhinusii fuisse: sequētem vero Stesichori Euphemi filii, viri amabilis, fore. huius hoc erit exordiū. Non verus sermo ille est, qui pręsente amatore non amanti magis iubet gratificari, quia amans furit, non amans vero sanus est. Si enim simpliciter verū esset, furorem esse malum, recte a nobis dictū fuisset. Nunc aūt maxima bonorū nobis fiūt per furorem diuino quodā munere concessum. Nam & quæ in Delphis futura prędicit vates, & q̄ in Dodona sacerdotes, furentes quidem multa ac magna commoda priuatim & publice Græcis hominibus attulerūt: sanę vero dum sunt, exigua aut nulla. Q2 si referamus Sibyllam & alios quicunq; diuino vsi sunt vaticinio, q̄ multa prædicentes in futurum profuerint, prolixū nimis extenderemus sermonem, & rem manifestam omnibus proferremus. Illud tamen dignū est testificari, q; veteres qui nomina rebus imposuerunt, non turpe quiddam, neq; ignominiosum putauerunt furorem. Non enim præclarissimæ arti qua futurum discernitur, hoc nomen annectentes, eam Manicen, id est furorem nominassent, sed tanq̄ bonum quiddam sit furor, quando diuina sorte prouenit, honestæ arti nomen huiusmodi indiderunt. At nunc iuniores isti interiecta T. litera imperite nimium, Manticen dixerūt. Sane inuestigationes futuri sanorum hominum per aues & alia ostenta, vtpote a coniectura humanæ intelligentiæ procedentes, mentem historiamq; auguralem cognominarunt. Quam deinde posteriores o paruum in magnum vertentes honestiori vocabulo exornant. Quāto igitur perfectius præstantiusq; vaticinium augurali coniectione, & nomen nomine, opusq; opere, tanto testificantur antiqui furorem ex Deo profectum q̄ humanam prudentiam præclarius esse. Atqui aduersus morbos & labores maximos ob antiqua delicta quandoq; diuina indignatione mortalibus imminentes gentibus quibusdam alicunde furor adueniens ac prædicens quibus opus erat remedia adinuenit, confugiens ad vota cultusq; deorum, vnde expiationes propitiationesq; consecutus incolumem reddidit possidentem & in præsens tempus & in futurum, absolutionem præsentium malorum recte furenti occupatoq; adeptus. Tertia vero a Musis occupatio & furor suscipiens teneram intactamq; animam, suscitat illam atq; afflat. Vnde per cantus aliamq; poesim infinita antiquorum gesta exornans, posteros instruit. Qui autem absq; furore Musarū poeticas ad fores accedit, cōfidēs arte quadā poetam se bonū euasurū, inanis ipse quidem atq; eius poesis præ illa quæ ex furore procedit: qua quidē hęc quę ex prudētia fit, euanescit. Tot equidem, ac etiam plura diuini furoris præclara opera referre possum. Quare hocipsum ne formidemus, neve vlla nos ratio absterreat, ostendens prudentem & sanum potius q̄ concitatum amicū esse deligendū. At ille insuper ostendat si potest, ac victoriā reportet, nō pro vtilitate amantis & amati amorem a diis esse concessum. Nobis vero nunc ostendendum est cōtra p felicitate maxima huiusmodi furorem a diis hominibus esse datum. Demonstratio autem erit contentiosis quidem incredibilis, sapientibus vero contra. Oportet autem nos prius de natura animę diuinæ & humanæ, affectus & opera intuentes, vera nouisse. Hoc vero demonstrationis huius principium sit. Anima omnis immortalis. quod enim semper mouetur, immortale est. qđ vero aliud mouet ab alioq; mouetur, cum terminum habeat motus, terminum habet & vitę. Solū ergo quod seipsum

Maxima bona fiūt per furorē diuinitus cōcessum. Vates Delphicæ & Dodonę

eadem penitus verba recessit… Tuscul quæst lib 1 ad animę immortalitatē cō probandā

& alia huiusmodi animalia atq; studia, quæ nos ad præsens delectare cõsueuerũt. Amans vero preter q̃ q noxius, est etiã sua consuetudine omniũ molestissimus. Pares enim cũ paribus veteri prouerbio iucũdissime congregãtur. Nã æqualitas temporis cũ ad æquales voluptates ꝓpter similitudinem trahat, amicitiã parit. Verũtamen his etiã nimiã satietatem affert, proinde necessitas omnibus in rebus cuiq; grauis est, quę quidem simul cum dissimilitudine in amante ad amatũ est maxime. Iuniori enim senior adhærens, neq; die vlla, neq; nocte ab eo sponte recedit, sed necessitate, & furore rapitur. qui illũ quidem voluptatũ illecebris trahit videntem, audientem, tangentem, & omnino amatũ sensu quolibet attingentem, ita vt ingenti cũ voluptate illi assidue obsequat. Amatũ vero qua voluptate quo ve solatio æquale tempus adeo detinebit, vt extrema molestia non vexet? cũ faciẽ senilem deformẽq; aspiciat, cæteraq; similiter, quæ non factu solũ, verũetiã auditu molesta sunt, necessitate quadam ad ipm captãdũ semp proposita, dũ sedulis passim insidiis obseruat, auditq; importunas immoderatasq; tum laudes, tũ vituperationes, quibus amans ipm prosequit, quæ in sobrietate quidem intolerabiles sunt, in ebrietate vero nõ intolerabiles solũ, verũetiã ob nimiã aperte loquendi licentiam turpissimę. Præterea dũ amat, perniciosus & importun9 est. Cũ vero amare desierit, in posterũ infidus aduersus illũ, quem multis iuramentis, ꝓcibus, atq; promissis vix tandẽ induxerat vt ꝓmiorũ spe infestam eius consuetudinem sustineret. Demũ cũ rependere deceat, principem aliũ in se ac ꝓfidẽ accipit, mẽtem tẽperãtiãq; pro amore atq; insania, factusq; iam alius amatũ latet. Tũc amatus eorũ quæ dicta quondã & facta sunt memor, beneficiorũ gratiã exigit, putans cũ eodem verba se facere. Sed alter ob verecundiam, neq; audet mutatũ esse se confiteri, neq; inuenit qua ratione prioris illius principat9 insani iuramenta & promissa persoluat, mentis iam & temperantiæ compos effectus, ne si eadem quæ & antea fecerit, similis idemq; ac fuerat ante, rursus euadat. Hinc efficit, vt qui ante amauerat, iam aufugiat, mutatusq; abeat, quasi texta in aduersum cadente: alter vero persequi cogatur, grauiter ferens, ad imprecationesq; conuersus. Qui sane ab initio deceptus est, cũ ignorauerit non decuisse, amãti necessario amenti gratificari, immo homini multo magis ab amore libero mẽtemq; habenti. Aliogn necessariũ fore seipm committere homini infido, moroso, inuido, molesto, ꝑnicioso ad rerũ possessionẽ, ꝑnicioso ad corporis habitũ, lõge vero ad animi disciplinã perniciosissimo, qua qdem nihil apud deos & homines reuera aut est, aut erit vnq̃ venerabilius. Hæc o puer, consideranda sunt, atq; illud insuper animaduertendũ, amatoris amicitiã non beneuolentia vlla, sed auiditate quadã expletionis quasi famæ constare. Vt lupus ipse agnũ, puerum sic ardet amator. Hoc illud est qđ ꝓdixerã o Phædre. Nec dicẽtem me vlteri9 audies, sed iam finem habeat sermo, q̃q̃ putabã dimidiũ disputationis trãsactum esse, ac restare tãtũdem de non amãte dicendũ, q illi poti9 indulgere deceat, ad idq; quot illi bona insunt enumerãda. PHAE. Cur ergo desistis o Socrates? SO. Animaduertisti Phædre carmina me iam non dithyrambos amplius canere, q̃uis in vituperando mea versẽt oratio? q si laudare alterum pergam, quid facturum me putas? An non sentis a nymphis, tũ opera tua, tũm diuina prouidentia me afflari? Quare summatim dico, tot bona inesse alteri, quot mala in altero numerauimus. Sed qd multis opus est verbis? De vtrisq; enim sufficienter est dictum. Atq; ita quod decet, fabula patietur. Ego iam trãsmisso flumine abeo, prius q̃ ad maius aliquid abs te compellar. PHAE. Nondum o Socrates, prius q̃ æstus abscedat. An non vides vt iam plane meridies sit, in qua hora intensus est calor? Sed interim morantes ac de his quæ diximus colloquentes, cum primum refrixerit, tunc abeamus. SO. Diuinus es circa sermones o Phædre, ac vere mirabilis. Arbitror equidem orationum quæ tuis temporibus habitæ sunt, neminem pluribus auctorem causamq; fuisse q̃ te, siue vltro dicendo, siue quoquo modo alios compellendo. Simmiam Thebanum excipio. Alios vero longe antecellis. Et nunc videris causa fuisse vt aliqua a me oratio habeatur. PHAE. Non tu bellum sane denuncias, sed quonam modo? & quæ oratio? SO. Cum flumen transiturus essem, dæmonium & solitum mihi fieri signum factũ est: quod sane quotiens accidit, quod facturus erã agere prohibet. hinc vocem audire visus sum, quę abire me vetat, anteq̃ expiauerim, quasi aliquid deliquerim erga deum. Sum igitur vates quidem, at nequaq̃ bonus, sed quemadmodum qui male sciũt literas, quãtum ad meipsum sufficiens. Clare itaq; iam intelligo delictum meum. Siquidem o amice præsagii quiddã etiam est in animo. Me enim commouit & antea dum loquebar, vnde quodammodo verebar, ne cum forte secundum Ibycum apud deos deliquerim, apud homines gloriã consequar. Nunc sentio in quo deliquerim. PHAE. Quid est? SO. Grauem o Phędre, grauem inquã sermonem & tu attulisti, & me dicere compulisti. PHAE. Quonam pacto? SO. Stultum & quodãmodo impium. Quo quis grauior esse potest? PHAE. Nullus, si tu vera narras. SO. Quid enim Amorem? nõne Veneris filium, & deum aliquem putas? PHAE. Dicitur quidem. SO. Non tamen a Lysia, neq; a sermone tuo, qui per os meum abs te quasi quadam incantatione demulctum, prolatus est. Si autem est, vt certe est, deus aut diuinum quiddam amor, malum vtiq; non esset. At sermones de illo quasi malum esset, habiti sunt. In hoc ergo aduersus Amorem

Prouerbiũ Pares cũ paribus.

Iactu

Tumultus igitur & certamen & sudor fit extremus. Vbi quidem aurigarum vitio, multæ claudicāt, multæ multas pennas cōfringūt, omnes vero magno implicatæ labore, expertes eius quod vere est intuendi, discedunt: post discessum vero alimento vtūtur opinabili. Cuius quidem gratia multus inest conatus, veritatis campus vbinā sit, intueri. Nā ex huiusmodi prato optima vis animæ conuenientem accipit alimoniā, & alarū natura qua anima eleuatur, hoc alitur. Regulaq; Adrastiæ deæ. i. ineuitabilis numinis hæc est, vt quæcūq; anima Deū comitata aliqd verorū inspexerit, ea vsq; ad circuitū aliū sit indēnis: & si semp hoc facere queat, sit semp illęsa. Si vero impotēs assequendi non inspexerit, & casu aliquo vsa, repletaq; obliuione & prauitate grauetur, grauata autem pennas cōfregerit, in terrāq; ceciderit, tūc prohibet lex hāc in prima generatione in aliquā brutalem ire naturā, sed iubet eā quæ plurima viderit, in genituram viri futuri philosophi, aut pulchritudinis cupidi, aut musici, atq; amatorii: Eā vero quæ secundo loco, in regē legitimū, vt bellicosum virū & imperatoriū descendere. Tertio in gubernatorem reipublicæ, vt rei familiaris dispensatorem vel quæstuariū. Quarto in laboriosum gymnasticum, aut circa medelam curāq; corporis versaturum. Quinto in eos qui vates futuri sunt, & circa mysteria quędā. Sexto in poetā vel aliū quemuis eorum qui apte in imitatione versantur. Septimo in artificem vel agricolā. Octauo in sophistā & popularem. Nono in tyrānicum. In his aūt omnib⁹ quicūq; iuste vitā egerit, sortem postea nanciscitur meliorem: qui vero iniuste, deteriorē. In idem enim vnde pfecta est cuiusq; anima, annis decem milibus non reuertitur. Nam alas ante hoc spatium non recuperat, pręter illius animā qui philosophatus est sine dolo, vel vna cum sapientię studio pulchritudinē amauit. Hæ quidē tertio ambitu mille annorū, si ter hāc ipsam deinceps elegerint vitā, sic recuperatis alis post ter millesimū annū euolāt abeūtes. Aliæ vero animæ primæ vitæ finē cōsecutę, iudicantur. Iudicatæ autem aliæ sub terra in iudicii locū euntes, meritas illic pœnas sustinēt. Aliæ in cæli quēdā locū per iudiciū eleuatæ, ita degunt, vt dignum est ea vita qua in hominis figura vixerunt. Millesimo anno ambæ redeūtes sortem & electionē secūdæ vitę suscipiūt, deligit vnaquæq; eam vitā quā velit. Hic & in bestię vitā humana anima transit, & ex bestia rursus in hominem, si modo ea anima quādoq; prius fuerit hominis. Nā quæ nunq̄ veritatem inspexerit, in hanc figurā venire non poterit. Oportet vero hominem intelligere secūdū speciem, ex multis procedētem sensibus in vnū ratiocinatione conceptū. Hoc aūt est recordatio illorum, quæ olim vidit anima nostra cum Deo perfecta, & illa despiciens quę nūc esse dicimus, & ad id quod vere est sursum reflexa. Quapropter sola philosophi cogitatio merito recuperat alas. Nam illis semper quātū fieri potest memoria inhęret quibus deus inhęrens diuinus est. Talibus autem commentationibus qui recte vtitur, perfectisq; mysteriis semper imbuitur, perfectus reuera solus euadit. Ab humanis autem studiis segregatus, diuinoq; inhęrens, carpitur a multitudine quasi extra se positus, sed ipse deo plenus multitudinē latet. Tendit igitur huc totus sermo, qui est circa quartum furorem, quo quando quis visa hic pulchritudine aliqua verę illius reminiscens, alas recipit, receptisq; euolare nititur. Cum vero id facere nequeat, tāq̄ auis superna suspiciens & inferiora contemnens, crimen reportat quasi furore correptus. Hęc itaq; diuina alienatio omnium alienationum optima, atq; ex optimis fit & habenti, & participāti: & qui hoc tenetur furore, cum amet pulchra, amator vocatur. Vt enim dictum est, omīs anima hominis, ea quę vere sunt, intuita est. alioquin in hoc animal non venisset. Recordari vero ex his quę hic sunt, illorum, non facile est omnibus, nec quot ex illis breue tempus illic inspexerūt, neq; quot huc descendentes infortunatę fuerūt, ita vt quibusdā consuetudinibus deprauatæ, sacrorū quę aliquādo inspexerāt, obliuionem susceperint. Quāobrem paucæ restāt, quibus satis memoriæ superstit. Hæ vero quādo hic similitudinem aliquā eorū quę illic inspexerāt, intuentur, obstupescūt, & quasi extra se ponuntur: quæ tamen sit hæc affectio ignorāt, quia non satis omnino persentiūt. Iustitiæ quidem & temperātiæ & aliorū quot animis venerabilia sunt, splendorem nullū in his imaginibus cernimus, sed per obscura quædam instrumenta vix & perpauci in eorum imagines accedentes eius quod assimilatur genus aspiciunt. At pulchritudinem tunc licebat videre clarissimā, quādo cum beato illo choro felicem visionem contemplationemq; secuti cū Ioue qdem nos, alii vero cum alio quodā deorū, viderunt & initiati sunt sacris, quæ fas est dicere sacrorum omniū beatissima, quæ operamur integri quidem nos & malorum expertes quot in posterum manebant, integra quoq; & simplicia immobiliaq; & beata spectacula initiati inspectantes pura in luce puri & immaculati, solutiq; ab hoc quod nunc circunferentes, corpus vocamus, in modū Ostreæ huic alligati. Hęc autem memorię beneficio sint attributa, propter quā desiderio illorū quę quondā vidimus, nūc sermonem extendimus. Pulchritudo autem quēadmodum diximus, & cum illis progrediens effulgebat tunc, & huc profecti percepimus eam per sensuū nostrorum perspicacissimum clarissime refulgentem. Visus enim nobis peracutissimus est sensuū omnium, qui per corpus fiūt, quo sapientia nō cernitur. Ardentes enim excitaret amores, siquid tale ipsius simulacrum manifestum oculis proueniret. Eadem est de cæteris quæ sunt amabilia, ratio.

Nouē aiarū cōditiones.

Ad idē reuertit aia post decē milia annorum.

Humanę aię trāsmutatio.

Visus nobis acutissim⁹ oīm sensuum.

mouet,quia nũq̃ se deserit,nũq̃ cessat moueri.Immo vero & aliis quæcũq; mouentur,id fons & principiũ est mouendi.Principiũ autẽ sine ortu est. Ex principio enĩ necesse est quicquid generatur oriri, ipsum aũt ex nullo.Nã si principiũ oriretur ex aliquo,ex principio vtiq; non oriretur. Cum vero sit absq; ortu,& absq; interitu sit necesse est.Nam si principium interiret,neq; ipsum ex alio,neq; ex ipso aliud nasceretur.Siquidem ex principio omnia oriantur oportet.Sic ergo principium motus est,qđ seipsum mouet.Hoc aũt neq; mori,neq; nasci potest.Alioquin omne cælũ omnisq; generatio cõcidat desinatq; necesse est,neq; rursus vnq̃ cõstare possit,vnde hæc motũ nacta oriantur. Cum igitur appareat immortale esse quod seipm mouet,animæ substãtiã & rationẽ hanc ipsam qui dixerit, non erubescet.Omne enĩ corpus cui mot⁹ extrinsecus incidit,inanime est.Cui vero intus ex seipo id inest, animatũ,tãq̃ hæc animæ natura sit.Q2 si ita est,vt non sit aliud quicq̃ quo in seipm moueat præter animã,necessario ingenita & immortalis est anima.De immortalitate animę satis est dictũ.De idea vero ipsius in hũc modũ est dicendũ.Quale id omnino sit,diuinæ penitus prolixęq; narrationis foret:similitudinem vero eius quãdã describere,humanæ, & breuioris.hoc igitur modo dicamus. Similis esto cognatæ potentiæ subalati currus & aurigæ.Deorum equi & aurigę omnes boni sunt atq; ex bonis, aliorũ vero permixti. Principio quidem nostri princeps bigas habenis moderatur: deinde equorũ alter bonus & pulcher & ex talibus,alter cõtrarius & ex contrariis. Quo fit vt dura & difficilis necessario sit aurigatio nostra.Qua vero ratione mortale & immortale animal appellatũ est, conandũ est dicere.Omnis anima totius inanimati curã habet,totumq; percurrit cælum,alias videlicet alias sortita species.Perfecta quidem dũ est & alata,sublimis incedit,ac totũ gubernat mũdũ.Cui vero alæ defluxerint,fertur quoad solidum aliqđ apprehenderit,vbi habitaculũ sortita, corpusve terrenũ suscipit,sese mouere apparens propter illius potentiam:animalq; totũ vocatur,anima simul corpusq; cõpactũ,& mortale animal cognominatur.Immortale autẽ ex nulla ratione discursu percepta, sed quæ fingitur:quippe cũ neq; viderimus,neq; satis intellexerimus Deũ, immortale quoddã animal,habens quidem animã,habens etiã corpus naturaliter omne tẽpus cõiuncta. Sed hæc iam vti deo placet, ita se habeãt & dicãtur:per quã vero causam alę abiiciãtur decidantq; ab anima,nunc dicamus.Est autẽ talis quędã naturalis alarũ vis est,graue in sublime attollere,vbi deorum inhabitat genus.Omnium vero quæ sunt circa corpus,maxime particeps diuini est animus.Diuinum autem, pulchrũ,sapiens, bonum,& quicquid tale dici potest.His vtiq; alitur maxime,augeturq; ipsa alatio animi:turpi autem & malo contrariisq; huiusmodi deficit atq; interit. Magnus vtiq; dux in cęlo Iupiter citans alatum currum primus incedit,exornans cuncta,prouidenq; disponens. Hũc sequitur deorũ dæmonũq; exercitus per vndecim partes ordinatus.Permanet autem Vesta in deorũ æde sola.Aliorũ vero deorũ quicũq; in duodecim numero censentur,ducunt per ordinem quilibet vt quisq; est ordinatus.Permulta igitur beataq; spectacula discursusq; intra cælum existunt,quibus deorum genus beatorum intendit suum quisq; officium peragens.Sequitur autem semper volens & potens.Liuor enim a diuino choro procul abest.Cum vero ad conuiuium ac dapes vadunt sublimes, in cælestem circunferentiam proficiscuntur iam ascendentes. Deorum quidem vehicula apta habenis æqualiterq; librata facile gradiuntur,alia vero vix. Grauatur enim prauitatis particeps equus, ad terram vergens, atq; trahens, cuicunq; aurigarum equus non bonus nutritus fuerit. Vbi iam labor & certamen extremum animę proponitur. Quæ enim immortales vocantur,cum ad summum peruenerint,extra progressæ in cæli dorso consistũt.Ibi constitutas circunferentia ipsa circunfert,atq; illæ intuenẽ,quæ sunt extra cęlũ. Locũ vero supercęlestem neq; quisq̃ nostrorũ laudauit adhuc poetarũ,neq; vnq̃ ꝑ dignitate laudabit. habet se vero in hũc modũ.Audendũ est enĩ verũ dicere,præsertim de veritate loquẽti. Sine colore, sine figura,sine tactu,essentia vere existens,animæ gubernatore solo intellectu cõtemplãte vtitur,circa quã veræ scientiæ genus hunc habet locũ. Vtpote igitur dei cogitatio intellectu & scientia immaculata se vertens,cogitatio quoq; omnis animæ quæcũq; conuenientem sibi conditionem susceptura est,intuita per tempus id quod est,contenta veritatis contemplatione nutritur & gaudet,donec circulo in idem circunferentia referat. In hoc autem circuitu conspicit ipsam iustitiam, conspicit temperantiam,conspicit scientiam,non qua adsit generatio,nec qua alia alicubi sit in alio , quales videlicet sunt eorũ quæ nos entia nũc appellamus,sed illã quæ in eo qđ est ens vere,sciẽtia est: & alia eodẽ modo quæ vere sunt speculata atq; his enutrita,subiens rursus intra cælũ,domũ reuertiẽ. Cum autẽ redierit,auriga ad præsepe sistens equos obiicit illis ambrosiã,& post ipsam nectar potãdum,atq; hæc deorũ est vita.Cęterarũ vero animarũ alia optime deum secuta similisq; effecta,extulit in supercęlestẽ locum aurigæ caput,& cum ipsa circunferentia simul delata est,sed perturbata ab equis,& vix ea quæ vere sunt,intuita.Alia vero modo caput extulit,modo submisit:at violãtibus equis, partim vidit qdẽ partim vero non vidit.Aliæ aũt animæ affectantes quidem omnes superiorem locũ sequuntur:cũ vero nequeant,submersæ circũferũtur,calcantes sese inuicem atq; incũbentes,alia aliam pręire contendens,

De ideã animę.

Quo pacto sit aĩal

Vide vt Plato põnit aliquã extra cęlũ. Intellect⁹ aię gubernator.

Aristoteles ʒ phisicorum ait quod plato extra coelum nullũ corpus esse putabat, nec ideas cũ ideæ nõ sint in loco.

qualẽ descripsimus,& insignis admodũ felixq; ab amico ꝓpter amorem furente, dilecto suo si captus fuerit,puenit.Comprehendit aũt quisqs capit,hoc pacto.Qualibet animã ab initio huius fabulæ trifariã diuisimus:atq; equoꝝ quidẽ formas geminas, duas quasdã species posuimus: Aurigã vero speciẽ tertiã,eademq; nobis in pſentia maneat.Equoꝝ aũt alter bonus,alter non.Quę aũt aut boni equi virtus,aut mali prauitas sit,nondũ plane diximus, nũc vero dicẽdũ. Bonus excellẽtiori habitu situs est,specie rectus,& articulatim distinctus,ardua ceruice,narib⁹ modice aquilinis,nitido colore,nigris oculis,honoris cupidus,temperantiæ pudorisq; particeps,ac veræ opinionis amicus, nullis stimulis indigẽs,sed cohortatione sola,rõneq; regit. Alter intortus & multiplex temereq; delat⁹,fususq; & cõfuse cõpositus,rigẽti & dura ceruice,atq; demisso collo,simo vultu,fusco colore,oculis cęsiis sanguineq; suffusis,morosus & contumax,hirsutis auribus atq; surdis,vix flagello stimulisq; obtemperans. Quãdo igit auriga amatoriũ aspiciẽs vultum, totãq; sensũ inflãmans animã titillationis & desiderii stimulis concitat,tum q aurigæ obediens est equoꝝ,vt cõsueuit, pudore cohibitus seipm cõtinet ne prosiliat in amatũ. Alter neq; stimulis,neq; verberibus coerceri potest,sed exultat,ac violentia delatus cõiunctũ sibi equũ,aurigãq; pturbat,rapitq; ad Veneris voluptatẽ. At illi ab initio aduersant,indignati ꝙ ad grauia & iniqua trahant.Tandẽ cũ malũ id minime cesset,cõpulsi ferunt,ceduntq; iam & consentiũt qđ iussi sunt facere.hinc hærent igniculo,aspectũq; ipsius coruscũ inspiciũt.Quẽ intuitus auriga,pulchritudinis ipsius naturã memoria repetit, rursusq; illã cũ temperãtia cernit,in casto fundamento firmiter collocatã. Vidẽs aũt metuit,ac prę reuerẽtia recidit resupinus:vbi simulq; cogit vsqueadeo habenas retrahere,vt equi ambo femoribus,aut natibus humi resideant,sed alter quidem spõte, qa minime reluctat,procax aũt equus alter prorsus inuit⁹.Lõgius vero discedẽtes,alter q dem ꝓpter verecũdiã admirationẽq; sudore totã animã madefacit,alter vero a dolore liberatus quẽ & frænũ & casus incusserat,vix tãdẽ respirat,atq; resipiscẽs indignatione motus aurigã equũq; coniunctũ increpat,ꝙ timiditate atq; ignauia constitutũ ordinem deseruerint.Rursusq; nolẽtes accedere cogẽs,vix tãdẽ cõcessit illis differri in posterũ exorãtibus. Accedẽte aũt statuto tempore, cui⁹ esse immemores illi qdem simulãt,hic vero illis cõmemorat, vi illata hinniẽs trahẽsq; cõpellit iterũ iisdẽ verbis amatos affari.Postq̃ vero ꝓpe accesserũt,inflexus inclinatusq; extensa cauda frænũ mordet,& impudentissime rapit.Sed auriga multo magis eadẽ passus,& quasi de termino flectẽs resupinus habenas lõge vehemẽtes trahit,& dẽtes equi flagitiosi reprimit,atq; impurã linguã, maxillasq; cruẽtãs crura natesq; humi defigit,ac pœnas dare cõpellit. Quãdo vero idẽ sæpe prauus equus ille perpessus lasciuire destitit,mãsuefactus iã aurigæ obtemperat ꝓuidentiæ,atq; etiã cũ videt pulchrũ formidine cõtremiscit,adeo vt qñq; contingat amatoris animã iã cũ reuerentia quadã & metu adolescentũ vestigia sequi. Vtpote igit omni cultu tãq̃ Deo æqualis adolescens obseruatus ab amatore haud qdẽ simulãte,sed reuera sic affecto,pſertim cũ & ipse honoratus natura colentis sit amicus,in idem postremo cũ amatore conspirat: ac etiã si antea a familiaribus suis condiscipulisq; & aliis p calumniã deceptus fuerit,dicẽtibus turpe esse amãti hęrere,ideoq; amãtẽ reiecerit,tãdẽ vero pcedẽte tẽpore ętas & naturę debitus ordo eũ in cõsuetudinẽ amãtis inducũt.Nunq̃ eñ fato decretũ est vel malũ amicum malo,vel bonũ bono non amicũ esse. Ergo cũ adolescẽs colloquio & cõsuetudine receperit amatorẽ, tũc amãtis illius beneuolẽtia iã facta ꝓpinquior,amatũ ipm admirari cõpellit, animaduertentem necessarioꝝ amicorũq; oĩm alioꝝ beneuolentiã,si cũ amico diuinit⁹ afflato cõferat, nullius fore momẽti:ac si senior ille diu sic pergat,hæreatq;,& in gymnasiis cæterisve similibus tãgat,tũc iam fluxus liquorisq; illi⁹ fons quẽ Himeron.i.cupidineũ influxũ Iupiter Ganymedis amore captus vocauit, qve in amãtem vber influxit,partim in ipm infusus est,ptim extra ipo exuberãte effundit:atq; vt flamen & Echo,a lenibus solidisq; repulsa corporibus eodẽ vnde venerũt,iterum reflectunt, ita pulchritudinis ille liquor rursus in pulchrũ p oculos refluẽs qua penetrare in animã consueuit,adeo pẽnatũ meatus irrigat,vt & possint iam & incipiãt pullulare, atq; ita amati animũ mutuo implet amore. Amat igit,quid vero diligat ambigit,affectũq; suũ nec nouit,nec eloqui potest:sed perinde ac si lippi alicuius aspectu oculos similiter sit infectus,præsentis morbi assignare causam nescit,nec animaduertit ꝙ seipm in amatore tãq̃ in speculo respicit.Itaq; pręsente illo,dolere vt ille similiter desinit,absente vero desiderat vicissim desideratus, mutuũ amorem tanq̃ Amoris simulacrum possidens, nec amorem ipsum,sed amicitiam & vocat & putat.Cupit ergo ferme vt ille q̃uis moderatius videre atq; assidua consuetudine perfrui,& vt par est posthac protinus hæc facit. In ipsa igit consuetudine amatoris qdem intemperans equus aurigã compellans breuem efflagitat pro multis laboribus voluptatem,adolescentis aũt equus eidem qd dicat ignorat,sed percitus anxiusq; amãtem mutua psequit beneuolentia amantissimo suo congratulatus, atq; in ipsa familiaritate paratus est pro viribus amatoris desiderio obtemperare.Coniugatus autem equus simul & auriga cum pudore & ratione his in rebus huic aduersantur.Quare si secundũ rectã vitę institutionem & philosophiæ studia meliores cogitationis

At vero pulchritudo sola hanc habuit sortem,vt maxime omnium & perspicua sit & amabilis.Qui ergo non est mysteriis nuper initiatus,aut potius est deprauatus, haud celeriter hinc illuc ad ipsam pulchritudinem excitatur,similitudinem hic quãdã quæ ab illa denominatur aspiciens.Quapropter non veneratur dũ aspicit,sed quadrupedis ritu deditus voluptati aggredi & concumbere nititur:petulanterq; congrediens,nec timet,nec erubescit voluptatem præter naturã sectari.Sed qui nuper expiatus est sacris,quive aliquãdo est plurima contemplatus,quãdo vultum diuina forma decorum videt apte ipsam pulchritudinem imitatũ, vel aliquã corporis speciem, primo quidem horret,metusq; priscorũ aliquis in eum reuoluitur:deinde inspiciens tãq̃ deum colit: ac nisi vereretur vehemẽtis insaniæ crimen,sacra amatis non aliter q̃ dei statuæ faceret.Intuentem vero ipsum velut ex horrore,p mutatio,sudor,& ardor insolitus occupat.Quãdo enim pulchritudinis influxum per oculos accipit, calefit,quo pennarũ natura irrigatur:postq̃ vero incaluit,liquescunt quæ ad pullulãdũ spectãt,quæq; diu præ duritie compacta exitũ germinis cohibebant. Vbi aũt influxerit alimonia,pennarum germina iam ab ipsis radicibus tumescentia impetu quodam per animę speciem totam nituntur erumpere. tota enim erat olim pennis suffulta. Feruet itaq; tunc omnis & prosilit: atq; vt infantes cum dentes emittunt, pruritu & dolore gingiuarum vexantur, ita & pennas emittentis anima feruet, & titillatione,molestiaq; afficitur.Itaq; cum pueri speciem intueẽ, cupidinemq; inde effluentem imbibens irrigatur calescitq;,dolere iam desinit atq; lætatur. Cũ vero procul abfuerit, exaruerintq; meatus qua parte scaturire nititur ala,aridi & constricti,pennarũ germen cohibent.Hæc intus vna cũ cupidineo illo influxu occlusum tumescentiũq; more resiliens,ipm sibimet suos meat⁹ vndiq; obstruit, pũgitq;. Tota igitur anima vndiq; saucia stimulo concitatur & angitur, rursusq; memor pulchritudinis delectatur.Ex vtrisq; vero permixtis passionis huiusmodi vehementia & nouitate vexatur, & anxia furit,atq; insanit.Sic affecta,præ furore neq; nocte dormire potest,neq; die vsq̃ cõsistere,sed passim discurrit desiderio pulchri videndi perculsa. Videns aũt,& influxum illũ cupidineũ hauriens, abstrusa prius & conclusa,iam aperit & resoluit.Cum vero iã respirauerit,stimulis angustiisq; liberatur. Hac vtiq; suauissima voluptate in præsenti vsqueadeo delinitur, vt nunq̃ ab eius illecebris sponte discedat,neq; aliquem pluris facit q̃ amatũ,sed parentes,fratres,amicosq; omnes obliuioni tradit,ac dissipato p incuriã patrimonio minime commouetur,patrias quoq; cõsuetudines & dignitates q̃bus gloriari solebat penitus aspernaẽ,& seruire & iacere parata vbicũq; permittiẽ,modo igniculo suo inhæreat.Non em̃ colit solũmodo & veneratur formosum,sed medicũ etiã hũc grauissimorum morborũ sibi solũ inuenit.Hunc vtiq; affectũ ingenue adolescens,ad quẽ meus est sermo,homines Erota,id est amorem appellãt.Quo aũt modo dii nominãt si audieris,merito ppter iuuentutem ridebis. Tradũt Homerici quidã,vt arbitror,ex reconditis carminibus,in Amorẽ carmina duo,quorũ alterum valde petulans,neq; satis cõcinnũ.Sic aũt aiũt.Hũc q̃dem mortales Erota,id est amorẽ vocãt volatilem.Immortales aũt pterota,id est alationẽ,ppter volãdi necessitatem.His partim licet credere,partim non licet.Atqui causa affectioq; amantiũ hęc ipsa est. Quotcũq; igitur ex Iouis pedissequis capti fuerint, grauius,constantiusq; alationis onus ferre possunt. Qui vero Martem coluerũt,cũq; illo circũuagati sunt,amore illaqueati,siquã ab amato sibi inferri iniuriã putant,in cædem facile prouolant,præcipitesq; tum ad seipsos,tum ad amatos necandos feruntur.Atq; ita secundum quẽq; deorũ cũ quo q̃libet chorũ egit,eũdem honorat,imitaturq; semper in vita pro virib⁹ quoad permanet incorruptus, & hoc pacto primã hic vitę generationẽ ducit,talemq; seipsum ad amatos & alios exhibet.Amorem ergo pulchrorũ ex suo quisq; deligit more,& tãq̃ Deus sibi ille sit, quasi statuam fabricat & exornat vtpote honoraturus,atq; sacrificaturus.Iouis itaq; cultores eũ sibi amãdum quærũt, cuius Iouialis sit animus.Quare considerãt vtrũ ad philosophiã & imperiũ natura sit aptus: & quando illũ amant inuentũ,omni opere contendunt quo ille talis euadat. Ac nisi prius q̃d exoptãt ingressi fuerint,studio suo tũc contendũt admodũ,discũtq; vndecũq; aliquid possunt,atq; ipsi etiã ad hoc opus progrediunẽ.Inuestigantes ex seipsis dei sui naturã,voti tãdem compotes fiũt,ex eo q̃ summa quadam attẽtione mentis aciem in deum erigere cõpellanẽ:deinde cũ p memoriã illũ attingãt,diuinitate afflanẽ, atq; ex eo mores & studia,quaten⁹ homini licet dei participẽ fieri,capiũt. Quoniã vero horũ omniũ causas referunt in amatũ,dilectione ardentius accedunẽ. Ac si ab Ioue hauriant,bacchantiũ sacerdotũ more,in amati animũ transfundentes pprio deo quoad possunt simillimum reddũt.Quicũq; vero Iunonẽ secuti sunt,regiũ quærũt, quo inuento similiter affecti eadẽ erga illũ omnia faciũt.Apollinis præterea reliquorũve cultores deorũ singuli deos singulos imitantes,eodẽ modo affectũ natura adolescentẽ quærũt,eoq; cõparato & ipsi imitãtes & adolescentibus persuadẽtes moderãtesq; in numinis ipsius studiũ & ideam pro viribus agũt.Non inuidia, non illiberali maleuolentia in adolescẽtes suos vtuntur,sed omni studio illos ad perfectã tum sui,tum dei quem colunt similitudinem,formare conantur.Cura igitur finisq; vere amantium si modo quod cupiunt fuerint assecuti, talis est profecto,

Pulchritudo sola maximè oĩm amabilis.

luptates corporis habēt. Quare seruiles nō iniuria sunt appellatę. SO. Otio vtiq; abundamus, ac etiā mihi videnť velut in æstu sup caput nostrum cicadę canētes, & inuicem disputantes nos cōtueri. Si ergo nos viderēt quemadmodū & alios multos in meridie non disputātes qdem, sed dormitantes, ab ipsis ob mētis desidiā delinitos, merito deriderent existimātes mācipia quædā ad eas illuc diuertisse, inq; ipso secessu tanq̄ pecudes sub vmbra secus fontē meridiano somno teneri. Sin autē viderint disserentes nos, minimeq; ab illarū quasi Sirenū illecebris captos quo minus portū versus enauigarem⁹, forte nobis libentissime p̄miū illud tribuēt, quod deorum cōcessione traducere ad homines possunt. PHAE. Quidnā muneris istud est qđ possident? Nunq̄ eṁ audisse videor. SO. Nō tñ decet Musarum studiosum virū rerū huiusmodi ignarū esse. fertur aūt hos olim hoīes ante Musas fuisse. Natis deinde Musis cantuq; monstrato, illorū nōnullos voluptate cantus vsqueadeo delinitos fuisse, vt canētes cibū potūq; negligerēt imprudēterq; perirēt, ex qbus deinceps cicadarū genus sit natū, munus hoc a Musis nactū, vt alimonia nō indigeat, sed absq; cibo potuq; q̄diu vixerit cantet, postea vero ad Musas p̄ficiscať, quā qs hoīm Musam hic colat, renūciaturū. Ergo Terpsichore nūciātes q̄ p̄cipue illam in choris cœtibusq; celebrauerint, eā ipsis p̄pitiā reddūt. Erato aūt eos q̄ in rebus amatoriis honorauerint. atq; aliis eodē modo p̄ sua cuiq; venerationis specie. Calliopæ aūt antiquissimæ, eāq; sequenti Vraniæ, eos q̄ ī philosophia viuūt colūtq; ipsarū musicā, referūt, quę pręcęteris Musis circa cęlū, atq; sermones tā diuinos q̄ humanos versanť, vocem pulcherrime modulātes. Itaq; multis de causis dicēdū est aliqd, neq; in meridie dormitādū. PHAE. Dicēdū certe. SO. Igiť qđ mō statueramus, iā differēdū est, qua videlicet ratione qs recte, aut non recte, & loquať, & scribat. PHAE. Proculdubio. SO. An nō necesse est eū q̄ recte dicturus sit, verā in ea re de qua loquať, intelligentiā habere? PHAE. Audiui eqdē o Socrates amice, nō esse futuro oratori necessarium quę reuera iusta sunt discere, sed quę iudicantiū multitudini videanť: neq; reuera bona, aut honesta, sed quæ sic appareāt. ex his eṁ poti⁹ q̄ ex veritate posse p̄suadere. SO. Nūq̄ o Phędre sapiētū cōtēnēda sunt dicta, immo diligēter qđ sibi velint cōsiderāda. Itaq; qđ mō dicebas, p̄tereūdum esse nō arbitror. PHAE. Probe loqueris. SO. Sic igiť istud cōsideremus. PHAE. Quo pacto? SO. Hoc plane. Si tibi suaderē, hostes te equo expugnaturum, vtriq; vero equū ignoraremus, sed ego id tantū de te scirē, q̄ Phędrus equū putat esse domesticū & grādibus auribus aīal. PHAE. Ridiculū id qdē esset o Socrates. SO. Nōdū istud, sed qñ obnixe tibi p̄suadere conarer oratione in asini laudes cōposita equū illū vocās, affirmāsq; p̄stātissimū animal esse, vtile domi & foris, ad bellū p̄ōptissimū, ad sarcinas ferendas aptū, & ad multa alia cōmodissimū. PHAE. Valde id absurdum. SO. Nonne præstat ridiculum amicum esse, q̄ grauem, & inimicum? PHAE. Videť. SO. Quando igiť orator boni maliq; ignarus ciuitati similiter affectę suadeat non oratione quidem in vmbrę asini laudem tanq̄ equus illa sit composita, sed de malo tanq̄ bonum id sit differēs, vulgiq; opiniones aucupatus, mala facere p̄ bonis inducat, qualem putas oratorem huiusmodi segetem quā seuit messurum? PHAE. Haud satis bonā. SO. Nū o bone vir rusticius q̄ deceat dicendi artē vituperauimus? Illa vero forsitā dixerit. Quid o viri mirabiles deliratis? Ego. n. neminē veritatis ignarū discere orare compello. Sed siquis consilio meo paruerit, percepta veritate me capiet. hoc sane affirmo esse maximū, q̄ absq; me illi qui res nouerit, nihilo magis persuadendi ars aderit. PHAE. An non iure hæc dixerit? SO. Fateor equidem, si modo sequentes rationes artem esse illam testenť. Audire nāq; mihi videor rationes nonnullas afferentes, mētiri eam, neq; artem esse, sed aliquem sine arte vsum. Veram autem dicendi artem absq; veritate, inquit Laco neq; esse aliquam neq; vnq̄ fore. PHAE. His vtiq; rationibus opus est o Socrates. Igitur huc eas adducens, quid dicāt, & quomodo, discute. SO. Adeste animalia generosa, ac Phædro honesto adolescenti persuadete, nisi sufficienter philosophetur, eum nunq̄ aliqua de re sufficienter esse dicturum. Respondeat Phædrus Socrati interroganti. An non Rhetorica omnino ars erit alliciens animam per sermones, non in iudiciis modo cæterisq; publicis cœtibus, verūetiam in priuatis congressibus eadem de magnis quibusq; rebus & paruis? Nihil enim honorabilius in magnis q̄ in exiguis ex recta artis ratione se gerere. Nunquid tu hæc audisti? PHAE. Non ita prorsus per Iouē. Verū circa iudicia p̄cipue ars ista dicitur, scribiturq;, necnō circa conciones, vltra vero eam porrigi non audiui. SO. Nunquid artem dicendi qua Nestor & Vlysses apud Ilium vsi sunt, audisti? eam vero qua Palamedes, audisti nunq̄? PHAE. Et per Iouem Nestoris orationes audiui: nisi forte Gorgiā Nestorem fingis esse, aut Thrasymachum Theodorūq; Vlyssem. SO. Forsan, sed hos mittamus. Tu vero responde. Quid in iudiciis aduersarii faciunt? Nonne cōtradicūt? An qđ aliud dicemus? PHAE. Hoc ipsum. SO. Nū de iusto atq; iniusto? PHAE. Ita. SO. Nōne qui arte id agit, efficiet vt idem eisdē tū iustum, tū iniustū appareat? PHAE. Quid prohibet? SO. Et in concione, vt eadē ciuitati modo bona, modo cōtraria videantur? PHAE. Certe. SO. Enimuero Eleatem Palamedē artificio suo efficere solitū accepimus, vt eadem audiētibus similia, & dissimilia, vnum & multa, manentia & fluentia viderentur. PHAE. Maxime. SO. Facultas ergo contradictoria

Fabula de ortu & bñficio Cicadarum.

Pręstat ridiculū amicū eē q̄ grauem & inimicum.

Ars recte dicēdi nō absq; veritate.

Circa quæ verseť recta ratio dicendi. Nestor & Vlysses arte dicendi vsi sunt.

partes obtineāt,beatā atq; concordē pſentē vitā agūt, ſuiipſorū domini atq; modeſti ea parte ſubiecta cui animę vitiū ineſt,ea cōtra liberata ad quā pbitas ptinet.In huius autem vitę fine recuperatis alis præpetes euolant,cum trium certaminū vere Olympicorum vnū peruicerint. Quo quidē nullū prętantius bonū aut humana tēperātia aut diuinus furor hominibus afferre poteſt. Q; ſi impudentiorem quādā vitā,philoſophię expertē,alioquin ambitioſam ſequuti ſint,forte in ebrietate aut alia quauis deſidioſa licentia,intēperati illorū equi incautas animas inuadūt, eaſq; in idem conducentes illud oblectamenti genus ſectari cōpellūt, qđ vulgo beatiſſimū iudicat, inq; eius deſiderii expletione nōnunq̄ deinde verſantur.Hac tamē idcirco raro vtunt, qa non omnis in hoc conſentit animi cogitatio.Amici ergo & iſti licet minus q̄ illi ſuperiores,tum feruēte amore,tum reſtincto degunt,fidem ſibi inuicē firmiſſimā & dediſſe & accepiſſe putātes.nefas em̄ eſſe ducunt fidem frangere, & inimicos quādoq; ex amicis euadere.Demū cū naturę ſic cōceſſerint, affecti abeunt vt alati quidē nondū ſint, ſed pennas emittere quodāmodo cœperint.Quāobrē prēmiū amatorii furoris non paruū reportant. Nā in tenebras locūq; ſub terrā deſcendere illos qui iam iter ſub cælis agere cœperant,lex prohibet, ſed clarā vitā agentes beatos fieri iubet,dum vna pergūt,& ſimul alas emittūt.atq; hęc amoris gratia fiunt.Tot igitur ac talia o puer tāq; diuina,amatoris tibi amicitia conferet.Eius autem qui non amat,familiaritas temperantiæ mortali coniuncta,mortalibuſq; & exilibus miniſteriis dedita, illiberalitatē illā quæ vulgo virtus habetur,in ſodalis ſui animo generabit,efficietq; vt nouem annorum milia ſup terrā,& ſub terrā demēs pererret. Hāc tibi o dilecte Amor q̄ pulcherrime optimeq; valuimus poeticis tum verbis tū figuris impulſu Phędri palinodiā cecinimus.Quare & ante dictis ignoſcens,& hęc grata a nobis accipiens,benignus ppitiuſq; mihi adſiſtas:amatoriam artem nobis abs te conceſſam,neq; auferas indignatione aliqua,neq; etiā minuas. Quinetiam da vt magis q̄ nunc apud honeſtos in precio ſim.Tū ſiquid numine tuo indignū a Phędro & a me dictū ſit,Lyſiam diſputationis huius auctorē accuſans,ab huiuſmodi ſermonibus deſiſtere facias, & ad philoſophiā quēadmodū frater eius Polemarchus verſus eſt,ita illū cōuerte,vt & hic eius amator Phędrus non haud amplius vt nūc modo huc,modo illuc ſe trāſferat,ſed in Amoris ſimul,& ſapiētiæ ſtudio prorſus vitā agat.PHAE.Hęc ego quoq; ſi pſtat ita fieri o Socrates,deū oro.Tuum vero ſermonem iāpridem admiror q̄ valde ſuperiorē antecellit,vt iam verear,ne Lyſias mihi humilis videat, ſi ad hūc cōferre aliquum ſtudeat.Atqui eū nuper ciuis quiſpiā o vir mirifice in hoc ipſo vituperauit, perq; totā accuſationem orationum ſcriptorem vocauit.forte igit honoris cauſa,a conſcriptione huiuſmodi abſtinebit. SO.Ridicula hęc o adoleſcēs ſententia eſt,& ab amici mente lōge aberras, ſi eū vſqueadeo meticuloſum putas.forte vero obtrectatorē eius exiſtimas vera iudicare quę obiicit.PHAE.Ita pfecto viſum eſt o Socrates:neq; te fugit potentes in republica, pſtāteſq; viros vereri orationes componere, eorūq; ſcripta relinquere,ne ſophiſtę fuiſſe poſteris videant.SO.Prouerbiū illud,dulcis Ancon.i.cubitus o Phędre te latuit,a longo cubitu q ppe Nilū eſt,ductū fuiſſe.neq; id ſolū,ſed illud quoq; te fugit,q; excellētes prudētia ciues in cōſcribendis poſteritatiq; relinquēdis oratiōibus ſummopere ſtudēt, qui vſqueadeo laudatores ſuorū operū diligūt,vt primos eos adſcribāt, q ſcripta vbiq; laudēt. PHAE. Quomodo id ais? Nō em̄ intelligo.SO.Neſcis q; in exordio libri a ciuili viro cōpoſiti,primus eſt laudator adſcriptus? PHAE.Quo pacto? SO.Probata eſt inqt ipſorum ſententia ſenatui,aut populo,aut vtriſq;,& ille ait qui ab illo,& quæ deinceps,ambitioſe nominās extollenſq; ſententię auctorem.deinde etiā dicit poſt hęc,ſuā oſtentās laudatoribus ſapientiā.Idq; ſępe poſtq̄ prolixā orationem habuerit.An aliud quicq̄ tibi iſtud videt, q̄ ſcripta oratio? PHAE.Non aliud certe.SO.Q; ſi approbetur, geſtiens ex theatro diſcedit tanq̄ poeta:ſin autem reprobet excludatq; a ſcribenda ſententia, neq; dignus cuius ſentētia mādet literis habeat,mœret ipſe,eiuſq; amici.PHAE. Et maxime quidē. SO.In hoc plane demonſtrāt ſe minime aſpernari ſtudium huiuſmodi,ſed multi facere.PHAE. Summopere.SO.Quid vero ſi orator quiſpiā,aut rex eā nactus ſit facultatem,vt quēadmodum Lycurgus,aut Solo,aut Darius immortalis in ciuitate ſcriptor haberi poſſit, an non & ipſe ęqualem ſe deo adhuc viuentē exiſtimat? & poſteri monimēta eius cōſiderātes,de illo ſimiliter iudicāt? PHAE. Vehemēter. SO.An igit cenſes taliū quēpiā,vel quātūcūq; maleuolū Lyſię ſtudiū eius hoc ſcribendi vituperaturum? PHAE.Ex his quæ tu dicis id cōſentaneū nō videt:nā ſuū quoq; ſtudiū,vt videtur,vituperaret.SO.Ergo ex hoc perſpicuum eſſe cuiq; poteſt,non ob hoc ipſum q; ſcribat, quēq̄ eſſe vituperandū.PHAE.Quid em̄? SO.At illud eſt vt arbitror turpe,turpiter ac male & loqui,& ſcribere.PHAE. Manifeſtū id quidem.SO.Quęnā igit & bene,& nō bene ſcribendi ratio eſt? Nūquid opus eſt nobis o Phędre de his,a Lyſia,vel ab alio ſciſcitari,q vel quandoq; ſcripſerit aliquid,vel ſit ſcripturus,ſeu ciuile publicū opus,ſiue priuatū,aut carmine vt poeta,aut tanq̄ priuatus oratione ſoluta? PHAE.Rogas an opus ſit? Cuius em̄ gratia,vt ita dicam,viuat quiſpiā,niſi huiuſmodi voluptatū? Non em̄ illarum gratia,quas dolor neceſſario antecedit,alioquin voluptas minime puenit.Qđ omnes pene vo-

Oratio ad Amorem.

Prouerbiū Dulcis Ancon.

Epigrāma sup sepulcrū Midæ.

Reperies eam nihilo ab eo epigrāmate discrepare qđ Midæ Phrygio inscriptū nōnulli fuisse tradūt. PHAE. Quid istud, & quale? SO. Audi. Aenea virgo sum Midæ sepulcro imposita: quoad aqua fluet, arboresq; virescent, hic pmanens ptereuntibus nunciabo, in hoc deplorato Midā iacere sepulcro. Q vero nihil interest quālibet eius partem vt primā, vel vt vltimam ponere, vt arbitror tu ipse vides. PHAE. Orationem nostrā mordes o Socrates. SO. Hanc ergo ne nobis succenseas dimittamus, q̄uis in ea multa reperiri posse exempla videantur, quibus inspectis vtilitas nobis ex hoc prouentura sit, ne talia imitemur. Verum ad orationes alias descendamus: habeant illę quidem nonnihil, vt arbitror, quod a viris dicendi studiosis sit obseruandū. PHAE. Quid illud? SO. Erant vtiq; contrariæ, altera siquidem amanti, altera non amanti inhęrendū asseuerabat. PHAE. Ac strenue quidem. SO. Quod verius est, te responsurum putaram, videlicet ac furiose quidem. Cęterum quod quærebam id ipsum est. Furorem quendam Amorem vocauimus. An nō? PHAE. Certe. SO. Furoris aūt duas species ponimus. Alteram ab humanis morbis. Alteram ex alienatione diuina, qua extra consuetam vitæ institutionem quis rapitur. PHAE. Omnino. SO. Diuinę autē partes quatuor, vt etiam dii præsunt quatuor. Et vaticinii qdem inspirationem Apollini, Mysteria Dionysio, Poeticam Musis, Amatoriū furorem Veneri, & Amori omnium optimū tribuimus. Ac nescio quo modo, dū Amoris affectum per imagines quasdam effingeremus, veritatem forte aliquā attigimus, forte etiam alio transgressi sumus. Ideoq; miscentes orationem non penitus improbabilem, fabulosum quēdam hymnū composuimus, & quasi ludentes meū ac tuum o Phędre dominū Amorem pulchrorum pręsidem puerorū, modeste laudauimus. PHAE. Hæc mihi auditu nō iniucūda. SO. Hoc itaq; inde accipiamus, quo pacto a vituperatione ad laudes disputatio pertransiuit. PHAE. Quonam modo id ais? SO. Mihi quidem videmur cætera reuera lusisse. At siquis duarū specierū in quas modo ex fortuna incidimus, vim arte comprehenderit, opus non ingratum fuerit consecutus. PHAE. Quas species dicis? SO. Vt in vnā ideam conspiciens passim dispersa conducat: quo singula definiens, manifestum reddat semper id de quo agitur. Quemadmodū nos in præsentia quid Amor sit definiuimus, siue bene seu male id factū sit. Certe hinc disputatio nostra claritatem in se habuit, constantēq; sibiipsi concordiam. PHAE. Alteram vero speciem quā dicis o Socrates? SO. Vt rursus secūdū species articulatim pro rerum natura incidat, neq; imperiti coqui ritu vlla membra cōfringat, sed perinde faciat, vt superiores sermones fecerunt, qui concitationem mentis vnā communem speciem acceperunt. Quemadmodū vero in vno corpore membra gemina eodem nomine nūcupantur, dextrum vnū, sinistrum alterum, sic & concitationis speciem in nobis natura vnam sermones illi existimauerunt. Et prior ille quidem partem sinistram diuidens, ac rursus hanc partiens, nō prius destitit, q̄ ibi sinistrum quēdam reperiret amorē, inuentūq;, vt par est, improbaret. Sequens alter in dextram furoris partem nos duxit, vbi Amorē nomine priori similem, sed diuinū inueniens, & amplificans laudauit tanq̄ bonorū nobis causam maximorum. PHAE. Verissima loqueris. SO. Harū ego diuisionū collectionūq; o Phędre amicus sum, vt & intelligendi, & loquendi sim compos. Ac siquem alium posse arbitror, tum ad vnum, tum ad multa pro rerū natura respicere, huius a tergo tanq̄ dei vestigia sequor. Atq; eos qui id facere possunt, recte an ne contra cognominē, deus ipse nouit. Voco autē hactenus dialecticos. Nūc vero dic obsecro quo nomine p tua Lysięq; sētētia nūcupari oporteat. An hęc dicendi ars est, qua Thrasymach⁹ aliiq; vsi, sapientes & ipsi in dicendo fuerunt, cæterosq; reddunt tales, qui illis tanq̄ regibus offerre munera volunt? PHAE. Regii quidē illi viri, non tamen earum rerū periti, de quibus interrogas. Sed hanc speciē recte sane Dialecticā appellare videris, Rhetorica vero adhuc nos fugit. SO. Quomodo istud ais? Pulchrum ne aliquid erit, quod ab iis alienum, arte tamen percipiatur? Haudquaq̄ spernendum id tibi mihiq; est, sed dicendum quid sit reliquum in rhetorica. PHAE. Permulta o Socrates in libris de arte dicendi compositis tradita. SO. Opportune commemorasti. Procemium arbitror primā orationis partem esse vocandam. Talia quædam egregia illa ornamenta artis appellas? PHAE. Sane. SO. Sequitur secundo loco narratio, testimoniorūq; assertio. Tertio coniecturæ. Quarto verisimilia. Probationem quoq;, & approbationem, vt arbitror, optimus orationum faber Byzantius vir induxit. PHAE. Eximium dicis Theodorum? SO. Equidem. Hic etiam inuenit quo pacto in accusatione, & defensione fieri, & geminari redargutio possit. Egregium autem virum Euanum Parium cur in medium non adducimus? qui subdeclarationes primus inuenit, collaudationes præterea. nec desunt qui dicant vituperationes huiusmodi quasdā carminibus memoriæ gratia illum inserere. Vir enim sapiens est. Lysiā vero Gorgiāq; valere sinemus, qui verisimilia veris anteposuerūt, ac vi orationis efficiunt, vt parua esse magna, & magna vicissim parua, vetera item noua, & nouissima vetera videantur. Breuitatē quoq; loquendi concisam, rursusq; infinitam verborū plixitatē adinuenerunt. Quę cū olim ex me audiret Prodicus, risit, seq; solum inuenisse asseruit, quibus verbis ars illa indigeat. Egere autē neq; paucis neq; multis, sed mediocribus. PHAE. Sapientissime respondisti Prodice. SO. Hippiā

Furoris species. DIVINI FVRORES QVATVOR.

Qui diuidere pōt p rerū natura is dialecticus est. i. metaphysicus.

non in iudiciis solũ,& cõcionibus,verũetiã in omnibus,vt apparet,quę dicunt,quando quidem vna quędã ars est,versat,qua quis poterit omnia omnibus,& quę possunt,& quibus possunt, similia fingere,& alio similia ista occulente in lucem educere.PHAE.Quonã pacto id ais?SO.Hoc equidẽ. Nũ deceptio in his quæ multum,an quæ parum differunt,accidit?PHAE.In his quæ parum.SO.Atqui si paulatim trãsieris,latebis magis dum ad cõtrarium venies,q̃ si subito trãsilieris?PHAE.Quid ni? SO.Oportet igit eũ quicũq; decepturus sit alium ipse minime decipiendus, similitudinem & dissimilitudinem rerum exquisite dignoscere.PHAE.Necessarium est. SO. Nunqd igit singulorũ veritatis inscius poterit eius quod ignorat similitudinẽ in vniuersis paruã,aut magnã diiudicare? PHAE.Impossibile id qdem.SO. Ergo illos qui p̃ter rerum naturã opinant falsiq; sunt, constat ꝓpter similitudines aliquas sic esse affectos.PHAE.Sic accidit.SO.Num igit poterit quisq̃ si rem quãlibet ignorauerit,artificiose aliquẽ sensimq; a vero in contrariũ p similitudines aliquas sigillatim traducere? aut errorem hunc in seipso vitare?PHAE.Nunq̃.SO.Quãobrẽ o amice quicũq; veritatẽ ignorat, & opinionibus ducit,dicẽdi quoq; facultatem,vt videt,inertẽ exhibet atq; ridiculã.PHAE.Ita videt.SO. An vis in oratione Lysię quã in manib⁹ habes,& in nostra disputatione videre vbi artificiose,& vbi sine arte agit?PHAE.Maxime omnium.Nude enim in p̃sẽtia loquimur, cum exemplis pspicuis careamus.SO.At eñ fortuna quadã orationes dictę sunt,vt videt, exemplo monstrãtes,compotẽ veritatis virum dum verbis iocat,trahere auditores.Atq; ego o Phædre locales deos huius rei causas arbitror.Forte etiã Musarũ interp̃tes sup capita nostra cantores munus hoc nobis inspirauerunt.Ego enim dicendi artem habeo nullã.PHAE.Esto vt ais.Solũ quod dicis ostende.SO.Age itaq;,procœmium orationis Lysiæ lege.PHAE.Mearũ qdem rerum status sic,vt intellexisti,se habet:atq; cũ ita sit, quemadmodum nobis conducere putem audisti. Arbitror equidem me nõ minus ob id abs te siquid petiero consecuturũ,ꝙ amore tui captus minime sum.Nã amatores cum primũ amare desierint, collati beneficii pœnitet.SO.Define.In quo iste delinquat,& qd sine arte faciat,dicendũ.Nõne? PHAE. Profecto.SO.An non constat cuiq;,ꝙ in aliis,dũ loquimur,idẽ sentimus omnes,in aliis vero nõ idẽ? PHAE.Quis qđ ais intelligere videor,planius tamen vt dicas cupio. SO.Quãdo quis ferri nomen, vel argenti pnũciat,idẽ oẽs ꝓtinus intelligimus.PHAE.Prorsus.SO.Quid cum iusti,vel boni nomen?nonne alius alio fert?atq; cum aliis,& nobiscũ ipsi ambigimus?PHAE.Magnopere. SO.In aliis ergo consentimus,in aliis dissentimus.PHAE.Sic est.SO.Vbinã facilius falli possumus?& in quibus horum rhetorica plurimum valet?PHAE.Patet,in quibus ambigimus.SO.Oportet igit eum q rhetoricã sit assecuturus,primum hęc ordine discreuisse,& quæ vtriusq; speciei figuræ sint percepisse,& vbi maxime falli ambiguitate multitudo potest, vbi non potest.PHAE.Præclarã quandã o Socrates agnosceret speciem,qui cogitatione id caperet.SO.Deinde oportere arbitror eum nihil latere, cũ ad singula venerit,sed acute psentire id de quo dictur⁹ sit vtrius sit generis.PHAE.Cur non?SO.Quid porro Amorẽ?vtrũ ambigui generis,an alterius esse dicimus?PHAE.Ambigui prorsus.SO.An putas eum tibi illa de se dicere concessurum quæ supra dicebas?ꝙ videlicet amato simul atq; amãti pniciosus est,ac rursus ꝙ omnium maximum est bonorum?PHAE.Scite loqueris. SO.Sed id quoq; dicas,ego enim ꝓpter diuinã illã occupationem non admodum memini,num amorem in disputationis principio definierim.PHAE.Per Iouem mirifice. SO.O quanto solertiores Acheloi nymphas, & Pana Mercurii filiũ Lysia Cephali filio ad orationes cõponẽdas esse demonstras.An vero nihil dico? sed Lysias quoq; in amatorii sermonis exordio coegit nos intelligere Amorẽ, certum aliquid esse qđ ipse volebat,atq; ad id sequentia referens orationẽ oẽm peregit?Vis ne principium rursus legamus? PHAE.Vt lubet,q̃uis ibi qđ queris,minime sit.SO.Lege,vt illũ ipsum audiã.PHAE.Mearum qdem rerũ status sicut intellexisti se habet:atq; cũ ita sit,queẽadmodũ nobis cõducere putẽ audisti.Arbitror equidẽ me non minus ob id abs te siquid petiero consecuturũ,ꝙ amore tui captus minime sum. Nã amatores cum primum amare desierint,collati beneficii pœnitet.SO.Permultum abesse videt,vt qđ quęrimus, faciat. siquidem non a principio sed a fine modo quodã conuerso, & resupino sermonem transigere nititur,incipitq; ab illis quæ amator extincto amore adolescẽtibus obiicit. An forte nihil dixi o Phædre mi lepidũ caput?PHAE.Finis est pfecto o Socrates de quo sermonẽ habet. SO. Quid alia?nonne sparsim sermonis partes tibi iactę videntur? An censes quod secundo loco positum est, necessitate quadam ita esse subiunctum? aut aliquid aliud ab illo dictorum? Nam mihi quidem vtpote omnium ignaro videtur non ingenerose quicquid incidit a scriptore dictum fuisse.Tu vero necessitatem scribendi aliquam habes,per quã ille sic ea inuicem deinceps disposuit? PHAE. Optimus es o Socrates,si quidem me putas scripta adeo subtiliter posse diiudicare.SO. Sed hoc arbitror te dictu-rum,oportere orationem omnem tanq̃ animal quoddam constitui, vt suum quoddam habeat corpus,quod neq; sine capite sit,neq; pedibus careat,sed habeat media atq; extrema sibi inuicem & toti conuenientia.PHAE. Quid ni? SO.Considera quæso vtrum amici tui oratio sic se an aliter habeat.

Deceptio in iis,q̃ parũ differũt

Decepturꝰ alium qd nosse debeat.

Cõcludit oratoriã sine veritate esse deridẽdam.



Orõ tanq̃ aĩal suum corpus habẽs constituenda.

arte corpori medicinas,& alimenta ita sis pbiturus,vt & sanum, & robustum efficias,animæ autem p rationes legitimasq; institutiones psuasionem affatim virtutemq; adhibiturus.PHAE.Ita verisimile est o Socrates.SO.Animæ vero naturam absq; totius natura sufficienter cognosci posse existimas? PHAE.Si Hippocrati Asclepii successori credendum est, neq; etiã corporis naturã sine doctrina huiusmodi comprehendi posse putabimus. SO.Scite loquit o amice. Oportet autem pter Hippocratẽ considerare vtrum disputationis nobis ratio consonet.PHAE. Assentior.SO.De naturæ igit pscrutatione quid Hippocrates,& vera ratio dicat attende.An non ita cuiusq; natura excogitanda est?Primo qdem vtrũ simplex illud sit an multiplex,de quo & ipsi habere artem,& aliis dare posse desideramus:deinde si est simplex,inuestigandum quã,& ad quid in agendo:rursusq; quã,& a quo in patiendo natura vim habeat.Q2 si species habet multas,his dinumeratis in singulis similiter ac in vno naturalis & agendi & patiendi vis inquirenda.PHAE.Sic apparet o Socrates.SO.Sine his vero pgressio tanq̃ cęci iter esse videt.Non tamen cęco,vel surdo,qui arte tractat aliquid,est comparãdus. Sed patet q quisquis arte alicui sermones accõmodat , naturã substantiæ illius exquisite monstrabit cui sermones adhibet,id autem est anima.PHAE.Absq; dubio.SO.Nonne ad id studium illius om̃e contendit,vt huic penitus psuadeat?PHAE.Prorsus.SO.Constat igit q Thrasymachus & quicunq; alius tradendę incumbit rhetoricę,primo quidem summa diligẽtia describere declarareq; debebit vtrũ anima naturaliter vnũ,& quiddã simile sit, an secundũ formã corpis multiplex.hoc em̃ esse dicimus naturam ostendere.PHAE.Omnino.SO.Secundo quid facere cuiq;,quidve a quoq; pati queat, ostẽdere.PHAE.Certe.SO.Tertio distinctis sermonum animęq; generibus atq; affectibus causas omnes pcurrere,singula singulis accommodãs,docensq; qualis anima, qualibus sermonibus, quãve ob causam necessario hæc quidem mouet, illa vero nequaq̃. PHAE. Præclarissimum,vt videtur,hoc esset. SO.Neq; igitur hoc o amice neq; aliud quicq̃ si aliter tractetur, artificiose vnq̃ tractabitur . Nostri vero in hac arte scriptores,quos ipse audisti,callidi sunt,& animæ naturam pulcherrime cognoscentes nos celant.Nos vero prius q̃ hoc modo loquantur,& scribant,nunq̃ ex arte eos scribere cõfitebimur.PHAE.Quem dicis modum?SO.Verba quidem ipsa non facile dixerim.Quo autem modo scribere oporteat,si arte scripturi simus,quoad fieri potest exponã.PHAE.Dic obsecro.SO.Postq̃ dicendi facultas quædam animi attractio ac perductio est, futurum oratorem necesse est quot species animus habet cognoscere.hę vero tot talesq; sunt,vnde tales alii,alii tales efficiuntur. His ita distinctis sermonum quoq; tot talesq; sunt species.Tales igitur animi, talibus quibusdã sermonibus certa quadam de causa ad talia quędam facile persuadent:aliter vero affecti aliquã ob causam,minime.Oportet itaq; hominem talia cõtemplatum,quãdo hæc in singulis fiũt, iamq; in ipsa re sunt, ea p sensum velociter assequi:alioquin nondum quicq̃ plus habere q̃ verba sibi quondã a doctoribus tradita.At cum sufficienter potest dicere qualis a qualibus sermonibus suadet,psentemq; hominem acute psentit eo ingenio pditum esse, de quo antea fuerit disputatum, sicq; ipm esse talibus sermonibus ad talia compellendũ,is ita instructus tũc demũ pfecte artẽ hanc erit consecutus,cũ ad superiora hęc adiũxerit,vt opportunitatem loquẽdi tacendiq; calleat, & vsum abusumve breuiloquii, cõmiserationis, vehementię acrioris,amplificationisq;,cęterarũq; partium orationis a pceptoribus traditarũ recte cognoscat,prius vero nequaq̃.Eũ vero qui horum quouis caruerit in dicendo,aut docendo,aut scribẽdo,dixeritq; ex arte verba se facere,qui non psuadet,exuperat.Cæterum scriptor ita forsitan nos cõpellabit.O Phædre atq; Socrates ita ne prorsus an aliter dicendi artẽ capessendã esse censetis?PHAE. Impossibile est o Socrates aliter,q̃uis non paruum id opus appareat.SO.Vera loqueris,atq; horum causa oportet om̃ibus sursum deorsumq; sermonibus reuolutis pquirere nunqd via ad illã vlla facilior breuiorq; occurrat,ne temere plõgã & asperã perrem⁹,cũ liceat p breuẽ,& planã incedere.Quare siquã tu opẽ afferre potes pea q̃ a Lysia,vel aliquo alio accepisti,reuoca in memoriam, & expone. PHAE.Experiũdi causa possem qdẽ,nõ tñ ad psens.SO.Vis ne ego tibi & sermonẽ recenseã, quẽ aliquando de huiusmodi rebus audiui?PHAE.Quid ni?SO.Fert iustum esse o Phędre Lupi illud dicere,ac tu ita facias.Aiunt vtiq; nihil oportere hæc tãtũ extollere,neq; ad supna longo ambitu disputationis efferre.Quippe sicut in disputationis principio diximus,oratorẽ futurũ non oportere veritatẽ nosse de iustis,& bonis,siue rebus,siue hoibus,natura,vel educatione talibus.Nã in iudiciis nulli prorsus horũ veritatẽ sed psuasionẽ curę vnq̃ esse solere.Id aũt esse verisimile,ad qd̃ mentẽ intẽdere debeat,q sit arte dictur⁹.Neq; facta dicẽda esse aliqñ,nisi pbabile sit facta fuisse, sed tã in accusatione q̃ defensione semp verisimilia inducẽda:& oĩno dicẽtẽ,verisimile qdem psequi,verũ aũt negligere. hoc enim si in omni oratione seruet,pfectã artem oratoriã exhibere.PHAE.Ea narrasti o Socrates,q̃ dicunt qui artem rhetoricã pfitent.Memini em̃ id nos in superioribus breuiter attigisse.Videtur autem hoc magnum quiddam esse his qui in hac arte versantur. Sed & Tisiam ipsum grauiter pessundedisti.SO.Dicat ergo id quoq; nobis Tisias,nunquid aliud pbabile,& verisimile nuncupet, q̃ quod

Vt oporte at pter auctoris sentẽtiã & rõnẽ q̃rere.

De naturę ratione.

Quo pacto arte scribendũ.

vero nequaꝗ commemoramus. Arbitror em̄ cum ipso Eliensem quoqꝫ hospitē cōsentire. PHAE. Cur non? SO. Quid porro de musica Poli cōcinnitate dicemus? Qui geminationē verborū, insignes sententias, comparationes, similitudinesqꝫ inuexit, nominumqꝫ vsum ad orationis splendorem, prout a Licymnione didicit. PHAE. Protagorę aūt scripta nōne talia quædā erant o Socrates? SO. Recta sane ac ꝓpria o puer Protagorę elocutio, & multa in stylo præclara. In commiserationibus autem a senectute & paupertate cōmouendis Chalcedonius orator excelluit, in ira itē cōcitāda, & sedāda potens, quasi incātatione, vt inquit, mulceret, in conficiendis soluendisqꝫ calumniis vnde opus fuerit, summus. De fine aūt orationis omnes conuenire videntur, sed hūc alii repetitionem, alii aliter nominānt. PHAE. Finem dicis summatim supradicta omnia in orationis calce in memoriam auditoribus reuocare? SO. Hęc inquā, & siquid tu aliud habes qđ de hac arte dicas. PHAE. Exigua qdē habeo, neqꝫ me moratu digna. SO. Mittamus exigua, sed hęc in lucem potius educamus, vt quā, & quādo artis vim habeāt videre possimus. PHAE. Et maximā qdem o Socrates in hominum cœtibus potentiā habēt. SO. Habent profecto. sed o beate tu etiā vide vtrum tibi horū vestis queadmodū mihi rara dissutaqꝫ videat. PHAE. Ostende modo. SO. Dic age. Siquis amico tuo Eryximacho, vel patri eius Acumeno dicat in hunc modum: Ego quidem illa scio corpori admouere, quibus & calescat ꝑ arbitrio meo, & frigeat, vomitum quoqꝫ rursusqꝫ deiectionem, & expurgationes alias ꝓuocare, cæteraqꝫ huiusmodi multa intelligo, qbus cognitis, & medicum me esse profiteor, & alium quēlibet medicum me facere posse: quid illos responsuros existimas? PHAE. Quidnā aliud ꝙ ꝑcontaturos, nunqd etiam sciat quibus, quādo, quousqꝫ singula horū sint adhibenda? SO. Ergo si dicat nullo modo se id intelligere, sed oportere eum qui ab ipso didicerit talia quædā facere posse, quid respondebunt? PHAE. Certe huiusmodi hominem insanire, qui cum ex aliquo medicorum libro audiuerit quādoqꝫ aliquid, & in medelas nōnullas inciderit, neqꝫ quicꝗ artis intelligat, medicum euasisse se putat. SO. Quid vero si ad Sophoclē, & Euripidem diceret quis scire se parua de re prolixā orationem habere, & contra de magna breuissimā, & quotiēs velit misericordiā mouere, atqꝫ eius contrariū, horrorē, & minas incutere, cæteraqꝫ similia, atqꝫ his docēdis tragicā poesim se docere putaret? PHAE. Et hi o Socrates, vt opinor, illū riderent q tragœdiā aliud quicꝗ putaret esse, ꝙ horū cōpositionē, & partibus inuicem, & toti cōuenientem. SO. Non tamen rustice, vt arbitror, increparent, sed facerent ꝑinde ac musicus aliqs offendens hominem, censentē se musicum esse ex eo ꝙ sciat quo pacto fides tum grauissimę reddātur, tum acutissimę. hic em̄ nō acerbe quidem diceret, O miser insanis, sed vtpote musicus sic mitius admoneret: O vir optime necesse est om̄ino hęc illum tenere q futurus sit musicus. Nihil aūt prohibet eum q sic affectus est vt tu, de harmonia nihil ꝑnitus intelligere. nēpe quę ante harmoniā necessaria sunt agnoscis, harmoniā prorsus ignoras. PHAE. Rectissime. SO. Sic & Sophocles illū sibi obuium, quæ tragœdiā antecedūt potius ꝙ tragœdiā habere diceret: & Acumenus medicus medicinę præcedentia, non medicinā. PHAE. Ita prorsus. SO. Quid vero? si mellifluus Adrastus, aut Pericles audirēt quæ nūc ipsi referebamus egregia verborum artificia, breuiloquia, similitudines, & reliqua illa quę in lucem producta cōsiderāda iudicabamus, nunqd cēsemus illos queadmodū nos præ rusticitate asperrime illis succēsuros q talia scripserint docuerintqꝫ tanꝗ rhetoricā facultatē? An potius vtpote nobis sapientiores, nos ita increpaturos? O Phędre atqꝫ Socrates, nō succēsendū est, sed ignoscēdū, siqui disserendi ignari definire quid rhetorica sit nō possint: atqꝫ ita affecti, dū artē antecedētia possidēt rudimenta, rhetoricā inuenisse se iactēt, & ea docētes oratoriā artem absolutā tradere ꝓfiteātur. Singula vero istorum ad ꝑsuasionem disponere, totāqꝫ orationē contexere, quasi in his præceptore opus non sit, oportere discipulos suos ꝓpria industria comparare. PHAE. Talis profecto o Socrates ars illa videtur esse, quā isti tanꝗ rhetoricā docent, & scribūt. Ac mihi videris vera dixisse. Verū oratoris ꝑsuasorisqꝫ veri artem quonā pacto, & vnde nobis vendicare poterimus? SO. Cōsentaneū est o Phędre, forte etiā necessariū, queadmodū in cæteris, ita & in hoc certamine ꝑagendo ꝑfectū esse. Quippe si tibi natura vt sis orator tribuerit, accedente doctrina & exercitatione excellens eris orator. Si quid vero tibi horum defuerit, mācus eris. Quāta vero ars huiusmodi sit, non ea via quā Gorgias, & Thrasymachus secuti sunt, sed alia potius constare videtur. PHAE. Quanā maxime? SO. Videtur o vir optime nō iniuria Pericles oratorū omniū ꝑfectissimus extitisse. PHAE. Cur? SO. Magnæ quælibet artes exercitatione dialectica, cōtēplationeqꝫ sublimiū in natura rerū indigent. Ipsa em̄ mentis sublimitas, & vis efficax in quauis re ꝑficienda, hinc quodāmodo proficisci videnť. qđ Pericles ad ingenii acumen adiunxit. Anaxagoræ nāqꝫ huiusmodi rerum indagatoris familiaritate fretus, cōtemplationi se tradidit, mentisqꝫ & dementię naturā illā comprehendit, de qua Anaxagoras diffuse disseruit. vnde ad dicendi artē qđ ipsi conducere videbatur, traduxit. PHAE. Quomodo id ais? SO. Medendi artis atqꝫ dicendi eadem ferme ratio est. PHAE. Quonam pacto? SO. In vtrisqꝫ partiri naturā oportet, corporis quidem in vna, in altera animę, si modo non exercitatione solum & vsu, verūetiam

De vi dicēdi & tpe

Sophocles.
Acumen⁹
Adrastus.

Q̄ñ excellēs orator.

Magnæ artes exercitatiōe dialecticæ, & cōtēplatione indigēt
Pericles
Anaxag. auditor.

reuoluit ęque apud intelligentes, atq; alios, inter quos minime decet, nescitq; dicere quibus oportet & qbus nõ oportet. Iniuria vero immerito cõtumeliaq; affect⁹ patris semp eget psidio. Ipse enim neq; aduersario repugnare, neq; opẽ ferre sibiipsi potest. PHAE. Hæc quoq; recte abs te dicta videnť. SO. Quid porro? Aliũ videmus sermonẽ huius fratrẽ, queadmodũ legitimus sit, & quãto melior atq; potẽtior q̃ is nascať? PHAE. Quẽ istũ? & quomõ fieri dicis? SO. Eũ inquã q in aĩo discẽtis cũ scientia scribiť, qa sibiipsi auxiliari potest, intelligitq; apud quos loquẽdũ sit, apud quos tacendum. PHAE. Sciẽtis sermonẽ dicis viuẽtẽ, & animatũ, cuius oratio scripta simulacrũ quoddã nõ iniuria nũcupabitur. SO. Omĩno. sed hoc quoq; mihi dicas. Mẽtis cõpos agricola nũqd charissima sibi semina, quorũ fructus expectat, æstate in Adonis hortis summo studio & diligẽtia sparget, vt octo diebus speciosos inde flores aspiciat? An potius siqñ id egerit, festi cuiusdam diei ludiq; gratia faciet? At vbi serio agens agriculturę studiũ adhibuerit, seret qdẽ vbi cõuenit, & satis se cõsecutũ putabit, si octo mẽsium interuallo satio sua ad fruges puenerit? PHAE. Ita prorsus o Socrates, illa qdẽ ioco, vt ais, hęc aũt serio faciet. SO. Hoĩem vero iustorũ, honestorũ, bonorũq; sciẽtiã possidẽtẽ agricola ĩperitiorẽ ad semina sua spargẽda putabimus? PHAE. Minime oĩm. SO. Nõ igiť in aqua nigra studiose ipsa calamo cũ sermonibus seminabit, cũ succurrere illis pɾiclitãtib⁹ nequeat, nequeat & ex ipsis veritatẽ sufficiẽter ostẽdere. PHAE. Certe id nõ est cõsentaneũ. SO. Nõ sane. Cęterũ hortos qdẽ literarũ, vt ludi causa, vt videť seret, atq; describet, & postq̃ scripserit tãq̃ monimẽta thesaurosq; ad senectutis futuræ obliuionẽ, tã sibi, q̃ cęteris vestigiorũ eorũdẽ sectatoribus, lętabiť vtiq; natos iã tenellos suos fructus inspiciẽs, cęterisq; hoĩbus ludos alios sequẽtibus, & cõuiuia horũq; similia celebrãtib⁹, ipse interim his omissis in sermonũ oblectamẽtis vitã ducet. PHAE. Pręclarissimũ prę aliorum vilissimo narras o Socrates eius ludũ, q põt in sermonibus ludere, ac de iustitia, & aliis q̃ tu dicis, cõfabulari. SO. Est ita pfecto amice Phędre. sed multo mea sentẽtia in his pclarius studiũ, qñ qs arte dialectica vtẽs animam nactus idoneã sermones cũ sciẽtia plãtat, & seminat, q & sibiipsis, & satori suo afferre opem possunt fructusve pducũt, & semina reddũt. Vnde alii in moribus aliis nati id semp munus immortale seruare possunt, atq; eũ q hęc habet, beatissimũ quoad homini licet efficiũt. PHAE. Multo id quoq; pręclarius. SO. Nunc iã illa o Phędre his cõcessis discernere possumus. PHAE. Quęnam? SO. Ea videlicet quorũ cognoscẽdorũ gratia hucusq; descẽdimus, vt vitupationẽ Lysiæ discuteremus in ipsa scribẽdi arte, sermonesq; ipsos, qui vel arte, vel sine arte scribunť: artificiosum qdẽ, & artis expers, satis iã declarasse videmur. PHAE. Sic apparet. SO. Meminisse rursus oportet nõ prius posse aliquẽ dicẽdi artẽ ad summũ callere ad psuadendũ atq; docẽdum, vt ratio superior nobis ostẽdit, q̃ veritatem earum rerum quas dicit aut scribit cognouerit, vniuersamq; rẽ definire, & definitione posita rursus secũdũ species vsq; ad indiuidua diuidere nouerit: atq; hac ratione animã contemplatus, & quid cuiq; ingenio congruũ est aueupatus, ita maxime disponat exornetq; sermonẽ, varię qdẽ animæ varios, & harmonia multiplices, simplici vero simplices sermones accõmodans. PHAE. Sic prorsus apparuit. SO. Quid aũt de illa quæstione dicemus quã supra tetigimus? honestũ ne an turpe sit orationes componere, & quomodo studiũ hoc iure vitupɾari queat, quomodo nequeat. Num superiora nobis hoc satis declarauerũt? PHAE. Quęnã illa? SO. Quippe, siue Lysias, siue alius quispiam scripsit quãdoq;, aut scribit, scribetq; priuatim quicq̃, vel publice ciuiles quasdã constitutiones, ita vt suis in scriptis magnam quãdã stabilitatem, & certitudinem putet inesse, turpe id esse scriptori, siue dicatur a quoq̃, siue non dicatur, putãdum est. Siquidem ignorare quid verum sit, quid falsum, de iustis, & iniustis, de bonis, & malis, etiam si vulgus vniuersum laudauerit, fieri nunq̃ potest quin sit reuera turpissimũ. PHAE. Turpissimũ. SO. Contra qui scripta ludis, vt plurimum, iocisq; necessario similia censet, orationemq; nullam aut solutam, aut poeticam magno componendi studio dignam esse ducit, instar eorum quæ sine diiudicatione & doctrina pɾsuasionis gratia carminibus recitari cõsueuerunt, sed reuera sermonum illorum optimos cõmemorãdi scientibus causa fuisse cõpositos: in sermonibus autẽ qui docendi discendiq; causa dicuntur, ac vere scribuntur in animo de iustis, honestis, & bonis dũtaxat pɾspicuitatem pɾfectionemq; inesse, eosq; solos studio dignos existimat, iudicatq; sermones huiusmodi filios suos legitimos esse vocãdos, primum qdem eum q sibi inest si modo sit adinuentus, deinde siq huius filii, & fratres simul in aliis aliorũ animis p dignitate innati sunt, reliquos aũt postponit, hic vir inquã talis o Phędre videť esse, quales esse nos exoptaremus. PHAE. Egdem quæ dicis cupio prorsus, & voto precor. SO. Sed hęc iã satis a nobis de arte dicendi quasi illudentibus dicta sint. Quare Lysię dicas, nos ad nymphæ fontẽ musarũq; cœtum pfectos, sermones quosdã audisse, q dicere iusserũt Lysię, cæterisq; orationũ scriptoribus, Homero præterea, & siquis alius nudã poesim, vel cantu exornatã cõposuit, Soloni postremo, & omnibus q ciuiles institutiones literis mãdauerunt: q si veritatis cõscii talia cõposuerũt, possuntq; sua in discussionẽ tracta defendere, ac dicendo scripta verbis viliora mõstrare, nõ vtiq; ab his q̃ calamo luserũt, sed ab illis potius q̃ serio excogitarunt, cõ

vulgo videtur.PHAE.Quidnã aliud?SO.Hoc pterea scitũ, & artificiosum inuenisse & scripsisse videtur, ꝙ siquis imbecillis & audax cum robustũ quendã timidumq; verberibus cæsum spoliauerit, in iudicium deducat, neutrũ horũ verum confiteri oportet, sed timidũ qdem dicere non a solo audace illo esse se cęsum, audacem vero hoc refellere, solos fuisse monstrãtẽ, atq; ad tale quiddã confugere. Quonã pacto imbecillis cum sim, robustũ hũc inuasissem? Ille aũt timiditatẽ suã non dicet, sed falsum aliquid excogitãs forte aduersariũ arguet. Atq; in aliis etiã talia q̃dã sunt quę arte dicunt. An nõ sic est o Phędre? PHAE. Ita prorsus. SO. O q̃ callide abstrusam artem adinuenisse videt Tisias, vel qcunq; alius fuerit, vel quocunq; alio cognomine delectetur. Sed nunquid hoc o amice dicemus, an non? PHAE. Quid istud? SO. O Tisia iampridem ante accessum tuum affirmabamus ꝓbabile istud, & verisimile vulgo non aliter q̃ per veritatis similitudinem fieri. Similitudines aũt veri ab eo qui veritatem nouit aptissime vbiq; reperiri posse asserebamus. Quapropter si aliud quicq̃ de hac arte dixeris, auscultabimus quidem: sin minus, his quæ paulo ante diximus, fidem pręstabim⁹, ꝙ videlicet nisi auditorũ qs ingenia nouerit distinxeritq;, atq; res ipsas in species suas discreuerit, rursusq; singula idea vna comprehenderit, nunq̃ dicendi artem quoad homini licet, adipiscetur. Hæc aũt sine longo studio assequetur nunq̃. In quo non ideo insudabit vir prudẽs, vt dicere & agere ad homines possit, sed vt ea potius & loqui & facere quæ diis grata sint valeat. Viri eñ nobis sapientiores o Tisia virũ mẽtis compotẽ aiunt non id meditari debere, vt conseruis suis nisi prout contigerit obsequatur, sed vt dominis bonis atq; ex bonis obtemperet. Quãobrem si longior sit circuitus, ne mireris. Non eñ vt ipse putas, sed magnarũ rerũ gratia circuẽũdũ. Erũt aũt, vt ratio dictat, siqs voluerit, hæc quoq; pulcherrime ex illis effecta. PHAE. Perpulchre admodũ dici hoc videtur o Socrates, modo aliquis assequi possit. SO. At præclarum est ad præclara semper anniti, & quicqd cõtigerit tolerare. PHAE. Valde. SO. De arte hactenus, & inscitia orationis satis sit dictũ. PHAE. Satis profecto. SO. Reliquum est vt de scribendi decore, & indecentia quomodo fiat disseramus. PHAE. Plane. SO. Scis ne quo pacto maxime de sermonibus dicendo, vel agendo deo placere potes? PHAE. Minime. Tu vero? SO. Audiui equidem nõnulla a veteribus tradita: verũ aũt ipsi intelligunt. Id vero si nos inueniremus, nunqd humanarũ opinionũ nobis amplius cura esset? PHAE. Ridicula sane interrogatio. sed quæ audisse dicis recense. SO. Audiui equidẽ circa Naucratim Aegypti priscorũ quẽdã fuisse deorũ, cui dicata sit auis quã Ibim vocant, Dęmoni aũt ipsi nomen Theuth, hunc primũ numerũ, & cõputationem inuenisse numerorum, geometriãq;, & astronomiã, talorũ rursus alearũq; ludos, & literas. Erat tũc toti⁹ Aegypti rex Thamus, & in eminentissima amplissimaq; ciuitate, quas Græci Aegyptias Thebas appellant, deumq; ipsum Ammonẽ vocãt. Ad hũc, Theuth ꝓfectus, artes demonstrauit suas, dixitq; eas distribui deinceps Aegyptiis cæteris oportere. Verũ ille quæ cuiusq; vtilitas foret, interrogauit: & ipso referente, qđ bene dictum videbatur, ꝓbabat quidem: qđ contra, vituperabat. Vbi multa de qualibet arte in vtrãq; partem Thamus fertur Theuthi ostendisse, quorũ singula si enarrare pergamus, ꝓlixior erit oratio. Cum vero ad literas descendissent, Disciplina hæc, inqt Theuth, o rex sapientiores magisq; memoriosos Aegyptios faciet. Memorię nãq;, & sapientię remediũ id est inuentum. At ille. O artificiosissime Theuth inquit, alius quidem ad artis opera fabricãda idoneus est, alius ad iudicandum promptior quid emolumenti, vel damni sint vtentibus allatura. Atqui & tu literarum pater propter beneuolentiam contrarium q̃ efficere valeant affirmasti. Nam illarum vsus propter recordationis negligentiã obliuionem in animo discentium pariet: quippe qui externis literarum confisi munimẽtis, res ipsas intus animo non reuoluent. Quãobrẽ non memoriæ, sed cõmemoratiõis remedium inuenisti. Sapientię quoq; opinionẽ potius q̃ veritatem discipulis tradis. Nã cũ multa absq; ꝓceptoris doctrina ꝑlegerint, multarũ rerũ periti vulgo cũ ignari sint, videbunt. Consuetudine quoq; molestiores erunt, vtpote qui non sapientia ipsa sint præditi, sed opinione sapientiæ subornati. PHAE. Facile tu o Socrates Aegyptios, & alios cuiusuis gentis sermones facis. SO. At o amice q in Iouis Dodonęi templo versant, ex quęrcu sermones primos fatidicos erupisse asserũt. Priscis itaq; illis, vtpote q nõ ita vt vos recentiores, sapiẽtes erant, satis erat ob eorũ inscitiã petras, & quęrcus audire, modo vera ꝓmerẽt. Tu forsitan interesse censes, quisnã cuiasve sit, q dixerit. Non eñ id solũ cõsideras, vera ne an falsa dicant. PHAE. Recte admodũ increpuisti, ac mihi videt ita in literis euenire, vt Thebanus ait. SO. Igit qcunq; se putat sic artẽ, aut mãdare literis, aut mãdatã suscipere, vt certũ quiddã, & firmũ ex literis sit futurum, admodũ ineptus est, ac reuera Ammonis vaticinium prorsus ignorat, cum plus aliqd in scriptis esse credat, pter id quod scienti res ipsas quę in literis significant, cõmemorãt. PHAE. Rectissime. SO. Graue id habet o Phędre scriptura, & picturæ reuera ꝑsimile. Picturę nãq; opera tanq̃ viuentia extãt: siquid vero rogaueris, verecũde admodum silent. Nõ aliter sermones putabis fortasse quasi aliquid ipsos intelligentes dicere. Verũ si sciendi auidus ab iis dictorũ aliqd sciscitaberis, idem in his semper, & vnum significat: omnisq; sermo cum semel script⁹ est, passim

Præceptũ vt recte dicatur.

De scribẽdi decore.

Ibis auis dicata dęmoni Theuth.

Aegyptię Thebę.

theologos imitatus,& Platonici omnes oraculorũ historiã vbiq; tãq̃ verã accipiũt, rationibusq; cõfirmant.Mitto quãtã his in Phædro adhibeat fidem,quantam & in Timæo.In Phædro quidem humanã sapiẽtiã prę illa q̃ ab oraculis furoribusq; diuinis habet nihili pendẽs,in Timęo aũt dicẽs eatenus a philosopho de rebus diuinis affirmãdũ esse quatenus diuinis oraculis cõfirment.Mitto q̃plurima apud Platonẽ similia.certe in Apologia totam Socratis sui defensionẽ ab oraculis vaticiniisq; auspicat:immo vero qđ maximũ est,totã Socratis & sapiẽtissimi & iustissimi vitã asserit tũ ad Apollinis oraculũ,tũ ad sui cuiusdã dęmonis vaticiniũ institutã.Si q̃ras qualis Socratis dæmon fuerit,respõdebit igneus,qm̃ ad cõtẽplationẽ sublimiũ erigebat.Itẽ Saturnius,quoniã intẽrionẽ mẽtis quotidie mirũ in modũ abstrahebat a corpore.Attributus quoq; ab initio,nõ acq̃situs. Nã sibi a puero dicit aspirauisse.Nõ ꝓuocabat vnq̃,q̃a nõ Martius,sed sępe ab actionib⁹ reuocabat,q̃a Saturnius.Item nõ adhibebat calcaria viro satis p se ad honesta ꝓpẽso,sed cohibebat fręno, vbi in eligẽdis ad finem viis ob cõiecturarũ fallaciam posse decipi videret.Aspirabat mẽti,ostẽta oculis,voces auribus suggerebat.Sed q̃bus oculis atq; aurib⁹?visui videlicet atq; auditui,q p oẽ edunt corpus ęthereũ sub manifesto hoc corpore latẽs.Poterat aũt Socrates p ęthereos sentire sensus,ab elemẽtalib⁹ sensib⁹ se facile seuocãs.Ostenta cernebat per eosdẽ sensus & somnians pariter atq; vigilans.Similiter Auicenna probat ꝓphetas angelorũ & species cernere & voces audire.At cur Socrates paucìq; similes dæmonẽ suũ animaduertunt?Quoniã pauci vel genitura vel disciplina dæmonici sunt,plures humani, pleriq; ferini.Cur itẽ alias dęmonẽ,alias deũ vocat?Quia sublimis dęmõ Socratẽ quasi dei interpres nũ ciusq; afflabat.Sed nũq̃d ipsum Socratis intellectũ possumus dęmonẽ nũcupare?Possumus certe. Nã Timęus inq̃t deum nobis supremam animi partẽ tanq̃ dæmonem tribuisse.Rursus in Symposio ipse mentis amor ad diuinam pulchritudinem contemplandam,Dęmon cognominat. Verũ præter hæc necesse est superiorem nobis substantiam dæmonis præsidere,propterea q; vt in Symposio Legibusq; probatur,humanum genus vtpote a diuinis maxime distãs,media quadã natura indiget, qualis est dæmonica,quasi cõciliatrice.Neq; iniuria diuina prouidẽtia vt in Politico Protagoraq; probat,dæmones nobis præfecit propinquiores quasi pastores,siue vt in Critia dicit gubernatores.Homo siq̃dem in hac ignorantiæ caligine constitutus,innumerisq; fortunæ vel malis agitatus vel distractus illecebris,ad constitutum sibi a deo finem absq; ꝑpetuo dei auxilio peruenire nõ potest. Hinc probat deum nos dęmonibus puriorib⁹ quasi rectoribus cõmendasse,q vaticiniis,auguriis,somniis, oraculis,vocibus,sacrificiis,inspirationibus adiuuarent.Horũ vero ex numero esse vult familiarem Socratis dæmonem a mente Socratica differentem.Hæc eñ Socratem sæpe prouocat,ille vero prouocat nunq̃.Item hæc nisi loquatur aut scribat,docere nõ potest.Ille vero vt in Theage probatur, multos etiam silendo docebat.Præterea q; & voce & signis Socratem corrigat,significat dæmonem hũc aliquid esse pręter mentem.At si minus tibi placet & familiarem hominis ducem dęmonem appellare, saltem,vt placet nostris,bonum angelum appellato.Post hæc Apologia nos cogit nonnihil de oraculis statuisq; tractare.Principio si quęras quã ob causam dæmones solita illa quondam miracula nostris seculis non efficiant:respõdebitur,Christũ & dæmones malos suo illo imperio priuauisse,& hominibus tum omnem dæmonũ cultum,tũ artem dæmonicam sustulisse.Si rursus interroges qua ratione vel in statuas vel in homines dæmonũ trahant influxus,diligẽter attẽde.Trahit quotidie aliquid naturale per artẽ:ceu quotiẽs lignũ qđ ꝓpter densissimã crassitudinẽ accendi a tenui quadã flamma non poterat,vel oleo illiniunt,vel inficiunt sulphure,rapiũtq; in fomite flammam . Trahitur & quotidie diuinum aliquid per naturam,quando fœtus tener in aluo certo affectus figuratusq; modo sic per naturam a deo humanam haurit animam,vt per magicã statua a mundo accipit dęmonẽ. Vnde Aegyptii naturam quoq; magã appellauerunt,vim ipsam magicam in attractu quodam similium per similia,vel conuenientiũ saltem per conueniẽtia collocantes.Emittis quotidie vocem,emittis & tui vultus imaginem.At non vbiq; vox in te tua & imago remittitur.Paries duntaxat ita dispositus sic oppositus vocem per echo reflectit,& speculare corpus tuam tibi reddit imaginem. Esto igitur specularis & ille paries,subito totus,vt ita dixerim,eris in illo.Ibi enim videberis,audieris, intelligeris,ferme vt in statua dæmon.Si Trismegistum consulueris , disces ex propriis mundi materiis certo cuidam dæmoni congruentibus compositam rite statuam confestim per dęmonem congruum animari.vel per dęmonem,inquit,vel per angelum.intellige vel per impuriorem vel per puriorem spiritum afflari solere.Audies quoq; Mercurium hunc veteres plerosq; damnantem, q; diffidentes vel esse numina super cælum , vel terrenorum vota ad cælestia superioraq; peruenire, fabricauere statuas habitacula dęmonum, quosquasi familiares colerent deos. Putabat sane, q̃uis interdum in delubra dęmones salutares aduocarentur,sępe tamen descendere noxios.Audisti paucis tractum dæmonum in corpora statuarum . Audi quoq; paucis raptum in corpora hominum . Quando vel per atram bilem vel aliquid simile aut vitium totus in imaginationem conuertitur ani

gnominādi videnť.PHAE.Quænā cognomina,& quo pacto accōmodas?SO.Sapientis cognomē o Phædre magnum,soliqꝫ deo cōuenire videtur.Philosophi vero aut similis alicuius cognomine eius modi viros quales modo descripsimus,cōuenientius modestiusqꝫ nūcuparemus. PHAE.Certe non dedecet.SO.Eum igitur q nulla habet in se pstantiora iis q̄ conscripsit,& sursum deorsumqꝫ retorquens diuturna emendatione addēdo vel subtrahēdo cōposuit,iure poetā, vel orationum legumve scriptorem cognominabis?PHAE.Quid ni?SO.Hęc itaqꝫ amico referas tuo.PHAE.Tu vero qd facies?neqꝫ enim amicus tuus ptermittēdus.SO.Quis iste?PHAE.Isocratem pbū inquā.Quid illi nunciabis o Socrates?Quem esse dicem⁹?SO.Iuuenis adhuc Isocrates est o Phædre. Quid autem de illo præsagiam,non pteribo.PHAE.Quidnā?SO.Videť mihi pstātiori ingenio esse,q̄ Lysiam sua scripta demonstrent.Præterea moribus generosioribus præditus.Quāobrem nihil mirum putarim,si crescē tibus annis in arte dicendi cui nūc incūbit,magis q̄ viri pueris,oībus q eloquētię vnq̄ se tradiderūt, excellat,atqꝫ his etiam studiis nō cōtētus ad maiora diuiniore quodā instinctu ferať.Inest eñ o amice ex ipsa natura philosophia qdā illi⁹ ingenio.Hęc ego ab iis diis accepta,Isocrati mihi dilectissimo nūcio.Tu illa Lysię tibi charissimo.PHAE.Ita fiet.Sed abeamus hinc,cū ęstus nonnihil iā efferbuerit.SO.Vota prius his facienda sunt q̄ abeamus.PHAE.Quid ni?SO.O amice Pan & alii oēs q locū hūc colitis dii,date mihi vt pulcher intus efficiar:& q̄cūqꝫ extrinsecus habeo,intrinsecis sint amica. Diuitē aūt sapiētē solū existimē.Tātū vero mihi sit auri,quantū nec ferre nec ducere queat alius, ni si vir temperans.Nūqd aliud orādum cēses o Phædre?mihi enim satis est optatū.PHAE. Mihi quoqꝫ eadem opta.Amicorum enim communia omnia.SO.Abeamus. Amicorū oñia cōmunia.


FINIS PHAEDRI.

Argumentum Marsilii in Apologiam.



Ntiqui gentium theologi in tris diuisi sunt sectas.Alii qdem dæmonib⁹ solū sacrificabāt,diffidentes,vt arbitror,vota hominū ad cęlestia puenire. Alii vero cælestia quoqꝫ colebāt,putātes illa non viuere solum atqꝫ intelligere,sed etiā radiis suis circūspicere cūcta atqꝫ audire, ideoqꝫ tam sacrificiorum ritus ab eis pspici, q̄ supplicū laudes precesqꝫ exaudiri:verūtamē animorū in corporibus his viuentium vota, ad deos illos qui nullū cū corporib⁹ cōmerciū habeant,peruenire nō posse. Alii deniqꝫ hos ipsos deos in primis venerabanť,iudicātes a summis rerū causis effectus oēs etiā humanos tam cognitione q̄ virtute perfectissime contineri.Deos vero vocabant tū visibiles.i.cælestes,tū inuisibiles .i.supercælestes,quos nostri vocāt angelos,& ipsi deos,quasi proximos summi dei contemplatores atqꝫ ministros.Præterea triplicem hi prouidētiā esse putāť.Vniuersalem qdem in deo,per quā omnib⁹ omnia prospiciat atqꝫ præbeat.Minus vero in diis vniuersalem,per quā omnibus qdem consulant, non omnia tamen munera,sed quædam omnibus exhibentes. Particularem deniqꝫ in dæmonibus, qua videlicet quædam quibusdam iam largiantur.Et dæmones quidem in totidem distribuunt ordines,quot in cælo sunt stellæ,vt alii Saturnii sint,alii Iouiales,aliiqꝫ similiter.Cunctos autem ordines,& in igne collocant,sed ignea ratione,& in aere puro,sed ratione aerea,& in aere crasso,ratione videlicet aquea.Hos aqueos arbitrantur alios aliis speciebus viuentium præsidere,sensualiqꝫ & vegetali vbiqꝫ naturæ fauere.Quos Plato inquit statim ab initio malorum plurimis voluptatem immiscuisse.Aereos autem dæmones rationali potius fauere potentiæ,eamqꝫ a vegetali sensualiqꝫ natura quodammodo segregare.Igneos tandem discursum rationis ad sublimiora contemplanda conuertere.Atqꝫ hoc pacto voluptuosæ vitæ dæmones aqueos,actiuæ aereos, contemplatiuæ igneos dominari.Cum vero deos immortales atqꝫ impatibiles arbitrentur,homines vero mortales atqꝫ patibiles, dæmones omnes quidem affectu patibiles,superiores vero mediosqꝫ etiam immortales,infimos vero longęuos.Præterea in oībus affectus erga corporea collocāt,sed in primis secūdū quēdā tranquillę prouidentiæ morem:in secundis humanos quidem,sed moderatos:in tertiis ad perturbationes nostras iam declinātes.Item dæmones alios naturales ab initio constitutos,alios peregrinos,scilicet hominum animos in aerea translatos corpora, hominesqꝫ ea qua antea consueuerant ratione curātes. Præterea alios dæmones plagis terræ maioribus,alios angustioribus,vrbibusqꝫ præesse. Quosdāetiam homines singulos gubernare,quos animæ labentes in corpus fuerint pro vitæ electione sortitę, deinceps electæ vitæ duces & exploratores & iudices.Proinde animas hominum alias Saturniorum dæmonum,alias Iouialium, alias aliorum tum siderum tum dæmonū naturis accommodari.Corporum quoqꝫ nostrorum complexiones simili quadam ratione distingui. Animalia item & plantas metallaqꝫ & lapides ad siderum similiter dæmonumqꝫ varietatem inter se natura discerni,vt alia inter hæc solaria sint,alia vero lunaria,cæteraqꝫ similiter.In his quæ diximus Platonici omnem sacrificiorum,oraculorum,diuinationum vim consistere arbitrantur.Profecto & ipse Plato antiquiores in phædro

APOLOGIA SOCRATIS.



VA VOS ratione o Viri Atheniẽſes affecerint accuſatores mei, neſcio eq dẽ: me certe ſic affecerunt, vt mei ipſi⁹ pene oblit⁹ fuerim, tãta pſuaſione dicere viſi ſunt. q̃uis nihil, vt ita loquar, veri ad vos detulerint. Sed ex multis q̃ falſo aſſeuerabãt, id ſum potiſſimũ admirat⁹, ꝙ vobis cauendũ eſſe monuerũt, ne a me quaſi eloquẽte deciperemini. Qꝛ eñ aſſerere id minime erubuerint, cuius ego mox redargutionẽ opere ipſo facturus erã, qñqdẽ in pſentia vobis appareo lõge ab eloquẽtia alienus: hoc inquã mihi ſup omnia viſum eſt impudẽtiſſimũ. Niſi forte eloquẽtẽ iſti vocãt vera dicẽtẽ. Si eñ ita dicãt pfiterer eqdẽ me q̃uis nõ eorũ more rhetorẽ eſſe. Quippe cũ hi, vt eqdem dico, veri nihil dixerint, a me vero vos vera omnia audituri ſitis. Neqꝫ vero p Iouẽ o viri Atheniẽſes fucatã a me orationẽ, quẽadmodũ ab iſtis, verboꝝ nominũqꝫ elegãtia, neqꝫ aliter exornatã, ſed eximprouiſo paſſim cõtingẽtib⁹ verbis coaceruatã audietis. Cõfido eñ me iuſta dicturũ, neqꝫ qſq̃ veſtrũ ſperet me aliter eſſe dicturũ: alioquin neqꝫ ętatẽ hãc o viri deceret adoleſcẽtulorũ more verbis ſtudioſe formatis huc ad vos igredi. Quinimmo vehemẽter o viri Atheniẽſes id oro, & obſecro, vt ſi iiſdẽ me verbis in reſpõdẽdo vtẽtẽ audietis, qbus & in foro apud argentariorum mẽſas, vbi pleriqꝫ veſtrũ me nõnũq̃ audiuerũt, & alibi vti ſoleo, ne admiremini, neve grauiter id feratis. ſic eñ res ſe habet. venio eqdẽ nũc primũ in iudiciũ, plures q̃ ſeptuaginta annos natus. ex quo fit vt in hac iudiciali cauſa reuera ſim peregrinus. Et pfecto quẽadmodũ ſi peregrinus Athenas veniſſem, ignoſceretis vtiqꝫ mihi pegrina voce & forma loquẽti, pro educationis meę cõſuetudine, ita & in pſentia vos pcor, neqꝫ id qdẽ iniuria, vt loquẽdi formã minime attẽdatis, q̃ put cõtingit, tũ melior, tum deterior eſſe poteſt, ſed id ipſum cõſideretis, huc mẽtẽ adhibeatis, iuſta ne, an iniuſta dicã. Hoc eñ iudicis officiũ eſt. rhetoris autẽ officiũ, vera loq. Iuſtũ eſt autẽ o viri Atheniẽſes me primo qdẽ ad accuſationẽ primã falſo cõfictã, & ad primos accuſatores reſpõdere: deinde ad nouiſſimã atqꝫ nouiſſimos. Me qdẽ multi iã multis annis falſo apud vos accuſarũt, quos eqdẽ magis formido, q̃ Anyti aſtipulatores, q̃q̃ & hi ſunt in pſuadẽdo potẽtes. Sed illi potẽtiores o viri, q pleroſqꝫ veſtrũ a pueritia occuparũt, accuſantes me pcul a veritate, atqꝫ vobis pſuadẽtes, eſſe videlicet Socratẽ quẽdã ſapiẽtẽ, eorũ q ſup aerẽ, q̃qꝫ ſub terra fiũt, pſcrutatorẽ, q ſoleat inferiorẽ rationẽ, diſſerẽdo ſuperiorẽ oſtẽdere. hi pfecto o viri Athenienſes, q hũc de me rumorẽ diuulgauerũt, mei accuſatores potẽtiſſimi ſunt. Qui eñ hæc audiũt, opinanẽ harũ rerũ pſcrutatores nõ credere deos eſſe. Profecto accuſatores huiuſmodi & pmulti ſunt, & lõgo iã tẽpore me accuſant, & in ea ętate vobis ſuaſerũt, in qua pleriqꝫ veſtrũ pueri ac certe adoleſcẽtuli pfacile crediddiſtis, deſerta in cauſa, nemine me defendẽte. Atqꝫ id qđ a defenſionis ratione omniũ alieniſſimũ eſt, neqꝫ nomina qdẽ illorũ ſcire licet, atqꝫ pferre, pter q̃ ſiqs illorũ comœdus ſit. Quotcũqꝫ vero p inuidiã & calũniã hęc vobis rurſus pſuaſerũt, qve ipſi pſuaſi pſuaſerũt aliis, hi omnes infiniti oĩno ſunt, nec eorũ quẽq̃ in iudiciũ traducere, nec redarguere licet, ſed neceſſe eſt aduerſus iſtos tãq̃ in nocte pugnare defendendo atqꝫ refellendo nemine reſpõdente. Exiſtimate ergo & vos, quẽadmodũ dicebã, accuſatores meos duplices extitiſſe, & q nup accuſarũt, & q iãdiu, quales modo deſcribebã. Atqꝫ iudicate me qdẽ oportere prius reſpõdere illis, quos & ipſi prius, multoqꝫ magis audiuiſtis. Sed iã reſpõdẽdũ mihi eſt o viri Atheniẽſes illis criminib⁹, conandũqꝫ in hoc tã breui tẽpore opinionẽ iſtã delere, quã vos p calumnias decepti, lõgo iã tẽpore contra me cõcepiſtis. Opto aũt ita demũ aduerſarios refellere, atqꝫ obtinere, ſi mõ id vobis & mihi melius ſit futurũ. Qꝛq̃ difficile id fore arbitror. Neqꝫ admodum quale id ſit, me latet. Verũ vt deo placet ita ſuccedat. Nos autẽ legi parere oportet, ac defenſionẽ p nobis afferre. Repetamus igiẽ ab initio q̃ ſit accuſatio, ex qua aduerſus me nata eſt illa calumnia, qua cõfiſus Melitus mihi diem dixit. Quid ergo aiũt accuſatores mei: tãq̃ enim ſi in iudicio adeſſent, eoꝝ reciteẽ accuſatio, in qua cõtra me iurãt, q̃ & viciſſim a me exigit iuramentũ. Socrates iniuſte agit, atqꝫ nimiũ curioſe pquirit q̃ ſub terra & q̃ in cælo ſunt, inferioreqꝫ rationẽ reddit ſuperiorem. Præterea alios eadem docet. Talis vtiqꝫ eſt accuſatio. Nẽpe talia q̃dam & vos vidiſtis in Ariſtophanis comœdia: Socrates enim illic pſona circunferẽ affirmans ſe p aerem puagari: & complures eiuſmodi nugas. Quarum ego rerum neqꝫ multum neqꝫ parum quicq̃ ſcio. Neqꝫ pptere hæc dico, ꝙ harum rerum ſcientiam paruifaciã, ſiqs in huiuſmodi rebus ſit ſapiẽs. abſit vt tanti criminis reus a Melito accuſer, vt præ timore hęc negem. ſed quia reuera o viri Athenienſes horũ nihil ſcio. Teſtes autẽ huius pleroſqꝫ veſtrũ adduco. Oro vobiſcum ipſi repetẽdo inuicem aperite, quot me colloquẽtem aliquãdo audiuiſtis. audiuiſtis aũt pleriqꝫ veſtrum. Recẽſete igiẽ inuicem nunquis veſtrũ aliquãdo iis de rebus qcq̃ ſiue multum ſiue parum audiuerit diſputantem: atqꝫ ex hoc deniqꝫ cognoſcetis eiuſmodi eſſe cætera, q̃ multi de me circũferunt. At eñ horũ nihil eſt verũ. Quinetiã a quopiam audiueritis, me hoĩes docere, atqꝫ inde pecunias cumulare.

mus, facile fit inferiorum dæmonum domicilium, quorũ pſentia & inſaniat, & animo ſimul vexet & corpore. Quãdo p philoſophicã purgationẽ trãſfert totus in rationẽ, euadit ędes dęmonũ medio-rũ, a qbus humanarũ rerũ ſępius, qñq etiã naturaliũ miras accipiat rationes. Quãdo p pietatẽ erigit totus in mẽtẽ, ſublimiũ dæmonũ fit ſpiraculũ, ſeu potius angelorum, quibus vtiq ducibus mirũ in modum arcana penetret diuinorum. Optas video intelligere qbus potiſſimũ oraculis ſiue p ſtatuas ſiue p homines editis Plato confidat. Scito his dũtaxat, q̃ certa ratione cõpertũ ſit nõ p fallaces dæmones, ſed p veridicos, ſiue p angelos potius peruenisse. Nã & ab ipſis Aegyptiorũ myſteriis acceperat: Iouem impuriores dæmones ad inferos deturbaſſe, qui & homines ſimiliter p viribus ad ima detorqueãt: & a Pherecyde Syro multos ab Ioue dæmones rebellaſſe, quorũ exercitus Ophioneus duxerit ſerpẽti-nus. Ab his ergo maleficis cauẽdũ eſſe diligẽtiſſime iudicabat. Socrates autẽ ppriis rationibus atq ſignis adductus, & oraculo cuidã, & ſuo cuidã dęmoni ſe cõmittebat p arbitrio pducẽdũ. Deniq vtcũq ſit, ita ſuã ad hęc inſtituit vitã, vt ęterna ſemp tẽporalibus anteponeret: iniuſtitiã magis timeret q̃ mortem: p veritate, p pietate, p charitate, nõ dubitaret labores, penuriã, cõtumelias, iniurias, verbera, morteq ſubire. Huic apud homines veritas falſas calũnias peperit, charitas odiũ, pietas accuſationem impiã atq mortẽ. Sed hęc oĩa parui immo nihili pẽdit, ſperãs apud diuinũ iudicẽ p bonis bona mereri. Ergo hac ſpe & fiducia frętus, & libenter acceſſit ad iudices, neq excuſauit ſe, ſed iudices accuſauit: atq tã q̃ vates, qđ euenire ait his q ſunt ppe mortẽ, pœnitentiã illis pœnãq pdixit poſt falſum iudicium ſecuturam, & ipſe interim mira mentis lętitia & vultus alacritate ad iudicẽ migrauit æternũ. Statueram hic ſatis honeſtum argumento ſeu potius commẽtariolo finem imponere. Sed duo parumper me dubia remorant. Primum Socraticum illud & hic & ſæpe alibi repetitum: Hoc equidem vnum ſcio q nihil ſcio. Multa tamen & hic & alibi affirmat quaſi ſciens. Sed hoc illi ſimile eſt, Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax. Ait itaq Socrates. Ego abſtractus a corpore, raptus a dæmone, illuſtratus a deo, ſcio equidem in diuino lumine hoc vnum, videlicet q alioquin cõiunctus corpori nihil in lumine naturali ſcio. Neſcio inquam in naturali lumine res ipſas p ipſum affirmationis modum. Eiuſmodi enim ſcientia, dei ppria eſt, qui & naturas ipſas & naturarum cauſas comprehendit, cum ipſemet fecerit. Scio tamen multa per quendam negationis modum. Veluti q deus non ſit corpus, potius q̃ quid ſit. Item q anima non ſit mortalis, magis q̃ quid ſit. Rurſus q bonum abſolutum non hoc eſt, aut illud bonum, potius q̃ quid ſit. Atq hoc pacto Socrates & ſcit & docet multa. Hoc illud inſuper q dæmon eum reuocat non prouocat, id eſt ad negandum illuminat eum potius q̃ affirmandum. Nonnunq̃ vero affirmat quædam, & illa quidem magna, tã q̃ videlicet non a dæmone tantum raptus, ſed deo iam plenus. Affirmat quoq, vbi ſanctorum adducit veterum teſtimonia, vel animas hominum a mortuis reſurgentium citat in teſtimonium. Sequitur altera dubitatio: quam ob cauſam Socrates cum nunq̃ ſoleat dubitare quin animus ſit immortalis, in fine tamen Apologiæ hac vtitur diſiunctione: Aut nullus poſt mortem ſupereſt ſenſus, aut ſupereſt aliquis. Reſponde primo quidem non de omni ſenſu, id eſt de omni cognitione, ſed de noſtrarum rerum ſenſu vel noſtro ſimili dubitare. Quod quidem ſignificatur per illa quæ in parte diſiunctionis altera deinde ſubduntur, vbi idem quod & in Republica dicit, ſeparatas videlicet animas eodem pacto ſeſe illic, quo & hic ſolebant, agnoſcere. Vbi conſidera dictum contra illos qui dicunt animas de corporibus in corpora tranſmigrare. Deinde tutius quoq ita reſponde. Socratem hac in præſentia diſiunctione non vti quia de illo cenſeat dubitandum, quod vbiq tum per ſcientiã negatiuã, per diuinam inſpirationem approbationemq conſtantiſſime tenet, ſed aduerſariorum ſuorum perſonas in præſenti reſpicere, qui cum obeſſe illi omnino ſtuderent, inferebãt ei mortem tã q̃ proculdubio malam. Socrates ergo contra infert nullo modo eſſe malam, ſiue ſic, ſiue aliter ſe noſtræ res habeãt. Vbi illud quod de immortalitate apparet ambiguum, propter illos eſt adiunctum qui tanq̃ tyranni Epicureo more deridere Socratem potuiſſent, quaſi facile poſſet decipi, ſi ex eo ſolo affirmauiſſet mortem non eſſe malam, q poſt hanc vitam alia ſuperſint bona. Quæ quidem æterna bona, etſi conſtabant Socrati, illis tamen nullo modo conſtabant, neq in anguſta illa temporis breuitate poterãt demonſtrari, quæ in Phædone & ſæpe alibi demonſtrantur. Tu vero nota certam Socratis noſtri fiduciam amicis prope finem Apologiæ dicentis. Bene de morte ſperare debetis. Nihil enim mali bono viro vel viuenti vel defuncto poteſt accidere. Res enim hominis quodammodo deo ſimilis a deo nõ negliguntur. Quod autem extrema ad iudices voce clamauit: Ego quidem hinc abeo moriturus, vos vero victuri: vtri vero noſtrum in melius eant, ſoli deo eſt certum: intellige non dubitare illum quod paulo ante affirmabat, ſed dicere ſoli deo certum eſſe per ſeipſum affirmationiſq rationẽ: poſſe tamen homini certum fieri per ipſum deum negationiſq rationem. Adde q affirmare non audet ſe tam purgato tunc animo emigrare, vt præſentem migrationem affirmet omnino animum ſuum ſtatim cæleſti patriæ reddituram.

res,quasi hic pspicue admodũ dephẽsurus,esse me his rudiorẽ.Acceptis itaq; eorũ libris in qbus ela
borauisse maxime videbanť,sciscitatꝰ sum eoꝝ sensa,vt nõnihil ab ipsis pdiscerẽ.Erubesco o viri ve
rũ hic vobis apire.dicẽdũ est tñ.Alii pene oẽs psentes,vt ita dixerim,melius de rebꝰ his loquerenť,
de qbus ipsi poemata cõscripserũt.Deprehẽdi igiť breui id in poetis,eos videlicet nõ sapiẽtia facere
q̃ faciũt,sed natura quadã ex diuina animi cõcitatione,quẽadmodũ & hi q diuino furore afflati va
ticinanť.Nã & hi multa qdẽ dicũt atq; pclara:sed eorũ q̃ dicũt,nihil ĩtelligũť.Tali quodã pacto poe
tę affecti fuisse mihi videnť,& simul animaduerti eos in aliis quoq; pter poesim omniũ se sapiẽtissi
mos iudicare,in qbus nõ sunt sapiẽtes.Abii ergo & hinc eadẽ omnino sentẽtia,qua & a ciuilibꝰ viris
abierã.Tãdẽ vero me ad artifices cõtuli, mihiipsi cõsciꝰ,me,vt ita loquar,in artificiis scire.hos aũt
nouerã multa & pulchra scire,neq; in hoc eqdẽ deceptꝰ sum.Sciebãt eñi q̃ ipse nesciebã, & hac ĩ pte
me sapiẽtiores erãt.Sed o viri Atheniẽses in eodẽ errore quo & poetas,peritos artifices dephẽdi.Nã
ob hoc ipsum q sua rite pficiebãt,vnusq́sq; eorũ se in cęteris quoq; vel maximis sapiẽtissimũ esse pu
tabat.Atq hic error illã quoq; q̃ ipsis inerat sapiẽtiã offuscabat.Quãobrẽ si meipm oraculi loco ĩter
rogarẽ,vtrũ eligã,ita ne me habere vt habeo,videlicet neq; sciẽtẽ q̃ illi sciũt,neq; meã inscitiã igno
rant,an vtraq; habẽtẽ q̃ illi habẽt,respondere plane mihiipsi simul atq; oraculo,pstare ita vt habeo
me habere.Ob hãc vtiq; inqsitionẽ meã o viri Atheniẽses inimicitię multę, difficillimę, atq; grauissi
mę aduersus me coortę sunt,ex qbꝰ multę sunt calũnię consecutę.Nomẽ vero sapiẽtis mihi pptereã
exortũ est,q psentes plurimũ illa me putãt scire,in qbꝰ alios refello.Videť aũt o viri Atheniẽses re
uera solus deus sapiẽs esse,atq; in hoc oraculo id sibi velle,hũanã videlicet sapiẽtiã,parui immo ni
hili pẽdẽdã eẽ.Qz vero Socratẽ noiat sapiẽtẽ,ob id facere,quo noie meo tãq̃ exẽplo quodã vtẽs, qua
si sic dicat:Is o viri sapiẽtissimus est,q quẽadmodũ Socrates,nouit reuera sapiẽtiã suã eẽ nihili pẽdẽ
dã.Hęc igiť ego sic affectꝰ & nũc pqrere passim deo parẽs,& pscrutari nõ desino , cõueniẽs siquẽ aut
ciuiũ,aut pegrinoꝝ eẽ existimẽ sapiẽtẽ.Ac siqñ mihi ille talis nõ videať,tũc ipse deo suffragatꝰ, illũ
sapiẽtẽ nõ esse demõstro . Atq; ob occupationes eiusmodi nullũ mihi ferme relinquiť otium vel ad
publicũ aliqd agẽdũ,vel priuatũ,sed in extrema pauptate ob dei cultũ sum cõstitutꝰ. Præterea ado
lescentes maxime opulẽti,qve a negotiis vacant,me vltro sequẽtes delectanť cũ refelli a nobis hoies
spectãt.Quinetiã ipsi nõnũq̃ me imitati alios deinde cõfutare cõtẽdũt. Qua qdẽ in re plurimã repiũt
turbã hoim aliqd se scire putantiũ,cũ aut nihil sciãt,aut pparũ.q vero ab his cõuincunť, nõ tã illis
q̃ mihi reddunť infensi,clamantq; esse Socratem quẽdam scelestissimum iuuentutisq; corruptorem.
At siquis sciscitetur ab eis,qdnam vel agendo vel docendo corrumpat,nihil qdẽ assignare possunt,
immo prorsus ignorãt.Sed ne deesse illis materia videať,ad ista confugiunt q̃ communi voce facile
philosophãtibꝰ obiici solẽt,eos scilicet neq; sublimia sup terrã,neq; profunda sub terra,neq; deos es
se putare,rationẽq; inferiorẽ quasi superiorẽ ostẽdere.vera enim,vt puto,fateri nolunt,se scilicet indi
gnatos propterea q cõuicti fuerint simulare se illa scire quę nesciunt.Vtpote igitur ambitiosi, & ve
hementes,& multi,ac velut ex cõposito atq; obnixæ diligentisq; psuasionis studio me criminãtes ve
stras aures impleuerũt,& iãdiu,& nuper calũniis in me studiose cõfictis.Ex his autẽ Melitus,& Any
tus,& Lyco cõtra me surrexerũt:Melitus quidẽ ob poetas mihi infestus, Anytus vero ob artifices at
q; reipublicæ gubernatores,Lyco deniq; gratia rhetorũ.Quãobrẽ quẽadmodũ ab initio dicebam,ad
mirarer eqdẽ,si opinionem istã tantis cõceptã calumniis tã inueteratam nunc in tam breui tempore
amouere a vobis possem.Hæc equidem o viri Athenienses vera vobis loquor,neq; celo,neq; subtra
ho aut magnũ quicq̃ aut paruum,q̃uis ferme norim in his dicendis me eisdẽ fore molestũ.Quod qui
dem argumentũ vobis est me vera loqui,atq; hãc esse calumniã cõtra me exortam,eiusq; causas eius
modi esse.Et siue in præsentia siue in posterũ hæc inquiretis,ita esse inuenietis.Ad illa igiť quæ pri
mi accusatores detulerunt,hæc mihi sufficiens apud vos sit defensio.Ad Melitũ vero bonum, & vt
ipse ait patriæ amatorẽ,cæterosq; sequẽtes accusatores deinceps respõdere pgã.Sed horũ rursus tã
q̃ alii quidam accusatores sint,accusationem iuramẽto assertam,vicissimq; asserendam in mediũ ad
ducamus.Habet vero ferme se hunc in modum.Socrates iniuste agit iuuentutem deprauans,ac de
os quos ciuitas putat,ipse nõ putans,sed alia quædam noua dæmonia.Accusatio qdẽ est eiusmodi.
huius aũt accusationis quãlibet ptẽ discutiamus.Iuuenes deprauare me obiicit , atq; in hoc iniuriã
facere:ego vero o viri Athenienses contra iniuriari Melitum dico,propterea q serio ludit, tam faci
le hoies in iudiciũ trahẽs,simulãsq; seriis se rebus incumbere,earumq; rerũ habere curã,q̃ ipsi nũ
q̃ curæ fuerũt.Hoc aũt ita esse conabor & vobis ostendere.Heus Melite respõde mihi,nũqd ipse ma
xime cures,vt q̃optimi adolescẽtes euadãt.ME.Curo eqdẽ.SO.Age ergo his nũc dicas,qsnã iuuenes
meliores efficiat.Constat enim scire te,cũ tibi id curæ sit.Me certe corruptorẽ eorũ,vt ais,iã depre
hendisti,accusasti his,in iudiciũ traxisti.ergo age & eũ q efficit meliores dic his,& qsnã sit oñde.qd
nã o Melite taces? Vides ne nihil te habere qd̃ dicas? Atq nõne turpe id tibi videtur esse,ac sufficiẽs

neq͡ id qdē verū est. Atq͡ pclarū id mihi videt̃, siqs docere hoīes possit, quēadmodū Gorgias Leontinus, & Prodicus Chius, & Hippias Eleus. Horū nāq͡ singuli eam facultatē habent, per quā ad singulas profecti ciuitates, adolescentibus quibus liceret in patria suorū se ciuium disciplinæ gratuito cōmendare, p̃suadēt vt ipsos aliorū disciplina relicta sectent̃, ac data pecunia gratiā insup habeant. Est & alius qdā vir hic sapiēs, quē ego huc aduenisse sum admodū delectatus. contigit sane vt aliquem offenderem q plus pecuniarū Sophistis ppēderat q̄ cæteri oēs, Calliā Hipponici filium. Hūc ergo ita interrogaui. Duos eñ habet filios. O Callia inquā, si filii tui pulli equini aut taurini essent, haberemus aliquē, quem illis mercede adhibita p̃ficeremus, q eos pulchros & ad ꝓpriā virtutē bonos efficeret. esset vero talis aut eq̃striū aliqs, aut agricultorū. Nūc vero cū filii tui sint hoīes, quēnā cogitas illis p̃ficere? Et qsnā virtutis hui⁹ humanę atq͡ ciuilis scientiā habet? Arbitror id te cū filios habeas cogitauisse. Est ne inquā talis aliqs, an nō? Est ꝑfecto, inqt ille. Quis inquā est? & vnde? & quanta mercede docet? Euanus, inqt, est o Socrates Parius, merces vero eius qnq͡ minę. Atq͡ ego Euanum existimaui beatū, si reuera hāc habet artem, atq͡ adeo diligenter docet. Atq͡ ipse si talia scirē, admodū gloriater, & magni me facerē. Sed certe o viri Atheniēses hæc equidē nescio. At vero regret forsan aliqs vestrū, qdnā o Socrates tuū est opus? Et vnde aduersus te exortæ sunt hę calumnię? nisi eñ aliqd prę ter aliorū cōsuetudinē ageres, nūq̄ tātus de te rumor cōcitat⁹ esset. Nā vnde de te sermo tā frequens nisi egisses aliqd a cęteris alienū? Dic ergo nobis qd tādē id sit, ne nos de te temere aliqd iudicemus. Iusta sane hæc mihi videtur interrogatio: atq͡ ego vobis conabor ostēdere qdnā id sit, qd mihi nocet. hoc & calūniā ꝑperit. Sed audite iā, & si vereor ne forte qbusdā vestrū iocari videar. Verūtamē existimate me vobis vera oīno dicturū. Eqdē o viri Atheniēses nō ob aliud certe q̄ ob sapiētiā quādā eiusmodi nomē nactus sum. Sed ob quā sapiētiā? Forte ob eā q̄ humana sapiētia est. Nā hac reuera sapiēs esse videor. illi vero quos paulo ante cōmemorabā maiorē forte quādā humana sapientiam haberēt. vel qd dicā nō habeo: neq͡ eñ ego ea ꝓditus sum. Q̃ si qs me hāc possidere dicat, mētit̃, & ī meā calūniā hæc dicit. Sed ne vobis molestū sit o viri Athenienses siqd vobis magnū dicere videar, neq͡ enim ex me duntaxat dicam, sed testem vobis afferam fide dignū. Profecto siqua mihi est sapientia, qualis ea sit, testem adhibebo vobis Delphicum deum. Chęrephontem certe nouistis. Ille familiaris mihi erat ab iuuentute, vestræq͡ multitudini amicus, ac pulsus vna vobiscum fuit, & simul in vrbem reuersus. Nouistis plane qualis erat Chærepho, q̄ vehemēs ad quodcunq͡ se cōuertisset. Hic ergo quādoq͡ ꝓfectus in Delphos vaticinium id experiri ausus est. Ne grauiter feratis o viri qd in p̃sentia sum dicturus. Interrogauit vtiq͡ an esset vllus me sapientior. Respōdit Pythia sapientiorē esse neminem. De his quidem frater iste suus vobis testificabitur. nam ille vita functus est. Cōsiderate vero quorū gratia hęc dicam. Debeo eñ vobis aperire vnde hęc aduersum me calūnia sit exorta. Profecto cū hęc audissem, ita mecū ipse reputaui. Quidnā deus ait? qdve id voluit? Ego eñ mihi conscius sum, neq͡ in magnis neq͡ in paruis esse me sapiētē. Quid igit̃ sibi vult cū me afferit sapiētissimū? Deū quidē mētiri non est credēdū. neq͡ eñ id fas est deo. Atq͡ ita in diuturna ambiguitate versatus sum, ꝑscrutans qd significarit oraculū. Post hæc autē vix tādē post lōgas ambages viam eiusmodi sum ingressus. Aggressus eñ sum quēdā ex his q sapiētes vident̃, quasi in hoc sicubi vnq̄ redargutionem vaticinii facturus, oraculoq͡ ostensurus, nō me quidē quē prefecerat, sed illū esse in sapiētia p̃ferēdū. Dum ergo illū examinarē. huius vero nomē ꝓmere non est necessariū, sed erat qdā ex his q in repu. versant̃. illū inquā dū examinarē, vnaq͡ dissererē o viri Atheniēses, hūc in modū affectus sum: visus mihi est vir ille videri qdē sapiēs tū aliis, tū vel maxime sibiipsi, esse vero nequaq̄. deinde conat⁹ sum illi ostēdere, putare qdē eū esse se sapientē, sed minime esse. Quapropter & ille infensus mihi redditus est, & multi q aderāt grauiter id tulerunt. Itaq͡ ad meipsum reuersus ita mecum ipse reputaui. Ego ꝓfecto sum hoc homine sapiētior. Apparet eñ neuter nostrum pulchrū bonūq͡ aliqd nosse. Sed hoc interest, ꝙ hic quidem cum sciat nihil, scire se aliqd opinat̃. Ego vero quēadmodū nescio, ita nescire me puto. Videor ergo in hac tātula re hoc homine sapiētior esse, ꝙ q̄ ignoro, neq͡ scire me arbitror. Post hæc aliū audiui ex his q illo insuꝑ sapiētiores habent̃, in eoq͡ cōsiderādo oīno similiter iudicaui. atq͡ illum aliosq͡ multos mihi reddidi inimicos. Proinde similiter deinceps ꝓcessi ad alios, non ignorās quātū aduersus me odiū cōcitarē, ideoq͡ nō absq͡ dolore quodā timoreq͡ ꝓcedebā. Verūtamen necessariū mihi visum est oraculū diuinū oībus anteferre, passimq͡ ꝓgredi ꝑscrutaturū qd sibi velit oraculū, huiusq͡ gratia oēs quotcūq͡ aliqd scire vident̃ adire. Et ꝑ Canē o viri Athenienses, oportet eñ vobis vera fateri, tale aliqd mihi cōtigit hæc ex diuino oraculo ꝑquirēti, vt q opinione hominū maxime ꝓbabant̃, eos quasi omniū imprudentissimos inuenirem: q vero inferiores habebant̃, eos quātū ad prudētiā spectat, ꝓbabilius se habere. Operępreciū est referre vobis errores laboresq͡ meos, quos equidē ꝓpterea sustinui, quo a me oraculū adeo ꝓbaret̃, vt redargui vltra nō posset. Post ciuiles hoīes ad poetas me cōtuli tragœdiarum & dithyrāborum aliorūq͡ carminum aucto

Socrates Apollinis delphici oraculo suorū temporum est iudicatus sapientissimus:—

eqstria? vel tibicines qdē nō esse, sed tibicinū officia? Nō est qsq̄ o virorū optime. Ego em̄ p te & tibi & his aliis respōdeo, siqdē ipse nō vis respōdere. Sed ad hoc saltē qđ magis ad rē ptinet, responde. An est qsq̄ q dæmonia qdē opa opinet esse, dęmones aūt minime? ME. Nullus. SO. Q̄ tarde & vix respōdisti ab his coactus? Nōne igit dęmonia opa cōfiteris me & putare & docere siue noua, siue antiqua sint? omino em̄ vt cōfiteris dęmonia ego assero, atq̄ hęc qdē in respōsiōe vicissim accusationi rescripta iurabo. Q̄ si dęmonia puto, necessariū est omino putare me dęmones quoq̄ esse. an nō ita se res habet? Ita certe. Pono em̄ te cōsitētē, quādoqdē respōdere nō vis. Dęmōes aūt nōne aut deos arbitramur esse, aut deorū filios? Fateris ne hoc, an negas? ME. Prorsus. SO. Nonne si dęmones esse arbitror vt ipse cōcedis, dęmonesq̄ dii qdā sunt, id euenit qđ mō dicebā: ęnigma pponere, & quasi nugari dicendo me deos nō existimantē, deos tñ rursus existimare, qñqdē dęmones esse duco? Rursus si dęmones deorū filii sint, spurii videlicet qdā aut ex nymphis aut ex aliis qbusdā, vt fert, qsnā hoīm filios qdē deorū esse putet, deos vero neget? Perinde em̄ id absurdū foret, ac si qs equorū qdē filios vel asinorū mulos esse putet, equos aūt & asinos esse nō putet. Sed o Melite videris pculdubio accusationē istā idcirco ita posuisse, vel vt ingenii nostri piculū faceres, vel qa in quo reuera me criminareris nihil haberes. Tu vero quanā ratione psuaderes alicui vel minimū qdē mētis habēti, non esse eiusdē viri dęmonia simul & diuina putare, ac rursus eiusdē neq̄ dęmones, neq̄ deos, neq̄ heroas? Nulla certe ratione fieri posse aliter ostēdi pōt. Cęterū o viri Atheniēses, q̄ qdē ego nō deliqrim queadmodū Melitus accusat, haud magna mihi purgatione opus esse videt, sed ea q̄ dicta sunt, sufficere iudico. Qđ aūt ab initio dixi, maleuolētiā plurimā esse cōtra me apud plurimos cōcitatā, id pfecto verissimū est, & hoc me perimet si qdē perimar, nō Melit[9], neq̄ Anytus, sed multoꝝ calūnia & inuidia. Quę qdē alios quoq̄ multos viros bonos peremit hacten[9], & vt arbitror perimet. Nihil em̄ graue vel mirū si in me obesse nō desinat. Forsitā vero ita me qspiā interrogabit. Nōne te pudet o Socrates, tale qddā exercere, ex quo cōtinuo in periculū venias moriēdi? Eqdē huic obiectioni iustā hāc respōsionē dabo. Haud recte o vir loqris, si putas magnā aut vitæ aut mortis habēdā esse rationē hoī cui[9] vel parua quædam vtilitas sit: ac nō illud potius dūtaxat considerandum, quotiens aliquid agit, vtrum iusta agat, an iniusta, aut boni viri opera siue mala. Alioquin ex hac ratione tua spernendi fuissent semidei omnes quotcunq̄ apud Troiam occubuerūt, & alii, & in primis ipe Thetidis filius, q vsque adeo mortis contēpsit periculum, ne turpem subiret infamiam, vt cum sibi dea mater properanti ad Hectorem occidendum prędixisset his ferme, vt arbitror, verbis: O fili si pro vindicta Patrocli amici tui ab Hectore iterfecti Hectorē interfeceris, ipse pibis, ingt em̄. Subito post Hectorem infelix tibi sors imminet. Cum inquam ab ea hæc accepisset, vsqueadeo discrimen morteq̄ contempsit, vt multo magis timuerit turpem vitam amicorum inultis iniuriis q̄ mortē, statimq̄ responderit mori se malle pro iusta amici vindicta, q̄ moras trahentem apud naues ridiculum contemptūq̄ viuere. Hūc ergo periculi mortisq̄ curam habuisse, quisnam dixerit? Et profecto ita res se habet, o viri Atheniēses. Quo quisq̄ in loco vel seipsum constituit arbitratus id optimum esse, vel a superiore iubetur cōsistere, in eo vt mihi videtur permanere oportet, periculumq̄ subire neq̄ mortem neq̄ aliud qcq̄ magis q̄ turpitudinem formidantem. Equidem o viri Athenienses grauiter aberrarem, si cum illis paruerim præfectis, quos ipsi mihi præposuistis & in Potidęa, & in Amphipholi, & in Delo: tunc enim vbi illi me consistere iusserunt, ibi constiti vt quisq̄ alter, mortisq̄ discrimen subiui: vbi deus me posuit permanereq̄ voluit, vt opinatus sum atq̄ existimaui, videlicet philosophātem me viuere, ac me ipsum aliosq̄ scrutari, ibi ob mortis alteriusve rei metum, ordinem desererem. Pergraue inquam id esset delictum, & tunc reuera me iuste quis in iudicium traheret, quasi deos non putantem, videlicet oraculo non parentem, atq̄ mortem timentem, putantemq̄ me sapientem esse cum sapiens minime sim. Nam mortem timere o viri nihil est aliud q̄ sapientem videri eum qui non sit sapiens. Quippe cum id sit scire videri quæ nesciat. Nemo enim scit vtrum mors summum bonorum omniū contingat homini, metuūt autem perinde ac si eam scirent maximum esse malorum. Cui vero dubium esse debet, quin hæc ipsa inscitia sit maxime vituperanda, per quam aliquis se putat scire quæ nescit? Ego autem o viri in hoc forsan a multis hominibus differo: ac siqua in re sapientiorem me aliquo esse dicerem, in hac vtiq̄ dicerem, q̄ cum haud sufficienter quæ sunt apud inferos norim, similiter me non nosse cognosco. Iniurias autem inferre, superioriq̄ non obedire vel deo vel homini, malum turpeq̄ esse scio. Hæc igitur quæ nescio vtrum bona sint, nunq̄ magis timebo atq̄ fugiam q̄ illa quæ mala esse cognosco. Quamobrem si me nunc absoluatis non credentes Anyto, qui dixit aut me in iudicium ab initio vocandum non esse, aut vocatum necessario esse damnandum. Nam si a vobis absoluerer, fore vt filii vestri Socratis secuti vestigia omnes omnino corrumperentur. si inquam ad hæc vos ita dicatis, o Socrates Anyto non credimus, teq̄ sententiis nostris absoluimus, hac tamen conditione, vt nunq̄ posthac in hac inquisitione philosophiaq̄ verseris: ac si id fa

Achilles Thetidis filius ob id laudatur supra a phædro in amoris encomio lib 25 fol clxx columna 2.

Nā mortē timere, est scire quod nescit.

argumẽtũ ad id qđ ipse dico,te hæc nũq̃ curasse!Verũ dic iã bone vir. Quisnam eos efficit bonos!
ME.Leges.SO.At vero nõ istud interrogo o vir optime,sed qs homo,qui & primũ idipsum norit,
leges scilicet,qbus illi meliores fiãt.ME.Hi o Socrates iudices.SO.Quid vero o Melite ais! isti ne iu
uenes erudire possunt bonosq; reddere!ME.Et maxime qdẽ. SO.Vtrũ oẽs!An alii qdẽ põt,alii vero
nequaq̃!ME.Oẽs.SO.Bene p Iunonẽ loq̃ris,& magnã eorũ q prosint iuuenibus copiã.Verũ qdnam
hi qui audiũt!Faciũt ne & ipsi meliores,an non!ME.Ipsi quoq;.SO.Quid vero senatores!ME.Et se
natores. SO.Sedẽ o Melite cauendũ est ne concionatores forte adolescẽtes corrũpant. An vero &
hi oẽs similiter faciũt meliores!ME.Hi quoq;.SO.Oẽs igit̃ vt videt̃ Atheniẽses honestos bonosq;
reddũt p̃ter vnũ me.Ego eñ corrũpo solus.Ita ne ais!ME.Ita certe,& qdem vehemẽter.SO.Magna
tu qdẽ me dãnas infelicitate.Proinde mihi respõde,an & de equis idẽ putes,oẽs.s.hoĩes equos bonos
efficere,vnũ vero dũtaxat eos corrũpere.An oĩno cõtra vnũ esse,vel certe ppaucos eq̃tãdi pitos red
dere meliores equos:q̃plurimos aũt esse,q si inter equos versent̃,illisq; vtant̃,deprauãt!Nonne ita se
res habet o Melite & de eqs & de cęteris oĩbus animãtib⁹!Penit⁹ ita,siue tu & Anyt⁹ nõ cõfiteamĩ
ni,siue cõfiteamini.Eteñ pmagnã iuuenes nacti eẽnt felicitatẽ,si vnus dũtaxat eos posset puertere:
cęteri vero oẽs ipsis pdessent.Cęterũ o Melite satis demõstras te nullam iuuentutis curã habuisse
vnq̃,ac plane declaras incuriã tuã,teq; nunq̃ meditatũ fuisse ea de qbus me accusas.Pręterea obsecro
te per Iouẽ o Melite respõde nobis,vtrũ meli⁹ versari possum⁹ inter bonos ciues,an inter malos. Re
spõde amabo.Nihil eñ difficile te rogo.nõne mali semp mali aliqd agũt his quibus cõuersant̃! boni
aũt bonũ!ME.Proculdubio.SO.Est ne vllus q detrimẽtũ suscipere potius q̃ emolumẽtũ velit ab his
qbus familiariter vtit̃!Respõde o bone vir.Lex eñ respõdere te iubet.ẽ ne qsq̃ q dãnũ pati velit!ME.
Nullus.SO.Age ergo tu me huc in iudiciũ vocas quasi iuuẽtutis deprauatorẽ.an dicis me id volen
tẽ facere vel nolẽtẽ!ME.Eqdẽ volẽtẽ dico.SO.Nũqd tu o Melite lõge minor natu vsqueadeo me grã
diori sapiẽtior es,vt plane cognoscas tu qdẽ malos obesse familiarib⁹,bonos vero pdesse!Ego aũt in
tãtã insaniã plapsus sim,vt neq; id cognoscã,siquẽ ex familiarib⁹ peiorẽ reddidero, periclitaturũ me
ne qđ ab eo mali ppetiar,atq; hoc tãtũ mihi ipsi malũ vt tu ais volẽs inferã!Hęc equidem tibi o Me
lite nõ credo.Arbitror quoq; neminẽ tibi aliũ cõcessurum. Sed aut nõ deprauo adolescẽtes,vel si de
prauo inuitus facio.Quapropter tu in vtroq; mẽtiris.At si inuitus corrũpo,nõ huc in iudiciũ inuo
lũtaria delicta lex trahi iubet,sed priuatim doceri atq; castigari.Cõstat eñ si didicero,nõ ampli⁹ me
id facturũ,qđ p ignorantiã faciebam.Tu autem familiariter me emẽdare noluisti,sed in iudicium ra
pis,quo eos trahi lex iubet,qui pœna indigent potius q̃ disciplina.Iam vero ex his manifestum est o
viri Athenienses qđ modo dicebã,nullam huic Melito aut magnam aut paruam erudiendæ iuuen
tutis curam fuisse.Nunc age dic qua ratione me asseras o Melite peruertere iuuentutem.An videli
cet quemadmodũ in accusatiõe scripsisti,quia doceã nõ putare deos quos ciuitas putat,sed alia quę
dam noua dęmonia!An non in his docendis affirmas iuuenes me corrũpere! ME.Omnino quidẽ ac
vehementer hæc assero.SO.Per deos ipsos o Melite de quibus nunc nobis est sermo,apertius & mi
hi & his enarra.Nam ego quidem nondum plane intelligo vtrum dicas docere me iuuenes vt putẽt
aliquos quidem deos esse.q; si ita est,ego deos esse puto,neq; omnino sum absq; deo,neq; in hoc iniu
ste ago,q̃uis nõ eos quos habet ciuitas,sed alios esse doceam. Vtrum inquam hoc est in quo me cri
minaris,q; videlicet deos alios introducam!An me ais omnino negare deos,rursusq; vt negẽt alios
quoq; docere!ME.Assero equidem te omnino negare deos.SO.O admirabilis Melite,curnam ista di
cis!Neq; solem igitur neq; lunam esse deos credo vt homines alii.ME.Per Iouem ita o iudices.Nam
solem quidem lapidem esse dicit,lunam vero terram.SO.Anaxagoram tu quidem o amice Melite ac
cusandum censes,atq; ita hos paruifacis,existimans eos literarum ignaros esse,quasi nesciant libros
Anaxagoræ Clazomenii eiusmodi opinionibus esse plenos.& locus est gymnasticus.Iuuenes ais hęc
a me discere,quæ liceret interdum etiã si multa sint,vnius drachmæ precio emere ex Orchestra, So
crateq; deridere si sua esse fingeret, præsertim cũ tam absurda sint!Sed per deum o Melite putas ne
reuera nullum me deum existimare!ME.Nullũ,p Iouẽ.SO.Incredibile est o Melite qđ dicis:& qđ vt
mihi videtur etiam tibiipsi.Mihi enim o viri Athenienses nimis contumeliosus ac petulans iste vir,
ipsamq; accusationem contumelia quadam & petulãtia & iuuenili temeritate proculdubio conscri
psisse.videtur enim ceu ænigma quoddam componere,tentans an Socrates sapiens deprehẽdat ipm
quasi ludentem,sibiq; ipsi contraria proponentem,vel Socrates vna cum auditoribus ipsis decipia
tur.Hic nanq; repugnare sibimet in ipsis accusationis verbis mihi videtur,ceu si dixerit,Contra le
ges agit Socrates deos non putans,sed deos putãs.Quę qdẽ iocãtis nugę esse vident̃. Animaduertite
o viri quo pacto Melitus mihi videt̃ hęc dicere.Tu respõde nobis o Melite.Sed vos qđ ab initio ora
ui,ne grauiter feratis si p more meo verba facio.ẽ ne qsq̃ o Melite q hũana qdẽ eẽ putet,hoĩes vero
nequaq̃!Respõdeat mihi o viri,neq; mõ i his,mõ in illis pturbet.est ne aliqs q equos nõ putet eẽ,sed

ses nullo adhuc publico functus sum munere,nisi ꝙ ad cõsilium sum electus.Contigit autem tribum meam Antiocheam eo tempore pręsidere quo vos decem illos exercitus duces, quia nauali pugna interemptos non susceperint,damnare simul omnes properastis,iniuste quidem,vt cunctis postea vobis notum fuit.Tũc ego solus ex omnibus pręfectis me vobis opposui,nequid ageretis ꝑter leges,meisq; suffragiis restiti.Quo in tempore cum oratores multi parati essent deferre meum nomen,atq; in iudicium trahere,vosq; ipi ingenti idem clamore iuberetis,existimaui oportere me magis pro lege atq; iustitia subire periculum, q̃ vobiscum sentire non sentientibus iusta ob metum carceris aut mortis. Et hæc quidẽ facta sunt ciuitate adhuc sub libertate populi constituta:Postq̃ vero ad paucorũ potẽtiam deuentum est , rursus triginta illi qui rẽpublicã occuparũt,vocantes me vna cum aliis quatuor in Tholum, iusserunt Leontam Salaminiũ ex Salamine adducere quo ille necaretur, qualia videlicet multa illi & aliis multis eo tẽpore mandabant,vt cõplures criminibus suis inuoluerent. Tũc ego nõ verbis quidem,sed re ipsa rursus ostendi,nihil omnino,q̃uis dictu rusticius videatur, curare mortẽ: illud vero omnino curare,nequid iniustum neve impium facerem.Me vero potestas illa terribilis nequaq̃ ita cõterruit vt iniuste aliquid facerẽ.Sed vbi Tholo egressi sumus,reliqui quatuor in Salaminam aduentantes captum Leontam duxerunt, ego vero domum abiui:ac forsan propterea me illi interfecissent,nisi breui eorum potestas dissoluta fuisset.Atq; horum testes vobis erunt permulti . An ergo putatis tot annos me viuere potuisse,si publica tractauissem,boniq; viri officio fungẽs iustitiæ suffragatus essem,atq; vt oportet vnum id officium omnibus prætulissem ? Permultum abest o viri Atheniẽses.neq; enim alius quisq̃ hominũ,ita se gerens diu saluus esse potuisset. At ego per omnem vitã sicubi publica tractaui negotia,talẽ me præstiti, & priuatim idem ipse nemini vnq̃ præter id q̃d iustum est concedens,vel aliis,vel horum alicui quos ii qui me criminãtur,meos affirmant esse discipulos.Ego autem nullius vnq̃ præceptor fui.Sed siquis dicentẽ me ac mea tractantem audire desiderauit,siue iunior,siue senior,nulli vnq̃ id negaui . Neq; vero is ego sum, q pecuniis acceptis disputẽ, non acceptis vero taceam,sed pariter diuiti,atq; pauperi interrogandum me præbeo,ac etiam siquis respondendo audire velit quę dico.Et siquis horum probus fiat vel non,haud iuste crimen subirem: quippe cum nulli vnq̃ doctrinã vel tradiderim vllã vel promiserim . Q; siquis dixerit priuatim a me quicq̃ vel didicisse vel audisse,q̃d nec aliis omnibus cõmune fecerim,non verũ dicit.Sed quã ob causam quidã mea consuetudine oblectentur O viri Atheniẽses audite.Omnino verũ est q̃d vobis supra dicebam,delectari homines cum redargutioni eorum adsunt, qui se cum non sint existimãt sapiẽtes. Est enim res nõ iniucũda:mihi vero,vt dixi,a deo iniũcta & per vaticinia,& per somnia, & per omnẽ modũ,per quẽ aliqua alia sors diuina homini quicq̃ mandarit agendũ.Hęc o viri Atheniẽses & vera sunt,& facile arguẽda.Enimuero si ego iuuenũ alios quidẽ nũc corrumpo,alios vero iãdiu corrupi, consentaneũ esset vt nũc illorũ aliqui seniores facti,quoniã intelligerẽt me sibi adolescẽtibus male cõsuluisse,contra me insurgerẽt,ac pœnas deposcerẽt.At si ipsi nollent, saltẽ necessarios illoꝝ aliquos, patres & fratres,& alios cognatos,siquid mali a me eorũ necessarii passi fuissent,cõmemorare nũc,& pœnas exigere.Sed adsunt hic quos cerno illorũ permulti.Primũ quidẽ Crito iste æqualis meus atq; contribulis Critobuli huius pater.Deinde Lysanias Sphettius Aeschini huius pater.Pręterea Antipho Cephisieus pater Epigenis.Adsunt & alii,quorum fratres familiariter me vsi sunt, Nicostratus Zotidi filius Theodoti frater.Et Theodotus quidẽ defunctus est vt fratrẽ precari nõ possit.Et Paralus hic filius Demodoci,cuius Theages frater erat.Adimanthus quoq; filius Aristonis,cuius frater est iste Plato.Deniq; Eantodorus,cuius Apollodorus hic est frater.Alios permultos referre possum, quorũ vnũ aliquẽ præsertim in eius oratione oportuit a Melito testẽ produci.At vero si tũc oblitus est,nũc saltẽ producat,ego permittam. afferat inquã si quid tale habet in mediũ.Sed contra omnino se res habet,o viri Athenienses.Omnes enim vt videtis cõuenerũt libẽter ad opẽ mihi ferẽdam, qui corrupisse eorũ necessarios detrimentũq; attulisse,a Melito Anytoq; accusor.Q; si ipsi qui deprauati sunt,mihi opitularentur,nihil mirũ esset. at propinqui eorũ seniores a me nũq̃ deprauati,qua tandem ratione mihi suffragantur,nisi recta quadam & iusta? Quippe cũ & Melitum mentiri,& me vera loqui cognoscant.Quæ igitur pro defensione mea o viri Atheniẽses habeo,ferme hęc sunt & alia forte similia.Sed forsan vestrum aliquis ad se moresq; solitos se recipiens grauiter ferat,ꝙ cum leuioribus etiam in causis reus multis cum lachrymis soleat deprecari atq; supplicare, ac filios in iudiciũ producere,vt commiserationem cõmoueant,& alios domesticorum amicorũq; permultos,ego nihil horum faciam,q̃uis in extremo vt videtur discrimine constitutus.His ergo offensus aliquis contra me pertinacius irritetur,atq; ipsa in ira sentẽtiã contra me ferat.Siquis ergo inter vos eius mẽtis est, ego tamẽ nõ censeo obsecrandũ,sed hac ratione potius æque me hũc allocuturũ.Sunt & mihi o vir optime cognati quidam.Neq; enim,vt inquit Homerus,ex quęrcu vel pętra,sed ex hominibus natus sum.Itaq; & cognatos habeo o viri Athenienses, & filios tres,quoꝝ vnus iam adolescit,duo autem

cere. Si igitur vt dicebam his conditionibus dimittere me velitis, respõdebo vtiq; vobis o viri Athẽnienses: diligo vos equidẽ atq; amo, deo tamẽ parere malo q̃ vobis. Et q̃diu spirabo, viresq; suppetent philosophari non desinam, exhortãs & docẽs quẽcũq; nactus fuero sicut soleo hunc in modũ. Quid tu o vir optime, cum ciuis sis Atheniẽsis ciuitatis amplissimæ, ac sapientia & potentia prestantissime nõ erubescis in eo omnem operam ponere, quo tibi pecuniarum & glorię & honoris q̃plurimum sit: vt aũt prudẽtia & veritas & optimus animi habitus in te sit, neq; cogitas, neq; curas? Ac si q̃s vestrũ mecum contenderit, id se curare asseuerãs, haud statim dimittam illum, neq; recedã, sed sciscitabor, examinabo, redarguam. Q; si mihi non videatur possidere virtutem, attamen profiteri, obiurgabo q; ea quæ plurimi precii sunt nihili pendat, vilissima vero plurimi faciat. Hoc equidẽ officium prestabo iuniori & seniori quẽcunq; nactus fuero, rursusq; peregrino & ciui, magis aũt ciuibus, quanto mihi genere propinquiores estis. Hoc eñ deus ipse iubet. Reor aũt q̃d & vos latere non debet, nullũ adhuc bonum vobis in hac vrbe maius contigisse q̃ hoc meum ministerium q̃d deo parens exhibeo. Nihil enim aliud agens circũeo, q̃ suadens iunioribus, senioribusq; vestrum, neq; corporum, neq; pecuniarum, neq; aliarum omnino rerum curam prius vehementiusq; q̃ animi habendam esse, vt q̃ optimus sit, docẽs non ex pecuniis virtutem, sed ex virtute pecunias aliaq; bona omnia & priuatim & publice hominibus prouenire. Si igit̃ hæc docens peruerto iuuenes, essent certe perniciosa. At siquis dicat me alia q̃ hęc docere, nihil dicit. Horum gratia o viri Athenienses profiteor equidẽ siue credatis Anyto siue non credatis, siue dimiseritis me, siue nõ dimiseritis, p̃fiteor me nihil aliud esse facturum nec si mihi sit pluries moriendũ. Ne cõturbemini o viri Athenienses. Sed queadmodũ ab initio rogaui, me ęquo animo audiatis: erit eñ vobis vt arbitror vtile si quę nũc dicturus sum audietis. Equidẽ vobis nõnulla dicturus sum, quę audientes forsitan ad clamorẽ in pręsentia prouocemini, ego vero silentiũ a vobis exposco. Scitote si me occideritis talẽ qualẽ vobis modo dicebam, non me læsuros esse vos magis, q̃ vos ipsos. Me quidẽ neq; Melitus neq; Anytus vnq̃ lędet. Neq; eñ posset. Siquidẽ nefas est vt arbitror, meliorẽ virũ a deteriore lędi. Interficere tamẽ potest vel pellere vel contumelia quadã afficere. atq; hęc iste quidẽ & alius aliquis ingẽtia putet esse mala. ego vero nõ puto, sed multo peius esse illa facere, q̃ nunc iste facit, aggrediẽs iniuste virum occidere. Quãobrẽ o viri Athenienses nõ tã mihi nũc opus est defensionẽ p̃ me ipso meditari, vt aliquis existimaret, q̃ vobis ne quid me cõdẽnantes cõtra id munus q̃d deus vobis tribuit delinquatis. Si enim me interfeceritis, haud alium talem reperietis, vere quidẽ & si forte id dictum ridiculum est, ciuitati vestrę a deo adhibitũ, velut equo cuidam magno & generoso, sed ipsa mole pigriori, atq; a Tabano aliquo excitari indigenti, qualẽ videt̃ me deus ciuitati addidisse, qui singulos exuscitans & monens & obiurgans non cesso diem totã vbi q; vobis assistere. Talẽ vero alterũ non facile nãciscemini o viri Atheniẽses. Ergo si mihi credideritis, me vestris sentẽtiis absoluetis. At vero si forte dormitantium more grauiter ferentes vos exuscitari me vt vult Anytus temere occideritis, reliquum omne tempus dormietis, nisi forsan deus vobis prospiciẽs alium quẽdam miserit. Me vero esse talẽ vt a deo ciuitati tributus fuisse videar, hinc potestis animaduertere. Non humanum certe id esse videtur, q; ego mea quidem omnia omnino neglexerim, atq; in hac rei familiaris negligentia tot annos iã perseuerẽ, vestro semper intentus bono, dum singulos adeo tanq̃ pater, aut frater natu maior, suadẽs curã virtutis habere. Q; siquã p̃ officio meo mercedẽ reciperẽ, humanã quandã id rationẽ haberet. Nũc vero q̃d & vos plane videtis, accusatores isti mei q̃q̃ impudẽtissime alia contra me omnia coaceruarũt, hoc vnũ tamẽ solita illa impudẽtia nequaq̃ ausi sunt p̃tentare, testesq; adhibere qui p̃bẽt me vnq̃ pro his mercedẽ vllã exegisse aut petisse. Huius aũt rei sufficientẽ vobis vt arbitror testẽ affero, paupertatem meam. Sed forsan absurdum alicui videri potest, me priuatim hęc consulere singulis anxie nimis circumeuntem, publice vero in concionibus ausum non fuisse hoc idem ciuitati consulere. Huius aũt causa est de qua sępe me passim dicentem audiuistis, diuinũ videlicet quiddã atq; dæmonicũ in voce quadam mihi adesse. Q̃d quidẽ Melitus in accusatione derisit. sed mihi quidẽ ab ipsa pueritia hoc adest, vox. s. q̃dam, quæ quotiens fit, me prohibet agere q̃d acturus eram, prouocat vero nunq̃. hoc inquã est q̃d mihi repugnet quo minus me ad publica conferam. & recte admodũ mihi aduersari videt̃. Cõstat eñ o viri Atheniẽses si quondam negotia publica aggressus fuissem, iamdiu mihi fuisse pereundum: itaq; nullam vel vobis vel mihi attulissem vtilitatem. Ne mihi succenseatis, oro, vera dicenti. Nemo enim diu saluus esse potest si aut vestro aut alteri cuiq̃ populo legitime aduersetur, quo multa iniusta atq; iniqua q̃ fieri solẽt in ciuitate, prohibeat. Sed necesse est eum qui reuera pro iustitia pugnat, si modo breui saluus futurus sit, priuatũ degere, neq; rempublicã attingere. Horum equidẽ magna vobis afferam argumenta, non verba quidẽ, sed q̃d vos multi facitis facta. Audite iam quę mihi cõtigerint, vt planius perspiciatis, nulli me quicq̃ contra iustitiam ob mortis metum concessurum fuisse, atq; non cõcedentẽ, simul fuisse perituum. Referam vobis equidem molesta quædam atq; iudicialia, vera tamen. Ego enim o viri Atheniẽ

con.

tem? Vtrum pecunias soluere, atq; donec solutę sint, in vinculis pmanere? At vero id tantūdē est atq; qđ supra dicebā, cū mihi desit vñ pecunias psoluā. An forte exiliū? Forte eñ hoc dignus esse cēsebor, nimia tñ o viri Atheniēses me cupiditas vitę teneret, si adeo imprudēs essem, vt nō possem aīaduertere si vos ciues mei cōsuetudinē meā sermonesq; pferre nō potuistis, sed vsquead eo grauis inuidiosaq; vobis fuit mea cōsuetudo atq; oratio, vt mox liberare vos ab illa iam decreueritis, alios tñ facile me putē toleraturos. Permultū abest o viri Atheniēses. Pręclara. s. mihi vita foret in hac ætate exulāti, & aliā ex alia ciuitatē pmutāti, & in cōtinua repulsa viuēti. Equidē vt plane intelligo, quocūq; pficiscar, audituri me sicut & hic sequent̄ adolescētes: ac si eos repellam, ipsi vicissim senioribus id psuadētes me repellent. Si nō repellā, eoꝝ patres & cognati ob hos ipsos me expellent. Forsitan vero dicet aliquis, nōne potes o Socrates in exilio silentiū & quietē agere? At hoc omniū est difficillimū aliq̄bus vestrū psuadere. Siue eñ respōdero, id esse nō parere deo, propterea q; me non posse quiescere, nō credetis mihi quasi p ironiam loquēti: siue dixero me ab hoc officio nolle vacare, q̄a id homini maximū contingit bonū, diebus videlicet singulis de virtute verba facere, atq; de aliis de quibus me quotidie loquentē vos auditis, atq; ita meipsum aliosq; scrutari, vitāq; inconsideratā respuēdā esse cēsere, hęc etiā multo minus mihi credetis. Hęc vero o viri Atheniēses ita vt dico se habēt, sed haud facile persuaderi possunt. Et simul nūq̄ malo dignari me consueui. Q꞉ si mihi forent pecuniæ, iudiciū pecuniis licerer quot pēsurus forē, neq; obesset mihi illas amittere. Nunc vero non adsunt, nisi forte quantum valeo soluere, tanti æstimare velitis. Possum vero ferme argenti minam. Tanti ergo iudicium liceor. Plato autē hic o viri Atheniēses, & Crito, & Critobulus, & Apollodorus iubēt me triginta minis liceri. Ipsi vero tātū vobis promittere parati sunt. liceor ergo tāti. Promissores vero argenti huius hi vobis erūt sufficiētes. Nō multi tēporis gratia o viri Atheniēses criminandi materiā prębuistis volētibus ciuitatē vituperare, quia. s. Socratē occideritis, virū sapientē. Dicent eñ illi licet nō sim, me sapientē, q vos vituperare volent. Si ergo breue tēpus expectauissetis, absq; vestra opera me cōtingebat mori. Videte ætatē meā q̄ procul iam sit a vita, morti vero ppinqua. Neq; vero hęc aduersus vos oēs dico, sed aduersus eos tātū q me morte damnarūt. Dico etiā hęc ad hos ipsos. Forsan putatis me viri Atheniēses in iudicio cōcidisse taliū verborū inopia, q̄bus vtiq; psuasissem vobis, si oīa faciēda dicēda q; putauissem, q̄bus a vobis absoluerer. Lōge vero se res aliter habet. Certe ob paupertatē damnatus sum, non verboꝝ quidē, sed audacię atq; impudētię, & quia talia apud vos dicere nolui, qualia vobis auditu gratissima contigissent, audiētibus videlicet me deflentē atq; lamētātē, & alia facientē multa atq; dicētē, vt dixi, me indigna, qualia frequēter ab aliis audire consueuistis. Sed neq; ab initio censui decere ob periculū deuitādū illiberale aliq̄d facere, neq; nūc me pœnitet hac defensionis ratione vsum fuisse. Malo eq̄dē tali quadā defensione fretus mortē obire, q̄ contraria supuiuere. Neq; eñ in iudicio neq; in bello vel mihi vel alteri, oīa q̄bus vitemus mortē sunt faciēda. Nā in pliis sępe cōstat interitū vitari siquis abiectis armis supplex ad insequentes se conuertat. Alia quoq; in singulis periculis machinamenta sunt, quibus interitū quis effugiat, siquē non pudeat facere quęlibet atq; dicere. Sed cōsiderate o viri Atheniēses haud id quidē difficile esse, mortē effugere, sed multo difficilius prauitatē. Velocius eñ illa currit q̄ mors. Atqui ego nūc vtpote ob senectutē tardior a tardiori captus sum, accusatores autē mei vtpote vehemētes atq; veloces ab ea q̄ velocior est prauitate. Et nunc quidē ego abeo damnatus a vobis mortē subiturus: isti vero a veritate ipsa damnati prauitati iniustitięq; obnoxii. Atq; ego quidē pœnę acquiesco, & isti. Hęc igit̄ forte sic oportebat se habere, arbitrorq; ea habere se mediocriter. Post hęc autē vobis qui me cōdemnastis, cupio diuinare. Nā illuc mihi iam peruentū est, vbi solent homines diuinare, quando videlicet sunt prope mortem. Prædico equidē vobis o viri Athenienses, si me interfeceritis, supplicium vobis statim post mortē meam esse venturū, ac p Iouem multo durius eo, quo me affeceritis. Nūc eñ id egistis, putātes liberare vos, quo minus rationē vitæ vestrę redarguēti cuiq̄ reddere cōpellamini. Id vero contra omnino vobis accidet. Nā plures futuros arbitror q vos redarguāt, quos ego cōpescebā, etsi vos id nō sentiebatis: tantoq; illi infestiores erunt, quāto & iuniores, ideoq; vos grauius id feretis. Profecto si putatis p interfectionē hominū a vituperatione vos absoluere, nimiū aberratis. Nō eñ est hęc liberatio vel valida satis vel honesta. Sed illa tā facillima q̄ optima est, non disturbare q̄dē alios, sed seipsum cōparare vt q̄ optimus euadat. Hęc ergo vobis q me cōdemnastis vaticinatus, finē facio. Vobis aūt q me absoluistis, libēter de huiusmodi re q̄ contigit verba facerem, q̄diu magistratus negotio destinant̄, necdum eo vado vbi me oportet mori. Sed o viri assistite mihi id tēpus. Nihil eñ phibet inuicē dū licet cōfabulari. Nēpe vobis tanq̄ amicis demōstrare volo qđ mihi modo accidit, q̄dnā mēti significet. Mihi q̄dē o iudices, vos. n. iudices recte appellare possum, mirabile q̄ddā cōtigit. Vox eñ illa dæmonis vaticinatrix, mihi semp in supiore tēpore frequēter oīno offerre se cōsueuit, & ī rebus q̄dē leuissimis se opponēs siq̄d minus recte facturus fuissem. Nūc autē ea mihi quę videtis acciderūt, quę profecto putaret aliquis atq; existimaret extre

sunt paruuli. Nullum tamen eorum huc adducam, supplicaturus eo pacto a vobis absolui. Curnam igitur nihil horum faciam? Non pertinacia vlla neq; contẽptu viri Atheniẽses: vtrum vero audacter me habeam erga mortem, an nõ, alia ratio est. Ad existimationẽ tamẽ & mei & vestri & ciuitatis totius nõ arbitror pertinere, vt hęc faciã in hac ætate & hoc nomine qđ nactus sum, siue id verum sit siue falsum. Attamen iam opinione hominũ prępoccupatum est Socratẽ inter multos pręcipuo quodã excellere. Si ergo hi qui inter vos sapientia, vel fortitudine, vel quauis alia virtute pręstare existimantur, tales erunt quales sępe quosdam cum de illis iudicaretur vidi, turpe nimiũ erit. Qui cum esse alicuius precii existimarẽtur, attamen in iudicio mirum in modũ cõmiserationi studebant, quasi graue aliqd passuri, si ex hac vita decesserint, perinde ac inmortales essent futuri si vos illos non occidatis. Atqui hi mihi videntur ciuitati dedecus afferre, ꝓpterea ꝙ existimare peregrinorũ aliqs potest eos qui inter Athenienses virtute pręstant, in magistratibusq; cæterisq; honoribus superiores habent, nihil a mulieribus differre. Hęc aũt o viri Athenienses nec vos qui alicuius auctoritatis esse videmini, facere decet, neq; etiã si nos facere velimus, ꝑmittere, sed hoc ipsum ostẽdere, vos eñ multo magis dãnaturos esse, qui cõmiserationes eiusmodi introducẽs ridiculã reddiderit ciuitatẽ, q̃ illũ qui quietus iudiciũ expectauerit. Proinde o viri Athenienses accedit ad ea quæ de ciuitatis existimatione dicta sunt, ꝙ nec iustum mihi videt esse iudicẽ ꝑcari, neq; precãdo absolui, sed docere atq; suadere. Nõ enim ad hoc sedet iudex, vt per gratiã concedat, sed vt iudicet secũdum leges. Atq; id iureiurando ꝓmisit, non per gratiã cuicunq; libuerit condonare, sed iudicare secundũ leges. Non igitur licet vel nobis assuefacere vos deierare, vel vobis assuefieri. Neutri.n. nostrum religionem seruarẽt. Nolite ergo o viri Atheniẽses exigere talia me apud vos agere, q̃ neq; honesta, neq; iusta, neq; sancta esse puto: & id quidẽ omnino, pręsertim vero per Iouem, cũ impietatis erga deũ a Melito hoc accuser. Profecto si ꝑgerẽ ꝑsuadere vobis, ꝑcandoq; flectere cum iuraueritis, docerẽ vtiq; vos non putare deos esse, ac reuera dũ ꝓ me defensionẽ paro, meipsum interim accusarẽ quasi deos nequaq̃ existimantẽ. Sed multum abest vt ita se res habeat. existimo nãq; esse deos o viri Athenienses, magis q̃ quisq̃ meorũ accusatorum, ac vobis deoq; ꝑmitto de me iudicare, vt & mihi & vobis sit conducturũ. Qꝫ vero nõ grauiter ferã o viri Atheniẽses me a vobis esse damnatũ, & alia multa faciunt, & illud in primis, ꝙ nõ ꝑter spem id accidit, verum multo magis admiror vtrorũq; numerũ calculorũ. Siquidem non putabã tam pauco calculorũ numero ab absolutione abesse. Nũc aũt vt videtur si tres solum calculi aliter cecidissent euadebam. Melitũ certe nunc euasisse videor, neq; euasisse solum, sed vnicuiq; cõstat nisi surrexissent Anytus & Lyco me accusantes, mille drachmas illũ fuisse pẽsurũ, qm̃ partem quintã calculorum non accepisset. Licet ergo iudicium morte vir iste, esto. sed ego o viri Atheniẽses quonã me liceamini postulabo. An non videlicet eo quo dignus sum? Quid ergo? Quidnam dignum est pati me aut pendere, ob id ꝙ quę didici, non siluerim, sed neglexerim quęcũq; multifacit vulgus, quęstum, rẽ familiarẽ, ꝑfecturas, conciones, cæterosq; magistratus, ꝑterea aufugerim cõiurationes atq; seditiones, q̃ in republica contigerunt, arbitratus meipsum reuera ad æquiora officia esse natum, q̃ vt ab his salutem meam pendere existimarẽ? Ad hæc inquã me non cõtuli, quibus occupatus, neq; vobis, neq; mihi ipsi fueram profuturus. sed vni huic officio duntaxat incubui, vt priuatim vnũquenq; vestrum salutans maximã vt equidẽ existimo afferrẽ vtilitatẽ, suadẽs videlicet vnicuiq; nihil ex rebus suis prius, q̃ seipm esse curãdũ, vt q̃optimus prudẽtissimusq; euadat: nec res ciuitatis curandas esse prius, q̃ ciuitatẽ ipsam, & aliarũ itẽ rerũ curã eadẽ ratione esse habẽdam. Quid igit cũ sim talis a vobis reportare dignus sum? Bonũ certe o viri Atheniẽses, si modo ꝓ dignitate reuera existimetis, ac tale qdẽ bonũ, quale mihi conueniat. Quid igitur conuenit viro egeno beneficoq;, cui vacare a cęteris occupationib9 expediat, quo vos ad virtutẽ cohortari queat? Nullũ certe est aliud ꝑmiũ o viri Athenienses qđ magis virum talem deceat, q̃ in Prytaneo publico sumptu nutriri, & multo quidẽ magis q̃ siqs vestrũ equo aut bigis, aut q̃drigis Olympia vicerit. Nã ille qdẽ facit vt felices videamini, ego vero vt sitis. Pręterea ille nutritione nõ indiget, ego indigeo. Itaq; si ꝓ dignitate ac iustitia extimari oportet, ego me hoc dignũ existimo, alimonia.s. publice in Prytaneo mihi exhibẽda. Forte vero hęc vobis dicẽs ita ꝓteruus videor vt in sup̃iorib9 visus sum, vbi cõmiseratiões, supplicationesq; detestabar. id aũt haud tale est, sed eiusmodi potius o viri Atheniẽses. Persuasum est em̃ mihi vt nemini sponte iniuriã faciã. qđ quidẽ idcirco vobis nõ persuadeo, quia breue tẽpus habuimus colloquendi. Verum si lex talis apud vos esset qualis apud cæteros, vt vbi mors pœna sit, in eo iudicio non diem vnam, sed plures disceptetur, vobis vt arbitror, ꝑsuasissem. Nunc vero haud facile fuit in tam breui tẽpore calũnias magnas diluere. Cũ igitur mihi persuasum sit, nemini faciendam esse iniuriam, ꝑmultũ abest vt mihi ipsi sim facturus. Quid ergo? nunqd veritus ne id subeam quo Melitus me dignum censet, quod equidem aio nescire me vtrũ bonũ sit, an malũ, vt hoc deuitẽ eligã eorũ aliqd, q̃ plane mala esse scio, atq; hoc me dignũ esse censebo? Vtrũ ergo vincula? Ecqd oportet me in carcere vitã agere, semp vndecimuiris seruiens

iustitiæ fauẽtes mentis suę auribus vsqueadeo insonare, vt alia audire nõ possit, frustraq; conaturũ, quicũq; pgat dissuadere. Addit ea solũ via esse pergẽdũ, qua deus id est ratio diuinitus infusa, pducit.

CRITO, VEL DE EO QVOD AGENDVM.

PERSONAE DIALOGI.

SOCRATES. CRITO.



SO. CVR HAC Hora venisti o Crito? An non valde adhuc est ante lucem? CRI. Valde qdẽ. SO. Quãdo vero maxime? CRI. Profunda aurora. SO. Admiror quẽadmodũ ipse custos carceris tibi obtẽperare voluerit. CRI. Familiaris iã mihi est o Socrates ob crebrũ huc aduẽtũ meũ. Præterea beneficii nõnihil a me accepit. SO. Venisti ne modo? an iã est dudũ? CRI. Satis dudũ. SO. Proinde cur nõ statim me excitasti, sed silẽtio assedisti? CRI. Nũq̃ p Iouẽ o Socrates excitassem. Neq; eñ ipse vellẽ in tãto dolore euigilare. Sed te iãdudũ admiror, sentiẽs q̃ suauiter dormias. Et consulto nõ excitaui te, vt q̃placidissime degeres. Eqdẽ & p omnẽ vitã ob huiusmodi morẽ beatũ te iudicaui, maxime vero i psenti calamitate, q eã tã facile ac placide feras. SO. Perabsurdũ esset o Crito siqs tã grãdis natu imminẽtẽ mortẽ moleste ferat. CRI. Sed & alii o Socrates æque senes similibus calamitatibus opprimunt, quos tñ ætas ab afflictione quã sors psens affert secũ, nõ liberat. SO. Ita est. Sed curnã adeo mane venisti? CRI. Nũciũ o Socrates ferẽs acerbũ, nõ tibi qdẽ vt mihi apparet, sed mihi potius & familiaribus tuis oĩbus & acerbũ & graue. Q đ eqdẽ inter grauissima, vt arbitror, numerauerim. SO. Quidnã hoc? Nũqd nauis ex Delo iã rediit? Qua reducta mihi est moriẽdũ. CRI. Nõdũ rediit qdẽ, sed reditura videt hodie, quẽadmodũ nũciãt nõnulli e Sunio venientes, q ibi eã reliq̃rũt. Cõstat ergo ex his nũciis, hodie esse vẽturã, ideoq; necessariũ fore te cras o Socrates e vita decedere. SO. Bona o Crito fortuna. Si ita diis placet, ita esto. non tñ existimo illã hodie reditură. CRI. Vndenã id coniectas? SO. Dicã eqdẽ, si qdẽ postridie q̃ nauis redierit, mihi est obeundum. CRI. Sic vtiq; aiunt hi penes quos rei huius potestas est. SO. Itaq; non hac die venturam puto, sed altera. Cõiecturã vero ex somnio quodã accipio, qđ paulo ante hac ipsa nocte mihi visum est, opportuneq; videris somnũ mihi nõ ptrubasse. CRI. Sed quale id somniũ erat? SO. Videbat mihi mulier q̃dam adueniẽs pulchra & aspectu grata, vestes habẽs cãdidas, vocare me atq; dicere, O Socrates tertia hic die Phthiã puenies latiglebã. CRI. Q̃ mirũ id insomniũ Socrates. SO. Manifestũ tñ, vt mihi videt. CRI. Manifestũ certe. Sed o beate Socrates etiã nũc crede mihi, ac saluus esse velis. Mihi eñ si tu obieris, nõ vna tãtũ calamitas ĩminet, sed p̃ter id q te orbatus fuero tali necessario, qualẽ alterũ nũq̃ reperiã, videbor vtiq; multis q neutrũ nostrũ satis nouerint, cũ potuissem te seruare si mĩn⁹ pecuniis pepercissem, te penitus neglexisse. Atq̃ q̃nã maior põt esse infamia, q̃ videri pluris fecisse pecunias q̃ amicos? Nõ eñ poterit psuaderi cõpluribus te hinc abire noluisse, nobis quo id ageres oĩ studio cõtẽdẽtibus. SO. Quid vero a nobis o beate Crito tanti vulgi opinio extimat? Probatissimi eñ viri, quoꝶ magis habẽda ratio est, hęc ita gesta esse vt gesta sunt, arbitrabunt. CRI. Attñ vides o Socrates cõpelli nos opinionẽ quoq; vulgi curare. Pręsentia eñ hęc declarant posse vulgus nõ minima maloꝶ, immo fere maxima, siqs in populo calũniis agitet, inferre. SO. Vtinã o Crito posset vulgus maxima ĩferre mala vt vicissim maxĩa posset bona. & bñ qdẽ se res haberet. neutrũ vero põt, qppe cũ neq; prudẽtẽ, neq; imprudẽtẽ efficere valeat. Faciũt vero quod libet, vtcũq; cõtigit. CRI. Hęc qdẽ ita se habeãt. Ad id vero Socrates mihi respõde, nũ forte mei cęterorũq; necessarioꝶ tuoꝶ respectus te retinẽt, ne si hinc euaseris, calũniatores nos postea vexẽt, quasi te hinc furati fuerimus, cogamurq; vel totũ patrimoniũ, vel permultas pecunias amittere, vel p̃ter hęc aliud quippiã pati. Siquid tale times, curã eiusmodi pone. Iustũ nãq; est nos tuę salutis gratia nõ hoc solũ, verũetiã si oportuerit maius aliud subire periculũ. Verũ mihi obtẽpera, neq; aliter facias. SO. Et hęc eqdẽ & alia multa o Crito cõsidero. CRI. Ne igitur hęc vereare. Neq; eñ multũ est argentũ qđ postulant hi qui seruare te atq; hinc educere pollicẽtur. Vides p̃terea q̃ tenues sint calũniatores tui, vt nõ magna ad eos placãdos largitione sit opus. Tibi vero pecunię adsunt meæ ad hoc vt opinor sufficientes. Proinde siquo mei respectu adductus nõ putas meas pecunias erogãdas, adsunt hospites hi parati persoluere. quorũ vnus etiã huc attulit sufficiẽtẽ pecuniã ad hoc ipsum paratã Simmias Thebanus. Ad hoc ipsum prõptus est & Cebes, aliiq; pmulti. Quãobrẽ vt modo dicebã nihil tale metuas, quo minus serues te ipsum. Sed neq; etiã illud qđ in iudicio dixisti, te remoret, si hac vrbe exires, quo te ipm verteres te minime habiturũ. Aliis eñ multis in locis quocũq; pfectus fueris te hoĩes colẽt: ac si velis in Thessaliã te cõferre, reperies illic hospites meos, q te libẽter libẽtissime cõplectent, tutũq; psidio suo adeo reddẽt, vt nemo ĩ Thessalia tibi iiuriã sit factur⁹. Accedit ad hęc o Socrates q rẽ minime iustã aggredi videris, si cũ saluus esse possis teipm perdas, taliaq; cõtra te facere studeas, qualia inimici ipsi tui cõtẽderẽt, cõtẽderũtq; te pdere pperãtes,

ma esse malorum.Sed mihi neq; domo exeũti mane dei signum aduersatum est,neq; dum in iudiciũ veniebam, neq; in aliqua sermonis parte dum verba faciebam,q̃uis alias frequenter dum loquerer in medio sermonis cursu consueuerit cohibere.Nũc autẽ in hac re nusq̃ vel agẽti vel loquẽti est aduersatum.Quam vero huius rei causam esse putẽ,vobis aperiam. Apparet eñ mihi qđ contigit bonum esse.Nec recte vllo modo iudicatur a nobis,quicũq; mortem opinamur esse malã.Cuius quidẽ rei magna apud me hęc est coniectura, ꝙ signũ mihi vt consueuit repugnauisset,nisi bonum quid acturus fuissem.Cogitare aũt hoc pacto possumus:spem multã esse id esse bonũ.Duorum enim alterum mors est.Nam aut tanq̃ nihil oĩno sit,sensum nullũ vllius rei retinet is qui decessit e vita, aut quemadmodum dicitur,permutatio quędã & transmigratio animę ab hoc in aliũ locum. Siue ergo nullus remanet sensus,sed tanq̃ somnus quidam est in quo quis somniũ cernit nullum,admirabile lucrum erit in morte. Reor equidem siquem oporteat ad eam noctẽ quam tanta transegit quiete vt ne insomnium quidẽ vllum videret,alias noctes diesq; vitæ totius conferre, atq; dicere quot ipse noctes atq; dies in vita melius dulciusq; peregerit,reor inquã nedũ priuatim aliquẽ,sed nec magnũ quidẽ regem,aliquas numerare posse.Si ergo tale quiddã est mors,lucrũ esse equidẽ dico.Etenim nihil plus hoc pacto totum tempus q̃ nox vna esse videtur.Sinautẽ mors est tanq̃ transmigratio quędã hinc in aliũ locum, ac vera sunt quę dicunt,videlicet in alio seorsum a nobis loco omnes defunctos esse,quidnam melius q̃ hoc esse potest o iudices? Si quis eñ illuc profectus liber ab iis qui se profitent iudices esse,veros reperit iudices qui iudicare illic perhibent,Minoẽ,Rhadamanthũ,Aeacum,Triptolemũ,aliosq; quotcunq; semidei iuste vixerunt,nunquid eiusmodi transmigratio paruipendenda censebit? Rursus Orpheum Musęũq; conuenire,& Hesiodum,& Homerũ,q̃ multo aliquis nostrũ redimeret? Equidem si hęc vera sunt,sępius mori velim.Quippe cum mihi in primis mirifice grata sit futura habitatio illa atq; consuetudo:quandoquidẽ vna cum Palamede futurus sum, & Aiace Telamonis filio, & aliis antiquorum quicunq; falso damnati iudicio decesserunt e vita:apud quos meos casus cum illorum casibus conferre vtrinq;,vt arbitror,non iniucundũ foret.Illud pręterea maximum,illic degere scrutantem singulos atq; examinantẽ quemadmodum hic feci,quisnam illorũ sapiens sit,& quis cũ non sit,se tñ existimet sapientẽ esse.Proinde quanti faciendũ est o iudices perscrutari ducẽ qui tantũ ad Troiã duxit exercitũ? vel Vlyssem,vel Sisyphũ aliosq; q̃plurimos quos referre quis potest virosq; & mulieres, quibus cũ loqui atq; examinando versari,inextimabilis prorsus felicitas esset? Siquidẽ huius causa qui illic degunt haud amplius moriunt,suntq; illi nobis & in rebus aliis beatiores,& in eo insuper ꝙ reliquũ iã tẽpus permanẽt immortales,si quidẽ vera sunt quę dicunt. Vos quoq; o iudices bene de morte sperare debetis, idq; vnũ cogitare verũ esse, viro videlicet bono nihil mali accidere posse neq; viuẽti neq; defuncto,neq; res illius a diis negligi.Neq; vero mea nũc casu aliquo acciderũt, sed mihi id cõstat,mori iã & a laboribus liberari,mihi melius extitisse. atq; hãc ob causam diuinũ illud signũ mihi non obstitit.Equidẽ haud admodum his indignor qui accusarũt me vel condemnarũt,q̃uis nõ hac mente accusauerint me atq; damnauerint,sed quia detrimentum mihi inferre sperabant.Ob hoc vtiq; illis est succensendum.Sed iam ad eosdem illos reuersus,sic eos alloquor. Tantũ tamẽ vos ꝓcor o viri,vt meos quoq; filios cũ adoleuerint,si ipsi similiter atq; ego vobis molesti sint, pœnis similiter afficiatis,ꝑsertim si videant vobis vel pecuniarũ vel alterius cuiusq̃ rei maiorẽ q̃ virtutis curã habere:atq; si videri velint putẽtve se alicuius esse precii cũ nullius sint,illos obiurgetis,quẽadmodũ ego vos,ꝙ nõ illis incũbãt quibus est incũbendũ,ac existimẽt cũ nullius ꝑcii sint,se aliqđ esse. Qꝫ si hæc feceritis,iusta a vobis passus fuero egoq; & filii.Sed iã hora est hinc abire,me quidẽ vt moriar, vos aũt vt vitam agatis. Vtri vero nostrum in melius eant,omnibus præterq̃ deo est incertum. Immortalitas animorum.

Argumentum Marsilii in Critonem,Ad Laurentium Medicem Virum Magnanimum.



Vemadmodũ Apologię ita Critonis quoq; tã ordinata tã plana dispositio est vt argumento nõ egeat.Aduerte tñ in primis Socratẽ, sicut in Apologia vigilans vaticinatus est,sic in Critone dormientẽ vaticinari, vt cognoscas sapienti pioq; viro deũ & vigilanti & dormiẽti semp adesse.Ex oĩbus aũt collige euãgelicę doctrinę cõfirmationẽ.Approbationẽ martyrũ.Exẽplar iustitię.Incõparabilẽ fortitudinẽ. Cõtemptũ mortaliũ.Desideriũ æternorũ. Religionis deniq; fundamentũ. Quid memorẽ vulgi opinionẽ contẽnendã esse,sapiẽtis dũtaxat sententiã,immo veritatẽ ipsam esse colendã? Quid rursus nõ viuere quidẽ,sed bñ viuere exoptandũ? Itẽ inimicis malefaciẽdũ esse nũq̃,neq; iniurias vlciscẽdũ? Rursus & periculũ mortis interitũq; subeundũ potius q̃ peccandũ? Quid referã obseruantiã legũ singularẽ? & inextimabilẽ patrię charitatẽ? Quã & parẽtibus & vitę ꝓculdubio anteponit, ob hãc vt ipse inquit rationẽ,quo in alterã profectus vitam valeat ęterno iudici ęquã anteactę vitę reddere rationẽ, neq; leges quæ illic imperant humanarũ legũ sorores expauescere cõpellat.Concludit deniq; rationes

si minus,dimittamus.Quas vero tu affers considerationes de pecuniarũ sumptu,de vulgari opinione,de filiis educandis,cauẽdũ est o Crito,ne excogitationes reuera hoꝝ multorũ sint qui facile interficiũt,atq eoꝝ q similiter inquã si possent reuiuiscerẽt,& id qdẽ absq mẽte. Nobis vero quandoqdẽ sic exigit ratio,nihil aliud attendẽdũ est q̃ qd modo dicebamus, vtrũ agam⁹ iusta pecunias largiẽdo, gratiáq habendo his qui me hinc educãt:vtrũ inquã in hoc agamus iusta nos quidẽ educti,illi vero educentes,an potius vtrinq in his oĩbus agẽdis agamus iniuste.atq si appareat nos iniqua aggredi, ne excogitandũ qdẽ id est,sed mansuete subire decet & mortẽ & quoduis aliud suppliciũ prius q̃ qcq̃ agamus inique.CRI.Recte loqui videris Socrates.Cõsidera tñ qd agamus. SO. Cõsideremus o bone vir vna.Ac siqua in parte me dicẽtẽ redarguere poteris,redargue. ego eñ assentiar.Sin minus:desine quæso o vir beate iam totiẽs eadem verba repetere, oportere.s.me hinc Atheniensibus inuitis abire. Equidẽ multi facio persuaso te hęc agere,nõ autẽ inuito. Attẽde itaq nũquid cõsiderationis initium tibi sufficiẽter dictũ sit,conareq qd rogatus sis ita respondere,vt maxime cẽseas respondẽdum.CRI. Conabor equidẽ.SO.Dicimus sane nullo modo sponte esse iniuriandũ.An forte quodã pacto iniuria facienda est,aliter vero nequaq̃?vel potius iniuriari nullo modo vel bonũ est,vel honestũ,quẽadmodũ in superiori tẽpore sæpe confessi sumus?Qđ qdẽ & nuper est confirmatũ.An forte oẽs illę superiores cõuẽtiones nostræ in paucis his dieb⁹ prorsus euanuerũt,ac iãdiu nos tã grãdes natu homines o Crito tamq studiose inuicem differentes latuit nihil a pueris nos differre? An potius sic prorsus res se habet,vt iãdiu dicebamus,siue affirmet id multitudo,siue neget,& siue grauiora præsentibus,siue leuiora subire cogamur?Attamen iniuriam facere,omnino malum turpeq esse fatemur illi ipsi qui facit,an non?CRI.Fatemur certe.SO.Quamobrem nullo modo iniuriandum est. CRI.Nullo qdẽ.SO. Neq si iniuriã passus fueris,vlciscẽdũ,vt vulgus putat.siqdẽ nullo modo iniuriandũ. CRI.Ita videt. SO.Quid vero?mala alicui facere decet o Crito,an non?CRI.Nõ certe o Socrates.SO.Quid aũt qui mala patitur,nũ mala vicissim referre illi debet q intulit,vt vulgo videt? Iustũ ne id esset an iniustũ? CRI.Iniustum.SO.Nempe mala inferre hominibus nõ discrepat ab iniuria.CRI.Vere loqueris.SO. Neq igitur vlcisci decet,neq malefacere cuiq̃ hominũ,quodcũq ab aliis ipse passus fueris.Et vide o Crito nequid dũ hęc concedis,pręter sentẽtiã tuã nobis assentiare.Perpaucis eñ,scio quid loquar,sic vel apparet vel apparebit.At vero qbus sic apparet,& qbus aliter,his nõ est cõmunis deliberatio, sed necesse est eos cũ vltro citroq cõsilia sua respiciũt,inuicẽ se despicere. Animaduerte igit & tu diligẽter,vtrũ tibi mihiq cõmunis sit hæc opinio,mecũq sentias,atq vtrum ab hoc principio exorsi deliberemus,quasi nunq̃ rectum sit vel iniuriari,vel vlcisci iniuriam,vel malũ referre in eum qui intulit. An hic discedis a nobis in hoc principio non consentiẽs? Mihi quidem & iãdiu,& nunc ita videtur. Qꝫ si tibi apparet aliter,dic & doce.Sinautẽ in superioribus permanes,iam quid sequatur audi.CRI. Cõsentio eqdẽ & permaneo.SO.Dico ergo deinceps,immo potius interrogo,vtrũ quæ quis confiteatur alicui iusta esse,facere debeat,an fallere?CRI.Facere.SO.Ex his iam ita considera.si nos hinc abeamus pręter ciuitatis cõsensum, vtrũ male aliquibus faciemus, & his quidẽ quibus minime decet,vel non,& vtrum in his permanebimus quæ iniusta esse conuenimus,vel contra. CRI.Nequeo equidẽ o Socrates ad hæc respõdere.Neq enim intelligo.SO.Verũ ita considera,perinde ac si volẽtibus nobis hinc siue aufugere,siue quomodocũq hoc vocandum est,veniant leges,ciuitatisq huius respublica, & instantes nobis sic inquiant.Dic nobis o Socrates. Quidnam cogitas facere? An non intelligis hac re quã aggrederis,te nobis,legibus, totiq patriæ quantum in te est interitum machinari? An putas ciuitatem vllam amplius stare posse,ac non subuerti,in qua iudicia publica nullam vim habeant, sed a priuatis hominibus cõtemnãtur atq frangantur?Quid ergo dicemus ad hæc o Crito aliaq huius modi?Permulta enim in hanc sententiam afferre quis potest,præsertim orator pro lege ita soluta declamans,quæ quidẽ sentẽtias publico iudicio latas iubet ratas esse.An respondebimus illis ciuitatem nõ recte iudicãdo nobis iniuriã intulisse?Ita ne an aliter?CRI.Ita p Iouẽ o Socrates. SO.At eñ leges ipsę sic respõderẽt.O Socrates nõne nobis tecũ id cõuenit,stãdũ tibi esse iudiciis,quæ ciuitas tulerit? Qꝫ si leges ita loquentes admiraremur,forte dicerẽt:Noli Socrates quæ modo diximus admirari.immo responde,cum tibi & interrogare & respondere sit consuetum. Dic age quidnam nobis ciuitatiq succẽseas,quo dissoluere nos cõtẽdas.Principio nonne nos te genuimus? atq per nos pater tuus matrem accepit tuã & ꝓuocauit?Dic ergo,an has inter nos leges quæ sunt circa cõiugia improbes,atq his aliqua in parte quasi minus rectis succẽseas.Nihil succẽseo dicerẽ.Sed an his legibus quę educationi eruditioniq natorũ prouidẽt,in qua ipse quoq eruditus es:an non recte disposuerunt hæ leges ad hoc officium conditę,cum iuberent patrem tuũ in musica te,& gymnastica erudire? Recte disposuisse concederẽ.Age ergo,postq̃ per nos genitus es educatusq ac eruditus, primo quidem num potes negare te nostrũ esse & natum & seruũ,ipsumq te & progenitores?Deinde cũ id ita se habeat,an putas ius ex æquo tibi,atq nobis esse,& q̃ nos tibi facere aggrediamur, eadẽ vicissim in nos abs te re

Proinde filios quoq; tuos perdere mihi videris, quos cũ liceat tibi educare atq; erudire, deseris oĩno, & quantũ in te, eorum mores fortunę cõmittis. Accidẽt vero eis verisimiliter qualia euenire orphanis consueuerunt. Profecto oportebat nõ genuisse filios, aut in eis educandis erudiẽdisq; laborẽ nõ recusare. Tu vero mihi videris q̃ elegisset vir segnis ac piger, nunc elegisse: decebat aũt cõtra viri boni fortisq; eligere, præsertim te per omnem vitam virtutis studium profitentem. Itaq; non possum tua nostraq; vice familiariũ tuorũ non erubescere, veritus ne tota hæc res tua, ignauia quadã nostra sic tractata fuisse videat. Et primũ quidẽ ille tũc in iudiciũ ingressus cũ liceret nõ ingredi, deinde cõcertatio ipsa iudicii similiter acta, & extrem⁹ hic finis, tãq̃ ridiculũ quiddã per ignauiã segnitiẽq; nostrã effugisse nos videbit, q nec nos te seruauerim⁹, neq; tu ipse te, cũ id fieri absq; magna difficultate potuerit, si vel parũ in nobis vsus industrięq; fuisset. Hęc igit o Socrates cõsidera, ne p̃terq̃ q mala sunt etiã dedecori tibi nobisq; sint, sed tibi cõsule. Immo vero nõ iã amplius consulendi tẽpus, sed cõsultũ iã esse oportuit. Vnicũ vero cõsiliũ est, videlicet venienti hac nocte cuncta hęc facta esse oportere. Sin autẽ vltra tardamus, nihil oĩno fieri vlterius poterit. Quãobrẽ oĩno mihi adhibe fidẽ o Socrates, nec vllo modo aliter facias. SO. O amice Crito studiũ hoc tuũ permulti faciendũ esset, siqua ratione recta susceptũ esset. Sin minus, quãto vehemẽtius est, tãto molestius. Cõsiderãdũ est igit, agenda ne hęc nobis sint an nõ. Nã ego is sum nõ modo nũc sed & semp, q meorũ nulli pareã p̃terq̃ rationi q̃ ratiocinãti mihi optima videat. Rõnes itaq; illas q̃bus supiorib⁹ tẽporib⁹ vsus sum, nec nũc q̃dẽ postq̃ in hãc fortunã incidi, reiicere possum, sed similes mihi ferme apparẽt, easdẽq; in p̃sentia quas & prius veneror atq; p̃fiteor, adeo vt nisi nũc meliores afferre possimus, plane scire debeas me tibi nõ concessurũ, nõ si etiã plura q̃ nũc multitudinis potẽtia cõminata nos tãq̃ pueros laruali terribiliq; facie perterrere conet, pœnã, & damna, catenas, cędes obiiciẽs. CRI. Quanã igit ratione mediocriter cõsiderabim⁹? SO. Hac vtiq;, si id q̃d tu de opinionib⁹ paulo ante dicebas, resumam⁹, vtrũ semp recte se habeat nec ne, oportere. s. quarũdã opinionũ rationẽ habere, quarũdã vero minime. An forte prius q̃ in periculũ mortis inciderẽ, recte id dicebat: nũc vero cõstat frustra disputatiõis gratia ita dictũ fuisse, cũ reuera ioco cuidã nugisq; esset adductũ. Cupio equidẽ o Crito vna tecũ cõsiderare, nũquid sermo ille prior alienus appareat mihi nũc in hac fortuna cõstituto, an prorsus idẽ qui & prius: atq; vtrũ dimittendus sit a nobis, vel ipsi obtẽperãdũ. Cõsidera igit an nõ sufficiẽter tibi dici videt nõ oportere oẽs opiniones hoĩm seq, sed alias quidẽ sequi, alias vero negligere, neq; oĩm q̃dẽ, sed dũtaxat quorũdã. Quid ergo dicis? hęc nõ recte dicunt? CRI. Recte. SO. An nõ bonas honorare decet, malas vero cõtemnere? CRI. Ita decet. SO. Bonę aũt nõne prudentũ? Malę cõtra sunt imprudẽtũ? CRI. Quid ni? SO. Age vero quonã modo rursus talia dicebant. Qui in gymnasiis se exercet, vtrũ cuiuslibet hoĩs laudi vel vituperationi mentẽ adhibebit, an illius tm̃ qui medicus sit aut gymnasii magister? CRI. Huius soli⁹. SO. An non timere decet vituperationes, & optare laudes illius vnius potius q̃ multorũ? CRI. Proculdubio. SO. Hac itaq; ratione illi agendũ est exercendũq; & edendũ atq; bibendũ, qua illi vnico videat q p̃sideat intelligatq;, potius q̃ vt videt vulgo. CRI. Vera hęc sunt. SO. Quid vero si illi vni nõ pareat, opinionẽq; eius & cõmendationes nihili pẽdat, honoret vero multorũ ignorantũq; cõmendationes, nunq̃d a malo tutus erit? CRI. Minime. SO. Quid aũt est id malũ, & quonã tendit, & in quã nõ obediẽtis partẽ? CRI. In corpus videlicet. hoc eñ corrumpit. SO. Recte dicis. Nõne & de aliis o Crito eadẽ ratio est? Ne oĩa percurramus, de iustis inquã iniustisq;, de turpib⁹ & honestis, bonisq; & malis, de quibus in p̃sentia nobis cõsultatio est vtrũ multorũ opinionẽ sequi vererię debeamus, an vnius potius qui intelligat, quẽ decet & venerari & timere magis q̃ cũctos alios. Cui nisi obtẽperauerim⁹, lędemur & corrũpemur in eo, q̃d iusto quidẽ melius fieri, iniusto aũt corrũpi soleat. An nihil id est? CRI. Idem quidẽ o Socrates arbitror. SO. Age vero, si id q̃d a salubri quidẽ fit melius, ab insalubri vero corrumpit, corruperimus imperitorũ potius q̃ peritorũ secuti iudicia, an nobis eo destructo viuẽdũ erit? Est aũt id corpus. nõne? CRI. Corpus. SO. Nũquid ergo viuẽdũ nobis cũ deprauato corpore atq; destructo? CRI. Nullo modo. SO. An forte cũ illo viuendũ est nobis corrupto, q̃d iniusto quidẽ lædit, iusto vero iuuat? Nũq̃d vilius illud q̃ corpus existimam⁹, q̃cq̃d illud est e nostris, circa q̃d iustitia iiustitiaq; versat? CRI. Nullo modo. SO. Sed p̃ciosius? CRI. Valde. SO. Non igit o vir optime admodũ nobis curandũ est, quid de nobis multi loquant, sed quid dicat is vnus qui intelligit iusta & iniusta, atq; ip̃a veritas. Quãobrẽ primo quidẽ non recte adduxisti, opinionẽ vulgarẽ de rebus iustis & honestis & bonis harũq; cõtrariis esse alicuius existimãdã. At vero dicet aliquis, posse vulgus nos interficere. CRI. Nimirum dici id potest o Socrates. SO. Vera loqueris. Sed o mirabilis, hæc ratio quã percurrimus superiori similis esse videtur, atq; hanc rursus considera, vtrũ nobis maneat nec ne, videlicet non multi faciendũ esse viuere, sed bene viuere. CRI. Manet q̃dẽ. SO. Sed hoc quoq; manet ne? bene & honeste & iuste viuere idẽ esse? CRI. Constat. SO. Igitur ex his q̃ confessi sumus, hoc cõsiderandũ, vtrũ iustũ sit conari me hinc exire Atheniensibus non dimittẽtibus, vel iniustum: ac si appareat iustũ esse, tentemus:

enim gubernantur recte,hostis primũ reipublicę illius accedes,& omnes quibus curę est patria,despicient abominabũturq; te,corruptorẽ legũ existimãtes.Ideoq; confirmabis eorũ qui te damnarũt opinionẽ,vt recte contra te tulisse sentẽtiam videãtur.Quisquis enim corruptor est legum,is potissimũ & iuuenũ imperitorũq; hominũ videbitur esse corruptor. Quid ergo?ciuitates ne quæ recte gubernãtur,& modestissimos quosq; homines deuitabis?Atqui si id feceris,vita ne dignus eris?an forte impudẽter te his admiscebis,nec erubesces de eisdẽ apud eos disserere, de qb⁹ apud nos cõsueuisti?virtutem videlicet & iustitiam,legesq;,& instituta legũ plurimi esse existimãda?neq; putas absurdum,& ab his dissonans apparere Socratis factũ?Proculdubio putandũ est. Forte vero ciuitates has declinãs in Thessaliã ad Critonis hospites abibis.Illic enim absq; ordine & tẽperantia viuitur. Ac forsan libẽter illi te audient,narrantẽ quẽadmodũ e carcere ridicule fugeris:vt fascem quendam tibi supimponens, aut corio tegens,vel aliis quibusdã te inuoluens,quẽadmodũ solent qui fugam surripiũt,& in alienã figuram te transmutans illinc aufugeris. Quẽadmodũ vero vir senex paruo admodũ tẽpore vt veri simile est victurus,ausus fueris ob viuẽdi cupiditatẽ in tã sordida inopia viuere,maximas trãsgressus leges,nullus ne dixerit?Forte si neminẽ offenderis.Alioquin multa o Socrates atq; indigna te audies. Viues autẽ obnoxius cunctis hominibus atq; deseruiens.Quid vero facies in Thessalia? Cõuiuia ne frequentabis?vtpote qui in Thessaliã quasi ad cœnã aliquã aduentaueris?Disputationes vero illę de iustitia,cæterisq; virtutibus,vbinam vlterius nobis erũt? Enimuero filiorum gratia viuere cupis,vt nutrias eos atq; erudias.An ergo in Thessaliam eos perduces,vt illic nutrias eos,atq; erudias,hospites eos efficiens,vt hoc insuper cõmodi abs te reportent?An id quidẽ non facies,hic vero relicti melius te viuo alentur,atq; erudientur a necessariis tuis te absente? Vtrũ vero si in Thessaliã abibis,tui id curabũt:sinautẽ in alteram transibis vitam,non curabũt?Profecto siquid opis est in his qui aiũt se tuos necessarios esse,credẽdum est curatutos.Cæterũ o Socrates fidẽ nobis adhibẽs nutricibus tuis, neq; filios tuos,neq; vitam,neq; aliud quicq̃ pluris facias q̃ iustitiã, vt cum in vitam alterã transmigraueris,valeas illic pręsidibus horum omniũ reddere rationẽ.Nẽpe si leges transgressus hęc feceris, neq; melius,neq; iustius,neq; sanctius id vel tibi continget,vel tuis,neq; illuc tibi profecto conducet. Quin potius iniuriam passus abito.si abieris,non a nobis quidem legibus,sed ab hominibus.Verum si adeo turpiter aufugeris,etiam versa vice iniurias malaq; referens,conuentiones nobiscum initas & pmissa trãsgressus,atq; lædẽs eos quos minime oportebat, teipm scilicet & amicos,& patriã,nosq; & leges,nos vtiq; & viuenti tibi infensi hic erimus, & in altera vita leges quę illic sunt nostræ sorores, haudquaq̃ te benigne recipient,scientes te nos pro viribus disperdere conatum fuisse. Quamobrẽ ne Crito aliter tibi q̃ nos persuadeat,caueto.Hæc eqdẽ o dulcis amice Crito audire videor,quẽadmodũ Corybantes tibias audire se putãt.Atq; in me sermonũ eiusmodi sonitus adeo reboat, vt alia audire nõ possim.Vides q̃ in psentia mihi apparẽt:quibus siquid cõtradicere aggrediaris, frustra conabere. Verũtamẽ siquid te profectutũ confidis,dicas.CRI.Ego vero qd̃ dicam o Socrates nihil habeo. SO. Desine ergo Crito,& pergamus hac,quando quidem hac nos Deus ipse ducit.

Qualis sit corruptor legum.

Argumentum Marsilii in Phædonem.


Oster de Religione liber rem satis per se notam probat , Christi vitam esse virtutis totius ideam.Octauus aũt Epistolarũ nostratũ liber Socratis vitam vitæ Christianę imaginẽ quãdam,aut saltem vmbrã esse demonstrat: & testamentũ quidẽ vetus per Platonem cõfirmat,nouũ vero per Socratem. Qd̃ autem ad Socraticam hãc spectat similitudinẽ,siquis dubitat,Xenophontem atq; Platonem legat,& cæteros qui dicta simul actaq; Socratis cõscripserũt,pcipue Platonis Gorgiã,& Apologiã,Critonẽq; atq; Phædonem . Huius ergo Phædonis deinceps argumentum passu , immo saltu celeri percurremus. Eius eñ mysteria satis in Theologia exposuisse videmur. Vnũ hoc in primis admonebimus, nequis admiret Socratẽ inter argumẽtationes ad immortalitatẽ animę ptinẽtes pretermisisse hic illam , qua sola confidit in Phædro,Animã.s.esse principiũ motionis,vnde sequatur eã p se perpetuoq; moueri, sempq; viuere. Id enim ideo factũ est a Socrate,quoniã eiusmodi ratio nõ solũ nostris, sed cælestibus etiã,atq; dæmonicis animis est cõmunis.In Phędone vero rationes nobis magis proprię requirũtur. Sed iam ad dispositionẽ dialogi breuissimã veniamus.Principio obseruãdum est,q̃ mirifice Socrates cõsoletur amicos,qui eo pręcipue die quo venenũ bibiturus erat,in carcere quasi cõsolaturi eũ salutauerunt.Deinde q̃ religiose obseruet vel somniorũ pcepta quasi quædã oracula:& q̃ in eo apptime cautus sit,ne minimũ quid circa diuina mãdata delinquat.Tertio memoriæ mandandũ est, homines sub assidua Dei esse custodia,neq; licere nisi quãdo deus voluerit,hinc emigrare. Quarto aduertẽdũ est diligẽter qd sibi velit,vbi ait sperare quidẽ se in obitu ad bonos viros, deosq; alios bonos iturum:

ferri iustum esse iudicas? An cum nec ad patrem, nec ad dominũ si eũ habeas, tibi ius ex æquo sit, vt quę ab illis patiare in eos referre possis, neq; si iurgio hi te lacessant, cõtra iurgare, neq; si te verberẽt, vicissim verberare, neq; alia eiusmodi in eos tentare liceat: contra patriam vero ac leges tibi licebit? Adeo vt si nos iudicãtes id esse iustum, interficere te velimus, tu vicissim nos leges & patriam pro viribus coneris occidere, dicasq; te in his agendis iusta facere, qui virtutis curam reuera habere profiteris. An sic es sapiens vt te latuerit & patri & matri & progenitorib⁹ omnibus patriam esse anteponendam? atq; esse venerabilius quiddam sanctiusq;? & in superiori sorte, tũ apud deos, tum apud homines mẽtis compotes esse patriã collocandam, colereq; eam oportere magis eiq; obedire ac rigidius se gerẽti mitius assentiri q̃ patri, & siqd iubeat vel dissuadere illi quãtum liceat, vel facere, & patiẽtissime sustinere quicquid iusserit patiẽdum? Ac siue mandauerit verberari te, siue in vincula coniici, siue in prælium miserit ad vulnera excipienda mortẽq; subeundam, obediendum est omnino. Ius enim ita dictat, & neq; tergiuersandũ, neq; fugiendum, neq; ordinem deserendum, sed & in bello, & in iudicio, & prorsus vbiq; ea sunt quę respu. patriaq; iusserit, faciẽda: aut certe verbis quatenus iustum est vti licet ad persuadẽdum illi, eamq; placandam. Vi autẽ vti nefas est, vel contra matrẽ, vel contra patrem, maxime vero omnium contra patriam. Quidnam ad hęc dicemus Crito, vera ne loqui leges an cõtra? CRI. Mihi quidẽ videtur. SO. Proinde leges forte dicent. animaduerte o Socrates, vtrum vere dicamus te iniusta cõtra nos aggredi. Nos quidẽ quę te & alios ciues genuimus, educauimus, nutriuimus, participes bonorũ oĩm quæ in nostra erant potestate effecimus: tamẽ p̃misimus cuilibet Atheniensium cognitis iam ciuitatis moribus legibusq; & reipublicę gubernandę forma, sicui non placeamus, licere acceptis suis quocunq; placuerit hinc abire. Nec vlla ex nobis legibus impedit aut denegat, siue quis vestrum cui nos ciuitasq; minime placeamus, in coloniã aliquã hinc velit discedere, siue habitationẽ alio trãsferre cupiat, quo minus id pro arbitrio facere valeat, secũq; sua p̃ferre. At vero quicũq; ex vobis, postq̃ cognouerit quẽadmodum nos iudicia disponimus, & in cæteris omnibus regimus ciuitatẽ, permanserit tamẽ, hunc iam asseueramus opere ipso conuenisse nobiscum quæcũq; iusserimus se facturũ. Atq; eum qui non paruerit, tripliciter iniuriari censemus, & q̄ genitricibus nobis nõ obtẽperat, & q̄ nutricibus non obsequitur, & q̄ pactus nobis obedire, neq; obedit, neq; persuadere nobis studet, si quid minus recte facere videamur. Cumq; præcepta nostra libere proponamus, neq; mãdemus rigide, sed p̃mittamus alterũ e duobus, aut verbis persuaderi nobis, aut mãdata explere, tu horum neutrũ facis. His ergo criminib⁹ te o Socrates obnoxium iudicamus fore si quę cogitas feceris, nec minime Atheniẽsium te, sed maxime omnium. Ac si causam requiram ob quã præ cæteris sim obnoxius, forte iuste me remorderẽt dicẽtes me maxime omniũ Atheniẽsium ciuitatis legibus cõsensisse. sic enim inferrẽt. Magna nobis o Socrates horum sunt argumenta, tibi nos ciuitatẽq; placuisse. Nunq̃ enim maxime omniũ Atheniẽsium cõtinuas in ea moras traxisses, nisi tibi mirifice placuisset. Itaq; nec spectaculi gratia vrbe vnq̃ egressus es, nisi semel in Isthmum, nec alio vsq̃ nisi in militia, neq; aliam fecisti peregrinationẽ vnq̃, quemadmodum cęteri solẽt, neq; alterius ciuitatis te cepit cupiditas aliarũve legum, sed nos tibi nostraq; ciuitas satisfecimus, vsqueadeo vehemẽter probasti nos, nostrisq; moribus victurum te consensisti, tum in cæteris rebus, tum quia in ea filios p̃creasti, vtpote quæ tibi placuerit. Quinetiã licebat tibi in ipso iudicio exilium postulare si voluisses, atq; qđ nũc inuita ciuitate aggrederis tunc ea volẽte poteras facere. Tu vero verbis tũc te extulisti quasi nõ grauiter ferres si mori te oporteret. Quinimmo mortẽ ipsam, vt dicebas, potius q̃ exiliũ elegisti. Nũc vero nec verba illa tua erubescis, neq; nos leges vereris, sed nobis interitũ machinaris. Facis autẽ qđ deterrimus faceret seruus, fugã arripere tẽtans cõtra pactiones cõuentionesq;, in quibus cõuenisti nobiscũ nostris te prębẽs institutionibus gubernandũ. Primũ respõde nobis, num idipsum vere dicam⁹, cõsensisse nõ verbis sed re ipsa morib⁹ nostris gubernari debere. An nõ vera hęc sunt? Quid ad hęc dicem⁹ Crito, an nõ cõfitebimur? CRI. Necesse est o Socrates. SO. Nonne igit̃, leges inquiẽt, conuẽta nobiscũ & pacta trãsgrederis, quę neq; coactus es nobiscũ inire, neq; deceptus, neq; ad breue tẽpus deliberare ad hęc eligẽda es cõpulsus, sed annos septuaginta deliberare licuit? Quo in tẽpore licuit & abire, nisi tibi placuissemus, conuẽtionesq; iustę tibi visę fuissent. Tu vero nec Lacedęmonẽ, neq; Cretam nobis anteposuisti, quas ipse vrbes assidue pręđicas recte gubernari, neq; aliã vllã, vel Græcarũ ciuitatũ, vel barbararũ. Immo ex hac rarius peregrinatus es q̃ claudi & cęci mancięq; alii soleãt. Vsqueadeo Atheniensis tibi præ cæteris ciuitas placuit, atq; nos, videlicet leges. Cui eñ placere potest ciuitas, cui⁹ nõ placeant leges? Nũc vero nõ p̃manes in his in qbus iãdiu nobis tibiq; cõuenit. Permanebis certe si nobis credideris, ne egrediẽs vrbe deridẽdus euadas. Cõsidera rursus si hæc trãsgressus fueris, & ea quæ inique cogitas perpetraueris, ad qđ tandẽ id vel tibi, vel necessariis tuis conducet. cuiq; enim constat in periculo necessarios tuos fore ne ipsi quoq; in exilium expellantur priuẽturq; ciuitate, & patrimonio suo expolientur. Tu autẽ siquã in ciuitatẽ finitimã te cõtuleris, vel Thebas, vel Megaras, vtræq;

con.V

proprio congruat,concludit hunc incorporeũ sempiternũq; esse,præcipue cum dominetur corpori, mortalibusq; repugnet.Proportionẽ vero mẽtis cum idea confirmat ex eo,φ quotiẽs non impeditur ad eam sese confert,eiusq; cõmercio gaudet,atq; perficitur. Q; autẽ postq̃ dixit animam esse omnino indissolubilem,subiũxit,Vel rei omnino indissolubili propinquam,hoc additũ intellige, quoniam in Timęo probatur,deum solũ omnino indissolubilẽ esse:cętera vero si cõparẽtur ad deum, dissolubilia quodãmodo iudicari,quia quodãmodo & composita.q̃uis illa quę optime composita sunt.i.seorsum ab elementali materia,nõ dissoluantur vnq̃.Animæ igitur tam nostræ q̃ diuinę indissolubili deo propinquę sunt,ipsę quodãmodo solubiles,sed dissoluẽdę nũq̃.Pręterea vocat id omnino indissolubile,in quo neq; essentiæ,neq; actionis partes vllæ sparguntur. Anima igitur etsi secũdũ essentiæ partes non spargitur, tamẽ p actionis partes diffunditur. Tẽpore enim & mobiliter agit.Proinde subdit puram animã post obitũ ad pura & æterna redire,impurã vero terrenisq; infectã ad similia retrahi atq; terrena,sæpeq; videri.Profecto affectio erga corpora in anima remanẽs, nõ per se proprie facit vt anima videatur,cũ affectio nõ sit visibilis:efficit tamẽ vt anima nõnihil visibile secum trahat.i.inuolucrum quoddã vel aereum,vel ex spiritibus vaporibusq; corporis sui conflatum, vt vult Proclus,vel nuper ex circũfuso aere congregatũ . Certe hic Plato significat qđ vult Proclus.s.inter corpus æthereũ,qđ & immateriale est & simplex & sempiternũ, atq; corpus terrenũ, qđ est materiale, compositũq;,& ad breue perdurans,esse corpus aereum,materiale qdẽ,sed quodãmodo simplex & longioris æui,in quo animę diutius habitent etiam post discessum,quoad hoc dissoluto,corpus iterũ cõpositũ induantur, videlicet si purgatę non sint:si vero purgatę,cum solo æthereo cælum petant. Q; animarũ transitus narrat in bestias,Pythagoricum est.Idq; intellige,videlicet animas nostras non tã viuificare corpora bestiarum, q̃ purgatorii gratia per brutam imaginationem suam quodãmodo brutorũ imaginationi misceri,queãdmodũ impuros aiũt dæmones insanorũ imaginationi sæpe permixtos. Sic vtiq; excepto Plotino pleriq; exponũt Platonicorum.qđ quidẽ patet ex eo,φ non dicit animã fieri bestiã,sed induere,subire,transire. Concludit solos in deum recipi qui per veram philosophiam purgati decesserint. Audi præter hæc vinculum animæ cũ corpore nihil esse aliud q̃ amorem.s.naturaliter prouidẽtem. Item quotiẽs anima per instrumentũ agit circa formas in subiecto iacentes,nihil syncere cognoscere, sed solum quãdo per seipsam conuertitur ad formas in seipsis simpliciter existentes . Disce hic quoq; animã ex eo φ rebus corporeis oblectatur & pascitur,euadere corporalẽ:atq; hinc vsqueadeo falli,vt sola corporea iudicet esse vera,cũ omnino sit cõtra:fallaciã eiusmodi malorũ omniũ esse grauissimũ. Accedit φ anima iã facta corporea post obitũ quoq; ab incorporeis seorsum circa corporea labitur. Conclude animũ suæ puritati penitus restitutũ nullo modo suæ immortalitati diffidere . Cygni fabula Pythagorica est,atq; allegorica.Pythagorica quidẽ,vbi dicit cygni animã superuiuere.Allegorice vero intelligitur cygnũ in numero solariũ animaliũ contineri, & Socratẽ solarem esse,tum quia Phœbi oraculo approbatus est,tum quia mentibus hominũ medebatur. Adde vaticiniũ esse quadruplex,diuinũ,dæmonicũ,humanũ,naturale.Idq; vltimũ in bestiis fieri quodam instinctu naturæ.Intellige etiã cygnos innocentes sine philosophia homines:qui cũ mortem sæpe minime timeant , significant philosophos absolutos timere eam nullo pacto debere. Animaduerte deinde difficillimũ esse in hac vita substantiã animæ intelligere,quoniam videlicet sub corporea eã specie intuemur.Ideoq; tutissimã rationẽ ad animã comprehẽdendã esse,tum moralem purgationẽ,tum metaphysicam abstractionem. Vbi vero minus id sufficiat,opus esse diuino quodã verbo,id est reuelationibus diuinitus factis atq; miraculis.Nos vero hic diuini verbi mysterium a Platone significatũ cõsiderare debemus. Tradit deinde duo in disputãdo p̃cepta.Primũ,ne rationibus vllis absq; lõga examinatione credam⁹. Postq̃ vero rationi cuidam sufficienti examine crediderimus , ne facile inde ob quaslibet obiectiones similitudinesq; amoueamur.Secũdũ,ne aut propriam,aut alienã in disputando personã,sed rationem dũtaxat veritati consonã cogitemus.Sequũtur dubia contra animã,ne forte consonantia quędam sit humorum,atq; vel prius corpore,vel vna cum ipso,vel inde ad tẽpus aliquod dissoluatur.Quæ quidẽ dubia Socrates ita soluit.Si disciplina reminiscẽtia est,ideoq; ante corpus vixit anima,nequit anima esse corporis consonantia.quippe cũ consonantia partes ex quarũ concursu fit,non antecedat,sed cõsequatur.Si eadẽ est cõsonantię ratio,atq; animæ,sicut altera anima non magis anima est, q̃ altera, ita neq; cõsonãtior erit tẽperantia.Igitur anima nihilo plus cõsonabit q̃ intẽperans. Si consonãtia necessario ea sequitur,ab eisq; ducitur ex qbus ipsa cõflatur, nõ potest anima corporis consonãtia esse, qđ quotidie ducit,cui sępe repugnat.Cęterũ anteq̃ dubitationes absoluat, rationesq; immortalitatis oĩno perficiat,lõgo discursu damnat illos q in rerũ causis assignãdis ad materias quasdã & instrumẽta cõfugiũt,asserens totã historiã naturalem insufficiẽter per eadẽ naturalia confirmari: quippe cum hæc omnia omniũq; motus a diuinis causis efficientibus finalibus idealibusq; omnino dependeat. Optat in primis finalẽ cuiusq; rei causam atq; vniuersi.i.bonũ cuiusq;,& vniuersi bonũ. cuius qdem

sed magis affirmare ad bonos deos q̃ ad bonos viros iturũ.Primo quidẽ qđ dicit deos alios atq; valde bonos,intelligit prçter sphçrarũ animas esse mẽtes angelicas sphçris sublimiores.In quarũ familiaritatẽ animas quoq; nostras quãdoq; admitti posse sperat: neq; tamẽ audet asserere,propterea q; plerisq; sapientibus videbatur satis fore animç factũ,si ad consortium animarum cælestiũ quandoq; recipiatur.Immo vero dubitatio proprie super eam partem cadit,quç bonos appellat viros. Non eñ audet deinde hominũ animos affirmare eadem ratione bonos,qua deos dixerat bonos. Post hæc seipm simul amicosq; sub persona philosophãtis consolaturus,ait.Cum totum philosophantis studium sit quçdam a corpore separatio,per eamq; perficiatur quotidie,nimirũ separationẽ a corpore quç fit per mortẽ,non modo nõ timere debet,sed optima cũ spe lætitiaq; expectare. Mox duobus modis ostendit philosophũ a corpore animũ separare.Primo quidẽ a perturbationib⁹ p moralis disciplinç purgationem,deinde a sensibus atq; ipa imaginatione per contẽplationis ipsius intentionẽ.Medici sapiẽtes duplici vtuntur purgatione,Prima quidẽ leniendo,Secũda vero soluendo:scientes neq; satis esse lenire, neq; tutũ soluere anteq̃ lenias.Similiter apud philosophos moralis antecedit purgatio quasi leniens. non enim interiores imaginationis morbos,id est deceptiões extirpat.Sequitur purgatio speculatrix imaginationis quãdoq; pro viribus discutiens nebulas.Ante vero moralem purgationẽ aggredi speculationis officiũ non est tutum,nequis vitiorũ morbis infectus ipso speculationis acumine abutatur ad iniustitiã impietatẽq; defendẽdam.Ex his concludit philosophũ mentis aciem quatenus a corporeis segregat,eatenus incorporeis rationib⁹ ideisq; coniungere.Sed cũ multa q̃ a corpore animo inferuntur incommoda numerasset,subiunxit extremũ maximũq; malorũ esse fallaciã illam,qua imaginatio mẽtem ad incorporea se eleuantẽ,interim ad imagines quasdã corporũ sçpissime distrahit,cogitq; ipsa modo quodã corporeo cogitare.Post hæc & ex eo q; animus ipsam separatarũ rerum veritatem quã naturaliter appetit,corpori cõiunctus assequi nequit, per disiunctionẽ infert, aut nunq̃ assequi, aut post mortẽ.Nunq̃ vero assequi nõ est consentaneũ:Quippe cum ab omni mente perpetuo appetatur.Proinde improbat illos,qui tẽperãtiam esse putant abstinere a minoribus corporis voluptatib⁹, vt maiores deinde voluptates corporis consequãtur:Rursus qui fortitudinem definiunt, superare timores quosdã eorum timorum gratia qui nos iam superauerint. Vult enim omne moralis virtutis officium in quadã animi purgatione versari sapientiç gratia.Alioquin nullã esse virtutẽ.Immo vero humanã quoq; sapientiã nominat purificationẽ quandam,perinde quasi existimet nihil aliud sapientiç nostrç meditatione nos consequi, q̃ puritatem quãdã, quã mox illuminatio diuina sequatur,quç proprie sapientia sit.Significat præterea nõ tam habitũ aliquem nostris laboribus acquisitum,q̃ purificationem ipsam nos deo coniungere.His actis immortalitatẽ animæ probaturus ait, ex vno contrariorum genere in alterum progressionem fieri,atq; vicissim regressionẽ.Ideoq; sicut ex viuentib⁹ fiũt mortui,sic ex mortuis viuentes quãdoq; resurgere. Vbi videtur mortuorũ resurrectionẽ vaticinari. quam & in Politico comprobat.Præterea per longas ambages innuere,sicut & substantia cæli & elementorum materia infinite de dispositione alia vicissim pertransit in aliã,sic & animã rationalẽ, quæ principium motus & vitæ generationisq; est,posse infinite coniũgi corpori vicissimq; separari.Siquidem & multç in natura substantiæ diuturna vicissitudine qualitates mutant,& vbiq; virtute animæ fit circuitus sempiternus.In sequentibus tandem ingenti quadam fiducia resurrectionẽ quam innuerat,asserit.Aggreditur deinde rationẽ de reminiscentia,idem qđ & paulo ante probantẽ,animã & ante corpus viuere,& post corpus.Tu vero eiusmodi rationes esse intellige Pythagoricas. Atq; ex illis qđ ad veritatem magis conducat eligito.Ait ergo.si disciplina reminiscentia est, vixerunt animæ ante corpus.Reminiscentiã vero esse,duobus præcipue ꝓbat modis.Primo quia recte interroganti,sçpe vera de his quç nunq̃ didicimus respõdemus.Deinde quoniã ex notitia eorum quç sentiũtur, subita quadam abstractione in notitiam ascendimus idearum,ceu cognoscendo hçc æqualia in ipsius æqualitatis cognitionem. Vbi cognoscimus deficere hæc ab illis, atq; anniti similia fieri: rursus quantum accedãt,& quç magis quçve minus.Cũq; id per omnẽ agamus vitam,necesse est ideam ipsam ante ortum nos habuisse.Non enim perfectç rei notitiam subito ex imperfectis accepimus. Ostendit autem duobus modis ideas esse. Primo. Quodlibet subiectum qđ appellatur æquale, potest etiam dum per substãtiam manet idem,inæquale & fieri,& videri.Aequalitas autem nequit vnq̃ inæqualitas vel fieri,vel videri.Præterea æqualia hæc velut imperfecta inæqualitatem participant, æqualitas vero ipsa nequaq̃.In sequentibus nota quanta asseueratione affirmet ideas,addatq; idearum essentiam esse nostram.Atq; cum animus noster singula referat ad ideas,ipsum ostendere se vna cum idearum essentia sempiternum esse,atq; eam agnoscere tanq̃ suam. Nota insuper nulla in re magis elaborandum esse, q̃ vt per immortalitatis demonstrationem mortis metum,quasi morbum grauissimũ,expellamus.Cõfestim aliam aggreditur rationem a proportione intellectus ad intelligibile ductam.Intelligibile vero ipsum,ideam ipsam incorpoream sempiternamq; appellat.Cumq; intellectus cum ipsa velut obiecto


mę non tantũ per imaginationẽ infeliciter a dæmonibus agitatã, sed per aerea quædam corpora, quæ vehiculi & cymbæ nomine designãtur. Prĕmia vero sic Plato distinguit. Animæ q̃ iuste & sancte sine philosophia vixerũt, sublimia terrę, qualia supra descripsimus, ascẽdẽtes, in tenuissimis spiritalibusq; ibi corporib9 habitãt. Quę vero ciuiliter ꝑpterea philosophatę sunt, cũ splẽdidis cęlestibusq; corporibus cęlũ colũt. Sed q̃ p exactã philosophiã pfecte purgatę sunt, in locũ supcęlestẽ euolãt, vbi absq; corporibus oĩno, vt Plato hic inqt, totũ p tẽpus viuũt. Qua vero id ratiõe exponãt nõnulli, cõsulto nõ recẽsebo. Porphyrius certe atq; Iãblichus tradũt aĩas deo pfectissime restitutas nunq̃ cadere. Qđ qdẽ cõgrue respõdet oppositis, q̃ ex Tartaro nũq̃ emergere iudicanť. Qđ qdẽ si ita sit, circuitus iã ĩfiniti tollenť: Tẽporales vero circuitus adhiberi purgationis cuiusdã gratia videbunť. Socrates tãdẽ gallũ Aesculapio sacrũ se debere fatetur, reddiq; diligẽtissime iubet. Prisci Aesculapio medico Phœbi filio Gallũ sacrificabãt diei solisq; nũciũ, id est diuinę beneficẽtię morboꝶ oĩm curatrici, q̃ diuinę ꝓuidentię filia noiať, d.ẽ id est vitę lumẽ debere se fatebanť. Eiusmodi medicũ in superioribus ꝑquirere iusserat morboꝶ animi curatorẽ. Et quasi iã omni dubitatiõis metusq; morbo liberati sint, gratiã victimãq; deo referri iubet. Prĕterea oracula priscorũ tradũt, aĩas remeãtes in cęlũ, pæana, id est triũphalem cantilenam canere Phœbo. Reddit ergo deo votũ, vt alacer Pæana canens cælestem patriam repetat.

PHAEDO, VEL DE ANIMI IMMORTALITATE, VEL DE ANIMA; AD LAVRENTIVM MEDICEM VIRVM MAGNANIMVM.

PERSONAE DIALOGI.

ECHECRATES. PHAEDO. APOLLODORVS. SOCRATES. CEBES. SIMMIAS. CRITO. MINISTER VNDECIMVIRORVM.

ECHE.



IPSE NE O Phædo affuisti qua die Socrates venenũ bibit in carcere? an ab alio audiuisti? PHAE. Equidem o Echecrates affui. ECHE. Quænam sunt ea quę vir ille anteq̃ moreretť, locutus est? Et quomodo e vita decessit? Libẽter enĩ audirẽ. Nã neq; quisq̃ Phliasiorũ ciuiũ frequẽter proficisciť nũc Athenas, neq; iãdiu hospes aliquis inde ad nos accessit, qui certum aliquid ea de re nunciare nobis posset, nisi illum potato veneno e vita migrasse. De cæteris vero nihil quid referrent habebãt. PHAE. Nec ergo quæ ad iudicium pertinebant, quo pacto tractata fuerint audiuistis? ECHE. Audiuimus. hæc enim nobis quidã retulit. Et admirati profecto sumus, q; iam peracto iudicio, diu postea obiisse videatur. Quidnam in causa fuit o Phædo? PHAE. Sorte quadam id Socrati o Echecrates accidit. nam pridie q̃ iudicaretur, ornari cõtigit puppim nauis eius, quam mittunt Athenienses in Delum. ECHE. Id vero quidnam sibi vult? PHAE. Hæc est illa nauis, vt aiunt Atheniẽſes, in qua Theseus olim bis septem illos secum tulit in Cretam, seruauitq; illos, & ille seruatus est. Vouerat autem, vt fertur, Apollini, si seruarentur, quotannis in Delũ spectaculũ quoddã mittere. Qđ qdẽ nũc etiã ac semp ex illo tẽpore singulis ad deũ mittũt ãnis. Cũ igiť spectaculi principiũ agiť, ex lege interim lustrãt vrbẽ, nemineq; eo tẽpore publice necãt, donec Delũ perueniat nauis, rursusq; Athenas reuertať ex Delo. Id vero nonnũq̃ longo peragitur tempore quãdo eos occupãt venti. Initiũ vero spectaculi est postq̃ Apollinis sacerdos nauis illius coronauerit puppim. Id vero vt modo dicebã, pridie q̃ iudicareť, factũ erat. Quãobrẽ lõgũ tẽpus Socrates fuit in carcere iudiciũ inter atq; mortẽ. ECHE. Circa vero mortẽ ipsam o Phædo, quænã sunt ab eo dicta, q̃ facta, qve familiariũ aderãt? An forte magistrat9 adesse nõ ꝑmittebãt? atq; ita orbatus decessit amicis? PHAE. Permittebãt qdẽ. Ideoq; aderãt aliqui, & qdẽ multi. ECHE. Hæc igiť oĩa para te q̃ planissime nobis referre, nisi qd negotii te impediat. PHAE. Otiosus equidem sum, atq; enarrare vobis conabor. Quippe cũ meminisse Socratis, siue ipse loquar, siue loquẽtes alios audiã, mihi semp oĩm fit dulcissimũ. ECHE. Similiter o Phædo hos qui te audituri sunt, affectos habebis. Sed iam pro viribus diligẽtissime refer omnia. PHAE. Atqui mira quadã ratione o Echecrates illic pſens affectus erã. Neq; enĩ misericordia me habebat vt familiarissimi viri morti prĕsentẽ. Sane beatus vir ille mihi o Echecrates videbať, tũ animi illius habitũ, tũ orationẽ cõsiderãti: adeo ĩtrepide generoseq; migrabat e vita, vt videreť mihi illũ in vitã alterã, non absq; diuina sorte migrare, sed illic quoq; beatũ fore, siqs vnq̃ alter. Quãobrẽ neq; admodũ cõmouebar, vt cõsentaneũ videreť hominẽ rei pſentĩ lugubri cõmoueri: neq; rursus afficiebar lętitia, quẽadmodũ solebamus alias cũ ĩ philosophia versabamur. Nã sermones qdẽ eiusmodi erãt, sed reuera affectus qdã mirus atq; ĩsolita voluptatis dolorisq; ꝑmixtio me ĩuaserat, cõsiderãtẽ illi paulo post moriẽdũ fore. Et qcũq; aderamus ferme similiter eramus affecti, alias qdẽ ridẽtes, alias vero lachrymantes. Vnus autẽ prę cęteris Apollodorus: nosti enĩ virũ, eiusq; morẽ. ECHE.

De naue, quę Delũ ab Atheniensibus mittiť ob votũ Thesei.

boni potestatē causam esse dicit efficientē. Quoniā vero ipsam boni amplitudinē comprehendere nequit, secūdo eligit loco ideales diuinę intelligentiæ rationes, ad quarū similitudines in mundi materiam expressa sunt omnia. Inter hęc nota Mosaici mysterii confirmationem, sicut & in Timęo. Vidit deus singula esse bona, etiam cuncta valde bona. Itē omnia ipso bono connecti. Rursus animū corporea intuentē, interim ad incorporeorū intuitum occęcari. Neq; posse veritatem rerum haberi, nisi ad ideas confugiamus. Præterea formulas idearū inesse mentibus nostris, ad quarū congruitatē vel contra, singula vera esse, vel cōtra censent. Socratē nunq̄ certā idearū contemplationē intermittere consueuisse, solasq; affirmare solere. Certam rerum causam in ideis esse sitam. immortalitatē quoq; animę ab ideis potissimū demōstrari. Processum inter ideas a minus cōmuni per medias ad cōmunissimā fieri. Atq; descēsum ab ideis ad effectus earū. Demū rationē disponit immortalitatis ex eo q̄ rationalis anima corpori pręstet vitā, non vt accidētalis forma inhęrens corpori, sed vt substātialis in seipsa permanēs, ex se formaliter viuens quasi quędam vitę corporalis idea, atq; per se efficienter corpus viuificans. Ideoq; concludit animā nō posse suscipere mortē, cum mors vitę opposita sit, anima vero & vitam propriā habeat, & maneat in seipsa, adeo vt neq; per se ꝓprie, neq; per subiectū aliud mortē suscipere valeat. Post hęc ex eo q̄ anima sit immortalis, cohortatur omnes ad moralē speculatiuāq; disciplinā, vt animus & per voluntatē, & per intellectū purgatus atq; perfectus, his quasi duabus alis in cęlestem patriā reuolet. Cōfirmat interim esse animā immortalē, quia neq; virtus tandē obesse, neq; vitiū ꝓdesse debeat. obesset aūt laboriosa virtutis via bonis, atq; cōtra ꝓdesset voluptuosa malis vita, nisi foret anim⁹ immortalis. Ac nequis fortasse neget posse post hanc vitā vel vitiū obesse, vel ꝓdesse virtutē, subiūgit animā affectiones & habitus tā voluntatis, q̄ intelligētię cōparatos, siue bonos, siue malos secum ferre, subito vel læsuros, vel profuturos. Dęmonē nanq; ducem omnes ad diuinū iudicē vitę repente perducere in locum cōmuni iudicio deputatū, in aerem scilicet minus puros, & in ętherem puriores, ibiq; iudicatos ab alio rursus dæmone per triuium ad sua, id est sibi similia singulos trahi. Per triuium inquā, quia alii mittūtur in cælū, alii in tartarum, alii vero in medias regiones. Ducit autē eos dęmon, in bonis quidem intelligentiā mouens, in malis autem imaginationē affectūq; perturbans. Q̄ autē dicit iniquos absq; duce errare, absq; benefico intellige duce. Adde q̄ neq; quo trahantur agnoscunt, & violentia rapiuntur. Cęterum anteq̄ animarū distribuat sortes, orbem terrę describit, dicēs esse quasdā terræ plagas, atq; illas quidē amplissimas, & vsqueadeo altas, vt ventis & imbribus non pulsentur. Vbi tēperatissimus aer sit, sub quo preciosissima quęq; nascant̄, homines acutissimi sensibus, vitaq; longęui. Sūt qui velint & homines & alia illic nascentia q̄plurimū ex ęthere aereq; cōponi, q̄minimū vero ex crassioribus elemētis: vt hominū corpora quasi aerea sint, fructibusq; maxime aereis nutriātur. Qđ nequis tanq̄ impossibile neget, Olympiodorus Aristotelis adducit historiā, in qua Aristoteles vidisse se inquit hominē qui solo aere nutriebatur & sole. Q̄ autem terrę sublimis faciem in duodecim diuidit plagas, inde prouenit, quia duodecim cōgruit Zodiaci signis, duodecim sphęrarū regitur animabus, & duodecima est mundi sphęra, atq; veluti totius fundamentum duodecaedram illam sibi vsurpat figuram, quam Timęus attribuit mundo. Sed de hac ipsa figura, deq; aliis terrę propriis quęstionib⁹, in Timęo dicemus. Tu vero terræ huiusmodi habitationē terrestri Moysi paradiso similem esse memento. Proinde flumina sub terra describit, quibus animę nutriantur. Quæ quisquis secūdum nostri corporis humores animiq; perturbationes in hac vita nos affligentes exponit, nōnihil adducit simile vero, verūtamē veritatem integram nō assequit̄. Plato em̄ & hic, & in Republica significat præmia virtutum & supplicia vitiorum ad alteram vitam potissimum pertinere. Acheron igitur sub terra flumen locus est purgatorius, atq; ad curam pertinet & mœrorem. respondet quoq; aeri, partiq; mundi meridianę. Phlegethon igni respondet atq; orienti, vimq; puniendi continet per calorem, & irę cupiditatisq; feruorem punit. Styx Cocytusq; respondent terræ atq; occasui, odiumq; per luctum fletumq; puniunt. Differunt vero hoc inter se solum, q̄ Styx exoriens appellatur, Cocytus vero progrediens. Tartarum infimum tenere vult inferni locum, in quo scelestissimi non medicinæ sed exempli gratia affligantur, quemadmodum hic, & in Republica legitur, & Gorgia. Addunt quidam ad hęc flumina Oceanum quoq; quodāmodo pertinere, aquæ septentrioniq; respondentem, in quo distinguendi definiendiq; virtus intelligatur. Tu vero qđ de fluminib⁹ dicitur, potissimum de dęmonibus numinibusq; intellige, flagitiosos tali quodam ordine punientibus. Profecto peccata facile sanabilia sunt, quæ nōdum in habitum sunt conuersa. Difficile vero sanātur quæ iam habitum genuerunt. Verūtamen vna cum quadā rationis repugnantia cōmittuntur, & committentes afficiunt pœnitētia. Insanabilia vero sunt oīno, quorū habitus & repugnātiam & pœnitētiam procul fugat. Prima purgātur in Acheronte. Secūda, si ad prima vergant, puniūtur in Phlegethonte: si ad tertia, in Stygе, atq; Cocyto. Tertia affligunt̄ in Tartaro, ex quo vt Plato inq̄t nunq̄ egrediūtur. Quo vero pacto alii aliter id exponāt, in pręsentia libētius pretermitto. Affligi vero possunt ani

effingere qualis fore putanda sit hæc ipsa migratio.quid enī aliud vsq; ad solis occasum quis faciat? CE.Quā ob causam o Socrates nefas esse aiūt sibimet manus inferre?Iam enī qđ modo quęrebas ego a Philolao audiui,cū apud nos obuersaret,& ab aliis insup nōnullis,nō decere id facere,apertū tamē hac de re quicq̄ nihil ab aliquo vnq̄ audiui.SO.Sed attentione iam opus est.Nam & si audiueris,mirum tamē forte videri possit,si hoc solū ex aliis oībus simplex sit, nec accidat vnq̄ homini quēadmodū cętera,quādo & quibusdā melius mori q̄ viuere.Itaq; mirū tibi forte videbitur,si his quibus prestat mori,non liceat sibimet prodesse,sed alium oporteat expectare qui prosit.Tunc Cebes subridens Thebanoq; more,Pro Iupiter,inquit.SO.Atqui videri quidē potest id sic absurdum.Fortasse etiam quādā habet rationē.Profecto sermo ille qui de his in arcanis habetur, in quadā custodia esse hoīes, neq; decere quēq̄ ex hac seipsum soluere,neq; aufugere,magnus qdē mihi videt,neq; cognitu facilis. Verūtamen id mihi o Cebes recte apparet dictū,deos quidē curā habere nostrum,nos vero homines vnā quādā ex possessionibus esse deorū.An nō ita tibi videtur?CE.Mihi quidem.SO.Nōne igitur & tu siquod ex mancipiis tuis seipsum perimeret,cū tu nullo modo id permisisses,irasceceris vtiq; illi? Et si potestatē haberes pœna quadā afficeres?CE.Oīno.SO.Forte igit hac ratione haud pter rationē est nō prius decere seipm interficere q̄ deus necessitatē aliquā imposuerit,qualē nobis imposuit in psentia.CE.Consentaneū id quidē apparet. Qđ vero dicebas modo,philosophos perfacile velle mori, absurdum o Socrates videtur esse,si quidē qđ nunc diximus rationē habet,deū videlicet nostrū esse curatorem,nos vero in rebus eius positos esse.Nullā enim id rationē habet, prudētissimos videlicet homines nō ægre ferre ab ea cura se amoueri quā sibi pręstent dii optimi omniū rerū gubernatores. Nūq̄ enim putaret vir prudens ipsum se melius esse curaturū si liber euaserit: sed demēs aliquis forsitan id putaret,fugiendum.s.esse a domino,neq; cogitaret non esse id qđ bonū est fugiēdū, sed in eo maxime permanendum.Ideoq; absq; ratione fugeret. Qui vero mētem habet,semp apud eum qui sit melior esse cupit.Atq; ita o Socrates cōtra omnino conueniēs esse videtur q̄ qđ paulo ante dicebat, Sapientes qdē decere grauiter mortē ferre.Insipientes vero libenter. Socrates igitur cū hęc audisset, delectari visus est argutia Cebetis.Conuersusq; ad nos,semper,inquit,hic Cebes rationes quasdā perscrutatur,neq; admodū facile qđ quiuis dixerit vult admittere. Tūc Simias,mihi quoq; inquit nonnihil videtur Cebes dicere.Quo enim consilio sapiētes viri meliores reuera q̄ ipsi sint fugiant, illisq; carere facile patiātur? Atqui mihi videtur Cebes sermonē in te intēdere,q tā facile & nos relinquas & deos,vt tu ipse fateris,principes bonos. Iusta dicitis,inqt Socrates. arbitror enī vos dicere meipm tanq̄ in iudicio oportere purgare. SIM. Et maxime quidem.SO. Age ergo. Conabor nunc apud vos accuratius q̄ nuper apud Athenienſium iudices fecerim,me defendere.Equidē o Simmia atq; Cebes nisi me migraturū putarem,primū quidem ad deos alios sapientes & bonos, deinde ad homines defunctos his qui hic sunt meliores,iniuste agerē,nō moleste ferens mortē.Nunc certe habetote, sperare me ad viros bonos iturū,sed hoc quidē haud omnino asseuerarē.Qꝫ vero ad deos dominos valde bonos iturus sim,certū habetote siquid aliud eiusmodi & hoc vtiq; me affirmaturū.Propterea haud similiter mortē moleste fero: sed bono animo sum,speroq; superesse aliquid his q defuncti sunt, atq; vt iādiu dicitur multo melius bonis fore q̄ malis.SIM.Quidnam o Socrates cogitas? Nunquid ipse cū isthac sentētia hinc abire?An nos quoq; participes eius relinquere ? Nempe cōmune nobis quoq; id bonū arbitror esse debere.Pręterea ita demū te apud nos purgaueris,si quæ dicis,nobis etiam persuaseris. SO.Dabo equidem operam. Sed Critonē prius auscultemus. Videtur enim mihi iādudum nōnihil significare velle. CRI. Quidnam putas aliud o Socrates q̄ quod iādudum mihi dicit is qui tibi venenum est daturus?iubet enim te moneri vt q̄parcissime loquaris,dicens eos qui disputant, nimiū incalescere,nihil vero tale bibituris venenū conuenire.Alioquin eos qui id fecerint,cogi interdū bis,quandoq; ter venenum bibere.SO.Mitte ipsum.Tantum id quod officii eius paret,tanq̄ bis, & si oportuerit ter præbiturus.CRI.Et antea quidem ferme id responsurum sciebam.Sed ille me iādudū stimulat.SO.Mitte ipsum.Ego vero o iudices rationem vobis iam reddere volo ob quā mihi videatur vir qui per omnem vitam incubuerit philosophiæ merito magna cum fiducia imminētem expectare mortem,atq; bona spe esse,se ibi postq̄ hinc migrauerit maxima bona reportaturum. Quemadmodum igitur id ita se habeat o Simmia atq; Cebes,conabor equidē aperire.Quicūq; philosophiam recte aliquando attigerunt,nimirum videntur latuisse cæteros homines,q nihil aliud ipsi cōmentarētur q̄ mori,atq; esse se mortuos.Qꝫ si id verum est,perabsurdum foret,si cū nihil præter hoc aliud per omnē vitam studuerint, hoc ipso adueniente qđ iādiu agitabant exercebantq;, grauiter ferrent. Hinc Simmias arridēs,p Iouē,inqt,o Socrates mihi qdē haud multū ridere cupiēti risum expressisti. Nā multos arbitror fore qui si id audiuerint,aptissime in philosophos dictū putent,nostrosq; homines cōsensuros & valde quidē,philosophos reuera seipsos morti prębere,nec tamē se latuisse,q̄ digni sint morte.SO.Forte id recte o Simmia dicerent præter id q se non latuisse addūt. Latuit sane eos,

Quid ni?PHAE.Ille igitur ita prorsus erat affectus,atq; ego ipse aliiq; omnes distractũ similiter perturbatione animũ habebamus.ECHE.Sed quinã forte aderant o Phędo?PHAE. Ciues quidẽ & indigenę aderant ipse Apollodorus, & Critobolus, paterq; eius Crito, rursus Hermogenes,Epigenes, Aeschines, Antisthenes.Aderat & Ctesippus Pęanus,& Menexenus,atq; alii quidam indigenæ. Plato autẽ vt arbitror ægrotabat.ECHE.Sed nũ aliqui aderãt peregrini?PHAE.Aderãt & peregrini,Simmias Thebanus,& Cebes, & Phædondes:Megarenses vero Euclides, & Terpsion.ECHE.Aristippus aũt & Cleombrotus nũquid aderãt?PHAE.Non. In Aegina eñ dicebantur esse. ECHE.Aderant ne insup alii?PHAE.Hos ferme quos narraui interfuisse existimo.ECHE.Dic vero quales fuerũt sermones?PHAE.Conabor equidẽ a principio tibi oĩa enarrare.Solebamus quotidie dieb⁹ superioribus ad Socratẽ proficisci ego atq; alii,conueniẽtes mane in illa curia in qua & iudicium factũ fuerat.Carceri enim erat proxima.Colloquẽtes igiť inter nos opperiebamur semp illic quoad carcer aperireť, aperiebatur enim haud admodũ mane.Eo autẽ aperto ingrediebamur ad Socratẽ,& ad plurimũ diem cum ipso cõfabulabamur. Tũc ergo prius solito cõuenimus.Pridie nãq; ei⁹ diei cũ e carcere egressi essem⁹ vespere nauẽ ex Delo audiuim⁹ rediisse.Itaq; ediximus inuicẽ summo mane nobis fore ad locũ solitũ redeundum.Cum vero reuersi essemus,exiens nobis obuius ianitor qui nos solebat admittere, expectare iussit,nec prius ingredi q̃ ab ipso accerseremur.Soluũt enim, inquit,vndecimuiri Socratẽ, illiq; denũciant hodie mortẽ esse obeundam.Neq; deinde admodũ cõmoratus rediit ad nos, iussitq; intrare.Itaq; introeuntes Socratẽ quidẽ inuenimus cõpedibus paulo ante solutũ,Xanthippen vero, nosti mulierẽ,iuxta sedẽtẽ,puerũq; eius manibus tenentẽ.Quę nos cũ vidisset,eiulare cœpit,& qualia mulieres solẽt exclamare.O Socrates,inquit,nunq̃ amplius affabunť te tui familiares,neq; tu illos.At Socrates Critonẽ intuitus,O Crito,inquit,deducat quis hanc domũ.Et illam quidẽ reduxerũt quidam Critonis domestici vociferantẽ atq; plangentẽ.Socrates autẽ sedens in lectica, cõtraxit ad se crus,manuq; perfricuit,atq; inter fricandum sic inquit:q̃ mira videtur o viri hęc res esse quã nominant homines voluptatem,q̃q; miro naturaliter se habet modo ad dolorẽ ipsum qui eius cõtrarius esse videtur.Quippe cũ simul homini adesse nolint.Attamen siquis ꝓsequiť capitq; alterũ,semper ferme alterũ quoq; accipere cogitur,quasi ex eodẽ vertice sint ambo cõnexa.Arbitror equidẽ Aesopũ si hęc animaduertisset,fabulã fuisse facturũ:videlicet Deũ ipsum cũ ipsa ĩter se pugnãtia vellet cõciliare, neq; id facere posset,in vnum saltẽ eorũ apices cõiunxisse, ꝓptereaq; cuicũq; adest alterũ, eidẽ mox alterũ quoq; adesse.qđ quidẽ mihi accidit in ꝑsentia.Siquidẽ modo crus ꝓpter vicula afficiebať dolore, sed huic succedere voluptas iam videť.Ad hęc Cebes,ꝑ Iouẽ inquit o Socrates opportune mihi id in memoriã reuocasti.Cum enim poemata cõposueris intẽdens sermones Aesopi procœmiũq; in Apollinẽ, tum alii multi me interrogauerũt,tum Euanus pręcipue atq; prius, quonã consilio postq̃ huc deuenisti hęc feceris,quę prius feceras nunq̃.Si igitur tibi curę est vt habeã quid respondeã Euano,quando iterũ ex me quęsierit,qđ certo scio ipsum esse facturũ,dic quæso qđ illi sit respondendũ. Vera inquit,o Cebes responde,me id effecisse nõ vt vel sibi gratificarer,vel cũ suis carminibus decertarẽ:sciebam enim facile id nõ esse:verũ vt insomnia quędã experirer me simul expians, num forte hæc sit ea musica quã sępius iã exercere me iubẽt.Nã frequẽter in superiori tẽpore insomniũ idẽ licet alia atq; alia forma sese mihi offerẽs eadẽ semp ita præcepit. Fac o Socrates musicã,atq; exerce.Ego igiť qđ in superiori tẽpore faciebã,hoc mihi præceptũ arbitrabar:& quẽadmodũ currẽtes adhortari solem⁹, sic qđ ipse antea faciebã,ad idẽ me insomniũ cohortari putabam, quasi philosophia maxima musica foret.Postq̃ vero facto iam de me iudicio mori me interim dei festiuitas inhiberet,cẽsui oportere, si forte insomniũ totiens iubeat popularẽ hanc musicã exercere,nõ negligere eius pręceptũ. Tutius enim fore arbitratus sum,anteq̃ e vita migrarẽ,expiare animum,atq; vt monet insomniũ, poemata facere. Quãobrem primo equidẽ cecini deũ ipsum,cuius tunc sacra celebrabantur: atq; post deum iudicans oportere eũ qui poeta futurus sit nõ sermones,sed fabulas facere,me vero nõ esse fabulatorẽ,nonnullas ex fabulis Aesopi quas sciebã prõptioresq; habebã, vt in quãq; prius incidi modulatus sum. Hæc igiť o Cebes refer Euano,& valere iube. Atq; consule vt si probe sapit,me sequatur,migro.n.hinc hodie.Sic.n.Atheniẽses iubẽt.Tunc Simmias,quale id est,inqt,o Socrates,qđ Euano mandas?Sępe equidẽ cũ illo fui,& quãtũ de illo sentio,nullo pene modo libẽs ille tibi parebit.SO.Quid vero? nõne philosophus est Euanus?SIM.Mihi quidẽ videtur.SO.Volet igitur & Euanus & oĩs quicũq; huius rei digne est particeps.Non tamẽ forte sibi vim inferet.non enim fas esse aiunt.Et simul hęc dicẽs crura e lectica demisit in terrã.Atq; ita sedẽs deinceps reliqua disputauit.Quęsiuit igiť ab eo Cebes, quonã id modo ais o Socrates?fas quidẽ nõ esse seipm violare,philosophum tñ optare moriẽtem sequi?SO. Sed dic o Cebes nõne tu Simmiasq; talia q̃dã audiuistis a Philolao, quo familiariter vtebamini? CE. Manifesti qdẽ nihil o Socrates.SO.Atqui ego quoq; de his reb⁹ ex auditu loquor.Quę igiť forte ipse audiui,referre vobis nulla inuidia ꝓhibebit.Etenĩ forte maxime decet illo migraturũ cõsiderare atq;

Megarẽsis Euclides tẽpore Socratis.

Xanthippa socratis uxor

natura replebimur,ſed ab eius contagione cauebimus,quoad deus ipſe nos ſoluat:atq; ita puri,& a
corporis inſania liberati,vt cõſentaneũ eſt,cũ talibus erimus,cognoſcemuſq; ꝑ nos ipſos ſyncerum
quodlibet,id eſt forſitan ipm̃ verũ.nã impuro q̃dem purũ attingere nefas eſt. Talia equidẽ o Simmia
iudico neceſſariũ eſſe oẽs diſcendi cupidos loqui inuicẽ,atq; opinari.An nõ ita tibi videt̃?SIM.Et ma
xime quidẽ oĩm o Socrates.SO.Si hæc igitur vera ſunt,o amice,magna ſpes eſt eunti illuc quo nunc
ego ꝓficiſcor,ſicubi & ibi ſufficienter eius rei ſe cõpotem fieri,cuius gratia tantũ nos negotiũ in ſu-
ꝑiori vita ſuſcepimus.Hanc ergo migrationẽ in præſentia mihi iniunctã,bona cũ ſpe ſuſcipio,ſimi
literq; quiuis alius,qui modo putauit pręparatã ſibi mẽtẽ tanq̃ purificatã.SIM.Ita prorſus. SO.Pu-
rificatio vero nõne in hoc cõſiſtit,q̃d iandudũ dicebamus,videlicet vt q̃maxime poſſumus ſeiunga-
mus a corpore animũ?poteſt & in p̃ſenti tẽpore, & in futuro a corpore tanq̃ a vĩculis reſolutũ.SIM.
Maxime q̃dẽ.SO.Nõne igit̃ hæc mors appellat̃ ſolutio animę ſeparatio a corpore?SIM.Prorſus.SO.
Soluere vero ipſum quẽadmodũ confitemur,omni tẽpore maxime ac ſoli ſtudẽt qui recte & philoſo
phantur.Atq; hæc ipſa philoſophoꝝ meditatio eſt animũ a corpore ſoluere,atq; ſeparare.Nõne ita?
SIM.Ita videt̃.SO.Quãobrem,vt in prĩcipio dicebã,ridiculũ foret ſi vir qui ſe in vita ſic cõparauit,
vt q̃proxime ad mortẽ accederet,ea deinde adueniente ꝑturbaret̃.Nonne ridiculũ? SIM.Quid ni?
SO.Reuera igit̃ recte philoſophãtes mortẽ cõmentant̃,atq; ab ea minime oĩm ꝑterrent̃.Ita vero cõ
ſidera.Cũ eñ corpus q̃dem vbiq; aſpernent̃,animũ vero ipſum cupiant ſcd̃m ſeipſum habere, nonne
ſumma eſſet abſurditas,ſi tunc quãdo id euenit expaueſcãt moleſteq; ferãt,neq; libẽter illuc ꝓficiſcã
tur,quo cũ ꝑuenerint,ſpes eſt eo quidẽ q̃d amabãt in vita potiri,amabãt autẽ ſapientiã: eo autẽ cu
ius cõmerciũ moleſte ferebãt,liberari?An vero amatis & mulieribus & filiis defunctis multi iã ſpõte
voluerũt ad inferos ꝓficiſci,ſperãtes eos ibi viſere,cũ eiſq; verſari quos amauerãt: Sapientiæ autẽ ve
rus amator vehemẽter in hãc ipſam ſpem adductus nõ aliter eã pro dignitate vlla ſe cõparaturũ q̃ ſi
moriat̃,imminentẽ mortẽ ęgre feret,ac nõ libẽter hĩc illuc emigrabit? Arbitrari q̃dem o amice opor
tet,ſi vere philoſophus ſit,magnoꝑe apud ipſum hãc opinionẽ valere,vt nõ alibi purã ſapiẽtiã poſ
ſe aſſequi ſperet q̃ in futura poſt mortẽ vita.Si autẽ hoc ita ſe habet,nõne quẽadmodũ modo dicebã,
ꝑter rationẽ foret oĩno ſi mortẽ vir eiuſmodi formidaret? SIM.Per Iouẽ cõtra rationẽ.SO.Sufficiẽs
ergo coniectura erit,ſiquẽ videris moleſte mortẽ ferre,eũ nõ eſſe philoſophũ,ſed philoſomatũ quẽdã
id eſt corporis amatorẽ,atq; eũdẽ ferme philochrimatũ,& philotimũ.i.pecuniarũ honorũq; cupidũ,
ac talẽ,vt alterũ hoꝝ affectet,aut vtrũq;. SIM.Oĩno ita eſt vt ais.SO.Proinde q̃ o Simia fortitudo
noĩat̃,an nõ viris eiuſmodi maxime cõuenit?SIM.Maxime.SO.Nõne & tẽꝑantia, cuiꝰ pleriq; aiũt
officiũ eſſe nequaq̃ ꝓſternere ſe libidinibus,ſed paruipẽdere illas modeſtiãq; ſeruare,his dũtaxat con
uenit qui corpus deſpiciũt maxime,atq; in philoſophia viuũt?SIM.Neceſſe eſt.SO.Si eñ cõſiderare
velis fortitudinẽ tẽꝑantiãq; aliorũ,tibi ꝑabſurda videbit̃.SIM.Quanam o Socrates ratione? SO.
Scis vtiq; cæteros oẽs mortẽ vnũ ex maximis malis exiſtimare.SIM.Et maxime q̃dem.SO.Nõne igi-
tur maioꝝ metu maloꝝ,q̃cũq; inter eos fortes ſunt,ſuſtinẽt mortẽ quãdo ſuſtinẽt? SIM.Hoc pacto.
SO.Metuẽdo igit̃ atq; metu fortes ita ſunt oẽs pręter philoſophos: etſi abſurdũ eſt metu,vel timidi
tate aliquẽ eſſe fortẽ.SIM.Nimiũ certe.SO.Quid autẽ?q inter eos moderati dicũtur,nõne ſimili quo
dã pacto affecti ſunt,intẽꝑantia videlicet quadã tẽꝑati?q̃q̃ impoſſibile id eſſe dicimus.verũtamen
illis euenit affectio q̃dã huic ſimilis in iſthac eoꝝ fatua temꝑantia. Timẽtes eñ ne aliis careãt vo-
luptatibꝰ,eaſq; appetentes,a cæteris abſtinẽt,ab aliis ſuꝑati: etſi vocãt intẽꝑantiã,a voluptatibus
ſuꝑari.verũtamen accidit eis,vt ſuꝑati a voluptatibꝰ,alias ſuꝑẽt voluptates.Iã vero id illi ſimi
le eſt q̃d mõ dicebat̃.ſ.quodãmodo p intẽꝑantiã fieri tẽperatos.SIM.Simile quidẽ.SO.Aĩaduerten-
dũ eſt o beate Simmia ne hęc haudquaq̃ recta ſit ad virtutẽ via,voluptates videlicet voluptatibꝰ,do
lores doloribus,& metũ metu,& maius minori tanq̃ nũmos cõmutare,ſed ille dũtaxat rectus ſit nũ
mus,cuius gratia hęc oĩa oporteat cõmutari,atq; venũdari.ſ.ſapiẽtia,prudẽtia, ꝓ qua,& cũ qua oĩa
empta ac vẽdita reuera ſit & fortitudo,& tẽꝑãtia,& iuſtitia,ac ſummatim vera virtꝰ,cũ ſapiẽtia,ſi
ue prudẽtia,& accedẽtibus,& recedẽtibus voluptatibꝰ,& timoribꝰ,cęteriſq; generis eiuſdẽ.Si autẽ a
ſapiẽtia ſegregata inuicẽ cõmutat̃,adumbratio q̃dã ſit eiuſmodi virtꝰ ac reuera ſeruilis,nihil ſani ve
riq; poſſidens:virtutis autẽ veritas ĩ hoꝝ oĩm purificatione reuera cõſiſtat:& tẽꝑãtia,& iuſtitia,&
fortitudo,& ſapiẽtia ipſa ſit purificatio quędã.Quãobrẽ hi q myſteria nobis cõſtituerũt,minime cõ-
tẽnẽdi vident̃,ſed reuera iãdiu occulte nos admonere,q̃cũq; nõ expiatus neq; initiatꝰ migrabit ad in
feros eũ iacere ĩ luto:q̃cũq; vero purgatꝰ atq; initiatꝰ illuc acceſſerit,cũ diis habitare. Aiũt eñ q my-
Narthecophori multi, Bacchi pauci. ſteria tractãt miniſtri Bacchi ferentes ferulas,Narthecophori q̃dẽ,feruligeri,multi ſunt,Bacchi vero
pauci.Hi vero,vt equidẽ opinor,nõ alii ſunt q̃ qui recte philoſophati ſũt.quoꝝ quidẽ in numero eſ-
ſe me neq; inferiorẽ q̃dẽ omni ſtudio ꝓ viribus conatꝰ ſum.An vero recte cõtenderim aliquidve ꝑfe-
cerim,cũ illuc ꝑuenerimus certo ſciemꝰ ſi deus voluerit paulo poſt,vt mihi videt̃.Hęc igit̃ mea excu

quã ratione veri philosophi & mori studeãt,& morte sint digni.Sed iam relinquamus illos,nobiscp ipsis loquamur.Putamus ne aliqd esse mortẽ?SIM.Aliqd certe.SO.Nunqd aliud q̃ animæ a corpore solutionẽ?Esseq; id mortuũ esse.s.solutũ ab aĩa corpus p se seorsum eẽ?Seorsum quoq; a corpore animã solutã ipsam p seipsam existere?Nũquid mors p̃ter hoc aliud est?SIM.Nihil aliud.SO.Considera bone vir,num tibi idẽ quoq; & mihi videaẽ.Ex his eñ vos arbitror planius quę pquirimus inuentu ros.Videẽ ne tibi philosophi officiũ esse sectari eas quę appellanẽ voluptates,quales sunt epularum, atq; poculorũ?SIM.Minime qdẽ o Socrates.SO.Sed nunqd venereorũ?SIM. Nullo modo.SO.Quid reliquũ corporis cultũ,an multifacere philosophus tibi videẽ?Vt habere vestes egregias calceosq;,& alia quę circa corpus sunt ornamenta,vtrũ multifacere tibi videẽ,an nihilipẽdere nisi quatenus magna cogat necessitas illis vti?SIM.Mihi quidẽ videẽ verus philosophus hęc oĩa floccipẽdere.SO.An nõ tibi videẽ eiusmodi studiũ haud ad corpus qdẽ declinare,sed quantũ fieri potest ab illo discedere, atq; ad animũ se cõuertere?SIM.Mihi qdẽ.SO.Nõne igiẽ in eiusmodi reb⁹ primũ manifeste apparet philosophus p̃ter cęteros hoĩes animũ q̃ maxime potest a cõmercio corporis segregare?SIM.Apparet.SO.Putãt vero pleriq; o Simmia eũ hominẽ cui nihil taliũ dulce sit,neq; illis fruaẽ,reuera viuere existimandũ nõ esse,sed pene mortuũ,cũ voluptates corporis non pcipiat.SIM.Verissima narras. SO.Quid autẽ circa sapiẽtię ipsius acqsitionẽ?Vtrũ impedimẽto est corpus,siqs ipsum sociũ ad inuestigandũ assumpserit,nec ne?Quale vtiq; tale aliqd dico.Habent ne visus,& audit⁹ veritatẽ in hominib⁹ aliquã?An talia qdã ipsi quoq; poetę semp canũt,nihil nos audire,nihil videre syncerũ?Atq si ii corpis sensus synceri certiq; nõ sunt,neq; etiã alii,qppe cũ cęteri oẽs his quodãmodo deteriores sint. An nõ tibi videnẽ?SIM.Prorsus.SO.Quãdo igiẽ animo veritatẽ attingit?Quãdo eñ aliqd cũ corpore tentat inuestigare,pculdubio decipiẽ a corpore.SIM.Vere loqueris.SO.An nõ sicubi ,pprie in ipsa ratiocinatiõe fit sibi aliqd eoꝝ q̃ vere sunt manifestũ?SIM.Ita est.SO.Ratiocinaẽ aũt tũc optime,quãdo horũ nihil eũ pturbat,neq; auditus,neq; visus,neq; dolor,neq; voluptas: sed q̃maxime seipm ĩ se recipiẽs,deserit corpus,neq; quicq̃ quoad fieri potest cũ illo cõmunicãs, neq; attingens ipm qd vere est affectat.SIM.Est ita.SO.Nõne & in hoc philosophi animus maxime cõtemnit corpus,ab eoq; aufugit,quęritq; scdm seipsum viuere?SIM.Apparet.SO.Quid vero hęc o Simmia? Dicimus ne iustũ ipm esse aliqd,an nihil?SIM.Aliqd per Iouẽ.SO.Rursus ipm pulchrũ ipsumq; bonũ aliqd esse? SIM. Quid ni?SO.Num aliquãdo hoꝝ aliqd oculis pcepisti? SIM.Nunq̃.SO.An alio quodã sensu corporis attigisti?Loquor aũt de oĩbus,veluti de ipsa magnitudine,de sanitate, de robore ipso,ac summatim de cæterorũ oĩm essentia.id est,qd vnũquodq; sit,nunqd per corpus quod ĩ his verissimũ est pspicitur?An ita se res habet?Quicunq; nostrũ maxime & syncerissime cogitare mẽte se cõparat ipm qd aggrediẽ cogitandũ,hic proxime ad cognitionẽ ipsius accedit?SIM.Prorsus.SO.Nõne igiẽ ille purissime facetet,quicunq; ipsa mentis excogitatione q̃maximũ se ad vnũquodq; conferret,neq; visum in excogitãdo adhibẽs,neq; sensum ,p̃rsus vllũ ratiocinationi cõiungẽs,sed ipsa scdm seipsam mentis ex cogitatiõe syncera vtens,ipm p se quodlibet syncerũ existẽs studeret venari,ab oculis,ab aurib⁹,& vt summatim dicã,a toto corpore liber,vtpote pturbante animũ,neq; pmittente veritatẽ sapiẽtiãq; assequi,siquãdo ĩ cõmunionẽ recipiaẽ?An nõ hic erit o Simmia siqs vnq̃ alius ipsius qd vere est cõpos? SIM.Mirifice vera loqueris Socrates.SO.Nõne igiẽ ex his oĩbus necessario sequiẽ, opinionẽ eiusmodi legitimis philosophis vsqueadeo cõstare debere,vt ad se ĩuicẽ ita loquanẽ?Necessaria iã ratiõe cõcludiẽ nos quadã ratiõis ipsius via ad id cõsiderãdo pduci,videlicet donec corpus habem⁹,animusq; noster tãto malo erit admixtus,nunq̃ nos id qd desideram⁹ verũ ad votũ cõsecuturos.Impedimenta eñ pene innumerabilia corpus p̃bet ,ppter necessariã eius alimoniã:pręterea morbi nobis hinc incidẽtes inuestigationẽ veritatis impediũt:amorib⁹,cupiditatib⁹,timoribus , multiplicibusq; imaginibus, multis deniq; nugis nos implet,vt verissime dicaẽ nihil pẽsi vnq̃ ac veri nobis afferre.Nam ad bella, ad seditiones,ad pugnas nihil aliud q̃ corpus multiplex eiusq; cupiditas ĩpellit. Oĩa enim pecuniarũ grã fiũt.Pecunias autẽ q̃rere cogimur corporis gratia vsui ei⁹ ĩseruiẽtes,atq; ita fit vt ,ppter hęc oĩa a philosophię studiis abstrahamur.Extremũ vero oĩm est,q̃ siqd ab ipso otii nobis cõtingat,nosq; ad cõsiderãdũ aliqd cõferamus,inuestigãtibus nobis rursus vbiq; sese opponẽs tumultu quodã pturbat animũ,& quasi pcutiẽs reddit attonitũ,adeo vt hoc obstaculo impediri verũ pspicere nequeam⁹. Cæterũ nobis reuera demõstratũ est,siqñ optam⁹ pure aliqd ĩtelligere,recedere a corpe oportere,atq; ipo animo res ipsas cõsiderare.Atq; tũc,vt apparet,cõpotes euadem⁹ eius qd affectamus,cuiusve amatores ,p̃fitemur nos esse,scilicet sapiẽtię,cũ videlicet mortui fuerim⁹,quẽadmodũ significat ratio:dũ autem viuem⁹,nequaq̃.Nẽpe si nihil cũ corpore pure discerni põt,e duob⁹ alterũ:aut nullo modo possumus scientiã cõsequi,aut post mortẽ.Tũc eñ animus ipse p seipm erit seorsum a corpore,prius vero nequaq̃.Atq; dũ viuimus,ita,vt videẽ,pxime ad sciẽtiã accedem⁹,si q̃minimũ cũ corpore cõmercĩũ habuerimus,neq; quicq̃ cũ illo cõmunicauerim⁹,nisi quantũ summæ cogat necessitas:neq; huius

Studium philosophi nõ declinare ad corpus.

Corpus ĩpedimẽto esse philosophanti. Q̃ sensus nõ capiat qcq̃ syncare.

dẽ oĩa,nunq̃ vero discernerẽt,Anaxagorę illud repẽte cõtigeret,vniuersa videlicet esse simul. Eadẽ ratiõe o amice Cebes,si quęcũq; vitã acceperint moriant̃,mortua vero cũ fuerit, mortua relinquant̃, neq; iterũ reuiuiscãt,an nõ necessariũ est oĩno,cũcta demũ interiisse,nihilq; viuere? Nã si ex aliis qdẽ viuẽtia fierẽt,postea vero perirẽt,qd obstaret quo minus in interitũ cũcta cõsumerẽtur? CE. Nihil prius o Socrates,sed mihi oĩno vera loq videris. SO. Est certe o Cebes maxime oĩm ita, vt mihi videt̃: neq; nos hęc ipsa quasi decepti cõfessi sumus,sed reuera reuiuiscẽtia est,atq; ex mortuis viuẽtes fiũt, mortuorũq; supsunt aĩę. Atq; bonis quidẽ melius est,malis vero peius. CE. Atqui & scd̃m illud o Socrates,qd frequẽter vsurpare soles,si modo verũ est,disciplinã videlicet nostrã nihil esse aliud q̃ reminiscentiã,& scd̃m hoc inquã necesse est nos ĩ superiori quodã tẽpore,ea quoq; nunc reminiscimur,didicisse. Id vero fieri nõ posset,nisi prius aĩa nr̃a fuisset alicubi q̃ ĩ hãc humanã speciẽ deueniret. Quãobrem & hac ratiõe ĩmortale quiddã aĩa videt̃ esse. SIM. Quales hui⁹ rei demõstrationes habes o Cebes? Cõmemora nobis eas. Nõ eñ satis in p̃sentia memini. CE. Vna qdem ratio est pulcherrima,q̃ interrogati hoĩes siqs eos recte interroget,ipsi oĩa quẽadmodũ sunt respõdent. Atq nunq̃ id facere possent nisi ĩesset ipsis sciẽtia rectaq; ratio. Deinde siqs eos ad geometricas figuras descriptiõesq;,vel simile aliqd cõuerterit,ibi manifeste cõperiet,ita id se habere. SO. Si hæc o Simmia ratio tibi nõ satisfacit,attende,an sic tibi cõsiderãti idẽ qd nobis videat̃. Diffidis enim eã quã disciplinã vocãt,reminiscẽtiam esse posse. SIM. Haud equidem diffido. Verũtamẽ id expedit mihi discere de quo sermo est.s.reminisci. Ac ferme ex his quę Cebes cœpit dicere,iã recordor,& credo. Nihilo min⁹ tamẽ & a te o Socrates qua rõne id modo p̃bare ipse aggrediebaris,p̃libẽter audirẽ. SO. Hac eqdẽ ratione.confitemur sane quodãmodo,siqs alicui⁹ reminiscat̃,oportere ip̃m prius aliquando id sciuisse. SIM. Prorsus. SO. Nũquid ergo & hoc cõfitemur,quotiẽs sciẽtia hoc modo p̃uenit,reminiscẽtiam eam esse? Dico autẽ hoc pacto. Siqs aliud qddã viderit,vl̃ audiuerit,vel alio p̃ceperit sensu,neq; solũ idip̃m cognoscat,verũ etiã agnoscat alid̃ qddã,cuius nõ vna eadẽq;,sed alia sciẽtia sit,nõne merito dicemus hũc eius rei reminisci in cuius p̃uenerit notionẽ? SIM. Quonã pacto id dicis? SO. Hoc. Alia quodãmodo hoĩs sciẽtia est,alia lyræ. SIM. Quid ni? SO. An ignoras hoc amãtibus euenire,cũ lyrã,aut vestẽ, aut qd aliud ex his aspiciant q̃bus vti eorũ amatæ cõsueuerunt? Nã & agnoscũt lyrã,& simul mẽte formã recolũt puellę cui⁹ erat lyra. Hoc vero est reminisci. Ceu siqs cũ Simmiã viderit sępe,Cebetis recordet̃,& cætera eiusdẽ generis ĩfinita. SIM. Infinita p̃ Iouẽ. SO. An nõ igit̃ tale quiddã recordatio quędã est? Maxime vero si id nobis in illis cõtingat rebus,quas longitudine tẽporis,& negligẽtia obliuioni iã tradiderimus? SIM. Ita certe. SO. Quid vero? Cõtingit ne,vt qui equũ pictum viderit,pictãq; lyram,reminiscat̃ hominis? Atq; cũ pictũ aspexerit Simmiã,veniat illi in mentẽ & Cebes? SIM. Sic vtiq;. SO. Nõne euenit etiã,vt q Simmiã inspexerit pictũ,ipsius quoq; Simmię recordet̃? SIM. Euenit certe. SO. An non scd̃m hæc oĩa contingit,tũ a similibus,tum a dissimilib⁹ reminiscẽtiam p̃uenire? SIM. Cõtingit. SO. Verũ quotiẽs a similibus quispiã reminiscit̃,an nõ necesse est id insuper intelligere,vtrũ deficiat hoc scd̃m similitudinẽ nec ne ab illo cui⁹ repetita memoria est? SIM. Necesse est. SO. Attẽde sane,nũquid hæc ita se habeant.dicimus aliqd esse ęquale? Non dico lignũ ligno,neq; lapidẽ lapidi,neq; aliud eiusmodi quicq̃,sed præter hæc omnia aliud quiddam æquale. ipsum dicimus ne aliquid esse,an nihil? SIM. Dicimus per Iouem,& quidem mirifice. SO. An scimus & ipsum qd̃ est æquale? SIM. Omnino quidem. SO. Vndenam sciẽtiam eius accepimus? An non ex his quę modo diximus,videlicet conspicati vel ligna,vel saxa,vel alia quædam æqualia,ex his illud excogitauimus,quod aliud est q̃ hæc? An non aliud quiddam apparet? Cõsidera vero & hoc pacto. Nõne saxa,vel ligna æqualia dum eadẽ sunt,alias æqualia,alias inęqualia nobis apparẽt? SIM. Penitus. SO. Quid autem ipsa ęqualia? possunt inęqualia tibi videri? vel æqualitas,inęqualitas? SIM. Nunq̃ o Socrates. SO. Quamobrẽ non idẽ sunt hæc æqualia atq; ipsum æquale. SIM. Nullo modo idẽ mihi apparent o Socrates. SO. Verũtamen ab his æqualibus,quæ alia sunt q̃ ipsum illud æquale,ipsius simul excogitasti scientiam, atq; percepisti. SIM. Verissima loqueris. SO. An non siue simile ipsum sit,siue dissimile? SIM. Omnino. SO. Nihil sane refert.quatenus enim aliud conspicatus,ex hac ipsa perspectione aliud intellexeris, siue simile,siue dissimile,necesse est hinc reminiscẽtiam prouenire. SIM. Et maxime quidẽ. SO. Quid vero ad id? An sic nos habemus circa quæ sunt in his quæ modo dicebamus æqualia,lignis,saxisq;,& aliis? Videntur ne ita æqualia hæc esse,vt ipsum quod est æquale? An deesse potius aliquid quo minus talia sint quale est æquale ipsum,an nihil? SIM. Permultum certe deest. SO. Nonne confitemur quando quis aliquid intuens,animaduertat appetere quidẽ hoc quod in præsentia videt, esse tale quale quiddam aliud ex his quę sunt,verum deficere,neq; posse tale esse ęquale,quale sit illud,sed deterius esse,necesse est eum q animaduertit,ante cognouisse illud cui dicit hoc quodã modo simile fieri, sed ad plenã similitudinẽ non accedere? SIM. Necesse est. SO. Quid ergo? tale ne aliquid contingit & nobis nec ne, circa hęc æqualia ipsumq; æquale? SIM. Q̃plurimũ. SO. Necesse est ergo nos æqualis ipsius sciẽtiam

Ostẽditur nostra sciã esse reminiscentia.

Quid reminiscentia.

Quo pacto fiat reminiscentia.

ſatio eſt o Simmia & o Cebes,quã videlicet ob cauſam cũ vos eoſq̃ qui hic ſũt dños relinquã,merito nõ ægre ferã neq̃ pturber.ſpero em̃ me & illic nõ minus q̃ hic bonos dños amicoſq̃ inuenturũ. Multi vero id minime credũt.Si igiẽ defenſio mea vobis magis q̃ Atheniẽſib⁹ iudicib⁹ pſuaſit,bene ſe res habet.Cũ hęc Socrates dixiſſet,ſuſcipiẽs ſermonẽ Cebes ſic inqt.Cætera qdẽ o Socrates recte dicta videnẽ.quãtũ vero ad ipſam aĩam ſpectat,valde ambigũt hoĩes ne aĩa a corpe ſeparata nuſq̃ ſit vlteri⁹, ſed ea ipſa die qua homo mortẽ obierit,intereat,ſtatimq̃ ſeiũcta a corpore diſſoluaẽ,atq̃ exhalãs qua ſi vetus,aut fumus diſſipeẽ atq̃ euaneſcat, neq̃ vſq̃ vlterius oĩno ſit aliqd.Profecto ſi eſſet alicubi collecta in ſemetipſam,& ab his malis q̃ tu modo narrabas liberata,multa nimirũ bonaq̃ ſpes eſſet o Socrates vera q̃ dicebas fore.Cæterũ ad id fortaſſe pſuaſiõe fideq̃ nõ parua opus eſt,vt credaẽ ſupereſſe animã poſt interitũ hoĩs,atq̃ aliquã vim intelligẽtiãq̃ habere.SO.Vera o Cebes loqueris. Verũ qd agendũ cenſes?an forte de his ipſis cõfabulandũ,vtrũ ita fore an aliter pbabile ſit?CE.Libẽter equidẽ audirẽ de his rebus qd ſentias.SO.Neminẽ arbitror hęc audientẽ,nec ſi comœdus qdẽ ſit, eſſe dicturũ nugari nũc me,ac de qb⁹ minime oporteat verba facere.Si ergo placet,oporteatq̃ cõſiderare,id hoc pacto cõſideremus,vtrũ videlicet apud inferos ſint mortuorũ animę nec ne.Vetus qdẽ hic extat ſermo cui⁹ memores ſum⁹,abire qdẽ illuc aĩas defunctorũ,rurſuſq̃ huc reuerti,fieriq̃ ex mortuis.Atq̃ ſi hoc verũ eſt,vt ex mortuis iterũ viuẽtes fiant,eſſent aĩę illic noſtrę.Neq̃ em̃ rurſus fierẽt ſi alicubi nõ eſſent.Atq̃ hęc ſufficiẽs cõiectura eſt,ita eſſe,ſi reuera cõſtet haud aliunde viuẽtes fieri q̃ ex mortuis.At vero niſi id ſit,alia opus erit ratiõe.CE.Oĩno.SO.Neq̃ vero id in hoĩbus ſolũ ſi plani⁹ intelligere vis,cõſideres,ſed in aĩalibus oĩbus,& plãtis,atq̃ vt ſummatim dicã,in oĩbus q̃ gignunẽ.in his inquã oĩbus cõſiderem⁹ nunqd oĩa ſic fiãt,neq̃ aliũde q̃ ex cõtrariis cõtraria,qbuſcũq̃ tale aliqd contingit:quẽadmodũ pulchrũ turpi quodãmodo cõtrariũ eſt,& iuſtũ iniuſto,aliaq̃ eiuſmodi q̃pluria videm⁹.Ergo vtrũ neceſſariũ ſit,cuicũq̃ aliqd eſt cõtrariũ,nullo modo aliunde id q̃ ex ſuo cõtrario fieri?Veluti quãdo qd maius efficiẽ,neceſſe eſt ex eo qđ ante fuerat minus,poſtea maius euadere. CE.Ita eſt.SO.Nonne & ſi minus aliqd fiat,ex eo qđ ante maius erat,poſtea fiet min⁹? CE.Sic oĩno. SO.Quinetiã ex robuſtiori debili⁹,ex tardiori velocius?CE.Prorſus.SO.Quid vero?Siqd euadat deterius,nõne ex meliori?Et ſi iuſtius,ex iniuſtiori?CE.Quid ni?SO.In oĩbus igiẽ ſatis id exploratũ habemus,oĩa ita fieri,cõtraria videlicet ex cõtrariis.CE.Prorſus.SO.Quid rurſus? Eſt ne mediũ aliqd inter cõtraria duo?Duę videlicet ĩter illa generatiões,ſiue pgreſſiões ab altero qdẽ ĩ alterũ,atq̃ in alterũ viciſſim ab altero?Sane inter maius atq̃ minus mediũ obtinet incrementũ, & decrementũ,diciműſq̃ id qdẽ creſcere,illud vero decreſcere.CE.Ita.SO.Nõne ſimiliter diſcerni viciſſim, atq̃ confundi,frigeſcere,& incaleſcere,oĩaq̃ eodẽ pacto?Et ſi noĩa nobis deſunt alicubi,vbiq̃ tamẽ ita neceſſe eſt fieri,videlicet oĩa ex cõtrariis inuicẽ,generationẽq̃ eſſe vtriuſq̃ viciſſim ĩ alterũ? CE.Oĩno quidem. SO.Quid vero?ei qđ eſt viuere,eſt ne aliqd cõtrariũ?Quẽadmodũ ei qđ vigilare eſt,dormire contrariũ?CE.Sic eſt oĩno.SO.Quidnã?CE.Mori.SO.An non ex ſe inuicẽ hæc fiunt?ſiquidẽ cõtraria ſunt. Cũq̃ duo ſint,duæ quoq̃ inter hęc generatiões mutuæ,ſiue pgreſſiões? CE.Nihil prohibet.SO.Alterã quidẽ cõiugationẽ eorũ q̃ modo dicebã,ego tibi dicã,tã ipſam q̃ generatiões eorũ.Tu vero mihi aperies alterã.Dico autem illud quidẽ dormire,illud autẽ euigilare,atq̃ ex ſomno vigiliã fieri , & ex vigilia ſomnũ:horũq̃ generatiões hãc quidẽ cõniuere,illam vero expergiſci.Satiſfeci tibi nec ne?CE. Satiſfeciſti certe.SO.Dic tu mihi quoq̃ ſiĩiter de vita,atq̃ morte.An nõ cõtrarium viuere dicis eſſe atq̃ mori?CE.Equidẽ.SO.Et ex ſe inuicẽ fieri?CE.Ita.SO.Ergo ex viuẽte qdnã fiet? CE.Mortuum. SO.Quid autẽ ex mortuo?CE.Neceſſe eſt cõfiteri viuens.SO.Igiẽ ex mortuis o Cebes viuẽtia fiunt atq̃ viuẽtes.CE.Apparet.SO.Sũt igiẽ apud inferos aĩæ noſtræ.CE.Videẽ.SO.Nonne ergo & generationũ quę circa hęc ſunt,altera qdẽ manifeſta eſt?Mori enim manifeſtũ eſt.nõne?CE.Ita pſus.SO. Quidnã igiẽ faciemus?Non reddemus viciſſim generationẽ huic cõtrariã,ſed hac in re dũtaxat mãcam dicem⁹ naturã eſſe?An vero neceſſe eſt reddere ei qđ mori eſt cõtrariã quãdã generationẽ? CE. Oĩno.SO.Quã vero iſtã?CE.Reuiuiſcere.SO.Nõne igiẽ ſi reuiuiſcẽria eſt pgreſſio quędã,hęc eſt ex mortuis ad viuẽtes?CE.Eſt vtiq̃.SO.Cõuenit ergo nobis hac inſup ratione,viuẽtes ex mortuis fieri nihilo minus q̃ mortuos ex viuẽtib⁹.Qđ cum ita ſit,ſufficiẽtẽ coniecturã hic haberi aĩas mortuorũ neceſſario alicubi eſſe,vnde iterũ reuertanẽ.CE.Videẽ mihi o Socrates hoc ex his q̃ cõceſſa ſunt,neceſſario ſequi.SO.Animaduerte ergo o Cebes haud ab re nos hęc,vt arbitror,cõceſſiſſe.Niſi em̃ continue altera viciſſim alteris redderẽtur quaſi quodã circulo remeãtia,ſed directa qdã pgreſſio foret dũtaxat ex altero ĩ eius oppoſitũ,neq̃ rurſus reflecterenẽ in alterũ,facerẽtq̃ regreſſum, oĩa tandẽ,mihi crede,eandẽ ſubirẽt figurã atq̃ paſſionẽ,fieriq̃ ceſſarẽt.CE.Quonã id pacto dicis?SO.Haudquaq̃ intellectu difficile eſt qđ loquor.Perinde enim ac ſi in ſomnum cadereẽ quidẽ,ab eo vero in vigiliam nunq̃ reſurgereẽ,minime te latet oĩa tandẽ eo deuẽtura,vt Endymion ridicula quędã fabula videaẽ, neq̃ appareat vſq̃,cũ cętera quoq̃ vniuerſa ſomno ſimiliter opprimanẽ.Proinde ſi cõfunderenẽ quę

Proponiẽ diſcutiendũ an aĩa hoĩs ſit poſt obitũ

Gñationẽ fieri a contrarijs.

Argumentũ imortalitatis aĩæ ſumptũ a cõtrariorũ mutua generatione.

tum,ante videlicet q̃ nasceremur nostrã animã extitisse:oportere autem id quoq; ostẽdere,postq̃ mortui fuerimus non minus fore q̃ esset anteq̃ nasceremur, si modo finem suum demõstratio sit habitura.SO.Demonstratũ quidẽ est istud o Simmia,& o Cebes etiã nũc,si modo velitis,& id qđ modo p batũ est,& illud qđ ante concesseramus,videlicet omne viuens ex mortuo fieri,in vnum cõnectere.Si enim est anima prius:& cũ in hãc venit vitã fitq; homo,necesse est non aliunde eam q̃ ex mortuis p ficisci:cur nõ necessariũ sit,vt etiam post mortẽ corporis maneat, cum oporteat ipsam ad hanc vitã reuerti?Demõstratum igitur & nũc est qđ dicitur.Verũtamen videmini tu atq; Simmias cupere idẽ rursus diligẽtius pertractari,ac forsitan puerorũ more formidatis,ne reuera corpore egrediente ventus dissoluat,atq; dispergat,præsertim si ventis vehementius flãtibus exeat.Ad hæc Cebes subridẽs, tanq̃ nobis id formidãtibus,inquit,o Socrates contra persuadere conare.immo vero nõ tãq̃ formidãtibus nobis,sed forte est inter nos puer aliquis talia metuẽs.huic ergo annitamur persuadere,ne mortem ceu laruas pertimescat.SO.Oportet certe huic mederi carminib⁹ quotidie,quoad sanus efficiatur.CE.Sed vbinã medicũ eiusmodi nãciscemur,o Socrates,cũ tu decesseris?SO.Ampla est o Cebes Grecia,in qua sunt viri præstantes,q̃plurimæ sunt barbaræ nationes,per hos omnes eiusmodi medicum debetis perquirere,neq; pecuniis parcentes,neq; laboribus. Nihil est enim pro quo cõmodi⁹ oĩa quis expendat.Perscrutandũ quoq; est etiã inter vos ipsos.forte enim non facile inuenietis qui meli⁹ q̃ vos id queat efficere.CE.Fiet id quidẽ,sed redeam⁹ iam si tibi placet vnde digressi sumus.SO.Mihi quidẽ placet.Quid enĩ prohibet?CE.Recte respondes.SO.An non tale aliqd a nobis ipsis sciscitari debemus?Cuinam & quali conueniat ea passio per quã dissolui possit.Et cui qualiq; sit metuendũ,ne id patiatur.Et secundũ quã qualẽq; eius partem.deinde considerare cuiusmodi anima sit:demum ex his animę nostrę gratia vel confidere,vel timere.CE.Vera loqueris.SO.Nõne igitur ei qđ componitur,iamq; compositum est,natura id pati conuenit, vt quatenus est compositum dissoluatur?Siquid vero non sit compositum,huic soli potissimũ nulla accidit dissolutio? CE.Mihi quidem sic apparet. SO.An non quæ semper secundũ eadem eodẽq; modo se habent,hæc maxime esse cõuenit simplicia? Quę vero alias aliter,nec vnq̃ secũdum eadẽ,hęc esse cõposita?CE.Ita equidẽ opinor.SO.Redeamus iam ad illa,ad quę in superiori disputatione processimus.Ipsa essentia cuius interrogando respõdendoq; rationem hoc ipsum qđ est assignauimus,vtrum eodẽ modo,& secundum eadem se semper habet?An alias aliter,videlicet & ipsum æquale,ipsum pulchrum,ipsum vnũquodq; qđ est ens, vtrum mutationẽ aliquando aliquã ipsa recipiunt,an ipsorum vnũquodq; semper id qđ est vniforme existẽs ipsum per seipsum,eodẽ modo,& secũdum eadem se habet,neq; vnq̃,neq; vsq̃, neq; vllo pacto mutationem aliquam suscipit?CE.Necesse o Socrates hæc eodem modo,& secũdum eadem se semper habere.SO.Quid autem dicemus de multis quæ similiter pulchra dicuntur, scilicet hominibus,equis, vestibus,vel aliis quibuscunq; talibus,q̃ vel pulchra dicuntur,vel ęqualia,vel etiam de omnibus quę illis synonyma sunt?num hæc secũdum eadem se semper habent?An potius omnino contra q̃ illa,videlicet neq; ipsa sibimet,neq; inuicem vnq̃,vt simpliciter loquar,vllo pacto secundum eadem eodẽq; modo se habẽt?CE.Hæc o Socrates nunq̃ eodem modo sunt.SO.Et hæc quidem tangi,videri,aliisq; sensibus attingi possunt.Quę vero semper secundũ eadem permanent,sola intelligentię ratione percipiuntur,suntq; inuisibilia quæ talia sunt,neq; cernũtur vnq̃.CE.Vera omnino loqueris.SO.Vis ergo duas rerum species ponamus,alteram visibilium,inuisibiliũ alteram?CE.Ponamus.SO.Et inuisibile quidẽ modo semper eodẽ esse,visibile vero nonnunq̃ eodem ? CE.Hoc quoq; ponamus.SO.Age iam.aliud ne in nobis est q̃ hinc quidem corpus,inde vero anima?CE.Nihil aliud.SO.Vtrinam speciei corpus esse similius cognatiusq; dicimus?CE.Nemini dubiũ quin visibili.SO.Quid vero anima? Visibile ne aliquid est,an cõtra?CE.Non hoĩbus quidẽ o Socrates.SO.Atqui nos de iis dũtaxat quę ab hoĩm natura videri vel nõ videri possunt loq̃bamur.An de iis quę ad aliã naturã spectãt,tractabamus?CE.De iis dũtaxat quæ ad humanam.SO.Quid ergo de anima dicebamus?Nunquid visibilem esse?CE.Non visibilẽ.SO.Inuisibilẽ ergo.CE.Ita.SO.Anima igitur inuisibili speciei similior est q̃ corpus.Corpus vero visibili.CE.Necessariũ id est omnino.SO.An non & hoc euenire in superiorib⁹ dicebamus?Vt cum anima ad aliquid considerãdum socium sibi corpus assumit,vel per visum,vel per auditum,vel per alium sensum,hoc enim est per corpus cõsiderare,quia per sensus id agitur,tũc quidem a corpore trahatur ad ea quę nunq̃ eodẽ modo sunt,atq; ipa aberret, perturbeturq; quasi ebria vacillet,vtpote quæ talia quædã attigerit.CE.Prorsus.SO.At vero quotiens ipse animus per seipm excogitat,illuc se confert ad purum,sempiternum,immortale,semper eodem modo se habẽs,& tanq̃ ipsius cognatus semper inhæret illi quotiens ipse redierit in seipsum,eiq; liceat,cessetq; ab errore, & circa illa semper secundũ eadẽ eodẽ modo se habet,vtpote qui talia iam attigerit.Atq; hæc eius affectio sapientia,siue prudẽtia nominatur.CE.Pręclare ac vere oĩno loqueris Socrates. SO.Vtri igitur speciei rursus tibi videt,ex his quæ & in superioribus,& modo dicta sunt,anima esse similior atq; co

ante illud tẽpus habuisse,in quo primũ videntes æqualia,agnouimus conari quidem hæc omnia talia euadere quale est ipsum,attamẽ a pfectiõe ipsius abesse.SIM.Ita est.SO. Atqui & hoc cõfitemur, nos neq; aliunde id agnouisse,neq; agnoscere posse,q̃ ex visu,vel tactu,vel alio quodã sensu.similiter enim de his oĩbus iudico.SIM.Similiter o Socrates ad id se habẽt de quo agitur ostendẽdũ.SO.Atq a sensibus quidẽ intellexisse oportet,oĩa quæ subiecta sunt sensibus,illud qđ est ęquale appetere ; q̃uis ipsum nõ assequãtur.an aliter dicimus?SIM.Haud aliter.SO.Ante eñ q̃ inciperemus videre, aut audire,aliisq; vti sensib9,oportuit nos ęqualis ipsi9 sciẽtiã possedisse,videlicet qd ipm sit,si modo æqualia hæc quę sensibus subiacẽt,ad ipsum adeo relaturi simus,vt iudicem9 anniti qdẽ hæc oĩa talia quale ipsum est euadere,verũtamẽ deteriora relinqui.SIM.Necessario ex superiorib9 id o Socrates sequitur.SO.An nõ statim nati vidimus,& audiuimus,aliosq; sensus exercuimus? SIM.Oĩno.SO.Oportuit autẽ,vt diximus,ante hęc ipsius ęqualis scientiã habuisse.SIM.Oportuit.SO.Quãobrem,vt videtur,necesse est anteq̃ nasceremur eam cõprehendisse.SIM.Sic apparet.SO.Nõne si eam sortiti ante natiuitatẽ ipsam iam habẽtes nati sumus,sciuimus & ante ortũ,atq; statim nati nõ solũ ipm ęquale maiusq; & minus,verũetiã eiusdẽ generis omnia?Nõ enim de æquali magis nũc nobis est sermo,q̃ de ipso pulchro,de ipso bono,de ipo iusto atq; sancto,& vt dico de oĩbus quib9 proprie hoc ipm qđ est assignamus & interrogationibus interrogantes,& respõsionibus respõdẽtes,vt necessariũ sit nos anteq̃ nasceremur horũ oĩm sciẽtiam habuisse.SIM.Est ita.SO.Ac si acceptis sciẽtiis nõ semper obliuisceremur,oporteret & cũ ipsis nasci,semp etiam per omnẽ vitã scire.Nam scire id est acceptã alicuius rei scientiã retinere,nec amisisse.An nõ obliuionẽ sciẽtiæ iacturã esse dicimus? SIM.Ita prorsus o Socrates.SO.Sin autẽ acceptam ante ortum sciẽtiam nati amisimus:deinde vero fræti sensibus circa ipsas scientias,illas quas ante habueramus,recipimus:nõne id qđ discere appellam9 esset scientiã propriã recuperare,atq; id reminisci nominãtes,recte nominarem9?SIM.Recte.SO.Fieri eñ id posse apparuit. Videlicet,vt cũ quis aliqd senserit,vel vidẽdo,vel audiẽdo,vel aliter sentiendo,aliud qddã ex hoc agnoscat cuius erat oblitus,cui quidẽ hoc quodãmodo ꝓpinquabat,siue simile id sit,siue dissimile.Ita qđ iãpridẽ dico,e duobus alterũ.aut enim sciẽtes nati sumus,scimusq; per omnẽ vitam oẽs:aut quos deinde dicim9 discere,dũtaxat reminiscunť,atq; disciplina reminiscẽtia est. SIM.Sic oĩno se res habet,o Socrates.SO.Vtrũ igitur eligis o Simmia?vel cũ sciẽtia nos esse natos, vel reminisci postea quorũ prius sciẽtiam accepimus?SIM.Ambigo vtrum in pręsentia Socrates eligam.SO.Quid vero?potes ne eligere qd de hoc videať tibi?Vir sciẽs potest ne eoꝝ quę scit reddere rationẽ,an cõtra? SIM.Necesse est o Socrates posse.SO.An vero tibi videtur oẽs rationẽ de his quæ modo tractabam9 afferre posse?SIM.Optarẽ equidẽ.sed multo magis vereor ne cras nullus hic homo sit q pro dignitate id sciat efficere.SO.Non igitur o Simmia putas oẽs hoc intelligere?SIM.Nullo modo.SO.Reminiscũtur ergo q̃ aliquãdo didicerant.SIM.Necesse est.SO.Quãdo vero acceperũt animæ nostrę scientiam?Non enim postq̃ homines nati sumus.SIM.Non certe.SO.Ergo prius.SIM.Ita.SO.Erant igitur Simmia animę etiam prius q̃ in humanã speciem deuenirent,seorsum a corpore,intelligẽtiamq; habebant.SIM.Nisi forte o Socrates,dum nasceremur ipsas sciẽtias accepimus. Nam id etiã tẽpus reliquum est.SO.Esto sic o amice.Sed quonam alio tẽpore eas amisimus? Non enim habẽtes iam eas nascimur,vt modo confitebamur.An in eodẽ perdidimus,quo & accepimus? an aliud tempus afferre potes?SIM.Nullo Socrates modo.sed nihil me dicere minime aduertebam.SO.An ergo sic nobis se res habet o Simmia?Si quidẽ sunt ea quæ quotidie prædicamus,pulchrum scilicet quiddã,atq; bonum,& omnis eiusmodi essentia,ad quã omnia sensibus percepta referimus,quę & prius erat nostra, & tanq̃ nostram quęrẽtes inuenimus,atq; ad ipsius exemplar referimus, necesse est ita vt & ipsa sunt nostram quoq; animã prius etiam q̃ nasceremur extitisse.At si hæc non sunt, frustra vtiq; ratio hæc tractata esset.An non ita se habet,atq; par necessitas est,& ipsa esse,& animas nostras anteq̃ nascerermur,& nisi ipsa sunt neq; hæc vtiq; sunt?SIM.Mirifice o Socrates.eadẽ mihi videtur esse necessitas, atq; pulcherrime huc ratio nos perducit,vt similiter tam animã nostram q̃ essentiam ipsam quã modo dicebas, ante q̃ nasceremur extitisse confiteamur.Nihil enim tã certũ habeo,q̃ esse eiusmodi oĩa & quidẽ maxime,scilicet pulchrũ ipsum,& bonum,aliaq; omnia quę tu modo dicebas. Et quantũ ad me attinet,satis est demonstratum.SO.Quid vero videtur Cebeti? Oportet enim illi quoq; persuadere.SIM.Satis & illi arbitror persuasum,q̃uis omnium repugnãtissimus sit,& ad credẽdum tardissimus.Opinor tamẽ sufficiẽter illi probatũ,ante ortum nostrum animã extitisse.An vero post interitum nostrum etiam futura sit,nec mihi quidẽ ipsi o Socrates satis adhuc videtur ostẽsum.Sed nunc etiam restat multorum dubitatio illa quã in medium Cebes adduxerat, ne videlicet homine moriente simul anima dissipetur,atq; ita esse desinat.quid enim prohibet fieri quidẽ illã,& aliunde cõstitui, atq; esse prius etiam q̃ in corpus hominis laberetur : postq̃ vero ab eo discesserit, tunc illam insuper interire?CE.Recte loqueris Simmia, Videtur enim quasi dimidium eius quod oportet proba

iterũ ciuile miteq; demigrare quodãmodo apum, aut vesparũ, vel formicarũ, atq; deinde in idẽ rursus genus humanũ, modestosq; ex illis homines fieri. CE. Ita decet. SO. In deorũ vero genus nulli fas est peruenire, præter eos qui discendi cupiditate flagrantes, & philosophati sunt, & puri penitus decesserunt. Horũ quidẽ gratia o amice Simmia atq; Cebes qui recte philosophant ab omnibus corporis cupiditatibus abstinent, atq; ita perseuerãt, nec se illis vnq̃ tradunt, neq; familię iacturam paupertatẽq; formidant, queadmodũ multi pecuniarũ cupidi, neq; rursus cõtemptũ atq; ignominiam, quemadmodum qui magistratus ambiunt & honores, deinde ab his abstinẽt. CE. Neq; enim deceret o Socrates. SO. Non per Iouem. Quãobrem hi qui animũ suum colunt, neq; corpori fingẽdo viuũt, spretis his omnibus, haudquaq̃ ea gradiunt via qua superiores illi quos narrauimus, quia videlicet quo proficiscantur ignorent. Ipsi vero existimãtes philosophiæ eiusq; solutioni repugnãdum nõ esse, hãc ea sequũtur via qua eos ipsa ducit. CE. Quonam pacto o Socrates? SO. Dicã equidẽ. Cognoscũt profecto viri scientię cupidi queadmodum eorum animã suscipit reuera ligatam in corpore, atq; implicitam, ac per ipsum quasi per carcerẽ quendã res considerare coactam: cumq; per seipsam id non faciat, omni prorsus inscitia inuolutam: cognoscũt præterea, queadmodum philosophia perspiciens q̃ callide corporeũ vinculũ astringat animã, quippe cum per ipsam fiat concupiscentiam, per quã deuinctus animus adiutor sit ad seipsum deuinciendũ: cognoscunt inquã viri sciẽtiæ cupidi queadmodũ philosophia eorũ animã ita cõstitutam suscipiens, paulatim instruit, soluereq; aggreditur, ostẽdens q̃ fallax oculorũ, q̃ fallax auriũ, cæterorũq; sensuũ sit iudiciũ, suadens ab his discedere, quatenus hęrere illis summa non cogat necessitas, seq; in seipsam reuocare atq; colligere, nec vlli credere præterq̃ sibi, quatenus videlicet ipsa per seipsam intelligat quodlibet eorũ quę sunt, existens per seipsum. Q̃d vero ipsa per alia consideret existens in aliis aliud, nihil existimare verũ: esse vero eiusmodi quidẽ sensibile atq; visibile: quod autẽ ipsa per se consideret, intelligibile atq; inuisibile. Huic ergo solutioni veri philosophi animus repugnandũ non esse iudicans, sic a voluptatibus, cupiditatibus, doloribus, timoribus, pro viribus abstinet, iudicans quando quis vehemẽter delectetur, vel metuat, vel doleat, aut cupiat, haud tantũ ab his dũtaxat pati malũ, quãtũ quis forsan existimarit, videlicet si propter concupiscentias vel ęgrotet quispiam, vel pecunias consumpserit, sed q̃d malorũ omniũ maximũ, extremũ, turpissimum est, perpeti, neq; tamen illud animaduertere. CE. Quidnam hoc est? SO. Q̃ videlicet omnis anima hominis cogitur delectari, vel dolere circa aliquid vehementer, simulq; putare illud circa q̃d hoc maxime patitur, manifestissimũ esse atq; verissimũ, cum longe sit secus. Hæc autẽ maxime sunt quæ visibilia sunt, nonne? CE. Omnino. SO. An non in hac passione anima q̃ maxime ligatur a corpore? CE. Quonam pacto? SO. Quoniã omnis voluptas atq; dolor quasi clauũ tenens animã corpori affigit, atq; cõnectit, efficitq; corporeã adeo, vt iam opinetur ea esse vera quæ suadeat corpus: nempe ex eo q eadem opinetur cũ corpore, eisdẽq; oblectetur, cogitur, vt puto, eiusdẽ moris eiusdẽq; alimoniæ fieri, vt nunq̃ possit pura in vitam alterã proficisci, sed semp plena corporis labe egrediatur, ideoq; cito cadat rursus in aliud corpus, & quasi sata iterũ innascatur, atq; ꝓpterea a cõmercio diuinę, purę, vniformis essentię aliena prorsus euadat. CE. Verissima narras o Socrates. SO. Horum igitur gratia o Cebes iusti scientię studiosi tẽperantiã fortitudinẽq; sequũtur, non autẽ illorũ, quorũ gratia cẽset vulgus. An tu putas? CE. Minime quidẽ. SO. Nõ certe. Sed ita veri philosophi anim⁹ cogitaret, nec vllo modo arbitrareẽ, cũ ipsum philosophia soluisset, oportere iterũ voluptatib⁹ doloribusq; se dedere, iterũq; vinciri, atq; irritum opus facere, quasi telam Penelopes retexentem. Immo vero horũ tranquillitati studens, sequensq; rationẽ, ac semp in ea permanẽs, verũ, & diuinũ, opinionẽq; supereminens contemplaẽ: a quo nutritus ita viuendũ censet q̃diu viuat, atq; sperat se vbi decesserit in cognatũ atq; tale migrantẽ ab humanis eximi malis. Ex huiusmodi q̃dẽ educatione nõ est cur metuat o Simmia & Cebes, ne cũ recedat a corpore, distrahaẽ, & dissipeẽ, omnisq; in vẽtos vita recedat.

Cogitatio bõi philosophi circa id q̃d agere debeat.

Cum hæc Socrates dixisset, lõgum factũ est silentiũ. & ipse quidẽ Socrates quæ dicta fuerant secum vt videbatur repetebat, idemq; pleriq; nostrum faciebant. Cebes autem & Simmias parumper ĩsuper inuicẽ collocuti sunt. Hos ergo intuit⁹ Socrates, Quidnam vobis, inquit, de his quæ dicta sunt videtur? An forte aliquid insuper in his desideratis? Multæ eñi adhuc dubitationes obiectionesq; supersunt, si quis sufficienter ea sit tractaturus. Si igitur aliud quiddã inter vos agitatis, nihil dico. Sinautem ĩ his quæ dicta sunt hęsitatis, ne vereamini loqui atq; percurrere, siqua in parte putatis melius dici posse. Quinetiã socium me assumite, si mecũ id cõmodius fieri posse existimatis. SIM. Verũ equidẽ Socrates tibi fatebor. Iãdudum ambigens vterq; nostrũ impellit alterum iubetq; interrogare propter audiendi cupiditatẽ. Veremur autẽ ne tibi ob pręsentẽ calamitatẽ rogitando simus molestiores. Hęc Socrates audiẽs, leniter arrisit dicẽs, Papę o Simmia q̃ difficile aliis persuaderẽ hanc me fortunã haudquaq̃ aduersam existimare, quando ne vobis quidẽ id persuadere possum. Quippe cum metuatis ne difficilior mœstiorq; sim in pręsentia, q̃ in superiori fuerim vita. Atq;

gnatior.CE.Arbitror equidẽ o Socrates quẽlibet vel indocilem prorsus,& pertinacem ex hac discur sione cõcessurum,animam & per totum atq; per omne, similiorem esse ei qđ semper eodẽ modo est q̃ opposito.SO.Quid autẽ corpus?CE.Alteri speciei.SO.Considera rursus hoc pacto.Q̃diu in eodem sunt anima atq; corpus,hoc quidem seruire atq; subesse natura iubet,hanc vero præesse, atq; dominari.Secũdum hæc rursus vtrũ tibi videtur simile esse diuino,vtrũ mortali?An non putas diuinum quidem tale esse natura,vt præsit,& ducat:Mortale vero,vt subiiciat ac seruiat? CE.Puto eqdẽ.SO. Vtri igitur horum est anima similis?CE.Constat o Socrates animã quidem similem esse diuino, corpus vero mortali.SO.Animaduerte iam o Cebes num hæc ex omnibus quæ dicta sunt consequãtur. Videlicet ipsi diuino,immortali,intelligibili,vniformi,indissolubili,semper eodem modo & secundũ eadem seipsum habẽti,animã esse simillimã:humano vero,mortali,nec intelligibili,multiformi , dissolubili,nunq̃ eodẽ modo sibimet se habẽti,simillimũ esse corpus.Possumꝰ ne o amice Cebes hęc præter,aliud quicq̃ afferre,quo minus ita sit?CE.Non possumus.SO.Quid ergo? Cum hæc ita se habeant,nonne corpori conuenit vt breui soluatur?Animæ vero,vt omnino indissolubilis sit,vel aliquid rei omnino indissolubili propinquũ?CE.Quid ni?SO.Cernis igitur postq̃ mortuus homo fuerit,qđ in eo visibile est corpus & in loco visibili positum,qđ cadauer appellamꝰ,cui cõuenit vt dissoluatur, cõcidat,diffluat,nihil horum subito pati,sed multum aliquãdo tempus superesse,siquis corpore per belle affecto decesserit.Corpus enim seruatum,& rebus quibusdam ad durationem curatum,quẽadmodum in Aegypto faciunt,incredibile quoddam tempus ferme integrum manet.Quinetiam si putrescat,tamẽ nõnullę corporis partes,ossa videlicet,neruiq;,atq; similia,vt ita dicam,immortalia permanent.An non?CE.Ita.SO.Anima vero quæ inuisibile quiddam est,in similem quẽdam aliumq; locum migrans,excellentem,purum,inuisibilem,nobis occultum reuera ad bonũ sapientemq; deũ,quo si deus voluerit,paulo post meo quoq; animo est migrãdum, anima inquã talis taliq; natura pręditaa nunquid cũ primũ a corpore liberata fuerit dissipabitur atq; interibit,vt multi putant? Permultum abest o dilecte Cebes atq; Simmia.immo multo magis ita se res habet,si quidẽ pura discesserit corporeum nil secum trahẽs,vtpote quæ sua cum illo inuita cõmunicauerit,sed fugerit illud semp,seq; in se collegerit tanq̃ semper id meditata:qđ quidem nihil est aliud q̃ recte philosophari,mortemq; reuera facile cõmentari.an non hæc est meditatio mortis?CE.Est omnino.SO.Anima inquã si sic affecta discesserit,nõne ad aliquid sibi simile diuinum abit?diuinum,& immortale,& sapiens? quo cum peruenerit euadit felix ab errore,dementia,timoribus,durisq; amoribus,cęterisq; humanis liberata malis,& quẽadmodum de initiatis dici solet,reuera reliquum tempus vitam cum diis agit?Ita ne dicendum est o Cebes,an aliter?CE.Ita per Iouem.SO.Sin autẽ polluta impuraq; decedat,vtpote quæ corpus semper amplexa ipsum dũtaxat coluerit,& amauerit,eiusq; voluptatibus, & libidinibus quasi veneficiis quibusdam delinita fuerit,& vsqueadeo capta,vt nihil aliud putet esse verum nisi qđ corporeum sit,qđ tangi,quod videri possit,quodve bibat,& qđ edat,& quo ĩ venereis vtatur:qđ vero oculis quidem occultum,& inuisibile sit,verũtamen intelligibile,& philosophia comprehendendum, habere odio consueuerit,tremereq;,& fugere:sic inquã institutam animã putas ne ipsam per se syncerã euadere?CE.Nullo modo.SO.Sed infectam inuolutamq;,vt arbitror,cõtagione corporea,quam con suetudo congressusq; cum corpore propter continuam familiaritatem plurimũq; eius cultum inseruit quasi iam naturalem?CE.Ita putamus.SO.Ponderosum vero o amice id putãdum est, & graue terrenumq;,& visibile,qđ anima eiusmodi secum trahit:ideoq; ab eo grauatur,& ad visibilem retrahitur locum metu inuisibilis,atq; occulti,& quemadmodum fertur circa monumenta sepulcraq; reuoluitur,circa quę iam nonnulla apparuerunt animarum vmbrosa phantasmata , qualia præferunt simulacra tales animæ,quæ videlicet non puræ decesserunt a corpore,sed visibile aliquid trahentes: quo fit,vt videri possint.CE.Consentaneũ est o Socrates.SO.Consentaneum tamen o Cebes, non esse has bonorum animas,sed malorum,quæ circa hæc oberrare coguntur,pœnas dantes vitę improbe actæ.Itaq; tandiu circumuagantur,quoad cupiditate naturæ corporeæ comitante , rursus induant corpus . Induunt autem,vt decens est,eiusmodi mores quales in vita exercuerunt. CE. Quales dicis mores o Socrates?SO.Eiusmodi.eos quidem qui ventri dediti per inertiam atq; lasciuiam vitam egerunt,neq; quicq̃ pensi pudorisq; habuerunt,decens est asinos similiaq; subire.An non putas? CE.Consentanea loqueris.SO.Qui vero iniurias,tyrannides,rapinas,præ cæteris secuti sũnt,in luporum,accipitrum,miluorum genera par est pertransire.num alio has migrare dicendum est? CE. Ita potissimum.SO.Similiter & in cæteris.abeunt enim in ea genera quælibet quibus in vita mores similes contraxerunt.CE.Manifestũ id quidem . SO.Nonne horum felicissimi sunt , & in optimum proficiscuntur locũ,quicunq; popularem ciuilemq; virtutem,quam temperantiam , & iustitiam nominant,exercuere absq; philosophia quidem atq; mente,sed ex consuetudine exercitationeq; acquisitam?CE.Quonam pacto hi felicissimi sunt? SO.Quoniam decens est hos in tale quoddam genus

Argumentũ ab actionibus.

Aegyptii diu seruãt cadauera medicamẽtis.

Aĩas prauorũ versari circa sepulcra atq; vmbrosas imagines apparere.

D basilius in Hexamerõ Homilia octaua de uolatilibus et aquaticis hanc irridet opinionẽ platonis et aliorũ de animarũ trãsitione in bestias, fuge inquit nugas arrogantiũ philosophorũ, qui nõ erubescũt suas ipsorũ animas et caninas eiusdem inter se speciei statuere, qui dicũt seipsos aliquãdo fuisse et mulieres, et frutices et pisces marinos Ego autẽ an aliquando fuerint pisces nõ sane dixerim inquit d. basilius quod uero dũ hæc scripserũt, magis quã pisces rationis expertes fuerint, etiã ualde cõstãter cõtenderim:—. —

cam. Profecto quiuis intelligeret inepte illud adduci. Nã hic textor qui multas cõtriuerit vestes, multasq; texuerit, multis quidem posterior obiit, vltima vero prior: neq; propterea magis sequitur hominem esse veste viliorẽ, atq; debiliorẽ. Eãdẽ fieri similitudinẽ animę ad corpus posse arbitror: ac si quis de his duobus eadem illa adducat, congrue dicere videretur, videlicet animã quidem esse diuturniorem, corpus vero debilius, minusq; diuturnũ: verũ diceret quemlibet animorũ plura consumere corpora, præsertim si multos viuant annos. Si enim fluat corpus, homineq; etiam viuente dissoluat, anima vero qđ consumitur retexat continue, necessarium tamen erit quãdo perierit anima, tunc vltimã habere vestem, eaq; sola priorem perire. Cum vero perierit anima, tunc demũ imbecillitatem naturæ suæ corpus ostendere, cito putrescens atq; euanescens: vt hac ratione nõdum cõfidere valeamus, tũc etiam cum decesserimus animam nostram superfore. Nam si quis dicẽti etiã plura q̃ quæ tu dicis cõcesserit, nec solum ante ortum nostrum animam extitisse, verũ etiam nihil prohibere etiam post obitum quorundã nostrum remanere, sæpiusq; accedere, ac decedere fateatur: adeo enim naturã animæ validã esse, vt sæpius corpori indita se corpusq; seruet: his tamen concessis nondum illud tibi daret, non defatigari in multis generationibus animã, sed tãdẽ aliqua ex plurib9 morte diceret omnino deleri. Quinetiã adderet neminem mortem illã dissolutionemq; corporis, quę animę quoq; interitũ infert, posse discernere: esse enim impossibile, vt quisq̃ nostrũ id sentiat. Quod qdem si ita se habeat, nemo non stulte in morte confidit, nisi demonstrare possit animã omnino immortalem, atq; indissolubilem esse. Alioquin consentaneum est necessarium esse, vt qui moriturus est, animę metuat suę, semperq; sit sollicitus, ne in ea quę proxime imminet corporis disiũctione prorsus intereat. Omnes igitur cũ hęc audiuissemus, conturbati sumus, vt postea inuicem aperuimus, q cum superiori disputatione nobis fuisset magnopere persuasum, viderentur nos ab eo statu in præsentia deturbasse, atq; eo iam deiecisse, vt nedum rationibus iam adductis, sed & dicendis insuper, fidem nullam adhiberemus, verentes ne vel nos nequaq̃ boni essemus iudices, vel res ipsæ fide essent indignæ. ECHE. Veniam equidẽ per Iouem do vobis o Phædo. Nam mihi quidem modo te audienti, tale quiddam veniebat in mentem. Cuinã vlterius rationi credemus? Quippe cum ratio illa Socratis vsqueadeo paulo ante probabilis, iam fidem amiserit. Mirũ est enim quãtum apud me contra possit ratio illa semperq; potuerit, quę animã nostram harmoniã quandã esse probat: & nunc quidem audita me subito in memoriã reuocauit, quantum mihi quoq; alias persuaserit. Quo efficitur, vt alia quadam ratione iterum tanq̃ ab initio prorsus indigeã, quę mihi persuadeat animã cũ corpore non interire. Dic ergo per Iouem precor quo pacto disputationem peregerit Socrates, & vtrum ipse quoq;, queadmodum de vobis ipse fateris, grauiter id ferre visus fuerit, an contra benigne suam defenderit rationem: præterea vtrum satis necne eã tutatus fuerit. hęc nobis q̃ potes diligentissime refer oĩa. PHAE. Equidem o Echecrates sępe admiratus Socratem nunq̃ maiori cũ voluptate q̃ tunc præsens sum admiratus, meq; affuisse ibi mirifice gaudeo. Habuisse quidem illum qđ obiectionibus responderet, forte non est mirãdum, sed hæc in eo potissimũ sum admiratus, primo qdem q̃ iucunde, benigne, amice, adolescẽtium verba recepit: deinde q̃ sagaciter sensit nos illorum rationibus fuisse commotos: demum q̃ opportune nobis adhibuit medicinã, & quasi fugientes atq; victos reuocauit nos, conuertitq; ad prosequendum atq; considerandum. ECHE. Quonam pacto? PHAE. Dicam equidem. Sedebam forte ad dexteram eius in subsellio quodã humili iuxta lectulũ. Ipse vero Socrates sedebat longe superior. Attrectans igitur caput meũ cõprimẽsq; crines sup ceruicẽ: cõsueuerat eñ nonnũq̃ vbi contigisset, in meos crines ludere: cras forsitan, inquit, o Phædo istas pulchras incides comas. PHAE. Sic arbitror. SO. Non certe, si mihi assensus fueris. PHAE. Quid ergo? SO. Immo hodie, & ego meas, & tu tuas, si nobis ratio intereat, neq; eã ipsi suscitare possim9. Atq si ego tu essem, ac me fugeret ratio, more Argiuorũ iurarẽ, nõ prius comã nutriturũ, q̃ vicissem Simmiã, Cebetẽq; expugnauissem. PHAE. At vero cõtra duos ne Hercules qdẽ dicit suffecisse. SO. At tu me Iolaũ dum lux est, aduoca. PHAE. Aduoco equidẽ, sed non tanq̃ Hercules Iolaũ, imo tãq̃ Iolaus Herculẽ. SO. Nihil refert. In primis vero cauedũ, ne id nobis accidat. PHAE. Quidnã? SO. Ne rationũ euadamus osores, queadmodũ nonnulli hominũ osores fiunt. Nullũ enim maius q̃ hoc malũ nobis posset accidere, videlicet si ratiões odio habuerim9. Fit aũt eodẽ pacto odiũ & aduersus rationes, & aduersus hoĩes. Odiũ qdẽ contra hoĩes tũc maxime subit, qñ alicui nimiũ credimus absq; arte, putamusq; ipsum omnino verum, & syncerũ, fidumq; virum esse, deinde vero mox prauũ infidumq; deprehendimus, rursusq; alium eodem pacto. Itaq; quãdo qs sæpius offensus ita decipitur, præsertim ab iis quos præcipue familiarissimos amicissimosq; existimabat, odit tandem plurimum vniuersos, putatq; nihil omnino apud quenq̃ esse syncerum. An te latuit id ita accidere consueuisse? PHAE. Animaduerti equidem. SO. An non turpiter & absq; humanarũ rerũ arte hic aggredit hominib9 vti: si eñ ex arte vti studeret, cogitaret vtiq; rẽ ipsã ita se vt habet habere, videlicet homines vehemẽter bonos aut malos, ppaucos eẽ, medios vero plurios. PHAE. Quo id pacto dicis? SO.

Ne Hercules qdẽ cõtra quos.

vt apparet,deterior cygnis ad diuinãdũ vobis esse videor.Illi qdẽ qñ se breui præsentiũt morituros, tunc magis admodũ dulciusq̃ canũt,q̃ antea cõsueuerint,cõgratulãtes q̃ ad deũ sint cui⁹ erãt famuli,iã migraturi.Hoĩes vero cũ ipsi mortẽ expauescãt,cygnos quoq̃ falso criminantur q̃ lugẽtes mortẽ ob dolorẽ cãtũ emittãt.Profecto haud aĩaduertũt nullã esse auẽ q̃ cãtet qñ esuriat,aut rigeat,aut quouis alio afficiat incõmodo.Nõ ipsa philomena,nec hirundo,nec epops,quas ferunt p̃ querimoniã cãtare lugẽtes.At mihi,neq̃ hæ aues præ dolore videnť canere,neq̃ cygni. Sed q̃a Phœbo sacri sunt vt arbitror,diuinatione p̃diti præsagiũt alteri⁹ vitę bona:ideoq̃ cantãt alacrius, gestiuntq̃ ea die,q̃ superiori tp̃e.Atq̃ & ego arbitror me cygnorũ esse cõseruũ,eidẽq̃ deo sacrũ, neq̃ deterius vaticiniũ ab eodẽ dño habere q̃ illos,neq̃ ignauius e vita decedere.Quapropter licet vobis hui⁹ gratia dicere, & interrogare q̃cq̃d libet,quoad Atheniẽsiũ vndecimuiri sinũt. SIM.Præclare loq̃ris.Itaq̃ & ego tibi aperiã qua in re dubitẽ, & rursus hic Cebes q̃dnã ex superiori disputatione minus admittat. Mihi q̃dẽ o Socrates queadmodũ fortasse tibi quoq̃,videť de his q̃dem reb⁹ manifestã veritatẽ in vita pręsenti,aut nullo modo,aut summa cũ difficultate intelligi posse.Quę tñ de his dicanť,ea nullo modo redarguere,adeo vt nõ prius desistas q̃ examinando alteruter acq̃escat,mollis nimiũ iudico esse viri. oportere eñ circa hęc alterutrũ efficere,aut discere,vel inuenire queadmodũ se habeãt:aut si hęc fieri nequeãt,optimã atq̃ tutissimã humanarũ rationũ eligere,qua q̃s tanq̃ rate vehať,atq̃ ita procellas huius vitæ p̃trranseat,si nequeat firmiori quodã vehiculo vel diuino aliquo verbo tutius ac minori cũ p̃iculo tranare.Atqui ego nũc nõ verebor interrogare,pręsertim cũ ad hoc ipse nos adhorteris,ne forte meipsum qñq̃ sim culpaturus,q̃ nunc quę mihi videanť minime dixerim.Profecto mihi o Socrates vna cũ hoc Cebete tua dicta reputanti haud satis confirmata videntur.SO.Forsan vere o amice opinaris.Sed dic qua in parte minus sufficiẽter dicta fuisse censeas.CE.In hac vtiq̃. Nẽpe de harmonia,& lyra,& fidibus idẽ posset q̃spiã dicere,harmoniã videlicet esse inuisibile quiddã,& incorporeũ,& p̃pulchrũ atq̃ diuinũ in lyra rite tẽp̃ata:ipsam vero lyrã fidesq̃ corpa esse,atq̃ corporea, & cõposita terrestriaq̃,& mortali cognata.Cũ igiť aliq̃s vel lyrã fregerit,vel fides iciderit,siue disrup̃erit,poterit q̃s eadẽ qua tu ratione p̃bare,necessariũ esse illã superesse harmoniã,neq̃ disperdi.Nulla enim machinatio foret lyram quidem esse adhuc fidibus iã disruptis,atq̃ ipsas fides mortalis generis:harmoniã vero,quę diuini & immortalis cognata erat,priusq̃ mortale illud interisse.Ille vero diceret adhuc esse alicubi harmoniã,atq̃ prius ligna & fides putrefieri q̃ illa aliq̃d patiať. Arbitror equidẽ o Socrates te animaduertisse,nos tale aliquid potissimũ esse animã cogitare. Esse videlicet in corpore nostro intensionẽ,& cõplexionẽ quãdã ex calido,frigido,sicco,humido,cęterisq̃ talibus,horũq̃ tẽp̃erantiã consonantiãq̃ animã esse,resultantem videlicet in corpore postq̃ hęc ipsa bene moderateq̃ inuicẽ tẽp̃erata fuerint.Si ergo anima harmonia q̃dã est, quotiẽs horum natura in corpore p̃ p̃ter morbos aliaq̃ mala immoderate vel remittitur vel intenditur, necesse est animã q̃dẽ q̃uis diuinissimã subito interire,sicut solent cęteræ consonantiæ,siue quę in vocibus,siue quæ in aliis artificũ op̃ribus fiunt:reliquias aũt corporis cuiusq̃ diutius p̃manere,quousq̃ vel ardeant,vel putrefiant. Considera igitur q̃d huic rationi sit respondẽdũ,si quis censeat animã,temp̃erantiã quandam esse eorum quæ sunt in corpore,prioremq̃ in morte p̃ire.Tunc Socrates queadmodũ sæpe solebat,intuẽs acrius,atq̃ ridens,iuste,inquit,tu q̃dẽ loqueris Simmia.Si quis ergo vestrũ me facundior est,cur his non respondebat?Non eñ ignaue rationẽ attigisse videtur. Iudico tñ anteq̃ Simmiæ respondeatur: q̃d Cebes quoq̃ dãnet,esse audiẽdũ,vt tẽpore interiecto deliberãdi habeam⁹ facultatẽ.Deinde his auditis,vel his concedendũ,si consentanea vero videanť afferre:sin vero minus,rationẽ superiorẽ defendendã esse,atq̃ retinendam.Quãobrẽ dic age o Cebes,q̃dnã potissimũ te turbet, quo minus assentiaris.CE.Mihi quidẽ videtur eodẽ reuolui,eidẽq̃ quod in superioribus diximus, crimini obnoxia esse. Q̃z eñ fuerit aĩa nostra pri⁹ q̃ in hũanã descẽderet sp̃eciẽ,haud eq̃dẽ retracto, q̃n bellissime dictũ fuerit.Ac nisi dictũ eẽt inuidiosum,sufficiẽter demõstratũ asseuerarẽ.Attamẽ nobis mortuis sup̃fore,nõ sic assentior.Neq̃ tñ Simmiæ cõcedo obiiciẽti nõ esse animã validiorẽ corpore atq̃ diuturniorẽ.Videtur profecto mihi,his omnibus anima præstare q̃plurimũ. Hic ergo ratio superior ad me cõuersa sic inquiet.Quidnã vlterius ambigis?Cũ videas hoĩe defuncto,q̃d in eo imbecillius fuerat sup̃esse, cur non concedis oportere etiã q̃d validius diuturniusq̃ erat,hoc ip̃o in tẽpore sup̃esse?Sed aduerte iã quãti momẽti sit,q̃d ad id r̃ndeo.Similitudine mihi quoq̃ opus est,queadmodũ Simmię.Profecto mihi p̃inde hęc dici videnť:ac si q̃s de hoĩe textore sene defuncto diceret,nõdũ interisse illũ,sed forte alicubi sup̃esse,coniecturãq̃ afferret vestis,quã ipse cũ texuisset vsus fuerit, assereretq̃ eũ adhuc esse incolumẽ,neq̃ interiisse:ac si q̃s id nõ credat,interrogareť ab eo, vtrũ diuturnius sit hoĩs gen⁹ an vestis qua quotidie quis vtatur.q̃ si respondeat genus humanum diuturnius esse,tunc demonstratum id esse putaret,videlicet multo propterea magis sospitẽ esse hominẽ,quãdoq̃dẽ quod in eo erat fragilius,nondum p̃ierit.Hoc aũt o Simmia ita se habere non arbitror. Sed considera tu quoq̃ q̃d di



ui,ac nisi quis caueat valde decipiunt,& in geometria,& in cæteris omnib⁹. Ratio vero de reminiscẽtia atq; disciplina fundamẽto innitit̃ fide digno. Dictũ est enim animã nostrã ita esse alicubi,pri⁹ etiã q̃ laberet̃ in corpus,vt illa ipsius essentia habẽs ipsius qđ est cognomentũ. Ego vero hãc vt mihimet persuadeo, sufficienter recteq; admisi, proptereaq; neq; mihi neq; aliis animã appellãtibus harmoniã assentiri possum. SO. Quid vero Simmia? Videt̃ ne tibi vel consonantiæ vel alteri cuiq̃ compositioni congruere,vt aliter se habeat q̃ illa ex quibus conflatur? SIM. Nullo modo. SO. Neq; etiã vt aliud qc q̃ vt arbitror patiatur,aut agat,q̃ illa vel agãt vel patiantur. SIM. Assentior. SO. Non igitur conuenit consonantiã ea ducere ex quibus composita est,sed sequi. SIM. Opinor ita. SO. Quare permultum abest vt harmonia in contrarium moueatur,aut sonet,aut quicq̃ aliud edat partibus suis aduersum. SIM. Permultũ proculdubio. SO. Quid vero consonãtia? nonne eatenus pro natura sua cõsonãtia est quatenus temperat̃? SIM. Haud satis intelligo. SO. Nonne si magis plusq; contemperetur, si modo id admittit,magis plusq; consonãtia est? Sin vero minus atq; perpaucũ,min⁹ perpaucũq; similiter? SIM. Omnino. SO. Nunquid de anima id dici potest? Vt vel in minima quadã re alia anima hoc ipsum qđ est anima vel magis vel plus aut contra sit q̃ alia? SIM. Minime. SO. Dic age p Ioue precor,nũ animã dicimus aliam quidem habere mentem virtutemq;,atq; esse bonam: aliam vero dementiam & prauitatem,malamq; esse? hæc ne inquã vere dicunt̃? SIM. Vere quidem. SO. Eorum ergo qui animam esse asserunt harmoniã,quis quidnã dicet esse in animabus? hęc scilicet,vitium & virtutem? an aliã quãdã consonantiã atq; dissonantiam? & bonam quidem esse consonantem: & cum ipsa consonantia sit, alteram in se consonantiã possidere: malã vero dissonãtem & ipsam esse,nec aliã in se habere? SIM. Quid respondeã non habeo. Constat tñ,eum qui animã esse consonãtiã posuisset,talia quędã responsurum. SO. At vero iam concessum est nihilo magis aut minus aliã alia animã esse. Eiusmodi vero concessio est,neq; magis,neq; plus,neq; minus,neq; sub paucioribus gradibus aliã alia consonãtiã esse. Nonne? SIM. Prorsus. SO. Eam vero quę neq; magis,neq; minus consonantia est,nimirũ neq; magis, neq; minus esse contemperatã. Est ita? SIM. Est. SO. Quæ vero neq; magis neq; minus temperata est,potest ne pluribus paucioribusve gradibus particeps consonãtiæ esse? An poti⁹ æque? SIM. Aeque potius. SO. Quapropter anima,si qdẽ neq; magis neq; minus alia q̃ alia secũdũ animæ naturã anima est, cõsequẽter neq; magis neq; minus est temperata. SIM. Est vt dicis. SO. Cũ vero sic affecta sit,nihilo magis cõsonãtiæ est,vel dissonãtię particeps. SIM. Nihilo magis. SO. Pręterea cũ ita cõparata sit,num plus aliquid prauitatis vel virtutis alia q̃ alia possidet? siqdem prauitas qdem dissonãtia est,virtus vero consonãtia. SIM. Certe plus nihil. SO. Quinimmo secundum rectã Simmia rõnẽ nulla vsq̃ aĩa prauitate erit affecta,si fuerit consonãtia. Quãdoqdẽ cõsonãtia vera secũdum id qđ cõsonãtia est, nũq̃ fit dissonãtiæ particeps. SIM. Nũq̃ certe. SO. Neq; igitur aĩa quę omnino sit aĩa,prauitate inficiet̃. SIM. Quo eñ modo p ea quę dicta sunt,id fieri posset? SO. Hac igit̃ rõne oẽs aĩaliũ oĩm aĩæ bonæ similiter erũt si secundũ aĩæ ipsius naturã similiter animæ sint. SIM. Mihi qdẽ Socrates ita videtur. SO. Nũquid recte sic tibi dici videtur,atq; hæc sequi,si vera esset illa positio,animã consonãtiã esse? SIM. Nullo modo. SO. Quid vero? ex omnib⁹ quę in homine sunt,aliud ne pręter animũ asseris dominari,præcipue prudentem? SIM. Nihil aliud. SO. Vtrum corporis perturbationibus indulgentẽ,an potius repugnãtẽ? Dico aũt tale quiddam: veluti si sub æstu sitis angat,interea tñ aduersat̃ animus retrahitq; in contrarium ne bibat: similiterq; si premat fames,ne edat: in aliisq; q̃plurimis animũ videmus corporis affectibus repugnãtẽ. Nõne? SIM. Et quidem maxime. SO. Nonne in superioribus confessi sumus animã si cõsonãtia fuerit nũq̃ dissonaturã his quibus intendit̃,vel remittit̃,vel cuibrat̃, vel quodcũq; aliud patiãtur illa,ex quibus ipsa conflatur,sed secuturã illa,nunq̃ vero ducturã? SIM. Confessi sumus. SO. Quid vero nunc? nonne contra omnino videtur agere,quatenus ea ducit omnia ex qbus dixerit aliquis ipsam constitui? atq; ferme oĩbus per omnem vitã repugnat,multisq; dominatur modis, interdum rigidius quodam cum supplicio puniens per gymnasticam,atq; medicinam,interdum vero mitius castigans comminando,aut monendo aduersus cupiditates,& iras,atq; timores,tãq̃ altera quædã res contra alterã loquens, quemadmodum Homerus tradit in Odyssea. Tum pectus pulsans, cor sic affatur Vlysses. Hoc quoq; cor perfer,nãq; & grauiora tulisti. An putas Homerum hæc dixisse tãq̃ harmonia quædam sit,ac talis vt corporis passionibus subiiciat̃,non autem ducat atq; dominetur? An potius quasi quiddam longe diuinius q̃ harmonia sit animus? SIM. Diuinius per Iouem mihi videtur significauisse. SO. Non ergo vir optime recte harmoniam esse animam diceremus. Sic enim vt apparet neq; Homero diuino poetæ,neq; nobis ipsis consentiremus. SIM. Sic est. SO. Age harmoniã Thebanam satis,vt videtur,iam placauimus. Rationem vero Cadmeam o Cebes,quonam pacto,& qua ratione placabimus? CEB. Tu mihi Socrates viam inuenturus videris. Nempe rationem hanc aduersus harmoniam mirifice præter opinionem nostram excogitasti. Cum enim audirem Simmiã dubitãtem,valde admirabar si quis rationibus eius resistere posset, Itaq; summæ mihi fuit admirationi,

qđ vero nobis aer,id illis ętherē esse.Tēpora vero apud illos tantā habere tēperiē,vt illi & sine morbo continue & longe diutius q̄ nostri viuāt.Itē visu,auditu,prudētia, cæterisq; talibus nobis tantū pręstare,quantū & aer aquę,& ęther aeri puritate pręstat.Pręterea illic esse deorū tēpla & lucos,in quibus reuera dii familiariter habitēt,& respōsa & diuinationes deorūq; sensus familiaritatesq; eiusmodi hominibus ad deos esse.Solē quoq; & lunā stellasq; alias quales reuera sunt apud eos videri,cæteris in rebus beatitudinē eos his rebus cōgruā possidere.Itaq; vniuersam terrā sic natura institutam, & quę circa eā sunt similiter tradunt. esse pręterea in ipsa p eius cōcauitates loca in circulum multa partim quidem pfundiora,atq; ampliora q̄ sit regio a nobis culta,partim vero pfundiora quidē,sed hiatum angustiorē habētia nostra hac regione: esse & alicubi minus pfunda,sed ampliora q̄ nostra. Hæc aūt oīa sub terra sibi inuicē obuiare,atq; irrumpere multis vndiq; modis,tum p angustiora,tū p ampliora, discursusq; habere & exitus qbus magna aquarū copia ex aliis in alia velut in crateres cōfluat.Itē ppetuorū fluminū sub terra incredibiles magnitudines aquarū, tū calidarū, tū etiā frigidarū,plurimūq; ignē,& ignis ingentes amnes: multos quoq; lutulenti humoris partim qdē purioris partim vero sordidioris.ceu torrēs luti q in Sicilia est,& iuxta ipsum amnes lutei inde fluētes.Quibus singula cōpleri loca quacūq; eos contingit pfluere. Hęc aūt oīa sursum deorsumq; ferri veluti suspendiculo quodā sub terrā posito,atq; ita librato,vt vtrinq; vicissim inclinet atq; attollat.Est aūt id suspēdiculū ob naturam quandam eiusmodi.Vnus aliquis ex terræ hiatibus est pfecto q̄ maxim⁹ perq; vniuersam terrā traiectus & patēs.de quo Homerus.Lōge nimis barathrū stat sub tellure profundū.Qđ & ipse alibi,& multi poetarū Tartarū appellarūt.In hoc vtiq; receptaculū oīa cōfluūt flumina,atq; inde rursus effluūt.Talia vero sunt singula p quales labunt̄ terras.Q2 aūt hinc effluāt oīa rursusq; refluant,hæc est causa,q; hic humor nec fundamētū habet nec firmamētum.Itaq; eleuat̄,& sursum deorsumq; redundat.Idemq; facit aer & spūs qui circa ipsum versat̄.Sequit̄ em̄ ipsum, & qñ ad superiora terrę,& quādo ad hęc nostra plabit̄.Et queadmodū in respirantibus flatus continue expirat atq; respirat,sic & ibi spūs vna cū humore elatus vehemētes quosdā vētos, & incredibiles commouet,siue influat siue effluat.Quapropter cū aqua in locū inferiorē delabitur p meatus terrę iuxta eiusmodi riuos influit,passimq; p eos exūdat,& implet velut hi qui hauriūt.Cū vero illinc huc erūpit,hęc quoq; iterū loca cōplet.Plena vero cū sint,p riuos terręq; meatus exuberat.Et cum humores singuli illuc pfluxerint,quo quisq; pfluit opportunius,maria,lacus,flumina,fontes efficiunt. Proinde rursus hinc relabētes p terrā,partim qdem per lōgiores pluresq; anfractus,partim vero p pauciores atq; breuiores rursus in Tartarum confluunt : alii certe multo profundius q̄ hausti fuerint, alii vero paulo,oēs aūt inferius influunt q̄ effluxerint:& alii p cōtrariā partem elabunt̄ q̄ illapsi fuerint, alii vero p partē eandē.At quidam passim circūfluentes aut semel aut sępius,spirasq; circa orbē terrarū instar anguiū replicātes,quātū fieri potest infra relapsi iterū cōmiscent̄.Licet aūt vtrinq; ad medium vsq; defluere,vltra vero nequaq̄.vlterior em̄ plapsus vtrinq; foret ascensus.Proinde sunt & alia multa & magna variaq; fluenta.Sed pcipua quatuor.Quorū qdē maximū atq; extimū,terrā circūdās Oceanus appellat̄. E contraria vero huius regione fluit Acheron:qui p deserta alia fluens loca,atq; p subterranea,in paludem defluit Acherusiā.Quo plerīq; defunctorū deueniunt animi, ibiq; p fatalia quędā tēporū curricula cōmorati,partim qdē lōgiora,partim vero breuiora,rursus in generationes animaliū relabunt̄.Tertius vero fluuius horū medius duorū interfluit.Nec admodū longe progressus in locū cadit vastū multo igne flagrātē,efficitq; paludē nostro mari maiorē,aqua lutoq; feruētē.Hinc vero turbidus lutulētusq; circūfluit,terraq; circūdata,& alibi, & ad extrēa paludis Acherusiæ peruenit,nec tñ illius aquę miscet̄, sed sub terra sępius reuolut⁹ absorptusq; defluit infra tartarū.Hūc fluuiū Pyriphlegethōtē nomināt,cuius riui qdā inde velut euulsi quacūq; terrarū cōtigerit manāt.E cōtraria vero huius regione fluuius quart⁹ primū in locū erūpit ferū & asperū vt ferūt.colorē vero locus talē habet totus,qualis est Cyaneus:quē Stygium nomināt.hic aūt fluuius plapsus paludē efficit Stygē.In hūc vero incidens locū viresq; vehemētes in aqua assumens sub terrā se condit,circūuolutusq; aduersus Pyriphlegethōtē labit̄, & in Acherusia palude e contraria parte illi fit obuiā.Nec vlli huius aqua miscet̄,sed reuolutus in gyrū cōtra Pyriphlegethōtē irrūpit in tartarū. Poetę vero hūc appellāt Cocytū.Cū vero hęc ita natura disposita sint,qñ in eū locū defuncti peruenerint,quo dęmon vnūquēq; pducit,primo illic iudicant̄,& q honeste sancteq;, & q aliter vixerit.Itaq; qcūq; in vita quodāmodo tenuisse mediū quoddā cōperiunt̄,ad Acherontē pfecti vehiculis quę vnicuiq; adsunt,in paludē peruenīūt Acherusiā,ibiq; habitāt purgant̄q; pœnas dātes iniuriarū: & cū purificati sunt absoluunt̄,rursusq; p merito singuli benefactorꝝ pręmia reportāt.Qui vero ob scelerum magnitudinē insanabiles esse vident̄,q videlicet sacrilegia multa & magna,vel cædes iniquas vel alia horꝝ similia perpetrauerint,hos oēs cōueniens sors mergit in tartarū,vñ nunq̄ egrediunt̄. Qui autem sanabilia quidē peccata sed ingētia cōmiserūt,veluti siq cōtra patrē,vel matrē irati p vim aliqd fece-

nis ferẽ in bestias transformasse. hi vero lenociniis suis interiora trãsformãt. Proinde deridet Socrates oratores ꝙ gratiã popularẽ omnibus machinamẽtis aucupent, laudẽtq; alios supra modum, quo ipsi laudent, remq; adeo leuẽ graui quodã studio & diuturna pmeditatione ptractent. Aggredit̃ pręterea qđ statuerat ab initio, omnes videlicet ad defendendã patriã cohortari, laudãdo videlicet eosq p patria occubuerũt. Hic eñ erat mos vetus Atheniẽsiũ, publica concione illos laudare quotãnis, atq; insup inferias celebrare. Verum ne supra q̃ par est oratoriæ tribuat facultati, asserit se orationem eiusmodi ab alio & quidẽ a muliere Aspasia accepisse: pręsertim cũ Socratici ingenii non sit oratorũ more concionari. Quo potissimũ ordine laudãdũ sit, pſertim in oratione funebri, manifeste declarat. Qđ aũt homines ait ab initio in Attica regione solũ atq; solos ex terra spõte pgenitos: ex aliis vero regionibus, e terra similiter solũ bruta: vtcũq; placet accipito, siue tanq̃ a philosopho, siue potius oratore. Scito tamẽ Platonicã esse sententiã, post vastas terrę illuuiones, ex abundanti humore atq; calore sequẽti post diluuiũ, terrã adeo fœcũdã reddi, vt ex ea nõ animalia tantũ pusilla, qualia nunc, sed grãdia etiã, atq; ipsi insup homines vltro nascant̃. Qđ qdem & hic & alibi sępe confirmat. Idq; pleriq; senserunt Aegyptiorũ atq; Grecorũ, & Arabes multi, deniq; confirmarũt præcipue Algazeles atq; Auicenna. Qua qdẽ sentẽtia Aristoteles in q̃stionibus naturalibus vsus ex antiquorũ mente inqt: Queadmodũ in paruis tẽporũ mutationibus, parua q̃dã ex terra pullulãt aĩalia, ita in maiorib⁹ quoq; maiora, in maximis deniq; maxima atq; pfectissima. Plato aũt vbicũq; ex ipsis terrę visceribus eruit animãtes, deos artifices adhibet mũdani architecti ministros. Deos inquã. i. ideas specialesq; rationes in ipsa mundi vita diuinaq; intelligentia cõsistẽtes: p quas & statim post diluuia, & quotidie animantiũ forment̃ species, vbicũq; corporeũ speciei eiusdẽ semen abesse videret̃. Quod qdẽ fieri oportere satis in Theologia pbauimus. Vbi vero nascit̃ hõ, nõ solũ sicut cęteris deorũ adhibet manus, sed etiã quoddã dei summi spiraculũ expressioreq; imaginẽ. Deinde statim natis deos ipsos saltẽ in primis seculis tanq̃ duces pficit atq; pceptores. Tu vero ex his oĩb⁹ quę Mosaicę sapiẽtię magis cõsonãt, prudẽter eligito. Profecto id Moysi maxime cõgruit, ꝙ hic, & ĩ Protagora, & ĩ Politico, atq; Critia vult hominẽ aliq̃n ex terra auctore deo ad dei ipsius similitudinẽ fuisse pgenitum. Quales aũt illuuiones sint, & q̃n, & quã ob causam, docebimus in Timęo. Post hęc insignis pietate vir patrię suę laudes mirifica quadã tũ charitate, tũ arte pseqũ, ab origine prima, ab ipsa reipublicę forma, a disciplina quotidiana, a rebus egregie gestis, q̃ & hinc & aliunde ex aliis scriptoribus manifestissimę sunt. Quãobrẽ argumentũ nostrũ paucis cõcludamus, eiusmodi sentẽtias annotãtes. Virtuti oĩa parẽt. Prosperitas primo æmulationẽ parit, deinde inuidiã, demũ dissensiones & ꝑlia. Oĩs possessio absq; morali virtute nõ solũ inutilis est, sed noxia. Sciẽtia seorsum a virtute morali, nõ sapiẽtia, sed calliditas quędã est iudicanda. Maiorũ splẽdor in filiis obscurus euadit, quãdo p ipsorũ ignauiã in posteros non trãsfundit̃. Non est optãdum, vt oĩa succedãt ad votũ. Obseruãdũ est in oĩbus puerbiũ vetus, Nihil nimis. Qui ita se cõparauit vt ex seipso pẽdeãt oĩa quę ad beatitudinẽ cõferũt, vel q̃ pxime ad hoc accedit, hic optime vitã instituit. Noli vel lętitia exultare, vel dolore deiici. Parẽtes iudicare debent se genuisse filios, nõ vt immortales, sed vt boni forẽt. Lugubres lamentationes domesticorum molestæ sunt defunctis, si quidem illas audiant. Perpetuo quodam solẽni honore psequi decet eos, q p salute patrię strenue se in bello gesserunt: eorũ filii cura publica educãdi, colẽdi quoq; parentes. Ne res ipsę nobis iniquę sint, ęquo sunt animo perferendæ.

MENEXENVS PLATONIS, VEL DE ATTICA ANTIQVITATE, VEL EPITAPHIVS, TRANSLATVS A MARSILIO FICINO FLORENTINO, AD IVLIANVM MEDICEM VIRVM CLARISSIMVM.

PERSONAE DIALOGI.

SOCRATES. MENEXENVS.



SO. E FORO Venis Menexene? An vnde? ME. E foro o Socrates, & a Senatu. SO. Quid tu ad senatũ? An forte q̃a disciplinę philosophięq; finẽ adeptũ iã & satis pfecisse te putas, maiora posthac aggredi studes, nobisq; senioribus ipse adeo iunior iperare, vt familia vestra semp sicut solita est, aliquẽ nobis exhibeat cõsultorẽ? ME. Si ipse pmittis o Socrates cõsulisq;, operã dabo. sin contra, nequaq̃. Nũc vero idcirco ad cõsiliũ pfectus sum, q̃m audiuerã eligẽdũ esse aliquẽ q laudibus defunctos ornet. Nã vt scis inferias facturi sunt. SO. Audiui equidẽ, sed quẽ potissimũ elegerũt? ME. Nullũ. Nã in crastinũ distulerunt. Arbitror autem Archinum vel Dionem electũ iri. SO. Videtur Menexene apud plurimas gentes præclarum esse in bello occumbere. Etenim qui sic e vita migrat, funere & sepulcro magnificentissimo honoratur. Et siue pauper quis ita

Pręclarũ in bello occũbere.

nue me lachrymat? Sed age o Crito illi parcamus, ac si iã tritũ est venenũ, aliquis huc afferat. Si non dũ est tritũ, cõterat ille. At reor eqdẽ, inqt Crito, o Socrates, nõdũ solẽ reliqsse montes nec occidisse. Et noui alios postq̃ id sibi nunciatũ est valde sero bibere illud consueuisse, largiter cœnatos atq; potos, interdũ vero etiã illorũ potitos quorũ amore afficiebant. Quãobrẽ ne adeo festines. adhuc.n. superest tempus. Tũc Socrates, merito, inqt, o Crito illi ista faciũt. Putãt.n. hęc faciẽtes lucrari. Atq; ego merito ista nõ faciã. Nihil.n. me lucraturũ spero si paulo posterius venenum bibero, nisi vt mihi ipsi sim ridiculus tanq̃ vitę cupidus, atq; parcus eius rei seruator, cuius nihil iã mihi amplius adest. Sed age iã mihi obtẽpera, nec aliter facias. Crito vero his auditis annuit puero, q lõge nõ aberat. Ille vero egressus, & aliquãtulũ cõmoratus, rediit, eũ q venenũ daturus erat, secũ ducẽs. attulit aũt in calice id attritũ. Hũc aspiciẽs Socrates. Cedo inqt bone vir, tu eñ harũ rerũ peritiã habes, qd me facere oportet? Nihil, inqt, aliud q̃ post potionẽ deambulare quoad grauari tibi sentias crura, postea vero iacere: atq; ita tu facies. Hęc dicens porrexit calicẽ Socrati. Socrates vero hilariter admodũ o Echecrates accepit, nihil omnino cõmotus, neq; colore, neq; vultu mutato. Sed queadmodũ cõsueuerat taurine illũ aspiciẽs, qd ais inqt? licet ne ex hoc poculo nõnihil spargẽdo sacrificare? Tãtũ, inqt, o Socrates contriuimus, quantũ satis fore putauimus. Intelligo, inqt. Sed & licet & oportet orare deos, vt felix sit trãsmigratio nostra. Qđ equidẽ obsecro, atq; vtinam ita fiat. Et simul his dictis admouens, facile admodũ alacriterq; ebibit. Pleriq; nostrũ eo vsq; retinere quodãmodo lachrymas potueramus. At postq̃ & bibentẽ vidimus, & bibisse, vlterius non potuimus, sed me quidẽ dolor adeo superabat vt lachrymę largiter iã mihi pfluerẽt. Quapropter me ptegẽs deplorabã non illũ qdẽ, sed fortunã meam, q tali amico orbat⁹ essem. Crito aũt etiã prius cũ lachrymas nequiret cõtinere, surrexerat. Sed Apollodorus nec in supiori qdẽ tẽpore vnq̃ lachrymare cessauerat: Tũc vero pcipue vociferãs, seq; ipsum affligẽs neminẽ reliquit psentiũ, cuius vicẽ nõ deploraret, præter vnius Socratis vicẽ. Ille vero hæc animaduertẽs, Quidnã inqt, o viri mirabiles agitis? Atq ego maxime hãc ob causam mulieres abegerã ne talia facerẽt. Audiuerã enim in benedictione esse ex hac vita migrandum. Quiescite igit atq; tolerate. Nos vero hec audiẽtes erubuim⁹, destitimusq; a lachrymis. Sed ipse cum inter deambulandũ crura iam grauari sentiret, iacuit resupinus. sic enim qui venenum pbuit iusserat. Qui paulo post eũ tangens, pedes & crura considerauit. Deinde grauius comprimens pedem eius, quęsiuit an sentiret. negauit Socrates. Ille rursus pressit tibias, paulatimq; manu ascendẽs, ostendit nobis frigere eas atq; rigere. Et ipse attigit rursus, aitq; cũ ad cor puenerit, tũc esse decessurũ. Iã igit friguerãt ei pcordia, cũ detegẽs, erat.n. veste coopertus, dixit, quę vox illi extrema fuit, O Crito Aesculapio gallũ debemus, quẽ reddite, neq; negligatis. Fiet, inqt, Crito qđ iubes. Sed vide num qd aliud velis. Hęc interrogãti nihil vltra respondit. Sed paulo post cõmotus est. Et minister detexit eum, atq; ipse lumina fixit. Qđ cum Crito cerneret, ora oculosq; composuit. Hic finis fuit amici nostri o Echecrates, viri nostro quidem iudicio, omnium quos experti sumus optimi, & apprime sapientissimi atq; iustissimi.

FINIS PHAEDONIS.

Argumentum Marsilii Ficini in Menexenum, Ad Laurentium Medicem Virum Magnanimum.



Onsiliũ Platonis in Menexeno est cohortari oẽs ad summã patrię charitatẽ, idẽq; facit q̃uis aliter in Critone, & Legibus, atq; Rep. Hic vero duobus pcipue id efficit modis. Primo qdẽ, dũ laudat illos, q p salute patrię pericula mortẽq; intrepide subeunt. Deinde dũ ipse patrię suę antiqtatem virtutesq; laudibus miris extollit. Tu vero statim ab initio nota, philosophiã scilicet moralẽ viro rẽpublicã gubernaturo esse summopere necessariam. Mox præclarum esse in bello occũbere.s. p salute patriæ, idq; cõfirmari ex eo, q hoc apud omnes gentes maxime omnium honoretur. Deinde occasione sumpta ex laudibus oratoriis animaduerte q̃ pniciosa sit adulatio. Cõmunẽ siquidẽ oratoriã in Gorgia adulationis speciem esse iudicat. In Phędro aũt adulatorẽ appellat bestiam humano generi pestilentẽ. Similẽq; affirmat impuro dęmoni, incautos animos sub noxię voluptatis esca continue corporis sordibus inquinanti. Hic pręterea præstigiatoribus veneficisq; adulatorem tam priuatum q̃ publicum iudicat esse persimilem: quippe qui tãq̃ fure & homicida deterior & iniquior nõ pecunias, nõ ipsam corporis vitã dũtaxat nobis auferat, immo vero tanq̃ sacrilegus rem sacrã, iudiciũ scilicet ratiõis sub boni specie surripiat atq; subducat. Et vide q̃ valde decipiat. Nõ enim in rebus solũ occultis, sed id qđ mirũ est, in manifestissimis artificiosissime fallit. Cui eñ non euidẽtissima sit auita paternaq; origo? Itẽ ipsa sui corporis magnitudo atq; forma? Verũtamen in his quoq; adulatores venefici nos circũueniunt, tanto Circe crudeliores, quanto grauius inferũt detrimẽtum. Illa enim suis poculis exteriora homi-

hominibus collaudetᷓ? Altera eius laus erit, ꝙ eo tẽpore quo tellus oĩa aĩalia omnigena ꝓducebat, feras, & pascentia oĩa, terra dũtaxat nostra ad hęc sterilis erat, agrestibusq; aĩalibus vacua. ꝓprie vero ex omnibus animãtibus hominẽ genuit, q cæteris intelligentia pstat, solusq; ius ac deos aĩaduertit. Q; vero hęc regio horũ nostrosq; maiores ꝓgenuit, hinc euidẽtissime licet cognoscere: qa omne qđ gignit, alimẽtũ cõueniẽs genito cõtinet. Quo plane discernitᷓ mulier illa q̃ peperit, ab ea q̃ infantem simulando supposuit. nã quę peperit, lacte abũdat ad ei⁹ qđ genitũ est alimoniã, alia vero nequaq̃. Tellus itaq; nostra materq; pspicuũ argumentũ pbet, ꝙ homines ꝓcreauerit. Nam & sola & prima tunc pabula humana porrexit, tritici hordeiq; fruges, qbus cõmodissime genus hoĩm alitur, vtpote quæ vere aĩal id ꝓduxerit. Potius aũt de terra q̃ de muliere coniectare id licet. Neq; eñ terra mulierẽ cõceptione partuq;, sed terrã mulier imitatᷓ. hmõi vero pabulũ sine inuidia nõ hominibus solũ abũde, verũetiã brutis subministrauit. Post hęc oleũ laborum subsidiũ natis suis suppeditauit. Nutritis autem adultisq; filiis principes præceptoresq; deos induxit. Quorũ nunc ꝑtermittenda sunt nomina. Neq; eñ nos latet qui vitam nostrã munierint, tã artium inuẽtione ad quotidianum victum spectantium, q̃ traditione peritiaq; armorũ ad regionis ipsius custodiã. Ita maiores horũ geniti atq; educati Rẽp. instituerũt. quã paucis pstringere decet. Res. n. pub. hominũ educatio est, bona qdẽ bonorũ, cõtrariorũ vero cõtraria. Q; ergo in pręclara Rep. enutriti sunt nostri maiores, declarãdũ est, ꝑ quã & illi hi boni viri, ex quibus sunt q e vita migrarũt. Eadẽ nãq; Resp. quondã & nũc, optimatum videlicet gubernatio, sub qua & his tẽporibus ac ferme semp ex eo tẽpore degimus. Eã qdã popularẽ vocãt, alii aliter, vtcũq; placet. Est aũt reuera hęc optimatũ cũ quadam auctoritate populi gubernatio. Semper eñ nobis reges sunt, alias generis successione, alias electiõe creati, sed auctoritatis ciuitatis plurimũ apud populũ, q semper his qui optimi iudicãtur magistratus impertit. Vbi neq; parẽtũ debilitate vel paupertate vel ignobilitate qsq̃ reiicitur, neq; cõtrariis de causis honoratᷓ, vt in aliis ciuitatibus fieri solet. Sed hęc est summa. Quicunq; sapiens aut bonus habetᷓ, dominatᷓ & imperat. Causa nobis gubernationis hmõi, ex ęquo generatio est. Alię siquidẽ ciuitates sunt ex variis dissimilibusq; generibus constitutæ: quo fit, vt inęquales sint & gubernatiões, tyrãnides, paucorũq; potẽtię. In quibus ita homines viuũt, vt se inuicẽ partim dños, partim seruos existiment. Nos aũt nostriq; vna ex matre oẽs, fratres inuicẽ geniti, haud arbitramur inuicẽ nos dños & seruos esse, sed generationis ęqualitas nos inducit, vt & legis q̃rãm⁹ ęqualitatẽ, neq; rei prorsus vlli nisi opinioni virtutis prudẽtięq; cedamus. Quapropter & nostri & horũ parẽtes, & hi honeste creati, & in omni libertate nutriti, multa atq; pręclara facinora apud omnes gẽtes notissima priuatim & publice ediderunt, existimãtes libertatis gratia tã aduersus Gręcos ꝓ gręcis aliis, q̃ aduersus Barbaros ꝓ cũctis gręcis esse pugnãdũ. Eñuero quo pacto in bello se gesserint Argiui quõdã aduersus Cadmios, & Heraclidę aduersus Argiuos, cũ Eumolpus & Amazones, ac etiã cũ his supiores regionẽ inuaderẽt, breue esset ꝓ dignitate referre, & poetæ virtutẽ illoꝝ elegãter Musica celebrãtes ĩ oẽs gẽtes diuulgauerũt. Quare si nos eadẽ nudo sermone repetere nũc aggrederemur, forte videremur illis esse secũdi. Hęc igitᷓ ob hãc causam arbitror dimittẽda, qñqdẽ ꝓ dignitate iã satis celebrata videntᷓ. Quę vero nõdũ vt rerũ dignitas exigit, a poetarũ aliquo decãtata sunt, necdũ tñ obliuione deleta sunt, hæc nobis pdicãda nunc arbitror, vt & nos ea laudem⁹ & adiuuem⁹, ꝓuocemusq; alios ad eadẽ odis aliisq; carminibus vt decẽs est exornãda. Eorũ aũt q̃ dico, prima hęc extãt. Persę pfecto cũ Asię imperarẽt, & Europę dñarentᷓ, obstiterũt regionis huius hoĩes, hinc qdẽ oriũdi, nostri aũt progenitores: quorũ meminisse, virtutemq; laudare & oportet in primis & decet. Eã nãq; nosse oportet, si qs sufficiẽter laudatur⁹ sit res ab illis eo in tpe gestas, quo Asia oĩs tertio iã regi seruierat. Quorũ prim⁹ Cyrus magnitudine q̃dã animi ciues suos Persas in libertatẽ redigẽs, simul dños Medos subiecit, totiq; Asię vsq; ad Aegyptũ ĩpauit. Fili⁹ aũt ei⁹ Aegypto quoq; & Libyę, quousq; penetrare dabatᷓ. Terti⁹ Darius, pedestri pugna vsq; ad Scythas extendit imperiũ. Nauali aũt, mari, & insulis est dñatus. Quo factum est, vt repugnare illi nullus auderet. Animi qdẽ hoĩm oẽs seruili quadã formidine abiecti iã erãt: adeo multę, frequẽtes, & bellicosę gẽtes sub Persarũ iperio tenebantᷓ. Nos aũt Eretriẽsesq; incusans Darius ꝙ Sardib⁹ insidiaremur, & hãc belli occasionẽ nactus, qngẽta hoĩm milia classib⁹ misit, naues vero trecẽtas, hisq; Datim pfecit, atq; illi mãdauit, vt captiuos ad eũ Eretriẽsesq; & Atheniẽses duceret, si caput illi suũ charũ esset. Ille nauib⁹ aduect⁹ Eretriã, vbi viri nõ pauci erãt, ac ꝑterea in reb⁹ bellicis inter Gręcos eorũ tẽporũ illustrissimos nũerabantᷓ, triduo eos captiuos fecit. Neve vlli esset fugiẽdi loc⁹, oẽm regionẽ sic explorauit. Nẽpe ad fines Eretrię pfecti milites ei⁹, & ex mari in mare sępe extẽdẽtes discurrẽtesq; iũctis inuicẽ manibus vniuersam regionẽ ꝓtinus pcurrerũt, vt regi referre possent, neminẽ illos subterfugisse. Eadẽ snĩa ex Eretria Marathonẽ descẽderũt, vtpote ꝙ illis ad id aptissimũ erat, vt Atheniẽses vna cũ Eretriẽsib⁹ quasi sub eodẽ iugo ducerẽt captiuos. His aũt ptim qdẽ ita pactis, parti vero tẽtatis, nullus gręcorũ ꝑter Lacedęmonios Eretriẽsib⁹ Atheniẽsibusve succurrit. Et ii sequẽti post pugnã die vene

Attica tellus hoĩem prio ꝓduxit.

decedat, laudatione non caret: siue etiã vilis qspiã & ignauus, rursus a sapientibus viris extollit: qui non frustra ac temere, sed mature cõposita & cõsulta oratione tã egregie laudãt, vt dũ & quę adsunt & quę non adsunt de aliquo pdicant, verborum elegantia auditoribus animos quasi præstigiis vene ficiisve quibusdã surripiãt atq; subducãt. Ciuitatem quoq; interim vt lubet exornant, & eos q in ar mis occubuerũt, maiorũq; retexũt nostrorũ originẽ. Nos quoq; ipsos adhuc viuẽtes extollunt. Qua propter ego qdẽ Menexene ab illis elatus generose admodũ affici soleo: cũq; illis passim aures prębeo mirifica suauitate demulceor, statimq; me maiorem, generosiorem, pulchriorẽ q̃ antea reputo: ac sæ penumero hospites aliqui mecũ hæc audiunt, egoq; erga illos euestigio præstantior q̃ antea reddor: nempe & illis idẽ qđ mihi videt accidere tã erga me q̃ reliquã ciuitatẽ. Nam ab oratore ptinus per suasi, mirabiliorẽ q̃ prius ciuitatẽ existimãt. Atq gloriosa hæc venustas mihi triduum vltra pmanet: adeo concinna oratio canoraq; vox oratoris ore demanans auribus meis infundit, vt vix tãdẽ quar ta post die vel quinta mei ipsius reminiscar, & vbinã gentiũ sim agnoscã. Ac tunc demũ me fuisse de ceptũ animaduerto, cum me ante putauerim in beatorũ insulis cõstitutũ. vsqueadeo Rhetores apud nos ingeniosi sunt. ME. Semp aduersus Rhetores iocaris o Socrates. Nũc aũt suspicor, ne illi q eliget desit dicendi facultas. subita nãq; obtigit optio. Quãobrẽ coget forte qsqs dicturus erit, eximprouiso quodãmodo verba facere. SO. Nunqd bone vir singulis istorũ sunt orationes compositæ? Quin neq; arduũ est de his reb⁹ absq; meditatione dicere. Si eñ oporteret vel in Peloponẽso Atheniẽses, vel Pe loponẽsiacos Athenis orare, facũdo tũc oratore opus esset, q & psuaderet, & pbaret. Qñ autẽ apud eosdẽ se qs exercet, quos & laudat, facile eius verba laudant. ME. Facile ne istud existimas Socrates? SO. Equidẽ. ME. An speras eloqui posse te, si opus fuerit, & consilio eligaris? SO. Quid mirũ Menexe ne me ad dicendũ sufficere, qui magistrã haudquaq̃ imperitã in Rhetorica nactus fuerim, quæ & ali os multos eloquentes reddidit oratores, & vnũ grecorum omnium præstantissimũ filium Xãthippi Periclẽ? ME. Quęnã ista? Nunqd Aspasiã dicis? SO. Et hanc dico, & filiũ Metrobii Cõnũ. Hi nãq; duo pceptores mihi sunt, Cõnus qdẽ Musicę, Aspasia vero Rhetoricæ. Ita igit eruditũ virũ nihil mirũ est in his eloquentẽ esse. Quinimmo & siqs etiã deterius q̃ ego doctus fuerit, musicã qdẽ a Lãpro. Rhe toricã vero ab Antiphonte Rhamnusio, is tñ poterit Atheniẽses inter ipsos Atheniẽses laudãdo, sic eloqui, vt eius ab auditoribus pbetur oratio. ME. Quidnã habes qđ in mediũ afferas, si te verba face re oportuerit? SO. Ex me quidẽ fortasse nihil. Sed heri Aspasiam ipsam audiui funebrem de his ora tionem dictãtẽ. Audiuerat eñ quę & ipse dicebas, Atheniẽses aliquẽ electuros esse qui de his oratio nẽ haberet. Deinde partim mihi eximprouiso transegit quę dicẽda forẽt: partim meo qdẽ iudicio p meditata exponẽs, funebrẽ orationẽ contexuit, quã dixit Pericles reliqas quasdã ex illa cõponẽs. ME. Nunqd recordareris q̃ dicebat Aspasia? SO. Equidẽ, nisi iniurius sim. Ab ea nãq; edidici, parũq; abfu it, qn pter obliuionẽ plagis illa me cęderet. ME. Cur nõ refers? SO. Vereor ne magistra mihi subira scatur, si orationem illius edidero. ME. Nullo pacto Socrates. Verũ gratificare mihi, seu Aspasiæ siue cuiuslibet alterius orationẽ dicere placet, dicas modo. SO. Forte me ridebis, si senex adhuc iocari ti bi visus fuero. ME. Absit o Socrates. Dic amabo. SO. Mos tibi gerendus est. Ferme nãq; si nudatũ me saltare iuberes, quando quidem soli sumus, obsequerer. Sed audi iam. Hunc eñ in modum, vt arbi tror, loqui cœpit, sumens ab ipsis defunctis exordium.

Vt q ibel lo cecide rant laudã tione orna bant & fu nere.

Qz oratõ res sint de ceptores.

Laudati laudãt orõ nẽ bñ dicẽ tẽ de ipis. Aspasiam magistrã Periclis in rhetorica. Aspasia magistra Socratis.

OPere qdẽ ipso decẽtia his apud nos exhibita sunt, quæ iã assecuti iter fatale agũt, tã publice a ciuitate, q̃ priuatim a suis magnifico sumptu, & frequẽti cõcursu sequẽtium honorati ver borũ. Pręterea laudationẽ addi lex iubet, ac pfecto ita decet. Bñ siqdẽ rebus gestis ex ipsa ver borũ exornatione, ad eos q gesserũt apud auditores memoria pennis splẽdorq; puenit. Ea vero opus est oratione, q̃ defunctos satis laudet, supstites benigne moneat, filios eorũ fratresq; ad virtutis ipso rũ imitationẽ hortet: parẽtes aũt, & maiores alios siqui supsunt, cõsolet. Quę igit nobis talis erit ora tio? vel vnde potissimũ pclaros laudare viros incipiemus, q viuẽtes virtute ppria suos mirifice dele ctauere, & p salute viuẽtiũ offerre se morti nõ dubitarũt? Videt itaq; mihi oportere secundũ naturã vt boni effecti sunt, ita eos laudare: boni aũt ideo puenerũt, qa ex bonis traxerunt originẽ. Quapro pter generosam primo illorũ stirpẽ laudemus. Deinde educationẽ & disciplinã. Postremo narremus, ita ab eis fuisse res gestas, vt maxime decebat eos, q essent ex talibus oriũdi, & ita postmodũ educati. Prima qdẽ generis horũ laus est, q maiorũ origo haud peregrina fuit, neq; successores hos ita hic re liqt velut inqlinos nouosq; hoĩes, ex aduenis genitos, sed indigenas ac reuera in patria habitãtes, vi uẽtesq;, & nutritos nõ a nouerca quidẽ, vt alii, sed ab ipsa matre ipsorũ regione quã habitarũt, i qua & nunc condunt vita functi, ipsis videlicet in visceribus eius q̃ peperit eos, & nutriit & excepit. Par est.n. matrẽ ipsam ante oĩa honorare. nã ita maxime horũ genus excolit. Est aũt regio hęc nõ solum nobis, sed omnibus hoĩbus celebrãda, cũ aliis multis de causis, tũ ex hoc pręcipue qa diis charissima est. Qđ testat deorum de hac inter se concertatio. Ea vero quæ a diis laudata est, cur non a cunctis

Orõ fune bris.

do tunc ex nauali certamine,sed reliquo etiam prelio victoriã reportamus.Etenim ꝓpter illos tantã est nostra ciuitas gloriã cõsecuta,vt nunq̃ expugnari posse nec ab omibus qdẽ hominibus crederet. Qđ certe haud ꝓcul a veritate est iudicatũ.Neq; eñ aliorũ insidiis viribusq;,sed ꝓpria dissensiõe deuicti sumus.Nempe nũc etiã ab illis sumus inuicti.Sed ipsi nos expugnauimus,nobis ipsis succubuimus:post hęc tẽpora pacatis oĩbus,cũq; aliis pace cõfecta,intestina nobis seditio coorta est, in qua se ita gesserũt,vt si fatis decretũ esset hoĩes seditionibus agitari,nemo videatur aliter ægrotare patriã optaturus.Nã ex Piræo & vrbe q̃ benigne atq; domestice pręter cęterorũ Gręcorũ opinionẽ ciues inuicẽ conuenerũt?bellũq; aduersus eos qui Eleusines erant,concitũ q̃ moderate transegerũt atq; sedarunt?Horũ ꝓfecto omniũ alia nulla est causa pręter verã ipsam cognationẽ,q̃ amicitiã firmã atq; cognatã nõ sermone,sed re his hoĩbus indidit.Oportet aũt eos etiã q hoc in bello mutuis vulneribus cõciderũt,memoria colere,& vtcũq; possum⁹ inter se eos cõciliare votis sacrificiisq; ꝓ illis q supera uere peractis,quãdoquidẽ & nos conciliati sumus.Neq; eñ improbitate inimicitiisq;,sed infelicitate quadã manus inuicẽ cõseruerũt.Horũ vero testes sumus ipsi superstites.Nã cum illis genere cõiuncti simus, mutuo damus veniã,& recipimus,siqd vel in aliũ intulimus,vel perpessi sum⁹ ab alio. Deinde cũ in summa rerum trãquillitate quiesceret ciuitas,barbaris qdem ignoscebat q; infestati ab illa fortiter repugnauerãt:Gręcis autẽ indignabatur,quia ꝓ acceptis beneficiis iniuriã quãdoq; retulerant,dum societatẽ cũ barbaris inirent,nauesq; qbus fuerant seruati diripęrent,dissiparentq; muros qbus nos mœnia eorũ ne corruerẽt,quãdoq; defendim⁹.Instituit itaq; ciuitas haud vltra tueri Grę cos,siquãdo vel a Gręcis,vel a barbaris opprimerẽtur.Cũ vero nos in hac essem⁹ sentẽtia cõstituti, putarẽtq; Lacędemõii nos libertatis tutores iacere,opusq; eoꝝ fore posthac,vt alios subiugarẽt,hęc egerũt.Quid multis opus est verbis?Neq; eñ vetera,neq; multorũ hominũ gesta dicerẽ q̃ sequunt. Neq; nos latet pterritos Gręcorũ primos Argiuos,Bœotios,Corinthios auxiliũ ciuitatis hui⁹ implorauisse. Qđq; omniũ diuinissimũ est,rex ipse tãta est indigẽtia pressus,vt nõ aliũde q̃ ex hac ciuitate quã omĩ studio diruere conat⁹ fuerat,salutẽ suã tutari posse cõsideret. Eñuero siqs huius ciuitatis captũ incusare voluerit,hoc dũtaxat obiicere poterit,q; misericordia nimis afficit,diligẽtiusq; subleuat succũbẽtes.Ea siquidẽ tẽpestate tolerare nõ potuit,qđ ve instituerat vltra seruare.Decreuerat sane nullis vnq̃ eorũ,a qb⁹ iniuriã accepisset,succũbẽtib⁹ opẽ ferre.Mutauit tamẽ ꝓpositũ, & auxiliũ pręstitit.Vnde Gręcos liberauit a seruitute,ita vt liberi vixerint donec ipsi se inuicẽ subiugarũt.Regi vero succurrere ausa est minime.verebat eñ triũphos ex Marathone,Salamina,Plateis antea reportatos.Sed cũ sineret exules,& volũtarios adiutores illi fauere, sine cõtrouersia eũ quoq; seruauit.Structis autẽ muris fabricatisq; nauib⁹ belloq; suscepto quãdo coacta est bellũ gerere,ꝓ Pariorũ salute cõtra Lacedęmonios dimicauit. Metuẽs vero ciuitatẽ rex,postq̃ Lacedęmonios viderat nauale bellũ renuere,& idcirco desistere volẽs,reqsiuit Gręcos q in cõtinẽti erãt,quos pri⁹ ipsi Lacedęmonii exhibuerãt,si ꝓpugnãdũ foret nobiscũ cęterisq; belli sociis,arbitratus hoc sibi negatũ iri,quo tergiuersandi occasionẽ nãcisceret.Vbi a ꝓpugnatoribus sociisq; aliis est deceptus.Nãq; exhibere illi voluerũt,cõuenerũtq; iureiurãdo adhibito Corinthii,Argiui,Bœotii,cęteriq; belli socii, si daret pecunias,vt eos illi q in cõtinẽti erãt Gręcos traderẽt.Soli vero nos neq; tradere,neq; iurare tũc ausi sumus,vsqueadeo mos ciuitatis huius generosus,liber,constans,integer,& natura barbaris est infensus,propterea q; hoĩes hi absq; vlla barbarorũ commixtione puri integriq; sunt Gręci. Neq; eñ miscent nobiscũ Pelopes,aut Cadmii,aut Aegyptii,Danaive,aliiq; ꝑmulti , natura qdẽ barbari,lege solũmodo Gręci,sed ipsi Gręci dũtaxat nulla ꝓrsus infecti barbarorũ cõfusione ꝑseueram⁹. Quę qdẽ puritas odiũ huic ciuitati aduersus genus aliengũ ingenuit.Soli rursus puriq; ex hoc ꝑseuerauimus, q; opus ꝓphanũq; ꝑpetrare noluim⁹,Gręcosq; barbarorũ manib⁹ tradere.Ad hęc igit descẽdẽtes, ex qbus primo superati fuimus,fauẽte deo,felicius q̃ tũc bellũ posuim⁹.Nã retinentes naues,muros, nostrasq; colonias,a bello liberati sum⁹:adeo libẽter & hostes ipsi destiterũt.Viros tñ fortes hoc quoq; in bello amisimus,partim apud Corinthũ regionis asperitate,& angustia interceptos,partim ꝓditione apud Lecheũ ꝓfligatos.Insignes quoq; viri,q & regẽ liberauere,& ex mari Lacedęmonios expulerũt.Quos ego eqdẽ in memoriã vobis reduco.Vos autẽ viros huiusmodi collaudare celebrareq; decet.Atq; opa qdẽ hęc virorũ hic iacentiũ,cęterorũq; oĩm qcũq; ꝓ patria obierũt,q̃ relata sunt, multa sunt,atq; pręclara: sed q̃ restãt,plura admodũ ꝑstãtioraq; sunt.Atq dies multi vix noctesq; sufficerẽt,siqs oĩa cõplecti voluerit.His ergo memoria repetitis,vnũquẽq; virũ oportet natos horũ assidue exhortari,vt tanq̃ in bello maiorũ suorũ ordinẽ seruẽt,neq; ꝑ ignauiã aufugiãt.Equidẽ o virorũ ꝑstantiũ filii,vos ipse & in pręsentia exhortor,& in posterũ quẽcũq; vestrũ nactus fuero admonebo semper,& cohortabor,vt q̃ optimi euadere cõtẽdatis.Nũc quoq; par est vobis referre quę nobis patres vestri finxerũt,mãdarũtq; posteris prędicare siquid paterẽtur,cũ foret ꝑiclitãdũ. Recẽsebo igit vobis in pręsentia quę ex illis ipsis audiui,quęve ipsi nũc vobis,si facultas daretur,libenter præciperẽt.

rũt. Cęteri aũt oẽs pterriti sunt, ac bene secũ agi putãtes si piculũ p̃sens euaderẽt, quieuerũt. Ex hoc intueri licet quãta illorũ virtus fuerit, q in Marathone barbarorũ impetũ sustinuerũt, eorũq; supbiam domuerũt. Primi sane de barbaris triũpharũt, & exemplo reliqs ostenderũt, Persarũ vim haud inexpugnabilẽ esse, immo vero & multitudinẽ omnẽ, & diuitiarũ copiã virtuti parere. Eos equidẽ viros nõ modo nostrorũ corporũ genitores, sed & libertatis tum nostrę, tũ omniũ q in huiusmodi habitãt cõtinenti, auctores arbitror extitisse. His nãq; exẽplis puocati posteriores Gręci in sequẽtibus bellis picula oĩa p salute sua subire nõ dubitarũt, discipuli pfecto illorum qui in Marathone Persas pfligauere. Primã itaq; palmã orõne illis tribuere decet, secundã vero iis q circa Salaminã Artemisiũq; hostes plio nauali vicerũt. Multa nẽpe ab his viris gesta narrare possemus, quãta picula terra mariq; imminentia sustinuerint, deuicerintq;. qđ autem p̃ cæteris egregium puto, nũc referã. Nam qđ restabat post bellũ Marathonicũ, pfecerũt. Siqdẽ q in Marathone certarũt, hoc tãtũ Gręcis demonstrauerũt, q; terrestri pugna pauci qdẽ Gręci multorũ impetũ barbarorũ frãgere possent. Maritima vero victoria adhuc incerta, existimabantq; Persę ĩ maritimis pliis, & multitudine & diuitiis arteq; & robore inexpugnabiles esse. Hoc itaq; in his q tũc nauib⁹ pugnauere, laude dignũ est, q; metũ Gręcis insitũ penitus depulerunt, fecerũtq; ne amplius nauiũ virorũq; numerũ primescerent. Vtrisq; his factũ est, tam in Marathone terra pugnãtibus, q̃ mari postea circa Salaminã, vt reliqui Græci & docerent & puocarent, ab illis quidẽ terra, ab his autem mari, ad plia contra barbaros intrepide committenda. Tertiũ assero qđ in Plateis gestũ est, & numero & virtute, salutis Gręcæ causam extitisse. Cõmune vero id iam Lacedęmoniis, & Atheniẽsibus facinus. Igit̃ oẽs hi Gręci in summis a nobis, & a posteris laudabunt̃. Post hæc multæ insup Gręcorũ vrbes adhuc sub barbaris cõueniebant: Rex aũtẽ minabat̃ Gręcos se iterũ inuasurũ. Decet pfecto illos cõmemorare, qui superiorũ operibus salutis extremam manum imposuerũt, cũ omnẽ ex mari barbariẽ depulissent. hi vero fuerũt q circa Eurymedontem classe pugnarũt, & in Cyprũ militaturi se cõtulerũt: itẽq; in Aegyptum nauigauere, plurimasq; alias terrarũ oras pagrarũt. Horũ meminisse oportet, his gratia est habẽda, q; regẽ pterritũ coegerũt de salute sua cogitare potius q̃ ad Gręcorũ pniciem insidias tẽdere. Atq; id bellũ p oẽs vrbes diffusum fuit, dũ Gręci seipsos oẽsq; linguę eiusdẽ hoĩes aduersus barbaros tutarent̃. Pace vero demũ cõfecta, honorataq; ciuitate, cõtigit ei qđ solet ab hominib⁹ in eos qb⁹ p̃spere res succedũt oriri, primo quidẽ ęmulatio, ab ęmulatione deinde inuidia, quę hãc ciuitatẽ inuitã in bellũ cũ Gręcis gerẽdũ traxit. Post hęc inito bello in Tanagra cõgressi sunt, p libertate Bœotiorũ aduersus Lacedęmonios concertãtes. Cũq; incertus pugnę esset euentus, qđ postea sequutũ est, rẽ ipsam apuit. Pleriq; sane aufugerũt, destituentes Bœotios, qb⁹ auxiliũ allaturi cõuenerãt. Nostri aũt die tertia in Enophitis potiti victoria; eos q iiuste fugerãt, iuste reduxerũt. hi vtiq; primi post bellũ Persicũ Gręcis gr̃a libertatis auxiliati cõtra Gręcos, viri qdẽ pclari, & libertatis auctores his qbus opem tulerãt, his in monumẽtis honorati a ciuitate priores sunt positi. His vero pactis, cũ increbresceret bellũ, Gręciq; oẽs sumptis armis regionẽ deuastarẽt, vrbiq; nõ dignã gratiã redderẽt, eos nostri nauali plio suparũt, & eorũ duces Lacedęmones cõphẽderũt: quos q̃uis iugulare liceret dimiserũt, paceq; firmarũt, existimantes aduersus eiusdẽ generis hoĩes ad victoriã vsq; pugnandũ, neq; ob ppriã ciuitatis indignationẽ Gręcorũ cõmunionẽ penitus dissoluẽdam, sed aduersus barbaros ad necẽ vsq; certandũ. Hos itaq; laudare viros decet, qui hoc bello pacto hic iacẽt, quoniã ostẽderũt inanẽ esse illorũ suspitionẽ, siqui Atheniensium virtuti diffisi opinent̃ in primo cõtra barbaros bello alios quosdã p̃stãtiores Atheniẽsibus extitisse. Hi enim cũ oĩs Gręcia seditionib⁹ agitaret̃, ipsiq; viros cęteris Gręcis p̃stãtiores bello superatos cõphendissent, declarauerũt eos seorsum se vincere, qbuscũ cõmuniter barbaros expugnauerant. Tertium post pacẽ hanc bellũ improuisum & graue exortum est, in quo cũ multi fortesq; viri occubuissent, hic condunt̃. Quorũ multi circa Siciliã plurimis sunt potiti victoriis p salute Leontinorum, qbus iureiurando astricti opem ferebãt, quo fœdere ad ea loca nauigauerãt. Cum vero diuturna esset nauigatio, ac interim rerũ discrimine penuriaq; ciuitas pmeret̃, neq; illis posset succurrere, negatis subsidiis res eorũ haud p̃spere successerũt. Quorũ hostes belloq; aduersarii maiorẽ temperãtię virtutisq; laudẽ q̃ amici aliorũ habent. Multi pterea nauali bello p Hellespontum die vna oẽs aduersariorũ naues ceperunt, plurimasq; alias deuicerunt. Bellũ vero idcirco insperatũ durũq; vocaui, quia nullus existimasset reliquos oẽs Gręcos contra ciuitatẽ tam acerrimo studio cõtentionis accẽdi, vt regem illũ barbarũ infensissimũ quẽ vna nobiscum expulerãt, rursus p legatos ad bellũ Græcis inferẽdũ irritare nõ dubitarẽt, & vniuersos tũ Gręcos, tũ barbaros ad hãc vrbẽ obsidendã colligere. Vbi pcipue potentia virtusq; ciuitatis huius effulsit. Nam cũ existimarẽt eã iã succubuisse, nauesq; obsessæ circa Mitylenen essent, ipsi auxiliũ laturi sexaginta naues ingressi, viri quidem sine cõtrouersia fortes hostes pfligarunt, liberarũt amicos, & in sortem incidentes indignam ex mari vtiq; non aliter recepti hic iacent. Quorum semp cum laude meminisse decet. Nam illorũ virtute nõ mo-

Aemulatio, inuidia, bellũ ex p speris.

Aduersus eiusdẽ generis hoĩes vsq; ad victoriã, aduersus barbaros vsq; ad necẽ pugnãdum.

Ac pfecto quo ad defunctos spectat, heredis, & filii subit conditionẽ: quo ad filios, patris: quo ad parentes cæterosq; huiusmodi, curatoris, omni diligentia semp omibus puidens. Quarum rerum animaduersione quę acciderũt ęquo animo ferre debetis. Nam hoc pacto, & mortuis, & viuentib9 eritis gratiores, facileq; curabitis, & facile curabimini. Nunc vero vos, ac cęteri oẽs qui cõmuniter secundum legem eos qui naturę cesserũt, iam lugubribus expiationib9 psecuti estis, abire. Hic est o Menexene Aspasię Milesię sermo. ME. Per Iouem o Socrates beatam dicis Aspasiam, si cum mulier sit tales potest orationes cõponere. SO. At si minus credis sequere me, dicentẽ ipsam audies. ME. Sæpenumero cum Aspasia fui Socrates, & qualis sit noui. SO. Cur igit eam nõ venerarisř Cur non habes ppter hanc orationẽ illi gratiamř ME. Ingẽtem equidem o Socrates habeo gratiam mulieri huic seu viro, quisquis tibi orationẽ hãc tradidit. Ac p̃ cæteris multis narrãti gratiã habeo. SO. Bene quidem. Sed ne me prodas, vt deinceps multas eius præclarasq; de ciuilibus rebus orationes tibi recenseam. ME. Confide. Non prodam. Referas modo. SO. Fiet vt postulas.

MENEXENI FINIS.

Argumentum Marsilii Ficini Florentini in Dialogum Primum de Republi. vel de Iusto, ad Laurentium Medicem Virum magnanimum.



Vanto oculus pstat manibus, caput pedibus, ratio sensibus, anima corpori, finis omnibus quæ dirigunt ad finem, status motui, æternitas tempori, tanto contemplatiua vita actiuæ pstare videt. Cõtemplatio enim, actionis & principium est, & finis, ducitq; illam p arbitrio atq; sistit, iubens deniq; inferiores motus, externamq; desinere actionem, vt intrinseca stabilisq; actio, liberior tandem possideat. Sic vtiq; ab ipsa contemplatione dei cælestes naturalesq; motus, & actiones omnes tanq̃ a principio ducunt, & reducunt veluti ad finem. Quamobrem Plato noster eo saltem cæteris ciuitatum legumq; conditoribus est excellentior, quo cæteri quidem velut humani ad actionẽ magis ciuitatem instituerunt, ipse vero quasi diuinus actionem ciuitatis omnem tam publicã q̃ priuatam potissimũ pducit ad contemplandũ, ciuitatemq; cõstituit suiipsius anteq̃ orbis dominã, neq; tam multis timendam, q̃ cũctis gẽtibus venerandã, cælestẽ quasi Hierusalem p viribus in terris expressam, in qua sublatis pprię possessionis gratia contentionibus cõmunia sint p ipso iure naturæ omnibus omnia, cõmunis sit copia, firma cõcordia, cũctorũ vna volũtas, ideoq; ad contẽplandũ semp expedita trãquillitas. Cõponit autẽ integrã absolutę Reipu. formã denario librorũ numero numerorũ oĩm integerrimo, numeros tũ intra se numeratos cõtinente, tũ ex se innumeros replicãte. Atq;, vt sępe his in libris pcipue in secũdo declarat, totã disputationẽ de iustitia a nobis inscribi mauult q̃ de Repu. docẽs vt arbitror, rẽ omnẽ actionẽq;, & publicã, & priuatã, nõ ad copiã, nõ ad potẽtiã, non ad victoriã esse, sed ad ipsam iustitiã penitus referẽdã. Quę qdẽ iustitia oĩ sublata pturbatione, expulsisq; cõrẽtionũ impedimẽtis ciues tãdẽ reddit expeditissimos ad verũ inuestigãdũ, deũq; colẽdũ. Eiusmodi vero contẽplationẽ atq; cultũ Plato noster iudicat pcipuũ reipu. finẽ: vt qđ neq; vnus si solus vixerit, neq; plures si simul habitauerint, sine lege efficere possunt, multi saltem ciues communi lege in vnũ ciuitatis cœtũ cõgregati pficiãt. Prętęrea docet nos Timęus, & Critias ante ingẽtẽ terrarũ inũdationẽ Athenas alias extitisse, & apud Gręcos, & apud Aegyptios, similibus inter se legib9 gubernatas, quas dea Pallas cõdidit, educauit, & docuit, eãq; illis tradidit reipu. formã quã in his libris Plato conscribit. In libris vero de Legibus rẽpublicã ex gubernatione Cretẽsi, ex Lacedęmonia, & Attica noua cõponit, ipsamq; cõpositionẽ a deo inchoat legũ omniũ auctore. Verũ vt ad pręsentia redeamus, hãcquoq; rempu. felicibus auspiciis exorditur ab ipsis diuinæ sapientiæ sacris, a seniorũ consuetudine atq; consilio, a religiosa iustitia atq; sanctitate. Ex eo eñ q & vota deo, & sua cuiq; reddẽda dixerat, incipit iã de priuata quadã iustitia disputare, p quã ad publicam opportune suo loco transibit. Tu vero memento in his a Platone significari, absq; diuina humanaq; iustitia, seniorũq; cõsilio, ac sapientiæ diuinę fauore, nõ posse ciuitatẽ vel ab initio constitui psperę, vel cõstitutam feliciter gubernari. Deinceps argumentũ primi libri pstringens, ex plurimis grauibusq; præceptis necessaria quędam excerpam. Moderata iuuẽtus facilẽ efficit senectutẽ, immoderata difficilẽ. Qui corporis obsequit libidinibus pculdubio insanis seruit tyrãnis. Animus in senectute sedatis pturbationibus quas secũ affert iuuentus, segregatus a corpore, diuina ppius & apertius inspicit. Innocẽtia sola optimã in posterũ spẽ animo pbet, vnicũ vitę solamẽ. Vir sanę mẽtis ad id in primis pecunias esse vtiles iudicabit, vt qcqd vel deo vouerit, vel homini pmiserit aliterq; debuerit, impleat, neq; ob paupertatẽ adducat aut mentiri cuiq̃, aut vlla in re defraudare. Pecuniæ nanq; referendæ sunt ad iustitiam, Iustitia vero ad vitę alterius præmium. Sed anteq̃ disputationem de iustitia prosequamur, considerandum moneo singula sub allegoria quadam a Platone disponi. Primo quidem Cephalus senex, i. caput, pbet disputa-

Coniecturã equidẽ ex illis quę quõdã dicebãt efficio. Existimate vero nũc quę referã illos ipsos audire loquẽtes. hũc autẽ in modũ exorsi sunt. Q℞ ex pręclaris parentib⁹ orti estis o filii, præsentia vobis testanť: pfecto cũ nobis liceret turpiter viuere, honeste emori maluim⁹, q̃ vos ceterosq; posteros in famię cuiq̃ subiicere, ac parẽtib⁹ nostris superioribusq; dedecori esse, putãtes homini suos dedecorãti nõ esse viuendũ. ei nãq; neq; in vita, neq; post mortẽ amicũ aliquem esse, vel hoĩm, vel deo℞. Oportet igiť vos verborũ nostro℞ memores, siqd aliud exercetis, cũ virtute exercere, sciẽtes absq; virtute exercitationes & possessiões oẽs turpes malasq; esse. Diuitię nãq; splẽdorẽ afferũt nullũ eas cũ ignauia possidẽti. neq; eñ sibi hic sed alteri parat possidetq; diuitias. Neq; forma corporis atq; robur timido ac prauo cũ insunt, decorẽ pręstãt. Eũ nãq; dedecẽt, notiorẽ efficiũt, ignauiã patefaciũt. Pręterea sciẽtia quęuis remota iustitia aliaq; virtute nõ sapiẽtia sed calliditas esse videť. Quo℞ causa & primo, & postremo atq; p oĩa oĩ studio diligẽtiaq; contẽdite, vt & nos, & maiores nostros virtutis gloria superetis. Alioqn scitote, si vobis virtute pręstemus, victoriã hãc nobis dedec⁹ allaturã. Sin superemur a vobis, felicitatem. Ita vero maxime nos qdẽ superabimur, vos autẽ superabitis, si ea ratione vitã instituetis, vt maiorũ gloria nõ abutamini, neq; eã vt ita dixerim⁹ expẽdatis erogetisq;, sciẽtes viro aliquid esse se existimãti nihil turpius posse accidere, q̃ seipsum honorãdũ nõ ppriã ob virtutẽ, sed propter gloriã superiorũ præbere. Gloria eñ parentũ natis, præclarus est magnificusq; thesaurus. Vti vero pecuniarũ honorũq; thesauro, & hũc ad posteros nõ trãsfundere, pprię possessionis glorięq; defectu, turpe, & a viri generositate penitus alienũ. Si igiť hęc exercueritis, vitæ demũ fatis exactis chari ad nos filii charos parẽtes pficiscemini. Sin autẽ neglexeritis hęc, & improbi euaseritis, nemo vos libẽs excipiet. Natis qdẽ nostris hęc sint dicta: patres aũt nostros, ac matres sicui nostrũ supsunt atq; cõsolatione indigẽt, cõsolari oportet, qa deceat facile quęcũq; acciderint ferre, neq; cũ illis vna deplorãdus est casus. lamẽtationib⁹ eñ aliorũ nõ indigebũt: satis eñ sors tristitię illis inferet. Mederi pfecto lenireq; oportet, & in primis illud cõmemorare, ꝙ maxima eorũ q̃ exoptare solẽt, exaudiẽtes dii iã tribuerũt. Neq; eñ immortales sibi filios dari, sed bonos & illustres optabãt. Cui⁹ qdẽ voti cõpotes effecti sunt, qđ maximũ existimãdũ est bonum. Oĩa vero mortali viro ad votũ in vita succedere, haud facile est. Atq si sortem forti aĩo tolerabũt, videbunť reuera fortiũ filiorũ parẽtes, ipsiq; fortes esse. Sin autẽ dolori succũbẽt, suspitionẽ hoĩbus inferẽt, ne forte aut parẽtes nostri minime sint, aut q nos laudibus efferũt mentianť. At horũ neutrũ euenire oportet, immo vero laudatores nostros re ipsa pcipue illos esse, ostendentes se reuera parẽtes viros esse virorũ. Enimuero vetus illud puerbiũ, Nihil nimis, scite dictũ videť. Nã qui ita se cõparauit, vt ex seipso pendeat oĩa quę ad beatitudinẽ cõferunt, vel q̃proxime ad hoc accedit, neq; ex aliis pendet hominibus, quibus vel bene, vel male agẽtibus, sua quoq; mutari coganť, hic optime vitã instituit, hic tẽperans est, hic fortis, hic prudẽs, hic siue pecunias nanciscať ac filios, siue amittat, puerbio semp parebit. Nũq̃ enim nimis aut lætitia exultabit, aut dolore deiicieť, ppterea ꝙ ipsi pareat. Tales esse & nostros debere iudicamus, & volumus. Atqui & in psentia nos ipsos tales penitus exhibemus haud certe pturbatos, vel nimio metu pteritos, si nunc vita decedere nos oporteat. Oramus quoq; patres nostros, ac matres, vt similiter affecti vitam futuram agant, scientes ꝙ non lamẽtationibus eiulationibusq; maxime nobis gratificabunť: verum siquis est his q defuncti sunt, sensus viuentiũ, ita maxime nobis molesti futuri sunt si seipsos pdiderint, & inique sortẽ tulerint: sin autẽ moderate ac leuiter, nobis summope obsequenť: nostra porro eũ iã finẽ habebunt, qui hominib⁹ est pulcherrimus. Quãobrem collaudãda sunt potius q̃ deflenda. Profecto si vxores nostras filiosq; tuebunť, & nutrient, & his incũbent, ita maxime casus obliuioni mandabũt, pulchriusve & recti⁹ nobisq; gratius vitã agent. Hęc igiť nostro nomine nostris pdicare sufficiet. Ciuitati vero mandamus, vt parentum nostrorũ filiorũq; curam habeat, & hos quidem honeste erudiat, illorum senium digne foueat. Cognouimus certe vos etiã si hęc minime pcepe rimus, optime curaturos. Hęc igiť o filii defuncto℞ atq; parentes, vt moneremus illi mandarũt: ego vero quantũ possum diligẽtissime moneo, eorũq; noĩe obsecro: iuniores quidem, vt pclaras suo℞ res imitenť: seniores autẽ, vt de se optime sperẽt. Nempe senectutẽ vestrã priuatim publiceq; alemus, & quęcunq; ex illorũ pgenie nacti fuerimus, summa beneuolẽtia complectemur. Ciuitatis vero puidentiam ipsi minime ignoratis, quę statutis legibus, parẽtes, & filios eo℞ qui in bello interiere, tutať, & ante alios ciues summo magistratui taliũ cõmittit curã, ne vlla prsus iniuria parentes horũ afficiãtur. Filios aũt educat ipsa, studetq; vt illis ignota sit orbitas. Nã ipsa parentis gerit vicẽ & dũ pueri sunt, & cũ ad maturã ętatẽ venerũt, ad officia sua transmittit, omni armatura fulcit & ornat, patris studia ostẽdit, & memorat, dũ paternę virtutis tribuit instrumẽta. Ac simul auspicii gratia iubet tũc primũ domũ paternã ingredi filiũ quasi imperaturũ, & armis cũ robore fulctũ. Eos pterea q decesserũt e vita, honorat, cerimonias quotãnis lege decretas cõmuniter cũctis instaurãs, quę priuatim vnicuiq; pprię pagi solẽt. Gymnica itẽ certamina equestriaq; instituit, musicæq; ludos varios adhibet.

vtilitatem cõmuniter nanciſcunt̃ oẽs artifices, patet ꝙ cõmuni quodã vno eodeꝗ vtentes,ex eo vtili tatẽ huiuſmodi nanciſcunt̃.THRA.Videt̃.SO.Dicimus autẽ artifices mercedẽ accipientes,vtilitatẽ cõſequi ex eo ꝙ mercenaria arte vtunt̃. THRA.Quid tum?SO.Nõ igit̃ a ſua arte cuiꝗ vtilitas hæc ſcilicet pręmii acceptio ꝓuenit.Sed ſi volumus diligẽter inquirere,medicina quidẽ ſanitatẽ parit,mer cenaria quęſtũ,& architectura ædificiũ,quęſtuaria vero hãc ſecuta,mercedẽ,& reliquæ oẽs ſimiliter. Suum porro quęꝗ opus ꝑficit,& confert illi ad qđ eſt inuẽta.Si autẽ præmiũ ipſi nullũ detur,num artifex vtilitatẽ ab arte aliquã accipit? THRA.Nullã.SO. An igitur neꝗ etiã prodeſt tunc cũ gratis operat̃?THRA.Ego quidẽ exiſtimo.SO.Nonne igitur o Thraſymache ſicut iam manifeſtũ eſt,nulla ars nulluſꝗ magiſtratus ſibi qdẽ vtilitatẽ parit,ſed queadmodũ in ſuperioribus dicebamus,qđ ſubie cto confert,paret,& imperat,inferioris illius cõmodum ſemp non ſuperioris inſpiciens? Ob hęc itaꝗ ego nuper o chare Thraſymache dicebam,neminẽ volentẽ imperium ſuſcipere,& alienorum malorũ vltro emendationẽ aggredi,ſed præmiũ quęrere.qm̃ qui ex arte recte acturus ſit nunq̃ in ſuũ agit cõ modum,ſecundũ ipſius artis imperiũ,ſed ad inferioris vtilitatẽ.Quãobrem vt videtur, pręmiũ ponẽ dum eſt iis,qui libenter gubernaturi ſint,ſeu argentũ,ſiue honor,ſiue pœna, niſi imperium capiant. GLAV.Quomodo iſtud ais o Socrates?Equidẽ duo pręmia noui,mulctã vero quã dicas,& quomo do in mercedis parte ponas,non noui.SO.Ergo optimorꝫ pręmiũ ignoras cuius gratia imperãt opti mi viri,quotiẽs admittũt imperium?An te latet & ambitioſum eſſe & auarum ꝓbro haberi atꝗ eſſe? GLAV.Noui equidẽ.SO.Hac ergo de cauſa,neꝗ pecunia,neꝗ honore ducti,boni hoĩes ĩperare vo lunt.Neꝗ em̃ aperte pecuniã magiſtratus pręmiũ accipientes,mercenarii vocari volunt: neꝗ clancu lum,fures.Neꝗ rurſus honoris cauſa.Nõ em̃ ambitioſi ſunt. Oportet igitur neceſſitatẽ illis imponi & mulctã,ſi impellẽdi ſunt vt velint magiſtratũ accipere. Quãobrẽ videtur turpe haberi,vt qs ſpon te ad imperandũ accedat,neꝗ expectet neceſſitatẽ.Maxima vero mulctarũ eſt, adminiſtrationi malo rum ſubiici,niſi ipſe acceperit reipublicæ gubernaculũ.Hanc vtiꝗ pœnam timẽtes,magiſtratus cape re probi homines mihi vident̃,ſiquãdo capiũt:& tunc ad eos accedunt,non tanq̃ ad bonũ aliqđ,neꝗ tanq̃ ex his voluptatem aliquã capientes,ſed tanq̃ ad rem neceſſariam,cũ neꝗ melioribus, neꝗ ſimili bus ſe cõmittere valeãt.Quippe ſi bonorũ virorũ extaret ciuitas,in ea vt arbitror haud aliter non im perandi gratia pugnaret̃,q̃ nunc certetur imperandi cupiditate,ibiꝗ pateret,reuera legitimũ princi pem non ſuiipſius ſed eius qui ſub ipſo eſt,cõmoditatem reſpicere.Quare vnuſquiſꝗ qui non amens ſit,potius eliget aliũ ſibi prodeſſe,q̃ dũ aliis ipſe cõſulit,ſeſe negotiis implicare.Hoc igitur ego Thra ſymacho nullo pacto concedo,iuſtum quidẽ eſſe,potentioris vtilitatẽ.Verum hoc deinceps conſide rãdũ, multo autẽ mihi maius videtur eſſe qđ nũc Thraſymachus dicit, cum iniuſti vitam meliorẽ vita iuſti eſſe affirmet.Tu itaꝗ o Glauco vtrũ iſtorum tanq̃ verius eligis?GLAV.Iuſti vitam potio rem exiſtimo.SO.Audiſti quot paulo ante iniuſtę vitę bona Thraſymachus numerabat?GLAV.Au diui equidẽ.Non tamẽ aſſentior.SO.Vis ne illi monſtremus ſiquo modo poſſumus, vera eum mini me dicere?GLAV.Quid ni velim?SO.Si orationẽ cõtrariam orationi illius obiicientes, quaſi cõpara tione quadam propoſita,enumeremus quot inſuper bona qui iuſtus ſit cõſequatur,ac ille rurſus con ferat ſua,oportebit vt tertius aliquis enumeret iterũ metiaturꝗ bona, quotcũꝗ vtriꝗ in vtroꝗ col legimus.atꝗ ita iudicibus quibuſdã altercationẽ hanc dirimentibus opus erit. Sin autẽ quemadmo dum nuper cœpimus,alternis conceſſionibus adductis in mediũ rem ipſam diſcutiamus,oratores ipſi nos ſimul & iudices erimus.GLAV.Sic eſt omnino.SO.Vter tibi modus magis placet?GLAV.Iſte. SO.Age igitur o Thraſymache,reſpõde nobis a principio.Affirmas tu quidẽ extremã iniuſtitiam ex trema iuſtitia vtiliorẽ eſſe?THRA.Affirmo equidẽ,& rationẽ attuli.SO.Quid ad hoc? Nũquid iſto rum vnũ virtutẽ,alterũ vitium vocas?THRA.Quid ni?SO.Nonne iuſtitiã quidẽ virtutem,iniuſti tiam autẽ vitium?THRA.An iſtud fateri vir lepide mihi conuenit,qui iniuſtitiã prodeſſe dicam, iu ſtitiam minime?SO.Quid ergo?THRA. Contrariũ. SO.An forte iuſtitiã vitiũ appellabis? THRA. Non,ſed valde generoſam ſtultitiã.SO.Iniuſtitiã ergo neqtiã vocas?THRA. Ne iſtuc quidẽ.At bo num conſiliũ ſagacitatemꝗ. SO.Num iniuſti viri Thraſymache prudẽtes ac boni eſſe tibi videntur? THRA.Quicũꝗ videlicet ciuitates iniuria afficere poſſunt,& nationes ſibi ſubiicere. Tu autem me fortaſſe loqui putas de his,qui loculos clanculũ ſurripuerint.proſunt & hæc quidẽ,ſi lateant,ſed æſti matione digna non ſunt.Immo quę paulo ante dicebã,plurimi facienda.SO.Equidẽ qđ vis intelligo. Sed admodum miror,ſi in parte virtutis & ſapientiæ iniuſtitiã ponas, in contrariis vero iuſtitiam. THRA.Oĩno ſic pono.SO.Durius hoc iam o amice,neꝗ amplius inuentu facile quod quis dicat.Si enim cõducere quidẽ iniuſtitiam poſuiſſes,vitium tamẽ vel turpe quoddã eſſe ipſam confeſſus eſſes, queadmodum alii quidam,aliquid ad hæc ſecundũ ea quæ exiſtimãtur dicere poſſemus. Nunc autẽ perſpicuum eſt dicturũ eſſe te,& pulchrum & robuſtũ quiddam iniuſtitiam eſſe, cæteraꝗ illi daturũ omnia,quę nos iuſtitię tribuimus:quandoquidem & in virtute,& in ſapientia ponere eam non dubi

Alia falſa iuſtitię definitio.

Cõfutatio eius definitionis.

auidiores hoīes incōtinētesq; rapiūt semp quodcūq; in cōuiuio supfertur, gustātq; illud anteq̄ prioribus dapibus satis vescātur, ita & ipse vt mihi videor, prius q̄ inuenirē qđ principio fuit ꝓpositum, quid ipm videlicet iustū sit, eo ꝑtermisso ad cōsiderandū me contuli, vtrū prauitas sit & inscitia, siue sapiētia virtusq;. Ac postremo incidēte oratione illa q̄ asserebat conducibiliorē iniustitiā esse q̄ iustitiam, nō me continui, quin ab illo ad hoc descēderē. Quapropter mihi in ꝑsentia ex hac disputatione cōtingit, vt nihil norim. Quando enim iustū quid sit ignoro, nullo pacto sciam virtus ne sit an contra: atq; vtrum qui id possidet, beatus sit vel non beatus.

FINIS DIALOGI PRIMI.

Argumentum Marsilii in Secundum Dialogum de Iusto.




Ecundus Dialogus a trina exordit̄ diuisione bonorū. Bonū ꝑfecto idē est atq; expetendū. Expetimus autē aliqd sui ipsius gratia tantū, vt voluptates & gaudiū. Aliqd alterius solū gratia, qualia q̄cunq; laboriosa sunt. Aliqd & gratia sui, & alioꝝ q̄ inde sequunt̄. ceu cognitionē ac prosperā valetudinē. Iustitiā vero dicit cū alioꝝ ex ea sequentiū, tū vel maxime suiipsius gratia expetēdā. Sed anteq̄ de iustitia ꝑfecte quicq̄ definiat̄, Glauco quę ꝑtermissa sunt a Thrasymacho ꝓ iiustitię patrocinio copiosius elegantiusq; ꝓsequit̄. adde & modestius. Ait em̄, nō quia ita sentiat, sed vt ꝓuocet Socratē ad iustitiā acrius defendendā, iniustitiā se laudaturū. Similia quędā habemus & in Gorgia. Post eū Adimantus & primū ꝓ iustitia verba facit, ꝑmia illi & humana tribuēs & diuina. vbi notabis religiosa quędā mysteria poetarū. Deinde nōnulla ꝓ iniustitia adducit ī mediū, ꝑsonā videlicet & Socratis & Thrasymachi referēs, addēs etiā se nō iustitiā vituperare velle, sed quodāmodo Socratē irritare. Optat aūt laudes audire iustitię, quę non ab externis, sed ab intrinseca iustitię natura ducant̄, quales afferri ab aliis nō cōsueuerit. Tu vero aīaduerte nō temere Platonē multa hic rursus ad poetas sacerdotesq; ꝑtinētia posuisse. ostēdit em̄ ī his sępe a poetis, sępius a malis sacerdotib⁹ peccādi licētiā ꝑuenire. Vbi gētiū supstitiōes irridet. Pręterea haud ab re ī his libris oīm sibi charissimis charissimas sibi ꝑsonas īseruisse Glauconē Adimātūq; fratres ei⁹, patrēq; Aristonē. Rursus Socratē nihil ī oī eius vita ꝓpēsius cōtēplatū, q̄ seclusis externis affectib⁹, qdnā sit, qdve faciat virt⁹ ipa, vitiūq; ī aīo. Qđ qdē & spōte & ꝓuocatus deīceps de iustitia & iiustitia demōstrabit. Sed ego hic iiuste nimiū ꝑtermisi mirū illud iustitiæ pręmiū ex Musęi mēte adductū, ꝑpetuā inquā ebrietatē. Qđ qdē Musęus accepit ab Orpheo, idipm ꝑ Dionysii sacra significāte. Hoc illi ꝓphetico sile, Inebriabor ab vbertate dom⁹ tuę. Ebrietas ergo fit duplex. Altera qdē sub luna, letheo īducta potu: ꝑ quā aīa extra se posita & īfra se posita obliuiscit̄ diuinoꝝ circa terrena delirās. Altera vero sup lunā nectarea ꝑueniēs potiōe, ꝑ quā anim⁹ extra se posit⁹, supra se positus morboꝝ mortaliū obliuiscit̄, suspiciēsq; diuina q̄si primo illoꝝ splēdore caligat, siue poti⁹ saporē gustās nouo quodā calore e priori habitu ꝑmutat̄. Mox vero ꝑspicue cernit gustatq; salubriter, imo vero nutrit̄. Profecto idea diuina ꝑ quā factus est anim⁹, redeūti illabit̄ aīo, ceu gustui sapor. Ab eo primū suauiter siqd alienū ē diluit. Deīde penitus īplet, magisq; īplēdo delectat. Tertio redigit ī seipsam īęstimabili voluptate ꝑfundēs. Vbi anim⁹ ex aīa primū fact⁹ est ītellect⁹, ex ītellectu deniq; de⁹. Neq; vlteri⁹ sicut pri⁹ sapit, neq; q̄ pri⁹, sed sapit aliter atq; alia. Et quēadmodū apđ nos imaginatio vehemēs mouet formatq; corp⁹, ita & ibi corp⁹ subiectū aīę sensusq; ei⁹ a potētissima cogitatiōe mētis mouet̄ ꝑtin⁹ & format̄, adeo vt ineffabili dulcedine mentis mirabiliter & sensus dulcescat & corp⁹. Sed iā ad iustitiā reuertamur. Hāc Socrates tāq̄ disputatiōis suę finē atq; obiectū, ꝑ singula quęrēs, q̄a difficile īueniret̄ ī aīo, prius q̄rit ī ciuitate, tāq̄ ī ea manifestiorē futurā, vt ꝑ hāc demū, animi iustitiā manifeste definiat. Vt autē iustitiā ī ciuitate cōsiderare queat, cōstituit ab initio ciuitatē, dicēs primo q̄ sit ei⁹ origo. s. indigētia mutua. deinde q̄ materia. s. res artesq; necessarię. postremo, qua forma, videlicet regula victus, legitimaq; gubernatio. Et videto quātū laudet vitā sobriā, quātū vituꝑet delicatā atq; luxuriosam. Illa qdē sana atq; sufficiēs, hęc aūt īsana & indigēs plurimoꝝ. Deniq; cū ob hāc nascat̄ bellū, op⁹ ē ī eiusmodi ciuitate militib⁹. quapropter ad diligētē militaris artis īstitutionē descēdēs, quot necessaria sint militi strenuo & custodi patrię, accurate ꝑsequit̄. In oīb⁹ vero memēto, neminē ad diuersa aptissimū nasci posse. Ideoq; nullū diuersas artes exercere debere. Præsertim cū ex alteri⁹ ope, opus īpediat̄ alteri⁹. Oportere & vnūquēq; artē suā statim a puero & ꝑ oēm vitā cōtinue exercere. Pręterea militē patrię custodē talē & nasci & educari debere, vt canū instar & erga notos sit mitis, & aduersus ignotos ferox sempq; vigil & sagax. Proinde asserit Socrates pricipiū cuiuslibet opis maximū qddā eē, ī tenera ꝑsertim ętate facile vtriq; formabili. Idcirco futuros milites a teneris vnguiculis & scđm animū primo ꝑ musicā, & scđm corpus deinde ꝑ gymnasticā rite format, sub musica cōprehēdēs fabulas quoq; poeticas. Quas ꝑcipit assidue pueroꝝ aurib⁹ adhibere. Sed tales solū, quales ad militare studiū q̄si ꝑludia qdā & ꝓuocēt & erudiāt. Similiterq; cęteros his a pueritia fabulis iubet assuefieri, q̄ studio potissimū futuro cōducāt. Cōtrarias vero lōgius arcet. Id vero maxie

nitatē aliquā vel exercitū,seu latrones,siue fures,vel aliū quēuis cœtū hoīm iniuste aliqd vna aggredientiū,pficere posse qcq̄,si iniuria inuicē se affecerint? THRA.Nequaq̄.SO.Quid autē si ab iniuria abstinuerint?Nōne magis?THRA.Prorsus. SO.Seditiões nāq; Thrasymache iniustitia, inimicitias, contētionesq; parit:Iustitia vero cōcordiā & amicitiā. Nōne? THRA.Esto,ne a te dissentiamus.SO. Bene agis vir optime.Sed mihi & hoc dicito.Si hoc iiustitiæ opus est,vbicūq; īsit odiū gignere,nōne inter liberos & seruos si fuerit,efficiet vt inuicē odia atq; cōtentiones exerceāt?nulloq; pacto possint aliqd ex cōmuni cōcordia facere?THRA.Oīno.SO.Quid aūt?Si inter duos hęc insit,nōne dissentiēt inter se,insequētürq; odiis,& inimici erūt & sibi & iustis?THRA.Erūt sane. SO.Sinautē in vno insit o mirifice vir iniustitia,nōne ipsius potētiā dissipabit? Vel nihil minus habebit? THRA.Nihil min⁹ habeat.SO.Nōne talē aliquā vim habere videt,vt cuicūq; insit,siue ciuitati,siue genti,siue exercitui, siue alteri cuilibet,primo qdē īpotēs reddat id cui inest aliqd secū agēdi, ppter dissensionē atq; discordiā:deinde inimicū efficiat ipm & sibi,& cōtrario cuilibet,atq; iusto?Nōne ita?SO.Ita.Atq & in vno si fuerit,hæc eadē faciet oīa q̄ ad naturā suā sequunt.Primū quidē impotentē agēdi eū reddet,cū secū ipe dissentiat,neq; sibimet cōstet.Deinde & sibi & iustis faciet īimicū.An nō? THRA.Certe.SO.Iusti aūt o amice sunt & dei.THRA.Sint.SO.Ergo deis inimicus erit Thrasymache vir iiustus, iust⁹ aūt amicus.THRA.Explere Socrates p libidine,orationis epulo.Nō.n.tibi aduersabor,ne istos mihi īfensos reddā.SO.Age itaq; reliqua cōuiuii adhibe,quēadmodū paulo ante respōdēs. Cōstat pfecto sapiētiores,meliores,potētioresq; ad agendū,iustos esse:iniustos aūt ne inuicē quidē tractare quicq̄ posse. Verū qđ dicimus validissime,in cōmune simul aliqd cōficere illos posse q oīno iniusti sunt,haud oīno verū est.Nō eñ abstinerēt iuicē ab iniuria,si psus iniusti essent. Sed liquet ī ipsis esse iustitiā quādā, quę ipsos ita afficiat vt se inuicē lædere nolint simul atq; alios,p quā agunt q̄cūq; agūt.Impulsi autē sunt ad iniuste agēdū,iniustitia,cū semimali essent.Nā q ad summū nequitię & iniustitię puenerūt, pficere oīno nihil possunt.Hęc quidē q ita se habeāt,nō autē vt tu supra ponebas,itelligo. Vtrū aūt & melius viuāt iusti q̄ iniusti,& feliciores sint,qđ quidē postea cōsiderare pposueramus,cōsiderādū est. Et vt mihi quidē videt,hoc ex his q̄ dixim⁹,sequit.Sed tamē melius cōsiderādū. Nō eñ de re quadā vili spernēdaq;,sed quonā modo viuēdū sit,habet oratio.THRA.Cōsidera iā.SO.Ecce cōsidero. Dic igitur,opus ne equi tibi aliqd esse videt?THRA.Mihi quidē. SO.Num hoc qdē diceres & equi & alterius cuiuslibet opus,qđ vel solo illo vel maxime quis expleret?THRA.Haud intelligo.SO.Attēde, sic forte intelliges.Alia ne re q̄ oculis vides?THRA.Minime.SO.Quid vero?alia ne audires q̄ auribus?THRA.Nequaq̄.SO.Ergo hęc horū opera recte dicerem⁹. THRA.Recte. SO.Posses ne gladio & scalpello & multis aliis vitis palmites amputare?THRA.Quid ni?SO.Verūtamen nō ita cōmode vt falce ad vsum hunc fabricata.THRA. Est vt dicis. SO.Ergo nonne hoc istius opus esse dicemus? THRA.Dicemus profecto.SO.Existimo melius te nūc tenere,quę paulo ante dicebā, cū interrogarē an id cuiusq; opus esset,qđ vel solo illo vel melius q̄ cęteris efficit.THRA.Intelligo iā. Idq; mihi cuiusq; opus esse videt.SO.Nōne & virtus tibi esse cuiq; videt,cui aliquod opus adscribitur? Reuertamur igit ad priora.Oculorū dicimus esse opus aliquod?THRA.Certe. SO.Ergo nōne & virtus oculorum est?THRA.Et virtus.SO.Et auriū opus?THRA.Et aurium. SO.Est ergo & virtus.THRA. Est.SO.Nōne de reliquis oībus eodē modo dicendū?THRA.Eodē. SO.Nūquid oculi opus suū pulchre aliquādo exercerēt,virtutē ppriā nō habētes,sed pro virtute vitiū?THRA.At quomodo? Cęcitatē nāq; fortasse p visu dicis.SO.Quæcūq; illorū sit virtus.nā ad pręsens nō id quæro, sed vtrū propria virtute recte suū opus exerceāt,vitio vero nō recte.THRA. Vera loqueris. SO.Nonne & aures sua priuatę virtute male suū opus exercebūt?THRA.Male.SO.Idem ne sentimus de reliquis oībus? THRA.Idē.SO.Age & hęc pręterea cōtemplare.Est ne aīæ aliquod opus,qđ nulla re alia faceres,veluti curare,imperare,cōsulere,& alia generis eiusdē?Nūquid hæc alteri rei q̄ animę iure tribuere possemus,diceremusq; ipsius ppria esse?THRA.Nulli alteri.SO.Quid autem ipsum viuere?An nō animę opus esse dicemus?THRA.Maxime.SO.An non & virtutē quandā animæ esse dicimus?THRA. Dicimus.SO.Nunquid anima quādoq; o Thrasymache propria virtute priuata opera sua bene explebit?Vel nullo modo poterit?THRA.Non poterit.SO.Necesse est igitur malam animam male imperare atq; curare,bonā vero hęc oīa bene facere.THRA.Necesse.SO.Cōcessimus ne virtutē animæ iustitiā esse,iniustitiā vitiū?THRA.Cōcessimus.SO.Iusta ergo oīa iustusq; vir bene viuet: Iniustus autē male.THRA.Ita secundū rationē tuā apparet.SO.Qui autē bene viuit, beatus est & felix. Qui male,contra.THRA.Quid ni?SO.Igitur iustus felix est,iniustus miser.THRA.Sint. SO.At miserū esse nō prodest.prodest autē esse felicem.THRA.Proculdubio.SO.Nunq̄ igitur o beate Thrasymache conducibilius erit iniustitia q̄ iustitia.THRA.His epulis crassatus fueris in Dionysiis o Socrates.SO. Apud te quidem comedi Thrasymache, postq̄ mitior mihi effectus es,difficilisq; esse cessasti. Non tamen abunde vesci contigit,atq; id mea quidē causa potius q̄ tua.Nam quēadmodū epularum

geremus:si vtrique licentiã largiremur quodcunque liberet agendi,& iusto pariter & iniusto:deinde pone sequeremur,explorãtes quo rapiat vtrũque libido:inueniremus profecto iustum plus habẽdi auiditate compulsum ad eadẽ se atque iniustũ conferre.Hoc siquidẽ natura omnis vt bonũ expetit, lege autẽ ac vi ad æqualitatẽ seruãdã ducit.Erit aũt licẽtia ista quã dico talis istis si detur,qualẽ aliqñ ferũt fuisse Gygę Lydi pgenitori.fuisse eñ ipm ferũt mercenariũ pastorẽ eius q tũc Lydis imperabat.Magna aũt imbrium tẽpestate exorta,motaque terra,ferũt terrã hiatũ fecisse i ea regione,vbi ille armẽta pascebat. Quæ cũ vidisset,mirabũdus in hiatũ descẽdit,conspexitque & alia q̃ fabulant miranda,& equũ æneum concauũ,& per fenestrã cadauer in aluo equi animaduertit,maius quidẽ humana forma.hoc nihil habebat aliud pter aureũ digito anulũ. Quo sublato abiit, ac paulo post ad pastoralẽ peruenit cõuẽtũ, in quo legatus de rebus peculii ad regẽ p singulos mẽses referẽdis creãdus erat, iuxtaque alios assedit. Acciditque vt cũ forte gẽmã itrorsum ad manũ verteret anuli quẽ a cadauere arripuerat, subito a nullo cõspiceret,aliique de illo tãq̃ absente loqrent.Admiratus ergo,gẽmã rursus extrorsum cõuertit.quo facto,rursus apparuit. Hoc ille animaduertẽs,diligẽtius periculũ fecit vtrũ hãc anulus vim haberet: atque ita illi cõpertũ fuit,q versa ad se gẽma a nemine videret:versa autẽ ad alios, conspicuus fieret. Qđ qdẽ expertus,curauit vt legatus ad regẽ vna cũ aliis mitteret, profectusque vxorẽ eius stuprauit, & de rege interficiẽdo cũ ea consiliũ iniit,quo cęso regnũ assumpsit.Si igit duo tales anuli essent, alterũque iustus,iniustus alterũ possideret ac ferret,nullus profecto esset,vt videt,adeo admantinus, vt in ipsa iustitia pmaneret,& ab alienis abstinere vellet, cũ liceret illi ex foro intrepide quodcũque vellet arripere,ingredique alienas domos,& clanculũ p libidine cuique cõgredi,& p arbitrio quẽlibet interficere, & ex carcere soluere,& alia quasi par deo sit inter hoĩes p arbitrio facere. Hæc igit cũ vterque faceret, nequaq̃ alter ab altero in agẽdo differret,sed ambo eodẽ tẽderẽt.Quæ qdẽ maxima apud oẽs esse potest coniectura,neminẽ volentẽ,immo inuitũ esse iustũ,quasi id secudũ se,& priuatim non sit bonum. Quoniã vbicũque iniuste agere qsque se posse cõfidit,agit ptinus.pdesse eñ qsque priuatim multo magis existimat iniustitiã q̃ iustitiã: recteque sentit quisqs ita iudicat , vt sermonis huius perhibẽt auctores. Qz siqs huiusmodi facultatẽ nactus,velit ab iniustitia abstinere, neque aliena tãgat, infelicissimus oĩm & stolidissimus apud eos q hoc aduerterẽt,putaret.laudarent tñ illũ palã vicissim se decipiẽtes, quia maxime timẽt ne afficiant iniuria.Atque hęc qdẽ ita sint dicta.Vitã verò vtriusque,iusti videlicet & iniusti,ita plane diiudicabim⁹,si iustissimũ virũ seorsum & iniustissimũ distiguem⁹,aliter vero nequaq̃. Sit autẽ hęc discretio talis,vt nihil auferamus iniustitię ab iniusto,neque quicq̃ ab iusto iustitię,sed perfectũ vtrũque in suo studio ponamus. Primũ igit iniustus tãq̃ optimi artifices faciat.videlicet quẽadmodũ gubernator summus vel medicus;quę in arte sua confici possunt,& q̃ nõ possunt,sentit:& illa quidẽ aggredit,ista relinquit,& siqua pterea in re peccauerit corrigere potest:ita & iniustus recte iniurias aggrediẽs,lateat,si maxime iniustus futurus est.Sin aũt dephẽsus fuerit,iners existimãdus est. Extrema enim iniustitia est,iustũ videri eũ q nõ sit iustus. Danda est igitur iniustissimo extrema iniustitia,neque auferẽda:sed pmittẽdũ,vt is q iiuste multa patrauit,apud oẽs iusti habeat opinionẽ,& si qua in re peccarit,corrigere possit,sitque ad psuadendũ idoneus siqđ de ipsa mali facinoris nũciatur,& ad vim si opus fuerit inferẽdã,fortitudine & robore,opũque & amicoꝝ copia.Cũ hũc talẽ finxerimus, iuxta ipsum virũ ponamus iustũ,simplicẽ hominẽ & ingenuũ,q secũdũ Aeschylum nõ videri,sed esse bonus studeat.Remouẽda quippe ab eo iustitiæ omnis opinio,ne iustus cuiq̃ videat.Si eñ videbitur iustus esse,aderũt sibi honores & pmia.Incertũ igit erit,iusti ne,an honoꝝ munerũque gratia talis sit. Priuandus itaque rebus oĩbus pterq̃ iustitia, atque ita ponẽdus, vt superiori cõtrariũ sit: cũ nihil agat iniuste iniustissim⁹ esse credat,vt quasi quodã examine ad iustitiã sit probatus, ex eo q nec infamia, nec his rebus quę eã sequũtur,a proposito suo dimoueat,sed vsque ad mortẽ immobilis pseueret,dũ p omnẽ vitã iniustus existimatur,est tñ iustus: vt cũ vtrique ad extremũ puenerint,hic qdẽ iustitiæ,ille autẽ iniustitię,iudicet vter eoꝝ sit beatior.SO.Papę,q̃ vehemẽter o amice Glauco,vtrũque virũ quasi statuã quãdã in iudiciũ manifestũ inducis.GLAV.Qz maxime possum. Cũ ergo talis vterque sit,nihil iam,vt arbitror,difficile narratu est,qualis vtrũque vita expectet . Dicẽdum igitur.q si asperius aliqđ dicat,ne existima me Socrates hęc dicere,sed eos q prę iustitia iniustitiã laudant.Dicẽt eñ q ita affectus iustus cędetur,torquebitur,& vincula patiet.Eruent illi oculi,atque demũ oĩa mala perpessus suspendetur,atque cognoscet nõ esse,sed videri iustũ concupiscẽdũ esse.Aeschyli autẽ carmen rectius intelligi poterat de iniusto.Dicẽt profecto iniustũ vtpote veritati consona sectantẽ,neque ad opinionem hominũ viuentẽ,appetere qdẽ nõ videri,sed esse iniustũ,profundũ sane sulcum & frugiferum, mẽtẽ habẽtem,ex quo gloriosa germinent consilia.Primũ quidem magistratus capere in sua ciuitate, cum iustus appareat: deinde quam velit vxorem ducere,& suas cui velit locare, cum quibuslibet cõgredi cõmunicareque,atque ad hæc omnia vtilitatem capere questũ facientẽ,cũ inferre iniuriã minime vereat: in certaminibus tum publicis obliuisci,tũ priuatis superiorem euadere,plusque emolumenti q̃ aduer-

mum est preceptũ.Detestat̃ mox poeticã impietatẽ turpia de diis fingẽtẽ.Atq; eiusmodi audiri fabulas phibet.Subiũgit geminas theologię figuras.Primã.Deũ oĩno bonum esse,bonorũq; dũtaxat causam.Mali vero nullius causam esse Deũ.Itẽ siquẽ Deus punit,punire gratia boni.Secundã vero,Deũ esse penitus immutabilẽ,ex eo q̃ simplicissimus,potẽtissimus,optimus,sapientissimus.Quo fit vt neget deũ aliquando quẽq̃ fallere,vel fictis simulacris,vel signis atq; verbis.Neq; eñ in varias mutatur formas,neq; cũ non mutetur simulat permutari.Conclude librũ aurea quadã sententia.Mendaciũ maxime omniũ & diis & hoĩbus est odiosum.Q2 si mendaciũ in sermone odiosum est,idq; simulacrum est mendacii ipsius qđ est in animo,nimirũ mendaciũ qđ in animo est,& diis & hoĩbus est admodum odiosum.Eiusmodi vero mendaciũ est ignorantia,per quã circa rerũ veritatẽ sibimet animus ipse mẽtitur.Qm̃ vero veritas ad id qđ esse dicitur spectat,ideoq; falsum ad nõ esse declinat,merito mendax quatenus in falsum labitur,eatenus in nihilum quoq; prolabitur.

SECVNDVS DIALOGVS DE REPVBLICA. SO.



AEC cũ dixissem,a disputatione liberatũ me esse putabã,verũ hoc procemiũ fuit.Glauco eñ & semp alias vir certe ad oĩa fortissimus,& tunc quidẽ Thrasymachi tanq̃ defatigati concessionẽ nõ suscepit,sed dixit.O Socrates,vtrum nobis persuasisse videri cupis,an reuera persuadere,q̃ oĩno pstet iustum esse q̃ iniustũ? SO.Ego quidem,si in mea optione esset,reuera persuadere mallem. GLAV.Minime facis qđ vis.Dic porro.videt̃ ne tibi hmõi aliquid esse bonũ,qđ quidẽ eligeremus,haud certe quę ex eo sequant̃ cupientes,sed ipsum gratia ipsius amantes?quẽadmodũ gaudere,& voluptates quęcũq; sine nocumento sunt,& quę in posterũ nihil pter gaudiũ allaturæ sint eas habenti.SO.Mihi sane videt̃ esse aliquid tale.GLAV.Quid autem?est ne aliquid qđ & ipsum gratia ipsius & eorũ quę ab eo fluunt,amemus?Quemadmodũ sapere,videre,valere.hæc.n.hmõi propter vtrũq; eligimus.SO.Certe.GLAV.Tertiũ aũt aliqđ vides gen⁹ boni,in quo est exerceri,male valentem curari,medicationẽq; & pecuniariã exercere?Hæc vtiq; laboriosa fatemur esse,prodesse autẽ nobis.Et ipsa quidẽ sui gratia nunq̃ expeteremus,sed quęstus & aliorũ q̃ ab eis pficiscunt̃ gratia.SO.Est hoc plane genus tertiũ.Quid tum?GLAV.In quonã istorũ iustitiã ponis? SO.Mea quidẽ sententia in pulcherrimo,qđ tam propter seipsum q̃ propter ea quę efficit,ab eo qui beatus sit futurus,expetitur.GLAV.Haud ita multis videt̃,sed laboriosi generis esse,qđ quidẽ propter pmia & honores & gloriã sit expetendũ,propter seipsum autẽ tãq̃ difficile fugiendũ.SO.Noui equidẽ istuc multis videri.quocirca iãpridẽ a Thrasymacho quasi tale quiddã sit,vituperat̃,Iniustitia vero laudat̃.sed ego hebes sum,vt videor.GLAV.Age itaq; & me audi,si tibi quoq; hæc videant̃.Thrasymachus nempe priusq̃ oporteret tanq̃ serpens carminibus delinitus abs te fuisse videt̃.Mihi autẽ nondũ ex sententia demonstratio vtriusq; euenit.Cupio.n.audire quid sit vtrũq;,& qualẽ vim habeat ipsum secundũ se ipsum existẽs in aĩo:præmia vero & q̃ ex ipsis proueniũt,mittere.Sic igit̃ faciã si & tibi placet.Renouabo equidẽ Thrasymachi orationẽ,& primũ dicã quale qd iustitiã esse dicãt,& vñ exortã fuisse velint.Secũdo vero loco,oẽs quicũq; iustitiã colũt inuitos quodãmodo eã seq,tanq̃ rẽ necessariã sed nõ bonã.Tertio,merito id agere.Multo ergo melior iniusti vita q̃ iusti vt tradũt.Mihi quidẽ o Socrates non ita videt̃.Ambigo tñ plerũq;,quia obtundor quotidie Thrasymachũ aliosq; innumeros audiẽs. Orationẽ vero pro ipsa iustitia q̃ melior q̃ iniustitia sit,ex nullo adhuc audiui vt vellẽ.Cuperẽ qppe iustitiã ipsam secũdum seipsam audire laudatã.maxime vero ex te hoc me arbitror auditurum.Quapropter dicã latius iniustã vitã laudans,dicendoq; ostẽdã tibi quonã maxime modo audire te velim, vituperantẽ quidem iniustitiã,iustitiã vero laudantẽ.Sed vide an hoc tibi placeat.SO.Maxime oĩm. de qua enim re quis sanę mentis libentius & audiat & dicat?GLAV.Pręclare loqueris.Enimuero qđ primũ de hoc dicere pollicitus sum,iam audi quale sit,& vnde sit orta iustitia.Natura quidẽ dicũt iniuriam facere bonũ esse,iniuria aũt affici malum.sed longe plus mali eẽ in patiẽdo iniuriã,q̃ boni inferendo.Quãobrem postq̃ vicissim iniuriam & intulerint & acceperint,& vtrũq; gustauerint,qui nequeunt vitare illud,id consequi,operępreciũ fore ducunt,vt ita inuicẽ cõponant̃,vt neq; inferri neq; accipi possit iniuria:hincq; volunt originẽ habuisse leges cõstitutionesq;,& nominata esse pcepta legũ legitima atq; iusta.Hãc itaq; iustitiæ originẽ,& substantiam esse volunt,quæ media quodãmodo sit optimũ inter & pessimum.Quãdoquidẽ optimũ est inferre iniuriã,nec dare pœnas:pessimum vero pati,nec vlcisci posse.Iustũ ergo horũ in medio cõstitutũ amari nõ tanq̃ bonũ,sed ex imbecillitate iniuriandi tanq̃ iniuriarũ inferẽdarũ obstaculũ.Eũ sane q hoc efficere possit,vereq; sit vir,cũ alio pacisci nunq̃ decernereq;,ne vltro citroq; iniuria inferat̃,alioquin insaniret.Hæc est o Socrates naturã iustitiæ atq; huiusmodi,& ex talibus vt ferunt progenita.Q2 autem qui iustitiam seruant,inuiti id agant,cũ ex imbecillitate iniuriam inferre nequeant,plane prospiceremus,si tale quiddam animo fin

xerit forte quispiã,haud facile esse vt malus qs semp lateat. Nos vero respõdebimus nihil magnũ esse facile. Verũtamẽ si beati esse volumus,hac eũdũ est,qua rationũ vestigia ducũt. Etenim vt nostra improbitas occulta pmaneat,cõiurationes societatesq̧ inibimus. Adsunt quinetiã psuasionis magistri q sapiẽtiã cõcionatoriã & iudicialem tradũt:ex quibus partim persuadebimus, partim cogemus,vt dũ nobis plura arrogamus,pœnas minime psoluamus. Sed deos qdẽ neq̧ latere,neq̧ cogere possibile est. Verum si non sunt,vel humana non curant,haud nobis curandum est vt eos lateamus. Sin autẽ sunt & curant humana,nos nõ aliunde id nouimus vel audimus q̃ ex multorum sermonibus,& ex poetis genealogiã ipsorũ scribẽtibus. Iidẽ vero ipsi perhibent posse deos precibus sacris & muneribus flecti. Quibus vel vtrũq̧ credendũ est,vel neutrũ. Si ita credẽdum,& iniuste agẽdũ,atq̧ ex ipsa rapina diis sacrificãdũ. Iusti enim si simus, illęsi a diis erimus,sed quęstus qui p iniustitiã cõparãtur respuemus. Iniusti autem,diuitias parabimus, sceleribusq̧ patratis illos precibus flectentes a pœna liberabimur. Sedenim apud inferos pœnas dabimus eorũ quę hic iniuste cõmiserimus,vel nos vel nati natorum. At o amice dicere quadã ratione licebit:supremę p peccatis cõmissis expiationes multũ possunt,exorabilesq̧ dii sunt,vt maximę ciuitates dicũt. Et deorũ filii poetę,prophetęq̧ deorũ, hæc ita se habere testant̃. Ergo q̃ ratio vlterius nos inducet,vt prę summa iniustitia iustitiã eligamus,quãdo qdẽ si in iustitiam sub adulterina specie honestatis occultauerimus,& apud deos, & apud homines oĩa nobis ad votũ succedẽt,& viuẽtibus,& defunctis,queẽadmodũ multoꝝ excellentiũq̧ viroꝝ testatur oratio? Ex omnibus iam dictis o Socrates,quis crediderit eum hominẽ iustitiã seruaturũ , cui sit aliqua vis aut fortunę,aut opum,aut corporis,aut generis,ac nõ potius subrisurum,si laudari eam audiuerit? Quinimmo siqs falsa ostẽdat quę diximus,recteq̧ norit iustitiã optimũ esse,vehemẽter ignoscet,neq̧ irascetur iniustis,cum intelligat, nisi quis diuina quadã natura iniquitatẽ oderit, vel doctrina abstinuerit ab iniustitia,neminẽ sua sponte esse iustum,sed prę timiditate,vel senectute,vel alia quadã imbecillitate vituperare iniustitiã,cũ eã exequi nequeat. Qđ qdẽ satis ex eo patet, quoniã vt primũ qs potestatẽ adeptus est,primus p viribus agit iniuste:horũq̧ oĩm alia nulla est causa,q̃ ea vnde hęc oĩs oratio mihi & huic o Socrates aduersum te pfecta est. Quoniã ex vobis o mirifice Socrates quicũq̧ laudes iustitię profitemini,a priscis illis Heroibus incipiẽtes,de qb⁹ aliqua extat memoria,vsq̧ ad nostros homines,nullus vnq̃ aliter laudauit iustitiã,vel iniustitiã vitupauit , q̃ ad gloriã muneraq̧ vel pœnas respiciẽs,quę ab illis proficiscunt̃. Ipsum vero vtrũq̧ suapte natura qd agat in habẽtis animo latẽs deos & hoĩes,nullus vnq̃ vel in poematis,vel alio sermone ad sufficiẽtiã enarrauit, q̧ videlicet iniustitia sit maximũ maloꝝ oĩm quotcũq̧ sustineat animus,iustitia vero maximũ bonũ. Si eñ sic ab oĩbus vobis fuisset a principio dictũ,& nobis ab ipsa pueritia psuasum,non inuicẽ cohiberemur ne quid ĩ aliũ ageremus iniuste,sed vnusquisq̧ suiipsius custos esset,timẽs ne iniuste agẽs maximo malo adhæreret. Hæc o Socrates hactenus. forte vero & plura Thrasymachus,aut aliqs alius de iustitia & iniustitia vtriusq̧ transuertẽs vim diceret,& onerose admodũ vt mihi videt̃. Sed ego nihil abs te celari volẽs,cupiẽsq̧ ex te audire cõtraria,orationẽ protraho. Ne ergo nobis solũ ostẽdito iustitiã iniustitia pstãtiorẽ esse,sed quomodo ipsa p se afficiẽs vtraq̧ animũ,hęc qdẽ malũ,illa bonũ sit. Opiniones autẽ auferas,vt etiã Glauco iusserat. Si eñ nõ abstuleris vtrinq̧ veras, falsas autẽ apposueris, nõ iustũ dicemus laudare te,sed id qđ iustũ videat̃,neq̧ iniustũ vituperare,sed qđ videat̃ iniustũ,iubereq̧ iniustũ iniustitiã occultare,assentiente Thrasymacho:Iustũ quidẽ alienũ bonũ,potẽtiori conferẽs: Iniustũ autẽ ipsum cõferẽs atq̧ vtile,imbecilliori tñ inutile. Postq̃ igit̃ assensus es iustitiã in his bonis annumerari,quę & pter illa q̃ sequunt̃,& multo magis ipsa propter se sunt expetenda, videlicet videre,audire,sapere,bene valere,& quęcũq̧ alia bona suapte natura fœcũda sunt & preciosa,nõ opinione constãt,hoc vtiq̧ ipsum lauda in ipsa iustitia,qđ p se ipsa habentẽ iuuat, cum iniustitia lædat. Opiniones aũt & pmia aliis laudãda relinque. Nã ego qdẽ alios sustinerẽ quotiẽs ita iustitiã laudarẽt vel vituperarẽt ĩiustitiã, vt opiniones & pmia laudare vel vitupare viderent̃. Te aũt minime,nisi forte tu iusseris. qm̃ oẽm vitã nulla ĩ re alia q̃ ĩ hac speculatiõe cõsumpsisti. Ne igit̃ nobis solũ oratione ostẽde pstãtiorẽ iniustitia iustitiã eẽ,sed quonã mõ vtraq̧ ipaꝝ sui pticipẽ afficiẽs, siue lateat, siue nõ lateat deos & hoĩes,hęc qdẽ bonũ sit,illa malũ. Hęc ego cũ audissem,q̃uis & alias semp Glauconis & Adimãthi ĩgeniũ adamassem,tũc tñ vehemẽter admiratus sum,dixiq̧: Nõ male ĩ vos o filii illi⁹ viri principiũ elegoꝝ carminũ amator Glauconis inscripsit,q cũ ĩ Megarensi p̃lio fortiter pugnauissetis, O filii,inqt,Aristonis ĩclyri viri diuinũ gen⁹. Hoc bene dici videt̃ amici. Diuine eñ affecti estis,si nõ estis psuasi,iniustitiã iustitia meliorẽ esse,cũ adeo p ipsa abũde loquamini. Videmini aũt mihi psuasi nõ esse. Coniecturã capio ex vestris moribus, qm̃ secundũ orationẽ ipsam vobis minime credidissem. Quo aũt magis credo,eo magis quo me vertã ambigo. Nã quõ adiuuẽ nescio. Videor qppe nõ posse. Illud autẽ signũ est,q̧ ea qbus ego supra aduersus Thrasymachũ sufficiẽter ostẽdisse putabã iniustitia meliorẽ esse iustitiã,nõ admisistis. Neq̧ rursus quõ nũc succurrã inuenio, veritus ne forte impiũ

sarios inde excerpere,atq; hinc effici diuitē,vnde & ꝓsit amicis,& inimicis obsit,Deos aūt donariis & sacrificiis magnifice colat, & multo melius q̄ iustus cōciliare sibi possit quelibet vel hoim,vel deorū. ex quo cōsentaneū esse volunt,vt Deo charior sit q̄ iustus.Hac ratione aiunt o Socrates, & apud deos,& apud hoies melius iniusto vitā institutā esse,q̄ iusto.Hęc cū dixisset Glauco,egoq; ad hęc respōdere aliquid cogitarē,frater eius Adimātus,Nō iā,inqt,o Socrates satis de hac re dictū. SO.Curnā? ADI.Id vtiq; dictū nō est,qđ maxime dici oportuit.SO.Frater adesto viro,vt habet ꝓuerbiū. Quare tu siqd hic reliqt,adiuua.q̄q̄ me quę dicta sunt ab isto,cōuincere possunt,atq; afficere vt defendere iustitiā nequeā.ADI.Nihil dicis.Audi & hęc pręterea.Decet.n.& cōtrarias ratiōes inducere earū quas hic attulit,qbus laudat̄ qdē iustitia,iiustitia cōtra vituperat̄,vt manifestius fiat qđ mihi Glauco velle videtur.Pręcipiūt sane patres filiis,atq; oēs qui curā aliquorū habēt,oportere iustū esse,non ꝑpter seipsam iustitiā laudātes,sed ꝑpter eos q inde sequunt̄ honores:vt q iustus habet̄,ex ea opinione magistratus,& cōnubia,& q̄cūq; de eo qui iustus existimat̄,paulo ante dicebat Glauco,assequat̄. Emūero glorię illi ꝑmium quoddā in primis inducūt.Nam inferētes deorū approbationes, summa referre possunt a diis beneficia sanctis viris collata.Qđ generosus Hesiodus,Homerusq; testantur.Ille.n.iustis deos facere ꝓhibet,vt quercus in ramis altioribus glandes ferant,in mediis apes,& oues lana onerent̄,multaq; alia generis eiusdē bona.His similia dicit & alter.Quemadmodū em̄,inquit,probo regi q; dei similis sit,bonū cōferat nomē,ferat terra nigra triticū atq; hordeū,pomis grauent̄ arbores,fœcūdę pecudes facile pariāt,mare pisces subministret.Musęus itē atq; eius filiꝰ excellētiora etiā bona iustis ab ipsis diis tribui voluerunt.Apud inferos.n.agētes,ipsosq; in sanctorū conuiuiis collocātes,coronatos faciunt magna semp in voluptate ebrios viuere,existimantes pulcherrimū virtutis præmiū ęternam ebrietatē.Qui aūt longiora his ꝑmia a diis dari volunt,filios dicunt posterosq; iusti fidelisq; viri genus suū p secula ꝓpagare.His & huiusmodi iustitiā laudant,prophanos vero atq; iniustos cœno quodā apud inferos obruūt,& aquā cribro ferre cogunt.Viuētes etiam infamia notant.Ac demū quęcūq; supplicia eorū narrabat Glauco q iusti sunt,& vident̄ iniusti,eadē insup iniustorū enarrant, alia vero nō habēt.Laus igit̄ & vituperatio sic vtrorūq; se habēt.Pręter hęc cōsidera Socrates aliam quādam de iustitia iniustitiaq; orationis speciē & priuatim,& a poetis inductā.Oēs.n.vno ore canūt bonū qđ tēperantiā & iustitiā esse,difficile aūt & laboriosum: Intēperātiā vero & iniustitiā, iucundū quidē & facile comparatu,opinione tātū legeq; turpe. Vtiliora quinetiā iustis iniusta, vt plurimum, vulgo dicunt.Et malos quidē diuites potētesq; facile honorant,priuatimq; ac publice beatos appellāt:eos aūt cōtēnunt qui imbecilles & pauperes sunt,q̄uis concedant ipsos meliores cęteris esse.Horū vero oim maxime mirandi de diis & virtute sermones circūferuntur, deos plurimis bonis hominibꝰ infelicē vitā dedisse,malis aūt cōtra.Vates insup & arioli ad ianuas diuitū accedētes,ꝓsuadēt vim habere,a diis sacrificiis & carminibꝰ acceptā,purgādi p celebritates & oblectamenta q̄dā,si qđ scelus ab his,aut eorū maioribꝰ patratū fuerit,& nocēdi paruo etiā sumptu,cuicūq; velint inimicorū & iusto pariter & iniusto.Afferūt quippe tū blādimētis quibusdā,tum vinculis se deos inducere vt sibi in his omnibus obsequantur.Ad hæc omnia poetarum afferunt testimonia,partim q; facile labamur in vitium. Mortales vitium penitus labuntur in omne Pręcipites,q̄m facilis via ducit ad ipsum Hoc quia vel nobis iam tum nascentibus hęret. Virtutē ante ipsam dii proposuere laborem, Difficilesq; vias cunctis adeuntibus illam.Partim q; deus ꝑcibus nostris muneribusq; flectat̄, Homerum adducunt testem,qui inquit.Exorabiles conuertibilesq; & dei sunt,& hos qdem sacrificiis,votis,libationibus & hoies cū peccauerint ꝑcantes vertunt. Sunt faciles superi,ꝑcibus flectunt̄,& idem Sacrorū nidore pio placantur,& ipsis Nimirum votis hominum, quæ siquis in illos Errarit, veniam rogitans,concepit in aris.Libros aūt circūferunt Musęi & Orphei Lunę & Musarū filiorū, secūdum quos sacra celebrant,persuadētes non priuatis solum,verūetiam ciuitatibus solutiones & purgationes scelerum per sacrificia cū ludorum oblectamētis fieri & viuētibus & defunctis,quas quidē Teletas.i.expiationes vocāt,quę nos ab illis quę illic mala sunt,liberēt:sacrificiis aūt pretermissis grauia nos manent.Hęc omnia o Socrates talia ac tanta de virtutis vitiiq; pręmiis quo ad deos & homines pertinet dicimus.Quid putamus acturos hęc audientes animos eorum iuuenum,qui solertes ingenio sunt,& ad omnia dicta commode celeriterq; cōuersi ex seipsis deliberare possunt,qualis aliqs existēs & quorsum tendēs q̄optime vitā agat?Cōsentaneū est iuuenem talem Pindari illud animo voluere. Vtrum iustitiæ conscendam alta mœnia?an obliquas doli vias ingrediar,meq; ita fulciēs vitam agam?Ea em̄ quæ dicta sunt,mihi qdē si iustus sim,non tamē appareā,nihil prodesse dicunt,labores autē & pœnas certas esse.Iniusto vero opinionē iustitię assecuto,vita diuina adesse dicit̄.Nonne igitur postq̄ existimatio hęc iustitię,vt sapientes tradunt,veritatem cogit ac violat,& ad beatitudinem est pręcipua,ad eam omnino tendendum est?Induere itaq; imaginē oportet iustitiæ,& quandam præ se ferre virtutis adumbrationem,a tergo vero illam sapientis Archibebi vulpem astutam ac variam trahere.At dia

Prouerb. Frater adesis.

Pindarus de iusto & iniusto.

Quid autẽ in ipsa ciuitate? quomodo inter se imptient ea q̃ singuli operantur? Cuius imptionis gratia, cõmunicationẽ induximus, ciuitatẽq; cõstruximus. ADI. Patet q; emendo & vendendo. SO. Forũ itaq; nobis & nũmus in cõmerciis ex hoc pmutationis gratia instituet? ADI. Oĩno. SO. Nũ igit ferẽs in forũ agricola aliqd ex his q̃ facit, vel aliquis alius artifex, si nõ eodẽ in tẽpore veniat quo & illi quibus cũ est hæc pmutaturus, cessabit ab opere, in foro cõsistẽs? ADI. Nullo modo. Sed sunt qui cũ hoc animaduertãt seipsos ad hoc ministeriũ pparẽt. In ciuitatibus em̃ recte institutis id agũt homines quidã imbecilles corpore, & ad aliud opus inutiles, qui illic cõstituti circa forũ partim qdẽ argẽto cõmutãt cũ his q aliqd vẽdituri sunt, partim res dant p argẽto his q empturi. SO. Hęc ergo necessitas nobis cauponũ genus in vrbe pcreat. An nõ caupones eos vocamus q se in foro ad vẽditionẽ, emptionẽq; cõstituũt? Qui vero ad alienas vrbes migrant, mercatores? ADI. Proculdubio. SO. Sunt & alii prę terea, vt arbitror, ministri, q cũ huic societati parũ animi viribus cõferre possint, robur corporis sufficiens ad labores habent. Isti ergo roboris vsum vendẽtes, qa ipsum pmiũ mercedẽ appellãt, mercenarii nũcupantur. Nonne ita? ADI. Ita prorsus. SO. Repletio itaq; ciuitatis & mercenarii sunt. ADI. Videtur. SO. Nunqd o Adimanthe ita iã a nobis adaucta est ciuitas, vt sit perfecta? ADI. Forte. SO. Vbinã ĩ ipa, iustitia erit & iniustitia, & cui simul innata atq; insita ex his reb9 quas tractauim9? ADI. Eqdẽ o Socrates nescio, nisi forte cõsistat in mutuo quodã vsu eoꝝ q̃ dixim9. SO. Forsitan bene dicis, Cõsiderãdũ tñ, neq; desistẽdũ. Et primũ qdẽ ĩtueamur qua ratiõe victu vtent, q ita ĩstituti sunt ciues. An nõ cibos parabũt, & vinũ, & vestes, & calceamẽta, & domos? Aestate qdẽ vt plurimũ sine veste & sine calceis erũt: Hyeme autẽ vestibus, & calceis sufficiẽter ornati. Nutrient aũt ex hordeo & frumẽto farinã cõficiẽtes, & partim qdẽ pinsendo, partim cõgerẽdo placẽtas, panesq; sup calamis aut puris frondibus ĩponẽtes, in lectisq; ex hęrbis factis milace atq; myrto, discũbẽtes comessabunt ipsi & eorũ filii, vini pocula sumẽtes coronati, & deos laudãtes iucũde simul viuent, nec vltra cẽsum filios generabũt, cauentes & paupertatẽ & bellũ. GLAV. Sine obsonio, vt videt, cõuiuas fecisti. SO. Verũ dicis, Oblitus em̃ hoc erã, q; qdẽ habituri essent obsoniũ, sal videlicet & oleas & caseũ & porrũ. pręterea holera quasi agroꝝ pulmẽta suscipiẽt. Et bellaria ipsis addemus, ficuũ, cicerũ, & fabarũ, & baccas myrti, & phaginas glãdes prunis torrebũt, modeste bibẽtes. Sicq; qete & salubriter viuẽtes ad senectutẽ vsq; aliã eiusmodi vitã posteris suis relinquent. GLAV. Si suibus o Socrates ciuitatẽ instituisses, qnã alia ipis cibaria pparasses? SO. Quid ergo agẽdũ o Glauco? GLAV. Qd multi solẽt, sup thoris discũbẽdũ, nisi misere velimus viuere, epulisq; ex mẽsa vescẽdũ, obsoniisq; & bellariis, qbus his tẽporibus vtunt. SO. Age Glauco, intelligo em̃ nos ĩ psentia cõsiderare, nõ quomodo ciuitas cõmode fiat, sed quomodo delitiosa. Ciuitas forte igit nõ male se habebit. Hãc em̃ intuẽtes forsitan dephẽdemus vbinã iustitia & iniustitia ciuitatibus innascant. Vera vtiq; mihi ciuitas esse videt quã diximus, tãq̃ sana. verũ si vultis, ciuitatẽ quoq; turgidã cõsideremus. Nihil em̃ phibet. nec pfecto vt videt quibusdã, nequaq̃ sufficiẽt, atq; hic victus nõ placebit, sed & thori addent & mensę, & alii apparatus, & vasa & obsonia vnguẽtaq;, & vaporationes, scorta, aromata, cõdimẽta, oblectamẽtaq;, & hęc oĩa profuse. Neq; solũ ea quę supra retulimus, necessaria ponẽda sunt, domus, vestes, & calcei, sed addẽda rursus pictura & varietatis artificia, aurũ & ebur, cęteraq; eiusdẽ generis oĩa. nõne? GLAV. Oĩno. SO. Nõne igit maiorẽ ciuitatẽ oportet constitui? illa em̃ sana nõ amplius sufficiẽs est, sed mole quadã & multitudine replẽda est eoꝝ qui nõ amplius necessitatis causa in ciuitatibus sunt, quales sunt venatores oẽs, & mimi, imitatoresq; partim circa figuras atq; colores, partim circa musicã, poetę scilicet eorũq; ministri rhapsodi, recitatoresq; carminũ, actores, cantores, saltatores, operarii, & apparatuũ instrumẽtorũq; variorũ artifices tũ aliarũ rerũ, tũ earũ quæ ad muliebrẽ ornatũ ptinẽt. Quinetiã ministris pluribus indigebimus. An nõ opus esse tibi videt, pædagogis, nutricibus, educatoribus, tonsoribus, cęterisq; ornãdi ministris? His pterea q obsonia & culinam parẽt, pręterea & subulcis egebimus. hæc enim nobis in priori ciuitate nõ erãt. nõ em̃ erat opus. In hac autẽ & hac & aliis escis cõpluribus ex animaliũ carnibus indigebimus corporibus. an nõ? GLAV. Quid ni? SO. An nõ & medicis indigebimus multo magis ita viuẽtes, q̃ vt antea dicebamus? GLAV. Valde qdẽ. SO. Atqui & regio q̃ tũc eos homines sufficiẽter alebat, parua erit. An quomodo dicimus? GLAV. Est vt dicis. SO. Nõne igit de finitimoꝝ regione nobis aliqd vsurpabimus, vt satis agri habeamus ad pascendũ atq; arandum, & finitimi quoq; de nostra, si & illi ad cumulum diuitiarũ se cõferẽt infinitũ, necessitatis terminos excedẽtes? GLAV. Longe necesse erit o Socrates. SO. Pugnabimus ergo? vel quid agemus? GLAV. Pugnabimus. SO. Atq; nõdũ dicimus qd aut mali, aut boni bellũ afferat: sed hoc solũ, q; originẽ belloꝝ inuenimus: ex quibus cũ eueniũt, & publice, & priuatim magnę vrbẽ calamitates ĩuadũt. GLAV. Sic prsus accidit. SO. Igit & maiore ciuitate opus est ad exercitũ maximũ cõparãdũ, q ob ea q̃ dicta sunt, incurrẽtibus hostibus obuius sit. GLAV. Nõne isti sufficiũt quos narrauim9? SO. Nõ, si tu atq; nos oẽs recte superiora cõcessimus, cũ vrbẽ cõstituẽtes ĩ hoc cõuenim9, impossibile esse vnũ plures artes bene exercere.

sit,vt qui iustitiã coram vituperari intelligit,subterfugiat,neq; pro eius defensione verba faciat,q̃diu spirare & loqui concedit̃.Prestat itaq; pro viribus suffragari.Tunc Glauco & cęteri oẽs rogarunt,vt omni ope auxiliarer,neq; disputationẽ relinquerẽ,sed pscrutarer qd esset vtrũq;,quęve reuera vtriusq; vtilitas.Dixi igit̃,vt mea erat opinio,q̃stionẽ hãc quã aggredimur,nõ esse cõtẽnẽdã,sed hoĩs acute cernẽtis opus,vt mihi videt̃: ac postq̃ nos aliter non valemus,perinde inuestigandã esse iustitiã,ac si qs nõ acute cernẽtib⁹ literas paruas pculq; positas legẽdas mãdasset, deinde aĩaduertisset aliqs easdẽ literas esse alibi in maiori quodã loco maiores, atq; inde operępreciũ censuisset vt eas primo legẽtes ita demũ minores si eędẽ sunt cõsiderarẽt.Ita prorsus,Adimãtus ait.Sed qd tu simile in hac de iustitia inq̃sitione vides o Socrates?SO.Ego tibi dicã.Dicimus ne iustitiã hoĩs vnius esse? Dicimus toti⁹ ciuitatis?ADI.Plane.SO.Atq; ciuitas nõne maior vno viro?ADI.Maior.SO.Fortasse igitur iustitia amplior in maiori inest,faciliorq; est cognitu.Quare si vultis,prius q̃remus in ciuitatib⁹, quidnã sit. Idq; deinde in singulis cõsiderabimus,maioris ipsius similitudinẽ in minoris idea cõtemplãtes.ADI. Scite loqui videris.SO.Si ciuitatẽ oratione constitutã inspiceremus,iustitiã quoq; eius & iniustitiã videremus.ADI.Forte.SO.Quo facto spes erit facilius cognoscendi qđ q̃rimus. ADI.Maxime.SO. Opus est igitur istud efficere.Nã nõ parua res,vt arbitror.Cõsiderate itaq;.ADI.Ecce cõsideramus. Sed tu ne aliter facito.SO.Fit vtiq; ciuitas vt existimo:q̃nq̃dẽ nullus nostrũ ex seipso sufficiens est,sed multorum indiget.An vero tu putas aliud extitisse ciuitatibus cõstituẽdis initiũ? ADI.Nullum aliud.SO.Sic itaq; se inuicẽ accipiũt hoĩes,aliumq; ad alium vsum asciscunt,cũ multis indigeãt,& multos in habitationẽ vnam congregant cõmunicatores adiutoresq;. Quẽ cœtũ ciuitatẽ nos appellam⁹. nõne?ADI.Oĩno.SO.Impertiunt ergo vicissim sua,& aliena vicissim accipiũt, conducere sibi vicissitudinẽ hãc existimantes.ADI.Ita prorsus.SO.Age iam constituamus oratione nostra a principio ciuitatẽ.Faciet aũt ipsam,vt videt̃,indigentia nostra.ADI.Quid ni? SO.Prima vero & maxima oĩm indigẽtia,est p̃paratio victus,vt & simus & viuamus.ADI.Certe.SO.Habitationis secunda.Tertia vestitus & hmõi.ADI.Est vt dicis.SO.Age igit̃.Sed quonã modo ciuitas ad hãc p̃parationẽ sufficiet? An non vnus erit agricola,ędificator alius,alius textor?Nunqd & coriariũ ibidem annumerabimus vel aliquẽ aliũ rerũ ad corporis vsum ptinẽtiũ curatorẽ?ADI.Maxime.SO.Erit itaq; ipa ciuitas saltẽ ex quatuor,aut qnq; viris.ADI.Appatet.SO.Quid igit̃? Vnũquẽq; istorũ oportet suũ opus aliis cõmunicare?videlicet agricolã vnũ victũ quatuor p̃parare,& in quadruplo tempus & laborẽ in agricultura cõsumere,atq; aliis cõmunicare?an potius aliorũ cura neglecta quartã sibi soli partẽ cõparare,p̃parationẽ videlicet alimẽtorũ in quarta tpis parte?Reliquarũ aũt partiũ tpis vnã in construenda domo,aliã in vestitu,aliã in calceis cõficiendis conterere,neq; curiose aliis rẽ suã cõmunicare,sed ipsum sibi sine alterius auxilio puidere?ADI.Forte hoc modo o Socrates facili⁹ esset q̃ illo.SO.Minime per Iouẽ.absurdũ.eñ.Nã te loquẽte cõsidero,nasci nos qdẽ nõ admodũ similes,sed differẽtes inuicẽ,singulosq; ad singula opera promptos natura pduci.An non tibi videt̃? ADI.Mihi vero. SO.Quid autẽ? ageret ne melius aliqs vnus oẽs simul artes,vel singuli singulas?ADI.Singuli singulas. SO.Atqui & hoc manifestum esse existimo,q; si nobis in alio quodã negotio occupatis,opportunitas alicuius operis prærerit,eiusdẽ perit & actio.ADI.Patet.SO.Non eñ qd faciẽdum est,facientis otium expectare vult,sed necessitas cogit facientẽ,opus ipsum obseruata semper occasione prosequi.ADI.Necesse est. SO.Ex his patet singula fieri & plura & melius & facilius,quando singuli singula secũdum naturam occasione seruata ab aliis cessantes efficiunt.ADI.Sic est omnino.SO.Pluribus igit̃ o Adimãte opus est ciuibus q̃ quatuor,ad ea quę diximus comparanda.Non eñ agricola, vt videt̃,sibi aratrum conficiet si cõmodum operi futurum est,neq; ligones & rastros, neq; alia instrumẽta qbus agricultura indiget.Neq; rursus ędificator.Multis eñ & huic opus est.Idemq; de textore & coriario dicendũ erit. ADI.Idem.SO.Fabri igitur lignarii & ferrarii,aliiq; huiusmodi plures artifices, nostri in eo oppido conciues facti frequentius ipsum efficient.ADI.Vera loqueris.SO.Sed nondũ satis amplũ hoc esset, nisi ipsis bubulcos & opiliones & pastores alios adderemus,vt & agricolę ad arandũ boues haberent & architecti iumẽtis ad cõuectandam materiẽ vterent̃,textores aũt & coriarii pellibus ac lanis.ADI. Haud sane parua esset ciuitas,quę omnia hæc haberet. SO.Atq cõstituere ciuitatẽ in eo loco in quo aduectionibus nõ idigeat, ferme impossibile est.ADI.Impossibile certe.SO.Indigebit igit̃ & aliis,qui ex alia vrbe importẽt,qbus hęc indigeat.ADI.Indigebit.Vanus aũt esset minister nihil adducens earũ rerũ,qbus indigẽt hi a quibus affert ea quorũ sua ciuitas indiget.Vacuus.n.rediret. Nõne?ADI. Videt̃.SO.Oportet igit̃ nõ solũ ea confici quę illi ciuitati sufficiãt, sed qualia & quot iis qbus illa indiget.ADI.Oportet sane.SO.Plurib⁹ igit̃ agricolis & aliis artificib⁹ nobis opus est in ciuitate.ADI. Pluribus certe.SO.Et aliis insuper ministris qui & importent & exportent singula. Isti aũt mercatores sunt.An non?ADI.Sunt.SO.Mercatoribus igitur indigebimus.ADI.Certe.SO.Et si qdẽ maritima mercatura erit,multis etiã opus erit,qui maritimę mercaturę periti sint.ADI.Multis plane.SO.

Trãslatio disputationis de paruo ad magnũ,in quo res est euidẽtior.

ADI.Eſt plane.SO.An non a muſica eruditio hæc prius,q̃ a gymnaſtica incipere debet?ADI.Certe. SO.Cũ muſicã dicis,ſermões etiã ponis nec ne?ADI.Pono.SO.Oratiõis aũt ſpecies duę,vera & falſa. ADI.Ita eſt.SO.Erudiẽdus vtiq̃ ĩ vtraq; cuſtos futurus,priuſq; ĩ falſa. ADI.Haud ĩtelligo qd dicas. SO.Neſcis ꝙ pueris fabulas prius narramus?hęc aũt,vt ſimpliciter dicã,falſa ſunt,licet q̃dã etiã veri dica iudicent.prius autẽ fabulis ad pueros q̃ gymnaſiis vtimur.ADI.Eſt vt dicis.SO.Hoc ergo vole bam,cum dicerem attingẽdã eſſe prius muſicã q̃ gymnaſticã.ADI.Probe.SO.An neſcis oĩs opis maximũ quid principiũ eſſe?pręſertim iuueni & tenero cuiq;.Maxime eñ tũc format induiturq; figura quã quis vnicuiq; imprimere velit.ADI.Omnino qdẽ.SO.An adeo facile ꝑmittemus quaſlibet fabulas a quibuſcũq; formatas audire pueros,animiſq; imbibere opiniones vt plurimũ cõtrarias illis,quas cũ adoleuerint habere illos debere exiſtimamus?ADI.Nullo modo id ꝑmittemus.SO.Primũ igit,vt videt,fabularũ fictoribus pręſidendũ,& ſiquã bonã fabulam fecerint,eligendũ,reliquas aũt abiiciẽdũ. Quas deniq; elegerimus,ꝑ nutrices,& matres pueris narrandas curabimus,vt ipſorum animi fabulis multo magis informẽtur q̃ corpora manibus.Ex his vero quas nũc recẽſent, multæ erũt abiiciendæ. ADI.Quales?SO.In maioribus plane minores videbimus. Oportet enim eãdem figuram eſſe,eãdẽq; potentiã,& maiorũ pariter & minorũ.An non cenſes? ADI. Cenſeo equidẽ. Verũ quas maiores appelles nequaq̃ intelligo. SO.Quas Heſiodus & Homerus reliq; poetæ ſcripſerũt.hi nãq; hominibus falſas fabulas effinxere,q̃ quotidie circũferunt.ADI.Quas fabulas dicis?quidve in ipſis damnas? SO. Qđ & primo & maxime damnari oportet,pręſertim cũ aliq̃s nõ bene mentit. ADI.Quid iſtud? SO. Quando quis verbis male fingit quales dii & heroes ſint,inſtar pictoris nulla ex parte ſimilia figurãtis ad ea q̃ imitari conatur.ADI.Atqui talia merito vituperant. Verũ quomodo dicimus?& q̃ apud eos talia reperimus? SO.Primũ qdẽ & maximũ,& de maximis reb⁹ mẽdaciũ,qđ nõ probe mẽtitus eſt Heſiodus,qñ geſta illa a Cęlio fingit,additq; queadmodũ Saturnus eũ puniuit,quęve egit Saturnus recenſet,& quę a filio perpeſſus eſt. Quæ quidẽ etſi vera eſſent,nõ tñ putarẽ tã aperte ad hoĩes mẽtis inopes adoleſcẽteſq; proferẽda,ſed tacẽda potius.Sinautẽ neceſſitas eſſet loquẽdi, in arcanis audiẽda paucis nõ porcũ ſacrificãtibus,ſed ꝓcioſam quãdã raráq; victimã , vt q̃ pauciſſimos audire cõtingat. ADI.Profecto duri ſunt hi ſermones. SO.Neq; dicẽdi o Adimanthe in ciuitate noſtra. Neq; dicẽdũ iuueni audienti,ꝙ qui iniquiſſima facinora ꝑpetrat,nihil mirũ cõmittat: aut qui peccãtẽ patrẽ ſupplicio afficit,nõ multũ ꝑuaricet,immo faciat qđ primi maximiq; deorũ efficiũt.ADI.Non ꝑ Iouem. Nã neq; mihi quidẽ digna hęc videnf q̃ dicant. SO. Neq; oĩno ꝙ cũ diis dii bellũ gerãt,inſidiẽtur,& pugnent. Neq; enim vera:ſiquidẽ oportet futuros apud nos ciuitatis cuſtodes turpe putare inter ſe inuicẽ diſſidere.Quare nec vllo pacto narrandũ illis gigantũ bellũ,pręliave permulta deorũ & heroũ cognatis ſuis proximiſq; indicta:ſed ſiquo pacto ꝑſuaſuri ſumus,nullum vnq̃ ciuem ciui aduerſatũ eſſe,neq; eſſe hoc ſanctũ,talia quędã potius & pueris ſtatim, & adoleſcẽtibus a ſenioribus aniculiſq; narranda ſunt,cogendiq; poetæ vt ad hæc fabulas ſuas dirigant.Vincula autẽ Iunoni a filio indita, proiectionẽq; Vulcani a patre,cũ ille matri verberatę ſubuenire vellet,aut deorũ pugnas,quotcunq; Homerus ſcripſit,minime in ciuitate recipere debem⁹,ſiue ꝑ allegoriã dicta hęc ſint,ſiue ſine allegoria.non eñ adoleſcẽs hęc dignoſcere põt,ſed quę in ea ætate opinionibus accipiũtur,altius inhęrere, difficillimeq; eradicari cõſueuerũt.Quoꝝ forte gratia dãda oĩno eſt opa,vt hę fabellæ quas primas audiẽt,optime inſtitutę ad virtutẽ ſint.ADI.Nõ eſt procul a ratione qđ dicis. Verũ ſi q̃s interroget hęc q̃ ſint,& cuiuſmodi fabulę,qdnã dicem⁹? SO.O Adimãthe,poetę qdẽ nos ĩ ꝓſentia,neq; ego,neq; tu ſumus,ſed ciuitatis ĩſtitutores:hos aũt noſſe oportet figuras,in qb⁹ fingere poetę fabulas debeãt: quas ſi exceſſerint,fabulę hmõi admittẽdę nõ ſunt. Neq; tãtũ ad ciuitatis inſtitutores ꝑtinet fabulas fingere.ADI.Recte loqueris.ſed hoc mihi declara.quales iſtę circa theologiã figurę? SO.Tales q̃dã. qualis ipſe Deus eſt,talis ſemꝑ eſt deſcribẽdus,ſiue carminibus deſcribat,ſiue cantibus, ſiue etiã tragœdia. ADI.Ita decet.SO.Nõne bonus & ipſe Deus eſt,& ita dicẽdũ?ADI.Proculdubio. SO.Atqui nullũ bonũ,noxiũ eſt.ADI.Nullũ,vt arbitror.SO.Qđ innoxiũ eſt,nunqd nocet? ADI.Nequaq̃. SO. Qđ nõ nocet,nũquid malũ facit?ADI.Neq; iſtud quidẽ.SO.Qđ aũt nihil mali facit,nullius mali eſt cauſa.ADI.Nullius.SO.Itẽ nõne cõducibile bonũ eſt?ADI.Prorſus. SO. Ergo bene feliciterq; agẽdi cauſa eſt.ADI.Eſt.SO.Nõ igit omniũ cauſa bonũ eſt,ſed eoꝝ q̃ bene ſe habẽt cauſa:eoꝝ vero q̃ male, nequaq̃.ADI.Sic eſt omnino.SO.Non igit Deus,cũ bonus ſit,oĩm cauſa eſt,vt multi dicũt,ſed paucorũ qdẽ hoĩbus ĩ cauſa eſt,multoꝝ vero extra cauſam.Multo eñ pauciora nobis ſunt bona q̃ mala. Et bonoꝝ qdẽ ſolus Deus cã eſt dicẽdus.Maloꝝ aũt quãlibet aliã ꝓter Deũ cauſam q̃rere decet.ADI. Veriſſima loq mihi videris.SO.Neq; Homeri igit,neq; alteri⁹ poetę accipiẽdũ eſt pctm̃,ſtulte de diis dicẽtis,in Iouis limine duo iacere dolia plena ſortibus,Bonis vnũ,Malis alterũ. Cũq; ex his Iupiter inuicẽ cõmixtis impertit alicui,alias huic bñ,alias male eſſe.Cui vero ex altero dat,hũc veſana fames ſup terras exagitat.Neq; vero admittẽdũ eſt Iouẽ nobis penuariũ eſſe bonoꝝ atq; maloꝝ. Cõfuſionẽ

Oĩs opis principiũ maximũ.

Peſſimũ mendaciũ eſt narrare de diis q̃ non cõueniant.

Deũ cãm eſſe boni, nõ mali.

GLAV. Vera loqris. SO. Certamẽ bellicũ, nõ artificiosa facultas est? GLAV. Est, & maxime qdẽ. SO. Nũqd igiť de coriaria magis q̃ de bellica est curãdũ? GLAV. Minime. SO. Prohibuimus aũt ne coriarius opera simul aggrederetur agricolę, vel textoris, vel architecti, & in sua dũtaxat arte versari pcepimus, vt opus ipsius q̃ optime nobis cõficereť: singulisq; aliis singula pro cuiusq; ingenio tribuim⁹, vt quisq; id vnũ ad quod natura ducit, aggrediať, otiũq; a cęteris agẽs, & tẽporis opportunitate seruata optime illud efficiat. An vero parũ qd ĩterest, vtrũ bellica recte peraganť nec ne? An forte vsque adeo facile hoc studiũ, vt possit quis bellicosus simul vir esse & agricola, vel coriarius, vel aliquis ali⁹ artifex? lusor aũt talorũ vel alearũ, nullus quidẽ idoneus esset, ni a pueritia studiũ illi arti adhibuisset, sedulusq; incubuisset? Et scutũ quidẽ accipiẽs vel alia quædam militaria arma & instrumenta vno die idoneus miles erit in quouis certandi genere, aliorũ aũt instrumentorũ nullum aliquẽ artificẽ faciet vel Athletã, neq; vtile erit illi, q in eo studio peritus nõ fuerit & sufficiẽter exercitatus? GLAV. Preciosa admodũ instrumenta essent. SO. Nõne quãto maius custodię opus est, tanto maiori otio indigebit, arteq; & exercitatione maiori? GLAV. Ita existimo. SO. Nõne & natura ad studium ipm idonea? GLAV. Quid ni? SO. Nostrũ igiť erit officiũ vt videť, quoad fieri possit deligere, quæ & quales naturę sint ad vrbẽ custodiẽdã idoneę. GLAV. Nostrũ plane. SO. Per Iouẽ nõ humile negotium sumpsimus: non tamen est formidandum, quatenus vires suppetunt. GLAV. Non certe. SO. Existimas ne differre naturã generosi canis & generosi adolescentis ad custodiã agendã? GLAV. Quorsum hæc? SO. Vtrũq; ipsorũ sagacẽ oportet esse ad sentiendum, & velocẽ deinde ad insequendum, ac demũ robustum, cũ assecutus fuerit ad pugnandũ capiẽdumq;. GLAV. Opus certe est oĩbus istis. SO. Atq audax & fortis sit oportet, si qdẽ bene pugnaturus sit. GLAV. Quid ni? SO. An vero fortis erit & audax qui iracũdus nõ sit, siue equus, siue canis, seu quoduis aliud aĩal? An non animaduertisti inexpugnabilẽ inuictãq; esse irã? qua p̃sente anima oĩs intrepida ad oĩa est & inuicta? GLAV. Aĩaduerti. SO. Manifestũ est qualẽ corpore custodẽ esse oportet. GLAV. Manifestũ. SO. Quinetiã qualẽ & aĩa .s. iracundũ. GLAV. Et hoc. SO. Quomodo ergo o Glauco asperi nõ erunt aduersus se inuicẽ ciuesq; alios, cũ tali natura p̃diti sint? GLAV. Haud facile istud p Iouẽ. SO. Verũtñ oportet erga suos, mansuetos: aduersus aũt hostes, ĩmites esse: alioquin haud expectabũt donec ipsos alii pdãt, sed ipsi seipsos perdẽt. GLAV. Sic accidet. SO. Quid igiť faciemus? Vbinã mãsuetũ simul & iracundũ ingeniũ reperiemus? Cõtraria nãq; iracũdæ natura mitis apparet. Verũ q vtro horũ carebit, custos bonus nõ erit. Hęc autẽ in vnũ cõgredi nõ posse videnť. Atq; ita sequiť, vt bonus custos inueniri nõ possit. GLAV. Videť vt dicis. SO. Tũc sane dubitãs, mecũq; ipse aĩo supiora reuoluẽs, merito inquã dubitamus amice. Nã ab ea quã supra induximus cõparatione digressi sumus. GLAV. Quo pacto id ais? SO. An nõ inuenimus tales quasdã esse naturas quales minime putaueramus, habẽtes hęc simul in se cõtraria? GLAV. Vbinã? SO. Hoc vtiq; & in aliis aĩalib⁹ videre licet, & non minime in eo custode, cũ quo nostrum custodẽ cõparabimus. Nosti eñ generosi canis hunc a natura morẽ esse, vt aduersus familiares & notos mitissimus sit, contra vero aduersus ignotos. GLAV. Noui certe. SO. Ergo neq; ĩpossibile est, neq; p̃ter naturã qd q̃rimus, talẽ videlicet esse custodẽ. GLAV. Sic apparet. SO. An videť p̃terea tibi opus esse, vt q futurus sit custos, ad ferocitatẽ illã addat vt natura philosophus sit? GLAV. Quomõ istud ais? Nõ eñ intelligo. SO. Atqui & hoc in canibus intueri licet, qđ qdẽ in bestia dignũ admiratiõe sit. GLAV. Quale istud? SO. Quẽ .n. ignotũ viderit grauiter fert, etsi nihil mali ab eo sit ppessus. Noto aũt blandiť, q̃uis nihil boni ab eo susceperit. An nõdũ hoc admirat⁹ es? GLAV. Haud valde hucusq; animaduerti. q aũt hoc facit, manifestum est. SO. At eñ videť hic naturę ipsius effectus ingenuus, ac vere philosophus. GLAV. Qua ratione? SO. Quoniã aspectũ nulla re alia amicũ & inimicũ discernit q̃ q hunc quidẽ nouit, illũ aũt ignorat. Nõne igiť merito dicendũ erit discendi cupidum, atq; studiosum, q cognitione & ignorantia discernit domesticũ ab extraneo? GLAV. Erit. Quid ni? SO. Porro discendi studiosus & philosophus idem. GLAV. Idem. SO. Cur igitur audacter non ponamus & in homine, si quidem aduersus familiares & notos mitis futurus est, philosophũ ipsum esse & discendi cupidum oportere? GLAV. Ponamus. SO. Philosophus igitur & iracundus, & velox, & robustus natura erit, qui ciuitatis custos optimus est futurus. GLAV. Sic est omnino. SO. Talis itaq; custos sit. At quo pacto nutrienť a vobis erudienturq; custodes? Atq; hęc cõsideratio nunqd vobis conferet ad id cuius gratia cõsideramus oĩa, cõperiẽdũ, quomodo scilicet in ciuitate iustitia insit & iniustitia? Id certe cogitandũ est, ne forte vel necessaria dimittam⁹, vel supuacua p̃sequamur. ADI. Reor eqdẽ disceptationẽ hanc summopere ad id qđ nobis ꝓpositum est, conducere. SO. Ita & ipse per Iouem o amice Adimãthe existimo. Non igitur desistendum, neq; etiã si hęc longiora essent. ADI. Non certe. SO. Age itaq; queãdmodũ in fabulis otium agentes confabulantesq;, oratione hos hoĩes instruam⁹. ADI. Nempe sic decet. SO. Quæ igitur erit disciplina? Num difficile erit inuenire meliorem illã quæ hactẽnus longo tẽpore est inuẽta? est autẽ hæc, ad corpus quidẽ pertinẽs gymnastica, ad animum musica.

Canis natura cõtrariorũ particeps.

Qualis debeat esse custos.

An quia non cognoscat vetera, sub veritatis imagine mentiatur? ADI. Ridiculũ istud quidem. SO. Poeta igit mendax in deo non est. ADI. Non mihi videtur. SO. Nunquid metu hostiũ mẽtiet? ADI. Longe abest. SO. An propter familiariũ dementiã atq insaniam? ADI. At nullus stultorũ, & insanorũ, deo amicus est. SO. Non igitur est cur deus mentiatur? ADI. Non. SO. Ergo oĩno sine mẽdacio est deorũ dæmonumq natura. ADI. Omnino. SO. Quare & simplex oĩno deus, & verax dictis ac factis, neq mutatur ipe, neq alios decipit, neq per visiones, neq per sermones, neq per signa, neq nobis dormientibus, neq vigilantibus. ADI. Ita quoq mihi de hoc te dicente videtur. SO. Concedis ergo hãc secũdã esse figuram, in qua oportet de diis ita dicere, & audire, tanq̃ qui neq præstigiatores sint, neq se mutent, neq mendaciis nos, aut dictis, aut factis seducant? ADI. Cõcedo. SO. Mulra igit ab Homero dicta laudantes, somnium ab Ioue Agamemnoni missum nequaq̃ laudabimus. Neq Aeschylũ, cum Thetis inquit Apollinem filiũ eius inreremisse, qui tamen in eius nuptiis discumbens cecinisset bonã Thetidis stirpem fore longęuam, morbisq intactam. Cecinit quippe multa Apollo, inquit, Fortunasq meas deo amicas fore prædixit, & lætitia me laudationibus suis effecit. Atq ego os Phœbi sperabam diuinum, veridicum, fatidicumq esse. Ipse vero idẽ qui laudabar, in mensa & ipe discũbens, ipse hæc fatus, ipse idem mihi filiũ interfecit. Talia quędam quotiens de diis dicẽtur, ptinus reclamabimus exsibilabimusq, neq permittemus vt ludorum magistri ad iuuentutis disciplinam istis vtantur, si custodes apud nos pii atq diuini quoad homini possibile est, futuri sunt. ADI. Accipio equidẽ has figuras, proq legibus vbiq vtar.

Argumentum Marsilii Ficini in Dialogum Tertium, de Iusto.



DIALOGVS Tertius custodum educationẽ in secundo inchoatã ꝓsequitur. Atq sicut in secundo prohibuit eos audire falsa turpiaq de diis, ita hic vetat tragica audire de inferis, quæ reddere illos possint timidiores. Item & comica, quæ effusiorẽ concitant risum. Tam enim mollis euadit qui quotidie in lachrymas risu profusiore resoluitur, q̃ qui dolore lachrymare compellitur. Quoniam vero non solum procul a timiditate custodes arcendi sunt, verum etiam ab intemperantia, & auaritia, atq iniustitia, ideo rursus audiri vetat carmina poetarũ, qbus vel deorũ, vel heroũ magnorũq virorũ libidines, rapinę, iniquitatesq fingũtur. Hęc autẽ educatio militaris oĩb⁹ fere ciuibus est ęque cõmunis. Inter hęc quę de mendacio dicit attende. Mendaciũ ciuitatis calamitas est, videlicet quando priuati inter se mentiuntur, maxime vero si magistratib⁹ mẽtiantur. Perinde ac si vel ægroti medico, vel nautæ mentiantur gubernatori. Licet autem gubernatoribus interdum vti mendacio salutis publicæ gratia, & priuato quandoq erga priuatum, solum gratia mali cuiusdam grauissimi deuitandi. Licet & confabulari moderate de reb⁹ antiquis quarum veritas ignoratur, & quasi per imagines quasdam res illas quarum certam formam vix habemus, effingere. Proinde orationem in species tris distinguit. Aut enim simplex narratio est, aut imitatio simplex, aut ex vtrisq permixta. Omnem vero sermonem reprobat, qui vilissima quæq refert absq delectu, & agit hominem perturbatum. Quisquis enim diu studiose aliquid imitatur, in eius trãsit naturam. Quocirca poetã perturbatos animos acrius imitantem, tanq̃ iuuentuti noxium iubet vel mutato stylo constantem habitum imitari, vel ex vrbe procul abire. Dicit quoq eum qui plura, vel imitando, vel faciendo pertractat, in singulis tandẽ ita deficere, vt in nullo euadat egregius. Pergit vero deinceps ex prima musica.i. poesi, ad sequentem, eamq in tres distribuit species, Orationẽ, harmoniã, atq rhythmum. Principio Phthongum musici vocem vocant harmonicam, id est consonantię aptã, quæ neq adeo grauis sit vt nequeat ab eodem cantore grauior fieri, neq tam acuta vt edi nõ possit acutior. Harmoniã deinde ex phthõgis constituit, congruam videlicet mensurã in excessu atq defectu grauiũ vocũ, & acutarum, atq mediarũ. Sunt hic voces quatuor, grauis, atq acuta, & surgens in acutã, & declinans ad grauem. Item primæ proportiones quatuor, dupla inter duo atq vnum. Sesquialtera inter tria atq duo. Sesquitertia inter quatuor atq tria. Sesquioctaua inter nouem atq octo. Proportionem duplã sequitur consonantia vocis octauæ: Sesquialteram, quintæ: Sesquitertiam, quartæ: Sesquioctauam deniq, tonus. Sed de his alibi diligentius. Accedit tertio loco rhythm⁹, id est ordo quidam motionis, & temporis, vt ex secũdo Legum percipitur. Postq̃ enim voces harmonica quadam excessus defectusq mensura per intensionem remissionemq conciliasti, opus est rhythmo, per quem vocum acutarum, grauium, mediarum motus ac tempora metiaris, & in singulis, & inter singulas. Motus dico blandiores, seueriores, & medios. Tempora dico, longiora, breuiora, æqualia, per accentus lõgos breuesq, & medios. In his nota basem vocabulum esse diuersum: nã vt res exigit significat, fundamẽtũ, sedem, põdus, ꝑgressumq, & terminũ. Præter hæc cõsiderandi sunt nouẽ cõsonãtiæ, & dissonãtię cõmunissimę gradus. Primus in rõne.i. opinio cũ ipsa rei veritate consentiẽs. Cuius cõtraria est opinio

vero iuramentorꝫ induciarũq; a Pandaro factã,siquis per Iouẽ & Mineruã factã fuisse dixerit,nequaq̃ laudabimus,neq; deorꝫ controuersiam dissensionemq;,& iudiciũ per Themim atq; Iouẽ. Neq; qđ dicit Aeschylus,adolescentes audiant,Deũ mortalib⁹ causam præbere qñ vult fundit⁹ domum subuertere. Verũ siquis iãbica inducat,in quibus passiones Niobes referantur,vel Pelopidarũ, vel Troianorum,aut aliquid huiusmodi,vel sinendũ non est eum dicere hæc dei esse opera:vel si dei sunt,educẽda est in his ea quam nunc quærimus ratio,dicendumq; deũ quidem bona iustaq; egisse,atq; eos puniendo iuuisse. Qꝫ vero miseri sint qui pœnas pendent,sitq; deus qui sic affligit,poetã dicere non est permittendũ. Sed si diceret malos homines,vtpote miseros,pœnis egere, easq; soluentes a deo iuuari,permittendũ. Malorũ autẽ alicui causam esse ipsum deum cũ bonus sit,refellendũ est oĩno,neq; permittendũ hoc quenq̃ dicere in sua ciuitate,si bonis institui legibus ciuitas debet,neq; insuper quenq̃ audire,siue sit ille iunior,siue senior,siue carminibus hęc inserantur,siue soluta oratione narrentur, tanq̃ quæ neq; dictu sancta sint,neq; nobis vtilia,neq; inter se consona. ADI. Consuffragator tibi sum hac in lege ferenda.mihi nempe hæc placent. SO. Hęc vtiq; vna sit lex atq; figura ex his q̃ circa deos ferendæ sunt,in qua cogat̃ vnusquisq; & dicere,& inducere deũ nõ omnium causam , sed bonorum. ADI. Sufficit. SO. Quid autẽ hæc secunda? Nũ existimas præstigiatorem esse deũ,& tanq̃ ex insidiis alias alia sub specie apparere? & alias quidem in multas formas speciem suã mutantẽ aliũq; effectum, alias autẽ nos decipientẽ,vanasq; de se nobis imagines offerentẽ? vel simplicem poti⁹, minimeq; oĩm sua ex specie discedentem? ADI. Nescio quid in præsentia de his dicam. SO. Quid aũt hoc? Nõne necesse est siquid a specie sua discedat,vel ipsum a se mutari,vel ab alio? ADI. Necesse. SO. Haudquaq̃ ab alio quę optime se habent,mutant̃ atq; vertuntur,quemadmodũ corpus a cibis,& poculis,& laboribus,& plãtaria oĩa ab æstu tempestatibusq; ventorꝫ,& huiusmodi passionib⁹: vbi qđ integerrimum est,& robustissimũ minime permutat̃. ADI. Ita certe. SO. Nonne animum quoq; fortissimũ, & sapientissimũ externa perturbatio minime permutaret? ADI. Sane. SO. Quinetiã composita oĩa vasa,ædificia,vestimenta,eadem ratione bene cõstructa,ac bene se habentia,minime vel tempore,vel passionib⁹ aliis immutant̃. ADI. Est vt dicis. SO. Quicquid igitur bene se habet,vel natura,vel arte,vel vtrisq;, minimũ pmutationem ab alio suscipit. ADI. Videt̃. SO. At vero de⁹ ipse,& quæ dei sunt, oĩ ex parte q̃ optime sese habent. ADI. Quid ni? SO. Hac igitur ratione minime formas plures deus susciperet. ADI. Minime. SO. Nunquid aũt se in se verteret mutaretq; deus? ADI. Manifestũ hoc est,si qdẽ mutaret̃. SO. Vtrum igit̃ in melius,& pulchrius,vel in peius ac turpius? ADI. Necesse est vt in peius, si modo mutatur. Non eñ indigũ pulchritudinis & virtutis esse deũ dicimus. SO. Recte nimiũ loqueris. Verum cũ hęc ita se habeant,credis ne tu sua sponte aliquẽ,siue deũ,siue hominẽ,deteriorẽ se facere? ADI. Impossibile certe istud. SO. Impossibile igitur deũ mutare se velle. Sed vt videtur,pulcherrimus optimusq; cum sit deorꝫ quisq;,qđ fieri põt,oẽs sua in forma sempiterna & simplici pseuerant. ADI. Necessariũ esse oĩno hoc arbitror. SO. Nullus igit̃ poetarũ nobis o vir optime dicat,deos hospitib⁹ similes variis in formis vrbes adire. Neq; aliquis de Proteo,& Thetide similia mentiat̃. Neq; in tragœdiis,aut aliis poematis inducat Iunonẽ in sacerdotis speciẽ permutatã Inachi Argiui fluminis filiis vita donatis munera colligẽtem,cæteraq; talia nemo audeat fingere. Neq; matres vanis his fabulis pueros terreãt,deos quosdã nocte vagari peregrinis quibusdã variis sub formis persimiles,ne simul & in deos male dicãt,& ipos pueros timidiores reddant. ADI. Nullo mõ. SO. At vero nũquid dii ipsi immutabiles sunt,sed qbusdã præstigiis nos decipiẽtes varias in formas mutari vident̃? ADI. Forsitan ita. SO. Quid vero mentiri ne deus vult,aut verbis,aut re falsam obiectãs imaginem? ADI. Nescio istud. SO. An nescis ꝙ ipsum reuera mendaciũ,si modo dici id põt,oẽs hoĩes diiq; oderũt? ADI. Qui istud ais? SO. Sic inquam. Nullus eñ sponte vult ipso quodã sui pcipuo pstantissimoq;,& circa res præcipuas præstantissimasq; mentiri,sed summopere illud ibi mendacium timet. ADI. Neq; nunc etiam intelligo. SO. Putas me magnũ aliqd dicere. Ego autẽ dico ꝙ ipsa aĩa circa res ipsas mentiri,& mentitum esse,& inscitia falli,atq; in ea habere accepisseq; mendaciũ, nullus vnq̃ eligeret. Mẽdaciũ quippe habere in aĩo summopere oẽs oderunt. ADI. Sũmopere. SO. Atqui recte quod mõ dicebã,hoc reuera mendaciũ vocaret̃,in animo mentientis inscitia. Quoniã qđ est in sermone mendacium,imitatio quædã est passionis eius q̃ est in aĩo,& posterius procedens simulacrũ, haud oĩno purũ mendaciũ. Nonne ita? ADI. Ita prorsus. SO. Ipsum itaq; reuera mendaciũ non solum diis, sed hominibus etiã est odiosum. ADI. Mihi quidẽ videtur. Quid autẽ ipsum in verbis mẽdacium, quando nam,& cui adeo vtile est,vt non sit odio dignum? SO. Nonne aduersus hostes atq; eos qui vocãtur amici,quando ob furorẽ atq; aliquã inscitiã malũ aliquod facinus aggrediuntur? Tunc porro auertendi gratia tanq̃ medicina quædam vtile est & in his quas modo dicebamus confabulationibus, eo ꝙ non cognoscamus in quo antiquarũ rerum consistat veritas,assimilãtes veritati mendaciũ. ita eñ maxime id vtile facimus. ADI. Sic est prorsus. SO. Secundũ ergo quid istorũ,mẽdacium est vtile deo?

Qđ integerrimũ & robustissimũ minime mutat̃.

C

pliciter q̃ apud inferos sunt vituperēt, sed magis laudēt. Tanq̃ neq; vera dicāt, neq; vtilia his qui pugnaces futuri sunt. ADI. Oportet sane. SO. Delebimus igitur eiusmodi oĩa, ab hoc versu sumētes exordiũ. Mallem eqdē in re rustica cōseruo inopi seruire, q̃ defunctis oĩbus imperare. Et illud. Domus profecto mortalibus immortalibusq; horribilis, vasta, fœtensq; videaẽ, quã etiam dii odio habẽt. & illud. O miseri nunquidnã apud inferos aĩa atq; imago? At vero mẽs adest nulla. & illud. Soli sapiunt: cæteri vmbræ volitãt. Itẽ, Aĩa soluta mẽbris ad ĩferos volat, suã deplorãs calamitatem, cũ & fortẽ, & tenerã ætatẽ reliquerit. Itẽ, Aĩa sub terras veluti fumus, eiulãs abiit. Item, Quẽadmodũ noctuę vasto sub antro vlulantes volant postq̃ aliquę de ordine ceciderũt ex petra in qua cohærebãt, sic illæ simul stridẽtes ibant. Hæc vtiq; & cætera talia, bona Homeri & reliquorum poetarũ venia abiiciamus, non quia poetica nõ sint, & apud multos auditu iocũda, sed quoniã quãto magis poetica sunt, tãto min⁹ audiẽda pueris atq; viris quos liberos fore oportet, seruitutem magis q̃ mortẽ timentes. ADI. Sic est omnino. SO. Nõne insuper noĩa quæ his imposita sunt horrenda terribiliaq; abiiciẽda sunt? Cocytos inquã, & Styga, & inferos nihil gustãtes, aliaq; eiusdẽ generis noĩa. Terrent vehemẽter quippe oẽs q cũq; audiũt, ac forte ad aliud quippiã cõferũt. Nos aũt custodib⁹ nostris ab hmõi noĩb⁹ valde metuimus, ne ex hoc pauore molliores q̃ decet reddãtur. ADI. Et merito formidamus. SO. Auferẽda sunt igiẽ. ADI. Auferẽda. SO. Figura vero his contraria dicẽda, & inducẽda est. ADI. Videlicet. SO. Ergo lamentationes commiserationesq; magnoꝝ virorum auferim⁹. ADI. Necesse est, si qdẽ supiora sublata sint. SO. Cõtemplare igiẽ, recte ne an cõtra id faciamus. Dicim⁹ ne moderatũ virũ moderato viro amico suo orbatũ nõ malũ qd illi mortẽ existimaturũ? ADI. Dicimus qdem. SO. Non igiẽ in morte illius tanq̃ grauia passus lamentabiẽ. ADI. Non. SO. Enuero & hoc asserimus, hoĩem hmõi seipso ad bene viuẽdũ cõtentũ esse, minimeq; oĩm alio indigere. ADI. Vera narras. SO. Minime igitur moleste feret liberis, aut fratribus, aut diuitiis reliquisq; huiusmodi priuari. ADI. Minime certe. SO. Itaq; neq; lamẽtabiẽ, sed moderatissime feret, cũ in aliquã hmõi sortem inciderit. ADI. Certe. SO. Merito igitur claroꝝ viroꝝ ploratus e medio tolleremus, relinquerem⁹ aũt mulierib⁹, neq; his qdẽ inter mulieres aliqd egregiũ sapiẽtibus, ac viris insuper dũtaxat muliebribus, & ignauis, vt dedignenẽ apud nos illi quos ad regionis custodiã educamus, similia istis facere. ADI. Probe. SO. Rursus Homerũ, & cæteros poetas orabimus ne Achillem deę filiũ nũc in latus cubãtẽ faciat, nũc supinũ, nõnunq̃ etiam in faciem, aut exurgentem errare tristitia affectũ in littore maris, aut vtraq; manu ardẽtẽ puluerẽ capientẽ in caput fundere, neq; alia eiulantẽ, & lamentantẽ, quot & qualia ipse fecit. Neq; Priamũ qui iuxta deos fuit, supplicantẽ, & se luto ꝓuoluentẽ, singulosq; noĩatim clamãtem. Multoq; magis Homerum eundem orabimus ne deos in hũc modũ plãgentes inducat. Hei mihi miseræ. Hei mihi q̃ infeliciter optimũ filiũ peperi. Q; siquos deos, saltẽ non deoꝝ maximum vsqueadeo dissimili figura imitari audeat, vt eũ ita inducat dicentẽ. Heu q̃ charũ mihi virũ circa vrbẽ meis oculis ꝓfligatum cerno. Vnde mihi cor mœret. Atq; item. O me miserũ, qñqdẽ dilectissimũ mihi oĩm Sarpedonẽ fatũ cogit a Patroclo Menetiade domari. Si eñ o amice Adimãte studiose iuuenes hæc audirent, neq; ridicula putarent tanq̃ ꝑter dignitatem dicta, nunq̃ cũ se hoĩes esse scirent, aut illa se indigna existimarẽt, aut se cõtinerẽt, cũ quid illis eiuscemodi vel dicendũ, vel faciendũ in mẽtẽ veniret. Quinimmo sine vllo vel pudore, vel tolerãtia, in minimis etiã qbusq; iacturis in maximos plorat⁹ eiulatusq; erũperent. ADI. Vera nimiũ loqueris. SO. Neq; vero id decet, vt rõ nobis paulo ante dictabat: cui nisi quid melius interim nacti fuerimus, credẽdũ est. ADI. Nõ decet ꝓfecto. SO. Sed neq; in risum nimiũ ꝓfusos nos esse oportet. Nã effusum risũ vehemẽs mutatio sequiẽ. ADI. Ita mihi quoq; videtur. SO. Non igitur admittendũ est qñ quis summę auctoritatis viros in risum resolutos inducit, & multo minus qñ deos. ADI. Multo certe minus. SO. Ergo neq; Homerũ audiemus cũ dicit. Inextinguibilis risus diis concitus est dũ Vulcanũ per domũ ꝑerantẽ viderẽt, vtpote q claudus esset. Haud eĩn admittẽdũ est hoc secũdũ tuũ sermonẽ. ADI. Si meũ vis sermonem hũc ponere, nequaq̃ admittere decet. SO. Quinetiã pluris facienda veritas est. Si enim recte paulo ante dicebamus, diis inutile est mẽdaciũ, hoĩbus aũt ꝓ medicamento est vtile, quare publicis medicis concedendum, priuatis aũt hoĩbus minime attingendum. ADI. Patet. SO. Igiẽ rempub. administrãtibus ꝑcipue siquibus aliis, mentiri licet, vel hostiũ, vel ciuiũ causa ad communẽ ciuitatis vtilitatẽ. Reliquis aũt a mendacio abstinẽdũ est. Sed aduersus huiusmodi principes priuatim mentiri, maius peccatũ est q̃ ægrotũ mẽtiri erga medicũ, vel se exercentem erga ludi magistrum circa sui corporis vitia, vel erga nauis gubernatorẽ de naue & nautis minime vera dicere, quẽadmodũ vel sua cuiq;, vel sociorũ sese res habeat. ADI. Vera narras. SO. Siquẽ ergo depꝛẽhẽderis aliũ in ciuitate mẽtiẽtẽ ex eorũ gñe qui artifices sunt, vatẽ videlicet, vl' morboꝝ medicũ, vel lignariũ fabrũ, eũ punito, tanq̃ rẽ quãdã inferẽtẽ ex qua ciuitatis ipsius veluti nauis submersio, & pnicies sequiẽ. ADI. Sic plane agẽdũ: siquidẽ sermone opa peraguñẽ. SO. Quid præterea? nonne temperãtia nostris adolescẽtibus opus erit? ADI. Absq; dubio. SO. Temperantię autẽ nonne hęc talia

Homeri carmina.


Quę dicta a poetis de inferis nõ sint audiẽda pueris.

Risũ effusum vehemẽs mutatio sequiẽ.

De vtilitate tẽperãtię

falsa a veritate dissentiēs.Secundus in imaginatione.Cuius consonantia est consecutio rationis. Dissonātia vero prosecutio externorꝫ.Tertius in effectu,vel tēperanter rōnē sequēte,vel imaginationem intēperanter.Quart⁹ in sermone decoro,vel indecoro,quatenus vel rectā rationē,vel imaginationem tumultuariam sequit̄.Quint⁹ in cantu.Cuius cōsonātia est,decorꝫ imitari sermonem,dissonantia indecorū.Sextus in sono cantū aliter vel aliter imitante.Septimus in saltu cōcinno,vel inconcinno ad choreā ꝑtinente.Octauus in quadā membrorū corporisqꝫ totius cōpositione,tā spectaculo grata q̄ exercitio gymnastico prompta.Nonus in artificiosis cuiuslibet artis operibus,musica quadā proportione compositis.Hi nouem gradus Musas tibi referāt nouem.Memēto vero optimā oīm harmoniā esse animi temꝑātiā.Quā & sequētes cæteræ imitantur,& vicissim cū frequentant̄,augēt.Quapropter iubet eas dūtaxat cōsonātias exerceri,audiri,spectari,quę habitū mētis cōstantē referant,non superbia elatū,nō iracūdia efferatū,nō voluptate mollitū,atqꝫ resolutū,nō fractū dolore,non misericordia,vel indigētia querulū.Probat ergo cōcētū grauē atqꝫ cōstātē,improbat aūt extremos.i.cōcitū atqꝫ mollē,dānat quoqꝫ multiplicē,laudat ꝓ cęteris simplicē.Plurimū vero in animū posse iudicat harmoniā.Siquidē harmonia quædam diuina fit aīus,cælestisqꝫ harmonię aliq̄n,vt Platonice dixerim,assuetus.Rursus harmonia quadam cōsistit corpus,cōflat̄ & spūs.Pręterea cōsonātia vocū aerea aereū spiritū motu ꝑnetrās,affectūqꝫ canētis & aīam secū trāsferēs,audiētis affectum mouet affectu,& animū afficit aīo,sensimqꝫ mores infundit.In oībus aīaduerte q̄ nō ciuili solum,sed etiā religiosa admodum obseruantia Plato suā erudiat ciuitatē,semperqꝫ qđ & præcipit in Politico,tēꝑantiā cū fortitudine misceat.Deniqꝫ q̄ turpē q̄ dissonantem esse censeat venereā voluptatē,ideoqꝫ ab amore legitimo ꝓcul eam segreget,pulchra semꝑ & consona solū desiderāte.Plurima vero de Musica tractat atqꝫ gymnastica.maximi eīn momenti erant:omnes enim his incumbebant,debētqꝫ incumbere. Illa enim animum spiritumqꝫ,hæc corpus animi gratia mirifice format atqꝫ componit.Addit,non ex corpore bono bonum animum,sed ex aīo bono corpus fieri bonum.Subiungit simplicē musicā animi victūqꝫ simplicē corporis sanitati prodesse,multiplicē vero vtrisqꝫ nocere,hoīesqꝫ dū sobrii viuerēt,non indiguisse medicorum auxilio physicorꝫ.Damnat superstitiosas corporis obseruatiōes circa victum,atqꝫ medelas.Signumqꝫ præcipuū ciuitatis male institutę dicit esse,si diligenti medicorum iudicūqꝫ indigeat opera.Describit medici iudicisqꝫ officiū,& iudicē eligit ingenio bonū,prudentem,senē,multos hoīes & bonos & malos expertū.Asserit prauitatē quasi priuationem quandā,neqꝫ se,neqꝫ virtutem cognoscere.Virtutē vero quasi habitum,ꝑ se solā cognoscere se,ꝑ se quoqꝫ addito rerū vsu de vitiis iudicare.Meminisse vero semꝑ oportet,Platonē nō solū hic,sed etiā in Legib⁹,& Politico,& Protagora confirmare nihil magis necessariū esse omni quidē viro,ꝓcipue vero ciuili atqꝫ philosophico,q̄ copulam ex fortitudine pariter tēꝑantiaqꝫ cōflatā,vt per illam alta petant̄,per hāc nō spernant̄ humilia,& vtrinqꝫ nihil vnq̄ nimis,aut audeas,aut metuas.Per illam rursus priuatas publicasqꝫ propulses iniurias,ꝑ hāc abstineas ab iniuria.Per illam ad honesta voceris,ꝑ hāc cohibearis a turpib⁹.Quo fit,vt gymnasticā simul,& musicā ad duo hæc deniqꝫ referat,vt per illam fortitudo,non tam corporis q̄ animi,ꝑ hāc tēꝑātia cōparet̄.Iubet autē ambo rite inuicē cōmisceri.Siquidē sola gymnastica parit ferocitatem,musica sola mollitiem,ambo vero fortitudinē,atqꝫ temperantiā. Ex eorum deniqꝫ numero qui sic educati sunt,eligit & custodes,id est magistratus,& defensores id est milites.Ad magistratum vero assumi vult senes prudentes,fortes,publici amatores boni,atqꝫ in hoc ipso per experientiā comprobatos.Probari item præcipit Iuuenes in mediis voluptatibus,& doloribus, quo discernatur vtrū temperati fortesqꝫ sint,an contra:atqꝫ vtrū sententiā boni publici cōseruandi propter fallacias,aut minas,aut illecebras,sint aliq̄n facile mutaturi.Deniqꝫ ingenia hoīm metallis similia esse dicit,& aptū quidē ad gubernandū auro,aptum vero ad militiam argēto,ad opificiū vero,& agri culturam ferro,& æri.Iubet singula ingenia ad illa quibus apta sunt cōuerti:itaqꝫ gubernatorꝫ filios interdum ꝓ ingenio ad viliora,atqꝫ vicissim inferiorū filios ad munera nobiliora similiter.Prohibet quoqꝫ milites proprium aliquid possidere,ne ꝑ auaritiam ex canibus conuertantur in lupos.

DIALOGVS.III.DE REPVBLICA, VEL DE IVSTO.



AEC igitur sunt,vt mihi videtur,quæ de diis audienda,aut non audienda sint prima a pueritia his q deos & parentes honoraturi sunt,communemqꝫ amicitiam non paruifacturi.ADI.Existimo nobis sic recte videri.SO.Quid autem his qui fortes futuri sunt?nōne ea dicendo quę ipsos mortis minime formidolosos reddant?an putas aliquem fortē esse vnq̄ q hanc timeat?ADI. Minime per Iouē.SO.Sed & qui ea q̄ de inferis dicunt̄ credat,& terribilia eē existimet,putas ne eum intrepidū ad mortē futurū,in ipsaqꝫ pugna mortem seruituti,& captiuitati ꝓpositurum?ADI. Nequaq̄.SO.Oportet itaqꝫ nos, vt videtur,& ꝓcepta dare his qui de his rebus fabulantur,ꝓcariqꝫ ne ita sim

iustitia sit inuenerimus? & ꝙ natura ipsa prosit haberi, seu videat esse iustus, siue nō videat? ADI. Vera loqueris. SO. De his ergo quę diceda sunt, quęve nō, satis est disputatū: deinceps de dicendi ratione, vt arbitror, est differendū: atq ita nobis, & quę, & quomodo dicenda sint cōpertū erit. ADI. Quid dicas non satis intelligo. SO. Oportet tamen id te intelligere, atq ita fortasse clarius hoc intelliges. An nō quæcūq a poetis, vel fictoribus fabularum dicunt, narrationē esse dicimus, vel pręteritorum, vel præsentiū, vel futurorū? ADI. Quid enim aliud? SO. Nū ergo, vel simplici narratione, vel ꝑ imitationem facta, vel etiam vtroq mō narrāt? ADI. Clarius hoc quoq exponi requiro. SO. Ridiculus eqdem ꝓceptor, & in primis obscurus videor. Queadmodum igit qui dicēdo parum valent, efficere solent, ita ego nunc, non vniuersum ipsum sed partem aliquā sumens, in ea tibi qđ volo conabor ostendere. Et primum mihi dicito, nostin Iliados principia, in qbus ait poeta Chrysem Agamemnoni supplicasse, vt sibi filiā restitueret, Agamemnonē vero turbato aīo denegasse. Qđ postq̄ nō impetrauit, iprecatū ait ipsum cōtra Achiuos deū? ADI. Equidem. SO. Et illud credo nosti, ꝙ vsq ad hos versus Precatus est oēs Achiuos, quosq in primis Atrei filios gentiū duces, ipse poeta loquit, neq tentat alio mentem nostram conuertere, tanq̄ alius q̄ ipse loquat. Deinceps vero ita loquit ac si Chrysis ipse sit, conaturq non Homerum se nobis, sed sacerdotē illū senem ostendere. In cæterisq ita semper exponit, tū rebus gestis apud Iliū, tū apud Ithacam, in Odyssea cantatis. ADI. Sic est omnino. SO. Nonne igitur narratio est, & qn̄ orationes continuas affert, & quando ea quæ inter ipsas intercedunt? ADI. Quid ni? SO. Verum cū orationē ꝓfert tanq̄ alius qdā sit, nōne tunc dicemus orationē suā illi q̄simillimam reddere, quem loquētē introduxerat? ADI. Quid ni dicamus? SO. An non alteri se similē reddere vel figura, vel voce, est eum imitari cui facit se similem? ADI. Proculdubio. SO. In hoc igitur, vt videtur, & ipse, & reliqui poetę per imitationem narrant. ADI. Assentior. SO. Vbi autem se non celat poeta, vniuersa illa poesis & narratio sine imitatione est. Ne autem dicas te neq hoc quidem intelligere quō fiat, ego dicam. Si eñ Homerus cū dixisset Chrysem venisse filiā redempturū, & supplicasse Achiuis præcipueq regib⁹, deinceps non tanq̄ Chrysis, sed Homerus esset locut⁹, nosti profecto imitationem illā nō fuisse futurā, sed simplicē narrationem. Sic vero se res habuisset. Dicā eñ sine versu cū non sim poeticus. Profectus sacerdos precabat illis deos dare, vt incolumes ipsi Troiam caperēt, sibiq acceptis donis filiā restituerent, deum Apollinem venerantes. Hæc cum dixisset, reliqui sacerdotis dicta probarunt. Agamemnon vero nimiū perturbatus, ipsum ꝓtinus abire iussit, ita vt ne rursus rediret: neq enim ipsi dei coronā, aut sceptrū ꝓfutura: asseruitq priusq̄ ipsi filiā redderet, fore vt illa secū in Argo consenesceret. Quāobrem abiret, ipsumq vt saluus abire posset, nō irritaret. Quę cum audisset senex, extimuit, tacitusq discessit. Castra aūt egressus, supplex Apollinē multa eius agnomina commemorans orauit, siquid vnq̄ aut in ędificandis tēplis, aut hostiis litandis illi gratum effecisset, vt puniret Achiuos, suasq lachrymas sagittis vlcisceret. Hunc in modum o amice simplex narratio sine imitatione ꝓcedit. ADI. Intelligo iam. SO. Et illud pręterea scito, contrariā huic esse, cū remotis poetæ verbis q̄ inter orationes intercedere solēt, orationes ipsæ vicissim continuatę relinquūtur. ADI. Id quoq intelligo. Est eñ hmōi tragœdia, atq comœdia. SO. Recte admodū accepisti, existimo ꝙ tibi iam nunc aperire, qđ in superioribus ꝑcipere nō valebas, poesim videlicet fabularumq figmenta, aut esse omnino per imitationē queadmodū ipse dicebas in tragœdia atq comœdia, aut per enunciationem poetæ proferri, qđ maxime in dithyrambis inspicitur, aut per vtraq confici, vt i heroicis aliisq multis apparet, si modo intelligis. ADI. Intelligo iam qđ tunc inferre volebas. SO. Atqui etiā ante hoc memēto ꝙ dicebamus quæ dicenda essent iam expositum esse: quo autem modo dicendū esset, deinceps exponere oportere. ADI. Memini quidem. SO. Hoc igitur erat, quod oportere dicebā inter nos conuenire, vtrum sinamus poetas imitatione perpetua vti, an partim imitari, partim minime, & qualia vtraq sint, an nihil penitus imitari. ADI. Auguror equidem consideraturum te vtrum recipienda sit comœdia, & tragœdia in ciuitate, necne. SO. Fortasse autem & his plura. Nondū enim noui: sed quo ratio vt ventus feret, eo eūdum est. ADI. Præclare loqueris. SO. Hoc igitur o Adimante considera, vtrum imitatores nos habere custodes oporteat, nec ne. Vel hoc ex superioribus pendet, ꝙ singuli singula recte conficere possunt, plura vero minime. ꝙ siquis plura tractare aggrediatur, in singulis ita deficiet, vt in nullo euadat egregius. ADI. Sic prorsus accideret. SO. Nonne & de imitatione eadem ratio ꝙ plura aliquis æque ac vnum bene imitari non potest? ADI. Non certe. SO. Nunq̄ igitur studio alicui æstimatione digno quis simul incumbet, & imitabitur multa, eritve imitator idoneus, quādo neq duas quidem imitationes, quæ parum differre inter se vident, iidē homines bene simul tractare possunt, vt comœdiam simul, & tragœdiā. An nō imitatiōes quasdā nuper istas esse dicebas? ADI. Equidem, ac vera dicis, ꝙ iidem nequeant. SO. Neq etiam rhapsodi. i. cātores heroicorū simul esse, & histriones possunt. ADI. Vera. SO. Sed neq tragœdis aut comœdis, tragici aut comici iidem. Hæc autem omnia imitationes quædam sunt, an non? ADI. Imitationes. SO. Quinetiam

Quo vt vēt⁹ ratio fert eo eūdum.

An pluribus artib⁹ incūbēdū sit.

quo ad subditos maxima sunt,vt videlicet obtemperent magistratibus:quo ad ipsos aũt principes,vt ad venereorũ,epularũq;,& poculorũ vsum cõtinẽtes sint? ADI.Mihi sane videtur.SO.Hæc itaq; talia bene dicta asseuerabimus,qualia apud Homerum Diomedes ait.Eia age silẽtio confide, ac meis verbis obtempera.& alia his similia.Ibãt robur efflantes Achiui silentio duces timentes. Et alia quęcũq; in hanc sententiã dicunt. ADI.Probe.SO.Quid autẽ hæc? Vinolentæ canis oculos habẽs,cor aũt cerui:& cętera quæ sequunt,nunqd recte?& alia huiuscemodi ipsorũ priuatorũ in superiores supbe dicta,siue quis soluta in oratione,siue poemate inserat,an recte dicunt? ADI.Nequaq̃.SO.Non eñ existimo ad iuuenum temperantiam hæc,vt audiantur,conferre:nihil autem mirum siquo modo delectent.Vel quomodo tibi videtur? ADI.Ita.SO.Quid autem? videtur ne tibi idoneum esse hoc iuueni ad continentiam consequendam,siqñ audierit virum sapiẽtissimum apud poetam ita loquentem, Pulcherrimum oĩm esse mihi videtur,cum plenę adsunt mensę dapibus carnibusq;,Vinum aũt e cratere hauriens pincerna poculis infundit atq; circũfert? Vel illud,Miserrimũ esse fame perire, & sortẽ subire aduersam? Siue cum dicit,Iouẽ cæteris tũ diis,tum hominibus dormiẽtibus,omnium quæ vigilando tractauerat coitus cupiditate oblitum vsqueadeo libidine pculsum esse,vt quoad cubile ipm ascenderet non sustinuerit,sed ibidem humi cõgredi statim voluerit,dicens vehementiori se cupidine inflammari,q̃ olim cũ primũ charos latẽtes genitores inuicẽ congressi fuerũt? Siue cũ narrat quẽadmodum Vulcanus Martẽ ac Venerẽ coeuntes recte comprehendit? ADI.Non per Iouẽ mihi videtur idoneum.SO.Verũ sicubi modeste,& cõstanter virorũ excellentium facta vel dicta narrant,aĩad uertenda,& audienda hęc sunt.Veluti cũ dicitur,Pectus percutiens increpuit dicẽs, Perpetere o cor, nam longe alias grauiora tulisti.ADI.Omnino sic est agendum.SO.Neq; etiam muneribus corrumpi ipsos ciues permittendum est,neq; auaros esse. ADI.Nullo pacto.SO.Non ipsis igitur canẽdũ.Munera crede mihi placant hominesq; deosq;.Neq; laudandus Phœnix Achillis præceptor , quasi probe locutus fuerit,dũ cõsuleret ipsi munera accipienti Achiuis auxilium ferre:non accipienti vero,ab ira nequaq̃ recedere.Neq; rursus Achillem ipsum dignum existimabim⁹,consentiemusq; adeo pecuniæ cupidũ esse debere,vt ab Agamẽnone recipiat munera,atq; vt Hectoris cadauer sine pcio reddere nolit.ADI.Certe talia laudare non decet.SO.Vereor equidem dicere,quoniam fas non est Homerum hæc prædicasse de Achille,aliisve dicentibus credere.Et eundem rursus aduersus Apollinẽ dixisse,Perdidisti me Apollo deorum pniciosissime omniũ,quẽ certe vlciscerer,si mihi potestas adesset. Atq; vt ad fluuiũ deũ peruicaciter se habuerit,etiam pugnare parat⁹. Qđve inquit comas Sperchio flumini consecratas daturũ se comas ferre Patroclo heroi mortuo,dicaturq; id egisse,nequaq̃ credẽdum.Tractus autem Hectoris circa Patrocli sepulcrum,& iugulationes captiuorũ supra rogum,cũctaq; huismodi,neq; vera esse affirmabimus,neq; sinemus nostris persuaderi q; Achilles deę filius,& Pelei temperatissimi viri,& ab Ioue tertii,a Chirone sapientissimo educatus,tanta ptrurbatione agitatus sit,vt duobus cõtrariis morbis animi laborauerit,illiberalitate cum auaritia,atq; item deorũ hominumq; contemptu.ADI.Recte admodum loqueris.SO.Rursus neq; hæc credamus,neq; dici sinamus,Theseum Neptuni filium,& Pirithoũ filiũ Iouis in rapinas adeo maximas irruisse:neq; alteri⁹ dei filium siue heroem ausum esse vnq̃ grauia impiaq; patrare,qualia de ipsis quotidie mentiuntur. Verũ poetas ipsos cogamus,vel negare horum hæc esse opera, vel non affirmare filios deorum esse, ambo vero hæc vna nequaq̃ asserere , neq; operam dare,vt nostris iuuenibus persuadeant,q; ex diis mala aliqua oriantur,q;ve heroes hominibus nihilo meliores sint.Quoniam,vt iam dictum est,neq; sancta hæc sunt,neq; vera.Ostendimus enim ex diis mala aliqua prouenire non posse.ADI.Ostendimus plane.SO.Quinetiã audientibus hæc nocent.Omnes quippe prauitati suæ ignoscent , persuasi talia quædam facere fecisseq; & illos qui proxime ex deorum genere nati sunt,de quibus illud dicit. Diis proxime nati,Ioui propinqui,quo circa idẽ verticem Iouis patrii ara extat in æthere,Neq; dũ ipsis euanuit sanguis deorum.Quãobrem fabulę huiusmodi recipiendę non sunt,ne facilem occasionem ad nequitiam nostris adolescentibus præbeant . ADI.Sic prorsus agendum.SO.Quæ deinceps reliqua nobis species est sermonum differentibus quales cuiq; narrandi,vel non narrãdi sint? De diis enim quemadmodũ loqui decet est dictum.Itemq; de ipsis dęmonibus, & heroibus , & his quæ sunt apud inferos.ADI.Satis abunde.SO.An esset fortasse reliquũ,vt de hoĩbus diceremus? ADI.Certe. SO.Impossibile istud in præsentia o amice disponere.ADI.Curnam? SO.Quoniã existimo nos dicturos,poetas oratoresq; de hoĩbus circa ea quæ maximi momenti sunt male dicere cum scribunt, Iniustos quidem multos felices esse,iustos autem infelices:conducereq; iniuste agere si lateat:ipsamq; iustitiam alienum bonum esse,propriã vero iacturã:& cætera huiusmodi damnaturos,iussurosq; ne dicant:contraria vero horum,& canant,& fabulis inserant,an non putas? ADI.Certe noui.SO.Nonne igitur si confitearis recte me dicere,dicam te concessisse quæ iãdiu quęrimus? ADI.Recte nimiũ accepisti.SO.Nonne & de hominib⁹,q; tales oporteat sermones ferre tunc vna concedemus,cum qualis

De munerib⁹ & corruptelis.

lueritq́ eius poemata ostētare, venerabimur quidē ipm, vt sacrū, admirabilē, & iucūdum: dicem⁹ aūt nō esse eiusmodi hoiem in rep. nostra, neq́ fas esse vt insit, mittemusq́ in aliam vrbē, vnguēto caput eius perungētes, lanaq́ coronātes. Nos aūt austeriori minusq́ iucūdo vtemur poeta fabularūq́ fictore, vtilitatis gratia, q decori nobis rationē exprimat, & quæ dicunt dicat in his formulis quas a principio p legibus tulimus, qn milites erudire aggressi sumus. ADI. Ita prsus, si esset in nobis, efficeremus. SO. Videmur iam o amice satis de ea musicę pte dixisse, q̄ circa ořones fabulasq́ versat. Nā & q̄ dicēda sunt, & quō, exposuimus. ADI. Mihi quoq́ idem videt. SO. Restat de cātus & melodię ratione differere. ADI. Certe. SO. An nō omis iā inueniret q̄ nobis de his dicēda sunt, qualia esse oporteat, si quidē antedictis cōcinere debeamus? Tum Glauco arridēs, Ego, inquit, extra oēs esse videor. Nō em̄ satis in p̄sentia possum cōiicere, qualia dicēda sint. SO. Opinamur tñ oino hoc primū nos posse dicere, Melodiā ex trib⁹ cōstare, oratione, harmonia, rhythmo. GLAV. Hoc eqdē possum. SO. Nōne melodię pars oratio nihilo differt ab oratione illa quæ sine cantu est, quo ad hoc vt oporteat in eisdem formulis exprimi, de quibus paulo ante dicebamus, & eodē modo? GLAV. Vera loqueris. SO. Atqui harmonia, & rhythmus orationē sequi debēt. GLAV. Quid ni? SO. Quinetiā lamētatione luctuq́ dicebamus in orationib⁹ nos minime indigere. GLAV. Nō certe. SO. Quænā igit q̄rulę harmonię sūt? Dic mihi. Tu enim musicus es. GLAV. Lydię mixtæ, Lydięq́ acutę, cæteræq́ huiusmodi. SO. Nonne remouēdę hæ sunt? Inutiles em̄ etiā mulieribus, quas oportet decētes esse, nedū viris. GLAV. Valde quidē. SO. Præterea vinolētia, mollities, & pigritia custodes minime decēt. GLAV. Minime. SO. Quęnam igit molles & temulētæ harmoniæ? GLAV. Ionicæ, & Lydiæ quotcunq́ chalarę. i. relaxæ remissęq́ & resolutę vocantur. SO. His igit o amice nū quoquo modo vteris ad militū vtilitatem? GLAV. Nullo modo. Sed videtur iā tibi reliqua eē Dorica & Phrygia harmonia. SO. Haud eqdē harmonias noui, sed suscipe harmoniā illā q̄ vt decet imitat fortiter euntis in p̄liū, & ad qdlibet negotiū violentum viriliter se gerentis, voces, atq́ accentus, & periclitantis, siue in vulnera, siue in mortē irruentis, siue in aliā grauem sortem incidētis, in omibus istis fortunā cōstāter atq́ viriliter ppulsantis. Aliāq́ iterum suscipe harmoniam quæ voces imitatur atq́ accentus hoīs in tranquilla & minime violenta actiōe versantis, vel aliquid alicui persuadentis, vel supplicantis, vel votis deo, vel doctrina & admonitione homini, vel econtra hoīs alii supplicāti, aut docēti, aut dissuadēti facilem se præbētis, & qui licet voti compos sit factus, non tñ superbia efferatur, sed in his oībus temperate & modeste se gerat, sortemq́ vtrāq́ recte ferat, hasq́ duas sequatur harmonias, violentam, voluntariam, fortunatorum, infortunatorum, temperantiū, ac fortiū: & omino quęcūq́ ipsorum accentus pulcherrime imitātur, has oēs suscipe harmonias. GLAV. At vero non alias eligi iubes, q̄ eas quas ego supra dicebam. SO. Non igitur opus erit nobis in cantibus & melodiis harmonia quæ multis cōstat chordis, omibusq́ concentibus. GLAV. Nō, vt mihi videt. SO. Ergo Trigonorum, Pactidarū, & quorūcūq́ instrumētorū, quæ multis cōstāt chordis, & plurimis cōsonātiis, fabros nō nutriem⁹. GLAV. Non, vt videmur. SO. Quid aūt? tibiarum fabros, & tibicines in ciuitate suscipies? an non instrumenta multarū chordarum, harmoniarumq́ oīm, tibiam imitant? GLAV. Patet. SO. Lyra itaq́ restat, & cithara in ciuitate vtilis, & fistula in agris pastoribus commoda. GLAV. Ita ratio nobis ostendit. SO. Nihil alienū inducimus o amice, dū Apollinem ipsum & Apollinis instrumēta, Marsyæ ipsi, & organis q̄ Marsyæ sunt, pręponimus. GLAV. Non per Iouem, vt mihi videt. SO. Per Canē ipsum sensim & clāculum purgare cœpimus ciuitatē, quā supra nimiis delitiis deditam dicebamus. GLAV. Ipsi nos videlicet temperate agētes. SO. Age purgemus & reliqua. Sequitur ad ea quę de harmoniis dictā sunt, vt rhythmos ita prosequamur, ne per varios admodū circumuagemur, neve per quaslibet bases, sed qui vitæ fortis & temperatę rhythmi sunt, dignoscam⁹. Quib⁹ cognitis pedē cātūq́ cogam⁹ ořonē hmōi viri seq, nō ořonē sequi pedē, & cātū. Qui vero sint rhythmi tales, tua iterest declarare, quēadmodū harmonias exposuisti. GLAV. Per Iouē qd dicā nō habeo. Qz em̄ tres q̄dam species sunt ex qb⁹ bases texunt atq́ flectunt, quēadmodū i vocib⁹, quatuor vñ oēs harmonię cōficiunt, aīaduerterim, dicere possem. Quales aūt q̄lis vitæ imitationes sint, aperire nequeo. SO. At de his qdē cū Damone deliberabim⁹, q̄nā pedū pgressiones pprie sint illiberalitatis, petulantię, insanię, ac reliquę prauitatis, quive rhythmi contrariis cōgruāt. Arbitror aūt audisse q̄uis nō satis aperte, cum ipse basem quādā pedū bellicosam nominaret cōpositā Dactylū, atq́ etiā Heroicū, quē nescio quo mō digerebat, supraq́ infraq́ ęq̄lē in breuē lōgūq́ effectū, vtq́ existimo Iambū, & aliū quēdam Trochæū appellabat. Lōgitudines aūt, & breuitates adhibuit. Et in aliqbus istorꝶ arbitror eū vitupare, vel laudare ductiōes pedis, nō minus q̄ rhythmos ipsos, vel aliqd ex vtrisq́ cōmixtū. Neq́ em̄ declarare satis hęc possum. Verū hęc, vt dicebā, in Damonē ipm reiecta dilataq́ sint. Prolixa qppe ořone ad hęc distinguēda opus esset. Nunquid putas? GLAV. Prolixa p Iouem. SO. Hoc aūt ita discernere potes, q concinnitas atq́ ineptitudo congruitatem & incōgruitatē rhythmi sequunt. GLAV. Quid ni? SO. Atqui cōgruū quidē pulchrā orationē

Melodia ex qb⁹ cōstet.

in minora his videtur o Adimãte natura hoĩs esse cõcisa,vt nullo modo possit bñ plura imitari,vel etiã ea facere quoꝝ imitationes ipsæ similitudines quædam sunt.ADI.Est vt dicis. SO.Si ergo rõnẽ superiorẽ ratã haberi volumus,custodes nostros a reliquis omnib⁹ artificiis alienos patrię libertatis artifices esse oporteret valde quidẽ solertes:neq; aliud qcq̃ curare qđ huc nõ tẽdat,nihil aliud agere eos vel imitari oportet:vel si imitent̃,imitari q̃ istis consentanea sint,statim a pueritia,fortes scilicet, tẽꝑratos,sanctos,liberales,& reliqua eiusmodi:illiberalia aũt neq; facere,neq; imitari posse,neq; aliđ quicq̃ turpe,ne ex ipsa imitatione tales efficiant̃,quale id qđ ęmulant̃.An non aĩaduertisti imitationes si a teneris annis incipiant ꝑseuerentq; , in mores & naturã abire,tũ quantũ spectat ad corpus, tũ ad vocem,tũ ad cogitationẽ ipsam?ADI.Et maxime quidẽ.SO.Non ꝑmittimus igitur vllo modo eos quorũ habere curã dicimus,quosve pstantes viros fore desideramus,cum viri sint,mulierem imitari,vel iuuenem,vel vetulã,vel viro cõuitiãtẽ,vel aduersus deos cõtẽdẽtẽ,& iactãtẽ, cũ se putet felicẽ esse,vel ęrumnis circũuentã flentẽ atq; eiulãtẽ,laborantẽ,amore accẽsam,dolore partus oppressam.ADI.Nullo modo.SO.Neq; seruas,& seruos,ea q̃ seruoꝝ sunt faciẽtes.ADI.Neq; hoc quidem. SO.Neq; viros item prauos,vt videtur,timidos,& cõtraria eoꝝ q̃ diximus faciẽtes,cõuitiãtes, iurgãtes,turpiaq; inuicẽ obloquẽtes,siue ebrios,siue vigiles sobriosq;,& alia quotcũq; homines isti & in verbis,& in oꝑrib⁹,tũ in seipsos,tũ in alios ꝑccãt.Neq; etiã debent,vt arbitror, similes se ꝑr imitationem,vel verbis,vel actionibus insanientibus reddere.Cognoscẽdi eñ insani & mali sunt,tã viri q̃ mulieres:nihil tñ ex eorum dictis & factis,vel agẽdum est,vel imitãdum.ADI.Verissima loqris.SO. Quid aũt?artifices ne ex ęre aliquid fabricãtes,vel aliud quippiam moliẽtes,vel remiges nauiũ,vel p̃cipientes istis,vel aliud aliquid circa hæc imitari eos decet?ADI.Quonã pacto? cũ neq; reb⁹ vllis huiusmodi mentem adhibere his liceat.SO.Nunqđ equos hinniẽtes,vel mugientes tauros,aut fragorẽ immurmurationemq; fluuioꝝ,aut maris fremitũ,vel tonitrus,vel cætera eiusdẽ generis imitabunt̃? ADI.Atqui ꝓhibitũ illis est,& insanire,& insanientibus se similes reddere.SO.Si igitur quæ dicis intelligo,est quædam orationis,& narrationis species in qua vir optimus cum quid dicturus est enarrat,& alia quędam huic dissimilis,quã seruat q contra ac ille,natus atq; nutrit⁹ est.ADI.Quales vero hę sunt?SO.Videtur mihi vir moderatus qñ in narratione deuenerit ad aliquã viri boni vel orõnem,vel actionem,ꝑrinde ac si ipse ille esset ꝓnunciaturus,& sine vllo rubore,aut dedecore imitationem hmõi suscepturus:maxime quidẽ,& vt plurimũ imitans virũ bonum, prudenter & sine errorẽ agentem:rarius aũt ac minus,morbis,vel amore labãtẽ,aut ebrietate,aut casu quouis alio. Qñ autẽ ad aliquem indignũ se venerit,nolet,vt arbitror,dedita opera similẽ se deteriori p̃bere, nisi breuiter quidẽ,& cũ boni quicq̃ ꝑagit:sed erubescet,cum rudis sit ad hos imitandos,& ægre ferat deteriorũ figuras induere,sꝑrnẽs imagines huiuscemodi,nisi forte ioci oblectamẽtiq; causa id fecerit.ADI. Nõ iniuria.SO.Nõne igit̃ narratiõe vtet̃ tali,qualem paulo ante in versibus Homeri dicebam?eritq; oratio sua particeps vtriusq;,imitationis videlicet,& narrationis alterius?Exigua vero pars imitationis lõga in oratione erit?Dico ne aliqđ,an nihil?ADI.Dicis certe,qualẽ necesse est esse rhetoris isti⁹ figurã.SO.Nõne igitur qui talis nõ erit,quo erit ineptior,& indoctior,eo plura narrabit,& oĩa imitabitur,nihilq; se indignũ esse existimabit?Quare oĩa imitari aggredietur,& in conspectu qdem multoꝝ,ea præsertim quæ paulo ante cõmemorabam⁹,Tonitrus,murmura ventorum,& grandinis,axis rotarum,tubarũ,tibiarũ,fistulatũ,& omniũ deniq; organoꝝ sonitus:prætere canũ,pecudũ, & auiũ voces.Eritq; huius oratio vniuersa pene ꝑr imitationẽ,voce,ac gestu,vel paulũ quid narrationis habebit.ADI.Necessariũ quoq; istud.SO.Atq; hæ sunt orationis sꝑcies duæ,quas supra dicebã.ADI. Sunt plane.SO.Nõne ipsarũ vna quidem parũ quid mutationis habet? & siquis decentem consonantiam & rhythmum orationi tribuat,ferme ad eãdem orationis formã semp dicẽdũ est recte loquẽti, atq; in vna insup consonãtia?exiguę nanq; mutatiões.eodẽq; mõ ĩ rhythmo ferme cõsimili? ADI.Omino sic se res habet.SO.Quid autem alterius species?nõne contrariis indiget,omnibus videlicet consonãtiis,omibusq; rhythmis,si ꝓprie dicẽda est,cũ multas & varias habeat mutationũ formas?ADI. Sic est omino.SO.Nõne & poetę,& alii oẽs q aliqđ dicũt,vel harũ vna dicẽdi figura vtunt̃ , vel altera,vel vtrisq; cõmixtis?ADI.Necesse est.SO.Quid igitur faciemus? Vtrum has oẽs in ciuitate suscipiemus,vel alterã simpliciũ,vel ꝓmixtã?ADI.Si ĩ mea optiõe cõstiterit,simplicẽ decori imitatricem. SO.Atqui o Adimãte mixta quæq; iucũda est:multo aũt iucũdior pueris,& pædagogis contraria illius quam tu eligis,& plurimę turbæ.ADI.Iucũdissima ꝓrsus.SO.At forte,vt arbitror,reipu.nostrę cõuenire eam non existimabis,qm̃ nõ sit duplex vir neq; multiplex apud nos,quãdoquidẽ singuli singula faciũt.ADI.Non conuenit certe.SO.Nonne igit̃ sola in ciuitate hmõi coriariũ inueniemus dũtaxat coriariũ esse,nõ gubernatorem p̃terea?Et agricultorẽ dũtaxat agricultorẽ,nõ ĩsup iudicẽ? Militem quoq; militẽ,non etiã nummulariũ?cæterosq; eodem modo?ADI. Vera hæc sunt.SO.Siquis ergo in nostram vrbem venerit,qui præ sapientia in oẽs possit sese vertere formas,& oĩa imitari, vo

rem.SO.Rectus autem amor ipsa sui natura temperate & musice amat pulchrũ atq̃ decorũ.GLAV. Prorsus.SO.Nihil ergo furiosum vel intemperantię propriũ recto amori est admouendum.GLAV. Non certe.Neq̃ igitur iungenda illi est voluptas ipsa venerea,neq̃ in ea communicare debent amatores cum legitime dilectis adolescentibus,amantesq̃ cum amatis.GLAV.Per Iouem nullo modo o Socrates. SO.Sic igiť vt videť in ciuitate recte instituta legem condes,amatorẽ amare,vna esse,& tãgere amatum,si persuaserit,tanq̃ filium,honestorum causa,atq̃ in omnibus sic versari cum eo quem amat,vt nihil vnq̃ præter honestũ videať ab adolescente requirere. Si cõtra faciat,vituperiũ subeat, tanq̃ q nihil omnino sapiat musicũ,nihil pulchrũ.GLAV.Sic prorsus.SO.Nonne tibi videť finẽ suũ iam sermo de musica cõsecutus?Quo em̃ finiri debet,iam applicuit.Oportet enim musicã in amatoria pulchri finiri.GLAV.Assentior equidem.SO.Post musicã vero gymnastica exercendi sunt iuuenes.GLAV.Quid ni?SO.Oportet em̃ & in hac p omnẽ vitã diligẽter a pueris educari. Id autem ita se habet quodãmodo,vt opinor.Animaduerte & tu.Mihi quidem nõ videť bene affectũ corpus, virtute sua bonũ animũ facere,sed cõtra bene affectus animus,virtute sua corpus quoad fieri põt,optimũ reddere.Tibi vero quidnam videtur?GLAV.Quod & tibi.SO.Nonne si postq̃ mentem sufficienter instruxerimus, trademus ei,vt quæ ad corpus pertinent,diligẽter & exacte inquirat & curet, nos autem quasi quasdam formulas proponemus,ne longiores simus,recte vtiq̃ faciemus?GLAV.Omnino. SO.Ab ebrietate itaq̃ ipsis diximus abstinẽdum. Vnicuiq̃ enim magis conceditur q̃ custodi vt ebrietate grauat⁹ vbi terrarum sit nesciat. GLAV.Nempe ridiculũ esset,custode indigere custodem. SO.De cibis autem quid dicemus?Athletæ enim hi viri sunt,& maximi quidem certaminis. Nõne? GLAV.Maximi plane. SO . Nunquid aliorum Athletarum habitudo custodibus conueniens esset? GLAV.Fortasse.SO.At vero somnolenta hæc est, & ad valetudinem dubia. An non vides q̃ vitam edormiunt?etsi parum quidem ab instituto victu discedunt,grauiter ægrotant exercitatores huiusmodi?GLAV.Video equidem.SO.Elegantiore igiť aliqua exercitatione opus est bellicosis Athletis quos tanq̃ canes insomnes esse oportet, & q̃ acutissime videre, atq̃ audire, & multas mutationes in exercitu aquarum,ciborum,æstus,& frigoris ita perpeti, vt se a morbis defendant. GLAV. Ita mihi videtur.SO.Optima igitur gymnastica soror esset simplicis musicæ de qua paulo ante tractauimus. GLAV.Quomodo istud?SO.Simplex vtiq̃ & conueniens gymnastica,militum exercitatio.GLAV. Quo pacto?SO.Ab Homero quidem id discere possumus.Nosti enim quẽadmodũ in belli expeditionibus in heroum mẽsis, neq̃ pisces ipsis parat q̃uis ipsi in Hellesponto mari essent,neq̃ elixas carnes sed assas,quæ facilius a militibus præparantur.Vbiq̃ enim facilius est,vt ita loquar, ipso igne vti,q̃ vasa circũferre.Neq̃ vnq̃ variorũ cõdimentorũ,vt arbitror,Homerus meminit.Sed hoc & alii sciũt quicũq̃ exerceńť,q̃ cui corpus robustũ esse debet,a cunctis hmõi rebus est abstinendum. GLAV.Recte q̃dẽ & sciũt,& abstinent.SO.Syracusanas itaq̃ o amice mẽsas,& Sicula,vt videris, admodũ varia non laudas obsonia,si quidem hæc ita tibi recte se habere videnť. GLAV.Non certe vt mihi q̃dẽ videor.SO.Vituperas & Corinthium luxum blandientiũ puellarũ in his qui optima corporis habitudine futuri sunt.GLAV.Summopere.SO.Quinetiam Attica bellaria condimẽtaq̃,quæ iocunda plurimis & delicata videnť.GLAV.Necesse est.SO.Omnem em̃,vt existimo, huiusmodi victum si similem esse dicemus melodiæ & cantilenæ quę in omni genere harmonię omnibusq̃ rhythmis versanť, recte nimiũ comparauerimus.GLAV.Plane.SO.Ibi quidem intemperãtiã varietas parit,hic morbũ. Simplicitas autem secundũ musicã in animis temperãtiam,secũdũ vero gymnasticã in corporibus sanitatẽ.GLAV.Verissima loqueris.SO.Intẽperantia vero & morbis in ciuitate multiplicatis, & iudicum & medicorum ope plurimum indigemus. Vnde iudiciaria & medicina in precio habenť,quãdo & liberi multi his summopere studeant.GLAV.Quid ni? SO.Igitur malæ & turpis disciplinæ in ciuitate nullam maiorem potes coniecturam capere,q̃ summis iudicibus,ac medicis indigere, non modo abiectos homines & mechanicos, sed eos etiam qui liberali disciplina educatos esse se gloriantur. Nonne turpe videtur, & malæ educationis magna coniectura,vt cogamur ob propriæ virtutis inopiam iustitia vti externa,ab aliis videlicet tãq̃ dominis & iudicibus iuste operari compulsi? GLAV. Omnium profecto turpissimum.SO.An non hoc quoq̃ turpius esse putas?quãdo aliquis non modo omne vitæ tempus in iudiciis,tum accusando,tum defendendo conterit, sed & rudi quadam elatus iactantia in his ipsis negotiis gloriatur,quasi sit potens ad iniuriã inferendam,suisq̃ versutiis vsque adeo tergiuersari valeat,vt nullas iniuriarum soluat pœnas,qui sæpe minimarũ vilissimarũq̃ rerum causa tam anxium subit negotium,ignorans quanto præclarius ac melius esset,ita se comparare, vt nihilo indigeret iudice dormiẽte?GLAV.Certe hoc illo turpius est. SO.Absurdum præterea existimandum est homines medicis egere non ad vulnera sananda duntaxat,morbosq̃ curandos intẽperie aeris,& casibus cõtingẽtes, sed plurimũ ad distillationes & spiritus interioris intumescẽtis impetum ob mollitiẽ,atq̃ desidiã,& quẽ in victu supra dãnauimus,luxũ.Quibus effectũ est,vt hoĩes lacunarũ

sequitur,& tanq̃ simile imitatur:incongruum vero contrariam.Quinetiã cõsonũ ipsum,& dissonum eodem modo:quãdoqdem rhythm⁹ & harmonia,vt paulo ante dictũ fuit,orationẽ sequunt̃,nõ ipsa oratio rhythmũ & harmoniã sequit̃.GLAV.Certe orationem sequi hæc debent.SO.Quid vero loquendi modus ipsaq; oratio?nonne animi affectionẽ sequit̃?GLAV.Absq; dubio.SO.Orationem vero cætera quoq; sequunt̃?GLAV.Nẽpe.SO.Sermonis itaq; decor,consonantia,venustas,& rhythmi congruentia affectionẽ animi moderatã sequunt̃,quã Euethiã appellãt. Nõ eã dico,quã sępe cũ inscitia quædã sit,blãda quadã derisione bonitatem nominamus,sub nomine boni moris,fatuitatem quãdã significãtes:immo vero eã euethiã inquã,quę reuera cogitationẽ significat more optimo prędítã. εὐηθίαι. GLAV.Sic est omnino. SO.Nõne igit̃ vbiq; hæc iuuenes sequi debẽt si rẽ suã agere volũt? GLAV. Debent equidem.SO.Est autẽ ars pingendi vniuersa horũ plena,& omne huiusmodi artificiũ,plena quoq; texendi facultas,& variorũ ingeniositas operũ,studiuq; ædificãdi,oĩs præterea cæterorũ supellectiliũ instrumentorũq; effectio:quin & corporũ plantarũq; natura.Porro in omnibus istis,aut condecentia quædã inest,aut indecentia.Et indecentiæ quidẽ & rhythmi inconcinnitas atq; dissonantia sermonis turpis & improbi moris sorores sunt,contraria vero contrarii,temperati & optimi germana,& imitationes quædam sunt.GLAV.Est vt dicis.SO.Nunquid poetis solis insistendũ,cogendũq; vt imaginem boni moris in suis poematis exprimant,vel apud nos non scribãt?An præterea curãdũ ne artifices alii mali moris simulacrũ aliquod,non bene castigatũ opus,illiberale,deforme,& indecẽs, siue in figuris animaliũ,siue in ædificiis,siue in quouis alio artificio faciant?Vel si quis hoc præstare non potest,ne qd apud nos agat prohibẽdus est,ne in prauitatis imaginibus nobis enutriti custodes tanq̃ in noxio gramine,& multa quotidie paulatim a multis decerpentes pascentesq;,vnũ aliqd maximum malũ ignari in animo contrahant?Quãobrem illi inquirendi sunt artifices,qui naturali quadã industria possint tanq̃ per vestigia exprimere pulchri ipsius decoriq; naturã, vt tanq̃ in loco salubri habitantes iuniores vndiq; adiuuentur: quãdoquidem a pulchris honestisq; operibus siue ad oculos siue ad aures eorum honesti aliquid peruenit,veluti suauis aura quædam a locis salubribus, afferens sanitatem.quę quidem statim afflare a primis annis incipiens,sensim animos hominum in similitudinẽ,amicitiã,& concordiã,honestæ orationi rationiq; cõciliat.GLAV.Egregie admodũ isto pacto nutrirentur.SO.Ob hanc igit̃ causam Glauco ex ipsa principali secundũ musicã nutritione rhythmus & harmonia interiora animi penetrant,pulsantq; vehementissime animum, decorã quãdã figurã ferentia,per quã decorus & pulcher effcit̃, quisquis recte in musica erudit̃: contra vero,si contra quis fuerit educatus.Et quoniam rursus deficientia,neq; recte fabricata,aut non bene orta acutissime sentiet qui illic quemadmodum oportet nutrit⁹ fuerit,merito ægre hæc ferẽs, pulchra quidẽ laudabit, eaq; amãs,auideq; arripiens,ipsis aletur,ac bonus inde efficietur & pulcher.Turpia vero iure vituperabit,oderitq;,etiã in ea ętate in qua rationem nondũ susceperit.Aduentantẽ deniq; rationẽ,q̃ ita nutritus erit,libenter amplectetur,eã ex ipsa propinquitate,familiaritateq; prorsus agnoscens. GLAV. Mihi quoq; harũ rerum gratia in musica nutriendi vident̃.SO.Queadmodũ tunc profecto literas satis recte callemus,quãdo elementa nos non fugiunt,pauca qdem in omnibus quibuscũq; insunt,neq; in paruis,neq; in magnis ea spreuimus,tãq̃ non oporteret intelligere, sed vbiq; discernere illa proposuimus,vtpote q̃ prius grãmatici futuri nõ simus,q̃ nos ita comparauerim⁹.GLAV.Vera loqueris. SO.Imagines pręterea literarum sicubi vel in aquis vel in speculis appareãt,non prius cognoscemus q̃ ipsas literas nouerimus.Est enim hoc artis & exercitationis eiusdem.GLAV.Est vt dicis omnino. SO.Quorsum hæc inquã?Nempe eadem ratione neq; musici prius erim⁹ vel nos vel ipsi quos ad vrbis custodiã erudimus,q̃ temperãtiæ species,& fortitudinis,liberalitatis,& magnificentiæ,& quæcũq; harum sorores sunt,ipsisq; contraria cognouerimus, vbicunq; insint, ita vt & hæc & ipsorũ imagines quibuscunq; insunt,persentiamus,neq; in paruis,neq; in magnis cõtempserimus,sed eiusdem esse putauerimus & artis & studii. GLAV.Necesse est omnino. SO. Siquo in homine hæc concurrãt,vt in animo pulchri mores insint, & in corporis specie illis singula correspondeãt consentiãtq; eãdẽ suscipientia rationem,pulcherrimũ hoc erit ei qui inspicere possit,spectaculũ.GLAV.Valde qdem.SO. Atqui quod maxime pulchrũ,& amabile maxime.GLAV.Prorsus.SO.Tales quosdã homines maxime vir musicus adamaret:siquid vero absonũ aduerteret,minime.GLAV.Non certe si defectu animi dissonaret:siquid vero dũtaxat deesset corpori, sufferret quidem adeo, vt diligere gratulariq; velit. SO.Intelligo equidem,quia tales quidam vel amantur abs te, vel amati iam sunt,atq; assentior. Sed hoc mihi dicas.Est ne vllum temperantiæ cum resoluta voluptate commercium? GLAV. Quonam pacto?Quippe cum voluptas huiusmodi non minus q̃ dolor mentẽ e suo statu dimoueat.SOCRA. Aliis vero virtutibus?GLAV.Minime.SO.Quid autem? petulantia intemperantiaq; habent cum excedente voluptate communionem? GLAV. Maxime omnium. SO.Habes ne maiorem & vehementiorem voluptatem q̃ quæ circa venerea?GLAV.Neq; vehementiorem vllam habeo, neq; furiosio-

mus:sin turpis auidus lucri,dei fuisse filium reiiciemus.GLAV.Probe qdem ista dicunt.Sed de hoc quid ais o Socrates? An non bonos medicos habere oportet in ciuitate?Essent aũt tales maxime,qui cũq; fuissent cũ sanis plurimis,plurimisq; ęgrotãtibus cõuersati.Iudices itẽ similiter,q varia hoĩm ingenia essent experti.SO.Et valde quidem bonos dico. Sed nũquid intelligis quos tales esse arbitror? GLAV.Si dixeris.SO.Tentabo eqdẽ. Tu tñ nõ similem rẽ sermone eodẽ interrogabas.GLAV.Qua ratione?SO.Medici qdẽ sufficiẽtissimi euaderẽt,si ab ineũte ætate vltra discẽdę artis studiũ inter plurimos corpore male affectos cõuersarent,ipsiq; omni morborũ genere laborarent, naturaq; imbecilla essent.Neq; enim corpus,vt arbitror,corpore curãt.Impossibile nãq; eẽt,ipsa qñq; mala vel fuisse vel esse.sed aĩa corpus curãt.An nõ fieri põt,vt quę fuerit sitq; mala,bene aliqd curet?GLAV.Recte quidem.SO.Iudex aũt o amice ipso animo ipsi aĩo ĩperat. Nõne possibile est a pueritia animũ aliquẽ cũ malis animis cõuersatũ,& iniusta quęq; facinora operatum,acute deniq; ex seipso aliorũ scelera coniectare,quẽadmodum ex ipso corpore morbos?Nũ insontẽ ipm imperitũq; malorũ morũ, dũ esset iuuenis,extitisse oportet,si bonus & honestus existens iusta syncere est iudicaturus?Quapropter modesti hoĩes,dum iuuenes sunt,stolidi esse vident,& q facile ab iniustis decipi possint,tãq̃ q nõ habeãt in se ipsis eadẽ q̃ habẽt improbi,affectuũ exempla malorũ.GLAV.Omnino certe id patiunt. SO.Verũenĩ uero nõ iuuenẽ,sed senem esse bonũ oportet iudicẽ,q sero quale qd iniustitia sit,didicerit: tanq̃ q nõ propriã in aĩo suo eam senserit,sed alienam in alienis animis lõgo tpe nouerit,atq; idcirco cuiusmodi sit malum discernat,scientia potius q̃ ppria experiẽtia iudicãs.GLAV.Generosissimus certe iudex huiusmodi esse videt.SO.Et bonus pterea,qđ ipe quęrebas.Qui enĩ bonũ habet,remouet & animũ,bonus est.Versutus aũt ille ac mala suspicãs,q multa agit iniuste,sagaxq; & sapiẽs habet, quãdo cũ sui similibus versat,cautus callidusq; apparet,cũ ad exẽpla quæ in eo sunt,mentẽ dirigẽs sibi satis caueat.Quãdo vero bonis senioribusq; adhęret,fatuus,cũ vltra q̃ decet diffidat,sanũq; & syncerum morem ignoret,quippe qui exempla illius nõ habeat. Cũ vero frequẽtius cũ malis q̃ cũ bonis versetur,sępius quoq; sapientior q̃ insipientior sibi aliisq; videt.GLAV. Vera proculdubio loqueris.SO. Nõ ergo talẽ quęrere oportet iudicẽ tanq̃ bonũ & sapientẽ,sed qualẽ paulo ante dicebã. Prauitas enĩ neq; se,neq; virtutẽ cognosceret vnq̃.Virtus aũt naturę tempore addita disciplina,& seipsam simul, & prauitatẽ ĩtelliget.Nõ igitur malus,vt mea fert opinio,sed hic sapiẽs euadit.GLAV. Mihi quoq; ita videt.SO.Nõne igit & medicinã qualem diximus vna cũ huiusmodi iudiciaria ęquitate in ciuitate lege cõstitues,quæ quidem eos ciues q natura,tũ aĩo,tũ corpore bene se habẽt,enutriãt:eorum vero q tales nõ sunt,quotcũq; corpore deficiũt,mori sinant:quotcũq; autem malo ingenio procreati,insanabiles sunt,morte mulctent?GLAV.Hoc fortasse & ipsis qui talia patiunt,& ciuitati conducit.SO.Cõstat quinetiã curaturos iuuenes ne in iudiciarię vsum indigẽtiamq; descẽdãt, simplici illa vtentes musica,ex qua nasci diximus temperãtiam.GLAV.Cur nõ?SO.An non p eadẽ hæc vestigia musicus gymnasticã sequẽs,si volet aget,assequeturq; vt nihil egeat medicina, nisi necessitas cogat? GLAV.Assentior equidem.SO.Exercebit aũt in gymnasiis corpus,respiciẽs magis ad animositatem naturę,illãq; excitãs,q̃ ad robur:neq; quẽadmodum Athletę alii corporei roboris gratia victum instituet,laboresq; adhibebit.GLAV.Recte admodum . SO.Qui ergo constituunt o Glauco musica & gymnastica hoĩes erudire,nõ ea causa qua multi existimãt,studia hæc aggrediunt,vt hac quidẽ corpus,illa animũ curẽt.GLAV.Cur non?SO.Vident vtraq; animi gratia plurimum exercere.GLAV. Quo pacto?SO.An nõ vides vt afficiãt animũ qui gymnasticã p oẽm vitã exercent, musicã aũt non attingũt,vel qui contra faciũt?GLAV.De quonam dicis? SO.De rustica inquã duritia ferocitateq;, atq; item de mollitie,& mansuetudine.GLAV.Noui equidẽ eos q mera vtunt gymnastica,agrestiores q̃ oportet euadere.Qui autem duntaxat musica,molliores q̃ eos deceat effici.SO.Atqui vis ipsa agrestis ad iracundæ naturæ animositatem pertinet:quæ si recte nutrit,fortis euadit:sinautem supra q̃ decet excrescit,ferox,vt cõsentaneũ est,ac dura.GLAV.Assentior.SO.Quid autẽ vim ipsam mitẽ & mansuetam,nonne philosophi natura habet:quæ si nimium coalescit,mollior fit q̃ decet:bene autem si enutritur,suauis atq; modesta?GLAV.Est vt dicis.SO.Dicebamus autem oportere ipsos custodes vtrasq; naturas habere.GLAV.Oportet sane.SO.Nonne cõgruere inuicẽ & concinere oportet ? GLAV.Quid ni ? SO.Eiusq; animus in quo hæc consonant , temperatus est & fortis?GLAV. Omnino.SO.Eius autem animus in quo dissonant,timidus & agrestis?GLAV.Et maxime quidem. SO.Quicunq; permittit vt musica animum suum assidue circumsonans occupet & demulceat,perq; aures veluti per infundibula harmonias infundat , quas supra commemorauimus , suaues, blandas , molles,ac flebiles , atq; ætatem suam in modulis animum delinientibus consumit , is primum quidem,siquid iracundum habebat,tanq̃ ferrum demollit,& vtile ex inutili duroq; efficit.Quando autem incumbit diutius , magis demulcet , post hoc iam liquefacit animum & resoluit,donec destillando exhauriat animositatem omnem , excindatq; tanq̃ neruos ex animo , ex quo animum quasi

instar aqua flatuq; exuberãtiũ,nimis oppleti coegerint peritos Aesculapii successores morbos quosdã
nouo nomine,distillationes,inflationes,viscerũ crepitus,appellare.GLAV.Noua sane hæc morborũ
nomina,nimiũq; absurda.SO.Hęc,vt arbitror,Aesculapii tẽpore nõ erãt.Quod hinc plane conijcio,
q eius filii apud Troiã,poculũ Patrocli iussu oblatũ saucio Eurypilo non dãnarũt,cũ tñ in eo mixta
esset prãdio vino farina,& insup attritus caseus,quę pituitã augent.GLAV.Profecto absurdũ id po
culũ,minimeq; ita affecto conueniens.SO.Nõ,si aduertis hac nostra medicinaria facultate morborũ
pedissequa,Aesculapii sectatores ante Herodicũ,vt fert,minime vsos fuisse.Herodicus aũt cũ esset ex
ercitandorũ magister iuuenũ,effectusq; esset valetudinatius,miscẽs gymnasticã medicinę,primo qui
dem seipsum,deinde & posteros multos tædio lõgo affecit.GLAV.Quonã pacto? SO.Longã quippe
sibi mortem pręstitit.Nam dũ morbũ subsequeret ad mortem terminaturũ,neq; curare,vt opinor,se
poterat,& medelæ studio occupatus omissis reliquis actionibus vitã in hac corporis indulgentia cõ
terebat,male quidẽ affectus si paulo a consueto victu discederet,neq; facile tamẽ naturæ cedens.atq;
ita hac sapiẽtia viuens senex decessit e vita.GLAV.Egregiã palmã ex arte sua reportauit.SO.Nem-
pe quã decebat reportare illũ,qui ignorabat Aesculapiũ non ignorantia quidem & imperitia generis
huius medelæ,suis posteris ipsum non ostendisse,sed quoniã cognoscebat in ciuitate optime guber-
nata,cuiq; opus suũ assignatũ esse,quod perfici necesse sit,nec vlli superesse otiũ,vt p omnẽ vitã vale
tudinarius in corporis curatione versetur.Quod quidem,modo quodam ridiculo in artificibus ani-
maduertimus:in illis vero qui opulenti felicesq; censentur,nequaq̃.GLAV.Quomodo istud? SO.Fa
ber siquãdo in morbũ incidit,breuem a medico curationẽ exigit,vel per vomitũ,vel defluxũ ventris,
vel vstionẽ,vel incisionẽ.Si quis aũt diuturnã illi victus obseruationem præcipit,capitisq; suffarcina
tiones cæteraq; huiusmodi,statim obiicit non esse sibi ad ægrotandum otium,neq; præstare sibi ita
vitã trahere continuis curationibus incumbenti,suũq; opificium negligenti. Deinde medico hoc di
misso ad consuetũ victũ reuertens,si conualescit,suũ opus exequit: sinaũt corpus sustinere morbum
nequit,vita functus a negotiis liberatur.GLAV.Ita profecto medicinis vti artifici conuenire videt.
SO.Atq; idcirco opus illi propositũ esse dixi,quod nisi peragat,viuere ipsi non pręstat.GLAV.Con
stat.SO.Diues aũt,vt diximus,opere nullo vrgetur,a quo quãdo vi arceat, non amplius sit ei viuen
dum.GLAV.Nullo prorsus,vt fertur. SO.Phocylidem forte non audis dicentem quemadmodum
oportet virtutem exercere,quando viuendi facultas iam suppetit. GLAV.Arbitror autem & prius.
SO.Nihil in hoc illi aduersemur,sed ipsi nos doceamus,vtrum id hoc pacto meditari diues debeat:
alioquin si in morborũ nutritione tempus terat,non sit illi viuendum.Fabrili siquidem arti ac cæte-
ris impedimento id est. Nam ab opere mentem diuertit. Præceptum vero Phocylidis nihil impedit.
GLAV.Per Iouem,ferme omniũ maxime,si vltra omnem gymnasticã superuacua ista curatio corpo
ris producat,nos occupat.SO.Etenĩ rei familiari,& militari,& vrbanis omnib9 magistratibus obest
plurimum:quodve deterrimum est,discendi studiũ,& omnem intelligendi,meditãdiq; diligentiã im
pedit,dum capitis dolores semper & vertigines suspicat,studiũq; sapientiæ causat, quasi ex eo ista na
scant.Quãobrem ad virtutis exercitationem,probationemq; nobis omnino impedimento est. Efficit
enim vt semp ægrotare putemus,neq; desinamus vnq̃ de habitu corporis queri.GLAV.Cõsentaneũ
est. SO.Hæc vtiq; cognoscentẽ dicimus Aesculapiũ hominib9 natura educationeq; bene valentibus,
deinde vero morbo quodã exterius illato & subito ægrotãtibus,eã ostendisse medicinã,qua pharma
cis,& incisionibus infirmitas tolleret, videlicet cõsueto deinde victu seruato, ne ciuilia negotia dis-
turbaret. Corpora vero penitus interiori corruptione morbosa nequaq̃ aggressum fuisse diligẽtia vi
ctus & diuturna obseruantia in vita producere,ita vt & male viuerent homines, & valetudinarios,
vt consequens est,filios generarent. Neq; vero illum censuisse curandũ,qui non posset in constituto
& solito victu ac regula viuere,tanq̃ neq; ipsi,neq; ciuitati id conferat.GLAV.Ciuilem virum dicis
Aesculapium extitisse? SO.Constat plane,filiiq; ipsius talem eum fuisse testant.An ignoras illos apud
Troiam in rebus bellicis claruisse? q̃q̃ & medicinæ studio,quemadmodum ego dicebã, vtebant.Non
meministi q Menelao Pandari manibus vulnerato,cruorem vulneris absterserunt,& vnguentis mi-
tigantibus perunxere, legem vero certã circa cibos ac potus nihilo magis q̃ Eurypilo præscripserũt,
quasi pharmaca ad curandos sufficerent homines, qui ante accepta vulnera & firmi corporis habi-
tu & victu moderati fuissent,licet protinus dictum illud poculum ebibissent? homines autẽ & natu-
ra & incontinentia morbosos viuere,neq; iis ipsis,neq; aliis conferre putabant,neq; circa illos versa-
ri artẽ,neq; esse curandos etiã si Mida locupletiores essent? GLAV.Scitos admodum viros fuisse per
hibes Aesculapii filios.SO.Decet sane.q̃q̃ nobis Tragœdi & Pindarus nõ testificãtes Aesculapiũ fe-
runt Apollinis filiũ extitisse, atq; auro inductũ ad hominem pecuniosum cũ extrema ægritudine ad
mortẽ ferẽte opprimeret,in vitã restituendũ. Vnde & fulmine illũ percussum. Sed nos propter illa q̃
supra diximus,illis hæc vtraq; nõ cõcedimus.Immo si dei filius fuit,lucri turpis auidũ fuisse negabi

mus,& eius quã didicit musicæ cõseruator,concinnusq; & consonũ se in his omnibꝰ præbeat.Qualis
vir esset & sibi & patriæ vtilissimus. Atq; is q singulis ætatibus semp pueritia, adolescentia, natura;
ætate,probatus est,& immaculatꝰ existit,custos & princeps est ciuitatis cõstituendus.Honores huic
tribuendi & viuẽti & mortuo sepulcrorũ & aliorũ monimentorũ maxima munera sortiẽt. Qui ve
ro talis non sit,abiiciendus est.Huiusmodi igitur o Glauco delectus & institutio principum & custo
dũ esse debere mihi videt̃,vt summatim potius q̃ exacte sit dictũ.GLAV.Idem & mihi videt̃.SO.Igi
tur verissime vocabunt̃ hi qdẽ custodes omni ex pte,tã externorũ hostiũ, q̃ iternorũ amicorũ,vt isti
nolint,illi nequeãt malũ aliqd machinari.Iuuenes aũt quos paulo ante custodes noĩabamus,recte au
xiliarii defensoresq; istitutionũ ipsoꝝ pricipũ appellabũt.GLAV.Sic & ipse sentio.SO.Quis itaq; mo
dus erit quo ex his mẽdaciis quę aliquãdo decẽt,quẽadmodũ & nos in superioribꝰ generosum qddã
mẽtiẽtes induximꝰ,psuadeamꝰ priꝰ qdẽ principibꝰ?sin minus,saltẽ reliqs ciuibꝰ? GLAV.Quale istuc
ais?SO.Nihil noui eqdẽ,sed Phœniciũ qddã,qđ ante qdẽ apud mltos factũ est,vt poetę dixerũt,& p-
suaserũt,nostris vero tẽporibꝰ minime,nec scio si futurũ vnq̃,persuadere certe est arduum. GLAV.
Q̃ pigre ad dicẽdũ videris accedere.SO. Videbor eqdem tibi postq̃ dixero valde decẽter pigrescere.
GLAV.Dic age,nec timeas.SO.Ecce iã dico,q̃q̃ nescio qua audacia qbusq; verbis fretus dicam:atq;
aggrediar primũ ipsis principibꝰ & militibꝰ suadere,deinceps aũt & reliqs ciuibꝰ, ꝙ ea qbꝰ nos ipsos
enutriuimus,erudiuimusq; tãq̃ somnia visi oĩa sunt circa seipsos habere.Erãt autem tunc reuera sub
terra,intus formati & enutriti ipsi,& arma eorũ,& supellex oĩs.Postq̃ vero omnino pfecti fuerũt,ter
ra ipsos vt mater eduxit.Et nũc qdẽ tãq̃ matri ac nutrici,regioni huic ĩ qua sunt,cõsulere debẽt,atq;
succurrere si qs eã inuaserit,deq; cęteris ciuibus tãq̃ de fratribꝰ terra genitis,cogitare. GLAV.Non
frustra olim erubescebas hoc mendaciũ dicere.SO.Decẽter admodũ,sed audi iã reliquũ fabulæ.Estis
vtiq; oẽs in ciuitate tãq̃ fratres,vt ipsi dicemꝰ,ad eos cõfugiẽtes.Sed cũ deus nos formaret,qcũq; ve
strũ ad imperãdũ idonei nati sunt,aurũ in eoꝝ gñatiõe ipsis admiscuit,ppter qđ honoratissimi sunt.
Illis aũt q ad auxiliãdũ,argẽtũ indidit. Ferrũ deniq; atq; æs agricolis & aliis opificibꝰ.Tãq̃ igit̃ eius-
dẽ generis oẽs,similes vobis plurimũ generatis.Euenit aũt qñq;,vt ex aureo nascatur argẽteus,& ex
argẽteo similiter aureus,cęteraq; ita vicissim. Quapropter ipsis principibꝰ & primo & maxime deus
pcipit,vt nullius rei maiorẽ curã custodiãq; suscipiãt q̃ natorũ, vt dignoscant qd ex quatuor his po
tissimũ,illorũ animis sit immixtũ:& si qs ex ipsis nascat̃ æneus aut ferreus,nullo pacto misereant̃,sed
honorẽ illi naturę cõueniẽtẽ tribuẽtes,inter opifices vel agricolas mittant.Rursusq; si ex illis nascat̃
aliqs aureus vel argẽteus,honorãtes extollãt partim qdẽ in custodes,partim auxiliarios:Quasi oracu
lũ sit,tũc Rẽp.perituram,cũ ipsam vel æneus custos vel ferreus gubernabit.Habes ne quõ huic fabulæ
fidẽ adhibeãt?GLAV.Nullo mõ,quo pacto isti:quo aũt mõ istoꝝ filii ac reliq posteri,habeo. SO.At
hoc bene se haberet ad maiorẽ curã sui & ciuitatis habẽdã.GLAV.Ferme qđ dicis intelligo. SO.Et
hoc qdẽ illuc tẽdet,quo oraculũ pducet.Nos aũt hos terra genitos armãtes ducentibus principibus
pducamꝰ.Profecti aũt explorẽt,vbinã in ciuitate sit optimũ castra ponere, vnde & eos q intus sunt,
maxime cohibeãt,siqs nolit legibus ipsis obtemperare:& eos q extra, repellãt,si hostes tanq̃ lupus ad
ouile perrexerint.Cũ vero castra posuerint,& quibus oportet sacrificauerint,tabernacula struãt.Sic
ne?an aliter?GLAV.Sic certe. SO.Nũ hmõi qualia cõtra hyemes & calores sufficiãt?GLAV.Quid
ni?habitatiões eñ dicere mihi videris.SO.Sic aio,sed militares nõ opulẽtas & mercatorias.GLAV.
Quo differre asseris hoc ab illo?SO.Conabor equidẽ declarare. Grauissimũ qppe oĩm, & turpissimũ
pastoribꝰ esset,si eos atq; ita canes gregis custodes futuros nutrirẽt,vt ex intẽperãtia aut ex fame aut
ex aliqua alia mala cõsuetudine,canes ipsi aggrediant̃ pecuaria lędere, & pro canibꝰ similes lupis effi
ciant̃.GLAV.Graue nimiũ.SO.Oĩno itaq; nobis cauendũ neqd tale aduersus ciues efficiãt, q defen
sores adhibent̃,cũ ipsis valẽtiores sint,neq; beneuolorũ loco sociorum,agrestibus dñis se similes præ
beant.GLAV.Cauendum sane.SO.Nonne maxima esset adhibita cautio si reuera præclare educati
sint?GLAV.Sunt qdẽ.SO.Hoc qdẽ o amice Glauco asseuerare non decet. qđ aũt nuper dicebamus,
nimirũ decet,ꝙ oportet ipsos rectã siqua est,cõsequi disciplinam,si modo mites futuri sunt & sibi in
uicẽ & his quos custodiunt. GLAV.Et recte qdem. SO.Ad hãc igit̃ disciplinam quisq; sanę mentis
diceret,habitationẽ & reliquã supellectilẽ ita adhibendã,ne ipsos quo minus optimi viri essent, pro-
hiberet,neq; eos ad cæteros ciues lædendos induceret.GLAV.Et vere quidem.SO.Inspice igitur an
tali quadam ratione eos oporteat & viuere & habitare,si quidem futuri sint tales. Primo quidem ne
mo proprium quicq; possideat, nisi quatenus summa cogat necessitas. Deinde neq; domum neq; pe-
nu habeant, quo non omnibus pateat aditus. Quæ vero ad victum pertinent, tanta sint apud eos
quantis indigent militares Athletæ temperati ac fortes, accipiantq; ex instituto ab aliis ciuibus mer
cedis tantũ custodiæ gratia,vt exacto anno,neq; desit qcq̃,neq; supersit. Cõferẽtes aũt se ad comessa
tiones,pinde atq; in castris,cõi vescant̃ cõuiuio.Dicẽdũq; est illis, aurũ & argẽtũ diuinũ a diis in aĩo

segnē militē efficit.GLAV.Sic est omnino. SO.Ac si a principio hominē nacta sit natura sine animi robore,cito hoc pficit.Sinaūt animosum,vires animi frāgēs ad irā reddit pcipitē, vt minimis qbusq; offensiūculis irritet,ac facile iterū efferuescat.Vnde ex animosis iracūdi atq; morosi effecti,sunt molestia & fastidio pleni.GLAV.Ita prorsus accidit.SO.Q2 si qs gymnasticę victui exercitationiq; se dedat,musica philosophiaq; neglectis,primo qdē firmū corporis habitū cōsequutus animi viribus magnitudineq; replet,fortiorq; q̄ esset euadit.GLAV.Valde qdem.SO.Deinde si in hoc ita pseueret,vt nihil aliud agat,neq; musam prorsus attingat,certe si qs erat eius in animo instinctus discēdi flagrās cupiditate,imbecillus,surdus,ac cæcus efficit,vtpote q neq; doctrinā gustauerit vllā,neq; indagationem rerū,neq; vllā penitus rationem,neq; musicā aliā,vnde expergisci potuerit,coalescereq;, sensusq; suos puros accipere. GLAV.Sic plane.SO.Rationi aduersus,vt arbitror,vir hmōi,& a musis reddit alienus,ac nulla alterius persuasione rationib⁹ inducta vtit,sed vi & agresti immanitate tāq̄ fera quædā ad omnia fert,inq; inscitia & ruditate sine rhythmo & gratia & vrbanitate viuit. GLAV.Omnino sic se res habet.SO.Postq̄ duo hęc sunt,vt apparet,artes duas asserere deū aliquē hoīb⁹ tribuisse, musicā & gymnasticā,ad animositatem,philosophicāve naturā,non ad animū & corpus,nisi per accidens fuerit,sed ad illa,vt inuicē consonarent,intensa videlicet atq; remissa quatenus deceat.GLAV. Sic apparet.SO.Eum igit q pulcherrime gymnasticā cū musica miscet, moderatissimeq; hæc animo adhibet,merito absolutissimū musicū diceremus,& summa harmonia compositū, magis q̄ eū q chordas vna cōtēperat.GLAV.Et merito qdē o Socrates.SO.Nōne ergo hmōi aliquo præside semp in ciuitate nobis opus erit Glauco,si debet salua fore Respu?GLAV.Erit certe summopere. SO.Hi ergo disciplinę educationisq; modi essent.Nempe choreas in horū genere qs reponet,venationesq; & canū insecutiones,gymnica item certamina & equestria.Ferme enim constat sequi hæc ista debere, neq; inuentu difficilia fore.GLAV.Forte non sunt difficilia. SO.Quid nobis præterea distinguendū? Nonne horū omniū qnā imperare debeāt,q parere?GLAV.Cur nō? SO.Constat qdem seniores imperare oportere,iuniores subesse.GLAV.Constat profecto.SO.Et hoc liquet,ex his esse optimos eligendos. GLAV.Liquet certe & istuc.SO.Agricolarū optimi nonne hi sunt, qui maximā agrorū habent colendorū peritiā?GLAV.Prorsus. SO.Nūc aūt cum ex custodibus optimos eligi oporteat,nonne eos qui maximā custodiendę ciuitatis peritiā habent?GLAV.Eos plane.SO.Prudentes ergo ad hoc esse eos oportet,potentesq;,& qui Reip.curā habeāt.GLAV.Et ita.SO.Curat autē quisq; maxime id qđ maxime diligit.GLAV.Necesse est.SO.Atq; hoc diligit maxime cui conferre eadē ac sibi existimat, & ex cuius felicitate vel infelicitate suā arbitrat felicitatem infelicitatēve pēdere.GLAV.Sic est.SO. Eligendi igit ex omnibus custodibus hi maxime qui nobis cōsiderātib⁹ videant p omnem vitā summo studio ea facere,quæ e Rep.esse ducūt:quæ vero contra, cauere. GLAV.Commodissimi certe hi sunt.SO.Obseruandi itaq; sunt,vt arbitror,in singulis ætatibus,vtrū præceptū hoc seruent,neq; tāq̄ præstigiis quibusdā decepti,neq; vi vlla compulsi,suiq; ipsorū obliti eiiciāt eā opinionē qua ea sola censent agēda,quę sunt optima Reip.GLAV.Quā eiectionem dicis? SO.Dicā tibi.videt mihi opinio mente exire,vel sponte,vel inuite.Sponte qdem falsa,in eo qui dediscit falsa,vera discit.Inuite autē,vera quæq; opinio.GLAV.Qđ de volūtario exitu dicis intelligo:qđ aūt de inuito, discere cupio. SO.Nōne putas bonis hoīes inuite priuari,malis aūt sponte? An nō mentiri,verūq; nescire malū est, vere autē iudicare bonum? Nonne opinari ea quæ sunt,vere putare tibi videt?GLAV.Probe loqueris,mihiq; videntur homines inuiti vera opinione priuari. SO.An non vel surreptione,vel deceptione,vel vi hoc patiuntur?GLAV.Neq; istud intelligo.SO.Tragice porro loqui videor. Surripi enim opiniones iis dico,qui sententiam mutant,vel sensim tempore obliteratam, vel clam aduersa ratione subtractam.Nunc intelligis?GLAV.Intelligo equidem.SO.Vim autem illis inferri,quos dolor,cruciatus,aliter sentire cogunt.GLAV.Istud intelligo equidem,ac recte dicis.SO.Subduci autem quasi præstigiis eos,vt arbitror,tu quoq; diceres,qui priorem deponunt opinionem,vel voluptate permulcti,vel metu perterrefacti. GLAV.Videntur sane quæcunq; decipiunt, præstigiis nos seducere. SO. Quod igitur nuper dicebam,quęrendum est quinam constantes seruatores sint eius quæ apud ipsos est sententiæ,id videlicet semper agendum esse,quod Reipu.conducere arbitrantur.Obseruandi sunt igitur statim a pueritia,eaq; illis opera proponenda,ex quibus aliquis maxime præceptum illum obliuisci,falliq; possit.Atq; is qui seruat illud memoriter,neq; subducitur,eligendus:qui contra,abiiciēdus.an non?GLAV.Certe.SO.Ergo & labores & dolores illis & certamina opponenda, in hisq; hæc eadem obseruanda.GLAV.Scite.SO.Nonne secundum speciem illam tertiam, hoc est quasi quandā præstigiorum hallucinationem pugnandum est? & quemadmodum qui inspicere cupiunt nunquid pulli pauidi sint nec ne,ad strepitum illos,& tumultum ducūt,sic iuniores in terribilia quædam impellendi,atq; item oblectamēta,in hisq; multo magis q̄ igni aurum examinandi? vt ita comperiamus, si extet aliquis inter eos qui non facile irretiatur,sitq; compositus in omnibus,suiipsius custos opti-

solidū.Bis em̄ duo bis,octo cōficiūt.Dicit aūt diapason.i.per oīa. Cōsonātia em̄ eiusmodi,& oēs intra se cōtinet,& replicat in oībus.Nec ab re Plato inqt temperantiam quasi diapason extendi per summos ciues infimosq; & medios.In octaua enim & grauis vox,& acutissima est.sunt & mediæ. Sed vt ad iustitiam redeamus,quemadmodū in diapason cōsonātia vox octaua cum graui adeo cōsonat, vt quæ vox gemina est appareat vna, sic in bene cōposita ciuitate tēperātiæ grauitas cū iustitiæ robore tā apte cōgruit,vt duæ hæ virtutes vix inuicē discernant.Et vide q̄ opportune ex diapason cōsonātia vocis octauæ Socrates se cōferat ad iustitiā apud Pythagoricos octonario numero designatā. Cū enim iustitia sit æqualis oīno p cuiusq; meritis distributio,ciuitatisq; solidū fundamētū,iuste p octonariū describit numerū.Hic em̄ numerus & solidorū primus est,primusq; oīm in numeros ita soluit pariter pares,hoc est in bis quaternos,vt nihilo minus in numeros æque pariter pares diuisio quoq; ipsa soluat.i.in bis binos.rursusq; qua æqualitate resoluitur,eadē quoq; contexit.Nā bis bini bis,octonariū,vt dixi,cōstituūt æqualitatis iustæ simulacrū.Quapropter Orpheus vbicunq; diuinā iustitiam obtestari nolebat,p numina octo iurabat,ignē,aquā,terrā,cęlū,lunā,solē,phanetāq;,& noctē.In Aegyptia quoq; columna in signū iustitiæ posita numina octo notabant inscripta,queadmodū testat Euāder,Saturnus,Rhea,Osiris,spiritus,cælū,terra,nox,dies.Deniq; cælestis iustitiæ ordinē sphæris octo digestū esse omnis arbitrat antiquitas. Socrates post hæc ostēdit iniustitiā esse subitū ciuitatis exitiū quādo aliena singuli vsurpātes oīa pturbāt atq; cōfundūt.Iustitiā vero ciuitatis ordinē esse atq; salutem.Proinde ex manifestiori hac ciuitatis iustitia,ad occultiorē trāsit in animo quasi latētē.Diuiditq; trifariā animi vires,in rationē loco principis,& vim irascēdi vice militū,naturāq; cōcupiscēdi opifici similē.Probatq; vnā in nobis esse animā,cui⁹,& in qua hæ tres sint vires,nō loco intra se,sed pprietate distinctę.Quod qdē & Peripateticos quosdā latratores refellit,& cuilibet diligēter legēti potest fieri manifestū.Hāc vero distinctionē adducit,vt pateat quomodo inter se aīa atq; ciuitas,& illi⁹ & huius iustitia sint psimiles.Inqt ergo.Cū nequeat aīa p eandē sui vim circa idē simul opposita facere,necesse est eā tres saltē vires habere.Quippe cū eodē in tēpore p libidinē rapiatur ad voluptatē,& p rationē interim reuocet.Irē p libidinē retrahat a prælio,p iracūdiā prouocet ad pugnā. Ex qbus patet rationē esse a libidine differentē,& ab eadem differre etiā irascēdi vigorē.Differre quoq; hūc a ratione patet,tū in pueris nōdū vtētibus ratione,iracūdia tū valde feruētibus, tū in aliis multa p irā pter rōnis legē agētib⁹.Propinquiori vero irascēdi vigorē rōni ex eo esse pbat, q; indignatio sæpe rationi opitulat cōtra libidinē.Cōcludit deinceps iustitiā vna cū tēperātia esse legitimā quādā cōsensionē,tū in cuiuslibet animo triū quas diximus partiū,tū ī ciuitate triū his ptib⁹ cōsimiliū. Cōsensionē inquā in gubernādo,exequēdo,obediēdo,atq; in ppriis munerib⁹ pagēdis,& alienis nō vsurpādis. Nec immerito hic iustitiā tēperātiæ germanā,nominat harmoniā,ex acutis vocib⁹ & grauib⁹ mediisq; cōstātē, vocibus inquā principes & quęstuarios mediosq; horū milites referētibus. Deinde vt quęstioni iādiu adductę respōdeat,quęrēti qdnā iustitia iniustitiaq; in animo pariāt,dicit virtutē esse animi sanitatē pulchritudinēq; & robur:vitiū vero morbū,turpitudinē,imbecillitatē. Siqdē virt⁹ cūctas animę partes,vt statuit natura,disponit & seruat.Vitiū vero cōtra,naturæ ordinē cōfundit atq; pturbat.Quoniā vero quādo deprauata omnino corporis est natura,præstat mori q̄ viuere,etiam si externa nobis abūde suppeditent,idcirco concludit illius vitā tāq̄ miserā esse ab omnibus fugiendā, in quo anima p quā viuimus p vitium est deprauata. Postremo in ipso libri huius calce asserit eiusmodi animā ciuitatemq; quā descripsit,optimā esse atq; felicissimā.Animā inquā ciuitatemq; regiā, a regina videlicet hominis ratione dispositā. Addit eiusmodi gubernationem tū regiā appellari,quādo inter multos bonos excellat quidā manifeste omniū præstātissimus:tū Remp. optimatū, quādo plures pariter videant excellere.Omnino vero eādem esse gubernationem existimandam. Annuit quoq; se in sequēti libro quatuor reliquas,tū animorū,tum rerumpublicarum affectiones ordine distincturum.

DIALOGVS QVARTVS DE IVSTO.

ADIMANTVS. SOCRATES.

ADI.



QVID RESPONDEBIS Socrates,si quis dicat te nō multū hos viros beatos efficere,cū tamē ipsi sint quorum reuera est ciuitas,nihil aūt ex bonis ciuitatis accipiāt quemadmodū alii,qui & agros & magnificas domos,supellectilemq; hmōi domibus cōueniētē possidēt,sacraq; diis priuata faciūt,hospites excipiūt,quæ tu nūc dicebas,aurū & argentū adepti, & quæcūq; ad felicitatem conferre putātur: isti vero tanq̄ auxiliarii quidā mercede conducti in vrbe sedent,nihil agentes aliud q̄ custodiam? SOCRA. Certe & qui victum solummodo recipiant , neq; mercedem vltra victum , vt alii solent. Quocirca neq; si proficisci priuatim alio velint,licebit ipsis,neq; quicq̄ scortis largiri,aut ad quæuis alia pecunias erogare,eorū more q beati putant.Hęc

eos habere,neq; humano auro indigere,neq; sanctũ esse,illius possessionem admixtione mortalis auri inquinare.Nempe ex vulgi pecuniis multa impia puenerũt: qđ vero inest illis aurũ,prorsus immaculatũ.Profecto solis ipsis ex omnibus q sunt in ciuitate,tangere aurũ aut argentũ,aut sub tecto suo recipere,aut circũferre,vel ex ea materie bibere,nefas.Hoc ergo pacto & sibi & ciuitati salutem parerent.Siquãdo vero domũ sibi aut agrũ aut pecuniã priuatim possederint,administratores familiæ,& agricolæ pro custodibus erunt,& vice eorum qui ciuibus auxilio sint,domini eorum infensi efficientur: & ipsi odio habiti,odioq; alios habentes,& insidias parantes,pariterq; patientes vitã vniuersam degent.Vbi multo magis ciues q̃ externos hostes timebunt,accedentq; iam tunc proxime ad perniciem tam ipsi q̃ reliqua ciuitas. Horum igitur omnium causa dicamus custodes ipsos circa domum & reliqua omnia ita instructos esse debere.Hæcq; lata sit lex.an non?GLAV.Sic esto.

Argumentum Marsilii Ficini in Dialogum Quartum de Iusto.

TRADITVR IN QVARTO Libro modus possessionis atq; ciuitatis,vt neq; diuites nimium ciues sint,neq; pauperes.Putat enim tam ex nimia copia q̃ inopia seditiones oriri,ciuitatemq; dissipari.Iudicat præterea ciuitatem illam non esse vnã,sed plures,in qua alii quidẽ pauperes sint,alii vero diuites:atq; vt fieri solet,diuites cõtemnant pauperes:hi vero erga illos,& inuidia afficiantur,& odio. Vnde sensim descendit ad mysterium suum, vt omnia videlicet sint communia, ne alii minus,alii vero plus habeant,& inde inuidiæ,mendacia,furta,& hinc luxuria,superbia,pigritiaq; nascãtur.Adde q; possessio rerum tã excedens q̃ deficiens,non solũ moribus & concordiæ,sed ingenio etiã & artibus obest.Docet non diuitiis,sed virtute seruari ciuitatem,magnaq; gerere.Item quãlibet ciuitatis partem non ita disponendã esse vt in seipsa q̃ optime habere se videat,sed vt cunctis conferat,cõmuniq; ciuitatis totius conducat bono.Alioquin neq; ciuitatem ipsam,neq; partes vllas posse cõsistere. Addit præterea ciuitatis augendæ modum,quatenus scilicet ciuitas vna permaneat. At cum primũ perdi vnitas posse videtur,non esse vlterius augendã.Pręcipit ergo,vt neq; exigua,neq; vasta sit ciuitas,sed mediocris æqualisq; & concors,quo eius vnitas conseruetur.Quoniã vero messem frustra sperat qui negligens fuit in seminãdo, idcirco totum studium circa pueritiã adolescentiãq; adhibẽdum esse iudicat,quasi circa messis vrbanæ sementem,adeo vt etiã verborũ,ludorũ,gestuũq; singulorũ ratio diligens circa pueros adolescentesq; habeatur.Alioquin si negligatur hęc ætas,non aliter circa leges quotidianas frustra laboratũ iri,q̃ si quis pharmacis eum quotidie curare contenderit, qui nullũ seruare velit in victu temperantiæ modũ.Inter hæc considera ludos in studia sensim,moresq; conuerti.Item sicut homini & natura robusto,& victu prudẽti, atq; temperato nullis pene vnq̃ opus est medicinis,ita ciuitati & optime ab initio constitutæ,& in ea forma perseuerãti,neq; multis ab initio legibus,neq; quotidianis deinceps constitutionibus opus esse.Malas vero respublicas,in quotidiana q̃ dẽ p nouas leges curatione versari,nũq̃ vero bene valere.Quapropter in hac Rep.tãq̃ optima Plato nullũ circa leges adhibuit studiũ,sperãs prudẽtes bonosq; viros leges esse viuẽtes.De legib⁹ vero sacris qđ?Multo certe minus in his censuit laborãdũ.Nemo eñ qua ratione colẽdus sit deus intelligit vnq̃,nisi prius intelligat deũ.Diuinũ vero solẽ nisi ipo diuino sole se monstrãte videre nõ possumus. Petẽdas ergo religionis leges ab Apolline.i.diuino lumine,iudicat:petẽdas inquã nõ lingua,sed purgata mente,atq; serena.Mitto qđ hic de historia tãgat oraculorũ.Hęc enim notissima sunt.Allegorice vero significat Apollinẽ.i.diuinũ lumen,sedere.i.firmiter adesse,medię terræ,id est vbiq; rerũ oim penetralibus.In vmbilico conquiescere.i.in mente a sensibus segregata, atq; instar figuræ motionisq; sphæricæ in se reflexa.Pręterea Apollinẽ omnib⁹ esse patriũ,id est pręsentẽ & familiarẽ,atq; propitiũ: patrẽ qdem nascentibus,patriã deniq; reuertentibus.Cõstituta vero Rep.deinceps quatuor in ea virtutes agnoscit:Prudentiã in principibus,id est recte custodiẽdi cõsulẽdiq; scientiã. Fortitudinem in militibus, id est firmã sententiã inuictã tã illecebris q̃ minis audendi pro patria in periculis, quaten⁹ leges magistratusq; præcipiunt.Temperantiã in principibus simul & militibus,atq; artificibus, id est consensionem quãdã qua libenter cuncti conueniunt,vt alii qdẽ imperent,alii pareãt:& inter eos qui parent,alii quidem in bello,alii in opificio pareãt, neq; ob voluptates vllas cõsensio talis impediatur, immo cupiditates inferiorũ,superiorũ imperio cõsilioq; obtemperent.Iustitiã quoq; in oibus, per quã suũ quisq;,id est ad qđ & natura & studio est aptissimus, opus munusq; exequit tã publice q̃ priuatim cõmunis commodi gratia, neq; quisq̃ sibi vendicat alienum. Qđ autem temperantiam appellauit Diapason harmoniã,intellige Diapason cõsonãtiã resultãtem ex dupla tensionis,velocitatis,vehementiæ proportione ad id qđ duplo remissius est,tardiusq;,& lenius.Ex qua quidẽ proportione dupla cõsurgit acutæ,id est octauæ vocis excessus ad grauem.nec immerito.Prima enim proportio dupla inter duo est & vnum.In qua quidem proportiõe binarius numerus dum superare videtur, vnũ recreat,& geminat vnũ.Binarius deinde dum mouet ac reuoluit in seipsum, octo producit numerũ

vastare,sed satis esse factũ putarẽt,si victores alioꝶ raperẽt fructus,existimãtes nõ semper se inuicem pugnaturos,sed quãq̃ recõciliãdos.GLAV.Mitioꝶ ꝑfecto hoĩm hęc est sentẽtia.SO.Ciuitas hęc quã condimus,nonne Græca? GLAV.Decet.SO.Ergo & æqui & mites in ea ciues.GLAV.Maxime.SO. Quare Gręcoꝶ amici.Nẽpe oẽm Gręciã sibi cõiũctã existimabũt,& sacra habebũt vt alii, ĩter se cõia. GLAV.Sũmopere.SO.Itaq; contẽtionẽ sibi aduersus alios Græcos exortã, tãq̃ cũ suis geri putabũt, seditionẽq; vocabũt,nõ bellũ.GLAV.Sic prorsus agent.SO.Ergo tãq̃ qui recõciliãdi quãdoq; sint,al tercabũtur.GLAV.Ita certe.SO.Pia itaq; sentẽtia & tẽperato animo rẽ agent, nõ ad seruitutem aut necem respicientes,tanq̃ qui hostes minime sint. GLAV.Hoc vtiq; modo. SO.Non ergo Græciã cũ Gręci sint destruẽt,neq; domos incendẽt,neq; putabũt in singulis ciuitatibus oẽs sibi aduersos esse & viros,& mulieres,& pueros,sed paucos admodum inimicos,eos dũtaxat qui fuerint discordiæ causa. Quãobrẽ neq; regionẽ deuastabũt eoꝶ quasi vt plurimũ amicoꝶ,neq; domos subuertent,sed eatenus decertabũt,quatenus qui discordię causam dederũt,insontibus pœnas soluant.GLAV.Assentior equidem ita esse Græcis pugnãtibus repugnãdum.cõtra barbaros autẽ,ita animatos esse debere,vt nunc Gręci cõtra Gręcos affecti sunt.SO.Ponamus itaq; legẽ hanc custodibus, vt neq; dissipẽt agros,neq; igne ędes absumãt.GLAV.Ponamus ꝑfecto,& hęc vna cũ superioribus recte se habere,asseueremus. Sed mihi qdẽ videris o Socrates,siquis te talia quædã narrare ꝑmittat,nunq̃ illius te recordaturum, qđ in superioribus ꝑtermittẽs,hęc oĩa in mediũ adduxisti,ꝙ videlicet possibile sit hãc rẽpublicã fieri, & quo pacto fieri possit.Nam si extiterit,ꝙ bona omnia ciuitati ipsi proueniãt,nõ dubito:quin & ea etiã q̃ tu ꝑtermittis,ꝙ videlicet ciues illi cõtra hostes strenue pugnabũt, eo ꝙ se inuicẽ nequaq̃ deserẽt,cognoscẽtes se inuicẽ esse propinquos,perq; hæc nomina mutuo se vocãtes, fratres, patres,filios. Qꝫ si & fœminę militent vna,siue eodẽ in ordine,siue sequẽti acie,vt & terreant hostes,& cũ necessitas postulauerit,viris auxiliũ afferat,certe scio inexpugnabiles eos fore,& quot bona eos domi sequãtur,etsi dicta oĩa nõ sunt,intelligo. Verũ tãq̃ cõcedẽte me hæc omnia & alia ꝑmulta,si fiat hęc respublica,prouẽtura,ne plura de ipsa superinducas,sed hoc ipm iã conemur nobis persuadere,ꝙ possibile sit,& qua ratione possibile hãc extare rẽpublicã.Cętera vero mittamus.SO.Subita quadã incursione sermonẽ meũ iterũ inuasisti,neq; mihi ignoscis militiæ laboribus iam defesso,neq; aduertis forsitan ꝙ vix me duobus e fluctibus emergentẽ,nũc in tertiũ retrudis pelagus profundissimũ.Qđ postq̃ videris audierisq;,dabis certe mihi veniam, cognoscẽs haud iniuria extimuisse me sermonẽ adeo ab opinione hominũ abhorrentẽ ingredi.GLAV.Quo plura in hanc sentẽtiã cõgeres,eo minus dimitteris a nobis,quo minus ostẽdas,qua ratione fieri possit hęc respublica. Quare dicas iã,nec vltra cũcteris. SO.In primis meminisse oportet,ꝙ nos inquirẽtes quale quid iustitia & iniustitia sit, huc disputãdo deuenimus.GLAV.Oportet sane,sed quorsum hæc?SO.Nẽpe si quale qd iustitia sit conspexerimus, nũ virũ iustũ censebimus,nihilo debere ab illa differre,sed talẽ esse omnino,qualis ipsa iustitia est?an satis esse factũ putabimus,si q̃ proxime ad eã accesserit,& maxime omniũ illius sit particeps?GLAV. Ita plane satis habere putabimus.SO.Exẽplaris igiẽ causa quale qd iustitia sit q̃siuimus,& qualis vir perfecte iustus si extet:Iniustitia rursus qualis,& iniustissimus homo: vt quales ipsi quo ad beatitudinẽ,& miseriã esse nobis contuẽtibus viderenẽ, cogeremur & de nobis ipsis fateri, talẽ nostrũ quẽq; sortẽ habiturũ,quisquis e nobis illis se ꝓstiterit q̃ simillimũ. Non autẽ ob id ꝑscrutati hæc sumus,vt mõstraremus ea fieri posse.GLAV.Vera hęc sunt. SO. Cẽses aliquẽ ex hoc minus bonũ fore pictorẽ ꝙ postq̃ humanę pulchritudinis exẽplar absolutũ ediderit,nihilq; e specie ꝑtermiserit,nequeat demõstrare,hominẽ talem reperiri posse?GLAV.Nequaq̃.SO.Nonne & nos ꝓstãtissimę ciuitatis oratione exẽplar effinximus?GLAV.Prorsus.SO.An igiẽ eo minus nos recte loqui existimas,si ostendere non possumus,talẽ extare posse ciuitatẽ,qualẽ ipso sermone depinximus?GLAV.Minime.SO.Sic vtiq; se veritas habet.Qꝫ si & hoc ꝑterea tui causa demõstrandum,quo modo, & secũdũ quid maxime effici possit,rursus ad hanc ostẽsionẽ hæc ipsa mihi cõfirma.GLAV.Quænã?SO.Nunquid agi sic aliquid possit vt diciẽ,vel ita natura cõparatũ est,vt actio minus q̃ sermo veritatẽ attingat , licet alicui non videatur?Tu vero vtrũ das istud,an non? GLAV.Do equidẽ. SO.Ne me cogas igiẽ vt qualia verbis hæc figurauimus,talia penitus digito indicare debeã.Sed si valeamus adinuenire qua ratione q̃ proxime ad hęc accedat Reipu.institutio,fatẽdũ est cõperisse nos queadmodũ q̃ tu ꝑcipis, effici possunt. An non satis esse factũ duces,si hoꝶ cõpos efficiaris? Nã ego qdẽ sat haberẽ.GLAV.Ego quoq;.SO. Conemur igiẽ declarare posthac,qd nũc male agaẽ in ciuitatibus,propter qđ nõ ita regũtur,& vtrũ vnius cuiusdã exigui mutatione,ciuitas ad hũc ordinẽ redigatur,quidve illud sit,& nunqd maxime vnius mutatione id fiat,vel saltẽ duoꝶ,an pluriũ,sed q̃ paucissimoꝶ,& potentia minimoꝶ . GLAV. Sic oĩno.SO.Vno quodã mutato ostẽdere id possumus: qđ etsi possibile, non paruũ tamẽ nec facile. GLAV.Quid istud?SO.Ad id descendo equidẽ,qđ ingenti fluctui cõparauimus. Dicetur igitur,q̃q̃ suspicor ne effusiore incredulorum risu inundante penitus obruatur.Considera quod dicturus sum.

culum belli ducent,nō ferocibus qdē aut nimiū bellicosis,sed q̄ velocissimis,& habenis facile obsequē tibus,atq; itaq; cōmodissime opus suū prospiciēt,securissimeq; euadēt siquid aduersi cōtigerit, senio res duces sequētes.GLAV.Scite admodū loqui mihi videris.SO.Quid de his q̄ ad bellū attinēt,dicē dū?Quæ seruāda militibus & ad se inuicē & aduersus hostes?Nunquid recte sentio, nec ne? GLAV. Quidnā? SO.Arbitror eū q in acie ordinē deseruit,vel arma abiecit,vel tale aliquid ꝓpter timiditatē cōmisit,ad opificū ordinem vel agricultorū esse transmittendū.GLAV.Sic decet.SO.Eum vero q vi uus ab hostibus captus fuerit,etiā gratis reddere volētibus,relinquendū,vt p̄da quōcūq; libet vtanť. GLAV.Oino.SO.Qui autē egregie sese gerēs excelluerit,primo quidē in ipsa expeditione ab iis qui vna militāt adolescētibus ac pueris,sigillatim a quolibet coronādus.nonne tibi videť? GLAV.Mihi vero.SO.Quid?nōne & dexteras iungere illi debebūt?GLAV.Et hoc.SO.At hoc p̄terea tibi forsitan non videť.GLAV.Quid?SO.Vt oscula a quolibet accipere debeat ac dare.GLAV.Immo vero maxi me oim.Atqui & legi huic addēdū existimo,vt quoad in ea expeditiōe fuerint,nemini renuere liceat, quēcunq; osculari ipse desiderauerit,vt siqs alicui⁹ amore captus fuerit vel maris vel fœminę,acrior sit ad victoriā consequendā.SO.Pręclare.nā q̄ nuptię strenuis viris facilius paratę q̄ aliis,& optiones horū frequētiores erunt,vt q̄plurimi ex his nascanť,iā dictū est.GLAV.Diximus certe. SO.Etem̄ se cundū Homerū eiusmodi iuuenes iustū est maxime honorare.Nā ip̄e Aiacē in bello p̄cellentem,dixit cōtinuis ab humeris honoratū,quasi hic pubescēti homini ac forti cōueniēs sit honor,ex quo cū ho nore simul & robur augeať.GLAV.Recte admodū.SO.In his ergo Homero parebim⁹. Etem̄ nos in sacris cęterisq; hmōi viros bonos quo magis excellēt,eo magis & hymnis & his q̄ modo dixim⁹ ho nestabimus,sedibus itē & carnibus,plenisq; pateris,vt & honoremus vna viros p̄stantes mulieresq; & exerceamus.GLAV.Bellissime loqueris.SO.Eum vero q in militia cū se strenue gesserit,obiit,primū aurei generis esse dicemus.GLAV.Maxime oim. SO. Deinde Hesiodo fide adhibita,asseremus,qui cūq; hoc ex genere decedunt e vita,dęmones effici sanctos terrestres, optimos expulsores malorum, custodesq; mortalium. GLAV. Ita certe credemus.SO.Consulemus ergo oraculū, quo pacto beatos diuinosq; viros cōdere deceat,& quibus insignibus pręcipue decorare, atq; ita condemus vt iusserit. GLAV.Proculdubio.SO.Reliquū itaq; tempus sepulcra eorū veluti dęmonū colemus, atq; adorabi mus.Eadē quoq; seruabimus erga illos,qui cum pręcipua probitate pollere in vita iudicati fuerint,se nio aut alio quodā modo e vita cesserūt.GLAV.Decet sane.SO.At quomodo aduersus hostes nostri se milites gerēt?GLAV.Qua in re?SO.In primis quidē de seruitute q̄ro,vtrū iustū eē cēseas,vt Gręci Gręcas vrbes ī seruiturē redigāt:an potius,vt neq; ab aliis fieri istud p̄mittāt,ac ꝓ virib⁹ obstēt, con suescātq; Græcorū generi parcere,cauētes ne barbaris ipsi seruire cogātur.GLAV.Oino & ad oia re fert Græcis parcere.SO.Ergo nostri exercitus neminem Græcū facere seruū debēt,sed & Gręcis aliis cōsulere potius,vt ipsi ab hoc caueāt.GLAV.Prorsus.Nā ita facilius ac fortius cōtra barbaros insur gēť,& ab se inuicē abstinebūt.SO.Quid aūt?spoliare mortuos p̄ter arma,postq̄ vicerūt,honestū est,an nō?An occasionē hoc p̄bet timidis,ne aduersus hostē aduētēt, quasi magnificū aliqd molianť q̄ñ in ter cadauera volutanť?At em̄ rapiendi cupiditate multi iā exercitus perierūt. GLAV. Maxime.SO. An nō illiberale quiddā,cogitationisq; auarę,muliebris, ac vilis esse videť cadauer expoliare, hostēq; putare mortui corpus,cū aduersarius ipse abierit,eo quo pugnabat relicto?Num censes eos qui hoc agūt,differre a canibus aduersus iactos lapides irascētibus,eo q iacit,dimisso? GLAV.Nihilo equidē differre arbitror.SO.Quare a rapinis hmōi abstinendū est.victorię nāq; obsunt. GLAV.Abstinendū penitus.SO.Neq; etiā in tēplū arma trāfferemus,ea deo sacraturi,p̄sertim arma Gręcorū,si modo no bis curę est cū Gręcis aliis beneuolētia.Maxime vero formidabim⁹,ne scelus impiū sit,talia a propriis in sacrū trāfferre,nisi qd aliud deus dixerit.GLAV.Recte admodū.SO.An tui milites, Gręcorū qui buscū pugnabūt,agros depopulabunť,ac domos incēdēt?GLAV.Libēter qd tu de hoc sentis,audirē. SO.Mihi qdē nihil tale videť agēdū esse,sed fruct⁹ annuos dūtaxat auferēdos.Vis cām dicā?GLAV. Equidē.SO.Videť mihi sicuti noīa hæc duo sunt, bellū ac seditio, ita & duo quædā duabus subesse differētiis.Dico autē duo hęc,aliud quidem ꝓpriū & cognatū,aliud alienū atq; extraneū.Inimicitias vtiq; inter proprios,seditionē:inter extraneos, bellū vocāt. GLAV.Haud ab re est qđ ais. SO.Aiad uerte nunquid & hoc ad rē dicā.Aio equidē Græcos oēs secū ꝓpinquos esse genere atq; cognatos,a barbaris autem diuersos atq; extraneos. GLAV.Præclare loqueris.SO.Quotiens igiť Græci aduer sus barbaros, vel contra Gręcos barbari ipsi pugnabunt , bellum gerere asseremus, & hostes esse na tura,& has inimicitias bellum vocabimus.Quādo vero Græci aduersus Græcos insurgent,dicemus eos natura quidē amicos esse,morbo autem laborare in hoc Græciā,& seditionibus agitari,& seditio nem has inimicitias appellabimus.GLAV.Assentior equidē. SO.Si in seditiosa ciuitate vtriusq; fa ctionis hoīes aduersariorū agros deturbarent,inflāmarētq; domos,vides q̄ perniciosa futura seditio sit,neutriq; illorū patriæ suæ cultores?Quippe si eam amarent,nunq̄ certe auderent nutricē matrēq;

Pueri ducēdi sunt ad spectandas pugnas.

Grecos cōgnatos eē genere a Barbaris diuersos.

Quid bellum.

Quid seditio.



ro pulchritudinē,neq; putat esse:neq; siqs ducat,ad pceptionē eius attingere pōt:vere sapere tibi videtur,an insomniis ludi?Cōsidera itaq;.somniare nōne id est,qñ siue dormiēs qs seu vigilās qđ alicui simile est,nō simile,sed ipm esse censet cuius est simile?GLAV.Somnia videre hūc ego dicerem. SO. Quid vero?qui cōtra affectus est, intelligitq; qd ipm pulchrū,ac discernere valet & ipm & q̄ ipsius participant,adeo vt neq; ipm illa esse,neq; illa ipm putet,vigil ne viuit,an oscitās? GLAV.Certe puigil. SO.Huius igit cogitationē vt cognoscētis,cognitionē iure vocabim⁹:huius tāq̄ opinātis,opinionē. GLAV.Oino. SO.Si nobis succēseat is quē opinari dicimus nō cognoscere, negetq; nos vera loqui, qua rōne eū mitigabimus,sensimq; & blāde psuadebim⁹ sanę mētis eū nō esse? GLAV.Oportet sane. SO.Aduerte quid ad eū dicemus. Si vis,sane hūc in modū ab eo sciscitabimur,dicētes q siqd nouit, nulla inuidia:sed gratum erit nobis & ipsum scire aliquid, & quid sciat,nouisse . Sed mihi id dicas. Quicūq; cognoscit,cognoscit ne aliqd,aut nihil?At tu mihi eius vice responde. GLAV.Aliqd certe. SO.Vtrū ens aliqd?an nō ens?GLAV.Ens.Quo eñ modo qđ nō est,cognosci posset? SO.Sufficiēter istud cōstabit,si varia sub rōne puestigeť,q videlicet oīno ens,oīno & cognosci pōt:nullo modo ens, nullo mō cognosci.GLAV.Sufficiētissime.SO.Siqd aūt ita se habet,vt & sit & nō sit,nōne mediū erit inter id qđ est oīno,& id qđ nullo modo est?GLAV.Mediū.SO.Circa id qđ est,cognitio ipsa versať. Ignoratio ex necessitate circa id qđ nō est.Circa mediū istoꝝ,mediū quoddā inuestigādū,sciētiā īter & ignorātiā,siqd huiusmodi reperiť.GLAV.Prorsus.SO.Num aliqd esse opinionē dicim⁹? GLAV. Quid ni?SO.Vtrū eādē potētiā cū sciētia,an diuersam?GLAV.Diuersam.SO.Ergo circa aliud qdē versať opinio,circa aliud aūt sciētia,vel secūdū potētiā eādē,vel secūdū eādē vtraq; suiipsius potētiā. GLAV.Est ita.SO.An nō sciētia qdē circa id qđ est,ea ratione qua ens est cognoscit?Immo vero necessariū esse censeo,vt prius ista distinguā.GLAV.Qui? SO.Dicemus vtiq; potentias esse genus aliquod eoꝝ quæ sunt,qbus & nos possumus q̄cūq; possumus,& aliud,quodcūq; aliquid potest.Veluti visum & auditū potētias quasdā voco,si modo qđ loquor intelligis.GLAV.Intelligo eqdē.SO.Audi qđ mihi de his videť.Nā ego qdē ipsius potētię neq; colorē video aliquē,neq; figurā, neq; qcq̄ taliū, qualia pluriū reliquoꝝ,ad q̄ respiciēs,aliqua apud me distinguo,hęc alia esse,alia illa.In potētia vero ad illud solū aspicio ad qđ est,qđ ve agit:& hac ratione,quālibet ipsarū, potētiā nūcupaui: & illā qdē quæ ad idē tēdit,idēq; agit,eādē voco:aliā vero illā q̄ ad aliud spectat,& aliud operať.Tu vero qd in his agis?GLAV.Qđ & tu.SO.Age rursus ad hęc cōuertere o vir optime. Vtrū sciētiā potētiā quādā esse dicis?an in genus aliud refers?GLAV.Potētiā,etiā omniū profecto validissimā.SO.Opinionē vero,potētiā ne,an aliud quiddā esse dicemus?GLAV.Potētiā certe.Nā quo opinari possumus,non aliud est q̄ opinio.SO.At paulo ante cōfitebaris,nō idē esse scientiā & opinionē. GLAV.Quo pacto quis mētē habēs idē assereret qđ falli potest,& qđ non potest?SO.Optime quidē.Cōstat itaq; aliud esse apud nos ab opinione sciētiā.GLAV.Aliud plane.SO.Vtraq; igiť circa aliud, aliud opari suapte natura pōt.GLAV.Necesse est.SO.Sciētia qdē,circa id qđ est,ipm ens vt se habet cognoscere.GLAV. Sane.SO.Opinio autē opinari.GLAV.Et hoc.SO.An idē qđ & sciētia noscit?eritq; idē qđ opinione percipiť,& qđ sciētia?an potius impossibile?GLAV.Impossibile certe ex his q̄ cōcessimus. siqdē circa aliud alia potētia ipsa ex natura versať:potētiæ vero vtręq; sunt,sciētia.s.& opinio: alia item vtraq;, vt est dictū.Ex his autē fieri nō potest,vt idē sit qđ sciētia cōprehendiť,& qđ opinione concipiť.SO. Nōne igiť si ipsum ens cognitione percipiť, id qđ concipiť opinione, aliud quiddā præter ipsum ens est dicēdum?GLAV.Aliud.SO.Nūquid nō ens opinatur?an impossibile est opinari nō ens ? Sic autē cogita.Nōne quisqs opinať,ad aliqd opinionē dirigit?an possibile est opinari qdē,opinari autē nihil? GLAV.Impossibile.SO.At vnū aliquid opinatur,quisquis opinatur? GLAV.Proculdubio.SO.Qđ vero nō est,non vnū aliquid,sed nihil potius est dicendū. GLAV. Prorsus.SO.Non enti quidem ex necessitate ignorantiā tribuimus,enti vero cognitionē.GLAV.Recte admodū.SO.Ergo neq; ens,neq; nō ens opinatur .GLAV.Sic est.SO.Quare nec ignorātia neq; cognitio erit opinio. GLAV.Nō, vt videtur.SO.Num extra hęc extat supergrediēs vel cognitionē perspicuitate,vel obscuritate ignorantiā?GLAV.Neutrū istoꝝ.SO.An forte tibi videť opinio cognitione obscurior,ignorātia clarior? GLAV. Maxime. SO.Inter vtraq; autem iacet?GLAV.Certe. SO.Media ergo istorum erit opinio? GLAV.Media.SO.An non supra diximus,siquid appareret tale vt simul esset & nō esset, illud inter vere ens,& omnino nō ens esse ponendū?neq; scientiā ad illud,neq; ignorantiā ptinere, sed qđ mediū inter ignorantiā rursus appareat & sciētiā?GLAV.Scite.SO.Nunc autē apparuit mediū istorū esse, qđ opinionē vocamus.GLAV.Plane.SO.Illud itaq; nobis,vt arbitror,restat inueniendū,qđ vtriusq; sit particeps,ipsius esse.s.& nō esse,neutrūq; illorum syncere dici debeat: vt si nobis pateat,opinabile quiddā merito nuncupemus,extremis quidem extrema,mediis autem media tribuentes.An non ita? GLAV.Ita prorsus.SO.His ita suppositis percontabor eum,qui ipsum pulchrum,& pulchritudinis ideam vnam esse negat,semper eodem modo secūdū eadem se habētem, multa vero pulchra esse du-

Qñ quis somniat.

De cognitione & cognoscibili

Circa aliud sciētia, circa aliud opinio.

Sciētia est in genere potētia.

Quod nō ens, hoc nihil.

Qz opinio nec ignorātia nec sciētia est.

GLAV.Dic iã.SO.Nisi philosophi ciuitatibus dominent,vel hi q nũc reges potẽtesq; dicunt,legitime sufficiẽterq; philosophent,in idẽq; ciuilis potẽtia & philosophia cõcurrãt,neq; qd nunc fit,a diuersis duo hęc tractent ingeniis,nõ erit ciuitati,vel vt mea fert opinio,hoĩm generi reges vlla malorum,neq; prius hęc respub.quã verbis exposuimus,orietur p viribus,& lumen solis aspiciet.Hoc est qd ego iãdiu dicere vereor,quasi sit incredibile dictu.Nã haud facile persuadet, nullã aliã gubernationẽ priuatim vel publice futurã felicẽ.GLAV.Ex hac tua oratione o Socrates existimato lacessitos plurimos,nec viles quidẽ homũculos,abiectis vestibus susceptisq; vndecũq; cõtigerit armis,impetũ in te facturos,quasi ex hoc mira quędã isti effecturi sint.Quib⁹ nisi oratione repugnaueris, eosq; effugeris plurimis conuitiis laceratus,dabis pœnas.SO.An nõ tu horũ mihi causa es? GLAV.Et recte quidẽ. Verũ haud te prodã,imo certe defendã qbuscũq; potero.Possum certe beneuolẽtia exhortationibusq;,ac forte diligẽtius tibi q̃ quiuis alius respondebo.Quãobrẽ tãq̃ hoc defensore adiutus conare his incredulis demõstrare,ita esse vt dicis.SO.Annitẽdũ profecto,postq̃ & tu acriter propugnaturus videris.Necessariũ mihi videt,si eos effugere volumus,declarare illis in primis, quales viros esse philosophos arbitramur,cũ illis imperiũ exhibemus,vt his patefactis possit aliquis opẽ ferre, ostendens q, hos quidẽ decet ex ipsa natura,& philosophię studiũ,& reipub.administrationẽ attingere:alios autẽ nequaq̃ attingere,sed ducentibus illis obtemperare.GLAV.Declarandũ iam.SO.Age hac me sequere, siquo modo exponere hoc ad sufficiẽtiã valeamus.GLAV.Duc.SO.Nunqd admonẽdus es? an satis ipse meministi,q quando aliquẽ amare aliquid dicimus,videat oportet si vere id dicit, nõ partim illud diligere,partim minime,sed ad totũ affici?GLAV.Admonitione equidẽ egeo.Nam nõ satis teneo.SO.Alium quẽuis potius decebat o Glauco,ita loqui.Virũ aũt amori plurimũ indulgentẽ ignorare non decet,q oẽs in ętatis flore cõstituti,puerorũ amatorẽ quoquo modo stimulãt atq; concitãt, cum digni cura ac dilectione esse videant.An nõ sic erga speciosos adolescẽtes affecti estis?Alius quia simus,gratiosus iudicat a vobis atq; laudat.Aquilinũ vero regiũ appellatis. Alius quia medi⁹ istorũ est,cõcinnus admodũ vobis esse videt.Fuscos viriles vocatis.Cãdidos,deorũ filios.Pallidum aũt adolescentem quis appellauit,nisi amator ipse blandiens quodãmodo,& semipallidi appellatione in ephebis pallorẽ facile ferens?Et vt summatim dicã,quascũq; captatis occasiunculas, quo neminẽ omnino florẽtis ętatis adolescẽtẽ reiiciatis.GLAV.Si in me ostẽdere cupis quo pacto amatores afficiãt,disputationis gratia hoc accipio.SO.Quid vini auidos?nõne similiter affectos vides? quodlibet vinũ quacũq; capta occasione vehemẽter expetere?GLAV.Valde.SO.Quinetiã aĩaduertisse te arbitror,q ambitiosi hoĩes,si exercitus p̃fecturã asseq nequeũt,saltẽ tribuni effici volũt: ac nisi à magnis venerandisq; hoĩbus honorent,honorẽ ab ignobilib⁹ exigũt,vtpote q honorẽ prorsus affectẽt. GLAV.Magnopere.SO.Fateberis hoc,an non?Num eũ quẽ amare qppiã dicimus,ardere dicem⁹?an partim exoptare illud,partim nequaq̃,fatebimur?GLAV.Oẽm.SO.Nõne ergo philosophũ sapiẽtię studiosum esse dicem⁹,nõ huius quidẽ auidũ,illius non,sed oĩs potius sapiẽtię? GLAV.Vera loq̄ris.SO.Eũ igit qui aliquã spernit doctrinã,p̃sertim dũ est iuuenis,neq; dũ rõne delectũ habet qd cõferat quidve nõ cõferat discernẽtẽ,nequaq̃ discẽdi cupidũ vel sapiẽtię amatorẽ esse asseuerabimus:queadmodũ illũ qui fastidit epulas,neq; esurire dicimus,neq; epulas concupiscere,neq; amatorẽ cibi,sed spretorẽ vocamus. GLAV.Et merito qdẽ.SO.Hoĩem vero ad quãlibet doctrinã degustandã p̄pẽsiorẽ, ad discendumq; prõptissimũ,& inexplebiliter inhiãtẽ,merito philosophũ nũcupabimus.Nõne? GLAV.At vero multi & absurdi qdẽ hoĩes tales esse cõperient.Nã q spectaculorũ auidi sunt,discẽdi cupidi oẽs esse videntur:& ad audiẽdũ curiosos hoĩes,absurdũ est philosophos dicere,q ad rõnẽ dicẽdi disserẽdiq; haud libẽter accedũt:verũ ad oẽs choros p̄tinus audiẽdos quasi auribus mercede cõductis,in Bacchanalib⁹ obseruant,cãtusq; oẽs,siue in vrbe,siue in suburbiis agant, audire pcupiũt. Nunqd istos oẽs ac alios taliũ quorũdã percipiẽdoꝝ cupidos,& artibus vilissimis incũbẽtes,philosophos noĩabimus?SO.Nullo modo,sed philosophis similes.GLAV.Veros autem philosophos,quos appellas?SO.Veritatis inspiciendę cupidos.GLAV.Recte quidẽ istud,sed quõ id dicis?SO.Haud facile istud ad alios eloq. Te aũt hoc mihi daturũ arbitror.GLAV.Quid potissimũ?SO.Postq̃ cõtrariũ est turpi pulchrum, duo hæc esse.GLAV.Quid ni?SO.Et postq̃ duo hęc sunt,singula vnũ erũt.GLAV.Et hoc. SO.De iusto quinetiam & iniusto,bono & malo,speciebusq; oĩbus ratio eadẽ.Nã quodlibet istorũ,vnũ ipm est:corporũ vero actionũ & alterna cõmunione passim apparẽtia,singula multa vident. GLAV.Scite loqueris.SO.Hac eqdẽ rõne distinguo,seorsum qdẽ quos tu modo dicebas,curiosos ad vidẽdũ,audiẽdũ, artesq; tractandas.seorsum quoq; & illos de qbus est sermo,quos solos merito qs philosophos appellabit.GLAV.Quõ istud ais?SO.Hoĩes oculis & auribus dediti,pulchris vocibus,coloribus,& figuris & oĩbus quæ ex talibus constant,admodũ delectant,ipsius aũt pulchri naturã cogitatio eorum non potest attingere. GLAV.Sic est. SO.Qui vero ad ipsum pulchrum ascendere valeant, & secundum seipsum inspicere,nonne rari?GLAV.Rari admodũ.SO.Quis res istas pulchras existimat,ipsam ve-

Aut philosophos regnare, aut reges philosophari oportere si ciuitas debeat esse felix.

Quis philosophus sit.

Philosophi veri.


ſu quodã rectis a nautis gubernãdi prorſus ignaris, viróq́ꝫ peritia gubernatoria prẽditũ deridẽtibus. Nota optima quæq́ꝫ ſiue naturæ ſiue fortunæ munera, ſi vel negligẽter culta fuerint, in mala: vel male culta, in peſſima tandem euadere. Præterea ꝙ interdũ, q̃uis admodum raro, aliquis in ciuitate male diſpoſita, quales eſſe omnes iudicat, vir magnus probatiſſimuſq́ꝫ appareat, id non arti, nõ naturæ, ſed diuinitati dũtaxat attribui. Vbi vero de Momo rephenſionis deo mẽtionẽ facit, intellige Momũ eſſe diuinam curam proſpicientem quid reprehẽdi potuiſſet in ſingulis, ſi aliter q̃ ſunt facta fuiſſent, ideo ꝙ ita ſingula diſponentem vt iure reprehendi nõ poſſint. Aſſignat proinde cauſas qbus ortæ in philoſophos ſint calumniæ, quaſi vel mali ſint, vel inutiles reipublicæ. Primo quidem multi quotidie ad philoſophiæ ſtudiũ ineptiſſimi, tã prauo ingenio q̃ paruo iudicio, non parua tñ ambitione vel auaritia philoſophiam inuadunt, ac prehenſant, ex eiuſq́ꝫ commercio opiniones procreant adulterinas, atq́ꝫ deridendas, malis præterea moribus facultatem dedecorant philoſophicam. Deinde ſiqui ad id ſtudium nati ſunt, vel ſtatim educatione conſuetudineq́ꝫ improba deprauantur, vel ſi moribus integri perſeuerant, non tamen conuenientibus diſciplinarum gradibus inſtruuntur: vel inſtructi quidẽ, ad rempublicam non admittuntur, vel ipſi potius publicis ſe fluctibus immergere nolunt, certa timentes pericula, deſpẽrãteſq́ꝫ ſe poſſe inter homines paſſim corruptos ſanis cõſiliis ciuitati prodeſſe. Inter hæc animaduerte actiuæ vitæ procellas, contemplatiuæ tranquillitatem, excelſam philoſophi mentem, mortalium contemptum, ſtudium diuinorum, formulam quandam pro ætatis gradibus doctrinarum. Omnino autẽ ſimili ratione erudit philoſophũ atq́ꝫ ciuem. neq́ꝫ id quidem iniuria. Aſſerit enim in Politico & Sophiſta eũdẽ eſſe virũ regiũ & ciuilem atq́ꝫ philoſophũ. Oportere vero probat in hoc concurrere duo quædã genera rariſſime in hominibus concurrẽtia. Naturã videlicet ingenio acutã, contẽplationi aptã, veritatis auiditate flagrantẽ, vna cũ natura graui, ad agendũ ſtrenua, boni publici prouida. Ingeniũ eiuſmodi ꝑ omnes diſciplinarũ gradus ꝑducit, vt patebit in ſeptimo. Iubet quoq́ꝫ exerceri ciuilibus actionibus, atq́ꝫ inter voluptates, dolores, labores, ꝑicula, velut aurũ igne diligenter examinari, atq́ꝫ probari, prius q̃ ciuitatis gubernacula ſibi credãtur. In primis autẽ ipſius boni ſciẽtiã omniũ prẽſtãtiſſimã huic iudicat neceſſariã, affirmãs queãdmodũ res oẽs abſq́ꝫ boni poſſeſſione inutiliter poſſidẽtur, ſic rerũ quoq́ꝫ omniũ artiũq́ꝫ cognitionẽ abſq́ꝫ ipſius boni intelligẽtia eſſe prorſus inutilẽ, neq́ꝫ poſſe ciuẽ vel priuata vel publica ad bonũ rite dirigere, niſi qd bonũ ſit ratione cognouerit. Et ſi diuini huius boni ſciẽtia videri Ariſtotelico poteſt ſupflua ad rẽpub. humanis moribus gubernãdã, neceſſaria tamẽ eſt ad hãc ipſam gubernationẽ, ꝑ quã Plato in ſuperioribus inquit conãdũ eſſe, ciues deo ſimiles amicoſq́ꝫ reddere. Subiunxit ṕterea gubernatorẽ circa ſingula bona ad bonũ ipſum diſponẽda & cęcutire, & caſu quodã ferri, niſi primã ipſam boni ꝑſpexerit formã omniũ exẽplar, cauſamq́ꝫ bonoꝝ. Vt autẽ animaduertas Ariſtotelẽ in Ethicis circa ideã boni aduerſus Platonẽ ludere, lege Platonis verba diligẽtiſſime, ac plane ꝑſpicies ideã boni nõ eſſe ſpeciẽ hãc, aut illã, hic aut ibi, ſed ipſam eminẽtiſſimę diuinitatis fœcũditatẽ, ꝑ oĩa ſeſe potẽter, ſuauiter, ſalubriter propagantẽ. Cuius imaginẽ quãdã in mũdo viſibili ſolẽ vult eſſe viſibilẽ, vires ſuas ſimiliter ꝑ oĩa diffundentẽ. Verũ ante hũc quẽ videmus ſolem Plato alterũ in mũdo cogitat inuiſibili, imaginẽ dei patris primã, verũq́ꝫ filiũ. Ideo filios dixit boni, vt ſup viſibilẽ hũc imaginariũq́ꝫ filiũ poſſes inuiſibilẽ & archetypũ cõtẽplari. De hoc patre atq́ꝫ filio in Epiſtola ad Hermiã legimus. De hoc Platonicus Philo in libro de cauſis, inqt. Conãdũ eſt in primis ad ipſum ens. i. de quo dicit, Ego ſum qui ſum, aſcẽdere. Aut ſaltẽ ad ipſius imaginẽ ſacratiſſimãq́ꝫ rationẽ verbũq́ꝫ primogenitũ. Per eiuſmodi rationẽ atq́ꝫ verbũ fieri oĩa ſecũdũ Heraclitũ & Platonẽ, Amelius Platonicus aſſerit, vtiturq́ꝫ teſtimonio Ioannis Euãgeliſtę. Idẽ in Epinomide teſtaт̃ & Plato. Et q̃uis Platonicoꝝ nõnulli dei patris filiũ deũ ꝑ ſubſtantiã a patre, Arrianoꝝ more diſtinguãt, pręſertim Iulianus in libro de Sole: Iuliani tñ ꝓceptor Iamblichus Aegyptiorũ adducit myſteria, ĩ qb⁹ patris & filii diuerſa qdẽ ratio, ſed eadẽ videт̃ eſſe ſubſtãtia. Sed audi myſteriũ. Primus deus & vnus primi pater eſt Dei. quẽ gignit in ſolitaria ſuiipſius ꝑmanẽs vnitate. Eſt autẽ exẽplar filii q nominaт̃ ſuimet filius, ſui pater atq́ꝫ vnipater, deus vere bonus. Ille eñ fons eſt ideãrũ: a quo vtiq́ꝫ vno, deus ꝑ ſe ſufficiẽs, ſeipſum explicauit in lucẽ. Propterea ſufficiẽs per ſe nominatur ſuiq́ꝫ pater. Eſt eñ hic principiũ, deus deoꝝ, vnus ex vno, ſup eſſentiã omnẽ, principiũq́ꝫ eſſentiæ. Myſteriũ hoc Iamblichus teſtatur eſſe Mercurii. Queãdmodũ vero ipſum bonũ ſit ſuper voluptatem, & mores, & ſapiẽtiã, Plato hic ſignificat breuiter. Super voluptatem quidem. quia ſi voluptas ipſa bonũ ipſum eſſet, nulla voluptas mala eſſet & noxia. Item ſuper mores. quoniam multi ſatis circa mores habere ſe putant, ſi mores honeſtos videãtur habere. Qđ autẽ iudicant verũ eſſe bonũ, nõ opinione quęrunt, ſed re ipſa prorſus habere. Pręterea ſuper ſciẽtiã. quia neq́ꝫ quolibet modo neq́ꝫ quælibet ſcire pręcipue optas, ſed bene potius atq́ꝫ bona. Alioquin ſciẽtiã, aut reſpuis, aut negligis. Neq́ꝫ dicas ipſum bonũ eſſe boni ſcientiã, ne per idẽ ſtulte definias idẽ. Rurſus ſuper intellectũ. hic enim aſſidue bonum quęrit. Ipſum vero bonũ, non quærit bonũ. Adde & ſuper veritatem. Quod

cit,& pulchris rebus spectandis deditus,nullo modo admittit vnũ esse pulchrum,vnũ iustum, similiterq; de ceteris:percõtabor inquã hunc in modũ.Est ne aliqd ex hisce multis pulchris vir optime,qđ non turpe etiã videat?Iteq; ex iustis qđ nõ iniustũ:& sanctis,qđ nõ prophanũ? GLAV.Nõ,sed necesse est pulchra ipsa & turpia & quotcũq; alia interrogas,apparere.SO.Quid multa dupla? num min⁹ dimidia q̃ dupla videntur?GLAV.Nihilo minus. SO.Et magna insuper & parua, leuia item & grauia,nunqd magis talia q̃ cõtraria vocabunt? GLAV.Non, sed singula semper vtraq; participabunt. SO.Vtrũ est magis q̃ non est vnũqdq; multorũ,id ipsum qđ quis illud esse dicit?GLAV.Simile hoc est iis q̃ in cõuiuiis ad vtrãq; partẽ plerũq; dicunt,& ęnigmati puerorũ circa eunuchũ de vespertilionis percussione,quõ & in quo illũ auẽ arguũt pcussisse.Hæc em̃ ambigua sunt:neq; esse,neq; non esse ipsorũ aliqd,neq; vtraq;,neq; neutra firmiter responderi potest.SO.Habes ne qua ratione his vtaris? Vel cõuenientiorẽ positionẽ istorũ inducere potes,q̃ mediã inter essentiã & non esse? Neq; em̃ obscurior q̃ non ens apparebit ad hoc vt minus sit,neq; clarior q̃ ens,ad hoc vt sit magis.GLAV.Vera loqueris.SO.Inuenimus igit,vt videt,q; multa illa quæ a multis pulchra, aut alia quoquo modo existimantur,media inter omnino ens,& oĩno non ens voluunt.GLAV.Inuenimus plane.SO.Confessi autem antea fueramus,q; si quid tale apparuerit,non cognitione, sed opinione percipi dicendũ: & cum mediũ peruaget,media cõprehendi potẽtia.GLAV.Cõcessum fuit.SO.Eos igit q pulchra hæc multa cõspiciũt,ipsum vero pulchrũ non videtur,neq; sequi eũ possunt qui ad ipm ducat,& multa contuent iusta,ipsum autẽ iustum minime,& alia similiter,opinari cuncta dicemus,cognoscere autem nihil eorũ q̃ opinant.GLAV.Necesse est.SO.Quid eos,qui ipsa queq; contemplantur,semper eodẽ modo secũdũ eadẽ se habẽtia,nõne cognoscere potius q̃ opinari?GLAV.Necesse est & hæc. SO.Nonne amare hos & admirari ista dicemus,in quibus versat cognitio:illos aũt,in qbus opinio? An nõ recordamur q; voces & colores quosdã & talia qdã diximus hosce diligere & intueri,ipsum vero pulchrũ vt aliquid sit non admittere?GLAV.Recordamur.SO.Quare nõ aberrabimus,si istos philodoxos.i. opinionis amicos,potius q̃ philosophos appellabimus:q̃q acriter succẽsebunt nobis, si ita dixerim⁹. GLAV.Non,si mihi pareant.Nam vero irasci, nefas est. SO.Itaq; eos qui ipsum vnũqdq; per se ens admirantur & diligunt,philosophos,non philodoxos vocabimus.GLAV.Ita decet.

Vide vt vnum & multa sumunt, nã vnum est idea & forma, multa vero sunt participãtia formã. Aenigma de hoie nõ hoie &c.

Vide vt apud Platonem cognitio singularium absq; formę cognitione, est opinio. Qui scit & nõ opinatur. φιλοδόξος. Quis philosophus sit appellãdus.

Argumentum Marsilii Ficini in Dialogum Sextum de Iusto.



CVM Leges oẽs vel optimę absq; probatissimis magistratibus mortuæ sint, magistratus autem optimi vel absq; legibus scriptis ipsi sint viuæ leges,merito Plato noster quemadmodum alias exposuimus,in excellenti repub.non in condẽdis legibus, sed in formandis magistratibus omni diligentia elaborat:atq; id quidẽ non solũ a tenera ætate,verum etiam ab ipso fœtu studiose contendit,quo ex electis seminibus,continuaq; cultura ad optimam frugem perueniat.Quoniã vero hos appellat custodes, custodum autem maxime proprium est prospicere atq; circũspicere,idcirco ingenium pręcipue philosophicum,omniũ sine controuersia perspicacissimum eligit ad humanum gregem custodiendum. Quippe cum soli huius oculo pateat boni ipsius iustitiæq; exemplar, ad cuius imaginem bene, iuste, beate pingenda sit ciuitas.Pręterea pertinet ad custodem esse veridicum,liberalem,temperatum,fortem,iustum,magnanimum,mansuetum.Eadem quoq; probabit propria esse philosophi, vt deniq; cõcludatur custodiendi officium præ cæteris philosopho committendum. Quamobrem eiusmodi esse naturam philosophi,primo probabit:deinde quia generosa natura absq; recta cultura, & semper inutilis fit, & sæpissime noxia, tradet excolendi huius ingenii disciplinam. Interea vero de spurio & adulterino tractat philosopho,legitimum philosophum simulante.Item de abusu quodam philosophandi.Rursus de philosophandi forma ad illum præ cæteris pertinente, qui rempub. sit quandoq; recturus.Docet autem philosophi maxime proprium esse,perpetuum veritatis ipsius circa res æternas amorem.Ideoq; & amorem temporalium,& mẽdacium a philosopho maxime omnium alienum. Ostendit præterea philosophi mentem in ipsa veritatis indagatione seiungi a corpore,atq; ex quadã sui cognatione diuinæ menti coniungi,ac per insitas sibi ab initio formulas idearum,ideas ipsas attingere,ab eisq; ipso contactu lumen excutere,quo mox facta fœcundior concipiat, immo facta validior pariat veritatem.i.per ipsas suas conceptiones ideis vndiq; cõgruat.Tu vero hic aduerte intelligendi actum,quemadmodum & in Symposio,generationem partumq; vocari.Quod quidem cũ Christiana consentit theologia,ostenditq; non imaginariam tantum,verũetiam naturalem quandã inesse menti formam atq; veritatem.Proinde ingenium eiusmodi,& raro admodum,& in paucis nasci putat,& tunc quidem multis,tum cõditionibus indigere,tum obstaculis impediri.Pręcipue vero deprauari sermone & opinione vulgi,multoq; magis vulgi eiusdẽ opera.Rursus a vulgaribus pceptoribus qui & ipsi vitã orationẽq; suam vulgo quasi adulatores accommodant,similẽq; tradunt auditoribus disciplinam.Et vide q̃ congrue Plato vulgus vasto comparat bruto,Item ciuitates omnes nauib⁹ ca

Incõcinna natura sẽper trahit ad intẽperiem.

Prouerbiale. Ne Momus qdẽ carperet.

scaturq; oĩm,nõne erit sciẽtia vacuus?GLAV.Vacuus.SO.Cũ vero irritus illi labor oĩs suscipiat̃,an
nõ coget̃ tãdẽ seipm̃ & actionẽ talẽ odisse?GLAV.Nihil ꝓhibet. SO.Obliuiosum igit̃ animũ legiti-
moꝝ ꝑhioꝝ ĩgeniis cõuenire nequaq̃ existimemꝰ,sed admodũ memorẽ.GLAV.Ita prorsus.SO.Abso-
na ꝑterea & ĩcõcina natura,ad ĩtẽperiẽ semp trahit. GLAV.Sẽp.SO.Veritatẽ vero an cũ intẽperie cõ-
gruere putas,an cũ tẽperie potius?GLAV.Cũ tẽperie.SO.Ergo cõpositã,& gratã ꝑter cętera cogita-
tionẽ huic ingenio tribuamus,qđ suapte natura ꝓpẽsum esse volumus ad ideam cuiusq; qđ vere est
inspiciẽdã. GLAV.Nẽpe.SO.An non tibi videmur singula ꝑcurrisse q̃ necesse est cõtinuata serie sibi
inuicẽ succedẽtia aio illi cõpetere q veritatẽ rerũ ꝑfecte sit cõsecuturus?GLAV.Ita prorsus. SO.Nũ
potes quoquo modo studiũ id dãnare, qđ nullus sufficiẽter exeq põt,nisi natura sit ꝑspicax,memor,
magnificus,gratiosus,amicꝰ familiarisq; veritatis,iustitię,fortitudinis,tẽꝑãtię?GLAV.Ne Momus
quidẽ id carperet.SO.Nõne his solis eruditione tãdẽ & ætate ꝓuectis Rẽpu.præbebis administrãdã?
ADI.Nemo ad hęc tibi posset o Socrates cõtradicere. At vero sic afficiũtur q audiũt ea passim q̃ tu
narras. Nã ꝓpter ĩꝑitiã interrogãdi ac respõdẽdi ad singula q̃ parua sensim deducti,singulis deniq;
paruis in disputationis calce collectis existimãt post errorẽ atq; fallaciã cõtrariũ quoq; aliqd supiorũ
emergere:& quẽadmodũ q talis ludere nesciũt,ab his q in eo ludo periti sunt tãdẽ vsqueadeo coercẽ-
tur,& cõcludunt̃, vt qđ ferãt nequaq̃ habeãt, ita & seipsos putãt cogi tãdẽ cõcludiq; nec habere qđ
dicãt,verbis veluti calculis circũclusos:quãdoqdẽ verũ sit,nihil hęc duo ĩter se discrepare. Dico aũt
hęc animaduertẽs ꝑsentia.Nã nũc qdẽ diceret tibi qspiã,his q̃ ꝓponunt̃,verbis aduersari nõ posse,re
aũt ipsa cõꝑtũ habere,quotcũq; ꝑhiæ studiũ aggressi ita in eo versant̃,vt nõ eruditionis gratia de-
gustatis ꝑhię ꝑceptis iuuenes adhuc discedãt,sed diutius ĩmorent̃,eos vt plurimũ absurdos admodũ
euadere,& a rebꝰ hoĩm alienos,ne iniqssimos dixerimꝰ. siq vero ꝑstãtiores videant̃,tñ hoc studio qđ
ipse laudas,ita ingnari,vt inutiles euadãt ad Rẽp.gubernãdã.SO.Cẽses illos q hęc aiũt,mẽtiri?ADI.
Haud noui eqdẽ,sed qđ ipse sentias,libẽter audirẽ.SO.Audies certe si id roges,ꝙ vera loq mihi vidẽ-
tur.ADI.Qua ratione igit̃ recte id dicit̃,ꝙ nõ priꝰ erit vlla maloꝝ reqes ciuitatibꝰ,q̃ ĩ ipsis ꝑhi domi-
nent̃,quos Reip.ĩutiles eẽ fatemur?SO.Qđ ꝑtis respõsione ĩdiget ꝑ imaginẽ quãdã ĩducta. ADI.At
tu ꝑ similitudinẽ loq,vt arbitror,nõ cõsueuisti.SO.An mordes?cũ me ĩ sermonẽ ĩpuleris adeo demõ-
stratu difficilẽ?Audi ergo similitudinẽ,vt aptius cognoscas q̃ ꝑce cõparẽ. Vsqueadeo durũ est qđ ꝑ-
stãtes in ꝑhia viri ĩ gubernãda Rep.patiunt̃,vt nihil aliud sit vnũ qđ hoc patiat̃.Quare oportet hoc
ex multis colligẽdo,cõpare cũ his deniq;,& cuiusq; ĩuicẽ explicare rationẽ. Veluti cũ pictores Trage-
laphos,& cętera hmõi multiplicia figmẽta depingũt. Finge aio quẽdã nauis, aut classis gubernatorẽ
hmõi,magnitudine & robore corporis reliquos nautas excedẽtẽ,surdũ vero,& caligãtibus oculis,&
mẽte gubernationis inscia:nautas aũt de gubernatiõe ĩuicẽ decertãtes,& vnũquẽq; putãtẽ se imꝑio
dignũ,cũ nec artẽ didicerit vnq̃,nec sui ꝑceptorẽ vllũ possit ostẽdere, neq; quo tẽpore didicerit assi-
gnare,negãtes qnetiã artẽ illã doceri,eũq; q doceri posse asseuerauerit, ferro ꝑtẽtes.Ipsos aũt cogita
circa gubernatorẽ illũ confluẽtes,eũ obsecrare,& obnixe cõtẽdere,vt ipsis gubernacula tradat. Qñq;
vero si isti nõ ꝑsuaserint,sed alii potius,alios vel ꝑimere,vel e naui eiicere,generosum autẽ illũ nauis
principẽ Mãdragota,aut mero occupare,atq; ita gubernationẽ nauis arripere, vtẽtes ꝑsentibꝰ rebus,
vino & epulis ĩdulgẽtes,sed ita ducẽtes,vt hmõi hoĩes ducere verisimile est.Oẽs ꝑterea laudare illũ,
nautãq; & gubernatorẽ vocare,& q̃ ad nauẽ regẽdã spectãt callere,qcũq; eos ad vsurpãdũ nauis prĩci-
patũ ĩstruere possit,vel ꝑsuasione,vel vi gubernatore submoto: eũ vero q id neq̃at, tãq̃ ĩutilẽ vitupa-
re: veri aũt gubernatoris officiũ ignorare,ꝙ videlicet ad eũ spectet rationẽ habere anni,& tẽpoꝝ,cę-
li, siderũ,& vẽtoꝝ,& oĩm q̃ ad artẽ illã attinẽt,si dux nauis est reuera futurus. Vt vero gubernet,seu
volẽtibus qbusdã,siue ĩuitis,huius ipsius artẽ nullã putãtes accipi posse simul & gubernatoriã facul-
tatẽ.His vtiq; circa naues cõtingẽtibus,an nõ verũ gubernatorẽ cẽses ab illis q talibus vehunt̃ naui-
bus,inanẽ,& curiosum rerũ sublimiũ ĩspectorẽ,& naui ipsi inutilẽ vocitari?ADI.Et maxime qdẽ.SO.
Haudquaq̃ opus eẽ arbitror,vt tibi latius explicẽ,quẽadmodũ ad ꝓpositę cõparatiõis imaginẽ ita in
ciuitatibꝰ affecti sunt aduersus veros philosophos ciues,vt ĩ hmõi nauibꝰ ad verũ gubernatorẽ nau-
tę,sed ĩtelligere te existimo.ADI.Sũmope.SO.Primũ itaq; illi q admirat̃ ꝑhos ĩ ciuitatibꝰ minime ho-
norari,imaginẽ hãc expone,& ꝑsuadere conare,multo mirabilius fore,si honorarent̃.ADI.Faciã eq-
dẽ.SO.Adiicias & hoc ꝑterea,vera loq eos q dicũt ĩutiles esse vulgo eos q ꝑhiæ studio pollent. verũ
ꝙ ĩutiles sint,nõ esse ipsos ĩ causa dicito,sed eos potius q his ꝑhis nõ vtunt̃.Neq; eñ naturę cõsenta-
neũ est vt gubernator quasi indigus nautas oret quo eius se gubernationi cõmittãt,vel sapientes ad
diuitũ fores accedãt.Sed q hoc primꝰ iactauit,ꝑfecto mẽtitus est.Reuera aũt ita natura cõparatũ est,
siue diues seu pauper aduersa valetudine teneat̃,vt necessario fores medicoꝝ ꝑtat,& oẽs q supioris
gubernatione indigẽt,domos adeant hominũ gubernare potẽtiũ,nõ gubernatores,si modo alicuius
precii sint,orent vt ab his gubernent̃ inferiores.Quin si eos q his tẽporibus Resp.administrãt,cũ his

enim magis iudicas bonum,magis & eligis.Morbum vero damnũq; minus verum eligis potius q̃ magis verum.Deniq; super ens.Nã vt bene sis,esse desideras. Sed & de his, & queadmodum boni ipsius lumine oĩa vera intellectus intelligat,in Theologia latius disputamus.Sequiť distinctio rerũ in genera duo, visibile & inuisibile,& vtriusq; in duo.s.antecedens atq; sequens,similisq; perceptionis humanæ distinctio.In quibus Brentinũ sequitur,& Archytam.sed elegantius simul & latius explicat.

DIALOGVS SEXTVS DE IVSTO. SO.



VALES PHILOSOPHI Sint, & quales qui alieni a philosophia o Glauco, vix tandẽ longa oratione cõstitit.GLAV.Haud forte facile hoc erat paucioribus explicare.SO.Non,vt apparet.Planius vero id,vt arbitror, eluceret,si hoc duntaxat enarraturus essem,neq; per alia multa peruagaturus, ad inspiciendum quo vita iusta differat ab iniusta. GLAV.Quid posthac nobis restat agendũ? SO.Quid aliud q̃ qđ deinceps sequiť? Postq̃ philosophi sunt q attingere possunt id qđ semper secundũ eadem eodẽ modo se habet:qui vero id nequeũt,semper aũt per multa mutabiliaq; vagant, philosophi non sunt: quosnam ex his duces esse ciuitatis oportet?GLAV.Quo pacto ad hoc recte possumus respondere?SO.Quicũq; custodire leges possunt,& ciuitatis officia,his gubernacula sunt Reip.cõmittenda.GLAV.Probe.SO.Hoc itaq; perspicuũ est,vtrum cęcum an acute cernentẽ custodem quodlibet oporteat seruare.GLAV.Quid ni perspicuũ? SO.Videtur ne tibi a cæcis differre,qui cognitione cuiusq; qđ vere est,carent,neq; perspicuũ vllũ habẽt exemplar in aĩo,neq; possunt tanq̃ pictores ad exẽplar verissimũ respicientes,referẽtesq; ad illud, & ipsum q̃ synce rissime contuentes,ita demũ leges hic ferre de pulchris,iustis,& bonis, si oporteat, & latas leges custodire,atq; seruare?GLAV.Profecto nõ longe differũt.SO.Num istos potius ad custodiã eligemus, q̃ eos q vnũqđq; qđ vere est,cognoscũt,peritia quoq; aut alia quauis ĩ parte virtutis nihilo ĩferiores existũt?GLAV.Absurdũ esset vtiq; alios quosuis eligi,pcipue si cętera nequaq̃ desint.Hoc certe maximo superãt.SO.An non istud iã dicemus?quonã pacto iidẽ poterũt illa simul & hęc habere?GLAV. Oĩno.SO.Qđ ergo in hui⁹ disputationis exordio diximus,naturã ipsoꝝ pdiscere in primis oportet: atq; arbitror,si illã ad sufficiẽtiã inuicẽ cõcesserimus,nos insup cõcessuros,fieri posse vt iidẽ hęc assequanť,neq; alios pter hos ciuitatis duces esse debere. GLAV.Quonã pacto? SO.Hoc itaq; inter nos primũ cõstet de philosophorũ ingeniis,q semp eã diligũt disciplinã qua illis notior fiat natura illa q̃ semp est,neq; generatiõe,& corruptiõe mutať.GLAV.Cõstet.SO.Quinetiã q eã totã affectant, neq; spõte partẽ eius vllã spernũt,nec paruã,nec magnã,neq; honorãdã,neq; vilẽ,queadmodũ supra de ambitiosis,& amore captis pdiximus.GLAV.Recte.SO.Pręterea & hoc aĩaduerte,nunqd necesse sit naturę eorũ inesse,q tales futuri sunt,quales narrauimus?GLAV.Quale istud?SO.Vt mendacii oĩs natura expertes sint,neq; spõte mẽtianť vnq̃,sed oẽm oderint falsitatẽ,diligant veritatẽ.GLAV.Probabile est.SO.Nõ solũ pbabile est o amice,sed penit⁹ necessariũ,eũ q ex natura ad aliqd amore afficiť,qcquid cognatũ & familiare est amato,diligere.GLAV.Scite.SO.Nũ familiarius aliqd sapientię q̃ veritas reperiť?GLAV.Nihil.SO.An ergo possibile est naturam eandem esse philosophicã & mendacẽ? GLAV.Nullo modo.SO.Ergo discendi cupidũ necesse est statim a pueritia veritatẽ omnẽ summopere affectare.GLAV.Prorsus.SO.Quẽ vero ad certũ quiddã ardẽter rapiunt cupiditates,huic ad alia cupidines remissiores sunt,cum alio tanq̃ riuuli defluãt.GLAV.Nulli dubiũ.SO.Quicũq; igiť ad disciplinas & cætera talia omni desiderio flagrant,purã ipsius animę expetunt voluptatẽ,corporis autẽ oblectamẽta despiciũt,nisi qs fict⁹ sed verus philosophus sit.GLAV.Sũmopere necessariũ istud.SO. Tẽperatus itaq; vir talis erit,neq; pecunię cupidus.Nã ad queuis ptinet poti⁹ q̃ ad hũc cumulandis pecuniis inhiare,cui⁹ gratia cęteri maxima cũ iactura pecuniis q̃rendis insudant.GLAV.Ita est. SO. Præterea id cõsiderandũ,quotiẽs naturã eius qui philosophus sit,& eius qui nõ sit,discernere cupis. GLAV.Quidnã?SO.Ne forte latẽs quędã insit illiberalitas. Nam aduersa omnino est pusillanimitas animo vniuersum ipsum semper diuinũ atq; humanũ indagaturo.GLAV. Vera loqueris. SO.Nempe cui cogitationis adest magnificẽtia,& totius tẽporis,totiusq; substãtię contemplatio,humana vita magnũ quid viderinõ potest.GLAV.Nõ profecto.SO.Nũ mortẽ hic terribilẽ ęstimabit? GLAV. Minime.SO.Timidę itaq; illiberaliq; naturę,philosophia vera nõ cõuenit.GLAV.Nõ vt mihi videtur.SO.Vir autẽ modestus nõ quęstui deditus,nõ pusillanimis,nõ superbus,nõ timidus,nũ in commerciis difficilis erit,aut iniustus?GLAV.Nullo modo.SO.Quinetiã cũ discernere cupies quis animus philosophus sit,qui nõ,statim a teneris annis id obseruabis,nũquid iustus, & mitis, an iniquus atq; agrestis. GLAV.Maxime.SO.Neq; hoc, vt arbitror,ptermittes.GLAV.Quidnã? SO.Vtrũ ad pcipiẽdũ velox,an tardus.nũ cẽses quẽpiã illud vnq̃ diligere,qđ cũ aggrediť,summa cum difficultate agit,& vix tãdẽ parũ quid pficit? GLAV.Nunq̃ pfecto.SO.Quid si nihil seruet eorũ q̃ discit,obliui

Propria philosophorũ ingenijs.

Amãs nõ solũ amatum amat sed etiã omne eius familiare.

dem quoq; reprobabit vt turpia. Iisdē prętera qbus illi incūbet studiis, eorūq; euadet psimilis. ADI. Necesse id omnino est o Socrates. SO. Nōdū tñ vehemētissimā induximus necessitatē. ADI. Quam? SO. Quam operibus inferunt nō psuadētes verbis pceptores isti atq; Sophistę. An nō cernis q; homi nē illis nō obsequētē infamia norāt? iactura pecuniarū, & mortis supplicio damnant? ADI. Sūmopere. SO. Quē igit aliū Sophistā putas, aut quos alios priuatos sermones aduersari istis, & resistere posse? ADI. Nullius certe orationē. SO. Nullius sane. Quin & his reniti, summa stultitia est. Neq; enim fuit vnq̄, nec est, nec erit mos alius ad virtutē institutus pter istorū disciplinā. humanus inquā o amice. Nā diuinū qdē iuxta Prouerbiū excipiamus. Certo eñ id scito, quisquis immaculatus & integer ex hac cōstitutione Rerūp. euaserit, talē diuino auxilio euasisse. ADI. Haud aliter mihi videt. SO. Istud preterea tibi videri debet. ADI. Quidnā? SO. Quisq; eorū q priuatim accepta mercede hoīes erudiūt quos qdē Sophistas, & æmulos artiū appellāt, nihil aliud docendū putar, q̄ multorū sentētias, in qbus consentiūt quotiēs cōgregantur, atq; hāc sapiētiā vocar: veluti siqs vasti cuiusdā animalis bruti, robusti admodū, & ab homine enutriri, iras, & cupiditates singulas obseruauerit, quave ratione adire hoc deceat, qua attrectare, itē quādo vel ferocius est, vel mitius, & ex qbus causis tale fiat. Voces itē quas in singulis qsq; solet exprimere. Quibus pterea vocibus aliorū irritat id animal, vel placat. Post q̄ vero ob diuturnā cōsuetudinē pcepit singula, peritiā hmōi, sapiētiā vocet, & tāq̄ arte quadā collecta ad docēdū se cōferat, reuera ignorās q̄ potissimū harū opinionū cupiditatūq;, honesta, vel turpis, bona, vel mala, iusta sit, vel iniusta. Nominet vero singula ad ingentis bestiæ illius opinionē, bona videlicet quibus delectatur ipsa, mala qbus offenditur, nec aliā prorsus vllā de his afferat rationē, sed q̄ necessaria sunt, iusta nūcupet, & honesta: quo vero boni ipsius necessariive natura differat, neq; ipse perspexerit vnq̄, neq; aliis ostēdere possit. Siqs inquā ita affectus sit, nōne p Iouē absurdus præceptor esse tibi videbit? ADI. Mihi vero. SO. An differre tibi ab hoc ille videt, q multorū variorūq; hominū in vnū conueniētiū irā & voluptates callere, sapientiā esse ducit, siue in pictura, siue in musica, siue in administrandę Reip. disciplina? Patet enim q; siqs cū his versat, eisq; ostēdat, vel poesis, vel alterius artis opus, vel ad Rēp. attinēs ministeriū, exhibeatq; vulgo iudicādi operis auctoritatē, vltra necessaria, Diomedea, vt aiunt, necessitate cogetur ea facere, quæ isti probauerint. q; vero bona hæc reuera atq; honesta sint, an audisti quādoq; ipsorū aliquē rationē verisimilē assignantē? ADI. Nec audiui quidem vnq̄: nec, vt arbitror, audiā. SO. Hęc intuitus oīa, recordare & illud: Num potest vulgus, vel alio dicēte admittere, vel ex se attingere ipsum p se pulchrū, nō autē multa hæc pulchra, & de cæteris eodem modo, nō quidem esse singula hæc quæ patēt multa, sed ipsam vnā cuiusq; naturā? ADI. Minime. SO. Philosophus ergo vulgus esse nō pōt. ADI. Nō. SO. Quinetiā necesse est ab eo philosophātes vituperari. ADI. Necesse. SO. Et a qbusq; populo placere volētibus. ADI. Patet. SO. Ex his ergo quā rationem seruādi ingenii philosophici vides, vt suo in studio perseuerās ad finē philosophandi deueniat? Sic autē ex his quę dicta sunt cogita. Cōcessum est, discēdi acumen, memoriā, fortitudinē, magnificentiam ad hoc ingeniū ptinere. ADI. Plane. SO. Nōne statim apud oēs talis, in cūctis primus erit, pręsertim si corpus natura nactus sit animo cōforme? ADI. Nihil prohibet. SO. Volent igitur & domestici oēs, & ciues ad sua negotia pagēda hoc vti cū adoleuerit. ADI. Sic certe. SO. Quare pcibus, supplicationibus, honorib⁹, blādimētis poccupabūt futurā ipsius virtutē atq; potētiā. ADI. Ita fieri solet. SO. Quid hominē talē arbitraris tūc effecturū? pręsertim si ampla in ciuitate natus sit, & in ea diuitiis insignis ac genere, honesta pręterea indole sit atq; procerus. nōne immēsa spe elatū iri hūc cēses? putātē se ad res tam Græcorū q̄ barbarorū gerendas sufficere. Vnde & seipsum extollere, fastidioso habitu lasciuientē, inaniq; fastu, & insana inflatū superbia. ADI. Vehementer. SO. Siquis hominē sic affectū amice moneat dicēs, mentē ipsum nequaq̄ habere, egere tñ: sed eā a nullo cōparari posse, nisi se illius adeptioni subiiciat, an facile illū tātis occupatū malis pstare monenti aures putas? ADI. Longe abest. SO. Sin autē bonitate naturę, & innato quodā erga rationes affectu inductus aliqs auscultet, flectatur q;, & ad philosophiā trahat, quid eos facturos existimamus, q putāt monitoris illius vsu, & cōsuetudine adolescētē corrumpi? Nōne & loquēdo, & agēdo omni studio certaturos, vt nec adolescēs monitis pareat, nec exhortator ille aliqd psuadeat, eū tam priuatis insidiis q̄ publicis accusationibus insequētes? ADI. Valde necessariū est. SO. Restabit ergo huic vlla ad philosophandū facultas? ADI. Exigua plane. SO. Vides ne haud ab re nos supra dixisse, philosophicę naturę ptes si puersa adhibita sit educatio, causas esse quodāmodo vt qs ab eo studio auertat? quinetiā impedimēto esse ea quæ vulgo bona putātur, diuitias scilicet, & omnē huiusmodi supellectilē? ADI. Recte nimirum est dictum. SO. Hic est o mirifice vir interitus & corruptio talis ac tanta naturæ ipsius ad excellens officium optimæ, quæ quidem rara admodum, vt diximus, reperitur. Atq; huius ingenii sunt hi viri qui nefaria scelera patrant, & priuatim, & publice: atq; item qui sunt & priuatis, & ciuitatibus bonorū ingentiū auctores. Exile vero ingeniū nihil vnq̄ vel priuatim vel publice magnū efficit. ADI. Vera nimirum

Prouerbium. Diuinum excipim⁹.

Prouerbium. Diomedea necessitate cogit.

Exile ingeniū nunq̄ quicq̄ magnum effi cere.

tradatur adolescentibus,opinionem honesti debilitat,vnde euadunt intemperantes, immo & supbi & impii,vt in Philebo quoq; & Legibus legiť,idcirco ante trigesimū ętatis annum in mathematicis erudiendi sunt,atq; in publicis negotiis p interualla pariter exercendi.Cū vero ad trigesimū puenerint,ad dialecticā admittēdi,ita tñ vt rursus p interualla reuocenť ad publicas actiões.Tu vero disserēdi industriā a forma qdē sua Dialecticā noīa,ab exordio Logicā,a fine Metaphysicā atq; Theologiā.Scito & ad eiusmodi dialecticę finē quasi diuinū hoīes in quinquagesimo ętatis anno vocari,propterea q; ad diuinorū intuitū purgata mēte opus est atq; serena.Interea hic aīaduerte qđ & hic & i Theologia sępius vsurpamus,a Platone notari tria quædā,radiū.s.lumēq;,& lucē. Radiū qdē esse singulis mentibus sicut & oculis ꝓprium & naturaliter insitū.Lumen vero cunctis oculis esse commune.Lucē deniq; diuinā pręesse lumini mētiū oīm cōmuni,quēadmodū lux in sole pēst lumini oculorū ęque cōmuni.Cōcludit ciuē postq̄ boni ipsius lucē & p radiū inde sibi naturaliter insitū & p lumen eiusdē rursus infusum fuerit cōtēplatꝰ,oportere ciuitatē ad boni ipsius exēplar ꝓ viribꝰ gubernare.

DIALOGVS SEPTIMVS DE IVSTO.

SO.

Figiť spe cus vt ad ipm entia cōpata eui dētiꝰ cōtē- plemur.



OSTHAEC Naturam nostram quo ad eruditionem & ruditatē ptinet tali quadam imagine contemplare.Finge aīo subterraneū specus,cuius ingressus versus lumē p antrū totum puius vndiq; pateat. In eo homines nutritos a pueritia,ceruicem & crura ita deuinctos,vt & immobiles pmanere cogant,& ad anteriora solum ꝓspicere,capita vero vinculis astricta circunducere nequeāt. Post tergum autem superne ac ꝓcul ignis lumē suspensum sit,interq; ignem & vinctos homines via superior pateat,secus quā paries sit cōstructus exiguus,sicut plerūq; præstigiatoribus miracula fingentibus scenæ seu cortinæ aliquæ super qbus sua miranda demonstrant,coram spectantium oculis apponuntur. GLAV.Esto.SO.Cogita rursus homines intra parietē ferentes vasa & opificia varia,supra parietem eminentia,statuasq; hominū & aliorū animaliū lapideas & ligneas imagines,modisq; variis fabricatas.Atq; vt cōsentaneū est,q hæc circūferunt,partim sileant,partim loquanť.GLAV.Qȝ portētosa hęc figmēta sunt.SO.At similes isti nobis sunt.Nā primum quidē putas istos aliud qcq̄ vel suiipsorū vel ꝓximorū hominum videre pter vmbras q̄ ex igne ad aduersam speluncę partē cadūt?GLAV.Nihil aliud,si nunq̄ in vita mouere capita potuerūt.SO.Quid autē eorū q̄ circūferunť,nōne vmbras dūtaxat?GLAV.Nempe.SO.Si ergo inuicem loqui liceret,nonne ista q̄ coram viderent loqui opinarenť?GLAV.Necesse est.SO.Qȝ si echo ex aduersa parte carceris resonaret,quotiēs ptereūtiū aliqs loquereť,putas ne ipsos nisi trāseūtiū vmbras aliud putare qđ loquiť?GLAV.Nō p Iouē.SO.Oīno igiť tales nihil verū esse nisi fabricatarū rerū vmbras arbitrarenť.GLAV.Ita prorsus necesse est.SO.Cōtra vero nūc aīaduerte qualis foret eorū a vinculis solutio,ignorantiæq; curatio.Nēpe siquis eorū solueret,cogereturq; repēte surgere,collum vertere,ambulare,lumen ipsum aspicere,doleret ꝓtinus,nec ꝓpter splēdorē intueri posset illa,quorū vmbras ante cernebat.Tunc siqs illi dixerit,prius eū spectasse nugas, in psenti aūt rebus veris esse ꝓpinquiorē veriusq; inspicere,ac ptereuntiū quēq; mōstrās,qđ sit q̄siuerit,nōne illum vacillaturū putas,arbitraturūq;,veriora esse q̄ ante cernebat,q̄ q̄ nunc ostēdunť?GLAV.Multū. SO.Et si coegerit eū lumē aspicere,nōne dolore oculorū affici ipsum putas?oculosq; ad ea quę facile priꝰ viderat, retorq̄re,certiora ipsa existimātē q̄ q̄ subito offerunť?GLAV.Ita nimirū.SO.Si vero aliqs eundē p aspa atq; ardua sursum traheret violēter,neq; pmitteret qcq̄ aspicere anteq̄ ad solis lumen traxerit,nonne dolere ipm, & ęgre ferre dū raptareť,existimas? & cū ad lumen euectus fuerit,oculos splendore suffusum hęrere,nihilq; ex his posse cōspicere q̄ vera nūc ab hoībus existimanť?GLAV.Nihil certe subito.SO.Cōsuetudine igiť primū opus est,si supera inspecturus sit.Vmbrasq; primū faciliꝰ intuebitur,post hęc in aquis hominū cęterorūq; imagines.Ipsa vero deinde postea q̄ in cęlo sunt,& ipm cęlū nocte facilius cōtēplabiť,dum astrorū & lunę lumē spectabiť,q̄ si solē ipm die solisq; fulgorē intueatur.

Ante cōp hēsionē di uinorum opus eē cō suetudine.

GLAV.Proculdubio.SO.Atq; ita demum solē ipsum suspiciet,neq; iā in aqs & aliena in regione simulacra ipsius spectabit,sed ipm scdm seipm in sede ꝓpria speculabiť, & qualis sit cognoscere poterit.GLAV.Necesse est.SO.Animaduertet tādē ipsum esse,q tpa & annos tēperat,q oīa regit q̄ sub cęlo sunt,q oīm q̄ ante ab ipsis visa sūt,mō quodā est auctor.GLAV. Certū est huc illū hisce gradibꝰ ascensurū.SO.Quid si habitationē pristinā memoria repetat,& illorū hoīm sapiētiam, atq; vincula? an nō censes eū beatū se loci mutatione existimaturū,illos autē miseraturū?GLAV.Et maxime qdē.SO.Præterea siqui honores ibi inuicē exhibebanť & laudes, dabāturq; pręmia illi q transeūtia quælibet acute cerneret,recordareturq; maxīe q̄ ex illis priora,q̄ posteriora,q̄ pariter ꝓgredi soleāt, atq; ex his futura optīe psagiret,hęc ne desideraturū ipm putas? beatosq; illos q apđ eos honorāť & domināť existimaturū?vel qđ ait Homerꝰ sibi cupet euenire,i alieno.s.rure ex sortis alicuiꝰ serui māci

tria circa puras dimẽsiones. Tres vero gradus sunt mixti. Nã Musica numeris addit voces motusq; ad auditum præcipue pertinentes. Stereometria vero dimensionibus addit põdera. Astronomia nũeris dimensionibusq; cælestes sphęras motusq; metit. Vtit aũt Plato naturali peritia in descensu potius q̃ ascensu, queadmodũ in Timæo, & Philebo, atq; Parmenide, & alibi sępe docet. In descẽsu eñ p diuinas naturaliũ causas, naturalia vult principia demõstrari. In ascẽsu vero p anxiã naturaliũ curã, tanq̃ a diuinis valde remotã, diuertere ab illis aïam putat potius q̃ cõuertere. Oino autẽ & actiones oẽs etiã si honestissimę videant, nihili pendit, nisi ad diuini boni imitationẽ cõsecutionẽq; cõducãt: & speculationes similiter oẽs vel negligit, nisi ad diuinũ bonũ inueniẽdũ cõferãt, vel etiã detestatur, siquo pacto nos inde diuertãt. Proinde totũ philosophię studium esse vult a sensibilibus conuertere ad intelligibilia, ad ipsumq; bonũ, qđ intelligibiliũ lumen est supremũ, ascendere. Atq; queadmodũ se habet visus ad visibiliũ summũ. i. solem, sic intellectũ ad summũ intelligibiliũ lumen. s. deũ se habere. Ergo sicut sol generat oculũ, & generãdo vim videndi largit, & genito actũ vidẽdi cõtinue p̃stat, sic deus & intellectũ creat, creandoq; intelligendi vim p̃bet, & creato cõtinue actũ intelligendi. Rursus quemadmodũ circa oculũ nihil opus est ab arte fieri, nisi purgare ip̃m atq; cõuertere, ita circa intellectũ duo dũtaxat pręstat philosophia, purgãdo. s. ip̃m tũ a pturbationibus, tũ a falsis opinionib⁹, atq; cõuertendo p rationes exhortationesq; a sensibilibus formis ad intellectuales nobis insitas formas, pq; has ad formas intelligibiles. i. ideas. Rursus p ideas ad diuinã mẽtẽ, qua cõprehẽdunt ideæ, ab hac deniq; ad diuinũ bonũ, idearũ principiũ atq; lumen. Cũ ergo dicit animã a lucerna ad lunã, a luna ad solẽ attolli, significat a formis naturalibus ad mathematicas, ab his ad diuinas deniq; eleuari, non docendo qdẽ, diuina eñ vt tradit in epistolis, doceri nõ possunt, sed purgãdo potius atq; cõuertẽdo. Nã his pactis, sicut sol qui est visibiliũ lumen, mõstrat oculo visibilia, ita ipsum bonũ qđ intelligibiliũ lumen est, intelligẽda intellectui patefacit. Sed de his in Theologia nostra latissime. Itaq; nemo mirari debet Platonem doctrinali scribendi ordine vti rarius, purgatorio vero atq; exhortatorio, id est cõuersorio semp. Post hęc nota ex eorũ numero quę sentiunt, illa potissimũ intelligẽtiã excitare, q̃ haud plane p sensum a suis oppositis discernunt, ideoq; intelligentia indigent discernente. Itẽ numeros nõ esse corporeos. Siquidẽ nihil aliud numerus est q̃ vnitas repetita. Vnitas aũt nõ est corpus. nõ eñ in partes diuidit. q̃ si fingat diuidi, nõ secat, sed potius multiplicat. multiplicat inquã in seipsam, nõ in ptes vllas. pars eñ q̃libet toto solet esse minor. Nulla vero vnitas vel maior vel minor est vnitate. Atqui hæcipsa vnitas numerusq; ad incorporeã nos essentiã erigũt: similiter quoq; figurę, quarũ ratio vera in mẽte reperit potius q̃ in corpore. Similiter astronomia ex ordine cęli motoris rationẽ indagare videt. Eũ Plato astronomũ negat supna suspicere, qui ab ipso cęlo nõ p̃spexerit sup cælũ, præsertim quia cælestia cũ integrũ nõ impleant ordinẽ, nimirũ a supiore quodã & integro ordine pendent. Deridet & musicũ nisi a consonantia vocis ad intellectualẽ se recipiat cõsonantiæ rationẽ. Deniq; dialecticã. i. metaphysicã siue theologiã oĩbus facultatibus anteponit, & ducentẽ oẽs, & ad suũ officiũ vtentẽ ministerio singularũ. Officiũ vero ei⁹ esse, p totã ipsi⁹ qđ dicit ens, pgredi latitudinẽ, atq; ad ipsum bonũ toti⁹ entis causam se cõferre, & in ipso entiũ ordine qd vnũqđq; sit definire, rationẽ cuiusq; essentię assignãdo, quidve quãlibet sequat essentiã demonstrare. Cęteras aũt facultates p̃ huius nobilitate iudicat esse seruiles. Aut eñ ad opiniones hoĩm declinãt, vel ad generationes cõpositionesq; inferiorũ, vel ad cultũ eorũ q̃ gignunt: aut saltẽ & si ad incorporea sese pro viribus erigũt, nihilominus circa illa quodãmodo somniãt. Quales esse inquit mathematicas disciplinas. Mox vero duo subiũgit genera, essentiam. s. atq; generationẽ. Ad illã qdẽ intelligẽtiã, ad hãc aũt opinionẽ existimat ptinere. Rursus in intelligentia sciẽtiã qdẽ dicit essentiã cõseq ad dialecticũ ptinentẽ, cogitationẽ vero seq essentiã, & ad mathematicũ attinere. In opinione similiter fidẽ imaginationẽq; cõnumerat. & p illã qdẽ corpora pcipi, p hãc vero imagines corporũ atq; vmbras. Deinde cõcludit cæteras facultates absq; dialectica esse cæcas. Atq; eas simul & dialecticã insup vanas esse, nisi ipsam boni ideã p̃spicue nouerint, pq; ipsam in singulis sciãt a falsis vera bona discernere. Eũ vero q boni ignorauerit rationẽ, & insomniis hic illusum turbari, & ad inferos descẽdẽtẽ illudi magis atq; vexari. Subdit eũ hoiem esse claudũ qui ad alterutrũ siue ad agendum siue ad speculandũ ineptus sit atq; imperitus. Quapropter ad gubernandum eligit illos, qui ad vtrũq; & apti natura sint, & disciplina sufficienter instructi. Interea nota mendacẽ quasi mancum & mutilatũ a repu. excludẽdum. Mendacem vero nominat, & q dedita opera mentit aliis, & q per ignorantiã mentitur ipse sibi. Memento & labores animi grauiores esse q̃ corporis, ideoq; in iuuẽtute discẽdũ, liberalesq; disciplinas procul a seruitute docendas. Neq; tñ dialecticam adolescẽtibus esse tradendam. Qđ Phileb⁹ quoq; nos docet. Nã vt Phædrus quoq; distinguit, duo nobis oĩm insunt duces, innata videlicet cupiditas voluptatũ, & acqsita quædã per educationẽ opinio, dictãs honesta & iusta nobis a legib⁹ definita in omnibus esse seruãda. Duo vero hi duces sæpissime in cõtraria distrahũt. Quoniam vero disserendi facultas si

velint rursus ad hoies istos carcere clausos huc descendere,neq; laborũ istorũ honorumq; siue vilio res fuerint seu pciosiores,esse participes.GLAV.An ipsis iniuriã inferemus,cogemusq; eos deteriorem vitã subire,cũ frui meliore possint?SO.Oblitus es o amice hoc legi curę nõ esse, vt vnũ quiddã genus in ciuitate in primis sit beatũ,sed vt tota ciuitas.Profecto ad hoc ciues ipsos psuasione & impulsione conciliat,facitq; vt mutuo sese adiuuent,cõmuneq; p viribus vtilitatẽ colant. Nẽpe lex ciuili cœtu homines congregat, non vt pmittat vnumquẽq; quo lubet ferri , sed vt ipsis ad copulam ciuitatis vtat.GLAV.Vera loqueris.Id me fugerat.SO.Considera itaq; Glauco,quemadmodũ philosophos qui apud nos reperiunt,iniuria nulla afficiemus.Sed cũ cogemus eos aliorũ curã gerere, iure in hunc modum dicemus,q videlicet quicũq; in aliis ciuitatib[9] philosophi reperiunt, ob hãc causam merito administrãdę reip.labores refugiunt,qa in qualibet ciuitate ipsi p se nascunt , rep.nõ curante.Par autẽ est vt qđ per se nascit,cũ nulli pro alimẽtis acceptis sit obnoxiũ,nulli exhibeat nutrimenti mercedem.Nos aũt vos tã vobismet q̃ reliqnis ciuibus tanq̃ in apum examine duces ac reges creauimus,melius pfectiusq; q̃ cæteri eruditos,aptioresq; ad vtrãq; curam suscipiendã.Descendere ergo vicissim debetis singuli in aliorũ hoim cœtũ,& ad obscura inspiciẽda assuefieri. Nã cũ assuefacti fueritis,multo acutius illa cernetis q̃ q in eis quotidie obuersant,& qlibet simulacra quæ & quorũ sint agnoscetis,quia reuera noueritis,q̃ honesta,iusta,bonave sint.Atq; ita nobis vna ac vobis ciuitas quasi vigilantibus recteq; sentientibus coletur,nõ tanq̃ somniantibus, queadmodũ nunc plurimæ habitantur,ab his videlicet,qui de vmbris inter se decertãt,deq; principatu tanq̃ maximo bono contẽdũt.Veritas aũt ita se habet.Ciuitas pfecto in qua ciues ad expetendos magistrat[9] minime ambitiosi sunt,optime & procul a seditionibus pmanet:contra vero,q̃ aliter affectos habet ciues.GLAV.Sic est prsus.SO.An renuẽt monitus nostros alumni,cũ hęc audiuerint?nolentq; vicissim singuli ciuitatis administrationẽ suscipere,sed in contemplationis otio diutius cõmorabuntur? GLAV.Minime.Nã iusta viris iustis pcipiemus.Sed omnino tanq̃ ad rẽ necessariã ad magistratũ accedet eorũ quisq;,contra ac illi q nunc in singulis ciuitatibus dominant . SO.Nẽpe sic se res habet o amice.Si vitã inueneris eorũ q magistratibus pfuturi sunt,ipsis magistratibus meliorẽ , tunc primũ tibi optime instituta ciuitas elucebit.In ea siquidem sola vere diuites dominabunt.nõ auri dico,sed cuius oportet virũ beatũ,diuitem esse,vitæ probæ atq; prudentis.Sin aũt inopes,bonisq; ppriis vacui ad publica aduẽtauerint,bona illinc rapere cupientes,ciuitas illa felix esse nõ poterit. Nã vbi de principatu contendit,cũ propriũ hoc sit & intestinum bellũ,tũ eos qui ita pugnant,tũ reliquam ciuitatẽ perdit.GLAV.Vera narras.SO.Habes aliquos q ciuiles honores spernant,pter veros philosophos?GLAV.Non per Iouẽ.SO.At eñ magistrat[9] dãdi sunt hoib[9] imperii minime cupidis.alioquin simultas inter ęmulos orieт.GLAV.Certe.SO.Quosnam igit alios ad custodiã ciuitatis induces,pter eos q optime hęc intelligũt,p quę rite ciuitas colit,habentq; & honores alios , & vitã ciuili prestantiorem?GLAV. Nullos equidẽ alios.SO.Vis ergo nunc inquiramus,quo pacto tales in ciuitate viri euadant?& qua ratione eos aliqs in lumẽ educat? queadmodũ ab inferis ad deos ascendisse aliq memorant.GLAV.Quid ni velim?SO.Hęc,vt videt,non erit testæ reuolutio, sed aiæ circũductio a nocturno quodã die ad eius qđ vere est cõtẽplationẽ.Quẽ qdẽ ascensum verã philosophiã esse dicem[9].GLAV.Omino.SO.An nõ inuestigãdũ est q̃ disciplina potissimũ hanc habeat facultatem? GLAV.Quid ni?SO.Quęnã igit erit o Glauco disciplina,p quã anim[9] ex his q̃ fluunt,ad ea q̃ vere sũt,reducat?Hoc aũt dũ loquor excogito.Quippe nõ athletas eos belli esse dixim[9]:sed necessariũ dũ iuuenes sunt,tales esse.GLAV.Dixim[9] plane.SO.Oportet ergo hãc pterea supiori addere disciplinã quã q̃rimus.GLAV.Quã potissimũ?SO.Quæ.s.nõ inutilis sit bellicosis hoibus . GLAV.Oportet sane,si qdem est possibile. SO.Gymnastica porro & musica in superioribus a nobis sunt erudiri. GLAV.Ita prorsus est actũ.SO.Gymnastica qdẽ circa id qđ augescit & deficit,versari videt. Nã incrementũ corporis & decremẽtũ cõsiderat.GLAV.Apparet.SO.Hæc ergo nõ erit ea quam quærimus disciplina.GLAV.Nõ.SO.An forte genus illud musicæ,qđ supra narrauim[9]? GLAV.At erat illa qdem,si tenes memoria,pportione quadã gymnasticę correspõdens,cõsuetudine moribusq; custodes erudiens,prębensq; secundũ harmoniã, cõpositionem & cõcinnitatem quãdam potius q̃ sciẽtiã,& secundũ rhythmum modulationẽ numerosamq; decentiã.Quinetiã in oratione alia quædam generis eiusdem cõtinet,tã quo ad fabulosos sermones,q̃ quo ad veros . Cognitio vero talis cuiusdã boni quale tu nũc inuestigas,in ea nulla prsus existit.SO.Diligẽter admodũ me cõmonuisti . Nã reuera tale nihil habere cõpta est.Cęterũ o beate Glauco,quęnã talis erit facultas?Etenĩ artes mechanicæ illiberalesq; oẽs esse quodãmõ visæ sunt.GLAV.Quid ni?SO.At vero, quænam alia præterea restat doctrina a Musica,& Gymnastica,artibusq; diuersa? Age itaq; si nihil ab his seorsum accipere possumus,aliqd saltem ex iis quæ per omnia discurrunt,accipiamus.GLAV.Quidnam? SO. Cõmune scilicet illud quo oẽs vtunt artes,cogitationes,atq; sciẽtię,quod cuiq; in primis necessario

Gymnastica circa qđ versetur. Reiicit Musica ab arte administrandi rempub.

piũ effici,& qdlibet aliud pp̃ti poti⁹ q̃ opinionib⁹ illis illudi,& in ea miseria degere. GLAV. Arbitror eũ quęcũq; alia potius q̃ vitã eiusmodi electurũ. SO. Si rursus hic descẽdat, eandemq; sedẽ quã antea nanciscat̃,nõne cũ repente a sole discesserit,tenebris offundet̃? GLAV. Vehementer. SO. Ac si vmbras illas discernere oporteat,deq; ipsis disceptare cũ illis qui pp̃etuis vinculis p ressi sunt,pferendaq; sentẽtia sit eoipso in tp̃e,quo oculi ipsi⁹ hallucinant̃,anteq̃ acies expurget̃,qđ qdẽ nõ breui fiet, an nõ risum cõcitabit? eiq; ab oĩbus dedecori dabit̃,q; postq̃ sursum ascendit, corruptis reuersus est oculis? diceturq; nunq̃ ad supera cõtendendũ esse,& eũ qui soluere tentet & sursum ducere si deprehendat̃,ptinus occidendum? Tota hæc imago o amice Glauco referẽda est ad illa q̃ supra dicta sunt. Carcer qdẽ is ad eã q̃ cernit̃ oculis,mũdi machinã: Lumẽ vero ignis in specu,ad solis potẽtiã: postremo si ascẽsum ad supera eorũq; cõspectũ,rite ad eũ q ad intelligibilẽ regionẽ tẽdit,ascẽsum retuleris, vt ego qdẽ spero non aberrabis,postq̃ sentẽtiã meã audire desideras. Deus aũt nouit an vera sit. Quę igit̃ mihi apparent,huc tẽdũt. Neq; arbitror in ordine ipso intelligibili,boni ipsius ideã sup̃mã existere,vixq; videri.si aũt visa fuerit,asserẽdũ eã oĩbus oĩm rectorũ atq; bonorũ causam esse, cũ ipsa in loco visibili lumẽ creauerit,& luminis auctorẽ,in ipso vero intelligibili regnet ipsa, veritateq; & mẽtẽ ptulerit. Quã nosse necesse sit omnẽ qcũq; sana mente quicq̃ vel priuatim vel publice est acturus. GLAV. Ita & ipse cogito vtcũq; possum. SO. Age & hoc considera: neq; mireris,q; hi q huc descendũt,nolint humana tractare,sed ipsorũ mẽtis acies semp ad supa dirigat̃.probabile quippe id est, siqdem superiorẽ imaginẽ sequit̃. GLAV. Probabile sane. SO. Quid aũt hoc? Mirandũ putas, siqs a diuinis spectaculis ad humana hæc mala prolapsus ineptior sit ad agendum,rideaturq;,p̃sertim si anteq̃ p̃sentibus tenebris assuescat,dũ adhuc titubat,cogat̃ in iudiciis vel alibi de iusti vmbris aut statuis illis quantum vmbrę hę sunt,certare,deq; iudiciis eorũ q iustitiã ipsam nunq̃ viderunt, differere? GLAV. Nullo mõ mirandũ. SO. Verũ si mentẽ qs habuerit,recordabit̃ q; duobus modis & duabus ex causis turbari oculi consueuerunt,tum quãdo ex lumine ad vmbrã descẽdimus,tũ quãdo ex tenebris in lucẽ pdimus: eodẽq; mõ affici animũ arbitrabit̃,quotiẽs turbatũ viderit, & ad aliqđ cernẽdũ hebetiorẽ. Ideoq; haud temere in risum prũpet,sed diligẽter inqret,vtrũ a lucidiori vita descendẽs, nouis tenebris obruat̃: vel ab insipiẽtia plurima ad fulgidũ spectaculũ surgens, sub corusco nimium splẽdore deficiat. Et vni⁹ qdẽ affectũ pbabit,vitãq; eius beatã fore censebit: alterius miserebit̃: ac si forte ridere cœperit,haud tã inepte hũc ridebit,q̃ eũ q a lumine sup̃no deciderit. GLAV. Consentaneũ. SO. Si hęc igit̃ vera sunt,ita de his cogitandũ est,eruditionẽ nõ esse talẽ qualẽ aliq p̃dicãt. pollicent̃ eñ aĩo sciẽtię prorsus expti se scientiã tradituros,quasi oculis cęcis visum. GLAV. Profitentur certe. SO. Pręsens aũt ratio nobis significat,vim q̃ est in aĩo cuiuscũq;,ac instrumẽtũ,quo res discere qsq; põt,pinde ac si oculũ ipossibile esset aliter q̃ simul cũ toto corpore ad clarũ obiectũ ex obscuro cõuertere,ita cũ tota aĩa simul e generatiõe circũducere oportere vsq; ad id qđ ens dicit̃,vt ipsi⁹ clarissimũ possit speculãdo transcẽdere. hoc aũt ipm bonũ esse dicimus. GLAV. Nempe. SO. Ad hoc igit̃ ipsum eruditio cõpetẽs,erit facultas quædã animi dirigẽdi, vt ipsius oculus q̃ facillime & efficacissime conuertat̃. q̃ huic oculo aciẽ visumq; nõ dabit,sed eũ potius cũ visum qdẽ habeat, neq; tñ recte cõuersus sit,neq; quo decet aspiciat,cõuertere oĩ machinatione contẽdet. GLAV. Ita videtur. SO. Cæteræ igit̃ q̃ virtutes animæ nuncupant̃,in hoc vident̃ virtutibus corporis similes. Nã cũ natura nõ insint,paulatim consuetudine & exercitatione cõparari vident̃. Sapientia vero maxime oĩm diuinioris cuiusdã virtus existit,qđ vim qdem suã nunq̃ amittit, ab ipsa vero circunductione vtile & cõferẽs,ac inutile rursus noxiũq; euadit. An nõdũ animaduertisti q̃ acute videt celeriterq; discernit illorũ animula,qui licet mali sint,tñ sapiẽtes habent̃,ea ad q̃ cõuersa est,tanq̃ aciẽ habeat nequaq̃ hebetem,sed prauitati seruire coacta sit? Atq; idcirco quo acutius inspicit,eo plura peragit mala. GLAV. Omnino qdẽ. SO. Si ab hocingenio statim a pueritia amputent̃ quę sunt generatiõis affinia ceu plũbea põdera,quæ comestionibus & hmõi voluptatibus & libidinibus atq; delitiis inhærentia mentis aciẽ ad inferiora detorquent,cõfestim expeditus eius intuitus, & ad ea q̃ vera sunt conuersus,ipse scilicet idẽ & in eisdẽ hominibus tam acute illa discernet,q̃ hæc quibus in præsentia est intẽtus. GLAV. Probabile est. SO. Quid istud? Nonne probabile ac necessariũ ex pręd ictis,neq; rudes homines & veritatis ignaros rempub. sufficienter administrare,neq; eos qui semper in studiis literarũ versati sunt? Propterea q; illi quidem finem sibi certum non proposuerunt in vita, ad quem respicientes oportet omnia agere quæcunq; agant & priuatim & publice. Hi autem haud sponte tractabunt ciuilia,existimantes se etiam hac in vita a negotiis humanis semotos,in beatorum insulis habitare. GLAV. Vera narras. SO. Nostrum igitur qui condidimus ciuitatem,erit officium,optimas hominum naturas impellere ad eam quam supra diximus maximam disciplinam, bonumq; cognoscendum,adeo vt & sursum ascendant,& postq̃ ascenderint ac satis inspexerint,ne ipsis qđ nunc cõceditur,permittamus. GLAV. Quid istud? SO. Vt in ea videlicet contemplatione permaneant,neq;

Declaratio similitudinis specus & entium.

Virtutes cõsuetudine & exercitatione cõparãtur.

Qui mali⁹ ẽ & sapiẽs habet̃,eo plura peragit mala quo acutius ĩspicit.

vt e fluctibus generationis emergat, essentiáq; attingat, sine qua disciplina cõputare ratiocinariq; nõ poterunt. GLAV. Est ita. SO. Custos aũt noster & miles est & philosophus. GLAV. Nẽpe. SO. Cõueniens vtiq; institutio erit o Glauco, psuadere illis q ciuitatis muneribus functuri sunt, vt se ad cõputandi scientiam cõferant, neq; rudes adhuc inde discedant, sed psequanť quoad ipsa mente ad numerorũ naturã cõtemplandã pueniant, non vendendi emendiq; gratia, tanq̃ mercatores vel caupones: sed vt ad bellũ instructi sint, facileq; animũ a generatiõe ad veritatẽ essentiamq; conuertant. GLAV. Pręclare loqueris. SO. Atq his ita de ratiocinãdi disciplina dictis, eqdẽ mecũ ipse cogito q̃ numerorũ cognitio decora sit vtilisq; nobis passim ad id qđ volum⁹, siqs eã cognoscendi, non cauponãdi gratia sequiť. GLAV. Qua ratione? SO. Hoc ipsum inquã, qđ mõ diximus, q; videlicet vehementer subleuat animũ, deq; ipsis numeris differere cogit, nullo modo admittentẽ: siqs disputãdo p numeris corpora quæ & videnť & attrectanť, induxerit. Nosti eñ quemadmodum q in his periti sunt, quotiens aliquis ipsum vnũ verbis partiri nitiť, subridẽt ptinus, neq; hoc tolerãt: Verũ si tu secas, ipsi multiplicãt, cauẽtes neqũdo ipsum vnũ nõ vnũ appareat, sed particulę plurimę. GLAV. Vera loqueris. SO. Siquis eos ita pconteť, o mirifici viri, de qb⁹ numeris disputatis, qbus vnũ tale inest, quale vos traditis, equale.s. vnũquodq; omẽ penitus omi, neq; minimo quouis discrepãs, partem tamẽ nullã cõtinẽs in seipso? Quid eos ad hęc o Glauco existimas respõsuros? GLAV. Reor equidẽ respõsuros illos de ipsis se numeris loqui q excogitari dũtaxat possunt, aliter aũt attrectari nequaq̃. SO. Cernis igiť o amice hãc re uera peritiã huius disciplinę nobis necessariã esse? quandoquidẽ vt apparet animũ ad hoc inducit, vt ipsa intelligentia vtať ad veritatẽ ipsam pcipiẽdã. GLAV. Vehementer id efficit. SO. An & hoc aduertisti: q; hoĩes natura Arithmetici ad oẽs doctrinas, vt ita dixerim, acuti videnť? Quinetiã siqui ingenio tardiores huic se studio dederint, si nullã vtilitatem aliã susceperint, tñ hoc assequunť, vt acutiores q̃ antea sint. GLAV. Sic est. SO. Sedeñ haud facile multa reperies vt existimo quæ maiori cũ difficultate q̃ ista discanť. GLAV. Non pfecto. SO. Propter omẽs quas adduximus ratiões, haudquaq̃ negligẽda hęc sunt, sed in his pcipue erudiẽdi q optimis sunt naturis. GLAV. Assentior equidem. SO. Hoc itaq; nobis ita positũ sit: post hoc qđ huic pximũ est, cõsideremus nũquid nobis conducat. GLAV. Quid istud? nũ Geometriã dicis? SO. Hanc ipsam. GLAV. Quatenus eñ ad bellicam rem cõfert, eatenus certe nobis conuenit. Nã ad castra ponenda, regionem occupandã, colligendas turmas, vel etiam spargendas, & ad cętera machinamenta, qbus circa acies, vel in obsidione, vel itinere vti solent, pmultũ interest Geometricus ne aliquis sit, an nõ. SO. Ad hęc vtiq; exigua quædã Geometriæ Arithmeticęq; particula sufficit. Inquirendũ est aũt, vtrũ diuturnius studiũ vberiorq; pceptio conferat ad ideã boni facile dignoscẽdã. cõferũt vero ad hoc oĩa, q̃ animũ illuc cõuertũt, vbi est essentię beatissimũ, quod ipsi est penitus cognoscendũ. GLAV. Recte. SO. Ergo si essentiã intueri Geometrię studium cogit, cõuenit quidem: sinautẽ generationẽ, nõ cõuenit. GLAV. Ita dicimus. SO. Profecto nobis hoc nõ negabũt qcũq; vel paulũ qd Geometrię gustarũt, quin hęc sciẽtia cõtra omnino se habeat q̃ de ea loquanť, q in ipsa versanť. GLAV. Quonã pacto? SO. Quippe ridicule admodũ & quasi coacti sępe loquunť. Nã velut agẽtes, & actionis gratia verba faciũt, dũ & quadrare aiũt, & pducere, atq; addere, cętaraq; similiter. Doctrina vero hæc oĩs cognitionis gratia queriť. GLAV. Sic est omĩno. SO. An nõ id quoq; nobis est concedendũ? GLAV. Quid? SO. Q̃ quæriť cognoscẽdi illius gratia qđ semp est, nõ eius quod & oriť quãdoq;, & interit. GLAV. Concedendũ plane. nã Geometria eius qđ est semp, cognitio est. SO. Attollet igiť o generose vir ad veritatẽ animũ, atq; ita ad philosophandũ pparabit cogitationẽ, vt ad supera cõuertamus, q̃ nunc cõtra q̃ decet, ad inferiora deiicim⁹. GLAV. Q̃ maxime fieri potest. SO. Q̃ maxime igiť pręcipiẽdum est, vt qui pclarissimã hanc habitãt ciuitatem, nullo modo Geometriã spernant. nã & quæ pręter ipsius ppositũ quodãmodo esse videnť, haud exigua sunt. GLAV. Qualia? SO. Quæ tu circa rem bellicã cõmemorabas. Scimus quinetiã ad disciplinas oẽs facilius pdiscẽdas interesse omnino, attigerit ne Geometriã aliqs, an nõ. GLAV. Prorsus. SO. Hãc ergo doctrinã secũdo loco discendã iuuenibus statuamus. GLAV. Statuam⁹. SO. An tertio in loco ponemus Astronomiã? Quid cẽses? GLAV. Ponendã eqdẽ. nã mutationes opportunitatesq; temporũ psentire nõ minus rei militari q̃ agriculturę nauigationiq; conuenit. SO. Q̃ dulcis vir es. Nempe vereri videris, ne multi te putent inutiles disciplinas inducere. Est autẽ non leue istud sed difficile admodũ psuadere, q; ex huiusmodi disciplinis instrumẽtũ quoddã cuiusq; animi expurgať reuiuiscitq;, qđ ante ex aliis studiis infectũ occęcatũq; fuerat, cũ potius id seruãdũ sit, q̃ oculorũ corporis decẽ milia. Solo eñ hoc inspicit veritas. Eis ergo q idẽ hoc sentiũt, mirũ in modũ bene loqui videberis. Qui aũt id nunq̃ excogitarunt, merito nihil te dicere arbitrabunť. aliã eñ ab ipsis vtilitatem æstimatione dignam non cernunt. Hic ergo tu videris vtris potissimum disseras. An forte cum neutris, verum tui gratia maxime verba facis, neq; tñ vlla detineris inuidia, siquis aliquã ex his vtilitatẽ suscipiat. GLAV. Hoc poti⁹ eligo, mei.s. gratia in primis ĩterrogãdo & respõdendo differere. SO.

Secare vnũ ẽ multiplicare.

Hoĩes natura Arithmetici ad oẽs doctrinas sũt acuti.

Geometria an vtilis sit.

Quo pacto adiuuet Geometria ad philosophandum

est discendũ.GLAV.Quale istud?SO.Leue hoc & puerile,cognoscere.s.vnũ,duo,tria.qđ summatim numerũ & cõputationẽ voco.An nõ ita natura cõparatũ est, vt oĩs ars atq; sciẽtia cogat horũ particeps fieri?GLAV.Et maxime qdẽ.SO.Nõne res bellica etiã?GLAV.Necessariũ est oĩno.SO.Ridiculũ ducẽ Palamedes Agamẽnonẽ fuisse passim in tragœdiis ostẽdit.An ignoras q̄ se ꝓfiteã numeri inuẽtorẽ,asseritq; apud Troiã belli acies ordinasse,nauesq; & reliqua oĩa numerasse, quasi horũ numerus ante fuisset incognitus,& Agamẽnon,vt videã,neq; quot pedes haberet, agnouerit?siqdem erat cõputationis ignarus.Qualẽ itaq; tũc fuisse ducẽ existimas?GLAV.Absurdũ eqdẽ,si vera hęc erant. SO.Necessariã ergo numerorũ cognitionẽ militi esse dicemus,vt & numerare & computare valeat. GLAV.Maxime oĩm,si mõ ad ordinãdas acies oĩno rudis esse nõ debet. Immo vero si hõ futur⁹ est. SO.An tibi in hac disciplina qđ mihi venit in mẽtẽ?GLAV.Quid? SO.Videã natura ex eorũ numero esse,q̄ ad intelligẽtiã hoĩes eleuãt,qualia nos ꝑquirimus.Cũq; talis sit vt oĩno mẽtẽ ad essentiã attollere possit,nemo vt decet hac vti cognitione videã.GLAV.Qua ratione id ais? SO.Conabor eqdẽ sensum meũ exprimere.Aĩaduerte obsecro quẽadmodũ mecũ ipse gña rerũ ita distinguo,vt q̄dam ad intelligẽtiã ducãt qualia nos dicim⁹,q̄dã minime:& q̄ dicã cõfirma,vel nega, vt clari⁹ dignoscamus,an hoc tale sit,quale vaticinor.GLAV.Ostẽde iã.SO.Ecce ostẽdo:si mõ res q̄ sensus mouẽt,vides ꝑtim tales esse vt ad cõsiderãdũ intelligẽtiã minime ꝓuocẽt, vtpote q̄ sufficiẽter sunt a sensibus iudicatę:ꝑtim tales vt ꝓuocẽt,quasi sensus in eis nihil syncere diiudicet.GLAV.Quę ꝓcul admodũ ꝓspiciunã dicis,& q̄ quodãmõ adumbrata sunt.SO.Haud satis q̄nã dixerim cõiecisti.GLAV.Quęnã igiã?SO.Ea porro dico mẽtẽ minime ꝓuocare,q̄cũq; in cõtrariũ simul sensum nõ incidũt.Quæ vero subincidũt in cõtrariũ,ꝓuocare,postq̄ sensus nõ hoc magis q̄ cõtrariũ mõstrat,siue emin⁹ seu cõminus intueaã.Sic aũt qđ dico,magis tibi patebit.hos vtiq; tres esse digitos dicimus,pollicẽ, indicẽ,ac mediũ.GLAV.Plane.SO.Ita me loq existimato, q̄si ꝓxime videanã.Atq; id in ipsis cõsidera.GLAV. Quid?SO.Digitus qdẽ esse siĺr q̄sq; eorũ apparet,atq; ad hoc nihil interest, siue medius offeraã, siue postremus,albus seu niger,pinguis aut tenuis,& q̄cq̄d gñis eiusdẽ.In oĩb⁹ siqdẽ huiuscemodi nõ cogiã animus intelligẽtiã ad disceptãdũ ꝓuocare,qd e multis sit digitis.Neq; eĩ sensus ei simul significauit digitũ cõtrariũ esse q̄ digitũ.GLAV.Nõ certe.SO.Merito igiã qđ tale est, mẽtẽ nec mouebit, nec excitabit.GLAV.Merito.SO. Ipsorũ vero magnitudinẽ & paruitatẽ nunqd aspect⁹ satis cernit? nihilq; ad eũ refert,siue in medio q̄dã illorũ iaceãt,siue in extremis?Eodẽq; modo pingue, tenue,vel mollitiẽ & duritiẽ tactus ipse?Atq; & alii sensus nũqd nõ imꝑfecte talia q̄dã declarãt?Vel sic agit eorũ q̄sq;?Nã primũ qdẽ sensus q ad durũ attinet,cogiã & ad molle ꝑtingere,animoq; ita renũciat,qua si idẽ & molle & durũ esse senserit.GLAV.Ita certe.SO.An non necessariũ est in rebus hmõi animũ dubitare,qd significet duri hic sensus,si qdẽ idẽ molle insup asserit? Itẽ sensus ipsius grauis & leuis, qd graue & leue,si leue graue esse,& graue leue significat?GLAV. Absurde ꝓfecto hę ad animũ interpretationes deueniũt,& cõsideratione indigẽt.SO. Merito igiã in his rebus primo qdẽ animus nitiã rationẽ & intelligẽtiã ꝓuocãs cõsiderare,nũqd vnũ,aut duo sint singula q̄ nũcianã.GLAV.Cur nõ? SO.Nonne si duo apparent,alterũ & vnũ apparet vtrũq;?GLAV.Ita.SO.Si ergo vnum vtrũq;,ambo aũt duo,separata duo intelliget animus.Nam si indistincta ꝑceperit,nõ duo,sed vnum intelliget. GLAV.Recte.SO.Magnũ quidẽ & paruũ,aspectũ videre dicimus,nõ discretum aliqd, sed cõfusum. an nõ?GLAV.Plane.SO.Propter huius aũt declarationẽ, magnũ rursus & paruũ intelligentia cogitur intueri,non confusa,sed distincta potius contra ac sensus. GLAV. Vera loqueris. SO. Hinc ad sciscitandũ ꝓtinus incitamur,qd magnũ sit,quid paruũ.GLAV.Maxime vero.SO.Atq; ita aliud qdẽ intelligibile,visibile aliud nũcupauimus.GLAV.Scite admodũ.SO.Hęc sunt quæ nuper differere aggressus sum,q̄ videlicet quędam animũ ad intelligentiã erigunt, quędã minime: q̄ve ea erigunt, quæ in sensus vna cum suis contrariis incidunt:quę vero non ita,mentẽ non suscitãt.GLAV.Intelligo iã,atq; ita mihi videã.SO.Quid vero numerus & vnũ? Vtro in genere tibi esse videnã?GLAV. Haud intelligo.SO.At ex supra dictis aĩaduerte. si eĩ sufficiẽter ipsum secundum seipsum inspiciã, aut alio quopiã sensu vnũ cõprehendiã,haudquaq̄ ad essentiam mẽtẽ deducit,quẽadmodum de digito diximus.sinautem aliqd semp contrariũ illi simul suboriã,adeo vt nihil magis vnũ q̄ contrarium videatur,iudicis discretione iã indiget,cogiturq; in ea animus dubitare atq; ꝑquirere, & mouens in seipso intelligentiam,sciscitari quidnam vnum ipsum est. Atq; hoc pacto vnius cõsideratio ex eorum numero erit,quæ attollunt animum,conuertuntq; ad eius quod vere est,cõtẽplationẽ.GLAV. At eĩ tale nõnihil habet vnius inspectio.Simul nãq; ipsum vt vnum cernimus,& vt multitudinem infinitam.SO.Si vnum,id patitur,idem omnis numerus patietur.GLAV.Absq; dubio.SO.Enimuero computandi & numerandi scientia omnis circa numerum.GLAV.Maxime. SO. Hæc autem ad veritatem conferre videntur.GLAV.Mirum in modum. SO. Hæc itaq; disciplina ex earum genere erit quas quærimus,militi quidem cognitu maxime necessaria ad acies ordinãdas, philosopho autẽ

Arithmetica & cõputatoria sunt necessarię militi.

ipsis loquunt, & nunqd aliud pter ista, nos aũt ad hęc oĩa nostrum illud seruabimus! GLAV. Quid? SO. Nequãdo dẽt operã vt nostros alũnos quicq̃ ex his min⁹ pfectũ doceãt, qd nõ illuc tẽdat semper quo pficisci oĩa debẽt. queãdmodũ nup de Astronomia narrauim⁹. An ignoras q circa harmoniã tale aliqd agũt! Nã dũ cõcentus & tonos q pcipiunt aurib⁹, metiunt & cõparãt, irrito labore queãdmodũ Astronomi tẽpus cõterũt. GLAV. Per deos ridicule admodũ crebriores quasdã vocũ congestiones inducũt, & aures adhibẽt cõparãtq;, velut viciniore loco vocẽ ipsam venãtes. Atq; eorum alii dicũt in medio adhuc sonitũ aliquem se audire, minimũq; esse interuallũ hoc, quo metiri quis debeat. Alii vero ambigũt, quasi sonus iã similis audiat. Et vtriq; aures mẽti præponunt. SO. Tu vero vtiles ne eos musicos vocas, q chordas iugiter vexãt examinãtq;, & clauiculis tũ intendẽdo, tũ remittendo pulsationes cõtorquẽt! Sed ne lõgius hęc puehat similitudo circa plectri accusationẽq; & negationẽ ac elationẽ chordarũ, imagini iã huic finem impono. Neq; his dicendũ assero, sed illis quos diximus modo de harmonia interrogãdos. Nã idẽ faciũt qd & illi q in Astronomia versant. Nẽpe numeros eos sectant q in cõcẽtibus ad aures ptinẽtibus insunt. Sed ad inuestigandũ inde non trãseunt, q cõsonãtes nũeri sint, q nõ, & quã ob causam vtriq; sint tales. GLAV. Rẽ egregiã narras. SO. Adde & vtilẽ ad boni ipsius pulchriq; indaginẽ, quæ si aliter quęrat, fit prorsus inutilis. GLAV. Probabile istud qdem. SO. Arbitror aũt supradictorũ oĩm tractationẽ, si mutuã ipsorũ cõmunionẽ, cognitionẽq; attigerit, inuestigaueritq; qua secũ ista inuicẽ ratione cohęrent, ad ea quę expetimus conducturã, neq; frustra in his hoĩes, sed vtiliter admodũ versaturos: inutiliter aũt, si aliter actũ fuerit. GLAV. Atqui & ego ita vaticinor, sed magnũ est qd iubes o Socrates. SO. De pœmio istud, an de alio quodã inqs! An ignoramus hęc oĩa esse ipsius procemia legis, quã discere decet! Nondũ eñ hoĩes in his rebus periti esse dialectici. i. ad disserendũ idonei tibi vident. GLAV. Nõ p Ioue, nisi perpauci quidã omniũ quos vnq̃ cognouerim. SO. At eñ nisi qs & accipere possit & reddere rationẽ, nunq̃ sciet quicq̃ eorum quę esse dicimus cognoscẽda. GLAV. Nunq̃ prorsus. SO. Nõne hęc iã lex est o Glauco q̃ p disserendi artẽ ostendit, quã rursus intelligibilẽ ea vis imitat aspect⁹, quã supra diximus ad ipsa iã animalia sese cõuertere, & ad stellas, & ad ipm deniq; solẽ! Haud secus cũ qs ad dialecticã artẽ. s. disserẽdi se confert absq; sensibus, ratione dũtaxat ad ipsum qd est qdlibet nitit. q si non destiterit prius, q̃ ipm qd est bonum, intelligẽtia ipsa pceperit, tũc demũ ad finẽ intelligibilis ipsius ita puenit, vt ille alter ad visibilis finẽ ascẽdit. GLAV. Oĩno sic accidit. SO. Nõne dialecticã hãc pgressionẽ vocas! GLAV. Quid prohibet! SO. Atq queãdmodũ solutio illa a vinculis, cõuersioq; ab vmbris ad simulacra ac lumẽ, & ex antro ad solis lumen exitus, ibiq; animaliũ & plãtarũ inspectio, solisq; & siderũ in aqua pter imbecillitatẽ oculorũ intuitus, ipm qd in corporib⁹ est clarissimũ ad id cõuertũt, qd est in corporali & visibili regione oĩm fulgẽtissimũ: Ita oĩm supradictarũ artiũ studiũ deducit animũ p vmbras nõ simulacrorũ, sed eorũ potius q̃ vere sunt, iudicareq; eas efficit apparẽtes, ad aliud quoddã lumẽ tanq̃ ad solẽ, habetq; vim quãdã extollendi id qd est in aĩo pstãtissimũ ad contemplationẽ eius qd in ordine rerũ est optimũ. GLAV. Eqdẽ sic accipio: q̃q̃ mihi talia hæc esse vident, vt neq; facile admitti possint, neq; facile reiici. Verũtamẽ cũ nõ in psentia solũ audiẽda, sed deinceps sępius repetenda sint, his ita positis vt nunc traditũ est, ad ipsam iã legem deueniam⁹, atq; ita eam pcurramus vt procemiũ nup trãsegimus. Quare dic amabo, qs potẽtię disserẽdi modus, & quas in species distribuitur, & quæ vię sint. hę nãq; sunt vt videt, q̃ illuc pducũt. quo qsqs puenerit, illic demũ tanq̃ in itineris termino requiescet. SO. Nondum o amice Glauco assequi poteris. profecto quãtum in me est nihil tibi deerit studii, quo voti compos efficiaris. Neq; imaginem amplius eius quo de agimus, sed rem ipsam veram qualis mihi videtur, aspicies. Vtrũ aũt reuera talis sit, nec ne, haudquaq̃ affirmare decet. Sed illud dũtaxat asseuerandum, q tale aliquid est cognoscendum. nonne! GLAV. Nihil prohibet. SO. Quinetiã & istud q sola disserendi facultas homini in his quæ diximus erudito id ostendet. Aliter vero cognosci penitus impossibile. GLAV. Hoc quoq; asseuerandum. SO. Nemo aũt aduersabit nobis dicentibus q disserendi facultas duntaxat conatur ordine certo circa vnũquodq; quid ipsum sit inuenire. Siquidem cęteræ artes, aut ad opiniones hominũ cupiditatesq; respiciunt, vel ad generationes & compositiones, vel ad culturã eorum quę generant & componunt. Reliquę vero quas diximus verarum rerum quoquo modo participes esse, Geometria. s. eiusq; comites, circa ipsam essentiam quodãmodo somniant, syncere autem quicq̃ ab illis cernere impossibile est quousq; suppositionibus hærent, easq; ratas & immobiles adeo seruant, vt illarũ rationem reddere nequeant. Nam vbi principium quidem ponitur id qd est ignotũ, finis aũt & media ex ignoto tracta inuicem cõnectuntur: inde collectam assertionem quonam pacto sciẽtiã nominabimus! GLAV. Nullo. SO. Dialectica vero sola sublatis suppositionibus omnibus ad ipsum principiũ cõfirmandum pergit, ac reuera animi oculum cœno barbarico obrutũ, paulatim sursum trahit ac ducit, tanq̃ adiutricibus ac ministris qbusdã vtẽs his artib⁹ quas narrauimus. Eas porro nos sæpe scientias pter cõsuetudinẽ noĩauimus. Indigẽt autẽ alio noĩe cla-

De ratiõe disserẽdi.

Cui⁹ artis sit definire

Retrocede.nã nũc haud recte qđ Geometrię succedit accepimus.GLAV.Quare?SO. Quia post planũ,statim solidũ illud qđ circũfert accepimus anteq̃ ipsum secundũ seipsum cõprehenderemus. Decet aũt statim post augmentũ secundũ,tertiũ capere:est aũt hoc circa cuborũ augmentũ,atq; id qđ ꝓfunditatis est particeps.GLAV.Est certe.sed hęc o Socrates nondũ reperta videnť. SO. Huius duæ sunt causæ,ꝙ videlicet nulla in ciuitate hæc honoranť:& cũ inuẽtu difficilia sint,haud ardẽter quærunť,& qui ista ꝑquirunt,duce indigẽt,sine quo minime reperirẽt.Quẽ esse primo difficile est: deinde etiã si esset,dũ tamen ita se habẽt vt nũc q hęc indagãt,fastu elati nequaq̃ parerẽt.Sin autẽ ciuitas tota huic operi ꝑsideat,honorifice hęc ducẽs,& isti obtẽperabũt q̃dem,& hæc sedulo studioseq; discussa,clarius emicabũt.Quippe etiã nũc q̃q̃ & vulgus hęc cõtemnit & ꝓhibet, & q hęc ꝑscrutantur, qua ratione vtilia sint ignorãt,tñ vi gratię cuiusdã vigẽt.Neq; mirũ si hæc ita apparuerit. GLAV. Nẽpe qđ gratũ est,id ꝑcipuũ.sed mihi aptius quę nũc dicebas explana. Studiũ qđ circa planũ versať Geometriã vocabas.SO.Equidem.GLAV.Post Geometriã cõtinuo Astronomiã ponebas.Sed paulo post retro retulisti pedem.SO.Enimuero quo magis ꝓpero,eo ꝑuenio serior.Nã cũ mox illi succederet facultas illa quę de augmẽto in ꝓfundũ agit,q̃a ridiculosa eius habeť inuestigatio, eã trãsgressus post Geometriã,Astronomiã ꝓtinus attigi,q̃ in ꝓfundi ipsius agitatione consistit.GLAV.Probe loqueris.SO.Ergo quarto in loco ponamus Astronomiã,tanq̃ adsit ea facultas quę nunc fuerat ꝑtermissa,si modo in ciuitate suscipiať.GLAV.Sic decet.Atq; eã Astronomiæ laudationẽ o Socrates, in qua tu me interpellasti quasi importunius ipsam extollerem,ex tuo ꝓgressu nũc ꝓsequor.Nam cuiq; patere existimo hãc animi oculos ad sup̃iora dirigere,& hinc illuc ipsum ꝑducere.SO.Forte hoc oĩbus ꝑterq̃ mihi ꝑspicuũ.Quoniã mihi q̃dẽ nõ ita videť.GLAV.At quonã mõ?SO. Porro vt nũc eã tractãt,q philosophię ipsam iñgũt,ad inferiora deiicere animi oculos mihi videť.GLAV.Qua ratione id ais?SO.Nõ ingenerose mihi videris tecũ ipse sup̃norũ intelligentiã definire. Cõstat eñ ꝙ siq̃s laquearia variis colorib⁹ depicta suspiciẽs q̃cq̃ ꝑceperit,eũ nõ oculis intueri sed intelligere arbitraberis.Ac forte recte sentis,ego aũt inepte.Reor equidẽ nullã aliã disciplinam ad sup̃nã inspectionẽ animũ excitare,nisi eã quę circa essentiã & id qđ videri nõ põt versať.Q̃ siq̃s sursum inhiãs nunq̃ cõuersus deorsum sensibile aliq̃d percipere studet,discere ipsum nequaq̃ affero.scientiã eñ adipisci hunc nego,& eius animũ nõ sursum sed deorsum aspicere censeo, etiã si resupinus in terrę littore vel maris ęquore iacẽs,quicq̃ ꝑceperit.GLAV.Haud iniuria me corripuisti.Verũ quę ratio discendę Astronomiæ pręter eã quã isti sequunť,si hęc nobis ꝑceptio sit ad ea q̃ dicimus ꝓfutura?SO. Hæc vtiq;.Existimandũ est has quę in cælo sunt varietates,postq̃ in loco visibili sunt,si ad cęteras eiusmodi cõparenť,optime integerrimeq; dispositas:sin autẽ ad veras, lõge deficere. Veras inquã varietates & motiones,quibus ipsa quę vere est velocitas,& ipsa quę vere est tarditas in vero numero,verisq; figuris omnibus & inuicem ferunť,& quę insunt ferũt.Quę q̃dem omnia ratione & cogitatione cõprehendi possunt,visu vero nequaq̃.Quid censes?GLAV.Idẽ prorsus.SO.Nõne igiť cęlestiũ varietate vtẽdum est velut exemplo quodã ad supernarũ rerũ cõtemplationẽ?perinde ac siq̃s videat figuras a Dædalo vel alio artifice vel pictore pręcipue cõpositas & elaboratas.Nempe si esset is q eas videt in Geometria peritus artificiũ ipsum laudaret,ridiculũ tamen esse censeret siquis attentius talia cõsideraret tanq̃ in ipsis veritatẽ æqualiũ,vel duplorũ,vel alicuius ꝓportionis alterius reperturus.GLAV.Cur non absurdum id videatur? SO.Idem quoq; facturum putare debemus verum Astronomum quãdo motus syderum intuebitur,arbitraturũ scilicet quoad in operibus huiusmodi possibile est,q̃pulcherrime ab ipso cæli cõditore & cælum ipsum & quæ in eo sunt,fabricata:absurdum tamen existimaturum siquis noctis ad diem comparationem,horumq; ad mensem,mensisq; ad annum & aliorũ astrorum inuicem & ad ista semper similiter fieri censeat, neve vnq̃ quoquo modo mutare tenorem cum & corpus habeant & videantur,quæratq; in his omni studio veritatem. GLAV. Mihi certe in præsentia te audienti idem videť.SO.Itaq; propositionibus vtemur vt in Geometria,ita & in ipsa Astronomia:& quæ in cælo sunt,dimittemus,si modo ita percepturi sumus Astronomiam,vt quod in nobis sapientiæ compos natura existit,vtile ex inutili efficiatur.GLAV.Q̃ multiplicem præcipis operam ad eam quæ nunc Astronomiæ datur?SO.Arbitror autem & alia nos pręcipere eodem modo debere,siqua ex nobis tanq̃ legum conditoribus sit vtilitas ꝓuentura.At quam nunc ex conuenientib⁹ disciplinis cõmemorabis?GLAV.Nullã ad præsens habeo,quã cõmemorẽ. SO. Attamen non vnam tantũ,sed plures species motus præbet.Omnes quidem quisquis sapiens fuerit, depromere poterit. Quæ vero nobis occurrunt,duæ sunt.GLAV.Quales?SO.Vna quædam Astronomiæ cõsimilis iuxta illam per comparationem conuersionemq; apposita. GLAV. Qualis inquam? SO.Quemadmodum ad Astronomiam oculi,sic ad harmonicum motum videntur aures fabricatæ. Vnde & hæ inuicem esse germanæ scientiæ,vt & Pythagorei putant,& nos o Glauco assentimur.Vel quidnã agemus?GLAV.Ita prorsus.SOCRA.Nonne postq̃ grande hoc opus, eos percõtabimur,quo pacto de

Vide vt tẽpore Socratis non erat mathematicę ꝑs q̃ de corporibus.

In agitatione ꝓfundi .i. corpis cõsistit Astronomia

Cõtẽplationes astronomicæ, q̃ ad philosophiã cõferũt,nõ de sensibilibus sunt.

nequaq̃ licebit. Neq; Soloni credendũ est, hominẽ senescentẽ posse in dies plurima discere, q minus id põt q̃ currere. Iuuenibus em̃ cõueniũt multi maximiq; labores. GLAV. Necesse est. SO. Illa igit̃ q̃ ad Arithmeticã & Geometriã oẽmq; eruditionẽ eã ptinẽt q̃ dialecticã antecedere debet, pueris tradenda sunt, atq; is docendi modus accipiẽdus est quo minime coacti ad discẽdũ esse videant̃. GLAV. Cur istud? SO. Q̃m non decet liberũ hoiem cũ seruitute disciplinã aliquã discere. Quippe ingẽtes labores corporis vi suscepti, nihilo deterius corpus efficiunt. Nulla vero aiæ violenta est stabilis disciplina. GLAV. Vera loqueris. SO. Ergo nõ tãq̃ coactos pueros in disciplinis o vir optime, sed quasi ludentes enutrias, vt & magis ad qđ q̃sq; natura sit aptus, possis agnoscere. GLAV. Cõsentaneum est qđ dicis. SO. An nõ recordaris a nobis in superioribus dictũ, pueros esse eqs spectãdi gratia in castra ducẽdos, & si tuto id tentari possit, ppius admouẽdos, vt catulorũ instar sanguinem incipiant degustare? GLAV. Recordor equidẽ. SO. Quicũq; vero ad hos labores, disciplinas, pericula, prõptiores, acrioresq; apparẽt, in numerũ aliquẽ seligẽdi sunt. GLAV. Qua in ętate? SO. Q̃n a necessariis negotiis exercitationibusq; soluti sunt. In hoc siqdẽ tẽpore siue biẽniũ sit seu trienniũ, facere aliud nequeũt. Labor em̃ ac somn⁹ disciplinis aduersi sũt. Et simul hęc examinatio aliarũ nõ minima esse videt̃, qualis videlicet q̃sq; in gymnasiis ipsis apparebit. GLAV. Quid ni? SO. Post id tempus qcũq; ex viginti annis vt cęteris p̃stãtiores electi fuerint, maioribus q̃ cęteri afficiant̃ honoribus, & quę disciplinę istis in pueritia sparsim ostẽsę sunt, vna his iterũ offerant̃, ad ipsam disciplinarũ inter se cognitionẽ & ipsius qđ vere est naturã conspiciendã. GLAV. Sola hęc cognitio qbuscũq; tradit̃ stabilis pmanet. SO. Atq; & hac experiẽtia cognoscit̃ maxime q ad dialecticã optime a natura est institut⁹, q non. Nẽpe q̃sqs ad hoc dignoscẽdũ est pspicax, dialecticus est: q vero hebes, nequaq̃. GLAV. Teneo eqdẽ. SO. His igitur aiaduersis oportebit eos q apprime tales in ipsis reperient̃, stabiles in disciplinis, constãtes in bello, in aliis legitimis officiis pseuerãtes, postq̃ trigesimũ egerint, ex electis pelectos in maioribus honoribus cõstituere, & ipsa disserẽdi facultate diligẽter examinare, qs eorũ põt sine oculorũ & aliorũ sensuũ ministerio, ad ipm̃ qđ vere existit cum veritate transcẽdere. In quo maxima o amice opus est cautione. GLAV. Curnã? SO. Nõ aiaduertis quantũ nũc malũ circa disserẽdi peritiã inolescat? GLAV. Quale istud? SO. Iniquitate prorsus abundant. GLAV. Summopere. SO. Mirum aliquid perpeti ipsos existimas, nec ignoscis? GLAV. Qua ratione maxime? SO. Siqs suppositus puer multis in delitiis nutriat̃ a nobili familia, inter adulatores cõplurimos, adult⁹ aũt psentiat ꝙ ex eis quos parẽtes existimat natus non fuerit, veros tamẽ genitores nusq̃ reperiat, nũqd vaticinari potes qualis huic animi affectus futurus sit erga adulatores, & erga eos q ipsum supposuerunt, tã in eo tẽpore in quo nihil de suppositione suspicabat̃, q̃ postq̃ rem ipsam agnouit? An vis pręsagium meum audire? GLAV. Volo equidem. SO. Vaticinor itaq; illũ dum suppositionẽ penitus ignorabit, magis eos honoraturũ quos parẽtes & ppinquos existimat, q̃ assentatores: minusq; eos in indigentia neglecturũ, tardiorẽq; fore ad iniuriã ipsis inferẽdã, vel cõuitiũ dicẽdũ, magisq; illis in reb⁹ grauib⁹ q̃ adulatorib⁹ pariturũ. GLAV. Verisimile id quidẽ. SO. Sin persenserit, hos certe minus honorabit curabitq;, assentatores vero magis q̃ antea colet, illis ppensius obsequet̃, ad eorũ exemplũ vitã instituet suã, cũ illis palã ac libere cõuersabit̃. De his vero quos parẽtes & ppinquos putauerat, nisi valde natura qs ęquus sit, nihil prorsus curabit. GLAV. Omnia prorsus vt narras cõtingerent. Sed qd hęc similitudo ad eos qui disputationes sectantur? SO. Audies modo. Sunt nobis a pueritia opiniones de honestis iustisq; officiis, sub quibus tanq̃ parentibus educati sumus: his paremus, has præ cæteris honoramus. GLAV. Sunt plane. SO. Offerunt se nobis & voluptates, quæ ad contraria nos alliciunt: & dũ animę blandiuntur, ad illa detorquent. Non tamen ab his flectuntur, qui vel paulo q̃ cæteri moderatiores sunt, sed illa velu ti paterna colunt, eisq; obtemperãt. GLAV. Sic euenit. SO. Si dialectica vis aggressa aliquem ita affectum interroget quid honestum sit, ac respondentem id quod ex legislatore perceperat, ratio confutet, crebrisq; & variis redargutionibus eo deducat, vt opinetur illud non magis honestum esse q̃ turpe, deq; iusto ac bono similiter arguat, & de cæteris quæ summo in honore ante habebat, pari ne illa posthac honore & obseruantia prosequuturum putas? GLAV. Minori admodum puto. SO. Quando igitur neq; ista quis censet domestica vt antea vel honoranda, neq; reperit vera, in vitam potius blandam q̃ in aliam vt consentaneum est, prolabitur. GLAV. Verisimile id quidem. SO. Ex iusto igitur fiet iniquus. GLAV. Necesse est. SO. An non merito vt nuper dicebam, affectio eorum qui ita se ad differendum comparant, talis est vt plurimam exigat veniam? GLAV. Et misericordiam insuper. SO. Vt igit̃ miserabilis hic euentus vitet̃, triginta annos nati duntaxat caute admodum dialecticas argumẽtationes degustẽt. GLAV. Ita prorsus. SO. An nõ hęc prudẽs cautio est, vt eas videlicet iuniores hoĩes nõ attingant? Neq; enim te latet, vt arbitror, ꝙ cũ primum adolescentuli disputationis artificiũ gustant, eo protinus quasi ludo quodã ad refellendum vtunt̃, eosq; qui cõfutant alios, studiose sectantes, & ipsi alios quoq; redarguunt, ac distrahendis lacerandisq; proximis catulorũ more

Quo pacto pueri sint docendi.

Labor & somn⁹ disciplinis aduersi.

Quę aduersent̃ pueris erudiendis.


Dialectica est degustãda tm̃ post annũ. xxx

riore qdem q̃ sit opinio,obscuriore vero q̃ scientia.Cogitationē certe nos in superioribus earum no
tionē cognominauimus.Neq̃ tñ est de nomine cõtrouersia inter eos quibus de rebus tantis quantis
nobis ad p̃sens,est disceptatio.GLAV.Nõ certe.nā solā exigũt ad rerũ habitũ interni cõcept⁹ expres
sionē.SO.Placet igit̃ queadmodũ supra,primā portionē vocare scientiā,Secũdā cogitationē, Tertiā
fidē,postremā imaginationē vel assimilationē.Et ambo illa simul ītelligētiā, hęc aũt ambo simul opi
nionē.Et opinionē quidē circa generationē,intelligentiā vero circa essentiā esse.Quod aũt est ad ge
nerationē essentia,id ad opinionē intelligentia.Q̃dve intelligentia est ad opinionē,id & ad fidē scien
tia,& ad imaginationē deniq̃ cogitatio. Cõparationē vero illorũ in q̃bus ista versant̃, diuisionemq̃
vtriusq̃ geminā,opinabilis.s.intelligibilisq̃ o Glauco omittamus,ne p̃lixior de his oratio q̃ de supe
rioribus habeatur.GLAV.Equidē aliis quantũ capere mea mēs põt assentior.SO.An nõ dialecticum
vocas eũ q rationē cuiuslibet capit essentię?Illũ vero q hãc rationē non habet, quatenus nec sibi, nec
alteri põt reddere rationē,eatenus intelligentiā circa hoc habere negabis?GLAV.Certe nõ aliter est
dicendũ.SO.De bono etiā similiter iudicandũ.Non q̃cũq̃ boni ideā ratione definire nõ potest a cęte
ris omnibus eā distinguēs,& tanq̃ in prelio p oĩa penetrãdo,cętera cũcta reiicere,nõ secũdũ opinio
nē,sed secũdũ substātiā arguēs & refellēs,perq̃ hęc oĩa stabili & incõcussa p̃gredi ratione, hũc tu ita
affectũ,neq̃ bonũ ipsum dices cognoscere,neq̃ aliud quicq̃ bonũ,verũ siquod forte simulacrũ attige
rit,opinione potius q̃ scientia illud attingere,atq̃ hac in vita insomniis dormitātem illudi,& anteq̃
expergiscat̃,ad inferos descendentē,extremo tandē occupari sopore.GLAV.Per Iouē oĩa hęc pror
sus asseuerabo.SO.Cęterũ pueros tuos,quos nũc oratione instruis,siquãdo re ipsa erudires, vt arbi
tror,nõ p̃mitteres maximarũ rerũ in ciuitate potestatē habere,dũ linearũ instar non possent cuiusq̃
reddere rationē.GLAV.Nõ certe.SO.Legē itaq̃ feres,qua iubeant̃ eā potissimũ disciplinā capessere,
ex qua ad interrogandũ & respõdendũ vt scientē decet,aptissimi sint.GLAV.Tecum vna istud præ
cipiā. SO. An ergo videt̃ tibi doctrinis omnibus dialectica velut apex esse p̃posita,nec vlla doctrina Vide p̃stātiā sciētiæ diuinę.
vlterius ac eminētior reperiri,sed hic iā doctrinarũ oĩm esse finis? GLAV.Mihi quidē videtur. SO.
Restat ergo deinceps aperiendũ q̃bus distribuēdę hę disciplinę sint,& quomodo. GLAV.Videlicet.
SO.Recordaris in prima illa optione q̃les delegerim⁹ principes?GLAV.Quid ni recorder?SO.Quo
ad alia quidem naturas illas eligēdas existimato.Nā & grauissimos homines & fortissimos decet eli
gere,& quoad fieri potest speciosissimos.neq̃ solũ quęrēdi sunt hoies generosi,atq̃ terribiles,sed qui
insuper eas habeant naturæ dotes,quas disciplina hęc exigit.GLAV.Quas?SO. Acumen inquā faci
litatēq̃ ingenii oportere ad doctrinarũ p̃ceptionē adesse. Magis eñ absterret animũ disciplinarum q̃
gymnasiorũ corporis,difficultas.Siquidē magis p̃prius illi labor est, q soli competit, q̃ qui corpori
etiā est cõmunis.GLAV.Vera loqueris.SO.Quęrendus itaq̃ vir est memoriosus,integerrimus, to
lerantissimus.Nā quē aliũ cēses libenter labores corporis subiturũ,tanq̃ arduum doctrinę meditatio
nisq̃ studiũ ad finem vsq̃ prosequuturum?GLAV.Neminē prorsus nisi qui optima natura sit præ
ditus.SO.Ex eo q̃ppe errore,vt supra dicebā, aduersus philosophiā oborta est infamia,q̃ nõ pro di
gnitate ipsam attingunt.Neq̃ eñ a spuriis sed legitimis est attrectãda.GLAV.Quo pacto?SO.Prin
cipio ad labores suscipiendos claudus esse non debet q̃squis est philosophię sacris initiandus,vt par
tim eos adeat,partim recuset.Cõtingit aũt hoc,quotiēs aliq̃s gymnasiis & venationi & reliq̃s corpo
ris exercitationibus deditus,disciplinarũ studiũ refugit,neq̃ audiendo delectat̃,nec inquirendo, sed
omnem hanc odit curā.Claudus p̃terea & ille est,q exercitationibus animi delectatus, cõtemnit ali
as.GLAV.Vera narras.SO.An nõ & quo ad veritatē similiter mancũ eum ponemus animũ q volũ
tariũ mēdaciũ odit,& ægre fert ipse secũ,& aliis mētientibus indignat̃,inuoluntariũ vero mendaciũ
facile tolerat:& si ignorare aliq̃d deprehendat̃, haud grauiter p̃fert,sed libēter veluti sus ignorātiæ
sordibus volutat̃?GLAV.Omnino quidem.SO.Quinetiam circa temperantiam & fortitudinē ma
gnificentiamq̃ & reliquas virtutis partes non minus obseruandũ est quinam legitimus sit,q spuri
us.Quando eñ hęc minus cõsiderant,& priuati,& ciuitas,ignari vtunt̃ mancis & spuriis ad quodcũ
q̃ istorũ contigerit,priuati q̃dem amicis,Respub.vero principibus. GLAV.Sic accidit prorsus.SO.
Nobis hęc omnia præcauenda sunt.Nam si homines quo ad corporis ac mentis habitum integerri
mos ad tātā doctrinā exercitationēq̃ ducemus,atq̃ erudiemus,& ius ip̃m nobis minime succēsebit,
& ciuitatē Rempublicãq̃ seruabimus.Sin aliter affectos homines ad ista ducemus,cõtraria faciemus
oĩa,& philosophiā multo etiā magis dedecorabimus.GLAV.Turpe q̃dē id esset.SO.Mirũ in modũ.
Cæterum nonnihil mihi in præsentia risu dignum contigisse videt̃. GLAV. Quid istud?SO.Latuit
me nimirũ,q̃ iocabamur,quare acrius egi q̃ deceret.Quippe inter loquendũ ad philosophiam ipsam
conuersus,eam dedecore affectam aspexi.Quod & grauiter p̃pessus fuisse videor, & his qui in culpa Quæ ętates ad discēdũ aptę
sunt,tanq̃ indignatus seuerius hæc dixisse.GLAV.Non p Iouem,vt mihi audienti videt̃. SO. Mihi
tamen dicenti sic apparet. Hoc autē ne nos fugiat,q̃ in priori electione senes elegimus,in hac vero

pressas, pessimas similiter atq; miserrimas. Medios aũt aĩos gubernationesq; medias modo quodã medio se habere cõcludit. Ex oĩbus his apparet q̃ pniciosa tã in ciuitate q̃ in animo sit iniustitia, & vtrobiq; iustitia q̃ salutaris. Vbiq; aũt pmutatiões tã animorũ q̃ ciuitatũ ex aliis formis in alias mirabili explicat diligẽtia. Precipue vero mutationẽ beatę Reip. & vt ita dixerim, aureę in ambitiosam siue argenteã, siue ferreã, ab altiori ducit exordio, fingitq; Musas id tanq̃ oraculũ effundẽtes, siue potius cõfundentes. Profecto si beata Respublica ꝓprio defectu in interiorẽ labi nõ põt, & tñ qñq; labit, cõmuni quodã defectu & causa labit. Qua quidẽ in re Aristotelicas ridere licet calumnias. Neq; eñ debuit Aristoteles in quinto Politicorũ a Platone suo, immo nusq̃ suo, ꝓpriã beatę Reipublicę pmutãdę exigere causam, cũ nulla sit ꝓpria, sed cõmuni debuit esse cõtentus. Quẽadmodũ enim homo & validissimus & tẽperatissim⁹, sic & eiusmodi ciuitas nõ tã ꝓpria q̃ cõmuni causa morbi laborat. i. fatali quodã ordine, ita p cęlestes circuitus q̃ infra lunã sunt pperuo reuoluente, vt quæ certis sphęrarũ cõfigurationibus tẽporũq; curriculis cõposita sunt, qñq; dissoluant aduersis. Qm̃ vero eiusmodi causæ assignatio p̃sentis ciuilisq; facultatis terminos ꝓcul excedit, ideo Socrates vaticinio Musarũ vtit. & ꝓfecto ita vtit, vt & nobis ad hęc interp̃tãda opus sit Apollinis vaticinio. Nec imerito Tulli⁹ vbi rẽ esse obscurissimã breuiter vult exprimere, id inqt numero Platonis obscuri⁹. Neq; miror Theonẽ Smyrnęũ mathematicę ĩ primis Platonicę ꝓfessorẽ eiusmodi mysteriũ tãq̃ inexplicabile astute p̃termisisse. Qđ qdẽ Iãblich⁹ Chalcideus dũ explicare voluit, implicuisse videt. Quid vero? si in eiusmodi verbis plus difficultatis sit q̃ ponderis? Quippe cũ & ipse fingat Musas tragica quadã tumiditate nugãtes p terrentesq; animũ puerilẽ atq; simplicẽ, stuporẽq; adducẽtes. Deniq; qualecũq; id sit, opportunius ex cõmentariis in Timęũ expositionẽ nostrã accipies. Cæterũ moralia hæc p̃cepta cõsidera. Impossibile est diuitias honorari in ciuitate simul atq; virtutẽ. Itẽ tradere diuitioribus Reipublicę gubernacula perinde est ac si nauis non peritiori in nauigãdo, sed locupletiori gubernãda tradat. Nẽpe & hęc & illa periclitabitur. Rursus custos contra omnia vitia tutissimus est scientia. Præterea contrarii vnius summũ, alteri⁹ est principiũ. itaq; extrema libertatis licẽtia, extremę seruitutis est principiũ. Sicut in qualibet qualitate, rerũq; & tẽporũ excessus omnis verti protinus in contrariũ cõsueuit. Idem in epistolis ait, moderatã probans ante omnia libertatem.

DIALOGVS OCTAVVS DE IVSTO.

SO.


CONSTITIT IAM INTER NOS O Glauco, in ciuitate optime instituta, communes esse debere mulieres & filios. Communem quoq; omnem eruditionẽ. Communia similiter omnia, tum belli, tum pacis officia. Reges autẽ ipsorum esse homines in philosophię & rei militaris studio prestantissimos. GLAV. Constitit plane. SO. Quin & hęc cõcessimus, q. s. cũ tales principes iam fuerint constituti, in expeditionem euntes, habitationes militibus quales prædiximus assignabunt, cõmunes. s. omnibus, in qbus nihil cuiusq̃ sit ꝓprium. Neq; de habitatiõe solum, verũetiam de supellectili & possessionibus si recordaris quales debeant; esse, conuenimus. GLAV. Memini equidem cẽsuisse nos nihil eorum quę nunc possident alii, esse ab aliquo possidendum, sed tanq̃ belli athletas atq; custodes in mercedem custodię annua ab aliis alimenta suscipientes, eos oportere seipsos ciuitatemq; tueri. SO. Probe loqueris. Sed postq̃ hęc absoluimus, repetamus iam vnde huc digressi sumus, vt per eadem rursus proficiscamur. GLAV. Haudquaq̃ difficile istud. ferme enim quemadmodum nunc, quasi de ciuitate satis egisses, adiecisti, q talem ciuitatem bonam vocares qualem descripseras, bonumq; virũ quicunq; illius foret persimilis: cum tamẽ posses adhuc, vt apparuit, meliorem ciuitatem virumq; referre. Dixisti preterea si hæc recta sit Respublica, cæteras aberrare. Reliquarum vero Rerumpub. vt memini, species esse quatuor, de quibus verba facere oportere, earumq; defectus inspicere, & homines ipsarum similes declarare. Vt eos omnes intuiti, & quis optimus sit vir, qs pessimus declarãtes, cõsideraremus nũqd vir optim⁹ felicissimus, pessimus autẽ sit miserrimus, an se res aliter habeat. Cũ vero abs te ipse q̃rerẽ quas potissimũ quatuor Respu. diceres, tũc sane Polemarchus & Adimãtus, mihi sermonẽ intercepũt, vnde tu orationẽ sumẽs huc deniq; puenisti. SO. Recte admodũ meministi. GLAV. Ergo rursus tanq̃ luctator eãdẽ ansam pbe, & me idem interrogãte, conare nũc ea dicere, quę tũc eras declaraturus. SO. Si qdẽ potero. GLAV. Eqdẽ audire pcupio quasnã Respu. quatuor supra dicebas. SO. Haud difficile istud audies. Sunt. n. quas dico, illæ quę & noĩa habẽt, ipsa videlicet quę a multis laudat Cretẽsis & Laconica. Secũda vero & secũdo loco laudata ea, q̃ paucorũ potẽtia nominat, plurimis plena malis Resp. Itẽ quę ab hac differt plurimum eamq; sequit, gubernatio popularis. Præterea generosa tyrannis, ab his oĩbus differens, quartus ciuitatis extremusq; morbus. An aliam habes Reipublicæ formam, quæ in perspicua & distincta quadã

assidue delectant.GLAV.Mirũ in modum.SO.Cum vero plures cõuicerint,& a pluribus ipsi cõuicti fuerint,eo confestim deueniunt,vt ex pristinis opinionibus ratã nullam habeant. Atq; ex his & ipsi & omnis philosophia apud alios calumniã reportarũt.GLAV.Vera refers.SO.At vir natu grandior,ab hac insania diligentius declinabit,ac hoiem inuestigãdę veritatis gratia differentẽ imitabitur potius,q̃ eũ qui iocãdi causa versutiis captiũculisq; incũbit.Quin & ipse modestius sese geret,& disputandi studium ex infami reddet illustrius.GLAV.Scite.SO.Ad eiusmodi præterea cautionẽ,superiora dicta sunt oĩa: oportere videlicet moderatos & graues esse illos, q ad disputationis studium asciscunt,neq; cõmunicandũ esse id ineptis hoĩbus,& vt nunc fit, omnibus quoscũq; sors obtulerit. GLAV.Summopere.SO.Siqs disputationi diligẽter assidueq; det operã, nihilve agat aliud nisi q̃ vicissim quandoq; gymnasiis corpus exerceat,huic ad perceptionem huiusmodi anni duplices superiorum sufficient.GLAV.Nunqd sex dicis? An quatuor? SO.Quinq; adhibeas. Deinde ad antrũ illud erunt iterum deducendi,cogendiq; eos principatus assumere qui ad bellum spectant,& siqui sunt iuuenũ principatus,ne vsu rerũ ab aliis superent.Atq; in his quoq; examinãdi sunt, vtrum constantes permaneant,dũ trahunt vndiq;,aut nutent.GLAV.Quot aũt annos istis ascribis? SO.Quinq; ac decem.Cum vero ad quinquagesimum annum peruenerint,quicunq; integri inter eos rebusq; gestis & scientiis pręcellẽtes apparent, ad finem iam perducendi sunt, cogendiq; vt animi radium ad supera dirigentes,ipsum quod omnibus lumen prębet,suspiciãt:cũq; ipsum bonum nouerint,exemplo illius fræti ciuitatẽ,priuatos,seq; ipsos p oẽm sequentẽ vitam & singula vicissim exornent.Ac plurimũ quidem in philosophia versentur:cum vero ad magistratus accersent, in ciuilibus negotiis inuigilent, sigillatimq; gubernent Reipublicę gratia,ita vt non tanq̃ bonũ aliquid & optandũ ministeriũ,sed necessarium potius exequi videant.Atq; ita cum alios similiter ipsi instruxerint,eos vicissim Reipublicę custodes relinquent,ipsi vero in beatorũ insulas transmittent.Monumenta vero illis & sacra tanq̃ dæmonibus si Pythias oraculo cõfirmauerit,publice dicabuntur:sin minus,saltẽ vt beatis atq; diuinis.GLAV.Mirificos prorsus o Socrates principes quasi sculptor figurasse videris. SO.Qđ de viris dixi,idem & de mulieribus intelligendum.Neq; putes o Glauco magis me de viris q̃ de mulieribus fuisse locutum,quęcunq; videlicet natura aptę ad hęc officia sunt. GLAV.Recte se id habet. siquidẽ pariter in omnibus,vt narrauimus,cum viris communicabũt.SO.Num conceditis nos de Republica omnia non quasi pro desiderio effinxisse,sed pro veritate loquutos,difficilia quidem factu,possibilia tamen,ea dũtaxat ratione qua diximus? Quãdo scilicet homines reuera philosophi,vel vnus, vel plures nacti in ciuitate potentiã,præsentes honores despiciẽt,illiberalesq; eos & nullius existimabũt: ipsum autem quod rectũ est,& honores qui ab eo proficiscunt,plurimi facient,maximũ vero & summopere necessariũ quod iustum:& huic ministrãtes, idq; adaugentes ciuitatem suam rite disponent. GLAV.Quo pacto? SO.Omnes quicunq; in vrbe decẽ annos impleuerint,in agros trãsmittẽt:filios aũt ipsorũ suscipientes,pcul ab his moribus qbus hodie parentes vtunt, in suis moribus ac legibus educabunt. quales vero sint,enarrauimus.Atq; ita celerrime atq; facillime ea ciuitas & Respu.orietur,quã supra diximus siquando extiterit,beatã fore,& genus hominũ in quo condita fuerit,plurimũ iuuaturam.GLAV.Maxime quidẽ.Atq; vt constitui põt eiusmodi ciuitas,siquãdo constituat,o Socrates adinuenisse videris.SO. Nõne ergo abunde,tum de hac ciuitate,tum de homine eius persimili iam nobis dictum? Constat enim qualem eius similem esse debere dicemus.GLAV.Constat plane,& quod quęris,finem mihi iam habere videtur.

FINIS DIALOGI SEPTIMI.

Argumentum Marsilii Ficini in Dialogum Octauum de Iusto.



SOCRATES Perfectã Reipub. formam septẽ iã Dialogis absoluit,septenario Palladis numero consecratã.Eamq; tum regiam,tum optimatũ appellat gubernationem. Optimatũ qdẽ, qm̃ in ea plures virtute pręclari publicis fungunt muneribus,Senatũq; cõstituũt.Regiã vero,quoniã & vna omnium ad publicũ bonũ est volũtas,vna mens quasi regina,& siqs inter eos pbitate est singularis,singulariter honorat.Neq; tamẽ huic tantũ tribuit,vt absq; Senatu.i.pbatorũ omniũ numero possit publica p mutare.Reliquum erat post optimã & beatam Reip.formã in medium inferiores adducere. Has aũt numerat quatuor.Primã qdem esse vult eã,in quã optima mox degenerat, quam nominat ambitiosam.Secũdã vero potẽtiã paucorũ ex ambitiosa nascentẽ.Tertiã popularẽ ab hac pcedentẽ.Quartam postremo tyrãnidẽ ex populari pcipue pullulantẽ. Qm̃ vero rerũpublicarũ formę a formis pueniũt animorũ,qnq; deinceps animorũ affectus & habitus,totidemq; ciuitatũ & similes & similiter nominatos mira quadã arte describit.Summatimq; regiũ animũ optimũ esse concludit atq; beatissimũ,& similem similiter ciuitatem.Tyrannicũ vero pessimũ atq; miserrimũ.Ciuitates quoq; a tyrannis op-

modũ ſeruabit? Vel conſtat ꝙ partim priorem rẽpublicã imitabitur,partim paucorũ potentiam, vtpote quæ in medio locata eſt,partim etiam quiddam ſui propriũ obtinebit?GLAV.Ita prorſus.SO. Et priorem quidem imitabitur in eo ꝙ principes honorabuntur,& milites ab agricultura mechaniciſq; artibus & aliis queſtibus abſtinebũt,& cõmunia fient conuiuia,gymnaſticiq; ludi, & belli certamina frequentabuntur?GLAV.Profecto.SO.Sui autem ipſius propria,talia quædam habebit, ꝙ ſapientes metuet ad principatus admittere,quia non ſimplices neq; integerrimos huiuſmodi viros,ſed mixtos poſſideat,& animoſiores potius ſimplicioreſq; homines ad gubernandũ aſciſcet,qui ad bellũ potius q̃ ad pacem nati videantur?Dolos quinetiã,& machinamẽta belli,plurimifaciet,ſemperq; pugnabit?GLAV.Certe.SO.Atqui pecuniarũ cupidi erunt iſti,quẽadmodũ qui in paucorum potentia vitam agũt,& tenebris obruti aurũ & argentum ruſticius honorabũt,vtpote qui æraria proprioſq; theſauros habeãt,quibus iſta recõdant,ac etiã circũſepta domorũ ceu proprios nidos,in q̃bus multa cũ mulieribus & aliis pro libidine erogabũt.GLAV.Vera loqueris. SO.Nonne & in rebus propriis parciores erũt q̃ deceat?quippe q magnifaciãt pecunias, nec palam acquirãt: in alienis autẽ propter libidinẽ profuſiores,& clanculum voluptatibus indulgebũt,haud ſecus legem paſſim refugientes,ac pueri patris aſpectum,nõ perſuaſione,ſed vi educati,ex eo ꝙ veram muſam quæ cum ſermonibus & p̃hia cõiũcta eſt,neglexerint,multoq; magis ac prius gymnaſticã q̃ muſicam honorauerint? GLAV. Rẽp.ex malo bonoq; mixtã refers. SO.Mixta eſt profecto:p̃ cæteris autẽ in ipſa propter animoſitatis iracũdięq; imperium,contẽtionis ambitioniſq; ſtudia inualeſcunt.GLAV.Vehementer. SO.An non hęc reſp.ita coaleſcet,taliſq; erit,quantũ licet ſermone Reip. figurã deſcribere, ſine operis exacta nimiũ diligentia, quia ſufficiat ex ipſa deſcriptionis ſummula virum iuſtiſſimũ iniuſtiſſimũve diſcernere,ſitq; ferme opus inextricabile,ſiquis oẽs reſp.omneſq; mores nihilo penitus p̃termiſſo enarrare aggrediatur?GLAV.Probe.SO.Quis igitur ſecũdũ hanc rempublicã vir?quomodo efficitur?qualis exiſtit?ADI.Reor equidem ſimilem eſſe Glauconis huius,contentionis gratia.SO.Forte in hoc eſt ſimilis.Verum in his haud natura ſimilis eſſe videtur.ADI.In quibus? SO.Contumaciorem ſane eſſe eum neceſſe eſt,& a muſica quodãmodo aliniorem,muſicę tamen cupidum,& audiendi quidem ſtudioſum,rhetoricũ vero nequaq̃.Atqui & aduerſus ſeruos agreſtis erit huiuſmodi vir, haud ſeruos deſpiciẽs quẽadmodũ vir ad ſufficientiã eruditus: erga liberos autẽ erit mitis, erga principes quidẽ obediẽs maxime,ſed & principatus & honorũ auidior, oportere exiſtimãs nõ ab arte dicẽdi, vel alia quauis ſimili facultate p̃eſſe,ſed a rebus bellicis,& ſimilibus,cũ ſit & gymnaſticę, & venationis admodũ ſtudioſus.ADI.Eſt certe mos hic illius reipublicę.SO.Nõne & pecunias iſte in iuuẽtute cõtẽnet? quo vero ſeneſcet magis,eo magis pecunias diliget, ex eo ꝙ auarę naturę ſit particeps, neq; ſit integer ad virtutẽ,quia ab optimo cuſtode deficiat? ADI.A quonam?SO.Ratione,& oratione inquã muſicę mixta,quę ſola cũ adeſt,per omnẽ vitã,virtutẽ in eo cui p̃eſt,ſeruat. ADI.Præclare loqueris.SO. Eſt vtiq; talis adoleſcens ambitioſi imperii cupidus,tali ſimilis ciuitati.ADI.Prorſus. SO. Efficitur autẽ hic talis hũc in modũ interdũ, videlicet cũ iuuenis aliq̃s filius eſt patris boni ĩ ciuitate nõ bene gubernata habitantis,honores,principatus,& iudicia fugientis,& reliquã huiuſcemodi negotiorum curã,libenterq; ſe demittentis,vt labores vitet.ADI.Quonã pacto efficitur? SO.Quãdo ſcilicet matrem audit ægre ferẽtem,ꝙ vir ſuus magiſtratibus minime fungitur,auditq; inter alias mulieres ob hoc cõtẽptui eſſe,& grauiter patientem quotiens virum aſpicit pecuniis cumulandis minime indulgentem,neq; pro illis pugnãtẽ litigãtẽq; priuatim in iudiciis,& publice, ſed ad hęc oĩa negligẽtiorẽ, talẽq;,vt ſecũ ipſe viuat vt plurimũ,vxorẽ vero nec aſpernetur q̃dẽ,neq; admodũ colat.Ex q̃bus ſępe filio mater p̃dicet ignauũ ſibi eſſe patrẽ nimiſq; remiſſum,& alia quęcũq; de talibus garrire mulieres cõſueuerũt.ADI.Multa profecto talia ſibi conuenientia obloqui mulieres ſolent. SO.Neq; te latet ꝙ & ſerui,& domeſtici,præſertim q maxime videnẽ eſſe beneuoli,talia quædã ad aures puerorum ſæpe ſuſurrant.Et ſi quem viderint,vel pecunias patri debentẽ,quẽ ipſe nequaq̃ cõueniat,vel in alio quodam iniuriantẽ,edicunt puero cũ vir fuerit hęc omnia vlciſci debere,virũq; magis fore, q̃ pater eius extiterit. Quinetiã domo egreſſus alia horũ ſimilia audit,& videt,homines ſcilicet q ſua in ciuitate officia ſeruant,alienorũ minime curioſi,ſtolidos vocitari,penituſq; cõtemni,horum vero diſſimiles honorari atq; laudari.Cum hęc adoleſcentulus audit,& videt,rurſuſq; patris audit ſermones,eiuſq; officia proxime vltra ſtudia cęterorũ animaduertit,ab vtriſq; diſtrahitur:a patre q̃dẽ rationalis eius vis fouetur & augetur,ab aliis autẽ cõcupiſcẽdi & iraſcẽdi natura.Quapropter cũ nõ malo ſit ingenio natus,mala tamẽ cæterorũ cõſuetudine vſus fuerit,in mediũ ab his tractus deſcendit, ſeq; medię cuidam potentiæ contentioſę iracũdęq; ſubiicit,ſitq; vir elato animo,glorięq; cupidior.ADI.Naturam huius ſufficienter enarraſſe mihi videris.SO.Habemus itaq; ſecũdam rempub,virũq; ſecũdum. ADI.Habemus profecto.SO.An non poſt hęc Aeſchyli illud dicimus: Alterum hominem alteri ciuitati conuenientem?Immo vero ſecundũ ſuperiorem illam ſuppoſitionem,alteram ciuitatem alteri

Quomõ maxime fiant ambitioſi adoleſcentes.

Alterũ hominẽ alteri ciuitati cõuenire.

ſpecie iaceat? Nam & minores quidam principatus, & regna venalia, & tales quædã ciuiles potentiæ inter hæc quodammodo mediũ obtinẽt. Quarũ nõ pauciores inter Barbaros q̃ inter Græcos reperiũtur. GLAV. Multæ certe, & abſurdæ memorantur. SO. Totidẽ quoq; ſunt hoim quodãmodo ſpecies atq; mores. An ex quercu forte exiſtimas, aut ſilice reſpu. fieri potius, q̃ ciuiũ moribus, qui quocunq; fluxerint, cętera ſecum rapiũt? GLAV. Ex moribus proculdubio. SO. Quare ſi gubernationũ ſpecies quinq; ſunt, priuatorũ quoq; animorũ affectus quinq; erũt. GLAV. Nil obſtat. SO. Virũ certe ſimilẽ optimatũ gubernationi expoſuimus, quẽ bonũ, & iuſtum recte aſſeruimus. GLAV. Expoſuimus. SO. Deteriores deinceps narrare decet, contẽtioſum ambitioſumq; hominẽ ſecũdũ Lacedęmoniorũ rẽpu. inſtitutũ, pręterea paucorũ imperii cupidũ, & popularẽ hominẽ, & tyrãnicũ: vt iniuſtiſſimũ diſcernẽtes, cũ iuſtiſſimo cõparemus, perfecteq; dignoſcamus, quo modo ſumma meraq; iuſtitia ad ſummã ſe ac merã iniuſtitiã habeat, quo ad hoĩs iuſti, vel iniuſti beatitudinẽ, vel miſeriã pertinet: vt vel Thraſymacho obtẽperantes, iniuſtitiã ꝓſequamur: vel pſentibus rationibus perſuaſi, iuſtitiam. GLAV. Ita prorſus agendũ. SO. Nũ ſicuti cœpim⁹ ante in rebuſp. mores aĩaduertere q̃ in priuatis pſonis, qa illic magis pateãt, ita & nũc in primis cõſiderãda eſt ambitioſa reſp. cuius nullũ habeo nomẽ pter ambitioſam potentiã, & principatũ: poſt eã vero virũ talẽ excogitabim⁹: deinde paucorũ potẽtiã, taleq; virũ: poſtea multitudinis gubernationẽ, & hoĩem popularẽ: demũ tyrãnide pſſam ciuitatẽ cõſiderantes, & inde tyrãnicũ cognoſcẽtes animũ, conabimur ea q̃ ꝓpoſuimus, ſufficienter diiudicare? GLAV. Recte in hunc modum inſpectio iudiciũq; ꝓcedet. SO. Age itaq; explicare conemur quo pacto ambitioſum imperiũ, ex optimatũ gubernatione naſcat. Quin hoc ſimpliciter verũ eſt, omnẽ rẽp. ex eo q̃ dñatur, mutari, qñ in ipſo ſeditio oritur: dũ vero ſecũ ipſo conſentit, etiã ſi valde exiguũ ſit, mutari impoſſibile eſt. GLAV. Eſt ita. SO. At vero quonam pacto o Glauco, ciuitas hęc noſtra e ſuo ſtatu mouebitur? principes, & defenſores inuicẽ, & inter ſe diſſidebunt? An vis imitantes Homerũ Muſas oremus, vt nobis explicẽt, qua ratione ſeditio primũ incidat? Dicamuſq; ipſas tragicorũ ritu, nobiſcum veluti pueris iocantes nugãteſq; ita loqui, vt dũ nugant, quaſi ſerio agãt, altius eloquãtur? GLAV. Quonã pacto? SO. Ita ferme. Difficile quidẽ eſt ita conſtitutã ciuitatem e ſuo ſtatu moueri. Verũ cũ omne qd genitũ eſt, corruptioni ſit obnoxiũ, talis etiã cõſtitutio ſemper manere nõ poterit, ſed ſoluet. Solutio vero hæc eſt. nõ ſolũ circa plantas, ſed terrena etiã animalia, fertilitas, & ſterilitas animę, corporumq; cõtingit, qñ reuolutiones ſingulis circulorũ cõiunxerint ambitus: his quidẽ q̃ breuis ſunt ęui, ambit⁹ breuiores, cõtrariis vero cõtrarios. Illi vero quos ad ciuitatis gubernationẽ educauiſtis, q̃uis ſapientes fuerint, nihilo magis veſtri generis fœcundã generationẽ, vel ſterilẽ ratione vna cũ ſenſu cõphendent, ſed latebit eos opportunitas generãdi, & plerũq; cũ nõ opportunũ fuerit, gignẽdis filiis operam dabũt. Eſt aũt ei qd diuinitus generandũ eſt circuitus, quẽ numerus cõtinet perfectus. Humanę vero geniturę is vtiq;, in quo primo augmẽtationes ſuperãtes, & ſuperatæ tres diſtantię, atq; quatuor terminos accipientes, ſimulantiũ eſt, & diſſimulantiũ, & creſcẽtiũ, & decreſcẽtiũ, cũcta correſpondẽtia, & cõparabilia inuicẽ effecerunt, quorũ ſeſquitertia radix quinitati coniuncta duas harmonias pbet ter aucta. Vnã quidẽ æqualem æqualiter, centũ cẽties. Alterã vero æqualis quidẽ lõgitudinis, ſed oblongiori, centũ quidẽ numerorũ ex diametris cõparabilibus inuicẽ quinitatis, indigẽtibus vno ex ſingulis, duobus vero q inuicẽ dici nequeãt, centũ vero cuborũ trinitatis ipſius. Vniuerſus aũt hic numerus geometricus talẽ auctoritatẽ habẽs ad potiorẽ deterioreq; generationẽ vim habet. Qd ſi ciuitatis veſtrę cuſtodes ignorauerint, nec opportuno ĩ tẽpore ſpõſas ſpõſis cõiũxerint, haudquaq̃ ĩgenioſi feliceſve pueri inde naſcent. Ac licet maiores ipi eos cõſtituãt principes, qui inter illos pſtantiores fuerint, tñ quia indigni erũt parentũ ſucceſſione, in ipſis magiſtratib⁹ ſubiectos negligẽt, neq; muſicæ curam vt decet habebũt, neq; gymnaſticę, vnde iuuenes nimis erũt a muſica alieni. Ex his aũt principes conſtituent negligentiores q̃ decet ad examinandũ genera illa q̃ apud Heſiodũ, & quæ apud vos referunt, aureum. ſ. genus, argenteũ, & æneum, atq; ferreũ. Quoniã vero mixtum erit argẽto ferrum, & æs auro, diſſimilitudo & inęqualitas diſcors exorient. Quę vbicunq; naſcunt, bellũ ſemper & inimicitias pariunt. Genus aũt huiuſmodi hominũ vbicũq; adeſt ſemper ſeditionib⁹ agitat. GLAV. Recte admodũ reſpõdere illas dicemus. SO. Neceſſe eſt eñ cum Muſę ſint. GLAV. Quid vero poſthac Muſę dicent? SO. Poſtq̃ orta ſeditio fuerit, vtraq; genera ferentur, ferreum quidẽ, & æneum ad quæſtum, agrorũq; & domorũ poſſeſſionẽ, auriq; & argenti copiã. Qd vero ineſt aureũ, & argenteum, quaſi nõ inopi ſed opulenta natura, ad virtutem ſtatũq; priſtinũ, pugnãtia vero inuicẽ & in cõtraria retrahentia in mediũ tandem cõuenient, vt diuiſis agris & domibus priuatim quęq; poſſideãtur, illi vero qui ante ab eis ſeruabãtur tanq̃ liberi, amici, & nutritores, in ſeruitutẽ redigantur, & veluti ſubditi atq; ſerui, belli cuſtodieq; ipſorum curã gerere cõpellantur. GLAV. Hinc & mihi certe videtur mutatio hęc accidere. SO. Hęc vtiq; gubernatio inter optimates, & paucorũ potentiam erit media. GLAV. Erit certe. SO. Mutabitur quidẽ ita. Cũ vero in id fuerit permutata, quem potiſſimũ gubernationis

Quot mõres hoĩm totidem Reſpub.

Reſp. ambitioſa.

Ex gubernatiõe optimatũ ambitioſum imperiũ oritũ.

Heſiodi Genus aureũ, argenteũ, æneũ, ferreum.

imitatur sui,eiusq; vestigia sequitur,deinde ipsum aspicit,vt qui in ciuitatẽ tãq̃ in scopulum offendẽ derit,subito ex culmine dignitatis prolapsum seipm suaq; oĩa dispergẽtẽ, siue post belli expeditionẽ siue alterius magistratus maximi dignitatẽ,in iudiciũ ab insidiatoribus tractum, a calumniatoribus circũuẽtũ,eiectũ,depressum,patrimonio spoliatũ. ADI.Cõsentaneũ qdẽ.SO.Ille o amice hęc ĩtuitus atq; perpessus,amisso patrimonio,propter formidinẽ,cõfestim ex animi throno ambitionem illam & animositatẽ deiicit,& humilior propter paupertatẽ factus sese ad q̃stũ conuertit,& angusto admodũ animo aride nimiũ,& parce viuẽs,seq; vexãs in ope pecunias cõgregat. An nõ huiuscemodi hominẽ tunc existimas in ea animi sede auarũ & lucri cupidũ affectũ locare?eũq; magnũ in se regem efficere? ornamentisq; regiis exornare,coronis,balteis,fibulis,fimbriis,ense Persico? ADI.Equidem. SO.Atq; hic qdẽ rationalẽ vim,& animositatis ardorẽ humi hinc atq; illinc subigens illi, & in seruitutẽ rediges,illã qdẽ nihil aliud inqrere,& cõsiderare pmittit, q̃ vnde ex paucioribus pecuniis plurimę cõgregentur:hũc autẽ nihil aliud mirari,& colere,q̃ diuitias atq; diuites,neq; dignitatẽ ex re alia q̃ ex pecuniis q̃rere,& siqd aliud ad id cõferat. ADI. Nulla certe alia mutatio est vsqueadeo velox,& vehemẽs ex iuuene ambitioso in pecuniæ cupidum.SO.Nonne igitur hic paucorũ imperii studiosus est? Mutatio qdẽ ipsius ex homine simili est illius Reip.ex qua paucorꝫ potẽtia extitit.Cõsideremus vtiq; nunqd similis sit. ADI. Consideremus. SO. Principio in eo ꝙ pecunias multifacit,similis erit.ADI. Quid ni?SO.Quinetiã & in eo ꝙ parcior est,& ad lucrum auidior,solasq; necessarias cupiditates explet,cæteris vero sumptibus nequaq̃ indulget,sed alias appetitiones tanq̃ supuacuas cohibet. ADI. Magnopere.SO.Aridior itaq;,& squalidior viuit,vndiq; summa parsimonia rẽ familiarẽ augens, coaceruãdo intẽrus thesauro,quos qdẽ hoĩes vulgus probat.an nõ hic erit vir talis Reip.similis?ADI. Mihi qdẽ videt.Pecunię itaq; maxime honorant & ab hoc,& ab omni ciuitate.SO.Neq; enim hic,vt arbitror,disciplinæ applicuit animũ.ADI.Nõ,vt opinor.Neq; eñ cęcum sibi ducẽ pręposuisset. SO. Optime qdẽ. hoc aũt animaduerte.Nõne fucorum naturę similes cupiditates ob disciplinę defectum inesse dicimus,partim mẽdicas,ꝑtim maleficas,vi qdẽ ab alia diligẽtia detẽtas? ADI.Et maxime qdẽ. SO.Scis ne quo inspiciẽs,ipsorꝫ maleficia cernes? ADI.Quonã? SO.Ad orphanorũ tutelas,& siquid ipsis tale cõtingit,quo licentiã plurimã ad iniuriam nanciscantur. ADI.Vera narras.SO.An non id constat,ꝙ in aliis cõmerciis vir talis,in qbus probus habetur, cũ iustus esse videat, cõpetenti quadã vi cęteras cupiditates prauas q̃ in ipso insunt,cohibet:nõ persuadẽs qa non pstet,neq; ratione mãsue faciens,sed necessitate ac metu circa reliquam substantiam contremiscens ? ADI. Summopere . SO. Enimuero o amice ĩ multis eorꝫ reperies,quãdo aliena oportuerit erogare,fuci psimiles cupiditates. ADI.Maxime. SO.Non igitur seditione intestina is carebit,neq; vnus qdã erit,sed duplex,habebitq; in se cupiditates vt plurimũ cupiditatum dominatrices,meliores scilicet deteriorꝫ. ADI.Est ita.SO. Quãobrẽ modestior hic aliis multis erit.Consentiẽtis tñ & cõpositę mẽtis vera virtus lõge hũc effugiet.ADI.Mihi qdẽ videt.SO.Quinetiã ad certamen erit tardior vir parcus quotiẽs priuatim in ciuitate de victoria aliqua honesta,& magnificẽtia erit certandũ,cũ pecunias erogare nolit decoris & contentionũ huiusmodi gratia,metuens prodigas libidines suscitare, prouocareq; ad propugnandũ contendendũq;.Paucis itaq; eorum quæ circa se sunt,pugnans paucorum imperantium ritu vt plurimũ vincitur,& diuitias auget.ADI.Sũmopere.SO.Nũquid vltra diffidimus, ad ciuitatis eius exemplum quæ gubernatur a paucis,hominẽ parcum atq; auarum institutũ esse? ADI.Nullo modo.SO. Post hæc inuestigandum videtur,quo pacto popularis gubernatio constituitur,& quæ sit eius conditio,vt eandem in tali homine conditionem recognoscentes , eum in iudicium deducamus . ADI. Ita sane iter nobis inceptũ similiter peragemus. SO.Nõne hũc in modũ ex paucorũ potẽtia in popularem gubernationẽ ciuitas permutatur,ex eo ꝙ ciues optimũ esse proposuerunt,vt q̃ ditissimi sint? ADI.Quo pacto?SO.Quia principes in ea propter diuitias dominant, prodigalitatẽ dissolutorũ iuuenũ leges prohibere negligunt,vt emptionibus,& fœnoribus eorꝫ vsurpãtes bona,opulẽtiores etiã honoratioresq; euadãt.ADI.Maxime omniũ.SO.Cõstat itaq; impossibile esse in ciuitate diuitias honorare simul,& tẽperãtiã possidere,sed necessariũ est ad alteri⁹ ęstimationẽ alterũ semp istorꝫ negligi. ADI.Constat plane.SO.Dum igitur in paucorum potentia iuuentutis educationem negligunt,permittuntq; ad libidinem viuere,cogunt sæpenumero homines non ingenerosos pauperes fieri.ADI. Maxime.SO.Sedẽt,vt arbitror,isti in ciuitate aculeis armati,partim alieno ære grauati,partim ignominia afflicti,partim vtrisq; malis oppressi,insidiãtes illis quos sua nouerũt possedisse,atq; aliis, atq; idcirco res nouas quotidie moliuntur.ADI.Est ita.SO.Homines autẽ auari,dũ lucro incũbũt, eosq; animaduertere nõ vident,& ex reliquis eũ semp q cedit maxime subducto argento vulnerãtes,& patris natos plurimos ac fœnora reportãtes,ita fucis egenisq; hoĩb⁹ ciuitatẽ replẽt. ADI.Maxime.SO. Neq; volũt tãti mali incẽdiũ ita extinguere,vt nõ pmittãt quẽq; res suas pro arbitrio agere.Neq; ita rursus & secũdũ alterã legem talia quædã prohibẽtur.ADI.Secũdum quã potissimũ?SO.Secundum

De populeris gubernatiõis cõstitutione,& cõditione.

congruam? ADI.Ita prorsus.SO.Quę vero huiuscemodi rēp.sequitur,paucorū,vt arbitror, potētia est.ADI.Quā potissimū reip.institutionē paucorū vocas potentiā? SO.Eam in qua magistratus a cēsus æstimatione ciuibus tribuuntur,& in qua diuites dominanť,pauperibus vero nulla reip. est communio. ADI.Intelligo equidem.SO.Nōne dicēdū,quo pacto a gubernatione ambitiosa in hanc transgressio fit? ADI.Dicendū certe.SO.Vel cęco id quidē perspicuū est,quo pacto transgressio fiat.ADI.Quonā pacto? SO.Aerariū illud cuiusq; auro plenū,talē perdit rēp.Nā primū quidē nouos sumptus reperiūt,& ad hoc leges deducūt,quibus neq; ipsi neq; mulieres ipsorū obtēperāt.ADI.Consentaneū id quidē.SO.Deinde alter alterius exēplo & ęmulatione perciti multi tādē tales euadūt.ADI.Verisimile.SO.Hinc effusius ad pecunias cumulandas delapsi,quanto id p̄ciosius æstimāt, tanto virtutem existimāt viliorē.An nō ita virtus a diuitiis discrepat,quasi vtraq; in lance staterę sint posita, semper q; in cōtrariā partē declinēt? ADI.Ita prorsus.SO.Quando igiť in ciuitate diuitię ac diuites honorātur,virtus probiq; viri despiciuntur.ADI.Constat.SO.Incēdunturq; ad ea studia oēs quę in honore sunt,eaq; frequentant:quę vero nullo honore censentur,apud quosq; iacere solent. Atq; ita ex victorię honorisq; cupidis,q̄stus & pecuniarū auidi tādem efficiunť.Et diuites quidē viros laudant, & admirantur,& ad magistratus euehunt,pauperes vero despiciūt.ADI.Oīno sic accidit. SO.An non & lege statuunt principatus fines,dum statuūt,vbi maior est pecuniarū copia,ibi talē principatum esse maiorem:vbi minor,cōtra minorē:p̄hibentq; aliquē imperare,q̄ nō ad certū aliquē cēsum peruenerit? Hæc aūt aut vi cū armis efficiūt:aut postq̄ metū incusserint,talem cōstituerūt rēpublicā.Nonne ita? ADI.Ita prorsus.SO.Constitutio quidē,vt ita dicā,hæc est.ADI.Est certe.Sed quisnā reipu.modus? quive defectus sunt,quos habere eā rempublicā dicebamus? SO.Principio qualis sit p̄scriptus hic in ea terminus, aspice.Siquis in nauis gubernatione,a census æstimatione gubernatores eligat, pauperem vero licet gubernandi peritiorem haudquaq̄ admittat,quid ex hoc sequuturū censes? ADI.Vt male nauem ducant.SO.An nō eodē pacto in quouis alio principatu? ADI.Sic equidē arbitror. SO.Sic ne in oībus p̄terq̄ in ciuitate? An & in ciuitate p̄terea? ADI.Multo etiam magis,quoniā hæc grauissima est,& maxima gubernatio. SO.Vnū quidē hunc & tantū paucorū potentia defectū patitur. ADI.Apparet.SO.Quid autem hoc? Nūquid leuius? ADI.Quale istud? SO.Q₂ necesse est non vnam hanc,sed duas esse resp.vnā quidē pauperum,diuitū alterā,& homines intra mœnia eadē habitantes sibi inuicem semper insidiari.ADI.Certe non leuius istud.SO.Sed neq; hoc honestum est,vt bellū gerere nequeant,quia cogūtur,siue populo vtātur armato,eū formidare magis q̄ hostes,siue non vtantur,reuera in ipso prelio paucorum potentię studiosi videri:ac etiā pecunias expendere nolle eos tāq̄ auaros homines,haud decorū est.ADI.Non certe. SO.Nunquid recte fieri illud existimas, q̄d supra vituperauimus,vt in huiusmodi ciuitate iidem homines in variis versentur officiis,terrā colant, pecunias cumulent,militent? ADI.Nullo modo recte.SO.Vide vtiq; si horum malorum omnium hęc prima id grauissimum patitur. ADI.Quale id? SO.Vt liceat cuiq̄ sua oīa alienare, alteri vero illius oīa possidere:atq; ei qui alienauit,habitare in ciuitate,dum nulla ciuitatis pars existat,neq; nūmularius,neq; opifex, neq; eques,neq; armiger, sed pauper & egenus passim cognominatus. ADI.Prima hęc certe.SO.Hoc profecto in ciuitatibus quę paucorū subiiciuntur imperio,minime prohibetur.neq; eñ alii opulentiores essent q̄ decet,alii prorsus mendici.ADI.Recte loqueris. SO.Hoc autem considera:nunquid quando diues huiusmodi erogabat, erat ne magis aliqua vtilitas ciuitati ad q̄ paulo ante dicebamus.An videbatur quidem e principum numero esse,reuera autē neq; princeps, neq; minister erat,sed propriorum cōmodorūq; cōsumptor.ADI.Sic vtiq; visum est.Erat autē nihil aliud q̄ consumptor.SO.An vis dicamus,quemadmodū in fauo fucus ortus examinis apū morbus est, ita & hominem huiuscemodi domi natū,pestē reip.fore? ADI.Prorsus o Socrates. SO.Nōne volatiles fucos omnes sine stimulis deus fecit? hos autem terrestres,partim q; sine stimulis,partim diris armatos stimulis cernimus.Et ex his qui stimulos non habent,inopes tādem in senectute fiunt: aculeis autem instructi sunt hi qui vocantur malefici.ADI.Vera loqueris.SO.Constat ergo in ciuitate, vbi mendicos vides,inesse latentes fures,latrones,sacrilegos,& horum omniū scelerum auctores. ADI.Constat certe.SO.Nonne in ciuitatibus quę reguntur a paucis,egenos inesse vides? ADI.Omnes ferme,exceptis principibus. SO.An non igitur arbitramur, maleficos in ea esse multos stimulis ipsis armatos, quos diligentia ac vi principatus detinent? ADI.Arbitramur plane.SO.Nonne ob prauam educationem,& disciplinę defectū,& iniquam reip.dispositionē,hoīes ibi tales euadere asseremus? ADI.Asseremus.SO.Talis vtiq; erit ciuitas paucis subiecta principibus,totq; premetur malis,forte etiam pluribus.ADI.Sic ferme.SO.Constituta iam nobis sit ea resp.quā paucorum potentiā vocant, a census æstimatione principes eligentem:post hęc autē inuestigemus quo pacto vir aliquis similis istius efficiatur,& postq̄ similis est effectus,qualis sit.ADI.Sic prorsus.SO.Nōne hac ratione maxime ex ambitioso in paucorū īperii cupidū trāsit? ADI.Qua? SO.Quādo ibi adolescens aliq̄s primo quidē patrem

De diuitiis & virtute.

Fucorum duo genera.

Vbi mēdici videnť, fures esse & latrones & oīm scelerū auctores.

plerūq; nocēt? ADI. Pręclare qdē. SO. Accipiamus earū exēplar, vt quę vtręq; sint, cognoscamus, & in figura quādam eas inspiciamus. ADI. Sic oportet. SO. Cupiditas vtiq; comedendi, cibiq;, & obsonii vsq; ad salubritatē, & bonam corporis valetudinem, necessaria est. ADI. Arbitror. SO. Certe cibi vsus duplici de causa necessarius, & q̄a sine ipso vita non sufficit, & q̄a vtilis. ADI. Ita est. SO. Aliorū vero cōdimētoꝝ, quatenus ad bonā corporis habitudinē cōfert. ADI. Prorsus. SO. Sin confert nihil horū concupiscētia supuacua, q̄ per tēperātiā a iuuētute coerceri potest, obest autē corpori, obest & menti ad prudētiā, & tēperantiā, merito nō necessaria nominabitur. ADI. Merito. SO. Has igit̄ sumptuosas cupiditates, illas vero quęstui deditas, q̄a cōferāt ad agēdū, vocabimus. ADI. Quid ni? SO. Idēq; de venereis aliisq; dicemus. ADI. Idē. SO. Profecto, quē fucū paulo ante nominauimus, hūc esse dicebamus qui talibus voluptatibus & libidinibus plenus est, & cupiditatibus nō necessariis est mācipatus: eum vero q necessariis, parcū, & paucorū potētię cupidū. ADI. Proculdubio. SO. Rursus dicimus quemadmodū ex paucoꝝ potētiæ cupido popularis efficit̄. Videt̄ aūt mihi hoc pacto, vt plurimū, fieri. ADI. Quonā? SO. Quando iuuenis, vt modo diximus, nutritus ruditer, & aride nimiū, fucorū mel gustat, adhęretq; ardētibus vehemētibusq; & callidis animalibus, potētibus omniformes & varias voluptates vndiq; cōparare, hinc vtiq; existima eā oriri mutationē, qua iste ex paucoꝝ potētia quæ in eo est, trāsit in popularē. ADI. Necessariū est. SO. Nunq̄d queādmodū ciuitas mutabat̄, dū extrinsecus ꝑsidium parti alteri ꝓstaret̄, a simili simile, ita adolescētis mutat̄ ingeniū, dū rursus externarū cupiditatū species cognata & similis, alteri cupiditatū speciei earū q̄ in eo sunt suffragat̄? ADI. Prorsus quidē. SO. Qꝫ siq̄s cōtra ꝓstet̄ fauor naturę eius paucoꝝ īꝑrii studiosę, siue a patre, seu domesticis aliis, admonētibus increpātibusq;, seditio, & reluctatio, & pugna in ipso ad seipsū tūc innascit̄. ADI. Cur nō? SO. Et qñq;, vt arbitror, popularis cōditio paucoꝝ statui cedit, & nōnullę cupiditates ꝑtim intereūt, partim excidūt, pudore aliquo in animo iuuenili exorto, vnde rursus excolitur. ADI. Fit nōnūq̄. SO. Rursus ꝑter eas q̄ exciderūt cupiditates, alię coalescētes cognatę propter inscitiā paternæ educationis multę vehemētesq; fiūt. ADI. Sic certe fieri cōsueuit. SO. Trahūt porro ad se cōsuetudines, ac dū clam serpūt, magnū excrescūt in numerū. ADI. Quid ꝓhibet? SO. Tādem iuuenilis animi arcē occupāt, ꝑsentiētes vacuā esse doctrinarū, honestorūq; officioꝝ, & verarū insup rationū. Qui sane optimi omniū custodes seruatoresq; in hominū piorū mētibus extāt. ADI. Sūmope. SO. Falsę vero, & supbæ petulantesq; rationes & opiniones eorū in locū succedentes, eūdem talis hominis locū obtinēt. ADI. Maxime. SO. Nōne iterū ad delicatos illos accedēs, manifeste habitat? Ac si a domesticis adiumētum aliquod ꝑbeat̄ parciori animi ipsius affectioni, superbi ꝑtulātesq; sermones claudētes regii ī eo muri portas, neq; ꝑsidiū ipsum admittūt, neq; legatos priuatoꝝ senū monitus excipiunt, sed ipsi ꝑlio superāt, & pudorē quidē appellantes fatuitatē in exiliū turpiter eū expellūt: tēꝑātiā vero ignauiā nominātes, reprobātesq; eiiciūt: modestiam quoq; ī moribus, & in sumptibus moderationē, tāq̄ rusticitatē & illiberalitatē penitus detestant̄, & fugāt, & ipsi vna cū multis futilibusq; cupiditatibus inualescūt. ADI. Magnope. SO. Cū hęc depulerūt ex eius animo quē occuparūt, & purgarūt, ingētibusq; initiationis muneribus affecerūt, post hęc petulātiā, licētiam, prodigalitatē, impudentiā, splendidas multo cū choro deducūt coronatas, extollētes applaudētesq;, dū petulantiā, ingenuā educationē nominant: licentiā, libertatē: prodigalitatē, magnificētiā: impudētiā, fortitudinē. An nō ita quodāmodo iuuenis transit ex innutrita necessariarū cupiditatū affectione, in resolutā licentiā non necessariarū futiliūq; voluptatum? ADI. Plane id constat. SO. Viuit deinceps talis, vt arbitror, nihilo magis necessariarū q̄ supuacuarū voluptatū gratia erogās pecunias, labores, exercitationes. Verū si ita fortunatus est, vt neq; vltra modū debacchetur, immo senior factus, & ingēti iā ꝑturbatione elapsa, nō oīa, sed aliquid admittit, & partes excidētiū suscipit, & ingredietibus haudquaq̄ se totū cōmittit, voluptatibus iam ad æqualitatē reductis, ita viuit, vt incidēti semp tāq̄ sortienti imperiū sui tradat, quoad impleatur, rursusq; alteri succedenti, nullam spernens, sed oēs æque nutriens. ADI. Sic accidit. SO. Hic quidem rationē verā nō accipit, neq; in custodię suę arcē admittit, siq̄s dixerit voluptates partim esse bonarū honestarūq; cupiditatū, partim vero malarū: & illas exercendas esse, & honorādas: has cōtra moderādas, & cohibendas. Verū in his oībus annuit, affirmatq; oēs similes esse, & pariter honorandas. ADI. Profecto quisq̄s ita affectus est, id agit. SO. Nōne ita in dies viuit, vt incidētibus ꝑsentibusq; semper cupiditatibus obsequatur? dum videlicet alias ebrietati modulationibusq; indulget, alias aquæ potu cōtētus est, & inedia, interdū vero gymnasticę studiis se exercet, nōnūq̄ remissiori animo torpet, qñq; ꝓhiæ attingit studia, sępe etiā se ad Remp. cōfert, proditq; in mediū, q̄cq̄d obtulit sors, & dicens, & faciens: ac si quādoq; milites admirat̄, ad eos fertur: sin mercatores, ad hos rursum aduētat, neq; ordine vllo aut necessitate vitā suā dirigit, sed iucūdā, & liberalē, & beatā hāc vitā appellās, hāc assidue colit. ADI. Scite vitā popularis hominis nullū delectū viuēdi habētis, narrasti. SO. Arbitror eūdem plenū hunc diuersis plurimisq; moribus esse, pulchrūq;, & variū queādmodū ciuitatem illam videri, quem

eam,quę post illã proxime sequit̃,cogitq́ ciues virtutis curã suscipere. Siquis eñ multa ex voluntariis cõmerciis sui periculo tractare iubeat,nõ vsqueadeo impudẽter pecunias congregabunt,paucioraq́ in ciuitate mala nascent̃ talia qualia dixim⁹. ADI.Sic oĩno.SO.Nunc aũt his de causis principes subditos ita in ciuitate disponũt:seipsos vero,& suos,& iuniores,delicatos,& molles,& secordes reddunt,nullũ aut animi,aut corporis laborẽ tolerãtes,voluptatibusq́, & doloribus succũbentes. ADI. Prorsus.SO.Et ipsi quidẽ tales euadunt,vt nihil aliud p̃ter q̃stũ æstimẽt,neq́ maiorẽ virtutis curam habeãt q̃ mendici.ADI.Sic certe.SO.Ita igit̃ instituti,quotiẽs cõgrediũtur inuicẽ prĩcipes ac subditi siue in itineribus,siue in alio quopiã cõmuni cõmercio,atq́ opere,aut circa spectacula aut exercitum vel nauigãtes vna,vel militãtes,vel etiã in ipsis p̃iculis sese inuicẽ spectãtes, nullo modo in his pauperes a diuitib⁹ despiciunt̃,sed frequẽter homo paup̃,macer,cutimq́ sole obdurat⁹ cũ in acie ad opulentũ collatus est in vmbra molliter enutritũ,atq́ obeso corpore oneratũ, eũq́ inspicit anhelantẽ, & anxiũ,nõne cẽsebit sua quadã ignauia viros hmõi diuites fieri? & alter alteri quotiẽs priuatim ĩ vnũ cõueniẽt,enarrabũt suos sup̃iores nullius p̃cii esse? ADI.Noui certe ita eos efficere. SO.Nõne igit̃ queadmodũ debile,& valetudinariũ corpus, vel minima mutatiõe extrinsecus iniecta in morbos incidit,sępe etiã nulla extrinsecus re nocente,ip̃m intra se dissidet:ita & ciuitas eodẽ modo disposita, ex parua occasione,siue alii extrinsecus a paucorũ potentię subiecta ciuitate subsidiũ p̃beant,siue alii ex populari,ęgrotat,& secũ ipsa dissentit.Sępe etiã absq́ externorũ opera,seditionib⁹ agitat̃.ADI.Prorsus.SO.Popularis vtiq́ gubernatio fit,vt arbitror,qñ pauperes superãtes,diuites partim enecãt, partim in exilium pellũt,reliquos aũt æquis reip.honoribus muneribusq́ afficiunt, atq́ vt plurimum in ea sorte magistratus obtingunt.ADI.Huiusmodi certe est popularis ciuitatis constitutio,siue armis fiat,seu metu aliis discedentibus. SO.Quænã erit igit̃ horum ciuiũ vita? qualis gubernatio? Constat eñ q̃ vir talis popularis aliquis apparebit.ADI.Perspicuũ.SO.An nõ primũ quidẽ liberi erũt oẽs,ciuitasq́ libertatis plena,summaq́ licẽtia p̃ libidine oĩa oẽs audebũt? ADI.Fertur quidẽ. SO.Vbi autẽ licentia,ibi quisq́ arbitratu suo vitam instituet.ADI.Patet.SO.Omniformes in hac ciuitate nascuntur hoĩes.ADI.Valde.SO.Videt̃ vtiq́ hęc omniũ esse rerũp.pulcherrima:atq́ vt pallium variis depictum coloribus speciosissimum esse videtur,ita ciuitas ista diuersis ex moribus varia, pulcherrima prorsus apparet:ac perinde vt pueri & mulieres varietate distinctis opificiis & spectaculis delectantur,sic multi hanc p̃pter varietatem pulcherrimã arbitrantur.ADI.Et maxime quidẽ.SO.Atqui facile est o beate in hac ciuitate rẽp.quęrere.ADI.Quãobrẽ? SO.Quoniã oĩa rerũp.genera p̃pter licentiã habet,ac videt̃ necessariũ eẽ illũ q̃ rẽp.instituere cupit,q̃d modo nos fecimus,popularem ciuitatẽ ingressum,eã reipublicę constitutionẽ quę magis placeat sibi,deligere,quasi rerũp.nundinas adeuntẽ, atq́ ita eligentem,ciuitatis modum statuere.ADI.Forte exempla huic nequaq̃ deerunt.SO.Quid vero? an non dulcis hæc prima fronte,atq́ diuina videtur vita,vt neq́ cogaris in hac ciuitate magistratibus fungi,nec etiã si ad id sufficias,neq́ parere si nolis,neq́ bellũ gerere aliis bellũ gerentibus, neq́ pacem agere agentibus aliis,nisi id placeat? Vel etiã siqua te lex imperare vetet,& sententias ferre:nihilominus & imperes,& sententias feras in iudicio:modo tibi hoc visum fuerit? ADI. Forte sic primũ videtur.SO.Quid autem mansuetudo damnatorũ quorũdam? nonne decora? an nondũ hac in ciuitate vidisti homines morte,vel exilio cõdemnatos,nihilominus vrbem incolere, ac prodire in mediũ,& sępe quasi nemo id videat aut curet,instar heroum quorũdã p̃ vrbẽ incedere? ADI.Vidi equidem multos.SO.Indulgẽtia vero ipsius nimia,& sine vlla obseruatione negligẽtia eorũ quę nos dicebamus rem ipsam honestãtes quãdo ciuitatẽ cõstituebamus: q̃ videlicet nisi forte quis excellenti sit ingenio pręditus,nunq̃ vir p̃clarus euadet,nisi a prima pueritia statim honestis in ludis versetur, & eiuscemodi oĩa frequẽter exerceat,tanq̃ quæ alto aĩo hęc pessundat oĩa:ea inquã negligẽtia nihil pẽsi habet ex quibus studiis aliquis se ad ciuilia conferat,sed honorat,siqs dũtaxat amet̃ a vulgo.ADI. Valde admodũ generosa.SO.Hæc vtiq́ habebit & horũ similia,gubernatio popularis, eritq́,vt apparet,dulcis respublica,& sine duce,ac varia, æqualitatem quandã similiter æqualibus inæqualibusq́ distribuens.ADI.Manifesta admodũ narras. SO.Contemplare quisnã vir talis priuatim sit,an forte primo inuestigandũ est,queadmodũ in republica fecimus,quonã pacto talis efficiat̃? ADI.Ita prorsus. SO.Nõne ita maxime accidit,vt auari patris & paucorum potẽtiæ cupidi filius aliquis sub parentis moribus nutriatur? ADI.Cur nõ? SO.Hic vi voluptates suas coercet,quęcũq́ ad sumptus alliciunt nõ ad lucrũ,quę quidẽ voluptates nõ necessarię appellant̃.ADI.Manifestũ est.SO.An vis, ne in ambiguitate versemur,in primis qdẽ eas q̃ necessarię sunt cupiditates,& quę non necessarię,discernamus? ADI.Volo equidẽ.SO.Necessarię quidẽ illę merito vocarent̃ quas amouere non possumus, & quę cũ percipiunt̃,nos iuuant.has enim ambas quęrere naturã nostrã necessariũ est.Nonne? ADI.Maxime. SO.Iure igitur eas necessarias appellabimus.ADI.Iure.SO.An non recte eas necessarias esse negabimus,quę remoueri possunt qñ qs a iuuentute assueuerit,quęve cũ adsunt,nihil afferunt boni,immo

Quę voluptates necessarię,& quę nõ necessarię.

nihil,sed statim effundere. Adde q nullũ extrinsecũ sustentaculum seruat animã propria negligẽtia pereuntẽ. Q pterea necesse sit ex obliuionis fluuio bibere,patet,quoniã ita fieri ex natura propria,& cõmuni fato,& prouidentia est institutũ. Bibere autẽ aut plus aquæ aut minus,ex affectu ad corpus prouenit magis minusve procliue, ideq maioris minorisve obliuionis est causa, siue potius maioris aut minoris ad reminiscentiã facultatis. Has vtiq passiones quodãmodo experitur anima in corpore quodã ex aere crassiori cõposito in superiori cãpo,anteq terrenę matris vtero cõcludat. A cælestibus eñ corporibus ad terrena,nõ solũ p elementũ,sed p corpus aereum fit descensus. Subiũgit animas in hoc aereo corpore ad mediã vsq noctẽ dormire, ostendẽs mox sub terreno corpore nõ dimidiã iam, sed integram ignorãtię noctem fore. Somnus testatur & rationis impedimẽtum & iudicii falsitatem. Postremo animas,inquit,fœtui terreno insinuari sub tonitru quodã atq terræmotu, duabus vt puto de causis,tum indicans infelicibus auspiciis hũc carcerem ingredi,tum ostẽdẽs tam cęlestẽ q terrenũ motum,& quidem vehementem,ad diuinã animã tã tetro carcere coercendã cõcurrere oportere. Prosilire vero ad generationẽ animas stellarũ instar,vltra figurã poeticã subinsinuat animas stellares esse quodãmodo,& ad stellas deniq redituras. Q autẽ Plato de migratione animarũ in corpora bestiarum tã ridiculam affert fabellam,ab anicularũ fabulis nihilo discrepantẽ , profecto nos admonet, totũ allegorice exponẽdũ,videlicet rationales animas,nõ in vitã bruti,sed brutã.i.quodãmodo bruto similẽ vicissimq demigrare. Qđ qdẽ oĩbus pene Platonicis excepto Plotino maxime placuit . Idemq Origenes in libris cõtra Celsum cõfirmare videt. Tu vero ne negligas morale pceptũ,electionis rectę peritiã cũctis rebus & artibus pponendã. Prærerea tã multa de sphærarũ pulchritudine , atq potẽtia hic adducta fuisse,vt cogitemus iustitiã & pmiũ in cęlo ingens cõsequuturã, & ad optimã viuẽdi electionẽ magnopere conducturã. Verũ dices iã magnanime Laurenti te hic a Marsilio Ficino cõmentariũ accepisse potius q argumentũ. Esto sane,operępreciũ fuisse arbitror, atq fore, vt argumentũ qdẽ promiserim,commentarium vero præstiterim.

DIALOGVS DECIMVS DE IVSTO.

SO.



OGITANTI Mihi de hac quã nuper verbis cõdidimus ciuitate , cũ alia p multa recte admodũ statuisse videmur,tũ vel maxime q circa poesim pcepimus. GLAV. Quęnã ista? SO. Q videlicet nulla poesis pars q in imitatione consistit,accipiatur. Præ cæteris eñ nũc est perspicuũ,vt mihi videtur,nihil tale a nobis esse suscipiẽdũ,postq singulę seorsum animi distictę sunt species. GLAV. Quomodo istud ais? SO. Vt vobiscũ ista cõmunicẽ,neq enim vos me coram tragicis imitatoribusq poetis aliis accusabitis. Quicquid tale est, corruptela quędã mentis eorũ esse videtur,qui cũ imitationes istas audiũt, medelam illã mẽtis nõ habẽt,qua potissimũ quales hę fabulę sint, discernãt. GLAV. Quorsum ista? SO. Dicendũ qdem,& si amicitia quædã & reuerẽtia a pueritia mihi erga Homerũ contracta me detinet . Etenim insigniũ istorũ omniũ tragicorũ dux & magister primus extitisse videt. At veritati virũ nõ censeo pponendũ. Quare qđ institui,dicendũ est. GLAV. Omnino. SO. Audi igit. Immo vero respõde. GLAV. Interroga. SO. Nunqd explicare mihi potes omnino,quid imitatio sit? Neq eñ ego satis qd sit,intelligo. GLAV. An igitur ego intelligã? SO. Nihil id mirũ esset. Nã sępe cõtingit,vt q hebetiorẽ habẽt aciẽ,nõnulla prius intueant,q qui cernũt acutius. GLAV. Est vt dicis. Cęterũ te psente,nũq auderẽ qđ mihi videt,exprimere. Sed ipse videris. SO. Vis hinc exordiamur,solita illa nostra ratiõe cõsiderãres? Speciẽ vnã quãq ponere solem⁹ de qbuslibet pluribus de qbus idẽ nomen imponimus. An nõ intelligis? GLAV. Intelligo equidẽ. SO. Ponamus vtiq nunc quoduis e multis. Vt ecce,plures lecti sunt,atq mensæ. GLAV. Quid ni? SO. Ideę tñ harũ rerũ duę sunt. Vna lecti,mensę est altera. GLAV. Ita est. SO. Solemus autẽ dicere,supellectilis vtriusq artificẽ,ideam respiciẽtẽ suũ opus efficere,vnũ qdẽ lectos,mensas alterũ,qbus ipsi vtimur,cęteraq similiter. Nullus eñ artifex ideã ipsam fabricat. Quo eñ pacto? GLAV. Nullo. SO. Vide pterea nunqd talẽ aliquẽ voces artificẽ? GLAV. Qualẽ? SO. Qui facit oĩa quotcũq vnusquisq artifex eor qmanibus operant. GLAV. Potẽtẽ narras virũ atq mirabilẽ. SO. Nondũ integrã eius vim expressi. Forte vero multo magis miraberis,si expssero. Nẽpe idẽ iste artifex,nõ solũ oĩa potest supellectilia fabricare,sed etiã qcũq ex terra nascunt efficit,& animalia oĩa atq seipm. Terrã quoq,cælũ,ac deos,& qcũq in cęlo sunt,& sub terris apud inferos,peragit. GLAV. Sophistã narras mirabilẽ. SO. Diffidis? Dic obsecro,nunqd nullo modo hmõi artifex esse tibi videt? vel quodã modo istor omniũ faber esse,quodã mõ vero nõ esse? An nõ aduertis hęc oĩa te quodãmõ efficere posse? GLAV. Quisnã hic modus? SO. Haud difficile istud,potes eñ passim & celeriter oĩa facere. Speculũ accipe, passimq circũferas. Solẽ ptinus facies,& q in cęlo sunt,terrã qprimũ,ocyssime teipm,& cętera pariter animalia,supellectilia,plantas,& qcũq nup cõmemorauimus. GLAV. Imagines istor qdẽ,res ipsas minime.

quas. Nēpe cū primū in hac potētia talia quædam futurę vitę semina præ cæteris inualescūt, simul in imaginationē quoq; vitę similis, figurę & machinamenta cōsurgunt, affectusq; feruescunt, perinde vt apud nos sanguineā corporis affectionē hilaris imaginatio sequit, cholericā iracunda, Melancholicā vero tristis, fœcūdā luxuriosa. Hactenus fatalis pcedit necessitas. At em̄ ratio imaginatione superior, cuius est ratiocinatio, cōsiliū, & electio, ideoq; motus ad vtrūq; liber, percipiēs imaginationis figuras atq; affectus, pōt eiusmodi vitę descriptionē pbare pariter atq; reprobare. Quā ob causam dicit virtutē esse a fato liberā, culpāq; in vitę deterioris electione, eligētis esse, nō fati. Nā & si ex fato est tā in cōmuni q̄ pprio nouā iam vitā, & nūc aut prius eligere, ex cōsilio tn̄ est talem pprie eligere aut talem. Quippe si primā viuēdi formā ab imaginatione oculis rationis oblatā, ratio examinādo reiecerit, nō deerit statim alia melior, rursusq; alia. Hinc illa puidētię inspiratio ppheta cognominat. Premōstrat em̄ rationi quodā iudicii lumine, eā habere liberā cōsultādi eligēdiq; facultatē, qdve potissimū ex temeraria electione sequat. Dicit & ppheta sortes fundere, exēpla viuēdi pponere: nō solū qa puidentię diuinę influxus quodāmodo fatalia sancit, sed qa fatales sortes & exēpla fatalia pducit in ratiōis examen atq; iudiciū. Qz aūt in pconio nūciat aīas esse diurnas, exprimit eas & ibi esse in perpetuo die, & vitā quā tāti faciūt, vnū esse diē atq; nocturnū. Addit initiū alteri⁹ fore circuitus, vt aperiat mysteriū aīarū a cælo in terrā vicissimq; remeantiū. Appellat humanū genus nō mortale solum, sed vt aię sua mala psagiāt, addit mortiferū, quasi dicat corporis vitā esse aię mortē. Prenunciat deinde & si ratio a principio in eligēda vita sit libera, postq̄ tn̄ elegerit, in hac qdē reiiciēda nō amplius fore liberā, licet qnq; libera futura sit in ea, qualiscūq; sit, aliter atq; aliter cōponēda vel tēperāda. Si quęras quare alię hoīm animę vitas alias eligāt, respōdebunt alii speciales quasdā in aīarū naturis differentias esse, alii indiuiduales quidē atq; pprias, addētq; differētias illi multas ex superioris vitę diuersitate deductas. Qđ & Plotinus valde cōfirmat, & sequētibus maxime cōsonat. Proinde aię eligētes vitā, simul dæmonem sortiunt electę vitę ducē. De hoc alibi multa diximus. Hic ita distingue. Deos Platonici alios cogitant extra mundū, mētes. s. seiūctas a corpore tāq̄ intellectuales sphęras colētes deū vnū tāq̄ ipsarū centrū firmissimū, & stabilissimā vnitatē. Alios mūdanos appellāt, videlicet vltra diuinū cultū voluēdis mūdi sphęris accōmodatos. His dęmones subdūt, quasi ministros ad ea q̄ vel in specie, vel in sphæris, vel ex sphæris fiunt, disponēda atq; cōponēda. Totidē igit numerant genera dęmonū, quot in diis mūdanis dęmonū ducibus, vires inueniunt. At vero in quolibet mūdano deo vnitas ipsa suprema est substantię suæ, qua diuinā referat vnitatē. Post eā est intellectus, simul oīa contuēs, per quē mentes representet angelicas. Itē ratio per formas quadā progressione discurrens, taliū ppria animarū. Preterea imaginatio quędā eatenus per particulares cōgrediens formas, quatenus per vniuersales ratio ipa pgredit. Deinceps natura sequit vegetalis sphęrę viuifica simul & motrix. Secūdū has quinq; vires genera quinq; dęmonū cōputant. Quorū ex numero cęlestes quidē dęmones deorū mundanorū vnitatē accōmodate sequunt, Aetherei vero dęmones. i. ignei deorū eorundē intelligentiā, Aerei dęmones rationem, Aquei imaginationē, Terreni vero naturā quā in diis appellauimus vegetalē. Sub his Orphici, dęmones collocāt subterraneos mundanorū deorū corpora infimo quodā ordine referentes, scelerumq; vltores. Quorū hic Plato mentionē fecisse videt. Si quęras quales potissimum dęmones duces sint animarū in corpora descendentiū, respondebit nō cælestes, non ignei. Hi em̄ tanq̄ sublimiores reducunt animas, nō deducūt. Item nec aquei, neq; terreni. Hi em̄ tanq̄ infimę generationis artifices, nō tam ducunt in fatali itinere animā, q̄ in pcipitia fati pcipitant. Aerei ergo restant dæmones medii per media duces, qui rationis diuinę comites humanā rationem in hoc itinere ducunt. Ex horū vero genere dæmonum alii alias ducunt animas, Saturnii quidē Saturnias, Martii vero Martias, aliiq; similiter alias, accōmodati potissimū singuli singulis, tum ex affectione animi propria, tum ex prouidentia fatoq; cōmuni, maxime vero secundū electæ vitæ formā. Hoc deinceps vitæ duce subeunt iam animę tria fata, quę solum ante conspexerant, videlicet & ita statuente dæmone ordinis totius executore, & iam affectu corporeo gradatim preponderāte. Demū post tres Parcas ad Parcarum transeunt matrē Necessitatē ipsam scilicet, cuius iam experiuntur impulsus. Deinde sub vehementi æstu ire animas, tria significare potest. s. corporei amoris ardorē crescere, simulq; curā & sollicitudinē augeri. Item per ignis sphęram e cęlo descendere. Pręterea caloris naturalis ministeriū ad terrenum corpus viuificandum. At quoniā nimia terrenorū cura, cælestia obliuioni mandātur, atq; per obliuionē ex fertilitate sterilitas accidit, idcirco mox in Letheum. i. obliuiosum descendunt campū penitus sterilem. Et quia ob diligentem mortaliū curā, negligūtur æterna, vnde & obliuio nascitur & iactura, & reminiscentię difficultas, inquit animas in campo Letheo ad flumen Amelitā. i. negligentię fundū vsq; descendere, ibiq; sub nocte recumbere. i. sub diuini luminis priuatione prosterni. Verum quid significat Amelitæ aquā nullo vnq̄ vase contineri posse? Poetica hęc quidē metaphora est, significans inferiorē materiam quæ flumen dicitur, fluitare per formas iugiter atq; fluctuare. Item obliuionis vitium, qđ est retinere

ab eis de aliis artibus sciscitemur. mittamus enim reliqua. At vero de maximis illis præclarissimisq; rebus quas tentat Homerus, bellis, castris, rebuspub. & hominũ disciplinis, par est ita eũ interrogare, O dulcis Homere, si nõ es a veritate tertius, fingisve virtutis imaginẽ, quẽ imitatorẽ in superioribus definiuimus, sed es secũdus, potesq; narrare q̃ studia hoĩes vel meliores vel deteriores priuatim publiceq; efficiant, dic obsecro, quænã ciuitas p te rectius disposita est? sicuti Lacedæmonia p Lycurgũ, perq; alios multos multę & angustę ciuitates & amplæ. Cuius potissimũ vrbis hoĩes legũ te optimũ prædicãt conditorẽ, & beneficia in se tua cõmemorant? Charondam qdem Italia & Sicilia celebrant, Nos Solonẽ. Te vero qs pdicabit, & qualem? GLAV. Nullus, vt arbitror, beneficia eius cõmemorat. Quin neq; ipsi Homeri assertores testari hoc audẽt. SO. Qđ pcipue bellũ Homeri tẽporibus eo consultore vel duce feliciter expeditũ cõmemorat? GLAV. Nullũ. SO. Præterea q̃ viri huius tanq̃ in his rebus sapientis inuẽta ad officia vitę & artis aptissima referuntur? vt Thaletis Milesii, & Anacharsis Scythę. GLAV. Nihil tale. SO. Si minus publice, at saltẽ priuatim, qbusnã Homerus ipse dũ viueret, disciplinę dux dicit extitisse, qui & eius consuetudine delectati sint, & posteris Homericam aliquã rationẽ vitę tradiderint? Quemadmodũ & Pythagoras in hoc summa cum auctoritate vixit, & posteri etiã his tẽporibus vitã Pythagoreã celebrãtes, inter cæteros illustres habẽtur. GLAV. Neq; tale qd rursus de Homero narrat. Creophilus enim o Socrates forsitan Homeri familiaris, disciplina etiam magis q̃ noĩe ridiculus apparebit, si qdẽ vera sunt, q̃ de Homero narrant. Dicitur em̃ negligẽtior ad eius disciplinã fuisse dum sub ipso viueret. SO. Dicitur sane. At em̃ o Glauco si reuera poterat Homerus instruere homines, ac reddere meliores, vtpote q in his rebus non imitationis tãtũ esset, verũ etiã intelligẽtię cõpos, cur nõ multos sibi vẽdicauit amicos? cur nõ viuẽs honoratus est? cur nõ amatus? Profecto Abderites Protagoras, & Prodicus Chius, aliiq; permulti possunt hominibus sui tẽporis suadere, priuatim singulos adeuntes, nunq̃ eos rẽ familiarẽ & publicã recte gubernaturos, nisi ipsi eos erudiant: & ob hanc sapientiã tam ardenter amantur, vt vix sectatores eorum se contineant quin capite eos circũferãt. Homerũ autẽ vel Hesiodũ, eorũ tẽporũ homines, si poetæ illi quicq̃ iuuare eos ad virtutẽ potuissent, nunqd permisissent oberrare tãdiu passim carmina decãtãtes? Quin potius eos magis q̃ aurũ cõplexi fuissent, induxissentq; eos secũ domi familiariter viuere. Ac nisi persuasissent, eos ipsi secuti essent, quocunq; pergerent, quoad satis essent eorum in studiis eruditi. GLAV. Vera prorsus mihi loqui videris o Socrates. SO. Ponamus igit oẽs ab Homero incipiẽtes poeticos homines, virtutis imaginũ imitatores esse, ceterorũq; similiter q̃cũq; canũt, veritatẽ vero nequaq̃ attigere. Sed vt paulo ante diximus, pictor verisimilẽ coriarii pinget imaginem, cum & ipse de coriaria nihil intelligat, & imago illa coriarius ipse appareat illis qui rem ipsam nequaq̃ intelligũt, & ex coloribus figurisq; prospiciũt. GLAV. Prorsus. SO. Haud secus poetam dicemus colores quosdam artium singularum nominibus verbisq; exprimere, cum ipse de his nihil intelligat, sed imitetur dũtaxat, adeo vt his qui hęc ex verbis considerãt, bene dicere videatur, siue de coriaria dicat in versu, rhythmo, & harmonia, siue de re militari, seu de quibuslibet aliis. Vsqueadeo natura quadam aures poetica ista demulcent. Arbitror autẽ nosse te qualia videãtur hæc opa poetarum, cũ musicæ coloribus spoliata considerantur. Animaduertisti ne vnq̃? GLAV. Animaduerti. SO. Nonne perinde se habent ac facies eorum qui propter adolescentiam formosi potius sunt, q̃ pulchri: quales risu reddũtur, quãdo ipsos flos ipse deseruit? GLAV. Omnino. SO. Age igitur & hoc animaduerte. Imitator, simulacri auctor, rem ipsam haudquaq̃ intelligit, sed apparentem rei ipsius imaginem. GLAV. Ita est. SO. Ne imperfectum id relinquamus, sed ad sufficientiam contemplemur. GLAV. Dicas. SO. Pictor habenas pinget ac frenũ. GLAV. Plane. SO. Faciet autẽ coriarius, ærariusq; faber. GLAV. Valde. SO. Nunqd intelliget pictor, quales esse debent habenę, quale frenum? Vel neq; ipse qdem factor, siue ærarius faber, siue coriarius, sed solus ille, qui his vti scit, eques? GLAV. Vera loqueris. SO. An non circa omnia sic esse dicemus? GLAV. Quomodo? SO. Circa quodcunq; has esse tres artes, Vtentem, facientem, & imitãtem? GLAV. Certe. SO. Virtus igitur, pulchritudo, rectitudo cuiusq; instrumenti, animalis, & actionis, non ad aliud refertur q̃ ad vsum, cuius gratia quodcũq; est factum, vel genitum. GLAV. Ita est. SO. Necesse igitur eum qui vtitur aliquo, peritissimum esse, & operis factori significare, qualia bona vel mala facit in vsu eius quo vtitur. Quemadmodum tibicen tibiarum effectori significat quæ tibiæ ad vsum aptissimę sint, ordinatq; quales oporteat facere, ille autem ministrat. GLAV. Quid ni? SO. Nonne hic intelligens, de aptis & ineptis tibiis pronũciat alteri? Ille vero credẽs efficit? GLAV. Plane. SO. Circa idẽ igitur instrumentũ, factor qdẽ rectã habet fidem de pulchritudine & prauitate, adhęrens intelligenti, coactusq; ab intelligente audire: vtens autem, scientiam. GLAV. Prorsus. SO. Imitator autẽ num habebit scientiam ex vsu eorũ quæ pingit, vtrum pulchra sint & recta, vel cõtra? Vel opinionem rectam, ex eo q necessario intelligenti adhęreat, instruaturq; ab eo qualia quæq; pingenda sint? GLAV. Neutrũ. SO. Ergo neq; intelliget, neq; recte opinabitur imitator, circa eorũ quæ

SO.Opportune nimiũ respondisti.Talis vtiq; faber est & ipse pictor.Nonne?GLAV.Est.SO.At ipm dices haudquaq̃ facere vera q̃ facit,q̃q̃ & aliquo pacto pictor quoq; lectũ facit.An non?GLAV.Facit quidẽ & iste,sed apparentẽ.SO.Nonne dicebas q̃ lecti faber speciẽ quidẽ ipsam nõ facit,quã esse dicimus id qđ lectus est,sed lectum aliquẽ?GLAV.Dicebã equidẽ.SO.Si id qđ est nõ facit, haud sane qđ vere est facit,sed tale aliquid,quale qđ vere est,non tñ ipsum qđ est reuera.Perfecte aũt esse fabri, aut lectorum,aut aliorum artificiorum opus siquis dixerit,aberrabit? GLAV.Nõ,vt videtur his qui in disputationibus hisce versantur.SO.Nihil mirum igitur,si & hoc ad veritatẽ est tenne ac friuolum. GLAV.Non certe.SO.Vis in istis quoq; inuestigemus quis imitator iste sit? GLAV.Si placet.SO. Nonne tres hi lecti sunt? Vnus quidẽ in natura ipsa existẽs, quẽ deum dicemus, vt arbitror,effecisse. Num aliũ quẽq̃?GLAV.Nullum.SO.Alter,quẽ faber conficit. GLAV.Plane. SO.Tertius vero quẽ pictor.Nonne?GLAV.Est.SO.Pictor itaq;,lecti faber,& deus,tres sunt,tribus lectorũ speciebus præsidentes.GLAV.Tres vtiq;.SO.Deus igitur siue quia nolebat, siue quia aliqua necessitas inerat, non plures lectos,sed vnũ in natura ab eo lectum fieri, ita solum ipm vnũ fecit lectum, qui sane est id qđ est lectus,Duo aũt tales,aut plures,a deo neq; dum geniti sunt,neq; gignentur. GLAV.Qua ratiõe? SO.Quia si duos faceret solos,vnus iterum,cuius ambo haberent speciẽ,appareret: ipseq; esset id qđ lectus est,non autẽ duo illi id essent.GLAV.Scite.SO. Hęc cum intelligeret deus, velletq; verus esse auctor veri lecti,non autẽ lecti cuiusdã auctor quidã,vnũ dũtaxat natura progenuit. GLAV.Videt. SO.Vis ergo hunc,huius plantatorem vel tale aliquid appellemus?GLAV.Par est, quandoquidẽ natura & hoc & alia omnia fecit.SO.Fabrum vero,nõne lecti opificem?GLAV.Et hoc. SO.Num & pictorem quoq; factorem huius operis & opificem?GLAV.Nullo modo.SO.At quomodo ad lectũ habere se dices?GLAV.Aptissime dici mihi posse videtur, imitator ei⁹ cuius opifices illi dicũtur.SO. Ergo imitatorem vocas eũ,qui tertiũ a natura facit? GLAV.Valde. SO.Talis vtiq; erit & tragicus: siquidem est imitator,tertius quidam a rege & veritate:similiterq; alii oẽs imitatores.GLAV.Appa ret.SO.De imitatore quidem consensimus.Sed de pictore mihi dicas velim, vtrum ipsum vnũ quod q; quod est in natura,imitari contendat, vel artificum opera. GLAV. Artificum opera. SO.Vtrum qualia sunt?vel qualia nobis apparent?Hoc præterea mihi distinguas.GLAV.Quomodo id ais?SO. Sic.lectus quidẽ siue ex obliquo,seu e regione cernatur,seu quouis alio modo,nunqđ a seipso differt? Vel nihilo differt?aliter vero videtur dispositus aliter intuentibus,cæteraq; similiter?GLAV.Sic ap paret quidem,differt autem nihilo.SO.Animaduerte & istud.quid in singulis intendit pictoris indu stria?vtrum vt se habent res singulas imitari?an qđ apparet potius, vt apparet? Imaginis apparentis vel veritatis potius imitatio?GLAV.Apparentis imaginis. SO.Procul igit̃ a vero est imitator: atq; vt videt̃, propterea omnia potest facere, quia exiguũ quiddã cuiusq; attingit simulacrum.Queadmo dum pictor pinget nobis coriariũ,fabrũ,& opifices alios,cũ nihil in artibus his intelligat:verũtamen si peritus sit pictor,expresseritq; fabri ipsius imaginem,quam procul ostendat,pueros dementesq; ho mines ita decipiet,vt verus esse faber illis appareat.GLAV.Quid ni?SO.Cæterũ o amice hoc in hu iuscemodi omnibus cogitandũ.Quotiẽs aliquis nobis de hoc ipso nũciat,se videlicet homini occur risse in omnibus artib⁹ erudito,perfectissimeq; prę cęteris intelligẽti quęcũq; alius quiuis intelligat: huic protinus respondendũ,q̃ fatuus est, & in magũ quendã præstigiatorẽ incidit,cuius imitationi bus est deceptus,vt sibi visus ille sit in omnibus sapientissimus,ex eo q̃ ipse nequeat scientiã ab insci tia,& imitationem a re vera discernere.GLAV.Verissima loqueris.SO.Nonne posthac Tragœdiam discutere decet,ducẽq; ipsius Homerũ? postq̃ a nonnullis accepimus,tragicos poetas artes oẽs intelli gere,humanaq; omnia tam ad virtutẽ q̃ ad vitiũ pertinentia,necnõ & diuina:porro poetã bonũ opor tere si recte quę cõponit sit tractaturus,eorũ habere scientiã,vel nõ posse cõponere.Quare discernere id debemus,vtrũ qui eos laudãt imitatoria poetarũ industria decepti sint,eorũq; opera dũ aspiciunt, haud plane persentiãt tertio gradu distare a veritate,faciliaq; factu esse vel homini veritatis ignaro. Vmbras quippe nõ res veras faciũt.An forte nõ nihil dicãt,ac reuera poetę boni intelligãt ea de qui bus vulgo bene loqui videntur.GLAV.Discernendũ omnino.SO.Siquis possit ambo perficere,& id qđ in imitationem cadit,& eius simulacrum,nunquid eum putas in simulacris fingendis immoratu rum?idq; opus sibi in vita tanq̃ optimũ propositurũ?GLAV.Minime.SO.Nempe si veram eorũ quæ imitatur peritiam habeat,multo magis operibus ipsis q̃,eorum imitationibus,vt reor,incumbet, co nabiturq; multa & pręclara opera sui monimenta posteritati relinquere,satiusq; cẽsebit vt ipse laude tur ab aliis,q̃ vt ipse semper alienorũ operũ sit laudator.GLAV.Ita equidẽ arbitror. neq; eñ æquus honor aut ęquũ emolumentum.SO.Cęterum de aliis quidẽ rationem minime exigamus, Homerum aut aliũ quẽuis poetarum interrogantes,siquis eorũ medicus reuera fuerit, non solum verborum ad medicum spectantiũ imitator,quosnã sanos poeta reddiderit,vel veterum hominũ vel recentiũ, quẽ admodum Aesculapius,aut quos reliquerit artis medicinę discipulos,quẽadmodũ ille filios. Sed neq;

Tres lecti a tribus opificibus.

Vide vt natura vnũ fieri vult.

Imitator.

Imitator ẽ pcul a vero.

Nemo esse põt exacte oĩa intelligens.

Carpũtur tragici poetę.

Poeta bonus.

Carpitur Homerus acerrime.

in eisq; diutius detinet,irrationale est,languidũ,formidolosum.GLAV.Ita dicẽdũ. SO.Q̃d querulũ est,imitationẽ plurimã ac variã suscipit.Prudentẽ vero pacatũq; morem semper sibiipsi similem,neq; facile possumus imitari:neq; si imitemur,facile percipietur a turba in theatrũ variis ex gentibus confluente.Alieni nãq; affectus ipsis imitatio fit.GLAV.Sic est omnino. SO.Imitatio vero poetæ haud ad hoc intendit,vt huic animi naturæ sua sapientia placeat,si vulgo sit placitura,sed querulum animi morẽ variũq; obseruat,qui imitatione facile possit effingi.GLAV.Patet.SO.Merito igitur imitationem poeticam reprehendemus,pictorisq; imitationi alterne respondere dicemus . Primo q̃dem in eo similes sunt,q vtrẹq; quo ad veritatẽ vilia operantur.Deinde etiã q parti animẹ rationis experti similiter suffragãtur,& optimã deserũt. Atq; idcirco iure eã in ciuitate legitime gubernãda nequaq̃ accipiemus,quoniã hãc animi partẽ suscitat atq; alit:dũq; hanc roborat,rationis cõpotẽ vim disperdit.Atq; vt ille q in ciuitate potentes faciẽs improbos,proderet ciuitatem,probosq; destrueret, ita & imitator poeta,peruersam in animũ cuiusq; inducit rẽpublicã,dum illi animi parti blãditur,quẹ sine mente est,neq; maiora minorave discernit,sed eadẽ tum parua tum magna existimat,atq; huic simulacra fingit,longe a veritate remotus.GLAV.Longe quidem. SO.Nõdum q̃d maximũ ex ea malum prouenit,enarrauimus.Vehementissimũ q̃dẽ hoc existimandũ est detrimentũ, q probos quoq; viros paucis admodũ exceptis corrumpere possit. GLAV.Cur nõ id possit?siquidem idipsum efficit.SO. Auscultans considera.nonne & optimi quiq; nostrũ cũ audimus Homerũ, aut aliũ quẽuis tragicum imitantem heroum aliquẽ dolore afflictũ,vociferantem, & deflentẽ querulis fortunã suã modulis,& pectora pugnis percutiẽtẽ,delectamur quodãmodo,inhiantesq; ad illa sequimur ea, vnaq; afficimur, ac serio studioseq; illũ vt poetã bonũ laudamus,qui sic nos maxime moueat? GLAV. Animaduerti. SO.Quotiẽs aũt aliquẽ nostrũ proprius q̃dã inuadit mœror,ex cõtrario nos honestare cõtẽdimus,si quo pacto quietẽ agere,& tolerare valeam⁹:quasi hoc q̃dẽ viri sit,mulieris illud q̃d antea laudabam⁹. GLAV.Plane.SO.Q̃; p̃clara hẹc laus? quin absurdũ est, vt qui talẽ spectat virũ qualẽ esse se minime vellet,puderetq; maxime,nõ tñ abomineť,sed delecteť & laudet.GLAV.Prẹter rationem id prorsus. SO.Certe,si & hoc modo istud animaduerteris.GLAV.Quo modo? SO.Q̃ videlicet id q̃d ĩ p̃priis calamitatibus vi cohibetur,prohibeturq; in lachrymas fletusq; erumpere,& naturẹ suẹ lachrymarũ auidẹ indulgere,illud ipsum est q̃d poetæ explent,cui penitus blandiuntur. Tunc certe & q̃d natura in nobis est optimũ,vtpote nec ratione nec vsu sufficienter instructum,querulum istud desinit custodire,quasi alienas spectet perturbationes,nihilq; sibi dedecori sit, si dũ vir alius qui virtute præstare se p̃dicat,immoderatius defleat,ipse laudet eũ & misereatur . Quin oblectationẽ illã lucrati se putat, neq; vlla ratione ex contemptu poesis illa carere se vellet.Pauci sane animaduertũt,vt arbitror, q ex alienis in propria traiicere aliquid necesse est. Nempe cũ in alienis ærumnis flebile ingeniũ illud nutriueris,vehemẽtiusq; reddideris,haud facile illud in propriis coercebis.GLAV.Vera nimiũ loq̃ris. SO.Nonne eadem de risu est ratio?Q̃d enim ipse effusiori risu imitari erubesceres,cum in comœdia vel priuata imitatione audis tãq̃ ridiculũ libẽtissime auscultas & imitaris, idẽq; hic facis q̃d in imitatione flebili fieri diximus.Nam ingeniũ illud tuũ ad risum pronius,q̃d ipse in te a risu cõtinueris, veritus scurrilitatis crimen,hic iam resoluis in iocos,vehementiorẽq; sensim reddis risus ipsius affectũ,vt & propriis in gestibus in risus vltra q̃ deceat ipsius deferri incipias,& scurra ridiculus comœdiæ iocis imbutus euadas.GLAV.Vehementer quidem.SO.Idem quoq; de venereis & iracundia dicimus,deq; omnibus animi cupiditatibus ac affectibus,de tristibus & iucundis,quas omnes actiones nos sequi in superioribus diximus,& talia quædã poeticã imitationẽ in nobis effingere.Nutrit enim ista,dũ fouet atq; irrigat,cũ potius ariditate extenuanda sint,efficitq; vt hæc dominetur in nobis,cũ subesse potius deceat , vt meliores beatioresq; ex deterioribus & miserioribus euadamus . GLAV. Haud aliter dicere possum. SO.Siqñ itaq; Glauco Homeri laudatores offenderis, audierisq; dicẽtes Homerũ omnẽ Græciã erudisse,proq; rerũ hnmanarũ gubernatione & disciplina poetã hunc obseruari monẽtes,& ad eius instituta omnẽ vitã instruere, memẽto his esse cõgratulandũ tãq̃ pro facultate sua optimis viris,concedendũq; Homerũ apprime poeticũ esse,tragicorũq; p̃cipuũ. Scito autem hymnos in deos, & in optimos viros laudationes duntaxat ex poesi in ciuitate admittere oportere. Si aũt voluptuosam musam ĩ cãticis & carminibus acceptaueris, voluptas ĩ ciuitate ac dolor,p lege & p illo q̃d semp optimũ visum est,ratione.s.dñabunť.GLAV.Vera loq̃ris.SO.Hẹc itaq; in eã sententiam dicta sint nobis,q merito e ciuitate poesim q̃ talis sit,expulimus.GLAV.Sic em̃ ratio cogebat. SO.Id quoq; adiiciam⁹,ne rigiditatis nos rusticitatisq; accuset,q̃a vetus q̃dã extat ĩter poesim philosophiãq; dissensio.Cuius certe cõtẽtionis argumẽto nobis dicta hæc esse possunt q̃ subiiciã,aliaq; permulta.Nẽpe canis illa garrula ad aures dominẹ latrãs,id significat.Et magn⁹ ille ĩ demẽtiũ vaniloquis. Et turba superstitiosorũ sapiẽtũ exuperãs.Itẽ q̃d dictũ est.Qui minuta & tenuia meditanť,paupertate premunť.Atq; alia innumerabilia signa harũ contrarietatis apparẽt. Verũtamen id quoq; dicať,q si

imitatur,pulchritudinẽ,vel contrariũ? GLAV.Non videt.SO.Gratiosus erit in effectione imitator quo ad sapientiã in iis q̃ facit? GLAV.Non multũ.SO.Verũtamẽ imitabit,haud intelligens quo pacto vnũquodq; bene se habeat an male.Sed vt videt,quale videt multis & ignaris esse pulchrum,hoc imitabitur.GLAV.Quid em̃ aliud? SO.Hæc sufficienter nobis afferta vident,imitatores.s.nihil æstimatione dignũ intelligere de his rebus,quas imitantur,sed esse iocum quendã imitationem potius q̃ rem seriã,oẽsq; eos qui Tragicã poesim in iambis heroicisq; carminib⁹ tractãr,imitatores prę cęteris esse.GLAV.Et maxime quidẽ.SO.Per Iouẽ.Imitatio aũt hęc circa aliqđ tertio gradu distãs a veritate versat.Nõne? GLAV.Est vt dicis.SO.Ad quale igit eorum q̃ in hoĩe sunt,ꝑtinet,quatenus vim habet eiusmodi? GLAV.De quonã interrogas? SO.De tali quodam. Magnitudo eadem eminus atq; cõminus per aspectũ non æqua videt. GLAV.Non.SO. Eadem quoq; obliqua & recta in aqua nobis & extra aquã aspicientibus,cauaq; iterum & ꝓminentia propter visus circa colores errorẽ,videtur. Omnisq; huiusmodi in aĩa nostra turbatio inesse cõꝑerta est.Quã quidẽ naturę nostrę passionem aggressa adumbrationis ipsius facultas,& ꝑstigiorum ingeniositas,cęteraq; machinamenta,nihil magicę seductionis intentatũ relinquunt.GLAV.Vera loqueris.SO.An nõ metiendi,numerandi,librandi peritię aduersus hęc opportuna sunt hoĩm adiumenta, ne in nobis id ꝓualeat qđ apparet maius vel minus,aut plus,aut grauius,sed qđ metitur,cõputat,ponderat? GLAV.Quid ni? SO.Atqui hoc rationalis animi partis est officiũ.GLAV.Huius ipsius.SO.Hoc autẽ sępenumero metiente iudicante q; maiora esse nõnulla vel minora aliis alia,vel æqualia,contraria simul circa eadem hæc nobis apparent.GLAV.Sic accidit.SO.An non alias diximus fieri non posse, vt eadem vi animæ simul & circa eadẽ cõtraria opinemur? GLAV.Ac merito diximus.SO.Vis igit animę quæ ꝑter mẽsuram opinat, haud eadẽ erit atq; illa, quę cũ mensura. GLAV.Nõ certe.SO.Sedem̃ qđ mensurę ratiocinationisq; credit cõputationi,animi pars optima est.GLAV.Nihil obstat.SO.Qđ ergo repugnat isti,ignobilis aliqua nostri pars erit.GLAV.Necesse.SO.Vt hoc assereremus,supra dicebã q; pictura & omnis imitandi facultas procul a veritate suũ opus exercet:rursusq; cũ aliqua nostri parte prudẽtię prorsus expertę cõgredit,& amicitiã contrahit:ad syncerũ verũq;,nihil.GLAV.Maxime. SO.Vilis ergo imitãdi facultas vili cuidam se cõmiscens,vilia procreat.GLAV.Apparet.SO.Vtrũ talis est ea duntaxat q̃ ad visum spectat? An ea etiã quæ ad auditũ? quã Poesim vocamus.GLAV.Probabile est hanc insuꝑr esse talem.SO.Ne igit ei soli credamus qđ ex pictura verisimile nobis apparet,sed ad eam ipsam cogitationis naturam,cui sese accommodat poetica imitatio,veniamus,videamusq; num vile quiddã sit, an ꝑciosum.GLAV.Sic oportet.SO.Hũc ergo in modũ ꝓponamus.Imitat quidẽ poesis hoĩes aut vi aliquid,aut sponte agentes,existimãtesq; ex actionibus vel bonũ sibi aliqđ esse vel malũ,ideoq; vel dolore affectos vel voluptate.An aliud quicq̃? GLAV.Nihil aliud.SO.Nunquid in his oĩbus homo se cum ipse cõsentit? Vel potius queadmodũ secundũ visum dissidet,vt narrauimus,deq; eisdẽ contrarias in seipso simul habet opiniones,ita & in agẽdo secũ ipse dissidet atq; pugnat? At nũc mihi venit in mentẽ,q; nihil est de hoc nobis in ꝑsentia disceptãdũ.Nã in superiori disputatione de his satis vna cõuenimus,animũ videlicet nostrũ cõfessi,multis & variis huiuscemodi contẽtionibus sibi eodẽ in tẽpore aduersantibus agitari.GLAV.Probe.SO.Probe id quidẽ. Verũ qđ tũc a nobis est ꝑtermissum, nunc mihi videt expediendũ. GLAV.Quale istud? SO.Vir probus cũ talẽ habeat animã, si amiserit aut aliquid aliud sibi charissimũ,facilius q̃ cęteri feret,vt diximus.GLAV.Plane.SO.Nunc aũt & id consideremus,vtrũ oĩno nõ dolebit.Vel hoc quidẽ impossibile,dolorẽ vero quodãmodo moderabit. GLAV.Hoc certe est verius.SO.Hoc mihi de ipso in ꝑsentia dicas,vtrũ hũc cẽseas dolori magis repugnaturũ qñ a similib⁹ spectat hoĩbus,vel qñ solus est,aliorũ cõsortio destitut⁹. GLAV.Permultũ interest,si in aliorũ cõspectu sit.SO.Porro cũ solus erit,multa ex mœrore ꝓnũciabit,quę emittere coram aliis erubesceret.Multa faciet,quę cõspici ab aliis nunq̃ vellet.GLAV.Est ita.SO.Qđ obstare iubet,ratio est & lex.Qđ aũt ad dolores rapit,perturbatio.GLAV.Vera loqueris. SO.Cũ homo circa idẽ simul cõtrariis motibus agitet,necessario duo quędã illa esse dicimus.GLAV.Proculdubio. SO. Alterũ qdẽ legi obtẽperare paratũ est,vtcũq; iniunxerit.GLAV.Quo pacto? SO.Lex vtiq; dictat optimũ esse in aduersis,q̃ maxime fieri põt,quietẽ agere,neq; conqueri: tanq̃ incertũ sit,bonũ ne id sit,an malũ,qđ accidit,neq; ꝓpter dolorẽ quicq̃ proficiamus,neq; vlla humanarũ rerũ magnipendenda sit, illudq; qđ subito ꝑsidio esse potest,dolor impediat.GLAV.Quid hoc ais? SO.Cõsultare inquã circa ea q̃ acciderũt,in primis oportet,& tãq̃ in talorũ iactu,secũdũ iacta,quomodocũq; ratio melius rẽ habere se dixerit,negotia sua disponere.Neq; vero siquid aduersi inciderit,prosternere nos debemus,at q; vt pueri solent cum offendunt in lapidem,ꝑcidentes circa id qđ læsit,eiulando morã trahere: sed animũ assuefacere vt ad sanandũ pręsto adsit,& quicquid ęgrotat,dimissis lamẽtationibus corrigat. GLAV.Opportunũ hoc quidẽ est aduersus fortunę ictus remediũ. SO.Qđ sane optimũ est, rationi huic libẽter obtẽperat.GLAV.Cõstat.SO.Qđ vero ad ꝑturbationis recordationem luctũq; rapit,

Imitatiõnẽ esse iocũ quedã.

Tragica poesis maxime imitatrix est.

Visus error circa colores & magnitudines.

De viro ꝓbo vt dolorem toleret.

rem profaniorem q; fieri. Quatenus autē alienū malū adest alteri, nec propriū cuiq̄ malū adhęret, cor rumpi aliquid minime cōcedamus. GLAV. At enim nemo id vnq̄ ostēdet, morientiū animas propter mortem iniustiores effici. SO. Siquis autem obiicere nobis audeat, q̄ deterior & iniustior fit qui moritur, ne cogatur immortales esse animas cōfiteri, oportere dicemus, si vera is dixerit, viro iniusto letiferam iniustitiam esse, sicuti morbum, & ab hoc ipso perimente sua quadam natura, eos q̄ suscipiāt, perimi: ocyus quidem illos qui maxime, serius contra qui minus: neq; fieri dūtaxat, quod nunc fit, vt iniusti propter iniustitiā tūc demū moriātur, cū eos alii pœnis afficiūt. GLAV. Per Iouem haud grauissimū quoddā malū iniustitia esse videbit̃, si erit viro iniquo letifera. Malorū siquidē liberatio erit. Arbitror aūt cōtra esse oīno, vt & alios p̄ viribus interficiat, & hominē sui participē, viuacē maxime faciat, & apprime peruigilē: vsqueadeo lōge abest ab ea vt sit letifera. SO. Scite loq̄ris. Quādo eñ pro pria prauitas, suūq; malū animā perdere nequit, nūq̄ malū ex alterius pernicie atq; ad aliud institutū vltra id cui proprie accidit, vel animā, vel aliud quicq̄ dissoluet. GLAV. Nunq̄, vt probabile est. SO. Cum a nullo prorsus malo siue proprio siue alieno interimatur, patet eā semper esse, necessariū esse. Si semper esse, & immortalē existere. GLAV. Necesse. SO. Hoc igitur ita se habeat. Ac si ita se habet, animaduertas easdē semper animas fore. Neq; enim pauciores vnq̄ erūt, cum nulla prorsus intereat. Neq; rursus plures. Si eñ immortaliū quicq̄ plus efficiat̃, ex mortali efficietur, eruntq; demū immortalia omnia. GLAV. Vera loqueris. SO. At vero id nequaq̄ existimamus, ratio nanq; prohibet. Neq; iterum arbitramur animā verissima sui natura talem esse, vt varia, dissimilis, atq; differēs ī seipsa sit. GLAV. Quomodo istud ais? SO. Haud facile est, sempiternū esse q̄d ex pluribus cōstitutum est, neq; optimam compositionē est sortitum, vt nobis de anima nunc apparuit. GLAV. Consentaneū est. SO. Animā igit̃ immortalē esse & ratio p̄sens & alię cogere possunt. Siq̄s vero qualis ipsa reuera sit, inspicere cupit, haudquaq̄ intueri eā debet cōmunione corporis, malisq; aliis inquinatā, queādmodū ipsā nūc intuemur, sed qualis cum pura fuerit, diligēter ratione discernere. Vbi certe & multo pulchrior apparebit, & clarius cū talis erit, quid iustū sit, q̄d nō, & reliqua q̄ supra diximus, iudicabit. Nūc q̄dē vera de ipsa, qualis videt̃ in p̄sentia, diximus. Nō aliter vero eā spectauimus, q̄ multi marinū inspiciāt Glaucum. Illi siquidem non facile possunt Glauci antiquam considerare naturā, eo q̄ antiquę corporis partes partim fractę, partim contritę sint, & ab vndis penitus dissipatę, aliaq; illi rursus inhęreant conchylia, alga, lapides, ex quibus multo magis ferę præ se fert imaginem q̄ naturæ prioris aspectū. Ita & animā nos semp aspicimus malis innumeris inquinatā. Sedenim illuc oculos cōuertere decet o Glauco. GLAV. Quonam? SO. Ad eius inquā philosophiā, & circa illā oportet animaduertere, quæ attingit animus, & quibuscum cōsuetudinē inire affectat & nititur, vtpote qui cognatus sit diuino, immortali, & sempiterno. Qualisq; p̄terea futurus est, siquādo eiusmodi totus sequat̃ naturā, p̄ hunc affectum nixūq; eductus ex pelago quo ad præsens submergitur, nudusq; emergens excussis petris & ostreis quę sibi nūc tāq̄ ex terra nutrito, terrena, lapidosa, & agrestia plurima inhæresciit, propter eā vtiq; alimoniā, quā pleriq; beatam existimāt. Tūc demū verā naturā ipsius animi contemplabimur, agnoscemusq; vtrū varia sit, an simplex, qualisve sit omnis eius conditio. Nūc aūt animi humana in vita affectus ac species satis, vt arbitror, declarauimus. GLAV. Prorsus q̄dē. SO. Nōne cætera q̄dem in hac disputatione exposuimus? præmia vero ipsius & honores nequaq̄ attulimus, quemadmodum Homerum vos & Hesiodū adduxisse dicebatis, sed iustitiā ipsam ipsi animæ optimū p̄miū esse cōperimus, iusteq; agēdū esse monstrauimus, siue Gygis habeat anulū, siue etiā Plutonis galeam? GLAV. Vera loqueris. SO. Cęterū nūc quoq; p̄ter hęc nulla inuidia prohibet, quo minus iustitię & vniuersę virtuti ea p̄mia tribuamus, q̄ ipsa animæ cōparat & ab hoībus & a diis, tā viuente hoīe q̄ defuncto. GLAV. Magnopere. SO. Nunquid ergo restituitis mihi, quę in sermone mutuati estis? GLAV. Quid maxime? SO. Dedi eq̄dem vobis, iustū virū videri iniustū, iniustūq; iustum. Vos enim petieratis, licet eñ fieri nō posset, vt ista homines deosq; laterent, tamē concedi hoc disputationis gratia placuit, vt iustitia ipsa ad iniustitiā ipsam cōparata iudicaretur. Nō recordaris? GLAV. Quid ni recorder? SO. Postq̄ igitur iudicatę sunt, ego iterū postulo a vobis exponi, quā iustitia mercedem a diis & hoībus referat, vt & palmā ab opinione & manifesta existimatione reportet, qua iustitia sui participes decorat, postq̄ aperte visa est etiā ipsa sui p̄sentia beneficia nobis conferre, neq; eos decipere, qui vere eam possident. GLAV. Debita postulas. SO. Primū q̄dem hoc mihi reddetis, q̄ qualis eorū vterq; sit, & iustus scilicet & iniustus, deos non latet. GLAV. Reddemus. SO. Si deos id non latet, vnus q̄dem a deo amabitur, alter odio habebitur, queādmodū in principio cōfessi sumus. GLAV. Est ita. SO. Deorum autē amico oīa quoad fieri potest a diis optima tribuunt̃, nisi q̄d mali ex priori delicto, ei necessitate quadā imineat. GLAV. Oīno. SO. Sic itaq; de iusto viro existimādū, siue in paupertie, seu morbis, siue quibusuis aliis ex iis quæ mala videntur, fuerit constitutus, huic demū vel viuenti vel mortuo ad bonū aliquod ista conducere. Neq; enim a diis vnq̄ negligitur, quicūq; conari voluerit iustus euadere,

voluptatis ministra Poesis,imitatioq; quicq̃ ad eam rationẽ afferre possit,vt in ciuitate recte instituta accipi debeat,libenter accipiemus,vt eius fruamur oblectamentis.Ita enim nobis ipsi conscii sumus. Eniuero qđ verũ videt̃,prodere nefas est.Nam & tu o amice nõne ab ea mulceris?pſertim Homerica. GLAV.Valde.SO.An non ęquum est eam prodire in mediũ sese defendentẽ,vel cantilena,vel metro quouis alio?GLAV.Omnino.SO.Concedamus vtiq; ipsius defensoribus quicũq; poetę quidem non sunt,sed poetarũ amici,vt absq; carmine eã defendãt,afferentes eã non modo iucundã sed & vtilẽ esse ad rẽpub.& hominũ vitã instituendã.Quã quidẽ defensionẽ ęquo animo auscultabimus.lucro enim id nobis fore existimamus,si nõ suauis tantũ verũetiã vtilis nobis appareat.GLAV.Quid obstat, quin lucro id futurũ sit?SO.Alioquin o dulcis amice,queadmodũ qui quãdoq; aliqd amauerũt, si deinde censeant amorẽ sibi illũ inutilẽ fore,licet ęgre amare desistãt,desinũt tñ: ita & nos propter ingenitum nobis talis Poesis amorẽ ex pulchrarũ rerũp.educatione,benigne quidẽ expectabimus, vt optima verissimaq; appareat.Quousq; tñ rationẽ ꝑ seipsa afferre nõ poterit, ita eã audiemus, vt oratiõe supra a nobis exposita nosmetipsos veluti quadam incantatione aduersus pericula imminentia muniam⁹, cauentes ne delitiis amatoriis vulgiq; amoribus rursus irretiamur.Illud quoq; sentiemus, nõ ita esse huiusmodi Poesi studendũ,quasi vera sit aut seria.Verum cauendum ab ea audienti cuiq; est,interio riq; animi sui reip.metuenti.Et quę de Poesi narrauimus,de hac prorsus existimanda. GLAV.Consentio equidẽ.SO.Ingens porro o amice Glauco ingens,neq; quantũ videtur,est certamẽ, bonũ effici aut malũ.Quãobrem neq; pecuniarũ gratia,neq; honoris,neq; potentię,neq; poetici vllius oblectamẽ ti,iustitiam,cęterasq; virtutes negligere decet.GLAV.Assentior equidẽ ex his rationibus quę narrauimus.arbitror aũt & quẽuis alium eadẽ confessurũ.SO.Atqui ingẽtia virtutis ꝓmia mercedesq; illi propositas,nequaq̃ narrauimus.GLAV.Immensa dicis ꝓmia,siqua maiora sunt his quæ retulimus. SO.Quid magnũ breui in tẽpore esse potest?Nẽpe omne hoc tẽpus a pueritia ad senectutis extremũ, exiguũ quiddã est ad vniuersum.GLAV.Immo vero nihil. SO.Immortalẽ vero rem cẽses breui hoc pro tempore quidẽ,pro vniuerso vero nequaq̃ debere esse sollicitã?GLAV.Pro omni certe.sed quor sum hęc?SO.An ignoras immortalẽ esse hoĩs aĩam,& ab interitu liberã?Tum repẽte cõuersus in me Glauco,admiratusq; intulit.Per Iouem ignoro equidem.Tu vero nunquid ostendere potes? SO.Cer te,nisi iniurius esse velim.puto autẽ & te id posse.Neq; id difficile.GLAV.Mihi quidẽ difficile istud. Te vero libẽter audirem,id qđ negas esse difficile,declarantem.SO.Audies iam.GLAV.Dic.SO.Bo nũ aliquid vocas?& malũ aliqđ?GLAV.Voco.SO.Nunqd de his idẽ tibi qđ & mihi videt̃? GLAV. Quid?SO.Malũ puto omne qđ dissoluit atq; corrumpit. Qđ vero seruat & iuuat, bonũ.GLAV.Et ego.SO.Bonũ ne cuiq; aliqđ,& aliqđ malũ esse dicis?Veluti oculis lippitudinẽ, & toti corpori morbum,Frugibus cibisq; æruginẽ,Lignis cariem & putredinẽ,Aeri ferroq; rubiginẽ,atq; vt dico, ferme in oĩbus secundũ naturã propriũ cuiq; malum ac morbũ?GLAV.Equidẽ. SO.Quotiens huiusmodi quicq̃ alicui accidit,deterius illud efficit,ac deniq; totũ dissoluit & ꝑdit.GLAV.Quid ni? SO.Pro priũ igitur cuiusq; malũ,suaq; prauitas,qđlibet corrũpit.Ac nisi id corruperit, nihil aliud vnq̃ corrũpet.Neq; enim qđ bonũ est,aliquid destruit:neq; rursus id qđ nec bonũ,nec malũ.GLAV.Quo enim pacto?SO.Siqd igit̃ tale est,vt ei malũ aliqđ sit,qđ ipsum deterius efficit, dissoluere tñ ipm nõ valet, certe ita naturaliter affectę rei nullus esse potest interitus.GLAV.Cõsentaneũ est. SO.Est ne aliquid qđ animã prauam faciat?GLAV.Et maxime quidẽ q̃ cõmemorauimus,iniustitia,intemperãtia,timiditas,& inscitia.SO.An quicq̃ ex his aĩam ꝑdit?Atq aĩaduerte,ne decipiamur,existimantes iniquũ & insanũ hominẽ cũ in flagitio dep̄hẽsus est,tũc ab iniustitia q̃ animę vitiũ est,corrũpi. Dic age.Nõ ne corpus propriũ eius vitiũ morbus liquefacit,resoluit,atq; eo deducit,vt nõ sit corpus? & q̃ paulo ante diximus oĩa,ex ꝓprio malo quatenus adhęret & inest,inquinãte, esse desinũt?Nõne? GLAV.Ita prorsus.SO.Nunqd & aĩam eodẽ pacto iniustitia & reliqua prauitas cũ inest sua ipa p̄sentia disꝑdit & tabefacit,quousq; in mortẽ trahens a corpore separet?GLAV.Nullo modo istud. SO.At vero ab surdũ illud est,vt alienũ vitiũ interimat aliqđ,cui ꝓpriũ vitiũ non p̄bet interitũ.GLAV.Pręter ratio nem profecto.SO.Attende Glauco.Ex ipa ciborũ ꝓpria prauitate,qua vel victa sint, vel marcida,vel quomodocũq; aliter affecta dicant̃,corpus ꝑire posse nõ arbitramur. Verũ si ciborũ defectus corpo ri ꝓpriũ ipsius defectũ intulerit,dicemus p illos corpus ab eius vitio,morbo scilicet,perdi.Corpus ve ro ipm cũ aliud sit,ex ciborũ quorũ alia natura est alieno defectu,nisi propriũ defectũ induxerit, dissi pari posse nũq̃ existimabimus.GLAV.Recte nimiũ loqueris.SO.Eadẽ ratione,nisi corporis detrimẽtum ipsi animę ipsius animę ꝓpriũ intulerit detrimentũ,haudquaq̃ existimare debem⁹,ex alieno malo absq; ꝓpria prauitate,animã interire,neq; alterius malo alterum dissipat̃.GLAV.Ita ratio monet. SO.Aut igit̃ hęc redarguamus,quasi nõ recte dicant̃.Aut quoad hæc integra ꝑmanẽt,neq; ex febre aut alio quouis morbo,neq; iugulatione,neq; etiã siquis corpus in minutissima quæq; discerpat,dissi pari animã concedamus,prius q̃ ostẽderit aliquis ꝓpter has corporis passiones animã ipsam iniquio

Demõstra tio de aĩa mi imortalitate.

carnificabātq;,& secus viā quādā ad exteriorē partē raptatos,tribulis lacerabāt,prætereuntibus indicātes,quā illi ob causam talia paterent,q̄ve proiiciendi in Tartarū deferrent. Vbi cū multa variaq; eos terrerent,hic pauor vehementissime vexabat,cū in ascensu mugitus excitabat,quo silente quisq; libētissime ascēdere videbat. Ac pœnas quidē & supplicia hmōi recensebat,atq; vice versa eiuscemodi beneficia. Cū vero animę illæ in superioribus cōmemoratæ in prato dies septē requieuerint,oportere eas dicebat octauo surgētes die illinc recedere,& quarto demū die ad locum aliquem puenire, vnde superne per totū cælū atq; terrā extensum videatur lumen tanq̄ columna erectū Iris simillimū, clarius tamen ac purius. In id diurno itinere pcessisse,vidisseq; ibi in medio lumine extrema cęlestiū ligaminū ex cælo extensa. Esse enim lumen istud cæli vinculū,queadmodū triremiū succinctura,atq; ita circūferentiā oēm esse cōtentam. Ex apicibus vero suspensum Necessitatis deę fusum,p quem oīes circuitus peragant. Cuius hasta quidem & cuspis ex adamāte, vertigiū vero ex hoc aliisq; generibus mixtū. Cuius natura huiusmodi sit secūdū figurā quidē,qualis apud nos cernit. Animaduertendū tn̄ ex illius sermone,pinde se habere ac si in vno quodā amplo concauoq; vertigio,& p totum sculpto,minus aliud simileq; insertū iaceat,ita congruēs,vt plerūq; cadi,q̄ inuicem inserunt,atq; ita tertiū & quartū,& alia quatuor. octo em̄ illa vertigia esse,insertos inuicē circulos,labia supne ostendentia,dorsum vero vnius vertigii cōtinuū circa hastā efficiētia. Hastā vero illā per mediū octauum, perq; totum esse trāsiectā. Primū igit extimūq; vertigiū labii circulū habere latissimū. Sexti aūt secundum. Tertiū quarti. Quartū octaui. Quintū septimi. Quinti sextū. Tertii septimū. Octauum vero secundi. Primi item atq; maximi circulū variū esse. Septimi lucidissimū. Octaui aūt vertigii circulū, colorem a septimo irradiāte suscipere. Secūdi vero ac quinti similes inuicem illis aliquātulo flauiores. Tertiū sane colorem candidissimū possidere. Quartū, subrubeum. Secūdum vero sextū albedine supare. Ac fusum qdem totū volutione simili circūferri: cū vero totū voluat,septē interiores circulos motu totius cōtrario tardius circūuerti. Ex his plane octauum motu rapidissimo agitari. Secundos vero alterū alteri consequēter,septimum,sextum,& quintum. Tali vero tertiū motu ferri,vt quartum circūuoluere videatur: Quartū aūt,tertium: & quintum,secundum. Fusum vero in Necessitatis genibus circūuerti. Supne præterea cuilibet circulo hęrere Sirenē cū globo vna delatā, vocē vnā tonum vnum videlicet emittentem. Vnam tamē harmoniā ex omnibus octo cōcinere. Alias aūt tres Necessitatis filias æquali inuicem interuallo in throno sedere,Parcas vestib[9] albis,capite coronato,Lachesim,Clothon,Atropon. Quę ad Sirenem harmoniā canāt. Lachesis quidem præterita. Pręsentia Clotho. Atropos vero futura. Et Clotho quidem cū matre simul intermissione quadam tēporis,dextra manu tangentem fusi extimam circunferentiam vertere. Atropon vero sinistra iterū interiores similiter. Lachesim deniq; vicissim vtraq; manu vtrinq; tāgere. Illuc animas ergo cū venerint,stati oportere ad Lachesim accedere. Vbi illico ppheta aliqs primū singulas disponit in ordinē: postea cum ex genibus Lachesis sortes,& vitarum exempla susceperit,aliqd sublime tribunal ascendens sic fat. Necessitatis filię ipsius virginis Lachesis pconium hoc. o animę diurnę,circuit[9] alteri[9] initiū,mortalis ac mortiferi generis,nō vos dæmō sortiet,sed vos dęmonē potius eligetis. Qui vero prior sortē ceperit,prior eligat vitam,cui necessario inhærebit. Virtus aūt inuiolabilis ac libera. Quā put honorabit quis,aut negliget,ita plus aut minus ex ea deniq; possidebit. Eligētis quidē culpa est oīs, De[9] aūt extra culpā. Hęc fatus,sortes sup oēs fundit,ex qb[9] quilibet eā rapit,q̄ sup ipm̄ ceciderit. Neq; licet cuipiā quotus ordine sit agnoscere,nisi cum ceperit. Tunc em̄ duntaxat quotus sit sortitus intelligit. Post hæc itē exēpla vitarum corā ipsis in pauimēto disponit multo plura q̄ q̄ hic ad pſens apparēt. Esse vero hoim atq; oim animaliū vitas oīniformes asseruit. Tyrannides em̄ in illis extare,ptim ppetuas,partim ad tēpus,q̄ medio in spatio corruāt,in paupertatē delapsę,exilium,& inopiā. Extare & pclarorū virorū vitas partim specie,decore,viribus,certaminibusq; pstantium,partim maiorū generositate nobilium,ignobiliūq; rursus virorū vitas similiter. Et mulierum eodē mō. Animę vero ordinem & cōditionē nō inesse,eo q̄ necesse sit,vt aliā vitā eligēs cōditionis alterius efficiat. Cętera vero inuicē,ptim diuitiis & paupertatibus esse cōmixta,ptim morbis vel sanitate,partim istorū mediū obtinere. Vbi pfecto o Glauco omne hoīs cōsistit piculū. Quāobrē oīni studio danda opera est, vt qsq; nostrum omissis cæteris disciplinis,hanc quærat,assequaturq; p viribus disciplinam,p quā & possit & sciat vitā bonā a mala discernere,& quoad fieri pōt ex oīnibus eligere meliorem,animaduertens q̄ nunc diximus oīa,quid cōiūcta inuicem vel disiuncta ad virtutē vitæ conducāt. Nec non intelligat, quid pulchritudo cum paupertate vel diuitiis iūcta,& quali cū habitu animę malū operat vel bonum, quidve nobilitas vel ignobilitas,Vita priuata & imperiū, Robur & imbecillitas , Velox ingenium & tardū,cæteraq; hmōi q̄ natura circa animā sunt,& q̄ acqrunt , inuicē copulata faciunt. Vt ex his oībus singulorū naturā valeat cōsiderare ad aīę naturā respiciēs,& meliorē vitā a deteriori discernere: deteriorē eā appellans quæ iniustiorē animam efficit: potiorē autē,quę iustiorem. Reliqua vero

De tribus Necessitatis filiab[9], Lachesi, Clotho,& Atropo.

virtutisq; officiis,quoad hoi licet,deo similis fieri.GLAV.Decēs est talem virū a simili non contemni.SO.De iniusto aūt cōtra omnino est sentiēdū.GLAV.Vehemēter.SO.Apud deos igiť iusto viro hæc dabiť palma.GLAV.Sic arbitror.SO.Apud hoies autē nonne sic euenit,si vera fateri debemus?Callidi quidem homines & iniqui perinde faciunt ac cursores illi, qui ab inferioribus currunt bene,a superioribus minime.Nam primo celeriter exiliunt,tandem vero risum reportāt,auribus demissis,& sine corona discedentes.Veri aūt cursores ad finem perueniūt,adeptiq; pmiū coronantur. Viris iustis similiter idē,vt plurimū,accidit.Nempe in fine cuiusq; actionis consuetudinisq; & vitæ, probantur,muneraq; ab hominibus referūt.GLAV.Magnope.SO.Sustinebis ne vt ego de his,quæ tu de iniustis,adducā?Dicā equidem.Iusti eñ cū ad maturā ętatē puenerint, ciuitatis muneribus p arbitrio funguntť:matrimonia, quibuscū voluerint,& dādo & accipiendo vicissim ineūt:ac summatim quæcunq; de illis tu,ego nunc de his affirmo.Rursusq; de iniustis hoibus assero.Plerią; eñ ipsorum ꝗuis ad tēpus sua vitia celent,tādē in curriculi calce quales sint dephenduntť,ridiculi prorsus euadūt,& in senio miseri a peregrinis & ciuibus obiurganť,verberāturq;,eaq; omnia patiuntur quę tu aspera esse reuera dicebas.torquebunť eñ & inurenť.porro quæcunq; ipse commemorabas,audire iterum ex me putato.Sed vt dicebam,vide an sis hæc toleraturus.GLAV.Perferā equidem. nam decentia loqueris.SO.Hæc itaq; sunt pmia,mercedes,& munera,ꝗ iusto viro pter ea bona ꝗ ipsa in se iustitia cōtinet,a diis & hominibus tribuunť.GLAV.Egregia valde hæc sunt & stabilia.SO.At.n. hæc & numero & magnitudine nihil sunt,si ad ea comparenť,ꝗ vtrūq; defunctū expectāt.Audienda vero & ista sunt,vt omnia sufficienter ꝗ vtriq; conueniūt,cōprehendanť.GLAV.Dicas vero,non ꝗdem vt iam nimis multa, sed tanꝗ libentissime audituro.SO.Equidem tibi non Alcyni apologum, sed pstātissimi viri Heri Armenii,genere Pamphylii,referabo.Qui cum occubuisset in plio, sublatis aliis decimo die cadaueribus iam corruptis,integer quidē incorrupto corpore repertus fuit , domū q; delatus p officio sepulturæ.Vbi duodecima a morte die,dum pyrę esset impositus, resurrexit: & ꝗ interim viderat,retulit.Inquit ergo,postꝗ eius anima fuisset a corpore separata , vna cū pluribus quēdā in locū dęmonū peruenisse.In quo terrę duos pximos vidit hiatus,duosq; alios e conspectu superne in cęli regione conspexit:inter hiatus vero huiusmodi sedentes iudices:q postꝗ animos iudicauerunt,iustos quidem ad dexterā superne per cęlum ascendere iubent, in anteriori eorū parte signa eorū ꝗ iudicauerint,suspēdentes:Iniustos cōtra ad sinistrā infernis omniū ꝗ fecerāt in vita post tergum signa ferētes.Cū vero ad iudices ipse quoq; accessisset,illos asseruit respōdisse,fore eum hominibus nuncium de his ꝗ illic videat,oportere,iussisseq; illū audire & intueri quęcunq; eis in locis fierent diligenter. Viderat igiť illic per vtranq; cæli terræq; portā aīas lata sentētia abeuntes:p alias itē duas,ex terra quidem ascēdētes animas puluere,squalore , macieq; confectas:e cælo aūt alias nitidas descēdētes.Viderią; inqt animas vndiq; veniētes tanꝗ longa itineratione defatigatas,libēter in prato qđ ibi est,tanꝗ celebri in cōuentu recūbere,ac se inuicē quæcūq; mutuam notitiā habuerint,salutare:easq; oēs,tam ꝗ ex terra,ꝗ ꝗ e cælo conuenerint,sese vltro citroq; de his ꝗ suis in locis viderint pcontari,sibiq; vicissim ad singula respondere:has quidem dolentes ac flentes memoria malorū quæ in pręterito sub terris itinere & ppessę sunt & viderunt:esse aūt illud mille iter annorum: Illas vero ꝗ de cælo descēderāt,narrare delitias,pulchritudinisq; ingētis spectacula. Multa ꝗdem illa referre,ꝗ longo ordine recitabat,prolixę nimiū narrationis o Glauco.Summam vero hāc esse dixit.Quoscūq; aliis iniurias intulisse cōstaret,pœnas sigillātim pro quolibet decies reddidisse, hoc vero per ꝗlibet annorū cētenariū esse,quasi hæc vitæ humanæ sit meta,vt aię decuplā iniuriæ redderēt pensionē.Ita q; si q cędis multoꝝ causa fuerint,ciuitatesq; & exercit⁹ pdiderint,vel hoies in seruitutē impegerint, vel alicuius alteri⁹ flagitii & sceleris cōscii fuerint,in his oībus p quolibet facinore pœnas decuplas penderēt.Atq; iterū si q beneficia fuerint aliqua elargiti,iustitiāq; & pietatē coluerint, eadē pensione pmia reportarent.De his vero q statim ac nati sunt decessere, aut breue tempus vixerūt,quędam parū digna memoria recēsebat.Erga deos aūt & parētes pios , vel impios & homicidas, q cęde manus pprias polluerūt,maioribus & pmiis & pœnis affectos esse narrabat.Inqt eñ se interfuisse,vbi alium interrogauit quispiā,Vbinā Ardieus magnus esset.hic aūt in quadā Pāphylię ciuitate tyrānus fuerat,annis iam mille tempore ex illo peractis.Qui senē patrē & maiorē natu fratrem occiderat,aliaq; plura impia scelera ppetrauerat.Interrogatumq; illum asseruit respondisse.Non venit Ardieus,neq; veniet.O dirum spectaculū.Dū enim egressuri hiatū peteremus,cętera oīa ppessi,illū protinus vidimus aliosq; cū eo,omnes ferme tyrannos,inter quos & priuatos nōnullos,qui magna scelera perpetrauerant:quos ascēsuros se propemodum cōfidentes hiatus ille minime permittebat,sed horride mugiebat quotiēs aliquis eorū qui vel insanabiles essent,vel nondū purgati,egredi nitereť.Aderant igiť illic feroces ꝗdam viri aspectu ignei,qui cū mugitū subito perpendissent,hos seorsum rapiebāt, Ardieum scilicet eiusq; persimiles,manibusq; & pedibus & ceruice deuinctis,prosternebant eos, ex

De exitu iustorū & iniustorū virorum.

Narratio Heri q resurrexit.

COMPENDIVM MARSILII FICINI IN TIMAEVM.
DE SVIECTO LIBRI.CAP.I.



VEMADMODVM in Parmenide cũcta diuinorũ genera ꝓ viribus cõprehẽdit, sic omnia in Timæo complectit̃ naturalia, & vtrobiꝙ plurimũ Pythagoricus est, sub ꝑsona Pythagorica disputãs. Atꝙ in Parmenide qdẽ, Parmenidẽ & Zenonem Eleates Pythagoricos, qui de diuinis scripserãt, imitat̃. In Timęo aũt, Timæũ Locrũ Pythagoricũ, q librũ de vniuersi natura cõposuit, sequit̃. Ita tñ, vt his nõ eloquẽtiam solũ adiũgat, sed mysteria. Quoniam vero diuina quidẽ naturaliũ principia & exẽplaria sunt, naturalia vero diuinorum effectus, atꝙ imagines, idcirco & in Parmenide dum de diuinis agit, interim descendit ad naturalia: & in Timæo naturam tractans, surgit sępius in diuina. Neꝙ iniuria diuinitatem simul naturãꝙ copulat. Natura eñ diuinitatis est instrumentũ. Atꝙ ita vel de naturalibus agit diuine, quemadmodũ Aristoteles, vel de diuinis naturaliter agit. Interserit quoꝙ Mathematica tanq̃ vtrorũꝙ media, diuinorũ. s. atꝙ naturaliũ. Quę videlicet, ꝑ numeros qdẽ diuina, ꝑ mẽsuras vero significẽt naturalia. Sit ergo huius libri subiectũ ipsa vniuersi natura. i. seminaria quędã & viuifica virtus toti infusa mũdo, animę qdẽ mũdanę subdita, materiæ vero ꝑsidens, eodẽꝙ ordine singula pariẽs, quo & anima ipsa concepit, tã diuinã suspiciẽs mentẽ, q̃ appetens bonum.

De ordine Libri, & partibus eius. Cap.II.

PAtebit aũt, naturã vniuersi ipsumꝙ vniuersum nõ ex se qdẽ cõsistere, sed ex superiori diuinaꝙ causa dependere. Patebit insuꝑ quot in gradus natura distribuat̃, cęlestes, elementales, simplices, cõpositos, rationales, rõne carẽtes. Patebit totã sub luna gñationẽ ad aĩal rationale quasi finẽ dominũꝙ referri. Multa ꝑterea de hoc ipso aĩali, tũ ad aĩam, tũ ad corpꝰ spectãtia tractabunt̃. Multa quoꝙ de rebꝰ q̃ a natura infra rationale aĩal cõponunt̃. Et vt summatim dicã, de triplici mũdo tractabit̃, scilicet de diuino, cęlestiꝙ, & hũano. Ostẽdet̃ quoꝙ oĩm q̃ in mũdo cõponunt̃ ipsiusꝙ mundi, duo qdẽ ꝑcipua intrinsecus elemẽta esse. s. materiã atꝙ formam, tria vero extrinsecus esse principia. s. efficiẽtẽ mũdi cãm, & exẽplarẽ, atꝙ finalẽ. Et efficientẽ qdẽ esse diuinã potentiã, & intelligentiã, atꝙ volũtatẽ: Exemplarẽ vero ideas intelligẽtia diuina conceptas: Finalem deniꝙ bonum.

De Introductione ad Dialogum. Cap.III.

CAEterũ vt ad ipsam dispositionẽ dialogi veniamus, Plato quinꝙ cõtinuos disputationibus destinauerat dies. In primo qdẽ Socrates in Piręo vna cũ Polemarcho, Glaucone, Adimanto, Thrasimacho Sophista de repub. disputauit. Secũdo vero die in vrbe recẽsuit eadem Timęo, & Critię, atꝙ Hermocrati, & quarto cuidã absꝙ nomine peregrino, forsan Timæi comiti. Tertio die horũ epilogũ faciũt. Quo quasi exordio mox facto Timęus disputauit de natura, ꝑsentibꝰ tribus, Socrate, Critia, Hermocrate. Quartus enim qui absꝙ nomine secundæ interfuit narrationi, iam abest a tertia. non eñ cuiuslibet est, secretioribꝰ interesse. Quarto aũt die orationem habuit Critias. Quintus deniꝙ nondũ dies illuxit. Commode admodũ post diuinæ apud hoĩes reipublicæ tũ dispositionem, tum epilogum, ad cęlestem rẽpublicã huius exemplar in Timęo accessit ab ipo deo compositam, deinde ad mundi generisꝙ humani antiquitatem, & res miras a veteribus strenue gestas.

Allegoria historiæ quæ narratur in prologo. Cap.IIII.

NArrat aũt inter dialogi huius exordia historiã de bello quondã inter Athenienses, Atlanticosꝙ commisso. Hãc vtiꝙ Crãtor tempore primus Platonis interpres nudã absꝙ allegoria historiam accipit. Quidã vero cõtra, tanq̃ solã allegoriã. Sed hos redarguũt ꝓbatissimi qꝙ Platonicorũ, affirmãtes qdem historiã, qa Plato dixerit, Sermo futurꝰ est valde mirabilis, sed omnino verus. Sensum præterea Platoni nihil vsq̃ temere molienti allegoricũ existimãt adhibẽdũ. Bellũ igitur illud inter Athenienses atꝙ Atlanticos imaginẽ præ se ferre putãt oppositionũ quæ in vniuerso sunt omniũ. Bellũ eñ. i. oppositionẽ apud Heraclitũ esse omniũ patrẽ. Amelius qdem oppositionẽ adducit inter firmamẽtũ, atꝙ planetas, præsertim qm̃ in Critia dicit̃ Atlanticã insulã in septem circulos fuisse diuisam. Origenes vero oppositionẽ superiorũ dęmonũ ad inferiores, atꝙ victoriam, illis potẽtia, his numero excedẽtibus. Numenius aũt dissensionẽ excellẽtiũ animarũ sequentiũ Palladẽ aduersus alias aĩas generationẽ sub Neptuno sequẽtes. Porphyrius pugnã inter dęmones deducentes in generationẽ, & aĩas ad supa cõtẽdẽtes. Distinguit tripliciter dęmones, alios eẽ diuinos, alios eẽ secũdũ habitudinẽ quãdã, quorũ numerũ particulares impleãt aĩę sorte nactę dęmonicã, alios esse malos & noxios aĩabus. Hos igit̃ dęmones infimos conflictare cũ aĩabus in ascẽsu semper, atꝙ descensu, ꝑsertim occidentales dæmones. nã eã ab Aegyptiis plagã noxiis accommodari dæmonibus. Proinde Iamblichus, Syrianus, Proclus his addũt oppositionem ipsam in vniuersis vigẽtẽ ꝑpetuo, inter vnũ & multitudinẽ, terminũ & infinitatẽ, idẽ & alterũ, statũ & motũ, ex qbꝰ sub primo oĩa cõponunt̃. Itẽ ens, aut ꝑ se, aut non per se. Rursus essentia vel incorporea vel corporea. Et incorporea qdẽ vel nõ de

contemnat. Vidimus enim & viuenti & mortuo electionem hanc optimã esse. Cũ hac igit̃ opinione instar adamantis firma atq; rata oportet ad inferos proficisci, ne qs illic diuitias malaq; huiusmodi admiret̃, neve in tyrãnides & alias huiusmodi actiones incidẽs, multa & insanabilia scelera ꝑpetret, ipseq; rursus deteriora perpetiat̃. Immo vero sciat mediam semper istorum omnium missis extremis vitam eligere, & in hac vita & in futura. Ita enim qsq; fit beatissimus. Enimuero qui rũc rediit illinc nũcius, significauit dixisse ꝓphetam, ꝙ etiam vltimo cũ prudentia eligenti vita occurrit expetenda non mala studiose viuenti, ne vel primus eligat negligenter, vel nouissimus propter hoc doleat, atq; torpeat. Cũ hæc dixisset, illũ q primo sortem acceperat, inquit illico ꝓperantem tyrannidem maximam elegisse, ac ꝓpter inscitiam auiditatemq; haud sufficienter singula prius examinasse, & idcirco latuisse illũ, ꝙ ea in vita fato decretũ erat, vt filios suos ederet, aliaq; mala plurima sustineret. Postq̃ vero per otiũ electam vitam considerasset, eiulasse illũ, electionem noxiam deplorantem, neq; seruantem quæ ꝓpheta ꝑdixerat, neq; seipsum tanq̃ malorum causam criminantem, sed fortunam dæmonesq; & reliqua omnia potius q̃ seipsum. Fuisse vero illum ex his qui de cælo descenderant, qui sane in superiori vita, in ciuitate aliqua moderata vixerat, virtutemq; vsu quodam, absq; philosophię studiis exercuerat. Neq; pauciores ex his qui ex alto cadũt, q̃ ex aliis, vtpote malorum ignaros decipi eligendo. Eorũ vero qui ex terra venerunt, plurimos, quia & ipsi calamitatibus laborauerint, & laborãtes alios viderint, haud temere vitam eligere. Quã ob causam, ac etiã ꝓpter sortis fortunã, bonorum malorũq; multis animis mutationem contingere. Porro siqs semp cũ in hãc vitam venerit, syncere philosophet̃, neq; electionis sors vltima sibi contingat, ex his quæ illinc nũciant̃ apparet eum nõ hic solũ felicem fore, sed & ꝓfectionem hinc illuc, regressioneq; huc iterũ haud sane terrenã & asperam agere, sed lenem atq; cælestem. Hoc quoq; consideratione dignũ spectaculũ esse dicebat, quomodo singulę animæ vitas singulas eligebant. Miserabile quippe istud, ridiculũ, visuq; mirabile. Electionem vero secũdũ vitę prioris consuetudinem, vt plurimũ, fieri. Animã enim inqt, quę olim Orphei fuerat vidisse, Cygni vitam odio muliebris generis eligentem, nolentem videlicet ex mulieribus a quibus occisus fuerat, nasci. Thamyris vero philomenæ. Cygnũ etiam conspexisse ad humanæ vitæ electionem conuersum, aliaq; musica animalia vt consentaneũ est similiter. Aliquam vero ex sortib⁹ leonis elegisse vitã, hanc vero Aiacis Telamonii fuisse dicebat, fieri hominem fugientem dũ armorũ iudiciũ olim datũ mente reuolueret. Post hũc Agamemnonis animã ꝓpter ęrũnas, odio humani generis vitam aquilæ asciuisse. Atalantes aũt animã, cui media q̃dam sors cõtigerat, intuitam dixit q̃ maximis honoribus vir certator afficiat̃, continere se non potuisse quin vitam certatoris eligeret. Animam deinde Epei Panopeensis ad artificiosę mulieris naturam ꝓrinus aduentasse. Longe vero inter nouissimas ridiculosi Thersitis animã simiã induisse. Casu vero, Vlyssis animę sortẽ vltimam contigisse. Quocirca & ad eligendũ vltimã aduenisse dicebat. Præteritorũ autẽ laborũ memoria ab ambitione cessantẽ, diuq; prius q̃ eligeret circũeũtem, quæsisse priuati hominis minimeq; curiosi vitam. Eãq; vix tandẽ alicubi iacentẽ & neglectã ab aliis reperisse, dixisseq; non aliã se vitam electurã fuisse, etiã si sortem primã nacta esset. quare vitã illã libẽter fuisse cõplexã. Ex feris itẽ aliis in hoĩes trãsire animas asserebat, & inuicem commutari. Iniustas quidẽ in feras agrestes: Iustas aũt mãsuetorum animalium vitã capessere, atq; oẽs hũc in modũ confici mixtiones. Cũ vitas, omnes animæ gradatim vt sors dederat, elegissent, longo illas ordine ad Lachesim vidit accedere. Lachesim vero cuiq; dęmonem quẽ ceperat quæq;, ipsius vitæ custodem ꝑscribere, electorũq; operũ executorem. Dæmonẽ hunc inprimis ad Clothon animam ducere, & sub illius manu reuolutioneq; & vertigine fusi, approbare quã sortita fortunã elegerat. Cũ vero ipsam tetigerit, statim ad Atropi filationẽ ducere, immutabilia stamina faciẽtẽ. Illinc postea ꝓpere Necessitatis thronũ adire: ꝑ quẽ cũ trãsierint oẽs, sub vehementi calore & ęstu in cãpũ Letheũ ꝓficisci, arborib⁹ & oĩbus quæcũq; terra nascunt̃, penitus destitutũ. Recũbere igit̃ ipsas aduẽtãte nocte iuxta Ameletã flumẽ asseruit, cuius aquã vas nullũ contineat. Atq; ipsius aquæ bibere aliquãtũ cuiq; necessariũ. Eos aũt qui prudentiã ducẽ nõ habẽt, vltra q̃ deceat bibere. Semp vero bibentẽ omniũ obliuisci. Cum vero ad mediã noctem dormissent, subito tonitru & terręmotu excitos repẽte aliũ alio sursum ad generationem cõsurrexisse stellarũ instar ꝓsilientes. Se vero flumine ex illo potare ꝓhibitum fuisse narrabat. Quomodo autẽ in corpus redierit, ignorare, sed subito in diluculo circũspicientem ait seipsum pyra impositum cõspexisse. Atq; ita o Glauco seruata est fabula, neq; periit, nosq; seruabit pariter, si ipsi parebimus, & Letheum. i. obliuionis fluuium bene transibimus, nullaq; macula animã inficiemus. Quãobrẽ si meis sermonibus obtẽperabimus, immortalẽ fore animã arbitrãtes, taleq; vt & mala possit & bona oĩa sustinere, viã semp ad ſupiora ducentẽ sequemur, iustitiãq; cũ prudẽtia oĩ ratione colemus. Vt & nobis ipsi simus, & diis amici, dũ hanc ducimus vitam: & postq̃ virtutis ꝓmia reportauerimus, tanq̃ potiti victoria & triumphis, & hic, & in millenario annorum itinere, quod enarrauimus, nos feliciter habeamus.

lumēq; nostrū supno lumine circūfundat. Sola igit̃ adoratio recta aīas bearę reddit patrię. Sola sanctimonia est plena virt⁹. Solus vir bon⁹, vt Plato scribit ĩ Legib⁹, deū decēter feliciterq; pcat̃. Sola cū superis cōsuetudo beatos facit. Ab hac flagitiosi oīno sunt alieni, & tanq̃ pfani a votis & sacrificiis segregādi. Puri vero decēter ad supplicādū accedūt, ducētes videlicet secū tres pcipue comites, fidē veritatē, & charitatē. qb⁹ stipati spē bonoꝝ cōcipiāt firmā, atq; extra cætera seq; ipsos positi diuinæ seipsos luci prsus ĩmergāt. Frustra. n. deū q̃ritat, q nō adhibet se solū soli, ĩmobilēq; stabili, & simplicē simplicissimo. Quēadmodū em̃ nō possum⁹ enti p nō ens cōiūgi, sic neq; vnitati p multitudinē, & stabilitati p motum, & simplicitati p mixtionem, sed relabimur potius in oppositum. Hęc Iāblichus atq; Proclus. His addit magnus Theodorus. Siquis naturas rerum diligentius explorauerit, inuenturum non animas tātū atq; mentes, sed quodāmodo omnia excepto primo adorare atq; vouere.

Mundum habere supra se tres causas, ac dependere a causa incorporea. Cap. VII.

POst hæc aūt actis pcibus Timæus, qa mūdū existimat esse factū, ideoq; ab alio factum, triplicē ei⁹ causam pscrutat̃. Primo qdē efficiētē. i. diuinā mētē, scđo exēplarē. i. idearū seriē diuina mēte cōceptā, tertio finalē. i. bonū. Mūdū vero esse ab alio ex eo indicat, q & si p natura corporea pfectissimus est, tñ p absoluta natura nō est omino pfect⁹, cū ppter materiā patiat̃ iformia vel deformia, ppter dimēsionē subeat virtutis defectū, diuisionēq; expectet, si diuisor accesserit, propter cōpositionē dissolutiōi sit obnoxi⁹, ob ptiū repugnātiā machinet̃ malū, ob motū indigētiā p se ferat & priuationē patiat̃ admixtā, deniq; ob ipm ex diuersis cōgressum vno quodā supiore indigeat connectēte, qui pfectissime sit, qm̃ ex seipso sit: quēadmodū mūdus qa nō est pfectissime, cognoscit̃ ex se ipso nō esse. Oīno aūt oīa rerū cōpositarū gña reducunt̃ ad aliqd qđ in eo gñe non est cōpositū, sicut dimēsiones ad signū qđ ex dimensionib⁹ nō cōponit̃, numeri ad vnitatē, q̃ nō sit ex numeris, elementa ad id qđ ex elemētis nō miscet̃: ergo & entiū vniuersus ordo ad ens qđ nō cōstat ex entib⁹. Id autē erit substātia accidētib⁹ nullis admixta. Igit̃ neq; quāta erit neq; qualis, sed tota ĩpartibilisq; substātia. Neq; ex eo q vnicū & simplicissimum erit solū, minus habebit, q̃ quæ pter substātiam subeunt accidētia. Quę em̃ in sequētib⁹ accidētia sunt, in supmo debēt esse substātia, & illa qdē optima. Quo vero plura addideris optimo, eo coges lōgius ab ipsa optimitate discedere. Siqdē ex admixtione noua illic resultat qualitas, atq; degenerās. Nō solū ergo hic mundus qa omnino cōposit⁹ est, sed etiā siqs est supior, & tñ aliquo pacto cōposit⁹, a supiori simplicitate depēdet. Quæ etiā sup æternitatē extat. a qua & in diuinis mētib⁹ integra fit ęternitas, & in aīabus rationalib⁹ ęternitas mixta tpi, & in mūdi sphęris sempiternitas tēporalis. In his aūt q̃ sphętarum motu virtuteq; fiunt, quædā portio temporis. Quæ igitur super animā cogitant̃, semper quidē sunt, & nunq̃ fiunt. Ipsa vero & est & fit semper. Mūdus est qdem nunq̃, sed fit semp. Quæ in mūdo gignunt̃, sunt quoq; nunq̃, sed aliquādo fiūt. Fieri qdē dicimus, tpe trāsigi. Qm̃ vero ppetuo motu tpeq; pagit̃ mūdus, ideo semp fieri iudicatur. Quatenus vero fit, nōdū est. itaq; dicit̃ esse nūq̃. pinde ac si in torrēte iugiter fiat restituaturq; imago mōtis, semp qdē in ipo fieri ducta, nūq̃ in esse cōsistēs. Id vero inter animā & mūdum differre Platonici putāt, q cęlum nō mō p actionē, sed etiā p essentiā cōtinue fiat. Aīa vero p actionē qdem fiat, p essentiā vero sit potius a deo, q̃ fiat a deo: & qm̃ essentia ĩpartibilis est, habeat vim quādā suiipsius quodāmō pductricē, p quā edat in seipa vitā ppriā atq; motum: Cęlum vero vndiq; pēdeat aliunde. Summatim quēadmodū ab eodē scopulo inter stagnū torrētēq; sito assidue in stagno qdē est, in torrēte vero fit imago, & euanescēs iugiter recreat̃, sic a deo semp pēdet vtrūq;, sed aliter atq; aliter. Nā ab ipso anima qdem semp est, mundus vero fit semper. Sed ab alio principio rursus exordiamur.

Ipsum bonū est oīm causa magis q̃ sequētes causę, nec vllā habet cū ceteris pportionē. Cap. VIII.

VNiuersū hoc a summo deo habere oīa, & actionē, & virtutē pariter, & essentiā, Platonici oēs absq; cōtrouersia cōfitent̃. Id em̃ a Platone ex oīb⁹ ei⁹ libris accipiūt. Audiūt & idē in epistolis cōfirmātē. Vbi pfecto ingēti cū mysterio tertios effect⁹ in cām tertiā, scđos retulit in secūdā, cūctos vero in vnā oīm cām. Neq; dixit primos effectus in primā cām reducēdos, ne pnunciando dūtaxat primos, suspicaremur eos solos a deo pēdere: neve deū noīando causam primā, suspicaremur ipm & cū ceteris causis in quodā gñe cōuenire, & cū effectib⁹ in quadā dñationis pprietate cōgruere. Itaq; cuncta ab ipo pcedere siml' ostēdit, & ipm interea ab oī pcedētiū cōmunione esse penit⁹ absolutū. Idq; ob absolutā simplicitatē noiat ipm vnū: ob exuberātē vero bñficētiā, p quā & tanq̃ principiū pducēdo efficit oīa, & tanq̃ finis eadē perficit reducēdo, noīat ipsum bonū. Putat autē quęcunq; fiunt, magis ab ipso q̃ a cęteris causis dependere. Siqdē ipm in quouis ope & prius agit, & diuti⁹, & vehementius q̃ reliquę causę: & reliquę qcqd sunt, eo faciēte sunt: & qcqd agunt, eo ducēte agūt. Vt autem ostēderet singula ab ipo magis q̃ ab aliis causis emanare, ter replicauit ipm oīm esse principium. Inqt em̃. Circa omniū regē oīa. Itē eius gra oīa. Rursus ipe oīm causa. vt intelligerem⁹ & cuncta maxime inde oriri, & deum esse cunctorū effectorem & exēplar & finem. Proinde vnū ipsum, atq;

clinatad corpora, vel declinat.Corporea vero vel nõ caduca vt cęlestis,vel caduca vt elemẽtalis. Deniq; in cælo qdem oppositi inter se motus,& diuersæ virtutes.Sub cælo aũt repugnãtes inter se qualitates.Summatim vero horũ oĩm discrepãtia p antiquũ illud bellũ significaẽ,& vbiq; supiora pstantioraq; p Athenienses,alia per occidẽtales significanẽ.Eiusmodi vero allegoria disputationi Timæi nõ mediocriter conuenit.Confirmaẽ etiam per ea quę in Critiam commentamur.

Casus Phaethontis.Diluuia.Incendia.Mineruæ descriptio. Cap.V.

HIc iterũ te admoneo,vt memineris nouẽ annorũ milia ab Eudoxo milia mẽsiũ cõputari.Itẽ Phaethontẽ Solis filiũ fulminatũ exussisse terrã, significare apud quosdam vastã cometã natura solarẽ tandẽ dissolutã intolerabiles ęstus cõcitauisse.Forte etiã incendia q̃ narrat Moyses missa diuinitus. Vbi vero ad diluuia peruenit,memẽto ignẽ qdẽ omniũ efficacissimũ esse, aquam vero efficaciorẽ esse terra,& patibilẽ min⁹ aere.Itẽ ignẽ diuidere potẽter atq; penetrare, aquã vndiq; valde pcutere.Ideo p duo hęc elemẽta vastiores calamitates accidere.Adde & finalẽ cãm, qa videlicet p exitiũ factũ ab his duob⁹,sequiẽ mai⁹ bonũ,id est fœcũdior rerũ regeneratio,q̃ p aeris pestes terręq; hiatus.Ideo puidẽtiã ad amplissimũ exitiũ his duob⁹ pcipue vti.Cui sic rotę cælestes inde recte obtẽperãt,vt qbus temporũ interuallis exitiũ immo reformationẽ fore de⁹ instituit,iisdem planetæ oẽs ad astra vel ignea vel aquea stellis quoq; fixis ad idẽ cõducẽtib⁹ rite cõcurrant. Memineris prætera Neptunũ qdẽ puidẽtiã naturalẽ,Palladẽ vero puidẽtiã intellectualẽ significare,atq; hãc ipsam Palladem a Platonicis describi,diuinitatẽ sapienter simul atq; potẽter tũ cęlestia exornãtem, tũ quæ sub cælo fiũt ædificantẽ,inter astra Arieti pcipue psidẽtẽ,& ęquinoctialis circuli ducẽ,vbi potissimũ vigere putant motricẽ vniuersi virtutẽ. Mãdabis memorię aureũ epigramma,qd Proclus in Aegyptiorũ historiis legit Minerue templis inscriptũ.Ego sum q̃ sunt,q̃ erũt,& q̃ fuerũt.Velum meũ reuelauit nemo.Quem ego fructum peperi,sol est natus.

Præcepta de Votis & precibus electissima. Cap.VI.

VBi vero Plato ad deũ puenit suppliciter adorãdũ,audi Porphyrium diuinas supplicationes ita pbantẽ.Cũ deus nobis puideat,ac res nostrę possint aliter se habere,certe p rerũ nostrarũ vsu vtiliter adoram⁹,videlicet si boni sim⁹.sic eñ vtpote similes facti deo ppius coniũgemur.In qua quidẽ cõiũctione adorationis vis tota consistit.Nẽpe cũ dei filii simus,sed ab eo quasi in exilio & carcere segregati,suppliciter adorare decet,quo hinc liberati reuertamur ad patrẽ. Alioqui similes eorũ erimus,q parẽtũ patrocinio sunt orbati.Profecto cũ vniuersi partes simus, vniuerso pculdubio indigemus.Ipsa eñ ad totũ cõuersio partibus salutẽ pstat.Siue igiẽ virtutẽ sectaris,adorãdus est tibi q totã virtutẽ cõtinet.Ipsum nãq; amare bonũ, causa erit & tibi eius qd tibi expedit boni.Siue corporeũ optas bonũ,extat in vniuerso virt⁹ oĩa cõtinẽs corpora.Inde igiẽ puenire necesse est ptib⁹ qbuscũq; salutẽ.Cõptũ vero habem⁹ excellẽtissimos quosq; apud oẽs gẽtes sapiẽtia viros diuinis potissimũ votis incubuisse,pcipue Indorũ Brachmanas,Persarũ magos,Gręcoꝝ theologos. Chaldęos aũt & aliud qddã adorauisse.Ipsam eñ superorũ virtutẽ appellãtes deũ,vno hoc noĩe venerati sunt.Hęc Porphyri⁹.Post hũc discipulũ ei⁹ diuinũ Iamblichũ audiamus hac in re in primis a Proclo cõprobatũ.Oĩa ex deo ita sunt,vt nusq̃ vel minima q̃q; deseranẽ a deo. Vbiq; eñ diuina viget vnitas,p quã res quęq; cõsistũt,ac ppetuo quodã itimoq; circulo ad deũ ipm a quo & in quo sũt mirabiliter reuoluunẽ.alioqn in nihilũ repẽte pruerent.Ab vnitate diuina oĩa pdeũt,pdeũtiaq; vnitatẽ quandã ipsis impssam retinẽt diuinę vnitatis imaginẽ,q̃ & reuocanẽ in illã,& reuocata pficiũẽ. Hęc ipa aĩas rapit ad vota,qb⁹ vnio cũ deo nobis penit⁹ impleaẽ.Qꝫ si natura ex deo manãs quasdã reb⁹ qbusdã cõueniẽtes cũ superis pprietates inseruit,p quas quodãmõ ad supos sese vertant,ceu ad solẽ solaria,ad lunã vero lunaria,multo magis aĩarũ pater rapiẽtes ad se vires eis impssit.Quæ qdẽ in primis in diuina quadã vnitate intellectu supiore,nec nõ ĩ ipa intellectuali reflexione sitę videnẽ. Ipsam vero nostrã in deũ restitutionẽ adoratio supplex hic orta absolute cõsũmat,diuinã in nos bñficẽtiã naturali trahẽs cõgruitate,copulãs adoratores cũ adorato,coaptãs suporũ intelligẽtię vouẽtiũ pces,mouẽs volũtatẽ eorũ q bona in se oĩa cõplectunẽ,ad bona nobis ad votũ impertiẽda,diuinę psuasionis effectrix,nr̃a oĩa in superorũ stabiliẽs firmitate. Ad voti vero pfectionẽ qnq; pcipua pertinẽt.Primũ qdẽ est notio q̃dã eius qd adorãdũ est,& qua rõne colẽdũ.Scd̃m vero assimilatio q̃dã vitę nostrę ad diuinã vitã puritate,castitate,sãctimonia,disciplina,ordine,pficiscẽs,diuinãq; captãs beneuolentiã,& aĩas diuinę largitioni subiiciẽs.Tertiũ est cõtact⁹ aliqs,p quẽ essentiã diuinã ferme iã attingimus,& in ipsam summitate quadã aĩæ vergim⁹.Quartũ ingressio q̃dam in luminis diuini vestibulũ.Quintũ deniq; vnio,vnitatẽ aĩæ ppriã diuinę vnitati insinuãs penitus & cõnectens,vnãq; iã actionẽ eãdẽq; aię deiq; cõflãs,adeo vt nec vltra nostri iuris,sed dei sim⁹,splẽdore obruti & circunfusi diuino.Hui⁹ aũt adoratiõis q̃ absq; intermissiõe agẽda est,supmus est finis,vt videlicet cõuersionẽ aĩæ cũ ipsa pmãsione cõiũgat,& qcqd a diuina vnitate pcessit,rursus eidẽ firmiter restituat vnitati

omissis aptius cōparare volueris, cogitabis in architecto quodā sapientissimo vim primo bonitatēq; naturalē. Deinde geometricū cōtēplatorēq; intellectū, cōmunes rationes mēsurarū habētē. Tertio rationem, vt aiūt, practicā iam p rationes ipsas de artificio cōsultantem. Quarto imaginationem figuras iam & modos cōducentes operi effingentem. Quinto affectum. Sexto mouendi virtutem. In eiusmodi vero comparationibus videbis effectus multo magis ab antecedentibus fieri q̄ sequentibus.

Singuli ordines ad singula capita reducunt, vniuersus ordo ad vniuersale caput, a quo omnia cōponuntur ex actu & potentia. Cap. XI.

NEq; vero latere nos debet propria rerū genera ad capita propria, vniuersum genus ad vniuersum caput oportere referri. Cuncta em̄ mundi corpora ad corpus vnum, Naturæ oēs ad vnam quoq; naturā, Animę ad animā, Mētes ad mētē, ad bonum deniq; bona: & quia bona, ideo cuncta. Sic vtiq; omnia conuersione quadā naturali bonum appetūt tanq̄ finem, quoniā ab ipso bono, communi quadam processione tanq̄ principio prouenerunt: atq; adeo cuncta ipsum appetunt, vt materia infima appetat appetitu non infimo. Perpetuo siquidem in omnibus generandis ad ipsam boni vergit similitudinem, vt appareat hanc a bono pendere. A bono inquā potius, q̄ a mēte. Quippe cū mentis actio q̄ per formas fit ideales, termineť ad formas: Actio vero boni, vtpote amplissima, vltra formas descendat etiam in materiā, efficiatq; bonorū auidā & capacē. Sed quam nunc voco materiā, Plato in Philebo latiori noīe infinitudinē nūcupat, dicens ipsum bonū proxime infinitudinē ac terminum peperisse, statimq; inuicem miscuisse, atq; ex hac mixtione cuncta composuisse. i. ex potentia quadam formabili, & accedente forma. Potentiam em̄ formabilem quasi ex se nondū definitam nec pfectā vocat infinitudinē. Formā vero huic adhibitā nominat terminum, q̄ videlicet indefinitā potentiā definiat, & in specie iā optata pficiat. Ex his ergo duobus & intelligibilem mundum pxime a deo volunt esse conflatum, & sensibilē deinde ab intelligibili ex eisdē vel similibus constitutum. Ita vt intellectus ille pximus mundi visibilis architectus, materiā acceperit ab ipso bono quodāmodo spiritalē, sed iāiā sub se in dimensionem molis degenerantē informēq; & vacuā, ac si forsan ex se moueať, absq; ordine nutaturā: sed p idearum ordinem ab eodem bono susceptum, formauerit eam, redegeritq; in ordinem anteq̄ extra ordinē vagareť. Pręsertim cū animā ipsi rationalē in primis infuderit, motionis ordinatissimę dominā. Nō solū vero materiā p se informē fore, sed animā quoq; fore informē inquit, nisi deus vtrāq; formet. Qđ vero est in materia corporalis species, id ratio est intelligentiaq; in anima: qua si caruerit, materiā inordinate mouebit. Quo aūt id exprimeret, materiā considerauit in formā & animā irrationalem, viditq; motum inde sine ordine prouenturum.

Materiā non fuisse inordinatam ante mūdū tempore, sed quadam ordinis ratione. Cap. XII.

EX his omib⁹ colligere possum⁹ materiā nō esse ęqualē mūdi fabro, nō esse ante mūdū vllo tēporis interuallo, licet origine quadā & ordine: nō iactari inordinate ante ordinē, sed erraturam fuisse pcul ab ordine, quātū in se est, nisi statim desup ordinata fuisset. At ne quis hunc loquendi modū improbet in Platone fingente materiā ante mūdū inordinate iactatā, audiat & Moysen ante mūdi distinctionē dicentem terrā fuisse inanē & icōpositā, & sup faciē abyssi tenebras extitisse. Mitto in præsentia poeticū chaos. Adducere iuuat in mediū Philonē Iudęū similibus verbis Moysis genesim exponentem. Siquis causam quare vniuersum hoc creatū sit velit exquirere, non errabit meo iudicio, si id existimabit qđ quidam ex veteribus ptulit, bonum esse creatorem ipsum, & genitorem, & auctorem vniuersi, & bonitatis suę gratia nulli substātiæ inuidisse, quæ sua natura nihil boni haberet, & tamen fieri omnia posset. Erat em̄ sua ipsius natura inordinata, informis, inanimata, omnino varia, incongrua, incōcinna, inconstans, apta quę in contraria mutareť, & optimarum rerum rationē susciperet, formæ videlicet, animationis, similitudinis, congruitatis, concinnitatis, omniū deniq; rerū ideæ melioris. Item in secundo eiusdem libri volumine. Cum, inquit, creator substantiā inordinatā & natura sua confusam in ordinem ex inordinatione, & in discretionem ex confusione traductam formare cœpisset, terrā atq; aquam medio loco firmauit. Hæc Philo. Proinde si gradus rerū sex in superioribus adductos consideraueris, pspicies forte q̄ similis sit Plato Moysi, sex diebus mundi genesim absoluenti, q̄ similis & Pythagoras, probans senarium numerum genesi nuptiisq; prorsus accommodari. vnde & Gamon appellat, propterea q̄ partes suæ iuxta positæ ipsum gignant, similemq; reddant genitum genitori.

Duplex opinio de origine mundi. Cap. XIII.

SI quis interroget nunquid apud Platonem mundus fuerit sempiternus, respondeo equidē interpŕtibus Seuero, & Attico, & Plutarcho, aliisq; vt Proclus narrat multis, non fuisse semper. Sed interpŕtātib⁹ Crātore, Plotino, Porphyrio, Iamblicho, Proclo, & plerisq; aliis, semp qdē fuisse, & fuisse semp a Deo, imo fluxisse. Deū em̄ semp eē aiūt. Mūdū vero fieri semp, & fluere. Ac si initio tpis carētē cōsideraueris, igenitū dici Mūdū: sin autē ppetuū a Deo ei⁹ effluxū, assidue genitū:

bonũ esse sup essentiã oẽm & ītellectũ,atq; eẽ cãm vtriusq;, in sexto Reip.atq; ĩ Parmenide & Sophista euidẽter ostẽdit.Cõstat aũt idẽ esse vnũ atq; bonũ:ne si diuersa sint,duo cogant̃ eẽ principia summa.Principiũ ꝑfecto & simplicissimũ esse debet & optimũ.Nihil aũt vel vnitate simplicius, vel melius bonitate.Neq; etiã vnitas melior bonitate,neq; bonitas vnitate simplicior. Vnũ ergo sunt ambo summusq; deus.Idq; totũ sup essentiã esse atq; mentem,satis in Theologia & alibi confirmauimus.

De dependẽtia Materiæ ab ipso bono,& de actione mentis & animæ in materiam,& de mundo intelligibili. Cap.IX.

AB hoc vtiq; vno bonoq; sup oẽm essentiã eminẽte Plato in Parmenide & Sophista oẽs entiũ deducit gradus,tũ eorũ quæ vere sunt.i.formarũ separarũ,tũ eorũ q̃ nõ vere sunt.i.formarũ materię inhęrẽtiũ,tũ infimũ materię gradũ.Qui vsqueadeo non vere est,vt proximus ei sit,qđ fingit̃ iã vere nõ esse.Hãc vtiq; materiã in Parmenide ab ipso bono in vltimo rerũ gradu deductã,accipit in Timęo quasi iã genitã,& architecto mũdi ad effectũ mũdani opis subditã. Sed nunqd deus mundi auctor,idẽ & materię est effector? Respõdebit hic Ammonii & Origenis schola eundẽ esse.Et in Parmenide qdẽ tractari,quẽadmodũ materia esse a deo accipit:in Timęo vero, qua ratione ab eodẽ accipit bene esse:pri⁹ aũt quodãmõ eẽ,q̃ bene esse excogitari.Respõdebit aliter cõis Platonicorũ schola,nõ eũdẽ esse deũ,q materiã facit,& q format ꝓxime.Immo materiã a sũmo qdẽ bono esse,ab intellectu vero formari,ab aĩa postremo moueri.Immo vero oĩa hęc a primo, sed eẽ a primo tãtũ: formari a primo ꝑ intellectũ:moueri,& mouẽdo formari mobiliter,a primo ꝑ intellectũ simul & aĩam.Perinde ac si fingam⁹ figulũ quẽdã,q manu ꝓpria lutũ faciat,factũ ꝑ rotã formet,formãdo ligneo quodam distinguat pectine atq; figuret.Nemo vtiq; dixerit vas a pectine atq; rota magis fieri q̃ a figulo,q̃uis a figulo ꝑ rotã fiat & pectẽ.Vniuersum hoc similiter ab ipso bono iudicãt ꝑ intellectũ quẽdã diuinũ animãq; vniuersi ꝓcedere.Merito ab ipso vno mũdũ ꝓxime fieri maxime vnũ, ab ipso bono maxime bonũ.At qm̃ visibilis hic mũd⁹ ob multiplicẽ ptiũ distãtiã,qualitatũ repugnãtiã,effectuũ diuersitatẽ,materialiũ deformitatẽ,neq; maxĩe vn⁹ est,neq; maxĩe bon⁹,ideo ãn hũc existimãt ab ipsa vnitate bonitateq; diuina mũdũ alterũ ꝓxime emanare,& ꝓut natura patit̃ q̃ simillimũ,nõ visibilẽ qdẽ,sed ĩtelligibilẽ,intellectualẽq;,exẽplaria oĩm q̃ in hoc gignunt̃ habẽtẽ.Quẽ qdẽ diuinũ intellectũ,nominãt nõ ipm bonũ,sed optimũ boni filiũ.Quẽ si vni⁹ cũ primo substãtię eẽ intelligamus,Platonẽ christianæ theologiæ magis cõciliabim⁹.Sed cęteri Platonis interp̃tes reclamabũt.

Sol,lux,lumẽ,splẽdor,calor,generatio:similiter vnitas,bonitas,intellectus,anima,natura, corpus mundi,imago mundorum superiorum. Cap.X.

MAneat ergo christiana & Mosaica veritas.Ac interim,si plurib⁹ placet interpretum, forsan fuerit hęc vel Platonis opinio,vel Pythagorę:Intelligibilem mũdũ inter visibilem,atq; ipm bonum esse medium,imaginem qdem boni,exẽplar vero corporei mundi,ita a bono pendẽtem,sicut lumen extra solem a luce intra solem.Præterea producentem ex se ꝓxime mundi animam, sicut & lumen fundit ex se splendorẽ,perq; animã singula quotidie generantẽ, sicut splendor per calorem corporea gignit.Quẽadmodũ igitur sex hi gradus ordine disponunt̃, Primo quidẽ ipsa solis substantia,deinde lux substantialis & intima,Tertio lumen inde manãs,Quarto splendor resultans ex lumine,Quinto calor splendore succensus,Sexto generatio caloris flagrantia coalescens : Ita sex alii digerant̃.Primo qdem vnitas,deinde bonitas:neq; tñ re ipsa duo hęc,sed ratione quodãmõ distiguant̃.eadẽ nanq; diuinitas,& qa oĩa supeminet,vnitas,& qa per oĩa rursus exuberat, bonitas appelletur.Hanc vtiq; exuberandi virtutẽ Plato in sexto de Repu.Ideã appellat boni, in epistolis vero bonorum. Boni quidẽ.i.suiipsi⁹,bonorũ quoq; q̃ ab ipso ꝑficiscunt̃.Tertio in gradu ponat̃ diuina q̃dam mens quasi lumen de luce manans,multiformesq;,vt ita loquar , ideas in se concipiens simplici quodã supernę lucis ideæq; vnius diuinæ fomento,non aliter q̃ in lumine multi iam radii ex vno lucis radio deriuãtur.Nõ solũ vero in hac mẽte rerũ cõprehẽduntur ideæ quasi fonte, sed & ad hanc multi mẽtiũ reducunt̃ exercitus quasi ducẽ,ab eadẽ videlicet diuina luce a qua & ipsa æque ꝓsilientes.Totũ vero id genus mundus superior nominat̃:sed quãtũ ad mẽtes spectat sequẽtes,intellectualis mũdus:quãtũ vero ad ducẽ,intelligibilis.Sed ipsa quoq; mens dux mẽtium,partim quidem intellectus,partim intelligibile nominat̃.Intellectus qdem,qua rationibus rerũ discernẽdis incũbit.Intelligibile vero,qua rationes eiusmodi in suis cõtinent̃ ideis.Idea deniq; boni nõ mõ super intellectũ,sed etiam sup intelligibile regnat.Post archetypũ hunc mundum quarto gradu sequat̃ corporei mũdi anima,Mundus iam rationalis ex intellectuali mundo progenitus,quasi splẽdor ex lumine. Et sicut splendor iam motui ꝑmiscetur, sic anima immobilium idearũ rationes mobili quodam pacto attingit,atq; percurrit. Quintus huic succedat gradus,ipsa videlicet natura rerum,mundus iam seminarius,ex rationali animæ mundo,quasi calor splendore resultans . Sexto tandem gradu mundus hic corporeus collocetur,ex seminario ita proxime ductus,sicut rerum generatio ex calore.At si cęteris

seipsum, ideoq; sit necessario vnicũ. Sed de hoc ipso in Theologia diffusius. Cũ aũt mũdus hic in cæteris quoad fieri potuit, mũdũ intellectũq; diuinũ referat, adeo vt q formas in hac materia cõspicit, quasi diuinũ vultũ cõtueať in speculo, certe in ipsa etiã vnitate oim effectrice atq; seruatrice repræsentat illũ, vt architecti vni9 vnũ sit opus. Vnus igiť dei vni9 est mũdus. Profecto si posset architect9 humanus dominari materię, postq̃ plura ędificia effecisset, quorũ quódlibet in se sit vnũ, cuncta vno quodã tandẽ circũuallaret: deus aũt põt oĩno, cũ sit materię dñs. Neq; somniare licet mundos plures quasi pilas, alios extra alios. Sic em̃ diuinũ opus dissipatũ foret, atq; inter mũdos spatia vacua forẽt. Probabilius existimabis si quot orbes fingis p vacuũ sparsos, tot excogites sphęras potius intra sphęras, vt q̃libet sphęra sit mũdus in mũdo. Vniuersumq; opus vnũ sit, atq; inuicẽ ordinatũ, nihilq; vel vacuũ, vel ordinis vnionisq; expers reperiať. Sit aũt figura mũdi sphærica. sic em̃ est maxime vniformis, capax, indissipabilis, agilis, atq; ita nec aliter põt moles in mole & sine vacuo collocari, & sine offensione moueri. i. si nõ quadrata quadratis, aut circulis, sed orbes orbib9 inseranť. Deniq; pcipua mũdanæ huius sphęræ causa est, q & orbicularis est diuini mundi natura, quę in seipsam intelligẽdo & amando reflectiť. Motionis vero sphæricæ ratio est tum figura ipsa quæ motũ recipit, tum mundanę ipsius animę quę mouet, intima per intellectuales species reuolutio.

Cur Mundus diuidať, vel in quinq;, vel in sex plagas, & quomodo ei conueniat septenarius, & numerus circularis, & quomodo distribuať ad intelligibilis mundi similitudinem. Cap. XVII.

QVamobrẽ mũdanę diuisioni nõ iniuria accõmodanť numeri, in quibus radices primę sunt circulariũ numerorũ, Quinarius videlicet ex imparibus, ex paribus vero Senarius. Dicimus aũt numerũ viginti quinq; ex quinario in circuli morẽ multiplicari, quoniã ab eodẽ quodã modo redeatur in idem, dum quinquies quinq; computatur viginti quinq;. Item simili circulo numerũ cẽtũ viginti quinq;. Quinquies em̃ viginti quinq; tot cõficiũt. Eadẽ est ad triginta sex, itẽq; ad ducẽtos sexdecim, circularis senarii ratio. Sexies em̃ sex implet sex atq; triginta. Item sexies triginta sex ducentos implet & sexdecim. Et si superiores numeros ratione ortus sui alios quadratos, alios oblõgos nominãt, tũ ratione casus atq; finis nũcupãt circulares. Itaq; per quinariũ & senariũ radices primas circulariũ numerorum, mundi corpus circulare diuidimus. Primo quidẽ in partes quinq;. s. ignẽ cælestem, Ignem æthereum sub luna, Aerem, Aquam, Terram. Quę quidem diuisio in Epinomide cõprobatur. Deinde distribuimus per senarium, vbi cælestem ignem in non erraticum diuidimus & erraticum. Quæ partitio a Platone frequentius vsurpatur. Verum sensibilis mundi distributionem ab ipsa exemplaris sui distributione cõmodius hunc in modũ more Platonico deducemus. Excogitat q̃dem deus in mundo penes ipsum intelligibili alterã quidem vim formabilem, alteram formatricem. Illam, vt dixi, infinitudinem, hanc terminũ Pythagorici & Platonici nominant. Excogitat & mutuam harũ virium mixtionem, intelligitq; tertiam quandã ex hac mixtione formã protinus coalescere. Sed & hãc ipsam formã quasi triplicẽ animaduertit: habere em̃ nõnihil infinitudinis, nõnihil & termini, nõnihil & proprii. Quo fit, vt post binarium numerũ, infinitatis. s. atq; termini, ternarius e vestigio surgat, addita his tertia forma. Surgat quoq; quinarius, eiusmodi forma tripliciter distributa. Senarius deniq; nasciť, vbi mũdi illius munus ad inferiora pducenda porrigiť. Nasciť & septenarius, vbi mũdus ille velut imago referť ad patrem. In quo q̃dem gradu septimo, quasi die septimo cõquiescat. Si vero reddideris singula singulis, animaduertes corporeũ hunc mundum ab ipso superni mũdi termino ceu formã habere ignẽ, ab infinitudine vero ceu materiã habere terrã. A media vero illius forma humorẽ ignis terræq; conciliatorem, qui & conglutinet terram, natura propria dissipabilẽ, & nutriat ignẽ ex se facile resolubilẽ, & tria quædam in seipso possideat, hinc quidem igneũ, inde vero terreũ, sed nõnihil in medio propriũ purũq; aereũ, cum aliunde per sublime vergat ad ignẽ, aliũde per infimũ vergat ad terrã. Post hunc mundi quinarium fit senarius, si communem cunctorũ excogitaueris formam. Fit iterum septenarius, si hanc ipsam mundi formam reformaueris exemplari, in quo quidem die septimo conquiescat.

Quare sint in mũdo partes distinctæ, & quare contrariæ, & de quatuor elemẽtis. Cap. XVIII.

NOn solum vero distinctionem formarum, sed etiam repugnantiam videmus in mundo. procedit enim a primo, & procedendo degenerat. Processio quidem distinctionem facit, degeneratio repugnantiam. Quinimmo diuisionis ipsius origo est fœcunditas causæ foras exuberantis, seq; propagantis in amplum. procedente vero per gradus multos diuisione, in repugnantiam deniq; peruenitur, præsertim cum mundi mãteria ob imbecillitatem nequeat ita inuicem formas conciliare, vt mundus ille superior in seipso conciliat. Quo factum est, vt Deus materiam dimensione protenderit, vt repugnaturas inter se formas hospitiis diuersis exciperet. Deniq; cum & illa dicamus inter se contraria, quæ in eodem genere maxime distant, & illa diuersa, quæ inter se generibus separantur, ex eo q̃dem q contraria sunt in mundo, apparet genus quodlibet species habere q̃

neq; minus ex deo pendere, si dependerit pendeatq; semper, q̃ si aliquando cœperit dependere, vel desinat. Quemadmodum lumen non minus a sole ducit originem, neq; minus seruit soli, si semper, q̃ si aliquando profluxerit, effluatq; a sole.

Triplex coniectura Platonicę opinionis de Mundo, & quæ sit certitudo sententiæ Platonicæ de mundo. Cap. XIIII.

Caeterũ in rebus Platonicis, vel cõiectura incedimus, vel sciẽtia. Quãtũ ad coniecturã spectat, ita & ipse loquit, & sui disputãt, vt opinionẽ eius de origine mũdi in tria capita colligere liceat. Aut.n. putauit materiã aliquãdo ex nihilo a deo creatã simulq; formatã tẽpore. Quis in hoc opere qđ cõponit ex materia, secũdũ quendã pductionis ordinẽ materia ipsa prius cogitet fieri q̃ formari, & esse materiã prius q̃ esse formatã: atq; ante opus ex materia factũ, materia quęri soleat ex qua fuerat opus cõficiendũ. Aut deũ materiã nõ aliquãdo nouã peperisse sed ab ęterno, similiterq; ornasse, q̃uis inornata prius q̃ ornata fingat. siqdẽ natura sua caret ordine, quẽ expectat ab alio. Cũq; res quęlibet prius cogitet secundũ id qđ est, q̃ secũdũ id qđ accipit, merito seorsum ab ordine potest ipsa in se ordinis expers excogitari. Aut vt dixi, materiã semp a deo fuisse, atq; cõtinue, sed nõ continue ordinatã, immo p temporũ interualla: ita vt dei sit stabiliter ordinare, materię vero ordinari mobiliter, accipiatq; tẽporalẽ ordinis sui temperationẽ nõ aliter q̃ a fabro accipit horologiũ, peractisq; p natura sua certis tẽporũ iteruallis amittat ordinẽ paulatim ac deniq; totũ, redeatq; in Chaos, sed Deus subito extremã cõfusionẽ minime tolerãs in priorẽ dispositionẽ vnico nutu retẽperet, idq; fiat infinite vicissim, nunq̃ mutato Deo, infinite reformata materia. Hactenus humana in Platonicis pcesserit coniectura. Quãtũ vero habem⁹ sciẽtia, affirmamus Platonẽ nostrũ affirmauisse Mundũ non ex se existere, sed ex causa, nõ ex causa fortuita, sed ex certa, nõ ex naturali dũtaxat causa, sed intellectuali, nõ ex intellectu p modũ naturæ determinato, sed poti⁹ volũtario, nõ volũtate ex naturali quodã instinctu cõpulsa, sed libera. Nihil eñ magis liberũ q̃ qđ p se est, & p se agit omnino, neq; tñ cõtingẽte aliqua volũtate. Nihil eñ cõtingẽs, vbi idẽ est volũtas atq; necessitas. Nihil iterũ violẽtũ, vbi idẽ est vicissim necessitas & volũtas. Vt aũt id aperiret, nõ minus replicauit in fabricãdo mũdo voluntatis diuinę q̃ intelligentię nomẽ. Atq; addidit ipsam voluntatẽ boni esse summã causam, & certissimam causarũ. Quã ex eo ostẽdit liberã esse, ꝙ sępe ait Deũ Architecti more cõsultauisse, atq; deliberauisse de opere cõstruẽdo. quibus in verbis nõ ambigentẽ intelligi Deũ vult, sed libere eligẽtẽ. Proinde mũdanum opus nõ semel tãtũ pcessisse inquit a Deo, sed pcedere seruariq; assidue. Quinetiam suprema mundi numina vna cũ mũdo ex seipsis dissolubilia fore, nisi diuina volũtate regant. Satis ergo fuerit & id qdem q̃ maximũ, talia de affirmãte philosopho affirmasse. his eñ cõcessis facile poteris Deum dicere qsi puidẽte & libera efficit volũtate, mũdũ absq; nouitate sui nouũ composuisse. Ac si audiueris nõ aliquãdo nouũ, sed ab ęuo potius edidisse, poteris maiestatẽ simul suã seruare Deo, cuius volũtate, & hac qdẽ libera, mũdus nõ minus eget, & pendet si eget pendetq; semper, q̃ si quãdoq; pcesserit. Quoniã vero Plato sępe ait, eatenus de diuinis asseuerãdũ, quatenus diuinis oraculis comprobetur, & nos sacris literis potius q̃ coniecturis nostris assentire debemus.

Mundus boni gratia procreatus ad diuinæ rationis verbiq; diuini similitudinem. Cap. XV.

MVndum ergo fecit voluntate, id est bonitate sua, tam voluntarie q̃ naturaliter ob immẽsam fœcunditatem exuberãte. quę primũ quidem seipsa gaudet, ob idq; deinde sua hac delectatur imagine: ita tamen, vt non in hac imagine, sed in ipso exemplari, atq; principio delectationis huius cõstituat finem. Quoniam igitur bonitate fecit mundum, idcirco boni gratia fecit ipsum. non enim vt esset, viueret, intelligeret simpliciter, procreauit: sed vt & bene esset, viueretq;, & bonũ intelligeret atq; cõpararet. Id illi Mosaico valde consonat. Vidit deus hoc & illud esse bonũ, & cũcta valde bona. Et quia pulchritudo splendor est bonitatis, ideo subdit ab optimo Deo mundũ esse pulcherrimũ pcreatũ, tẽporalẽ qdẽ, sed ad ęterni exẽplaris imaginẽ. Dicet & sępe, quot species sunt in Archetypo, id est principali mũdo. i. intelligibiles atq; imitabiles, totidẽ rerũ formas in hoc mundo disposuisse, atq; ita sibi similẽ effecisse: vtpote q intelligat ideas rerũ nõ inter nubes, vt maledici qdã calumniant, sed in mundani architecti mẽte consistere. Vbi vero ait in ipsa vita ideas esse, vaticinari videtur euangelicũ illud. Qđ factũ est in ipso vita erat. Et vbi ait repetitq; sępe mundum diuina prouidentia cõstitutũ, totam confirmat religionẽ. Quod qdem cũ obseruasset Theophrastus tanq̃ in philosopho mirũ, ait. Plato solus vel certe maxime omniũ, a diuina prouidẽtia rerum causas assignauit. Sed o Theophraste quacũq; id mente de Platone dicas, pculdubio cõfiteberis Platonem solũ vel omnium maxime prouidentem esse atq; diuinum.

Cur Mundus sit vnus, & sphęricus, & moueatur in sphęram. Cap. XVI.

OStendit vero deinceps diuinum ipsum mundi exemplar, quod euangelista, sed diuiniore sensu diuinum appellat verbum, esse vnicum, quia quod contineat omnia, nihil relinquat extra

tas,solida in mediũ adducẽte. Per solida eñ comprehẽdit & põdera,q̃ etiã significat vbi post dimensiones cõmemorat vires inclinationũ quasi põderũ causas. Per numeros qdẽ intelligi vult ipsas rerũ naturaliũ species,formasq; substãtiales,quas etiã Aristoteles numeris cõparauit. Per mẽsuras aũt,certas instrumẽtalesq; figuras,vel magnitudines speciebus certis accõmodatas. Per solida deniq; atq; vires,significat qualitates,quę & cũ molibus penitus p̃tẽdunt, & p̃stãt motionibus actionibusq; momẽtũ. Iudicãt aũt oẽs in vniuerso,tũ rerũ species,tũ specierũ figuras magnitudinesq;,tũ qualitates, geometrica inuicẽ & musica p̃portione cõpositas,vt qua ratione infimę a mediis,eadẽ medię a superioribus excedant. Itẽ p̃ numeros designat mediũ Arithmeticũ,qđ in numerorũ paritate cõsistit. Per dimẽsiones atq; mensuras mediũ Geometricũ,qđ in rationis p̃portionisq; idẽtitate locat. Per pondera,& vires,medium Musicũ, quod in p̃portionis æqualitate vel similitudine situm,velocitatẽ,tarditatẽq; motionum,& acumen grauitatemq; vocum virtute comprehendit.

Prima discursio,quare quaternarius elementorum numerus mundo conueniat. Cap. XX.

SEd de his alibi latius. Iã vero ad partitionẽ mundanarũ partiũ reuertamur,quo harmonicã ipsarum compositionẽ cõspicere valeamus. In superioribus qdẽ quinariũ,& senariũ circulari mũdi figurę cõgruere dicebamus. Nũc insup quaternariũ eiusdẽ plenitudini dicimus cõuenire. Profecto quaternarius primus implet oẽm differẽtiã numerorũ, primũ parẽ ac primũ imparẽ in se cõplectẽs. Implet & simplicẽ numerorũ p̃gressionẽ,qñ terminis quatuor explet denariũ,vno, duobus,tribus,quatuor,denariũ p̃fecte cõsummãs. Implet p̃cessum quoq; dimensionũ,terminis videlicet quatuor assequẽs,signo,lõgitudine,latitudine,atq; p̃fundo. Implet musicã cõsonãtiã. Nẽpe intra quaternarii limites dupla,tripla,quadrupla,sesqaltera,sesquitertia, diapason,disdiapason,diapente,diatessaron,coercent. Implet naturã ad quatuor vsq; terminos p̃cedentẽ,substantia,quãtitate, qualitate,motu. Implet deniq; vniuersum,siue qđ in natura,siue qđ supra naturã,essentia,esse,virtute, atq; actione. Merito igit Pythagorici quatrinitate plenitudinem mũdani tũ corporis,tum animi designabãt,eamq; iureiurando testabant naturæ perpetuo fluentis fontẽ esse quadruplicẽ. Ex hoc nimirũ fonte manat quaternarius elementorũ numerus. Hinc quadruplicitas in cælo quadruplex. Hinc sub cælo tẽpora quatuor. Hinc sub tẽpore,quatuor humores,cõplexiões,affectus. Hinc sup tẽpus quatuor virtutes surgunt. Hinc in æternitate quatuor exempla virtutum.

Secunda ad idem probandum discursio. Cap. XXI.

PReterea nisi vererer partim p̃lixitatẽ,partim etiã nouitatẽ,recẽserẽ mira q̃dã Iãblichi, & *Syriani*,Procliq; cõmenta,gradus quatuor sup mundũ supernũ cõstituẽtiũ.s.vnũ,terminũ,infinitudinẽ, mixtionẽ. Proinde supernũ mũdũ.i.primã intelligibilẽq; mẽtẽ: post eã ponentiũ mẽtẽ mũdũq; partim intelligibilẽ,partim quoq; intellectualẽ: post hãc intellectualẽ simpliciter mẽtẽ atq; mũdũ: Quarto vero loco mẽtẽ iã mũdũq; animalẽ,sensibilis mũdi ducẽ. Itẽ supremã mẽtẽ & suspicere quatuor illa,vnũ.s.terminũq;,& infinitatẽ atq; mixtionẽ,& habere suapte natura quatuor, videlicet hinc qdẽ vnitatẽ,inde vero essentiã. Rursus vnitatẽ essentialẽ, & essentiã vniformẽ, atq; oẽs omnino rerũ ideas quadruplicis similiter naturæ participes. Itẽ mẽtẽ ipsam intellectualẽ Iouialẽq; mũdi opificẽ in fabricãdo mũdo suspicere in mẽtem intelligibilẽ atq; supremã velut exẽplar, & in bonũ veluti finẽ. Et qua ratione in mũdo intelligibili, qđ & ipsum ens ipsumq; viuẽs nominãt, principia & ideas suspicit naturę quadruplicis,in quatuor similiter plagas digerere mũdũ. Quarũ prima a primo cælo postq; cęlũ p̃ ignis sphęrã vsq; ad aeris principiũ p̃tendat: Secũda inde ad aerẽ vsq; mediũ: Tertia inde ad terrã: Quarta vero sit terra: atq; huiusmodi partitioni quatuor in qualibet plaga respõdeãt exercitus rationaliũ habitãtiũ,deorũ.s.mundanorũ,item angelorũ,deinde dęmonum,postremo particularium animarum. Sed his omissis ad institutum nostrum regrediamur.

Tertia ad idem confirmandum discursio. Cap. XXII.

QVatuor apud Metaphysicũ sunt elemẽta,essentia,esse,virtus,& actio. Quatuor apud Mathematicũ,signum,linea,planum,atq; p̃fundũ. Quatuor apud Physicũ, seminaria naturæ virtus,pullulatio naturalis,& adulta forma,atq; cõpositũ. Redde vero singula singulis. Essentię quidem signum atq; semen: ipsi vero esse lineã,pullulationemq;: virtuti planũ atq; formã: actioni p̃fundũ atq; cõpositũ: & vbiq; extrema velut solida duobus concilia mediis. Manifeste vero qđ in mathematicis signũ est,Plato in Physicis virtutẽ seminariã indiuiduãq; & stabilẽ esse putat. Qđ aũt in mathematicis linearis in lõgũ p̃ductio,id in Physicis germinãtis formę pullulationẽ, vt ita loquar, existimat. Itẽ qđ ibi planũ,hic p̃prie formã. vt.n. planities corpus terminat,ita forma materiã. Deniq; qđ ibi p̃fundũ,hic est cõpositũ,cõpositũ inquã duplex,tũ formale.i.ex pluribus formis cõplexio quædã sphęrę solidę similis,tũ materiale.i.ex forma atq; materia,cubo similior. Qz ergo ait inter duo plana vnum sufficere mediũ,intellige inter duas formas medium vnicũ satisfacere.i.formale. Formę eñ cũ formis deinceps vbi per extrema sui sese cõtingũt,vno quodã formali medio cõgruũt, vtrinq; par

plurimas:ex eo autem ꝙ diuersa,cõstat vniuersum genera possidere ꝑmulta. Quoniã vero & species omnes ad genera,& genera ad vniuersum,cõmunemq; eius formam denięq; reducunt, concludit, sicut superior mundus vniformis est atq; omniformis,ita hunc omniformem esse atq; vniformem.Cõducit aũt contraria elementorũ cęlorũq; qualitas & figura,ad nouas formas quotidie generãdas, cõferente videlicet motione.Siue eñ vnicũ fuerit elemẽtũ,nihil vtiq; generabit,qđ & Hippocrates asserit.Siue plura inter se similia,noui nihil efficiet,quod probat Heraclitus. Oportet tñ hunc mũdũ ꝑpetua nouarũ generatione formarum ęternã superioris omniformisq; mundi actionẽ pro viribus imitari.Esto itaq;,vt poesis canit Empedoclis,contraria inter se elementa.Esto & inter contraria mediũ,quãdo cõtraria & maxime distãt,& absq; medio minime cõgruũt.At mediũ hoc indiuisibile esse nequit.alioquin ꝑ ipsum cõtraria nõ distabũt.habet ergo dimensionẽ.Sed qua parte alterũ tãgit, nõ tangit alterũ.Et habet insuper partẽ necessario mediã,ꝑ quã ęque discrepet ab extremis.Propterea Plato inter cõtraria semꝑ media saltẽ interserit duo,queãdmodũ ex verbis eius euidenter apparet.Interserit & tertiũ,vbi ait,mediũ vim habere ꝑ quã nõ solũ extremorũ sed suã quoq; custodiat vnionem.Sed ponat manifeste duo:neq; eñ nunc id contendimus,ceu inter ignẽ & terrã,duo quędã,Aerem.s.atq; aquã.Opus aũt esse duobus saltẽ mediis inter contraria omnino corpora, ostendit ex numeris,atq; dimensionibus,quę naturalia corpora quodãmodo antecedunt.

Numeri Lineares.Plani.Solidi.Et quare inter planos vnũ sufficit mediũ,sed inter solidos nõ satisfacit.Et quomodo Mathematicæ rationes ad Physicas referantur. Cap.XIX.

TRiplices esse numeros apud Pythagoricos alibi declarauimus,Lineares,Planos, Solidos.Lineares qđẽ quos sola metit̃ vnitas quasi punctũ,vt Binarius,Ternarius,Quinarius,Septenarius atq; similes.Planos aũt q̃ multiplicant̃ ex numeris quasi lateribus.Ceu senari⁹ ex bis tribus fit terve duobus.Atq ex planorũ numero eos quadrãgulos,& ęq̃lateres appellamus,q̃ ex numeri alicuius in seipsum ductu cõficiunt̃.Ceu quaternarius ex bis duobus, & nouenarius ex ter tribus,& sexdecim ex quater quatuor.Inęquilateres aũt,q̃ ex ductu minoris numeri in maiorẽ,qualis fit senarius ex duorũ in tria deductione.Dicimus & oblõgos,q̃ ex ductu numeri admodũ minoris,in numerũ lõge maiorẽ cõficiunt̃,qualis est denarius ex deductione duorũ in q̃nq; resultãs.Siqđẽ ex bis q̃nq; fit decẽ.Hũc si in decimo de Rep.appellauimus quodãmodo linearẽ,intelligi volebamus oblongum. Præter hos aũt,eos solidos dicebamus,q̃ ex deductione atq; reductione numeri alicuius in seipsum efficiuntur,instar molis solidę in trinã quasi ꝓducti dimensionem,vt bis duo bis,octo. Ter tria ter,vigintiseptem.Quater quatuor quater, sexagintaquatuor.Accipe duos planorum primos, q̃ videlicet a primis linearibus ꝓcreant̃,vtputa hinc qđẽ quaternariũ a binario,inde vero nouenariũ a ternario ꝓcreatum.Hos sane planos duos,nouenariũ.s.atq; quaternariũ,poteris vnico compẽtẽti medio inuicem deuincire,hoc est senario.Quę eñ ꝓportio est nouẽ ad sex,eadẽ sex erit ad quatuor. vtrobiq;.n. est ꝓportio sesquialtera.siquidẽ nouem cõtinet sex,& insuꝑ alterã eius partem.i.ternarium.Similiter sex comprehẽdit quatuor,atq; insuꝑ binariũ,alterã,i.dimidiã quaternarii partem. Senariũ vero esse competẽs mediũ inde patet,ꝙ ex vtrisq; componit̃.Latus eñ quaternarii qđem est binarius,nouenarii vero ternarius.Ex multiplicatione aũt binarii in ternariũ fit senarius. Similiter si acceperis vltra nouẽ aliũ quadratũ.s.sexdecim,medius erit duodecim,q̃ ex lateribus horũ nascit̃. Latus eñ nouenarii qđẽ tria,sexdecim vero quatuor.At si tria ducas in quatuor,duodecim reportabis, qui horũ medius pari vtrũq; ratione cõnectit,sesquitertia videlicet ratione. Nã sexdecim comprehendit duodecim,ac tertiã insuper eius partem.Similiter duodecim vltra nouẽ includit tertiã nouenarii portionem.Cernis itaq;,qđ inquit Plato,planos numeros vnico posse medio colligari.Accipe p̃terea numeros solidorũ primos,eos inquã q̃ primi ex primis efficiunt̃ linearibus in se ductis atq; reductis, hinc qđem octo a binario,inde vero vigintiseptem a ternario ꝓcreatũ.Hos vtiq; non poteris vnico inuicem medio copulare,sed cogeris duo saltem accipere media.s.duodecim, atq; decẽ & octo. Accipies eñ duodecim ex bis duo ter,decem vero & octo ex ter tria bis,perq; hos numeros conciliabis extremos sesquialtera ratione.Nempe vigintiseptem numerus,decem & octo complectitur, & alterã rursus eius partem,id est nouem.Similiter decem & octo exuperat duodecim.Item duodecim æqualiter excedit octo.Per hæc perspicuum est,solidos numeros pluribus semper quibus congrue copulentur, mediis indigere. Qđ autem exposuimus in numeris, idem possumus in dimensionibus, tum planis, tum solidis demonstrare,ostendentes inter plana comparabilia inuicem vnum sępe sufficere mediũ: inter solida vero comparabilia, plura vera media esse ponenda. Quod quidem & prolixum nimis foret,& satis a Iamblicho, & Proclo, & Chalcidio est ostensum . Quoniam vero Plato Mathematica hęc nõ propter seipsa qđem,sed ꝓpter naturalia hic accepit,his prętermissis consideremus breuiter quę potissimũ naturæ mysteria ꝑ mathematicas imagines subintelligat.Principio quod in sacris literis legit̃,Deũ oĩa in numero,mẽsura,põdere ꝑfecisse,manifeste tangit̃ a Platone,numeros,mensu

ex quo viginti septem, est ternari⁹. Sed ex binario atq; ternario ita fit duodenarius, si egeris bis duo ter: vbi duodenarius oriens, duo ab octonario accipit latera, vnũ vero a viginti septẽ. Item ex binario atq; ternario ita fit decem & octo, si egeris ter tria bis: vbi decẽ & octo numerus nascens, ab octonario quidem remoto latus accipit vnũ, vbi dicit bis: sed a numero viginti septem latera duo, vbi ter tria. Similiter elemẽta duo inter ignem terramq; media, dum ex extremis contemperant, interim a p ximo quidem naturas reportant geminas, a remoto vero vnicã mutuantur.

Qꝫ totus mundus ex quatuor componitur elementis, & quomodo hæc alia ratione sunt in cælo, aliter infra lunam. Cap. XXIIII.

EX his quatuor elemẽtis Geometrica & Musica inuicẽ ratione coniũctis, vniuersum mundũ esse cõpositũ Pythagorici Platoniciq; oẽs existimãt, ita tñ, vt cõsonãtia horũ in cælo nullã vnq̃ dissonantiã pariat: sub cęlo aũt, dissonantia quædã alicubi oriri videat interdũ, sed statim p superiorẽ concentũ in formã consonãtẽ mirabiliter redigat. Esse vtiq; elementa hæc sub Luna, nemo negabit. Esse vero in cęlo, physici nõnulli negabũt. Sed isti audiãt metaphysicos precor pbantes elemẽta p ideas suas esse in ipso mũdi opifice, esse inde in aĩa mũdi p rationes suas, esse in natura p semina. Ergo & in cęlo p virtutes, & sub cęlo p formas. Quo eñ pacto a causis cęlo superiorib⁹ elemẽtorũ naturę trãseunt infra cęlũ, & ibi qdẽ pprinus nutaturę, nisi virtutes horũ moderatrices cælo interim infundant? Quinimmo sicut agricola qdẽ nõ regit architectũ, qm̃ architecturę nullas continet rõnes: Geometra vero has possidẽs, regit illũ: sic & cælũ nisi elemẽtorũ elemẽtaliũq; cõprehendat vires, hęc gubernabit nunq̃: gubernãs vero cõplectit, immo complectẽdo gubernat. Audiãt & astronomos tã in signis q̃ in planetis naturas designãtes elemẽtorũ, & effectu pbãtes. Audiãt deniq; sacras literas ponentes sęp in cęlis aquas, ponentes terrã quoq; viuentiũ. Qꝫ si duo hęc ibi cęlestiũ dissimiliora ponunt, multomagis ignis & aer cęlestiũ similiores ibidẽ a sacris literis collocant. Respõdebũt, vt arbitror, aliq. vires illic qdẽ elementorũ excellentissimas p modũ causę ponẽdas esse, in sphæris autẽ elementorũ sub luna naturas eoꝝ secũdũ formã, in cõpositis tandẽ participatiõe quadã: sed naturas ipsas elemẽtorũ in cælo esse negabũt. Ad hęc adducent Platonici virtutes vbiq; pprias in ppria natura fundari. Itaq; si sunt horũ virtutes in cælo, esse quoq; naturas. sed queadmodũ virtutes illic in genere quodã longe his excellẽtiore cõsistũt, ita naturas in excellentiore, immo, vt rectius loquar, excellentissimo. Et naturã illã ignis eminẽtissimã prębere cælo sensibile lumen, viuificũ calorem, motumq; prõptissimũ. Naturã terrę largiri solidã firmãq; stabilitatẽ. Itẽ & stellis dẽsitudinẽ qua videri possint, & lunę qua radios repellat solares. Naturã aeris pstare pspicuã qualitatẽ, quã nominãt trãslucentem. Naturã aquæ afferre delicatissimã & æquabilissimã lenitatẽ. Et qđ maximũ est, ipsis sphærarũ labiis qbus sese contingunt, inserere virtutem illã frigoris & humoris, p quam fiat vt q̃uis ex velocissimo motu rapidissime & vehementissime se contingãt, æstus tamen illic resolutioq; non accidat. Has quidem in cælis aquas Hebræi valde pbabunt. Probabunt etiã, vt arbitror, si audiuerint p naturam illic terræ viuentium fieri, vt materię alioquin tenuissimę ex tãto motu non dissipentur. Meminisse vero oportet, tantã esse in cęlesti substantia virtutem, tãq; ad conciliandum efficacem, vt qualitates, & motiones quæ apud nos sunt inter se repugnantes, ibi non pugnent. Item vt reliqua illic elemẽta statim a prima genitura mundi in formã præstãtissimi. i. ignis redacta fuerint, quemadmodũ p motum cælestem elementa quatuor apud nos in quauis genitura ad vnã reducunt mixti formã. Neq; miraberis in vnum illic elementa conflari, si cogitabis etiã infra lunã in vnã molem esse compacta: & ignem esse soliditatis terrenæ participem, ne ob tenuissimã mobilissimãq; naturam continuo dispergat: terrã quoq; per se torpentem, ignis consortio actionem vitãq; nãcisci. Qꝫ si extrema miscent, nimirũ & media mediis extremisq; misceri. Itẽ si tãta est infra lunã vnio, sup lunã esse multo maiorẽ: sed terrę soliditatem siue stabilitatẽ illic absq; crassitudine in vaporea quasi forma regnare: rursus æquabilitatem lenitatẽq; aquæ pcul a lapsu, agilitatẽ aeris ab effluxu seorsum, efficaciã ignis in lumine salubriq; calore intelligentię vitæq; psimili dominari, seorsum ab ea combustione, ad quã efficiendam apud nos cogit tum lumẽ inter concaua repercussum, tũ calor igneus aspera quadã materia & mordaci cõclusus. q certe quatenus a terrena crassitudine soluit, eatenus lucet purius, caletq; salubrius. Ergo vna cũ Heraclito, & Empedocle, dicem⁹ ignis ipsius q in idea est, intellectuale lumen, in cælo quidẽ visibile lumẽ ad oculos emicare, sub cælo aũt in æthere purã ipsius & innoxiã vigere flãmã, in terra vero carbonẽ in aspera materia cõburentẽ. Dicem⁹ postremo cũ Orpheo esse insup apud inferos quatuor elemẽta, Pyriphlegethõtẽ, Acherõtẽ, & Oceanũ, & Cocytũ. Dicemus cũ Platone, queadmodũ in archetypo mundo oĩa sunt in oĩbus, ita in hoc imaginario mũdo oĩa in omnibus esse: sed p natura suscipientiũ vbiq; singula suscipi, vt cælestia in elemẽtis elemẽtalia sint, elementa in cælo cælestia: atq; tãtã esse cælestis regionis sup alias excellẽtiã, vt cælestis ignis pter elemẽtalẽ ignem triaq; reliqua elementa dici quintum valeat elementum. Hinc mũdos qnq; appellari posse ait. Siquidẽ oĩa rerũ genera

tim qdem cõueniente, partim etiam differente. At vero ꝙ inquit solida solidis medio duplici copulari, significat inter cõposita naturalia duo diuersæ naturæ gemina media interponi. Quorũ alterũ qdem formale sit, alterũ vero materiale. In quolibet eñ cõposito, hinc principalis forma, inde accommodatum formæ subiectum consideratur. Hinc efficitur, vt inter diuersa cõposita consurgat discrepantia duplex, altera qdem magis ratione formę, altera vero magis ratione subiecti.

Quarta ad idem discursio, & de viribus, proportionibusq́ elementorum. Cap. XXIII.

EAdem hęc alia insuper ratione corroborant̃, si a quatrinitatibus modo descriptis, ad quatrinitatẽ sphęrę descẽdas. In hac vtiq́ consideratur natura medii, cõsiderat̃ & natura circunferentię longissime inter se distantes tam ꝓprietate q̃ situ. Cõsiderat̃ insuper hinc quidem spatium quatenus propria virtus centri porrigitur: inde vero spatium, quatenus ꝓpria magis circunferentiæ vis protenditur. Hinc quatuor computantur plagę mundi, & quatuor similiter elementa.

	A substantia.	A virtute.	Ab actione.
Ignis:	subtilis:	acutus:	mobilis.
Aer:	subtilis:	obtusus:	mobilis.
Aqua:	crassa:	obtusa:	mobilis.
Terra:	crassa:	obtusa:	immobilis.

Alia positio earundem.

Ignis:	acutus:	subtilis:	mobilis.
Aer:	obtusus:	subtilis:	mobilis.
Aqua:	obtusa:	crassa:	mobilis.
Terra:	obtusa:	crassa:	immobilis.


Quorũ qđ in circũferẽtia ponit̃ naturã eius seq̃ẽs, amplissimũ est, ideoq́ oĩm subtilissimũ p substantiã, per virtutem vero acutissimũ, penetrationiq́ aptissimũ, p actionem deniq́ promptissimum est ad motum. Quod aũt situm est in medio, naturã quoq́ sequens medii, angustissimũ est, & densissimum per substãtiã, p virtutem vero obtusum, p actionem deniq́ ad motum est ineptissimum. Media vero duo medio in his modo se habent. Proinde sicut maxime distãt in sphæra ambitus atq́ centrũ, ita p situm, & naturã ignis terraq́ plurimũ discrepant. Ille enim ita petit ambitũ, vt nunq̃ naturaliter medium: hæc ita centrum, vt nunq̃ naturaliter ambitum. Aer vero interdũ descẽdit, si videlicet in sublimi ignis regione ponat̃. Aqua etiã ascendit, si sub terrã cohibeat̃. Quemadmodũ vero in igne & terra tria considerant̃. s. substãtia, virtus, actio, sic & tres potissimũ ꝓprietates: videlicet in igne quidem p substantiã subtilitas, p virtutem acumen, p actionem mobilitas. In terra vero opposita, p substantiã crassitudo, p virtutem obtusitas, p actionem immobilitas. Dicunt̃ aũt horum naturæ apud Platonẽ solidę, quia instar dimensionis trinę, trinas possident qualitates. Qꝫ si duntaxat haberẽt planorum instar, vnum sufficeret medium, quod videlicet in qualitate quidem vna congrueret cum extremis, in altera vero differret. At quoniã tres inuicem oppositas habẽt, duobus, vt vincian̄t, opus est mediis, quorum vtrũq́ cum proximo quidem, tum extremo, tum medio, in duplici conueniat qualitate, in vnica discrepet: cum remoto vero extremo, in vna quidem congruat, sed differat in duabus. Sic vtiq́ ignem sequitur aer, in subtilitate, & mobilitate igni ꝑsimilis, sed quadam virtutis obtusitate dissimilis: in qua etiam vnica quodãmodo cum terra consentit, cum aqua vero duabus. s. obtusitate atq́ mobilitate. Aqua sequitur aerem in duabus his aeri similis: sed vna similis igni, scilicet mobilitate dũtaxat: at dissimilis igni duabus, crassitudine obtusitateq́ simul: dissimilis terræ mobilitate quadam, sed crassitudine obtusitateq́ similis. Profecto ꝙ ignis ad terram analogia quadam, id est rationis similitudine atq́ ꝓportione comparabilis sit, apparet. Quemadmodum enim se habet subtilitas ignis ad terreã crassitudinem, sic ignis acumen ad obtusitatem terræ, sic iterũ ad immobilitatem terrę mobilitas ignis. Qꝫ etiã cõparabilis sit, sed potiori aliqua ratione, ignis ad aerem, aer ad aquam, aqua ad terrã, ex consensione qualitatũ est manifestũ. Videt̃ autem elementi proximi quidem ad proximum conuenientia ad discrepantiã esse dupla: ad remotũ vero cõtra, dupla esse ad cõueniẽtiã discrepãtia. Videt̃ ignis aere duplo subtilior, triplo mobilior, quadruplo vero acutior. Itẽ aer aqua acutior duplo, triplo mobilior, quadruplo esse subtilior. Rursus aqua q̃ terra acutior duplo, triplo subtilior, quadruplo ad motũ esse paratior. Procedere vero inter cognata ad quadruplã vsq́ ꝓportionem duntaxat apud Musicos est concessum. Longiori enim ꝓgressione aures offenduntur. Quinetiam in his perfectæ rationes musicæ continent̃. In his vtiq́ per tres qualitates quasi p trinas dimensiones, & solida quædam, ter quoq́ solideq́ ad solida vsq́ procedimus. Nam per duplam quarto gradu ad octo peruenimus, qui prim⁹ est solidus. Item per triplas quarto similiter gradu ad viginti septem, qui solidus est secundus. Rursus per quadruplas rationes, quarto deniq́ loco ad sexaginta quatuor, q tertiũ inter solidos numeros obtinet locum. octo enim a binario solide, id est ter accepto siue ducto, viginti septem a ternario ducto ter, sexaginta quatuor a quaternario similiter in seipsum ter multiplicato creatur. Cæterum vt notius sit quanta apud Platonem congruitas mathematicis inest ad physica, repetenda sunt duo illa primorum media solidorum. Posuimus enim inter octo atq́ viginti septẽ, cõpetentia media duo, videlicet duodecim, atq́ decem & octo. Duodecim quidem numerus, tũ ex octo tum ex viginti septem nascitur. Latus siquidem ex quo multiplicantur octo, binarius est: Latus autẽ

Dixissem aer aq̃ mobilior duplo, triplo acutior. Nã aqua p mobilitatẽ magis cõuenit cũ igne, p obtusum vero magis cũ terra.

immo sensus simulacrũ,& id quidẽ stupidũ,nullum iam habẽs iudiciũ qualitatis, sed in sola positum passione voluptatis cuiusdã atq; doloris.Sensus primus intellectũ repręsentat.Secũdus intelligentiã. Tertius vim animalẽ.Quartus deniq; naturalẽ.Meminisse vero oportet ipsam mũdi materiã neq; aliter suscipere aĩam q̃ p naturã, neq; aliter intelligẽtiã q̃ p aĩam, neq; aliter intellectũ q̃ p intelligẽtiam. Quẽadmodũ p terrã accipit aquã,p hãc aerẽ,p hũc & ignẽ.Cęterũ qđ deinceps his simile sequit̃,aĩad uerte.Ait em̃.De⁹ aĩam in medio posuit,eãq; ĩde extẽdit p totũ,ac demũ p ipsam extrinseca mũdi ptexit.Primo qdẽ significat aĩam & implere totã mũdi molẽ,aliis.s.virtutibus alias mũdi partes moderantẽ,& suprema sui circa mũdũ virtute.i.intellectuali puidẽtia mũdũ exuperare.Q; aũt virtus aĩæ ab ipso medio porrigat̃ p vniuersum, bis p quatuor gradus exponit̃.Primo qdẽ a media terra passim virtutẽ cõnectendi ptendit,a media aqua diffundit vim vitalẽ,ab aere similiter sensualẽ,ab igne rationalẽ.Deinde a media mũdi sphęra vim,vt diximus,cõnectẽdi,a sphęra Lunę generabiliũ ingenerabiliũq; media vim vitalẽ,a Sole mũdi corde sensualẽ,a Zodiaco medio firmamenti rationalẽ. Cũ vero duplex sit ad deũ ordo rerũ,alter quo ab eo pcedũt,alter quo pcedẽtes cõuertunt̃ ad ipsum,Plato pcessionis ordinẽ secutus est,vbi ait.Deus intellectũ in anima,animã locauit in corpore.Conuersionis quoq; ordinẽ cogitãs ait.De⁹ animã in medio positã ptẽdit eã inde p totũ,& interim aliqd eius eduxit extra mundũ:quo videlicet,dũ puideret mũdo,conuerteretur ad deum.

De cõpositione Animæ,& q; p quinariũ in ea cõponẽda opportune pceditur. Cap.XXVII.


QVoniã multa quæ ptinent ad sphęrarũ animas,mẽtes,motiones,cõpositionẽ animę,in Theologia planius exposuimus,idcirco in illis exponendis hic & fuimus,& erimus breuiores. Nã ad nonnulla magis propria iam properamus.Principio quinariũ numerũ compositioni partitioniq; animę cõuenire tribus de causis arbitramur.Prima, qa sicut quinarius ex primo pari primoq; impari constat,sic anima ex diuidua indiuiduaq; natura.Scis aũt parẽ numerum appellari diuiduum,imparem vero indiuisibilẽ,qm̃ in partes æquales diuidi nequit.Secũda, quoniam genera etiã quibus a deo cõponunt̃ omnia,p quinq; distribuunt̃. Sunt em̃ essentia,idẽ, alterũ,status, motus.Animã vero velut omniũ mediã,præcipua quadã ratione ex ipsis qnq; omniũ generibus cõpositã arbitrant̃. Tertia, qa cũ anima sit mediũ vniuersi, naturaliter quinarium suscipit,vniuersi numeri medium. Est enim quinarius perfectũ denarii medium.Nam cum quinquies rite denarium diuidamus,mediũ est ęque distans in qualibet diuisione quinarius.Primo quidem si decem in nouem diuiseris atq; vnum, videbis quinarium inter vnum nouẽq; esse medium pariter vtrinq; distans.Si secundo in octo atq; duo partiri decem volueris, rursus quinarium æquale inter hæc medium reportabis.Si tertio in septem atq; tria, vel quarto in sex & quatuor, iterum medium verum accipies inter extrema quinarium.Medium vbiq; dicimus Arithmeticũ.Q; autem quinto decem partitus in quinq; atq; quinq;,medium quinarium habeas,dictu superuacuũ est.Quas ob res Plato in distributione vniuersi,tũ corporis,vt ita dixerim,animabilis tũ animi,quinq; potissimũ capita adducit in mediũ. Nã vtrobiq; primum agit de ipsa rei ipsius,vt ita dixerim, subsistẽtia atq; fundamento,siue corporis inquã,siue animę.Secũdo de partiũ vtriusq; concordia.Tertio de specie ex partiũ concordia resultãte.Quarto de virtutibus speciei.Quinto de actionibus,quæ a virtutibus oriunt̃. Volũt vero Platonici ad essentiã animę tria illa.s.subsistentiã,concordiã,speciẽ ptinere:p hæc seq virtutem,& actionem.Concordiã inquã.i.congruã contẽperãtiã,& hãc quinariã.s.generũ,partium,rationũ,viriũ,actionum.Constat enim anima ex illis rerum quinq; generibus,per quæ & partes eius propriæ assignantur.Suscipit rursus a deo rerum omniũ rationes.Habet hinc vires multas propriasq;,per quas edit & actiones. Vbi vero animam appellat concordiam,vel concentum:memineris Platonem in Phædone quidem negare animam esse harmoniam.s.partium corporalium, ex ipsis confectã,in eisq; iacentem.In Timæo autem affirmare animam harmoniam esse.s.partium suarũ,in se manentẽ,& ex se corpus cõtemperãtem.Præterea vbi ait, Cõposuit deus ex indiuisibili semperq; eodem se modo habente essentia,itemq; ex illa quæ circa corpora fit diuisibilis, mediã essentiæ speciem.i.animã,expone hæc per illa quæ dicit alibi:Fecit deus mundũ viuentem,animatũ,intellectualem. Vbi enim dicit viuentem,designat vitã quandã naturalem p mundi corpora sparsam,vna cum corpore mũdi extẽsam mobiliterq; agentẽ. Vbi vero ait intellectualẽ, intelligit intellectus angelicos qui pprie regẽdis sphęris præfecti,& indiuisibiles sunt secũdũ locũ,& immutabiles secundũ tempus,



in quolibet horũ quæ sint ꝑ sua cuiusq; natura. Cõcludemus deniq; cõcordiã inter Moysen & Platonẽ, quem Numenius alterũ cognominat Moysen. Quod enim Moyses ait, In principio fecit Deus cęlũ & terrã: Plato ait, Deus primo ignẽ fecit ac terrã, ignẽ intelligẽs pręcipue cælũ. Principio enim in sphęra mundi centrum considerauit, & ambitum. Reliqua horum gratia interiecit.

Circularis mot⁹ oĩs, sphęrę semp mobili ꝓprius est. Itẽ ignis maxime ꝓpriũ est lumen. Cap. XXV.

SEd neq; nos turbẽt q cælũ idcirco igneũ esse diffidunt, quia cæli quidẽ motus sit circularis, ignis vero sit rectus. Nã etiam cęli portio quælibet, si forte ponat̃ in medio, repente ascẽdet in rectũ, breuiori videlicet tramite patriã ꝑititura, & tñ cæli motus proprius est circuitus: & terra si separet̃ a centro, descẽdet, & tñ eius ꝓpriũ est qescere. Profecto quælibet sphęra mobilis tã elementalis q̃ cælestis, ꝑ figura sua naturaliter mouet̃ in orbem, sic loco suo plenius fruitura. Motus aũt rectus vbicũq; est, nõ tã naturalis est, q̃ reditus in naturã. Sicui vero corpori circuitus cõuenit, maxime cõuenit igni. Cum eñ a terra distãtissim⁹ sit etiã p naturã, sicut terra est semꝑ immobilis, ita ille semꝑ est mobilis. Si semp mobilis, ergo in orbem. Qđ enim mouet̃ in rectũ, ꝑacto spatio qđ finitũ est, finit & motũ. Moueri vero in circulũ tã ignem q̃ aerem, ostẽdit circuitus cometarũ. Circuitum quoq; aquę testat̃ influxus ꝑpetuus & effluxus. Manere vero oportuit terrã, vt indiuisibili & stabili cẽtro foret similior, eoq; cõmodi⁹ fruereť. Moueri aũt supiora, vt varia semp ꝑ motionis varietate ꝓducerent. Neq; negẽt aliq cælũ esse calidũ, sed negent potius esse vrens. Neq; dicãt Solis lumẽ sola repcussione calefacere, sed sola cõburere. Nã Lunę radii reꝑcussi nihil calefaciũt, cum in ea virtus aquea dominetur. Calefaciũt aũt Solis radii salubriter pro ignea Solis viuificaq; natura. Neq; obiiciant ex tardiori Lunæ motu contingere, ne Lunę radii calefaciant. Nã & si ponitur esse tardior, tamẽ tãto ꝓpinquior est q̃ Sol hominibus, vt debeat si non tantũ, aliquãtũ tamen calefacere, si reꝑcussione dũtaxat proueniat calefactio. Neq; adducant ęstum esse ignis proprium. Siquidem quo minus alienæ miscetur materiæ, minus vrit. Sed dicant lumen ignis proprium. Quo enim purius, eo lucidius, licet oculis quibusdam non manifestius: & lucet longius q̃ calefaciat, & prius illuminat, & momẽto, & calorem largitur calefacto post ignem ad tempus seruante calorem, lumẽ vero largitur nulli, vt pote sibi proprium. Siquidem abeunte igne, simul abit & lumen.

De spiritu Mundi. i. de intellectu, & anima, & intelligentia, & natura. Cap. XXVI.

POstq̃ vero tractauit queẽadmodũ deus corpus construxit mũdanũ, deinceps queẽadmodũ mũdanã animã tẽꝑauit, aggredit̃ disputãdũ. Ostẽdit interea se ante oculos posuisse prius & informẽ molẽ q̃ formatã, & mox formatã quodã modo prius q̃ animatã, non qa vel informitas ante formationẽ fuerit, vel formatio corporalis ante aĩam, sed vt cognoscerem⁹ tã formabilẽ naturã formationis corporeę gratia, q̃ corporeã formationẽ gratia aĩæ tanq̃ finis, esse diuinitus institutam. Volẽs itaq; deus opus pfectũ facere, viuũ & intellectualẽ effecit mundũ: atq; vt ex ipso spiritu, & materia mũdi cõmodius aĩal vnũ cõnecteret̃, materiã distinxit in quatuor, vt dixim⁹, elemẽta, quasi animalis huius humores, qa & spm̃ ei⁹ in quatuor voluerat esse distinctũ. Quatuor eñ ad mundi spiritũ ptinẽt. Primũ qdẽ intellect⁹, in se manẽs immobilis, sphęrę motor siue rector, ita regẽdis sphęris ab auctore rerũ oĩm institut⁹. Secũdũ sphęrę aĩa, motor mobilis qdẽ, sed mobilis p seipm̃. Tertiũ intelligentia q̃dã, huic aĩę a deo, & intellectu supiore diuinitus insita. Quartũ natura. i. seminaria vitalisq; virtus, ab aĩa passim infusa materię. Intellectus qdẽ & aĩa substãtię sunt, intelligẽtia vero atq; natura sunt qualitates. Illa qdẽ aĩæ, hæc vero materiæ. Horũ quatuor imagines sunt quatuor elemẽta. Ignis eñ intellectũ refert, Terra naturã, Intelligentiã Aer, Aqua deniq; aĩam. Et sicut igni tria ꝓpria sunt, tria quoq; opposita terræ, mediisq; media quadã ratione cõueniũt, sic tria intellectui ꝓpria eorumq; opposita ꝓpria sunt naturæ, mediis quoq; media. Intellectus eñ indiuiduus est, vniformis, æternus. Natura diuidua, & multiformis, & tẽporalis. Aĩa vero inter hęc media p intelligẽtiã quidẽ magis intellectus ipsius particeps euadit q̃ naturæ: p aĩalẽ vero potẽtiã, cũ natura poti⁹ q̃ cũ intellectu cõsentit. Quãobrẽ ptim indiuidua dicit̃, ptim quoq; diuidua. Itẽ vniformis similiter, & multiformis. Rursus ęterna ptim, & tẽporalis. Proinde quatuor vitę secũdũ quadruplicẽ mũdi spm̃ numerant̃. Saturnia qdẽ vita in intellectu suspiciẽte patrẽ suũ cælũ. i. deũ cæli fabrũ. Iouialis aũt in ĩtelligẽtia ad actionẽ iã mobilẽ declinãte. Venerea in aĩali virtute iã amãte materiã. Dionysiaca ĩ natura q̃si ebria. i. immersa materiæ. Pręterea sensus simili ratione q̃tuor in vniuerso cõnumerant̃. Prim⁹ vtiq; sensus ĩ aĩa mũdi, cõmunis inquã sensus, & vnus. i. imaginaria q̃dã virtus sic intelligẽtiã ei⁹ comitãs, & formas rerũ particulares attingẽs, vt illa vniuersales: attingens inquã intrinsecus, ideoq; nullis indiget instrumẽtis, neq; extra ꝓcedit vsq̃, neq; patit̃. Secũdus vero sensus in animabus sphęrarum est atq; stellarum, communis certe impatibilisq; similiter, sed extra procedens. Tertius in particularibus animabus, vltra vim communem iam ꝑ instrumenta singula distributus, & extra se porrigens, atq; a passione exoriens, sed desinens in iudicium. Quartum deniq; sensum Pythagorici concedunt plantis,

culo naturæ refulget, ad quem naturales formæ quasi finem magis gradatim magisq; accedunt. Sed de intellectu alias. Nunc ad animam reuertamur.

Cur Anima rei compositę comparatur. Cur consonantiæ musicę. Cap. XXVIII.

TRia potissimũ de Anima in pñsentia q̃rimus. Primũ, quãobrẽ Plato animã fingit rei cõpositæ similem. Secũdũ, quã ob causam rei concordia quadã cõpositæ. Tertiũ, cur cõsonãtię musicę. Principio anima, & si indissolubiliter cõposita est, tamẽ tanta est multiplicitate composita, vt naturali quadã inclinatione ad ea vergat quæ sunt omnino cõposita. Idcirco cõpositis, q̃buscũ naturali quadã nõ dico consanguinitate, sed affinitate cõsentit, quodã modo similis figuratur. Deinde q̃a media rerũ est, merito & ex omnibus cõponitur, & cõcorditer cũcta deuincit: ideoq; cuidam, vel concordiæ, vel concorditer cõposito cõparatur: præsertim quoniã q̃ in natura inter se pugnãt, anima cõciliat inuicẽ, conciliata cõnectit, connexa cõseruat. Itaq; nõ iniuria concordia quædã substãtialis, siue substãtia maxime concors indissolubilisq;, anima iudicaẽ. At cũ illa etiã q̃ cęteris sensibus apprehẽdũtur, sæpissime cõcorditer cõposita sint, quęrebaẽ tertio, cur Plato concordię potissimũ musicæ similẽ expresserit animã. Respondeẽ ad hæc: Musicã cõsonantiã in elemento fieri omniũ medio, perq; motũ, & hũc q̃dẽ orbicularẽ ad aures pueníre: vt nõ mirũ sit eã animę cõuenire, tũ medię rerũ, tũ motionis principio in circuitũ reuolubili. Adde q; concẽtus potissimũ inter illa q̃ sentiunẽ quasi animatus, affectũ sensuũq; cogitationẽ animę, siue canentis, siue sonãtis perfert in animos audiẽtes: ideoq; in primis cũ animo cõgruit. Pręterea quę ad visum q̃dẽ spectant, & si pura quodã modo sunt, tamẽ absq; motionis efficacia, & p imaginẽ solã absq; rei natura sępius apphẽdũtur: ideo parũ admodũ mouere animos solent. Quę vero ad olfactũ, gustũ, tactũ, quasi valde materialia, potius instrumenta sensuũ titillant, q̃ animi intima penetrẽt. Concẽtus autẽ p aeream naturã in motu positã mouet corpus: per purificatũ aerem cõcitat spiritũ aereum animę corporisq; nodũ: per affectũ, afficit sensum simul, & animũ: per significationẽ, agit in mentẽ: deniq; p ipsum subtilis aeris motũ, penetrat vehemẽter: per cõtẽperationẽ lambit suauiter: per conformẽ qualitatẽ mira quadã voluptate perfundit: per naturã, tã spiritalem q̃ materialẽ, totũ simul rapit & sibi vendicat hominẽ. Et profecto siquis tanta Musarũ arte diligentiaq; concentus offerret auditui, quãta naturæ artisve cura vel sapores gustui, vel mollia tactui offeruntẽ, proculdubio cognosceremus Apollinẽ multo magis animũ rapere melodia, q̃ vel Bacchus vino gustum, vel Venus pruritu tactũ, soleat occupare. Accedit ad hęc, q; vbi Plato mũdi fabrum inducit loquentẽ, tum secũ ipso ratiocinando, tum ad reliqua imperãdo, eloquiũ ipsum quasi Apollineũ cantũ apprime musicũ, originem mũdani tam animi q̃ corporis esse putat, & animã inde natã musica similiter ratione citharã pulsare cælestẽ. Et profecto q̃d in cælesti melodia est, tũ ex tardiori motu grauis tonus, tũ ex motu velociori tonus acutus, idẽ sub cęlo est grauitas, & leuitas, itẽ frigus & calor, rursus humor siccitasq; elemẽtorũ. Idẽ in generatione rerũ, materia est & forma. Idẽ ĩ humanis ingeniis, mansuetudo, & magnanimitas, tẽperantia atq; fortitudo. Et queadmodũ ex graui acutaq; voce, sic ex geminis cũctis quas narrauimus naturis vbiq; fit vnũ. Cũ igiẽ cõsonantia musica quasi viua sit, & rationalis, & efficax, item vtpote q̃ simillima, animo q̃ gratissima, rursus totũ sibi hominẽ vendicet, & q̃d maius est, per ipsam factus sit animus, facta sint omnia, p ipsam cõseruẽtur, p ipsam & moueantur, haud ab re Plato noster animã effectricẽ, seruatricẽ, motricẽ omniũ naturaliũ musicis pcipue numeris rationibusq; descripsit, numeris inquã non mathematicis accidẽtibus, vt quidã calumniantur, sed idealibus numerorũ metaphysicisq; rationibus constitutam.

Propositiones & pportiones ad Musicã Pythagoricã, & Platonicã pertinentes. Cap. XXIX.

PHthõgũ .i. sonũ melodiis aptũ vocãt, quo & grauiorẽ & acutiorẽ facile q̃s edere possit, vt neq; tã pfundus remissusq; sit vt sit silẽtio similis, neq; tã altus & intẽtus vt perstrepat. Grauẽ sonũ motu remisso & tardo, acutũ intẽtiore & velociore creari putant. Quemadmodũ vero remissus admodum, & tardissimus motus ad quietem quasi videtur accedere, sic sonus grauissimus ad silentiũ. Rursus sicut vehemẽtissimus celerrimusq; motus ad violentiã, sic ad offensionem sonitus acutissimus. Interualla vero sonorũ appellãt certos excessus inter eos ĩ acumine grauitateq; mutuos. Cõpositiones autẽ congruẽtiũ sonorũ ex opportunis proportionibus cõsonãtiũ, cõiũctiones. Coaptationes quoq; fidiũ in musicis instrumentis, siue in vnico tetrachordo, qualẽ & inuenit Mercurius, & Orpheus cõfirmauit, siue in duobus tetrachordis p chordas septẽ vna coniunctis, qualia Terpander dicitur effecisse, siue in geminis tetrachordis p chordas octo dispositis atq; disiũctis, quorũ Lycaonẽ Samiũ fuisse asserũt auctorẽ, siue in tetrachordis quatuor coniũctis, atq; ex fidibus quindecim Græcorũ tandẽ omniũ approbatione cõstantibus, in his omnibus tetrachordis gradatim diatessaron resonat cõsonãtia. Iam vero post sonorũ, interuallorũ, cõpositionũ mẽtionẽ ad proportiones ex quibus fiũt cõsonãtiæ, procedamus. Proportionẽ æqualitatis nominãt, q̃ fit inter terminos oĩno inter se pares & æquales, vt inter vnũ hoc atq; vnũ illud, & cubitũ atq; cubitũ. Inæqualitatis autẽ, q̃ inter inæ-

opposito se modo habentes, atq; naturalis vita formaq; corporea diuisibilis atq; mutabilis. At vbi ait animatum, significat ipsam animæ mundanæ substantiam. cuius essentia quidē, & indiuisibilis est, & immutabilis, vt intellectus. Dici tñ potest quodā modo diuisibilis atq; mobilis, quia fons proprius est virium quarūdam ad diuisibilia & mobilia declinantiū. Virtus autē actioq; partim indiuidua & immobilis, quatenus congruit cū diuinis, & stabiliter agit: partim vero & diuisibilis est quodāmodo, tū quia multiplex, tum quia ad corpus multiplex diuisumq; declinat: & mobilis, quia tēporaliter operatur. Hanc itaq; animā appellat essentię speciem tertiam, inter indiuidua æternaq;, ac rursus diuidua atq; temporalia mediā. Qȝ autē vbi mundū denominat intellectualē, significare velit intellectus angelicos, ex eo probatur, ꝙ mundi corpus per vitā parat̃ ad intellectū. ergo quemadmodū se habet ad vitam, similiter ad intellectū. Itaq; sicut nō solū habet naturalē vitā in materia mundi iacentē, sed vitā etiam animalē. i. animā in se existentē, ita non modo habet intellectualē qualitatē infusam animæ, verumetiā intellectualē substantiā in seipsa manentē. Vbiq; eñ qualitates certę ad certas substantias reducunt̃, vt quemadmodū vitalis qualitas ad vitalē substantiā, ita intellectualis quoq; qualitas ad intellectualem substantiā referat̃. Cōponit autē animā quinq; potissimū modis. Primū. s. ex ipsis quinq; rerū generib⁹. Itē ex numeris. Tertio ex concētibus numerosis. Quarto ex initiis figurarū. Quinto ex principiis motionū. videlicet vt possidēs metaphysicorū mathematicorūq; rationes, ita cuncta cognoscat. s. essentias, numeros, cōcentus, figurasq;, & motus. Itē quatenus aīa diuinis cognata est, ex rerū generibus quę primo diuinis insunt, dicit esse compositā. Quatenus cognata est naturalibus, miscet eā figuris, & motibus. Quatenus autē inter vtraq; mediū obtinet, numerosis eā concentibus rationibusq; contemperat. Quinq; vero illa. s. essentiā, idem, alterū, statū, motū, genera rerum nominat, ꝙ ex illis ꝑter primum oīa componant̃. Essentia quidē manifeste significat rationem rei cuiusq; formalē. innuit quoq; esse, tanq̄ actū essentię propriū. Idem vero dicit̃, quoniam quodlibet, & secum in primis, & cum aliis cōgruit. Rursus additur alterū, quia quādā, tum intra seipsum, tum ad alia differētiā habet. Præterea status. quippe cū aliquandiu suā quandā retineat vnitatē. Deniq; motus hoc in loco exitū quēdam ex potētia in actū, siue essendo, siue quomodolibet intrinsecus extrinsecusve agēdo significat. At super hæc quinq; genera ponunt̃ tria, terminus, infinitudo, mixtio. Super tria hæc, ponitur ip̄m vnū. Essentia quidē diuinū ipsum vnū sequit̃. Idē vero statusq;, terminum. Sed alterū atq; motus, infinitudinem comitatur. Deniq; sicut ipsa mundi quatuor elementa per summū gradū locauimus in cælestibus, per mediū sub luna, per infimū vero sub terra, sic genera quinq; summa quadā ratione ponimus in diuinis, media in anima, infima vero sub aīa. In diuinis enim, & vnitas multitudinē, & terminus infinitudinē superat, & idem excedit alterū, & status pręualet motioni. In rebus aūt inferioribus aīa, cōtra fit: & quę ibi superabāt, hic vicissim iam superant̃. In anima potissimū ęqualis euadit singulorum ad singula tēperatio, vt nō immerito hāc ꝓcipue, tū rerū mediā, tum musicis rationibus temperatam esse velint. Cōgruūt aīę mathematica. vtraq; eñ inter diuina, & naturalia media iudicant̃. Cōgruunt musici numeri aīę plurimū. Mobiles eñ sunt, ꝓptereaq; animā, q̄ est principium motionis, rite significāt. Nō solū vero per numeros, sed etiā per figuras describit̃ aīa, vt per numeros quidē incorporea cogitet̃, per figuras aūt cognoscat̃ ad corpora naturaliter declinare. Conuenit triangulus animę. Quia sicut triangulus ab vno angulo in duos protenditur, sic aīa ab indiuidua diuinaq; substātia profluēs, in naturā corporis labitur penitus diuisibilem: ac si cū diuinis conferatur, diuisa videtur. Quę eñ illa ꝑ vnā & stabilē virtutē agunt, atq; subito, hęc per plures mutabilesq; vires actionesq; peragit, ac tēporis interuallis. Sin autē conferat̃ cū naturalibus, indiuisa censet̃. Non eñ alibi habet partes alias loco disiūctas, vt illa, sed est in qualibet totius parte tota: neq; oīa mobiliter tēporeq; persequitur, sicut illa, sed nōnihil etiā subito consequit̃, ęterneq; possidet. Licet in hoc insuper aīam cum triangulo comparare, ꝙ triangulus prima figura est earum quę pluribus constantes lineis producuntur in rectum. Anima similiter prima omniū in plures distribuitur vires, quæ in ipsa intelligentiæ subigunt̃: ac produci videtur in rectum, dum a diuinitate labitur in naturā. In quo quidē descēsu ab intelligētia summa in tres profluit vires inferiores. i. in discursum quendā rationalē, in sensum, in vegetandi virtutē. Quemadmodū & triangulus a signo productus, in tres deducitur angulos. Dico autem animam ex omniū genere primā, & ex pluribus quodāmodo viribus cōmisceri, & in rectū, vt ita dixerim, cadere. Mens eñ angelica super animā inferioribus intra se nullis indiget viribus, sed pura mens est, totaq; mens atq; sufficiens. Itē ad inferiora nō vergit, sed in diuinitatem solā, vnde est, circuli more conuertitur. Ideoq; eius actio circulo comparat̃. Vna eñ actio est, & æqualis: sicut ex vna, & ęquali linea circulus: & mira quędam vtriusq; capacitas. Præterea circulus prima est & vltima figurarū. Prima quidem, quia vna circū cōtētus est linea. Vltima, qa figurę ex pluribus lineis cōstitutę, quo plures subeūt facies, eo ꝓpinquius paulatim ad circuli formam quasi finē videntur accedere. Similiter & intellectus omniū primus ꝓcreatur a deo, & intellectualis vultus. i. absolutus ordo rerū vltimus omniū in spe-

tat,multiplices autẽ & supparticulares admittit,cõponẽs duplas ex sesquialtera atq; sesquitertia, per harmonicã qualẽ diximus rationẽ cõcordi varietate gaudentẽ.Amat vero quemadmodũ dicebamus cõparationes multiplices,necnõ supparticulares,ea insup ratione,q; in his tãta est ad idẽ restituendũ procliuitas,vt quando plures rationis eiusdẽ inuicẽ cõponunt,mediũ in se ductũ tãtũdẽ multiplicet quãtũ extrema si iuicẽ pducãtur.Pone duo,quatuor,octo:sicut aũt bis octo, sic & quater quatuor, sexdecim procreant.Item pone quatuor,sex,nouem:sicut ergo quater nouẽ, sic etiam sexies sex multiplicãt sex atq; triginta.Similiter si duo inter extrema,media interieceris,puta inter duo atq; sexdecim posueris quatuor atq; octo.Oẽs em̃ hi deinceps numeri dupla ꝓximũ ratione cõspiciũt. Si ergo duo in sexdecim ducas,tãtũdẽ reportabis,ac si quatuor ĩ octo ꝑduxeris.Idẽ cõtingit in cæteris tã sup particularibus q̃ multiplicibus.In suppartientibus autẽ non fit idẽ.Dispone tria,quinq;,septẽ.Sicut a septenario ad quinariũ est habitudo supbipartiens,sic a quinario ad ternariũ.Vtrobiq; enim duę quędam ptes toti insup apponũtur.Si ducas ternariũ in septenariũ,nõ eũdẽ numerũ procreabis, ac si quinariũ in seipm̃.Primo itaq; gradu sunt multiplices: quoniã ꝑter id qđ modo dicebamus,ꝑ eas numeri oẽs respiciũt etiã vnitatẽ,dũ aspiciũt numeros. Secũdo gradu supparticulares: quia & si vnitatem ipsam nõ spectant,semp tamẽ vnã quãdã spectãt partẽ ad integrũ vnũ accõmodatã. Tertio suppartiẽtes:quia horũ neutrũ vident aspicere.Quãobrẽ hanc odit habitudinẽ facultas harmonica,tãq̃ cõcordię reluctantẽ. Optat em̃,vel ex ipsa æqualitatis proportione vniuocũ vnisonũq; conficere:vel ex rationali.i.multiplici,& superparticulari inæqualitatis proportione, æquiuocum æquisonũq; conflare. Talem vero æquisonũ conflat ex dupla,qualis vnisono sit q̃ proximus:quia in dupla & minor terminus maiorẽ metitur,metiendoq; adæquat:& maior vbi minorem superat, nõ alio numero q̃ ipsomet minore,vt ita dixerim,exuperare videtur.

Qꝫ in Musicis consonãtiis vnũ ex multis efficitur,per qđ cõsonãtia definitur. Cap.XXX.



QVemadmodũ medici peritissimi certos inuicẽ succos certa quadã ratione cõmiscent,ꝑ quã in vnam nouãq; formã plures atq; diuersę materiæ coeant,& vltra vim elementalem virtutẽ quoq; cęlestẽ mirifice nanciscãtur,qđ in Mithridatis cõfectione,& Andromachi Theriaca est manifestũ:similiter artificiosissimi Musici grauissimas voces quasi materias frigidas,voces item acutissimas quasi calidas,rursus mediocriter graues vt humidas mediocriter, & acutas vt siccas , tanta ratione contẽꝑrant,vt vna quædã forma fiat ex pluribus,quę vltra vocalẽ virtutẽ cõsequatur insup & cælestẽ.Qđ quidem ex eo qđ Democritus Theophrastusq; aiunt,& Pythagoras effectu probauit, euidẽter apparet. Nã certis cõcẽtibus morbi quidã tã corporis q̃ animi mirabiliter curari dicuntur, vt nõ mirũ sit veteres sapiẽtes in idem.i.Apollineũ numerũ,tã medicinæ q̃ musicæ originẽ retulisse. Vtraq; enim medicina est. Sed altera quidem ex corpore animã, altera vero ex anima curat corpus. Accõmodatissime etiã Apollini melodię fonti vaticiniũ tribuerũt.Sola em̃ melodia ab oibus quotcũq; distrahũt animũ retrahẽs,cõtrahit in seipsum,in auditũ quẽdã,vt ita loquar,interiorẽ:quo nõ voces solũ,sed & rationes vocũ ꝑcipiunt:sedatisq; ꝑturbationibus cælesti cõtẽperat harmoniæ,diuinaq; cęlitus effundit oracula.Sed ne qs forsan neget ex acuta grauiq; voce tertiã fieri cõmunẽq; vocalem formã,cogitãdũ est graues voces acutis pfectius cõmisceri posse, q̃ succis succi pmisceri dicant. Primo,quia vocales materiæ ob subtilitatẽ suã continuũq; motũ vniformẽq; in cũctis corporis aerei qualitatẽ,facilius consummatiusq; q̃ succi & crassi,& ad motũ ineptiores, & qualitatibus admodum discrepantes cõflantur in vnũ.q; si in vnũ,ergo & ad vnã nouãq; formã aptius parantur concipiendã. Deinde quoniã instrumẽtum vocis naturale,intrinsecum,virtuti vitali,animali,rationali q̃ proximũ atq; obedientissimũ,facilius ꝑfectiusq; arti obtemperat musicæ ad vnũ ipsum quo spectat conficiendum,q̃ extrinseca medicis instrumẽta:atq; etiam si pulsetur cithara digitis,fidelius obsequẽtur musici voto fides,q̃ medicis hęrbę.Ac si in hęrbarũ congestam molem vltra industriam & operam medicorum agit deinde natura,& tempore quidẽ certo, multo magis in vocalem materiã tractabilem ad modũ & formabilem agit natura subito:natura inquã vbiq; viuẽs viribusq; munita cælestibus in materiam cælo similiorẽ,& quasi viuã.cui quidẽ repente nouã,viuã,mirificã,adhibet formã, per quam occulta virtute vires suas in corpus experiat & animũ.Proinde queadmodũ in corpore ex elementis quatuor naturaliter cõstituto,qualitates elemẽtoꝝ quatuor,vnã,& vt qdã nominãt,quintã cõficiũt cõplexionẽ,videlicet subiectã virtuti speciali occultis modis cęlitus prouẽturę:sic & voces plures rite cõmixtę vnũ quẽdã inuicẽ resonãt reboatũ virtutis nouę atq; mirabilis fundamẽtũ.Nã si ex sonante cithara in citharã similiter tẽperatã resonat repẽte nõnihil:& ex chorda vibrata, statim in chordam æque tentã trãsit vibratio similis:cuinã dubiũ sit ex pluribus vocib⁹ vna quadã ratione cõflatis vnã subito nasci quasi formã cõmunẽ cũctis,ꝑ quã plura sint vnũ,ideoq; vt vnũ ꝑcipiant a sensu,& ĩ vnũ quẽdã cõgrediant effectũ.Cõstat idẽ ex voluptate sensus,in quo cũ vna forma fit ex multis, oblectatio plena ꝓuenit ex vna silr̃ forma,q̃ cõgrue cõficiat ex multis.Hinc fit,vt audire diutius vnisonũ

continua pronaq; ad insaniã affectione consistit,puta habitũ quẽdã ad perturbationẽ aliquã propensissimũ.Alterã vero manifestã.s.quã vel aliqua perturbatio supra modũ adaucta detegit, vt in gradu summo cupiditatis,& voluptatis,timorisq;,& doloris,& irę: vel vapores humorum inclusi membris inducunt,vt atra bilis ex sanguinis,vel bilis,vel salsę pituitę adustione proueniens.Interea vbi ait, neminẽ sponte esse malũ,sed propter naturã cõsuetudinẽq; deprauatã,intellige naturalẽ procliuitatem nõ mediocriter per oppositã cõsuetudinẽ cohiberi ab initio potuisse:sed procliuitatẽ illam diuturna cõsuetudine confirmatã extirpari quidẽ omnino nõ posse,exacta nihilominus doctrina exhortationibusq; amputari.Docet post hæc colere corpus simul & animũ, perpetuo quodã exercitationis motu. Exercitationis inquã moderatę,motu inquã proprio,& ad bonũ ꝓpriũ rite directo:quo vtrũq; exercitatũ atq; nutritũ tantũ virium cõsequatur,vt alteri nõ succũbat.Optat quidẽ Plato corpus animo cedere,sed non ita succumbere,vt motus animi sustinere non possit.Optat corpus validũ atq; firmũ, sed sub animo longe validiore.Mox quantũ exercitationẽ laudet,attende:quantũ temerariũ pharmacorũ vituperet vsum.Proinde quemadmodum tam corpus q̃ animã propriis exercere & confirmare motibus iusserat, sic tres animæ vires.i.rationalẽ,animosam,cupidã, suis quãlibet motibus præcipit cõseruare: Verũtamẽ rationalem alimentis frequẽtioribus enutrire,ne cæteris succũbere cõpellatur. Ait intellectũ homini pro dæmone datũ,scilicet intimo . Alterum enim dæmonem habet externum. Item rectũ corporis habitũ quasi cælesti tributũ . Rursus eũ q vires irrationales supra modũ nutrit, mortalẽ euadere:quasi doceat quomodo accipiendũ sit, vbi ait hominẽ fieri brutũ.i.bruto persimilẽ. Addit eũ qui præcipue alit mentẽ,sic immortalẽ fieri,vt immortalitatis nulla pars desit . Imperfecta enim immortalitas est,quæ motũ agit perpetuũ:perfecta vero,quæ manet: qualis vtiq; est in eo q sola iam intelligentia viuit,euaditq; ex homine dæmon.Ex quo intelligitur etiã,quãdo ait hominẽ effici brutũ,id nõ proprie,sed quadã similitudine dici. Pręterea ex eo qđ subdit, fœminas ortas ex masculis,si placet,obscure nobis referat Mosaicũ illud,Euã ex viro fuisse productã.At vero gradus brutorꝫ omnes paulatim ex grauiori rationalis animæ lapsu multiplicari,intellige animã nostrã ob quãdã liberi motus infinitatẽ,posse & intra se in brutorũ omniũ affectus habitusq; proruere, & extra se supplicii loco inter similia bruta,vel brutorꝫ loca diuino quodã transferri iudicio.Item omnes inferiorꝫ viuẽtiũ dotes in hominis anima tãq̃ perfectissima cõtineri:atq; brutorꝫ animas in ipso rerũ generationisq; ordine ad nostrã referri,quasi finẽ.Si hũc in modũ progressionẽ animę rationalis in alias,atq; vicissim in hãc aliarũ regressionẽ acceperis,forsan a Platonico sensu nõ aberrabis.Ipse eñ hic sub ꝑsona Pythagorica loquẽs,fabulã opportune cõfingit Pythagoricarũ similem fabularũ. Atq; ne hæc quasi sub historica veritate forsan admitteremus,nõ aliter q̃ poetæ soleant animaliũ trãsformationes adducit. Atqui Timæus Locrus in libro de Mundo fabulosa hæc esse fatetur . Hæc igitur sic accipito: Timæiq; librũ eo fine concludito,qui doceat nos,Deũ ante omnia colere, qui bona omnia sola benignitate prouidentiæ procreauit. Decreuerã magnanime Laurenti breuiora hic quẽadmodũ argumentũ decere videbatur,afferre,multaq; amplioribus cõmẽtariis,quæ in Timæum iã designauimus, reseruare:Sed Philippus Valor Platonicorum studiosissimus, penes quem vniuerso Platonico operi in agro Maiano extremam manũ imposui,plura me hic coegit effundere. Philippus Valor,Valoriæ virtutis generosissimus hæres.Cui ego plurimũ debere me fateor,tũ quia Platonica egregiaq; omnia magnopere colit,tum quia singulari amore erga te tuosq; omnes afficitur.

TIMAEVS PLATONIS.

SOCRATES . TIMAEVS . CRITIAS . HERMOCRATES.



SO. VNVS,DVO,TRES.Quartus autem o amice Timæe vbinã est? Vt qui heri a me conuiuio accepti estis,hodie me vicissim accipiatis.TI.Aduersa valetudine laborat o Socrates.Non enim sponte ab hoc cœtu & disputatione abstinuisset. SO.Ergo tui o Timæe, & horum erit officii, quod quarti illius absentia deest,implere.TI.Ita prorsus.Quare nihil quoad fieri poterit,prætermittemus.Nam cũ laute abs te hesterno epulo accepti fuerimus,nefas esset, si epulas tibi pro viribus similes libenter non redderemus. SO.Non recordamini,quæ vobis & q̃ multa tractanda proposui?TI.Partim quidem tenemus memoria: partim vero tu,si exciderint suggeres . Immo vero nisi molestum sit,breuiter illa ab exordio repete,vt nobis iterum confirmentur.SO.Faciam equidem. Summa disputationis hesternæ erat,Respub.qualis mihi,& ex qualibus viris optima posse fieri videretur. TI. Nobis certe omnibus valde probata sunt o Socrates quæ dixisti. SO. Principio agricolas cæterosq; artifices a militibus separauimus.TI.Certe.SO.Cum vero cuiq; quod pro naturæ instinctu præcipue suum est,& singula tãtũ singulis artibus officia tribueremus , illis quoq; quos

omnium a libris Aristotelis de generatione, atq; Meteoris interpretatio requirat. Tractat insuper de passionibus quę ab elemẽtis animaliũ sensibus inferuntur. De passionib⁹ inquã, & occultis, & manifestis. De voluptatis dolorisq; speciebus. Quę in Philebo, & nostro de Voluptate libro perspicue declarant. Agit p̃terea de sensibus ipsis, eorũq; obiectis. Distinguit sapores, odores, & voces, atq; colores.

Iterum de homine quantum ad animam spectat & corpus. Cap. XLI.

Consideratione dignũ est, quantũ nos admoneat Plato noster, dandã esse operam, vt nos ipos pro viribus cognoscam⁹, meminerimusq; omnia infra lunã fuisse nobis a deo subiecta, nequã do ipsi contra dignitatẽ nostram inferioribus nos vicissim subiiciamus. In ipso em̃ totius disputationis exordio decretũ est de vniuerso tractari vsq; ad ipsam hominis genituram. Rursus in medio disputationis cursu diis a patre præcipit exornare hominem, dominũ animalium, quẽ ad imaginem & similitudinem suã esse velit atq; præesse. Deinde paucis interiectis redit ad hominẽ. Demum prope finem resumitur, qđ primo fuerat institutũ, videlicet de vniuerso vsq; ad genituram hominis fuisse tractandum. Atq; in cunctis Mosaico more probat hominẽ in diuino hoc opificio, & in primis proponi, & postremũ fieri quasi finẽ. Ergo nunc & omittens alia repetit diuinũ in homine generãdo mandatũ, & in hoc absoluendo diuinorũ obsequiũ ministrorũ, neq; id quidem iniuria. Prædixerat em̃ solũ in terris hoĩem iustitiã & superos esse culturũ: vt maxime rationi sit consentaneũ, deos geniturã hoĩs diligẽter excoluisse. Sed his omissis, quę sequunt expediamus. Iterũ de aĩa irrationali tractat nõ a deo p̃xime, sed per sequẽtes mobilesq; causas cõstituta, q̃ rationali subiecta sit, cęlitus a deo demissę. Irrationalẽ vero aĩam Platonici nõ tã substãtiale aliqd, q̃ accidẽtale quiddã esse putant, quasi rationaliũ vestigiũ aĩarum, in quo sensus quidẽ sint, sed p diuersa corporis ĩstrumẽta diuisi, atq; patibiles. Sẽsum aũt in ipsa aĩę rationalis substãtia ponũt cõmunẽ, simplicẽ, impatibilẽ, q nõ p̃prie accipiat illatas a corporib⁹ passiones, quẽadmodũ sensus alter, sed alterius sensus percipiat, siue potius iudicet passiones. Proinde rationalis aĩę substãtiã indiuisam, & in se cõsistentẽ esse probãt, neq; capiti velut sustentaculo cõmendatã, sed quasi vel instrumẽto ipsius accõmodatã, vel cuidã in suo genere simili cõparatã. Irrationalẽ vero in mẽbris quodãmodo residere: & partẽ quidẽ eius audacię & iracũdię compotẽ cordi: partẽ vero cõcupiscẽtię deditã, iecori cõmendatã. Verũ de hoc ipso iecore mirã Pythagoricorum notabis opinionẽ, videlicet id mẽbrũ ex certa soliditate & clara pariter lenitate sic esse cõtemperatũ, vt speculi modo imagines rerũ accipiat facile admodũ, atq; reddat. Profecto quẽadmodũ imaginatio vehemẽs grauidę mulieris in fœtu tenerrimo sępe exprimit rei desideratę notas, ita vehemẽs siue mẽtis notio, siue sensus imaginatio naturã iecoris specularẽ facillime format. In hoc ipo speculo dæmones superiq; futurorũ effingũt imagines, quotiẽs pacato prorsus aĩo aliũde illic imagines nõ pigunt. Itaq; futurorũ notę speculo huic infusę in mentẽ p̃tinus imaginationẽq; resultãt: sed illic sępe imaginib⁹ aliis adeo cõfundunt, vt futura portendere nequeãt. Quãdo videlicet vel mens prudẽtię officiis occupata circa gubernãda distrahit, vel imaginatio similib⁹ negotiis occupat. Vbi vero rationis imaginationisq; vacat prudẽs & cõtinuata & laboriosa discursio, sępe imagines futurorũ a superis in speculũ nostrũ prosilientes, inde in iudiciũ manifeste resiliunt. Verũ quidnã portẽdant discernere illius est officiũ, q ab antecedẽtibus in cõsequẽtia prudẽter sagaciterq; discurrere cõsueuit. At vero discursio talis impedit vaticiniũ, vt merito alii sint qui p̃uident, alii qui præuisa interpretant, & explicant. Post hęc prosequit materiã latissime a medicis explicatam de humoribus cõplexionibusq; & mirabili humani corporis artificio. Atqui elegantiã Platonis in hoĩs corpore describẽdo adeo admiratus est Bartholomęus Fõtius noster rhetor egregius, vt p̃clara oratione p̃bauerit, neq; Lactantiũ, neq; Cornelium Celsum, neq; Ciceronẽ ip̃m eadẽ in re describenda ad mirã Platonis eloquentiã accedere potuisse. Inter hęc pręceptũ religiosum cõsiderabimus, nõ esse de diuinis vlterius affirmandũ, q̃ diuinũ cõfirmet oraculũ. Itẽ prouidentiã in hoĩe cõponendo nullã oĩno aliã habuisse rationẽ, nisi vt cõtẽplationi foret aptissimus. Rursum res naturales in effectib⁹ producẽdis nõ esse p̃prie causas, sed diuinæ p̃uidentię instrumẽta. Principalẽ nãq; causam singulorũ in ea intelligentia sitã esse, q̃ boni rationẽ habens, singula futurę cõmoditatis gratia fabricat. Definit deinceps qđ sanitas corporis sit, quid morb⁹. Distinguit quoq; morborũ, tũ aliorũ, tũ febriũ species, singulorũq; rationes assignat. Quales esse potissimũ rationes quas apud Galenũ Platonicũ legi, iãdiu existimaui, ac nup a Georgio Cyprio ĩsigni medico sum in sentẽtia cõfirmatus. Hic. n. his dieb⁹ cũ ad me curandę matris meę gratia freq̃uẽter accederet, meq; reperiret hęc ipsa legentẽ, miro quodã ordine Galeni mentẽ cũ Platonica mente cõiunxit. Post hęc aũt perfectã hoĩs valetudinẽ definit cõmunẽ corporis animiq; concordiã. Quã tunc demum possideri putat, quãdo tã corpus q̃ aĩa in seipsis disponunt bene, deinde simul optime componuntur. Optime inquam. i. æquali quadã mensura, vt neq; robur animi nimis excedat modũ corporis, neq; robur corporis superet animi modum. Sed anteq̃ perfectã hanc definiat sanitatem, animi morbum distinguit in duos. s. ignorantiam & insaniã. Insaniam vero duplicem esse ait. Vnam quidẽ occultã, q̃ in

censeo, vt & tibi morem geramus, & deā cui hodierna pōpa dicata est, hac narratione quasi quodam hymnorū cantu, vt par est, honoremus. SO. Recte loqueris. sed qd istud tādē est, qd Critias non quasi verbis descriptū, sed quasi ab hac ciuitate quōdam gestum ex Solonis narratione vobis aperuit? CRI. Referā priscā mihi puero traditā ab auo historiā. Cū ageret Critias annos, vt ipse dicebat, circiter nonaginta, ego vero decē, celebrareturq; solēnis ille dies, in quo ad cātū carminū pueri cōuocabanť, cōgregati sumus & nos vna cū proximis notisq; pueris, nobisq; a parētibus carminū canēdoꝝ certamē est iniūctū. Vbi multoꝝ poetarū carmina nō pauca memoriter ꝓnūciata sunt, & Solonis versus a plurimis pueroꝝ vtpote nouitatē poematis admirātib⁹ decātati. Tū cōtribulis qdā, seu ꝙ ita iudicaret, siue ꝙ Critię blādiri vellet, videri sibi, inqt, cū in cęteris sapiētissimū fuisse Solonem, tū in carminibus poetarū omniū generosissimū. His verbis, vt recte memini, valde lętatus est senex. atq; ita ridēs inqt, Si Solo o Aminādrer nō tātū relaxandi animi gratia, sed dedita opa serioq; sicut alii poesim esset secutus, vel historiā quā ab Aegypto reuersus instituerat absoluisset, a qua qdē seditionibus cæterisq; ciuitatis fluctibus deturbatus medio in cursu destitit, nec Homero Hesiodoq;, nec alio quoq̄ poetarū, vt opinor, inferior extitisset. Ad hæc ille, Qua de re o Critia tractare Solo instituit? De maximis, inqt, rebus ab hac ciuitate quondam gestis, quarum memoria apud nos temporis diuturnitate & interitu hominū extincta est. Dic quęso, inquit, o Critia, quid illud opus, & quomodo actū, & a quibus habitum tanq̄ verū Solo narrabat. Est, inquit, Aegypti regio Delta, cuius e vertice scindūtur Nili fluēta. Eius cāpi, Saitica pascua nominanť. In qb⁹ maxima ciuitas est, quā Saim vocāt. vnde Amasis fuit rex. Vrbis eius fundatrix dea fuit, quā Aegyptii Neithen, Gręci Athenan nominant. Ipsi porro homines Atheniēsiū amici sunt, eisq; genere quodā cōiūctos esse se pdicāt. Quo Solo pfectū se honorifice acceptū fuisse referebat. Et cū de vetustatis memoria ab illis sacerdotibus q in hac re cæterorū peritissimi erāt, q̄sisset, exptū se esse dicebat, neq; seipm neq; aliū Gręcoꝝ quēq̄ cognitionē antiqtatis vllā habere. Quādoq; vero corā sacerdotibus, vt eos ad sua narrāda ꝓuocaret, de antiquissimis illis Athenarum historiis verba fecisse, Phoroneo primo & Niobe, postq; inūdationē mūdi de Pyrrha & Deucalione, eorūq; posteritate, & de tpibus qb⁹ singula cōtigerūt. Tūc ex sacerdotibus quēdā grādē natu dixisse. O Solo Solo, Græci pueri semp estis, nec qsq̄ e Gręcia senex. Cur istud diceret pcontāte Solone, respōdisse sacerdotem. Quia iuuenis semp vobis est animus, in quo nulla est ex vetustatis cōmemoratione, prisca opinio, nulla cana sciētia. Qđ ideo vobis cōtigit, qa multa & varia hoīm exitia fuerūt, eruntq;. Maxima qdē aut ignis cōflagratione, aut aquę inundationibus ꝓuenire necesse est: minora vero aliis quibuslibet calamitatibus fieri. Nā qđ apud vos ferť, Phaethōtē quōdā Solis filiū currus ascēdisse paternos, nec patris aurigatione seruata, exussisse terrena, ipsumq; flāmis cęlestib⁹ cōflagrasse, q̄uis fabulosum videať, verū quodāmodo esse putādū est. Fit em̄ lōgo tēporū interuallo cælestis circuitus permutatio q̄dā, quā inflāmationis vastitas necessario sequiť. Tūc hi q edita & arida incolūt loca, magis pereunt, q̄ mari fluuiisq; vicini. Nobis porro Nilus cū in plerisq; rebus salutaris est, tū huiusmodi a nobis arcet exitiū. Quādo vero dii aquarū colluuione terrę sordes diluūt, pastores ouiū, atq; bubulci qui iuga mōtiū habitāt, pꝛiculū illud euadūt, vestrę aūt ciuitates in planitie sitę impetu fluminū ad maria rapiunť. Sed in hac nostra regione neq; tūc, neq; alias vnq̄ aqua in agros supne descēdit, cōtra vero sursum e terrę visceribus scaturit. Quāobrē antiquissimarū rerū apud nos monimēta seruātur. Proinde vbicūq; nec imbriū tempestas nimia, nec incēdiū ingens contingit, licet alias pauciores, alias plures, semp tū hoīes sunt. Quęcūq; vero a nostris siue a vestris siue aliis natiōib⁹ gesta sunt memoratu digna, modo ad aures nostroꝝ ꝑuenerint, nostris in tēplis descripta seruantur. Apud vos qdē, & alias gētes res gestę nup, literis monimētisq; tradunť, sed certis tēporū curriculis illuuies immissa cælitus oīa populať. Ideo q succedūt, & literis & musis orbati sunt. Quo fit vt quasi iuuenes iterū sitis & rudes, pꝛeteritarū rerū omniū prorsus ignari. Nā & ea ipsa q̄ modo ex vestris historiis recēsebas, a fabulis puerilibus o Solo parū distāt. Primo ꝙ vnius tātū inūdationis memineritis, cū multę pcesserīt. Deinde ꝙ genus maiorum vestrorum in regione vestra clarissimū & optimū ignoretis, ex quo tu & Atheniēses cęteri nati estis, exiguo semine quōdā publicę cladi superstite. Qđ ꝓpterea vos latuit, qa superstites illi eorūq; posteri literarū vsu multis seculis caruerūt. Fuit em̄ ante exitialē illā terræ illuuionē o Solo Atheniēsiū ciuitas tā belli q̄ pacis officiis pręstātissima, eiusq; opa legesq; omnibus quorū memoria ad nos peruenit, excelluerunt. Tūc admiratū Solonē obnixe sacerdotes obsecrauisse ait, vt omnia diligenter priscorū ciuiū opera reuelarent. Atq; illi sic a sacerdote quodā fuisse respōsum. Nulla hoc inuidia prohibet Solo. Dicam equidem libenter tui & ciuitatis vestræ gratia. Maxime vero gratia deæ, quæ & vestram illam, & hanc nostram condidit, educauit, instituit, priorem vestrā annis mille, ex terra & Vulcano accipiens semina. posterioris autē huius nostræ vrbis res octo annorū milibus gestę in sacris literis continentur. Illorum ergo ciuium qui in hoc nouem milium annorum tempore ante nos fuerunt, instituta & præclara facinora, breuiter Solo in præsentia tibi perstringam.

Vide vt Solo etiā poeta fuerit.

νηΐθ'.

prę cęteris bella gerere oporteret,id vnũ dũtaxat,ptegẽdæ.f.ciuitatis munus iniũximus,& aduersus externos hostes,& aduersus ciues reip.euersores: ita vt erga subiectos tãq̃ natura amicos mites sint, cõtra hostes vero in ꝑlio ferocissimi.TI.Ita prorsus.SO.Duplicẽ sane naturã in custodũ animis esse debere tractauimus,& iracundã,& philosophico ingenio pcipue accõmodatã,vt recte in suos mãsueti sint,in alienos vero feroces.TI.Proculdubio.SO.Quid aũt de educatione dicemus? Nõne gymnicis exercitationib⁹,& musica,cęterisq; decẽtibus disciplinis,eos a nobis institutos fuisse?TI.Valde qdẽ.SO.Ita educatos hoĩes neq; aurũ,neq; argentũ,neq; aliud qcq̃ ꝓpriũ,aut habere,aut putare statuimus,sed tãq̃ adiutores publicosq; ministros sola mercede cõtẽtos esse,tãta ab his quos tuenẽ exhibita,quãta moderate viuẽtib⁹ sufficere videaẽ.Stipẽdio ꝑterea publico in cõmune vti volumus, & ad cõmunẽ inter se victũ impẽdere,vt cęteris posthabitis oĩbus solius virtutis & custodię curã habeant. TI.Hęc quoq; ita abs te dicta fuerũt.SO. Naturã ꝑterea mulierũ nõ aliter q̃ virorũ effingi pcepim⁹, studiaq; oĩa tã belli q̃ pacis mulierib⁹ cũ viris esse cõmunia.TI.Id quoq; dictũ. SO.An tenetis memoria q̃ de ꝓcreandis liberis diximus? Forte vero ob rei ipsi⁹ nouitatẽ firmiter tenuistis.Cõmunes qppe nuptias liberosq; statuim⁹,vt nemo natos suos discernat,sed oẽs ab oĩbus cõsanguinei existimenẽ,dũ ęquales ferme natu fratres sororesq; vicissim se iudicãt,maioribus vero patrũ vel auorũ reuerẽtiã exhibẽt,erga minores aũt tãq̃ filios & nepotes afficiunẽ.TI.Hęc quoq; memoratu facilia sunt. SO.Vt aũt q̃ optimi ab ipso initio ꝓ viribus gignerenẽ,magistratus vtriusq; sexus nuptiis ꝑposuimus,q̃ clã sortib⁹ qbusdã operã darẽt,vt praui prauis,boni cõtra bonis mulieribus miscerenẽ, neq; vlla ob hoc discordia orireẽ,cũ in cõgressu minus ꝓspero qsq; fortunã potius sit q̃ cõsilium principũ culpaturus. TI.Recordamur.SO.Pręterea sanximus bonorũ fœtus in patria alẽdos esse,aliorũ vero alios alio clã mittẽdos.Adultos demũ vtrosq; diligẽter considerãdos:vt siqui inter relegatos bonæ indolis sint,in patriã reuocenẽ:siq vero inter domesticos cõtra videanẽ affecti,similiter relegenẽ. TI.Ita statutũ est. SO.Nũ satis iã hesternã disputationẽ quãtũ cõpẽdio licet, narrauim⁹? an aliqd etiã a me ꝑtermissum o amice Timæe recẽseri desideras?TI.Nihil sane,hæc eñ ferme sunt quę tractaueras.SO.Audite deinceps quo pacto erga hãc quã descripsimus rẽp.sim affectus.Cõparatione plane vobis aperiã.Queadmodũ siquis aĩalia eximię pulchritudinis intuitus seu picta,seu viua qdẽ,sed torpentia,motus gestusq; viuentiũ & certamẽ aliqd eorũ spectare desideret:sic ego nũc libenter aliquẽ narrantẽ audirẽ, quo pacto supra descripta ciuitas cũ finitimis ciuitatibus decertaret,quidve tãta eius educatione disciplinaq; dignũ in bello vel pace,tã dicendo q̃ agendo erga ciuitates singulas demonstraret. Equidẽ o Critia & Hermocrates mihi cõscius sum nõ posse me eã vrbẽ virosq; pro dignitate laudare.Me quidẽ nõ posse nihil mirũ,sed de veteribus quoq; & huius seculi poetis idẽ existimo:nõ quo poeticũ genus cõtemnã,sed q̃ euidẽs vnicuiq; sit imitationis studiosos ea facile & optime imitari,in qbus fuerint educati:aliena vero lõgeq; ab eorũ educatione remota,operib⁹ quidẽ difficile,verbis etiã difficilius posse ꝓut cõuenit ęmulari.Sophistas vtiq; & dicẽdi & aliarũ ferme pclarissimarũ artiũ peritos ẽẽ arbitror: sed quia multas quotidie ciuitates ꝑerrant,nec ꝓprias sedes vllas habẽt,vereor ne cõiectura quidẽ assequi nequeãt,q̃ multa & qualia viri philosophi,atq; ciuiles,tã bello q̃ pace erga singulos verbis & operibus agãt.Sola igiẽ vestra ꝓfessio supęrest,tũ natura,tũ disciplina philosophię,& rerũ gerendarũ studio pollẽs.Timęus quidẽ hic ex Locris,q̃ vrbs in Italia iustissime gubernaẽ, nobilitate & opibus ꝑstantissimus,summis magistratibus & honorib⁹ functus est,& ad summa totius philosophię fastigia, vt opinor,ascẽdit.Critiã quoq; scimus hęc vtraq; consecutũ. Hermocratis etiã naturã educationẽq; his oĩbus q̃ diximus tractãdis esse accõmodatã,cũ multis testimoniis moneamur,dubitare non licet. Quapropter rogãtibus vobis heri de repu.disputari,libẽtissime parui,cũ cogitarẽ, qđ deinde instituto operi superforet,a nemine cõmodius q̃ a vobis modo velitis, posse tractari.Cũ.n.ciuitatẽ ad bellũ idoneã cõstitueritis,soli omniũ vos q̃ eã decẽt,vicissim oĩa tribuetis.Cũ vero in superiorib⁹ q̃ mihi iniuncta fuerãt ꝑfecissem,q̃ modo retuli vobis tractãda cõmisi:vos aũt cõmuni cõsensu imperatũ munus mutuo mihi parãdi nũc sermonũ cõuiuii recepistis.Ego igiẽ adsum ad ꝓmissas epulas paratissimus.HER.Nos quoq; oẽs o Socrates vt pollicit⁹ ẽ modo Timęus,qđ iubes ꝓ virib⁹ exequemur,ꝓsertim cũ nulla excusandi sit ratio,quo min⁹ id facere debeam⁹. Nã ꝑterito die cũ disputatione peracta mox ad hospitiũ quo apud Critiã suscepti sum⁹,redirem⁹,& inter eũdũ primo,& domi rursus de his reb⁹ verba fecim⁹.Hic igiẽ nobis veterẽ narrauit historiã,quã velim o Critia Socrati modo recẽseas, vt cũ audiuerit,iudicet nũqđ ad eã rẽ quã nos exequi iussit,cõducere videaẽ.CRI.Faciundũ est,si ita Timęo quoq; videẽ,tertio disputatiõis hui⁹ pcipi.TI.Videẽ sane.CRI.Audi Socrates mirã qdẽ,sed plenã veritatis historiã,quã Solo septẽ sapiẽtũ sapiẽtissim⁹ recẽsebat.Erat.n.domesticus admodũ amicusq; Dropidis ꝓaui nostri,qđ in suis carminib⁹ ipsemet sępe testaẽ.Auo aũt nostro Critiæ,vt ipse nobis senex postea referebat,quãdoq; narrauit res gestas huius vrbis memorabiles,diuturnitate tẽporis hominũq; interitu obliteratas.Vnũ vero ꝑ cęteris facinus insigne recẽsuit, qđ vobis nunc narrandũ

fuerimus. Visum nobis est, vt Timæus tanꝗ in Astronomia nostrorum omnium peritissimus, maximeꝗ in rerum natura cognoscenda versatus, primus edisserat, ita vt a mundi generatione exordiens vsꝗ ad generis humani naturam deueniat. Atꝗ ego deinde suscipiens homines a Timæo quidem genitos, a Critia vero vt plurimum institutos, secundum Solonis sermonem legemꝗ in iudicium vestrum adducam, ciuitatisꝗ istius ciues efficiam eos qui prisci illi Athenienses fuerunt, quos iam extinctos sacræ Aegyptiorū literæ in lucem e tenebris eruerunt, adeo vt de illis deinceps tanꝗ de veteribus Atheniensibus verba fiant. SO. Copiosam & splendidam disputationis mensam apparauisse mihi videris. Tua ergo interest o Timæe, inuocatis secūdū legem diis, disputationem iam exordiri. TI. Probe consulis Socrates. Nam cum omnes qui mentis quoquo modo compotes sunt, in operis cuiuslibet vel magni vel parui principio inuocare deum soleant, quanto nos ęquius est de vniuerso siue genitum sit siue ingenitum disputaturos, nisi forte desipimus, inuocare diuinam opem? Ergo deos omnes deasꝗ precamur, in primis quidem vt ea dicantur a nobis, quæ illis placeant: deinde vt nobis ipsi constemus. Quantū ad deos attinet, sic a nobis oratum sit. Sed quod ad nos spectat, poscendum est, vt & vos facile assequamini, & ego secūdum mentis propositum rem ipsam qua de agitur transigam. Principio ita mihi distinguendum esse videtur, quid sit quod semper est carens generatione: quid vero quod gignitur quidem, neꝗ est vnꝗ. Illud intellectu per rationis indaginem percipi potest, cum semper sit idem. Hoc opinione per irrationalem sensum attingi, cum gignatur, & intereat, neꝗ vere vnꝗ sit. Quicquid autem gignit͛, ex aliqua causa necessario gignit͛. Sine causa vero oriri quicꝗ impossibile est. Quando igitur opifex in operis alicuius constructione ad id quod eodem modo se habet semper aspicit, & huiusmodi quodam vsus exemplo ideam vimꝗ in opus educit, pulchrum fieri tunc opus omne necessarium est: quando vero ad id quod factum est respicit, minime pulchrum. Vniuersum igitur hoc, Cælū, siue Mundum, siue quo alio vocabulo gaudet, cognominemus. De quo primum consideremus, quod in quæstione de vniuerso ante omnia inuestigari debet: Vtrum ne semper fuerit sine vllo generationis principio, an genitum sit ab aliquo principio sumens exordium. Id profecto cernitur, tangiturꝗ, & corpus habet. Omnia vero huiusmodi sensus mouent. Quæ sensus mouent, opinione per sensum percipiuntur. Hæc vero talia esse constat, vt gignantur & genita sint. Quicquid autem gignitur, ab aliqua causa necessario gigni asseruimus. Opificem quidem & patrem mundi inuenire difficile, & cum iam inueneris prædicare, eloqui vulgo impossibile est. Rursus considerandum est vtrum mundi faber sit imitatus exemplar: id ne quod idem semper & simile est, an id quod genitum fuerit. Atqui si pulcher est hic mundus, & opifex mundi bonus, sempiternum certe exemplum maluit imitari. Sin secus, quod ne dictu quidem fas est, generatum exemplar est pro æterno secutus. Cum vero & mundus omnium genitorum pulcherrimus sit, & eius auctor causarum omnium optimus, dubium non est quin sempiternum sit secutus exemplum. Sic igitur generatus, ad id est effectus, quod ratione & sapientia sola comprehendi potest, & immutabile permanet. Ex quo efficitur, vt necesse sit hunc mundum alicuius simulacrum esse. Rationem vero originis naturaliter explicare difficillimum est. Ideo de simulacro & exemplo sic distinguamus. Rationes vtiꝗ cum his rebus quas exprimunt, cognationem quandam habere videntur. Ergo cum de re firma & stabili & mente comprehendenda disseritur, stabiles similiter immutabilesꝗ & ꝗ maxime fieri potest inexpugnabiles rationes esse oportet. Cum vero de ipsius rei firmæ stabilisꝗ simulacro disputatur, verisimiles rationes sufficiunt, quæ ita se ad superiores habeant rationes, vt simulacrum ad exemplum. Nempe quod est ad generationem essentia, id ad fidem est veritas. Cum ergo o Socrates multa de diis mundiꝗ generatione a multis dicta sint, ne miteris obsecro, si rationes de iis probatissimas exactissimasꝗ afferre non possim. Satis enim factum putare debebis, si non minus probabiles ꝗ quiuis alius rationes attulerim. Aequum est meminisse, & me qui dixeram, & vos qui iudicabitis, homines esse: vt si probabilia dicentur, nihil vlterius requiratis. SOCRATES. Scite loqueris o Timæe. Quare nos vt iubes agendum putamus. Exordium quidem hoc orationis mirifice approbauimus. Sed age deinceps disputationem perage. TI. Dicamus igitur quam ob causam ille rerum auctor generationem & hoc vniuersum constituit. Bonus erat. Bonus autem nulla vnꝗ aliqua de re inuidia tangitur. Ergo cum liuor ab eo alienissimus esset, omnia sibi quantum fieri poterant simillima fieri voluit. Siquis hanc gignendi mundi causam præcipuam a prudentibus viris acceperit, rectissime profecto accipiet. Itaꝗ cum vellet deus bona omnia fore, nihil vero quoad natura pateretur malum, quicquid erat quod in cernendi sensum cadere posset, assumpsit, non tranquillum & quietum, sed temere agitatum & fluitans, idꝗ ex inordinata iactatione redegit in ordinem. Hoc enim iudicabat esse præstantius. Fas autem neꝗ erat neꝗ est quicꝗ nisi pulcherrimum facere eum, qui est optimus. Cum igitur excogitasset, inuenit nihil eorum, quę secundum naturam aspectui subiecta sunt, si expers intelligentię sit, intelligente alio, totum toto pul

Oīm opationū exordium a deo sumēdum est.

Nomē rei de qua est disputādū tenendum

De vitationum.

Ordo melior inordinato.

Ordo & pulchritudo ab intellectu.

Deinceps vero cum plus dabitur otii, accepto historiarum libro, latius exponemus. Ac primũ leges illorũ considera quo pacto cũ his nostris cõueniãt. Multa eñ hic similia illis reperies. Principio ꝙ sacerdotes separati ab omni turba vitam agũt. Deinde varia opificũ genera ita inter se discreta sunt, vt suũ quisq; agat, promiscue vero nullus. Similiter pastorũ, venatorum, agricolarum inter se distincta sunt opera. Milites quoq; hic, vt nosti, ab aliis omnibus segregati, bellica dũtaxat tractare a lege iubentur. Armatura etiã vt clypeorum iaculorumq; vsus, apud vtrosq; persimilis. his primi nos in Asia vsi sumus, & dea vt illis in locis sic vobis primis hæc tradidit. Prudentiæ quoq; & modestię magna sicut vides, nostris legibus ab initio cura fuit, diuinationis insuper & medicinæ, & sanitas nobis per hæc diuinitus ꝓcurata. Demũ quæcunq; ad hæc attinent disciplinæ, diligenter institutæ a lege reperiuntur. Huiusmodi institutione & ordine priorem vestram vrbem dea a primordiis exornauit, cũ in vrbe condenda eam regionem elegisset quæ ob aeris temperiem prudẽtissima ingenia procrearet. Vtpote enim bellicosa & sapiens dea regionem eligendam censuit talem, quæ esset sui similes homines editura. His itaq; legibus vel etiam honestioribus institutionibus formati veteres Athenienses omni virtutũ genere cæteris omnibus excelluerunt, vt decebat eos qui diis geniti editiq; essent. Multa quidem & mirabilia vestræ ciuitatis opera in monimentis nostris legunt, sed vnum magnitudine & virtute præcipuum facinus. Traditur enim vestra ciuitas restitisse olim innumeris hostiũ copiis, quæ ex Atlantico mari profectæ prope iam cunctam Europam Asiamq; obsedetant. Tunc enim erat fretum illud nauigabile, habẽs in ore & quasi vestibulo eius insulã, quas Herculis Columnas cognominatis: ferturq; insula illa Libya simul & Asia maior fuisse, ꝑ quã ad alias ꝓximas insulas patebat aditus, atq; ex insulis ad omnem continentem e conspectu iacentẽ vero mari vicinam. Sed intra os ipm portus angusto sinu fuisse traditur. Pelagus illud verum mare, terra quoq; illa vere erat continens. In hac Atlantide insula maxima & admirabilis potentia extitit regum, qui toti insulæ illi, multisq; aliis, & maximę terræ continentis parti, præterea & his quæ penes nos sunt, dominabant. Siquidem tertiæ mundi parti quæ Libya dicitur, vsq; ad Aegyptum imperauerunt, Europę vero vsq; ad Tyrrhenũ mare. Horum vis omnis vna collecta nostram o Solo vestramq; regionem, & quicquid intra columnas Herculis continebatur, inuasit. Tunc vestræ ciuitatis virtus in omnes gentes enituit. Quę cum omnes magnanimitate bellicisq; artibus antecelleret, partim vna cum aliis græcis, partim sola cæteris deserentibus, extrema discrimina subiit, hostesq; expugnauit, amicis seruata vel reddita libertate. Post hæc ingenti terręmotu iugiq; diei vnius & noctis illuuione factum est, vt terra dehiscens vestros illos vna omnes bellicosos homines absorberet, & Atlantis insula sub vasto gurgite mergeretur. Quam ob causam innauigabile pelagus illud propter absorptę insulæ limum relictum fuit. Hæc o Socrates eorum quæ Critias maior a Solone accepta narrabat, summa est. Sed dũ præterito die de Repub. ciuibusq; suis differeres, subiit mihi quædam ex recordatione admiratio, cogitãti videlicet diuina quadã sorte factũ esse, vt simillima quædam haud ab re Solonis historiæ traderes. ob eam vero causam nihil tunc protuli, quoniam ex diuturna negligentia non satis reminiscebar. Satius igitur ipse censui, vt prius q̃ referre vobis inciperem, mecum ipse repeterem. Ideo vero statim imperio tuo consensi, quia confidebam vt in rebus huiusmodi maxime decet, aliquid me quod propositæ rei congrueret reperturum. Ita heri, vt iste ait, post discessum protinus his prout tunc recordabar, recensui. A nocturnis deinde vigiliis pene omnia recuperaui. Profecto quæ in pueritia discimus diutius firmiusq;, vt fertur, meminisse solemus. Atq; haud scio, an quæ heri audiui, referre nunc omnia memoriter possim: quæ vero puer accepi, mirabor equidem siquid eorum e memoria mihi exciderit. Ea ꝗppe cum voluptate & ioco audiebam, cum & senex ille libenter me doceret, & ego ab illo sedulo sciscitarer. Quapropter quasi quædam literarum inustæ indelebiliter notę, ea mihi oĩa infixa memoriæ permanserunt. Atq; his etiam ante solis ortum ipsa narraui, vt vna mecũ essent ad hanc orationem paratiores. Verum vt ad id quo hæc omnia spectant, me conferam, paratus sum o Socrates, non modo summatim sed sigillatim sicut audiui omnia enarrare. Ciuitatem vtiq; & ciues quos quasi per fabulam hesterna disputatione finxisti, rem veram esse ponemus. Ciuitatem quidem illam, Atheniensem hanc vrbem esse. Ciues quoq; quos ipse excogitabas, nostros illos maiores a sacerdote narratos fuisse censebimus. Nempe omnino hęc congruẽt, neq; ab re fuerit, si ciues tuos reuera priscos illos extitisse dixerimus. Quare communiter rem ipsam inter nos partientes conabimur omnes muneri abs te nobis imposito pro viribus satisfacere. Sed vide o Socrates nunquid sermonẽ hũc ꝓbemus, an aliũ exigamus. SO. At eñ quẽ o Critia sermonem magis q̃ istũ ꝓbabimus? qui præsentibus deæ sacris propter propinquitatem quãdam mirifice congruit. Maximum vero illud est, non fictã a nobis fabulam, sed verã historiã recẽseri. Quonã igitur pacto & vnde, hac spreta, disputationem aliam exordiemur? Certe non licet. Ideo bonis fortunę auspiciis oportet iã tã vos disserere, q̃ me pro hesterna narratione, hodie silentio vos audire. CRI. Considera Socrates, an cõmode mutuũ tibi cõuiuium dispo

Quę i pueritia disci mus, diutius seruamus.

L

Motus localis septē species. circulatio, dextrorsū, sinistrorsū, sursum, deorsum, antorsum, retrorsum. nā introrsum, & extrorsum sunt mot⁹ sursum & deorsum. Vide trinitatē i diuinis prīs filij & amoris vtriusq;. Mūdū circulo volui. Partes substātię aīę.

tum enim illi congruum suo corpori tribuit, qui ex septem motibus vnus ad mentem maxime & intelligentiam pertinet. Ideoq; cum illum per eadem, & in eodem, & in seipso circunduxisset, effecit vt circulari conuersione moueretur. Sex autem reliquos motus separauit ab eo, & ab eorum errore & peruagatione penitus liberauit. Ad hanc igitur conuersionem quæ pedibus non egebat, crura pedesq; non dedit. Cum hæc igitur deus ille qui semper est, de aliquādo futuro deo cogitaret, lenem eum effecit æqualemq;, & a medio ad summum vndiq; parem, corpusq; ex corporibus totis & perfectis totum atq; perfectum: Animam autem in eius medio collocauit, perq; totum tetendit, atq; ea corpus ipsum etiam extrinsecus circūtexit, mundumq; hunc vnum & solum solitariumq; & circularem volui in circulum statuit, qui propter virtutem secum ipse facile coercere possit, nullius alterius indigens, satisq; ipse sibi notus atq; amicus. Itaq; omnibus his de causis mundū opifex eius beatū deum effecit: sed animam haud ita vt modo dicere cœpimus, tum deniq; cum corpus ei effecisset, procreauit. neq; enim qui hęc coniunxit, parere iuniori antiquius permisisset. Sed nos multa vtpote fortunæ participes inconsiderate & temere loquimur. Ille vero tam generatione q̃ virtute priorem antiquioremq; animam corpore constituit, vtpote quæ obedienti corpori esset imperatura, ex his videlicet, atq; hoc pacto. Ex ea substantia quæ indiuidua & semper eadem similisq; est, & ex ea rursus quæ circa corpora diuidua fit, tertiam substantiæ speciem commiscuit mediam, quæ rursus esset naturę ipsius eiusdem, & naturæ ipsius alterius particeps, eamq; per hæc mediam constituit inter indiuiduam substantiam, & eam quæ circa corpus diuiditur. Ea cum tria sumpsisset, in vnam speciē oīa temperauit. Vbi naturam eius quod alterum diuersumq; vocamus, commixtioni repugnantem, cū eo quod idem dicitur vi quadam conciliauit. Postq̃ vero duo illa cum substantia commiscuit, & ex tribus vnum fecit, rursus id totum in ea quæ decuit membra partitus est, quorum quodlibet ex tribus, eodem, altero, substantiaq; constaret. Fuit autem talis illa partitio. Vnam principio accepit ex vniuerso portionem. Secūdam autem primæ partis duplam. Deinde tertiam, quæ secundæ sesquialtera esset, primæ tripla. Postea quartam, secundæ duplam. Quintam deinceps tertiæ triplam. Sextam primæ octuplam. Postremo septimam, quæ partibus sex & viginti primam excederet. Post hæc dupla & tripla interualla repleuit, partes rursus ex toto desecans, quas interuallis ita locauit, vt bina essent in singulis media, siue vt ita dixerim, medietates: quarum vna eadem parte excedit alterum extremorum, eadem ab altero superatur. Altera medietas pari numero extremum vnum superat, pari superatur ab altero. Cum vero sesquialtera interualla, sesquitertia, & sesquioctaua sumpsisset, ex his nexibus in primis spatiis, sesquioctauo interuallo sesquitertia oīa explebat, particula singulorum relicta. Huius autem particulę interuallo assumpto ea inde habebatur numeri ad numerum in terminis comparatio, quæ est inter ducentos quinquaginta sex, & ducentos quadraginta tres. Iam vero commixtum illud vnde ista secernebat totum, huiusmodi partium sectione consumptum erat. Tunc seriem hanc vniuersam in longum secuit, & ex vna duas fecit, mediamq; mediæ in speciem χ Græcæ literæ accommodauit. Deinde in orbem intorsit, quoad ita coirent inter se capita, vt lineæ ipsæ & secum & inter se inuicem eregione intersectionis ipsius coniūgerentur: atq; eo motu qui in eodem & similiter semper reuoluitur, vndiq; est eas circumplexus: & circulorum alterum exteriorem, interiorem alterum fecit. Exteriorem quidem lationē eiusdem naturæ, interiorem vero alterius nominauit. atq; illam quę erat ipsius eiusdem naturæ cognata, in latus ad dexteram partem: eam vero quæ alterius, per diametrum ad læuam flexit. Sed principatum dedit eiusdem ipsius similisq; agitationi. Eam nanq; solam indiuisam reliquit. Interiorem vero cum sexies diuisisset, septemq; orbes inæquales dupli & tripli interuallis effecisset, singula cum tria sint vtriusq; contrariis inter se cursibus orbes peragere iussit, & ex septem interioribus tres quidem pari celeritate, quatuor vero & ad se & ad reliquos tres celeritate quidem impari, debita tamen ratione conuerti. Postq̃ igitur secūdū creatoris illi⁹ mentem tota animæ constitutio absoluta fuit, mox omne corporeū intra ipsam effinxit, mediūq; mediæ accōmodans apto modulamine copulauit. At illa a medio per oīe vsq; ad cæli extrema se porrigens, eiq; extrinsecus circūfusa, seq; in seipsa conuertens, ita sempiternæ sapiētisq; vitæ in vniuersum tempus diuinum dedit exordium. Et corpus quidem cæli spectabile factum est, anima vero

1 2 3 4 9 8 27
CVBVS. 1 2 3 4 9 8 27 CVBVS.

6
8 9 12 16 18 24 32 36 48
9 12 18 27 36 54 81 108 162

MOTVS OCTAVE SPHERE.
MOTVS PLANETARV.

chrius vnq̃ fore, intellectum vero alicui sine anima dari non posse. Hac ratione mẽtem quidẽ animę, animam vero corpori dedit, totumq́; ita mundum constituit, vt pulcherrimum natura opus optimumq́; foret. Quocirca sicut ratio nobis hæc probabilis persuadet, dicendum est, hunc mundum animal esse, idq́; intelligens, reuera diuina prouidentia constitutum. Hoc posito, quod sequitur, videamus ad cuius animalis similitudinem deus mundũ cõstituit. Vni cuidã proprięq́; animaliũ speciei similem fecisse, ne arbitremur. Nam si imperfecto animali similis esset factus, pulcher certe non esset. Immo vero illius animalis eum simillimum esse ducamus, cuius animalia cætera & singulatim, & generatim partes sunt. Illud siquidem viuentia omnia, quæ sola mente percipiuntur, in seipso complectitur, quemadmodum mundus hic nos & cætera quæ cernuntur animalia continet. Volens itaq́; deus oĩm quæ intelligi possunt pulcherrimo & vndiq́; absoluto mũdũ hunc simillimũ reddere, animal vnum ipsum effecit, aspectui subiectum, animalia cuncta naturæ suæ conuenientia intra suum limitem continens. Proinde recte ne mundũ vnum diximus? an rectius plures innumerabilesve dici oportuit? Vnum profecto, si modo ad vnius similitudinem sit formatus. Quod enim viuentia omnia quæcunq́; intelliguntur continet, socium alterum habere non potest. Alioquin aliud animal, quod hæc duo contineat, esse oporteret, cuius duo hæc partes sint, nec illorum, sed tertii huius, mundus hic simulacrum rectius diceretur. Vt igitur hic mundus esset animali absoluto simillimus, ex eo q́ solus atq́; vnus esset, idcirco neq́; duo neq́; innumerabiles procreati sunt, sed vnus mundus vnigenitusq́; factus est & erit. Quoniam vero corporeus, spectabilisq́;, & tractabilis erat futurus, ac sine igni videri nihil potest, nihilq́; sine solido tangi, & solidũ absq́; terra nihil, ideo in operis huius exordio deus ignem primo terramq́; creauit. Sed duo sola absq́; tertio quodam commode cohęrere nõ possunt, mediumq́; aliquod vinculum vtrorunq́; desiderant. Vinculorum vero id est aptissimum atq́; pulcherrimum, quod ex se & ex iis quę astringit, q̃maxime vnum efficit. Hoc maxime proportio ratioq́; alternæ comparationis assequitur. Quando enim in tribus numeris aut molibus aut viribus mediũ ita se habet ad postremũ, vt primum ad medium, vicissimq́; vt postremum cum medio, ita mediũ cum primo congruit, tunc qđ medium est, & primum fit & postremum, postremum quoq́; & primum media fiunt. Ita necessitas cogit, vt omnia quæ sic deuincta fuerint, eadem inter se sint. Eadem vero cum facta sint, efficitur vt omnia sint vnum. Qꝫ si vniuersi corpus latitudinem habere debuisset, nullã vero profunditatem, vnum sane tum ad seipsum, tum ad extrema vincienda interiectum medium suffecisset. Sed cum soliditatem mundus requireret, solida vero non vno sed duobus semper mediis copulentur, inter ignem & terram deus aerem aquamq́; locauit, eaq́; ita inter se inuicem quoad fieri poterat, comparauit, vt quemadmodum ignis ad aerem, ita aer ad aquam: vt aer ad aquam, sic aqua ad terram congrue conferatur. Qua ex coniunctione ita constitutus est mundus, vt aspici tangiq́; possit. Propterea ex huiusmodi rebus numero quatuor, mundi corpus conflatum est, ea connexum comparatione qua dixi. Ex quo seipsum amicitia concordi complectitur, atq́; ita apte cohęret, vt nequeat dissolui vllo modo, nisi ab eodem a quo est colligatum. Quatuor igitur earum rerum quãlibet integram mundus accepit. Ex omni quippe igni, aere, aqua, terra, ipsius faber ita ipsum cõposuit, vt nullam cuiusq̃ istorum partem aut vim extra relinqueret. Idq́; ea ratione fecit, primum quidem vt totum hoc animal q̃ maxime perfectum ex perfectis partibus esset. Deinde vt esset vnum, cum nihil extra relictum fuerit, ex quo alterum generetur. Postremo nequis ipsum morbus aut senectus attingeret. Videbat enim eam esse naturam corporis, vt importuna caloris vel frigoris aliarumq́; rerum nimis vehementium accessione lædatur, & in morbos, seniumq́; impulsum deficiat. Quam ob causam rationemq́; vnum totum ex omnibus totis & perfectis perfectum, morbi & senectutis expertem deus mundum constituit. Cui & figuram maxime congruam & decoram dedit. Animal quippe hoc, quod intra suum ambitum erat animalia omnia contenturum, eam figuram præcipue requirebat, in qua figuræ omnes continerentur. Quapropter sphæricum fecit, in quo omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur. quæ quidem figura omniũ perfectissima sibiq́; ipsi simillima iudicatur. Putabat eñ simile dissimili multo pulchrius esse. Lenem præterea hũc globũ extrinsecus vndiq́; expoliuit. Nec immerito summa eum æqualitate tornauit. Nec enim oculis indigebat, quia nihil extra quod cerni posset, relictum erat. Nec auribus, cum nihil superesset foris quod audiretur. Nec erant aere circunfusa externa mundi, vt respirationem requireret. Nec membris quidem talibus opus erat, per quæ noua alimenta susciperet, aut decocti cibi excrementa emitteret: nulla decessio fieri poterat, nulla accessio. Nec enim erat aut quo aut vnde talia fierent. Ipsum enim se consumptione & senio suiipsius alit. Ita nempe diuina arte fabricatus est mundus, vt omnia in seipso & a seipso patiatur, & agat. Ratus enim est ille auctor, mundum si sibi ipse sufficiat, præstantiorem fore, q̃ si aliorum adminiculis egeat. Nec ei manus necessarias esse duxit, quia neq́; capiendum quicq̃ erat neq́; repellendum. Nec pedibus aut aliis ad progressum statumve mẽbris opus erat. Mo-

Definitio mundi.

Quæstio de causa formali vel exẽplari.

De vnitate mũdi intelligibilis

Quæstio vn⁹ ne an plures mũdi.

Solutio q̃stionis.

Vis terrę & ignis.

Mũdus ex tota materia cõstat.

Perfectũ, extra qđ nihil ẽ sumere.

Senium & morb⁹ ab externis causis. ex q̃bus vide mũdũ esse ęternũ a defectu causę nõ a materia.

Sphærica figura pfectissima.

Cur mundus nõ fit organico corpore.

Maxima. qđ sufficiens id præstantius.

certo illos appellant, neq; numeris inter se distinctis commetiuntur. Itaq;, vt ita dixerim, nesciunt horum peruagationes idipsum esse quod rite dicitur tempus, multitudine infinita & varietate mirabili præditas. Est tamen intellectu facile, q perfectus numerus temporis, perfectum tunc demum compleat annum, cum octo ambitus confectis suis cursibus, quos orbis ille semper idem similiterq; procedens metitur, ad idem se caput retulerint. Has ob causas nata sunt ea astra quæ per cælum meantia conuersiones habent, vt hoc omne animal quod videmus, esset perfectissimo animali illi quod mente perspicitur, harmoniæ imitatione simillimum. Iam vero cætera vsq; ad temporis ortum, ad imaginem propositi exemplaris effinxerat. Sed quia mundus hic nondum animalia omnia intra suum ambitum continebat, ex ea parte deficiebat ad illud exemplar imaginis huius similitudo. Hoc igitur quod deerat, superni illius exemplo deus explebat. Quot igitur & quales mens ideas in eo quod est animal inspicit, totidem & tales hoc mundo contineri oportere excogitauit. Sunt autem quatuor. Vna quidem deorum cælestium genus continet. Alia volatile & aeriuagũ. Tertia aquæ liquoribus accommodatum. Quarta terrenorum animantium genus. Diuini quidem animalis speciem ex igni maxima ex parte componebat, vt splendidissimum esset visuq; pulcherrimum. Cumq; illud vniuersi figuræ simile vellet fore, rotundum fecit, posuitq; in ipsius optimi sapiẽtia, atq; illud sequi iussit, circũq; omne cælum distribuit, vt verus illi vbiq; ex hac varietate ornatus accederet. Dedit autem diuinis duo genera motus. Alterum quo in eodem semper & similiter voluerentur, cum de eisdem semper secum ipsis eadem cogitent. Alterum quo in anteriorem partem ab eiusdem ipsius similisq; vertigine ducerentur. Reliquos autem quinq; motus ab his esse voluit alienos, vt vnum quodq; illorum quoad fieri potest, optimum esset. Qua ex causa facta sunt astra illa erroris experita, quæ diuina animalia sunt, propterea q; in eodem semper circuitu perseuerant. Quæ vero vaga sunt, & mutabili ratione labuntur, ita deinceps vt supra diximus, disposita sunt. Terram autem altricem nostram circa polum per vniuersum extensum alligatam, diei noctisq; effectricem & custodem esse voluit, nec non primam antiquissimamq; deorum omnium qui intra cælum sunt geniti. Horum vero deorum choreas, & inter ipsos concursiones, circulorumq; ipsorum reuolutiones varias & accessus, quales præterea fiant coniuncti sibi inuicem vel oppositi, siue ante inter se, siue retro, quidve ex illorum serie nobis proueniat, quibus temporibus & quo pacto delitescant singuli, vel emergant, quidve portendant quando orientes hominibus harum rerum peritis timorem incutiunt: Hæc inquam omnia absq; diligenti simulacrorum ipsorum inspectione explicare velle, inanis est labor. Sed de his satis: & iam quæ de natura deorum illorum qui tales geniti sunt vt cernantur dicenda erant, finem habeant. Cæterorum vero qui dæmones appellantur, & cognoscere & enunciare ortum, maius est opus q̃ ferre nostrum valeat ingenium. Priscis itaq; viris hac in re credendum est, qui diis geniti vt ipsi dicebant, parentes suos optime nouerant. Impossibile sane deorum filiis fidem non habere, licet nec necessariis nec verisimilibus rationibus eorum oratio confirmetur. Verum quia de domesticis rebus loqui se affirmabant, nos legem secuti fidem præstabimus. Sic igitur vt ab his est traditum, horum deorum generatio habeatur atq; dicatur. Terræ Cæliq; filii Oceanus & Tethys fuisse traduntur. Ab iis Phorcyn, Saturnus, & Rhea geniti, & reliqui horũ fratres. Ex Saturno & Rhea Iupiter, & Iuno, & reliqui, quos eorum fratres quotidie memorari audimus, nati dicuntur. Ex his deinceps vt traditur alii. Postq̃ orti sunt omnes, & qui cælo voluuntur dii nostris oculis manifesti, & qui eatenus nobis conspicui fiunt quatenus ipsi volunt, tum ad eos mundi genitor ita fatur. Dii deorum quorum opifex ego & pater sum, hæc attendite. Quæ a me facta sunt, me ita volente indissolubilia sunt. Omne siquidem qđ vinctũ est, solui potest. Sed mali est, quod pulchre compositum est, seq; habet bene, velle dissoluere. Quapropter quia generati estis, immortales quidem & indissolubiles omnino non estis. Nec tamen vnq̃ dissoluemini, nec mortis fatum subibitis. Nam voluntas mea maius præstantiusq; vobis est vinculum ad vitæ custodiam, q̃ nexus illi, quibus estis tunc cum gignebamini, colligati. Sed nunc iam quid iubeam, cognoscite. Tria adhuc genera mortalium nobis generanda restant, absq; horum generatione cælum imperfectum erit. Omnia enim animantium genera ambitu suo non continebit. Contineat autem oportet, si est mũdus omnino perfectus futurus. Hæc vero si a me fiant solo, vitaq; donentur, diis adæquabuntur. Quapropter accedite vos secundum naturam ad animalium generationem, ita vt vim imitemini meam, qua in ortu vestro sum vsus. Atq; eius quidem animalis quod in ipsis tale futurum est vt cum immortalibus appellatione conueniat, diuinumq; vocetur, principatumq; teneat, & iustitiam simul ac vos vltro colat, ego vobis semen & initium tradam, vos cætera exequi par est, vt immortali naturæ mortalem attexentes, faciatis generetisq; animalia, subministrantesq; alimenta augeatis, & consumpta rursum recipiatis. Hæc fatus, in eodem rursus cratere, in quo mundi totius animam permiscens temperauerat, superioris temperationis reliquias miscendo perfudit, modo quodam eodem, non

Gña aĩalium.

Quatuor Ideę aĩaliũ

Terra antiquissima deorũ, qui intra cęlũ.

oculorũ effugit obtuitum, rationis & modulaminis compos, ab auctore suo omniũ quæ semper sunt & ad intelligentiã ptinent optimo, ipsa quoq; optima omnium quæ genita sunt effecta. Quoniã igitur ex tribus partibus, eodem scilicet, & altero, & essentia, conflata est, ratione proportionis distincta atq; compacta, nec non in seipsam orbe reflectitur, quotiens aliquid attingit qđ essentiã diuiduã habet & qđ indiuiduã, in seipsam omnino conuersa quid sit vtrũq; discernit, & cui quid idem sit, a quo alterum & diuersum, ad quid queq;, & vbi, quomodo, & quãdo esse huiusmodi aliquid vel pati contingat, tã in iis quę gignuntur, q̃ in illis quæ semper sunt eadem. Ratio porro ad ipsum qđ idem est vergens atq; veridica, tam circa alterum q̃ circa idem versata, & sine sono strepituq; omni in eo qđ se ipso mouetur reuoluta, quando ad sensibile aliquid se conuertit, si tunc etiam alterius diuersæq; naturæ circulus recte per omnem ipsius animã rem ipsam nunciet, opiniones fideiq; assensiones firmas verasq; producit. Quãdo rursus circa rationale se versat, & ipsius qđ idem est circulus se apte reuoluens rem denunciat, intellectus necessario scientiaq; perficitur. Hæc quisquis in alio q̃ in anima fieri dixerit, a vero penitus aberrabit. Cũ igitur hoc a se factum sempiternorum deorum pulchrũ simulacrum moueri & viuere pater ille qui genuit animaduerteret, delectat⁹ est opere, & hac ductus lętitia opus suum multo etiam magis primo illi exemplari simile reddere cogitauit. Itaq; quemadmodum illud sempiternum animal est, ita vniuersum hoc pro viribus tale facere statuit. Illius qdem animalis æterna natura est: qđ genito operi congruere omnino non potest. Idcirco imaginem æui mobilem effingere decreuit, ac dum cælum exornaret, fecit æternitatis in vnitate manentis ęternam quandam in numero fluentem imaginem, quã nos tempus vocamus. Dies porro & noctes, & menses, & annos, qui ante cælum non erant, tunc nascente mundo nasci iussit. quæ oĩa temporis partes sunt. Atqui erat & erit, quæ nati temporis species sunt, non recte æternæ substantiæ assignamus. Dicimus eñ de illa, est, erat, & erit. Sed illi reuera solum esse competit. Fuisse vero & fore deinceps, ad generationem tempore procedentem referre debemus. Motus enim quidam duo illa sunt. Aeterna autem substantia cum eadem semper & immobilis perseueret, neq; senior seipsa fit vnq̃ neq; iunior, neq; fuit hactenus neq; erit in posterum, neq; recipit eorum quicq̃, quibus res corporeæ mobilesq; ex ipsa generationis conditione subiiciuntur. Nempe hęc omnia temporis imitantis æuum, seq; numero reuoluentis, species sunt. Sæpe etiam dicimus quod factum est, esse factum: quod fit, in generatione esse: quod fiet, esse faciendum: & quod non est, non esse. Quorum nihil recte & exacta ratione dicimus. Sed exquisitam de iis discussionem præsens disputatio non requirit. Tempus vero vna cum cælo factum est, vt vna orta, vna etiam dissoluantur, siqua his dissolutio vnq̃ contigerit. Et ad exemplar æternæ naturæ ideo factum est, vt mundus hic illi præstantiori quoad potest simillimus sit. Ille enim mundus, huius exemplar omne per æuum est. Hic vero perpetuo per omne tempus fuit, fitq; solus, & erit. Hac ratione consilioq; dei tempus creare volentis Sol & Luna, & aliæ quinq; stellæ quæ vocantur erraticæ, factæ sunt, quo temporis numerus distinguatur atq; obseruetur. Cum vero stellarum huiusmodi corpora septem fecisset deus, septem orbibus qui alterius ipsius diuersæq; naturæ circuitu voluuntur, adhibuit. Lunam in primo supra terram circuitu posuit. In secundo Solem. Luciferi deinde globum, & Mercurii sacrum vt dicitur orbem circulis affixit, Soli velocitate æqualibus, potentia vero illi cõtrariis. Quo fit vt apprehendant se inuicem, & a se vicissim apprehendantur similiter hæ stellæ, Sol, Lucifer, & Mercurius. Cæterarum stellarum ordines progressusq; & rationes siquis omnino percurrere velit, plus erit opere ipso, quod operis gratia sumetur. Hæc enim forte a nobis pro dignitate rei alias si dabitur otium tractabuntur. Postq̃ vero singula quæ ad seriem temporis pertinebant, conuenientem sibi progressum sortita sunt, corporaq; nexibus compacta vitalibus animalia euaserunt, præscriptum tenorem & institutum ordinem tenuerunt, vt videlicet secundum alterius diuersæq; naturæ obliquam agitationem eiusdem ipsius agitationi subiectam, orbes illi partim ampliorem, partim angustiorem circulum peragant: & quæ minorem, velocius: quæ maiorem, tardius reuoluantur. Secundum vero ipsam eiusdem naturæ lationem, quæ velocissime percurrunt comprehendentia, a tardioribus comprehendi videntur. Omnes quidem eorum circulos superna illa vertigo varia circuitione reuoluens, propterea q; isti duobus simul contrariis motibus agitantur, id quod tardissime ab ipsa quæ velocissima est recedit, proximum declarauit. Vt autem esset quædam velocitatis illorum tarditatisq; mensura certissima, omniumq; octo motuum prodiret in lucem chorea, accendit lucem clarissimam deus in secundo a terra circulo, quam modo Solem vocamus. Cuius splendore cælum omne illustraretur, & animantes omnes quæcunq; natura numeri capaces sunt, ipsius participes efficerentur, vsum numerandi discentes ab illo eiusdem similisq; naturę circuitu. Hinc quoq; noctis diei q; varietas orta est. Propter hæc etiam vnius sapientissimiq; circuitus reuolutio. Mensis vero prouentus, quando Luna lustrato circulo suo solem consecuta est. Anni, vbi Sol suum peragrauit orbem. Cæterorum autem siderum ambitus ignorantes homines, præter admodum paucos, neq; nomine

De genitura tẽporis

tiores fiunt,& in figuram naturæ suæ congruam restituuntur,tunc singulorum circulorum directę conuersiones,eiusdē & alterius naturam probe discernunt,hominemq; sic institutum prudentem efficiunt. Qꝫ siquis educationi rectæq; nutritioni disciplinam quoq; & eruditionem conuenientem adiunxerit,morbo grauissimo deuitato sanus & integer prorsus euadet: sinautem neglexerit, claudum vitæ iter ingressus,tanq̄ mancus,& omnino inutilis rursus ad inferos decidit.Sed hæc quidem post ortum contingunt.Nunc vero de prima hominis compositione exactius disserendum,ac probabili ratione monstrandum,qua causa & prouidentia deorum singula mēbra corporis ad singula animæ officia sint accommodata. Principio dii figuram capitis ad rotunditatem mūdi finxere, in eoq; duos illos animæ diuinos circuitus statuerunt. Est autem caput membrum corporis diuinissimum, reliquorumq; membrorum princeps:cui totum corpus connexum dii subesse & parere iusserunt.Ex cogitauerunt enim motuum omnium quotcunq; esse queant,compos id fore. Cum vero inæqualis & aspera,ac partim quidem accliuis,partim decliuis terra sit, si humi caput serperet, perq; terræ superficiem volueretur,hos anfractus sine offensione transire non posset.Quod sane malum vt vitaretur,procerum hunc habitum corporis ad faciliorem progressum dii pro vehiculo capiti subiecerunt.Corpori præterea quatuor in longum porrecta & flexibilia membra annexuerunt,quibus facile diuina prouidentia moueret,apprehenderet videlicet obiecta quæq;,staret,& sisteret,perq; omnia graderetur caput superne subsistens diuinissimi sacratissimiq; habitaculum. Hanc igitur ob causam nobis crura manusq; dedere. Anteriores autem partes posterioribus præstantiores & ad imperandum aptiores arbitrati,in anteriorem quoq; partem moueri nos vt plurimum voluerunt. Oportebat porro anteriora discreta & dissimilia esse.Quapropter primum globo capitis faciem adiecere, facieiq; instrumenta quæ adminicularentur omni animæ prouidentiæ, assignauerunt, decreueruntq; naturale hominis imperium in hac parte anteriori prioriq; consistere. Sed ex omnibus faciei partibus primi luciferi oculorum orbes coruscant, hac de causa dati. Ignis certe illius qui non vrit quidem sed illuminando suauiter diem inuehit mundo, participes oculorum orbes dii fecerunt. Intimum siquidem nostri corporis ignem huius ignis germanum syncerumq; per oculos emanare voluerunt,in quibus lenis congestusq; vbiq; ignis huiusmodi sit, sed per eorum duntaxat solidiorem angustamq; medietatem ignis purior euolet,crassior vero cohibeatur. Itaq; cum diurnum lumen applicat se visus radio, tunc ea duo inter se similia concurrentia atq; commixta,quo oculorum acies diriguntur, ibi in vnius iam domestici corporis cohærent speciem, vbicunq; videlicet tam intimi q̄ externi luminis fit concursus. Totum igitur hoc propter similitudinem passionem eandem sortitum, cum quid aliud tangit,vel ipsum ab alio tangitur, motum huiusmodi ad corpus omne perq; id ad animam vsq; diffundens sensum efficit, qui visus vocatur. At postq̄ in noctem discesserit cognatus ignis,visionis radius euanescit. Nam in aerem sibi dissimilem erumpens permutatur, atq; extinguitur,cum nullam habeat cum proximo aere,vtpote ignis splendore carente, naturæ communionem. Idcirco videre desinit, somnumq; inducit. Etenim salubre palpebrarum tegmen dii oculis machinati sunt: quibus obductis vis illa ignis intimi conniuentia tegminis coercetur, compressaq; interiores motus perfundit & mulcet, quibus relaxatis atq; mollitis quies oritur. Si profundus ob multam quietem motuum nos occupat sopor, exigua sequuntur insomnia. Sin vehementiores aliqui motus quasi vigiliarum reliquiæ relicti sint,quales q̄dem & qualibus ex locis haustæ reliquiæ sunt,talia somniorum simulacra nascunt̄,eorumq; nobis expergefactis restat memoria. At vero simulacrorum quæ vel in speculis oboriuntur, vel in perspicua leniq; cernunt̄ superficie, facilis assecutio est.Nam ex vtriusq; ignis tam intimi q̄ extra positi communione,eiusq; rursus concursu & congruentia,qui passim terso leniq; corpori accommodatus est, necessario hæc omnia oriūtur,cum ignis oculorum cum eo igne qui est e conspectu effusus,circa lene nitidūq; corpus sese confudit.Dextera vero vident̄ quæ læua sunt,quia contrariis partibus oculorū insolito more contrarias partes attingimus. Respondent aūt dextera dextris, læua læuis,quando commixtū lumen cū eo cui permiscet̄,transilit. Id fit,cū speculoꝝ lenitas hinc illincq; altitudinem assumpsit, & ita dextram oculorū partem in læuam speculi,læuamq; in dextram detorsit. Qꝫ si speculū ad vultus longitudinem conuertat̄,vultum reddit resupinum,cum superior luminis pars ad inferiora, inferior vero ad superiora vertat̄.Atq; hæc omnia ex eorū genere sunt,quæ principales rerum adiuuant causas,quibus vt ministris vtit̄ deus ad optimi,quoad fieri potest, ideam perficiendam. Sed existimant pleriq; non adminicula hęc principaliū causarum,sed has ipsas esse omnium causas,quæ frigoris & caloris, rari & densi,cæterorumq; similium naturam habeant, rationem vero mentemq; nequaq̄. Mentem enim a nulla re alia nisi ab anima possideri conuenit. hæc vero aspectū effugit oculorum. Sed ignis aqua,aer,ac terra corpora sunt,atq; cernuntur. Oportet autem mentis & scientiæ amatorem prin-

Caput mēbrū diuinissimum

Proceritas

De oculis multa.

Qꝫ oporteat philosophū principales causas naturæ q̄rere.

tamen perfectas similiter, sed & secundo, & tertio gradu a primis deficientes. Deniq; cum vniuersum constituisset, astris parem numerum distribuit animarum, singulis singulas adhibens, eisq; tanquam vehiculo impositis monstrauit vniuersi naturam, ac leges fatales edixit: ostendens quidem primam omnibus generationem ordine quodam vnã fore, ne quis ab eo minus aliquid sortiatur. Satis autem & quasi sparsis animis per singula singulis conuenientia temporum instrumenta, fore vt animal nasceretur, quod omnium animalium maxime esset diuino cultui deditum. Esse autem naturam hominis geminam: cuius id genus fore præstantius quod viri nomine sit appellandum. Cum vero animæ corporibus necessitate quadam insertæ fuerint, & corporibus earum accesserit aliquid vicissimq; abscesserit, primum vtiq; necessario sensum vnum omnibus intimum, & naturæ coniunctum illic a violentis passionibus excitari, deinde voluptate & dolore mixtum amorem, post hæc metum & iram, & quæcunq; vel ista sequuntur, vel ab istis vt contraria dissident. Hæc qui superauerint, eos iuste victuros, iniuste vero qui ab his fuerint superati. Atq; illum qui recte curriculum viuendi a natura datum confecerit, ad illud astrum cui accommodatus fuerint, reuersum beatam vitam acturum. Contra vero agentem cogi in ortu secundo sexu mutato fieri mulierem. Et qui ne tum quidem finem peccandi faciet, quatenus deprauatur eatenus in brutorum naturam suis moribus similem permutari, nec prius a mutationibus laboribusq; cessare, quam illam sibi insitam eiusdem ipsius similisq; naturæ conuersionem secutus ipse, eiq; subiiciens turbulentos multiplicesq; affectus postea ex igni, aqua, aere, & terra contractos, ratione sedauerit, & ad primum optimumq; sui habitum iam redierit. Quæ cum illis ita designauisset, ne qua penes se futuræ prauitatis causa esset, alios in terram, alios in lunam, alios in alia temporis instrumenta spargens quasi serebat. Post huiusmodi sementem, quod reliquum erat, diis iunioribus agendum mandauit, vt corpora mortalia fingerent, quantumq; esset humanæ animæ quod reliquum huic deberet accedere, id omne & quæ consequentia essent, adiungerent regerentq;, & quam optime & pulcherrime fieri posset mortalis animalis naturam gubernarent, nisi ipsum sibimet malorum causa esset. Atq; is quidem qui hæc cuncta disposuit, rite in suo habitu permanebat. Quo quidem permanente, eius filii cum parentis ordinem cognouissent, eum protinus sequebantur. Itaq; accepto ab illo mortalis animantis immortali principio, sui effectorem imitati, ignis, aeris, aquæ, terræ particulas, quas rursus redderent, a mundo mutuabantur, easq; inter se copulabant, haud iisdem illis indissolubilibus vinculis, quibus ipsi fuerant colligati, sed talibus quæ propter paruitatem cerni non possent, crebrisq; huiusmodi clauis coniunctis vnum ex omnibus corpus efficiebant, atq; in hoc ipsum tum influente, tum effluente corpore animæ diuinæ circuitus illigabant. Itaq; hi circuitus in profundum flumen immersi, neq; tenebant neq; tenebantur, sed vi ferebantur, atq; ferebant. Ex quo factum est, vt totum animal moueretur, sine ordine tamen, & fortuita quadam iactatione. Cui quidem sex peruagari motibus contingit vndiq; per sex loci differentias progrediendo, videlicet ante & retro, ad dexteram & læuam, sursum atq; deorsum. Cum vero plurimus inundaret fluctus atq; deflueret vnde animal nutriretur, multo etiam maior a passionibus extrinsecus illatis turba sequebatur, cum corpus aliquod ignis exterioris incurrisset offensionem, vel a terræ soliditate, aut aquæ humore, aut aeris flatu læsum esset. Porro ab iis omnibus per corpus motus vsq; ad animam transeunt, qui propterea & initio & nunc sensus cognominati sunt. Hi quidem ab initio continue multos & maximos motus cient, riuo illo iugiter fluente, atq; his fluctibus vehementer animæ circuitus quatiunt. Et circuitum quidem illum eiusdem similisq; naturæ in ipso cursu prorsus impediunt, alterius vero circuitum distrahunt, vsqueadeo vt dupla illa & tripla vtrinq; disposita interualla tria, medietatesq; & colligationes sesquitertia, sesquialtera, sesquioctaua ratione interiectas, quæ dissolui a nullo nisi ab eo qui coniunxit possunt, omni reuolutionis genere torqueant, omnesq; anfractus & varietates orbium, quotcunq; contingere queunt, inducant: ita vt ambitus ipsi vix sibi inuicem connexi, ferantur quidem, sed sine ratione ferantur, tum contra, tum ex obliquo, tum resupina quadam dispositione. ceu siquis caput pro pedibus humi figat, pedes vero pro capite tollat in altum: tunc arbitror tam eius qui sic affectus est, quam eorum qui spectant, dexteræ partes sinistræ, & contra sinistræ dexteræ sibi inuicem esse videntur. Itaq; cum hoc ipsum cæterave huiusmodi animi quoq; ambitus maxime patiuntur, si tunc extrinsecus aliquid eiusdem ipsius vel alterius generis inciderint, falso quid idem alicui sit, quidve alterum ab aliquo iudicant. Ideoq; mendaces tunc dementesq; sunt, nec vllus princeps & dux in eis tunc est circuitus. Cumq; extra positi sensus pulsauerint animam vehementius, totamq; eam possiderint, tunc illi subiugati quidem & seruientes dominari videntur. Quasobres ab initio anima cum mortalis corporis vinculis includitur, amens efficitur. At postquam nutritionis & augmenti riuus lenius minusq; fluit, animæq; circuitus tranquilliore motu iter suum peragunt, processuq; temporis seda-

Cuiq; generi aĩarũ vnũ tribu tũ eẽ astrũ.

Amor mixtus voluptate & dolore.

Cur seniores prudentes.

babile in huiusmodi inquisitione dicemus? Principio id corpus qđ modo aquam nominauimus, quã do in solidam concrescit materiam, lapis & terra fieri videt: quando vero liquescit & diffluit, spiritus atq; aer. Item aer exustus ignis efficit. Ignis extinctus & corpulentior factus aerem creat. Rursus crassior fact⁹ aer, in nebulas nubesq; concrescit. His etiam magis compressis pluuiæ defluũt. Ex aqua rursus terra lapidesq; gignunt. Atq; ita videmus hæc omnia circuitu quodam sibi inuicem vires fomentaq; generationis vicissim tribuere. Quæ cũ nũq̃ eadem appareãt pmanere, qsnam sine rubore redargutionisq; suspitione poterit istorũ aliqd vnũ potius q̃ aliud certe & firmiter appellare? Nemo certe. Quare tutissimus in his hic erit loquendi modus. Hoc quod semper alias aliter formatũ videt, & plerũq; iuxta ignis effigiem, nõ est vtiq; ignis hoc aliqd, sed tale, id est igneũ qddam, nec aqua hoc aliqd, sed tale qd, id est aqueũ, nec aliud qcq̃ velut vllam habens stabilitatem. Deniq; nec pronominibus qdem vllis hæc signanda sunt, quibus in rei cuiuslibet demonstratione, cũ hoc vel illud dicim⁹, vti solemus. fugiunt enim, nec expectant vel eam demonstrationem, quæ hoc & huius & huic designat: vel appellationem, quæ de his tanq̃ de existentib⁹ & stabilibus habeat. Igit huiusmodi omnia neq; hoc, neq; illud, sed tale potius, aut tale propter similitudinem aliquam appellare debemus. Et ignem quidem vbiq; tale, ac de cæteris quæ gignũtur eodem pacto. At vero illud in quo fieri singula hæc vident, ac deinde dissolui, solum iis pronominibus quibus hoc vel illud signamus, appellandũ puto. Quale vero quodammodo, calidũ scilicet vel albũ, vel aliquid tale contrariorũ, vel ex contrariis illud minime appellandũ. Sed apertius quod volumus exponamus. Siquis enim cunctas figuras ex vna eademq; auri materia fictas continue in alias & alias reformet, deq; vna quadam illarũ præsens aliquis quid sit quærat, vere admodũ & tutissime respõdere possumus aurũ illud esse: triangulũ vero esse aut aliam figuram earũ quæ impressæ in eo sunt & continuo permutant, quasi reuera sint non licet dicere. Sola quippe illa responsione tanq̃ tutissima contenti esse debemus. Eadem de illa natura quæ cũcta recipit corpora ratio est: idem semper esse dicenda est. Siquidem ex propria potentia recedit nũq̃. Suscipit enim semper omnia, nec vllam vnq̃ iis similem vllo pacto sibi formam contrahit. Omnis sane natura fictioni subiecta est, agitataq; ab ingredientib⁹ & figurata quodammodo, alias aliter se habere videt. Quæ vero ingrediunt & exeũt, vere ac semper existentium rerum simulacra sunt, miro & vix explicabili modo ab ipsis rebus quæ vere sunt, figurata, quemadmodum deinceps narrabimus. Tria in præsenti genera sumenda sunt. Vnum quod gignitur. Aliud in quo gignitur. Aliud a quo similitudinem trahit quod nascitur. Idcirco comparare hæc ita decet. Quod recipit, matri: vnde recipit, patri: naturam istorum mediam, proli. Sed ita intelligendum est, q cum esse debeat effigies rerum omni formarum varietate distincta, nunq̃ illud ipsum formationis hui⁹ gremium bene erit præparatum, nisi informe sit, & suapte natura omnibus formis quas recepturum est, careat. Nam si erit alicuius eorum quæ in se recipit simile, cum contrariam eius cuius simile est naturam aut aliam prorsus suscipiet, nequaq̃ eius similitudinem & effigiem exprimet, cum præ se tulerit suam. Quo fit, vt nullam sibi propriam habeat speciem, quod est omnia genera suscepturum. Vt qui vnguenta suauiter redolentia confecturi sunt, humidam materiam quam certo condire odore volunt, ita præparant, vt odorem nullum proprium habeat: & qui materiis mollibus impressioniq; cedentibus figuras imprimere aliquas volunt, nullam omnino priorem in eis figuram apparere patiũtur, sed exactissima quadam leuigatione eas poliunt: Ita illud quod in omnibus passim æternorum omnium simulacris recte figurandum est, his omnibus formis natura sua carere necesse est. Quam obrem vniuersi, quod & genitum est, & sensibus omnibus manifestum, matrem ipsam receptaculumq;, neq; terram, neq; aerem, neq; ignem, neq; aquam esse dicamus, neq; rursus ex his aliquid constitutum, aut aliqua ex quibus proprie hæc ipsa subsistunt, sed inuisibilem potius speciem quandam & informem sinum omnium capacem, qui modo quodam ambiguo & vix explicabili diuinæ & intelligibilis naturæ sit particeps. Ipse quidem comprehendi per se nullo pacto potest: sed quantum ex supradictis naturam eius attingere licet, sic vtiq; recte possumus dicere: Ignem quidem, partem eius ignitam videri: humefactam vero partem, aquam: Terram quoq; aeremq; similiter, quatenus ipsorum simulacra suscipit. Sed de his ita distinguentes ratione considerare debemus, sit ne ignis aliquis seorsum a materia ipse permanens in seipso, & cætera quæ sępe dicimus per seipsa manere, an hæc sola sunt, quæ corporis sensu percipimus, & talem in se continent veritatem, nec vllo pacto præter hæc vlla sunt vspiam, sed frustra intelligibilem vniuscuiusq; speciem aliquam ponere solemus, nec aliud hæc sunt q̃ verba. Quod quidem neq; ita vel aliter se habere temere & sine examinatione asserendum, neq; ad præsentem disputationem natura sua ꝓlixam, alia quoq; ꝓlixa, & ad rẽ minime ptinens addenda videt. Ea vero circũscriptio quæ breuibus magna comprehendat, admodum opportuna videbit. Ita igit ipse meam hac de re sentẽtiam feram. Si intellectus & vera opinio

Q: ignis & alia non sunt vere hoc aliqd sed tale.

Vide vt q̃ elemẽta vocant ne p̃noibus q̃dẽ mõstrari possint.

Vide vt materia analogia monstrat.

Materia nunq̃ recedit a potẽtia.

Quę ĩ materia fiunt sunt simulacra rerũ verarum.

Vide vt materia ẽ informis: & vt receptura caret recipiẽdo.

Probat breuiter ideas esse.

cipales sapientis naturæ causas quærere: atq; eas quæ necessario ab aliis quidem mouetur, alia vero mouent, secundas causas arbitrari. Quocirca a nobis sic censeo faciendum, vt de vtroq; causarum genere disseramus, separatim autem de his, quæ cum intelligentia effectrices sunt pulchrarum rerum atq; bonarum, & de iis rursus quæ vacantes prudentia quodlibet passim sine ordine faciunt. Ac de secundis quidem causis oculorum ad eam vim quam habent conducentibus, satis esse dictum puto. Maximum vero opus cui⁹ gratia vtiliter nobis a deo donati sunt, deinceps explicandum censeo. Rerum enim optimarum, vt arbitror, cognitionem nobis oculi attulerunt. Nam hæc quæ de mundo disputantur, nunq̃ inuenta essent, si neq; sidera, neq; sol, neq; cælum suspici potuissent. Cognitio vero diei ac noctis ab oculis orta fecit, vt dinumeratione quadam mensium annorumq; ambit⁹ metiremur, tempus cognosceremus, vniuersæ naturæ ordinem scrutaremur. Quibus ex rebus philosophiam adepti sumus. Quo bono nihil vnq̃ maius mortalium generi datum est deorum munere, neq; dabitur. Hoc igitur maximum oculorum beneficium esse dico. Minora alia prætereo. Quib⁹ quia philosophia alieni sunt, orbati si querantur, frustra querentur. Nobis vero asserendum est ob hanc potissimum rationem deum oculos genuisse, vt mentis circuitus qui in cælo peraguntur, intuiti, in vsum redigamus nostræ mentis: cogitationisq; nostræ discursiones illis cognatas, sed perturbatas quodammodo ad illorum temperiem reuocemus. Et cum illos agnouerimus, & recta ratione secundum naturam præditi singulorum ordinem perceperimus, conuersiones dei quæ sine vllo errore aguntur, imitemur, atq; ad earum exemplum discursiones nostræ cogitationis vagas & erraticas componamus. Vocem quoq; auditumq; eiusdem rei gratia deos dedisse nobis existimo. Nam ad hæc ipsa sermo pertinet, plurimumq; conducit, omnisq; musicæ vocis vsus harmoniæ gratia est tributus. Atqui & harmonia, quæ motiones habet animæ nostræ discursionibus congruas atq; cognatas, homini prudenter musis vtenti non ad voluptatem rationis expertem, vt nunc videatur, est vtilis, sed a musis ideo data est, vt per eam dissonantem circuitum animæ componamus, & ad concentum sibi congruum redigamus. Rhythmus quoq; ad hoc videtur esse tributus, vt habitum in nobis immoderatum gratiaq; carentem aptissime temperemus. Hactenus opera mentis paucis exceptis tractauimus. Oportet autem de his quoq; quæ necessitas inuehit, dicere. Mundi enim huius generatio ex necessitatis mentisq; coitu mixta est. Nam cum mens necessitati dominaretur, propterea q persuadendo eam ad optimos vt plurimum rerum euentus induceret, ipsaq; hac ratione cedens sapienti persuasioni pareret, mundi huius exordia constiterunt. Oportet igitur eum qui mundi constitutionem vere narraturus erit, erraticæ quoq; causæ speciem pro naturę ipsius instinctu miscere. Quod ita commode fiet, si horum ipsorum conuenienti principio sumpto, sic de his quemadmodum de superioribus ab ipsa rursus origine disseramus. Naturam ergo & passiones ignis, aquæ, aeris, atq; terræ, generationem cæli præcedentes consideremus. Nullus profecto ad hoc vsq; tempus eorum generationem ostendit, sed quasi notum sit quid sit ignis & reliqua, sic de illis verba facimus, eaq; mundi primordia constituimus, cum nec syllabarum quidem nedum elementorum vicem tenere apud homines mentis quoquo modo compotes debeant. Nos vero in præsenti nihil de principio vniuersorum, siue principiis, siue quomodocunq; aliter id appelletur, dicendum putamus. Cui quidem disputationi nihil aliud impedimento est, nisi q difficile sit præsenti disputandi modo quæ de his videntur exprimere. Neq; igitur vos id expectabitis, neq; ego mihi persuadebo recte me tantum opus aggredi posse. Quod autem ab initio dixi, verisimilitudinis vim seruabimus, studebimusq; in rationibus verisimilibus circa hæc assignandis nulli cedere. Atq; ita & singula & vniuersa a principio exponemus. Deum igitur etiam nunc disputationis seruatorem in primis oremus, vt nos ex admirabili & insolita expositione ad verisimilem doctrinam traducat, atq; ita instituti disputationem exordiamur. Sed hanc de vniuerso disputationem ab ampliori diuisione q̃ supra ducamus. Tunc enim duas in species facta diuisio est. Nunc tertium genus addendum. Duo enim in superioribus sufficiebant. Vnum quidem exemplaris loco, semper idem, solaq; intelligentia comprehendendum. Alterum simulacrum ab hoc exemplari deductum, generationi oculisq; subiectum. Cum vero duo hæc sufficere putaremus, tertium non adiunximus. Nunc autem cogere nos ratio videtur, vt difficilem & obscuram speciem declarare conemur. Quam igitur vim, quamve naturam habere putandum? Hanc vtiq;, generationis horum omnium receptaculum, & quasi nutricem esse. Quod q̃uis vere dicatur, paulo tamen apertius est dicendum. Arduum id quidem, eo maxime, q ad huius rei demonstrationem dubitare prius necesse est & inquirere de igni & reliquis quæ elementa vocantur, quid istorum aquam potius q̃ ignem, aut aerem potius q̃ terram, aut certũ aliquid vnũ magis q̃ cuncta vocare oporteat. Difficile sane certum aliquid & firmum de istis asserere. Quonam igitur pacto, & qua ratione, & quid pro-

Philosophia donũ deorũ maximum.


Cur oculi dati hoib⁹


De voce & auditu.

Mũdi gnatio ex necessitatis & mẽtis coitu mixta.

Vide qstionem an vniuersorũ sit vnũ principium an plura.

ro cur ita sit, plixior esset. At eũ qui diligenti discussione ita esse cõperiet, dulce manet victoriæ præmium. Propositi sane nobis sint duo e multis trianguli, ex quibus ignis cæterorumq; corpora cõposita sunt. Horum vnus Isosceles sit æqualibus cruribus cõstãs triangulus. Alter vero sit ille q lõgius latus semp breuiore latere potentia triplo maius habet. Verũ qd securi nimiũ in superioribus diximus, nunc magis est distinguendũ. Videbanť quidem nobis, neq; id qdem satis recte, omnia quatuor genera ex se inuicem generari. Profecto quatuor genera ex triangulis quos elegimus generanť. Tria quidem ex vno, inæqualia habente latera. Quartum vero vnicum ex triangulo Isoscele componiť. Non igiť possunt omnia ita in se inuicem resolui & commutari, vt ex multis paruis pauca ingentia vel conuerso efficianť. Tria certe possunt. Cum enim ex vno hęc facta sint omnia, quando maiora soluunť, multa exigua ex eisdem constituunť, paruas congruasq; sibi figuras adepta. Rursus quando multa per triangulos disperguntť amplificata, vnum vnius molis faciunt numerum, magnamq; aliã speciem vnam pficiunt. Hęc vtiq; de mutua ipsorum generatione dicta sint hactenus. Reliquum est, vt qualis quæq; eorum facta sit species, & ex qbus cõcurrẽtibus numeris coaceruata, dicamus. Erit vtiq; prima species, q̃ ex paucissimis cõposita fuerit, elemẽtũ ei⁹, qd lat⁹ oblõgius breuiori latere duplo maius habet. Cũ vero bini hmõi secũdũ diametrũ cõponanť, terq; id fiat, & diametri latera breuiora in idem quasi centrũ ducanť, vnus triãgulus æquilater ex triãgulis numero sex cõficiť. Triãguli aũt æquilateres quatuor cõpositi secũdũ ternos planos angulos, vnũ solidũ faciunt angulũ: q angulũ planorũ omniũ obtusissimũ deinceps ortu subsequiť. Atqui triangulis huiusmodi quatuor natis prima solida species totius circunferentis distributiua in partes æquales ac similes oriť. Secũda vero ex eisdem quidem triangulis, sed secũdum æquilateres triangulos octo constitutis, vnum facientibus solidum angulum ex planis quatuor. Factisq; sex huiusmodi, corpus secundũ absoluiť. At tertium ex elemẽtis bis sexaginta copulatis, & angulis solidis duodecim, quorũ quilibet quinq; planis triangulis æquilateribus contineť, habens viginti æquilateres bases, nasciť. Iam igiť elementum alterum sic hactenus ista genuerit. Verũ Isosceles triangulus quarti generauit naturam secundum quatuor constitutus, & ad centrũ rectos congregans angulos, vnumq; quadrãgulum ęquilaterem faciens. Sex vero huiusmodi copulati angulos octo solidos, quorum quilibet per tres planos rectos coaptatus est, effecerũt. Corporisq; ita cõstituti figura cubica facta est, sex planos quadrangulos æquilateres bases adepta. Est & quinta quędã compositio, qua deus ad vniuersi constitutionem est vsus, eaq; descripsit & figurauit, q̃ contemplatus aliquis non absurde dubitauerit vtrum infinitos esse mundos an finitos existimandum sit. Infinitos quidem dicere illius putabit esse proprium, qui nullam rerum cognitione dignarum peritiam habeat. Sed vtrum vnus mundus an quinq; reuera nati sint inquirere, minus vtiq; putabit absurdum. Ratio quidem nostra vnũ ipsum verisimili probatione asserit esse natum. Alius vero quis ad alia respiciens aliter opinabiť. Sed hæc dimittenda sunt. Et iam genera quatuor a nobis paulo ante digesta, in ignem, terram, aquam, aeremq; distribuamus. Terræ cubicam speciem assignemus. Nam omniũ quatuor maxime immobilis terra est, & corporalium omnium compacta maxime. Tale vero illud præcipue factum esse necessarium est, quod firmissimas tutissimasq; possidet bases. In triangulis porro a principio positis, qui æquilateres sunt, firmiorem tutioremq; q̃ inæquilateres basem possident. Et quod ex vtroq; compositum est planum æquilatere æquilateri quadrangulum, certe triangulo tam quo ad totum q̃ quo ad partes stabilius necessario prouenit. Quamobrem si conuenientem probabileq; sequi rationem velimus, terræ id tribuamus: Aquæ deinde, qd tribus reliqs est immobilius: Igni qd mobilissimũ: Aeri mediũ. Et corpus qdẽ minimũ igni, aquæ maximũ, aeri mediũ: acutissimũ quoq; igni, secũdũ ab hoc aeri, aquę tertiũ. Ex his omnibus quod bases paucissimas habet, velocissimũ esse necessariũ est. Est enim ad penetrandum promptissimũ, qppe cũ prorsus sit omniũ acutissimũ. Leuissimũ quoq;, cũ ex paucissimis partib⁹ eisdem constet. Quod secũdũ est, secũdo loco habeat hæc oportet. Tertio tertiũ. Igiť secũdũ rectam pbabilemq; rationem pyramidis species solida elementum semenq; sit ignis. Secundam vero generatione speciem aeri, aquæ tertiam tribuamus. De his omnibus adeo paruis ita putandum est, q; si singula duntaxat singulorũ generũ capianť, nullum eorũ pter paruitatem cerni a nobis poterit: sin multa inuicem congregentur, eorũ moles magnitudinesq; cernentur. Quinetiam hæc omnia, adeo tanta vbiq; quo ad multitudines, motus, atq; potentias pportione exacte absoluta connexaq; sunt, quantam necessitatis natura libens & psuasa capere poterat. Ex omnibus sane quorũ genera supra narrauimus, ita merito se res habere videtur. Terra cũ in ignem inciderit, eius acumine dissoluta fertur resoluta in ignem, aut aerem, aut aquam, quousq; partes ipsius congressæ iterũ, sibiq; inuicem copulatæ terrã reficiãt. Non eñ in aliã vnq̃ speciem trãsmigraret. Aqua pterea ab igni vel aere






duo genera sunt, necesse est huiusmodi species esse, quæ p se ipsæ sint, & intelligentia potius q̃ sensibus comprehendant. Si autem vt qbusdam videt, vera opinio ab intellectu nihilo differt, omnia q̃ corporis sensus attingit, certa habenda sunt. Sed opinor duo esse dicenda, qa seorsum sunt facta, & dissimilia sunt. Quippe quorũ alterũ doctrina nobis insinuat, alterum persuasio: & illud quidem semper cũ ratione vera, hoc autem sine ratione: illud nulla persuasione mutabile, hoc contra huic mutationi subiectũ. Veræ qdem opinionis vir qlibet particeps: Intelligentiæ vero dii qdem omnes, homines vero pauci admodũ participes sunt. Quę cũ ita se habeant, fateri oportet esse speciem q̃ semp eandem sit sine ortu atq; interitu, quæ nec in se accipiat qcq̃ aliud aliũde, nec ipsa procedat ad aliud qcq̃, sensuq; corporis nullo percipiat. atq; hoc est qđ ad solam intelligentiam ptinet, eiusq; intentionis est propriũ. Sed est aliqd post hoc qđ cũ ipso non ratione, sed nomine conuenit, eiusq; similitudinem gerit, genitũ sensib⁹ manifestũ, qđ fertur & sustentat ab alio semper, & in aliquo loco gignit, rursusq; inde recedit opinione per sensus comprehendendũ. Tertiũ genus locus est, q interit qdem nũq̃, sed omnibus q̃ gignunt, sedem exhibet. hic sine tangentis sensu tangit, adulterina quadã ratione vix opinabilis. Deniq; cũ ad hũc animo respicimus, somniamus quodammodo, necessariũq; putamus, vt qcqd est, in aliquo sit loco positũ, regionemq; obtineat aliquam: & quod neq; in terra, neq; in cælo sit, minime esse credimus: atq; has omnes & similes passiones a peruigili vereq; existente natura ipsi huiusmodi somniis occupati secernere non valemus. Ideoq; nec discernere id etiam possumus, q̧ imagini quidem postq̃ idipsum in quo facta est non ipsius est, sed ea semper alterius fert simulacrum, non iniuria conuenit vt in alio quodam sit, atq; ita quodammodo essentiæ fiat particeps, aliter vero esse nullo modo possit. Ei autem qđ vere est, vera hæc & exquisita ratio suffragatur, docens q̧ dum res ita se habet, vt hoc qdem aliud sit, & illud aliud, neutrum in neutro vnq̃ factũ vnum simul idem & duo fient. Hæc tandem meæ mentis summatim sententia sit, esse, & ante cæli ortum ratione triplici fuisse tria hæc, existens, locũ, & generationem. Generationis vero nutricem, ignitam & humefactam, terræ item & aeris formas suscipientem, passionesq; horum pedissequas perpetientem, omniformem aspectu videri. Verum quia nec similibus neq; ad pondus exæquatis viribus referta est, nulla ex parte æquilibrem esse, sed inæqualiter vndiq; vergentem declinantemq; ab illis quidem quæ diximus agitari, rursusq; ipsam commotam eadem agitare. Quo pulsu concita in diuersa raptari atq; discerni, perinde vt quæ in frumenti purgatione pistoriis instrumentis iactata atq; excussa discerni videmus, atq; alio solida grauiaq;, alio rara & leuia ferri. Sic illa tunc quatuor genera ab ipso eorum receptaculo instrumenti illius pistorii instar tumultuante & discernente commota, dissimillima quæq; a dissimillimis longe separabantur, simillima vero rursus coibant: atq; idcirco etiam ante mundi exornationem sedibus diuisa erant, sed neq; his ratio inerat, neq; modus. At vero vbi cuncta redigi ad modũ placuit, deus ignem primo ac terram, aeremq;, & aquam, quę quidem elementorum pręferebant vestigia, sed ita erant affecta vt par est illa a quibus deus abest, distinctis figuris, speciebus, & numeris exornauit. Ea vero apud nos sententia semper rata indubiaq; præ cæteris habeatur, q̧ Deus illa cum talia non essent, q̃ pulcherrime optimeq; fieri poterat, ordinauit. Nunc iam dispositionem genituramq; ipsorum sigillatim demonstrari conuenit, nouo quidem & inusitato demonstrationis genere, sed vobis qui omnes eruditionis ingenuæ vias peragrauistis, plano atq; perspicuo. Principio q̧ ignis, & terra, aqua, & aer, corpora sint, nemo vtiq; dubitabit. Omnis autem corporis species profunditatem habet. Profunditatem vero planis constare necessarium est. Rectitudo porro planæ basis ex triangulis constituitur, atq; trianguli omnes ex duobus initium habent, habentibus vtrisq; rectum angulum vnum, acutos duos. Quorum alter vtrinq; anguli recti partem obtinet, æqualibus distincti lateribus: sed in altero inæqualibus inæqualia distribuuntur. Igitur per rationes probabiles necessitati coniunctas incedentes, ignis cæterorumq; corporum huiusmodi ponamus exordium. Superiora vero his horum principia deo nota sunt, atq; ei qui dei sit amicus. Videamus igitur qua potissimum ratione quatuor corpora pulcherrima fiant, dissimilia quidem inter se, sed quæ in se inuicem dissoluantur, & ex se inuicem generentur. Si id comprehenderimus, veritatem ipsam de generatione ignis terræq; & eorum quæ competenti ratione seruata horum media fiunt, tenebimus. Tunc enim nemini concedemus dicenti alicubi esse oculis patentia pulchriora his corpora, quorum quodlibet secundum vnum sit genus. Conandum igitur quatuor corporũ genera pulchritudine p̃cellẽtia cõstituere, atq; ita asserere horũ nos naturã sufficienter cõphendisse. E duob⁹ qdem triangulis Isosceles. i. qui crurib⁹ constat æqualibus, vnicam habet naturã: q vero altera parte est oblõgior, infinitas. Ergo si recte exordiri volum⁹, infinitorũ quoq; pulcherrimũ p̃eligere nos oportet. Ac siqs pulchriorem a se electum ad horum constitutionem afferre voluerit, eius non tanq̃ aduersarii, sed tanq̃ amici sit sententia potior. Vnum itaq; reliquis posthabitis, triangulorum multorum pulcherrimum ponimus, a quo æquilater triangulus ex tertio constitit. Ratio ve

Hoies paucos esse in intelligentię participes

Q̧ materia est loc⁹

Dispositiones & geniturę elementorũ

leuius est, hoc genus nitentium concretarumque aquarum vnum est, atque æs nominatur. At quando terrena pars huic immixta propter vetustatem a cæteris partibus eius secernitur, ad extremamque emissa superficiem per se ipsa aspectui patet, rubigo iam nascitur. Cætera generis eiusdem verisimilibus rationibus assequi, haudquaquam laboriosum est. Quod si quis remittendi studii gratia rationibus eorum quæ semper sunt intermissis considerauerit verisimiles de generatione probationes, atque eiusmodi consideratione sine pœnitentiæ accessione delectetur, moderatum in vita prudentemque ludum consequetur. His vtique nunc ita concessis, deinceps quæ de eisdem probabilia videbuntur, ita percurrenda videntur. Igni sæpe miscetur aquæ pars tenuis, atque humida fluidaque, sic ideo nominata, quia lubrica terra circumfluit: mollis quoque ob eam causam, quia eius bases minus firmæ stabilesque quam terræ, facile cedunt atque labuntur. Hæc quando ab igni destituta ab aere quoque deseritur, fit lenior, & alienis expressis cogitur in seipsam: atque ita compacta si supra terram id contigerit, grando fit: si in terra, glacies: quæ quidem tunc fiunt cum riget cohærescitque maxime gelu. cum vero minus congelatur, si supra terram accidit, nix: sin in terra ex rore crassior facta, pruina. Verum quando plurimæ aquæ species inuicem commiscentur, vniuersum illud genus a terra per arbores stillans, liquor humorque vocatur. Liquores vero singuli propter mixtiones dissimilitudinem nacti multa quidem alia sine nomine faciunt genera, sed quatuor igneæ species euidentes & perspicuæ maxime, sortitæ sunt nomina. Quod enim animam simul cum corpore calefacit, vinum dicitur. Quod vero lene est, discernitque visum, ideoque aspectu splendidum, atque nitens, & pingue nobis apparet, vncta & olearia species est, pix, gummi, & oleum, cæteraque id genus. At quod oris angustos meatus ad penetralia vsque naturæ perfundit, hac vi dulcedinem adhibens, mel communiter nuncupatur. Denique quod carnem dissoluit vritque & spumeum est ex omnibus secretum liquoribus, succus vocatur. Terræ vero species per aquam emergens hoc modo fit lapis. Congelata enim aqua quando in commixtione deficit, in aeris speciem transit: hic aer suum in locum recurrit, vacuum autem ipsorum nihil, proximum ergo aerem pulsat. Iste si grauis sit pulsus, circumfususque terrenæ moli, vehementer illidit, seque ipsum in eas sedes vnde nouus ascenderat aer conducit. Terra denique ab aere indissolubiliter cum aqua coacta lapides concreat, pulchriores quidem illos, qui perspicue ex æqualibus planisque partibus emicant, deformiores vero qui contra. Vbi vero ignis acumine humor omnis resoluit, corpusque illo aridius reddit, ea restat species, quæ solida vocatur futilisque tellus. Quandoque etiam humore relicto, terraque fusili per ignem facta, ac deinde accedente gelu, niger fit lapis. Quando vero idipsum similiter ex commixtione multo priuatur humore, sed tenuioribus terræ partibus constat, salsumque est, & semiglaciale fit, perque aquam emergit, partim quidem olei terræque purgatorium genus nitrum dicitur, partim vero quotidiano victui commodissimum legitime, sal Deo amicum corpus. At enim communia ex vtrisque, aqua quidem non solubilia, igni vero propter tale aliquid ita conglutinantur. Ipsas terræ moles, ignis & aer non liquefacit. Cum enim duo hæc tenuissima sint, & vacuitatibus terræ minutiora, ita per capacissimos eius meatus sine vlla violentia permanant, vt neque eam dissoluant, neque liquefaciant. Aquæ vero partes quia maiores sunt, violento fluxu liquefaciunt. Terram itaque male compactam sic sola aqua vi soluit, compactam vero duntaxat ignis. nihil enim præter ignem hanc penetrat. Aquæ rursus concretionem, violentissimam quidem solus ignis, debiliorem vero vtraque & ignis & aer diffundunt: aer inquam per vacua, ignis etiam per triangulos. Aerem vero vi constrictum, nihil nisi per elementum soluit: sine vi cohærentem solus resoluit ignis. Corpora ex aqua terraque ita composita vt aqua terræ inania vi coarctata obstruat, sic prorsus se habent, vt aqua exterior influere per ea non possit, ideoque minime liquefaciat, sed ignis aquæ meatus penetrans quemadmodum & aqua terræ inania, atque ita aquam afficiens vt ignis aerem, communi corpori liquefactionis causam præbeat. Hæc vero partim aquæ minus habent quam terræ, quemadmodum vitri genus, & lapides illi qui fusiles appellantur: partim contra plus aquæ, qualia sunt omnia quæ conglutinata sunt, cæreaque euadunt, & vapores emittunt. Hactenus eas species quæ figuris, communionibus, commutationibusque inuicem variantur, pene iam demonstrauimus: quas vero ob causas passiones earum nascantur, deinceps demonstrare conabimur. Principio sensum his quæ dicta sunt, adesse semper oportet. Carnis vero & eorum quæ ad carnem attinent, generationem, animæ quoque quantum mortale est, nondum declarauimus. Sunt enim hæc a passionibus quæcunque cum sensu sunt, minime separata, & illæ sine his exponi sufficienter non possunt, simul vero expleri ferme nequeunt. Primo igitur alia ponenda sunt: deinde quæ sequuntur, expedienda. Vt ergo deinceps in disputando genera passiones ipsæ sequantur, prima nobis extent quæ ad corpus & animam pertinent. In primis qua ratione ignis calidus dicitur videamus. quod ita demum perspiciemus, si discretionem diuisionemque ab eo in nostro corpore factam consideremus. quod enim acumen quoddam ea passio est, ferme est omnibus manifestum. Tenuitatem vero angulorum laterumque subtilitatem, paruitatem particularum, motus velocitatem, quibus omnibus vehemens & penetrans est, velociterque quod occurrit, diuidit semper

De grandine, glacie, niue, pruina.

Ignei liquores nominati quatuor.

Vnum calefacit corpus & animam.

De lapide, nitro, sale, vitro, & cæteris.

Sal Deo amicum corpus.

Cur ignis calidus, & de caliditate.

diuisa in partes, vnũ, partibus suis reconciliatis, ignis corpus, aeris duo facit: portiones vero aeris ex vna dissoluta parte duo ignis corpora faciũt. Rursus quando ignis ab aere vel aqua vel terra aliqua occupat, & ipse qdem paucus in multis mouet, atq; in agitatis pugnat, iactatusq; distrahit, duo corpora ignis in speciem aeris vnã concrescunt: deinde superato aere atq; disperso, ex totis duobus atq; dimidio vna aquæ tota species coalescit. Deniq; sic ea rursus consideremus, quotiens ab igne cõprehensum aliorũ genus aliquod angulorũ laterũq; ipsius acumine scindit, tũ demũ discerpi desinit cũ in ignis naturam transierit. Simile enim idemq; genus quodlibet a simili eodemq; minime patit: quousq; vero in aliud permutat, imbecilliusq; cum potentiore luctatur, dissolui non desinit. Rursus quando minora a multis maioribus circũuenta sunt, & pauca lacerata extinguunt, cũ in vincentis ideam constitui velint, cessant extingui, fitq; ex igni aer, ex aere aqua. Qꝫ si in hæc transitus fuerit, & aliorũ aliquod genus impugnet, non cessant agitata dissolui prius q̃ aut omnino cum dissolubilia sint depulsa ad cognatũ refugiant, aut expugnata in vnũ quiddam ex multis superanti simile tandem euadant, familiariterq; cũ victore permaneant. Enimuero per has passiones sedes vicissim cũcta commutant. Generis nanq; cuiuslibet multitudines per locũ propriũ distinguunt, ob sedis ipsius agitationem. Quæ vero dissimilia inuicem facta sunt, propter fluctũ concussionemq; ad locũ eorũ qbus similia euasere, ferunt. Corpora igitur immixta ac prima ex causis huiusmodi fabricata sunt. Qꝫ autem in eorũ speciebꝰ alia quoq; innata sunt genera, causa est elementi vtriusq; constitutio, quæ non solũ ab initio vnũ cũ magnitudine triãgulũ peperit, sed etiam maiora & minora tot qdem numero, quot in speciebus sunt genera. Quapropter mixta hæc in seipsis atq; inuicem, infinitam habent varietatem. Cuius peritos esse eos oportet q de natura sunt rationem probabilẽ reddituri. Igit nisi qs quo pacto & cũ quibꝰ vna motus & constitutio fiat certe comprehenderit, multa disputationi quæ manet a tergo, impedimento futura vident. De his partim qdem dictũ est, partim vero restat dicendũ. In ipsa leni planaq; natura motus esse nũq̃ solet. Nam agitandũ absq; agitaturo, vel agitaturũ absq; agitando difficile est immo impossibile reperiri. Motus autem horũ omniũ minime est. hæc vero lenia planaq; esse nũq̃ possunt. Sic itaq; statũ qdem in planitie lenitateq;, motũ vero in contraria semper natura ponemus. Inæqualitas porro naturæ huius est causa, quæ leni planoq; contraria est. Inæqualitatis vero generationem iam tractauimus. Sed quonam modo singula secũdũ genera non diuisa moueri inuicem ferriq; desinũt, nequaq̃ exposuimus. Id ergo deinceps sic explanabimus. Vniuersę naturę circuitꝰ cũ circulari ambitu suo genera cõplexus sit, & secũ ipso congredi studeat, cõstringit oĩa, locũq; vacuũ relinq nusq̃ patit. Quocirca ignis per omnia maxime penetrauit, deinde aer, vtpote q ipsi tenuitate est proximus, & alia simili ratione deinceps. Quæ enim ex maximis partibus sunt composita, vacuitatem quoq; in sua constitutione maximã reliquere, minima contra minimã. Coarctationis aũt ipsius angustia, parua in magnorũ contrudit inania. Quare cũ parua magnis insinuata sint, & ipsa qdem parua quæ magna sunt discernant, maiora vero minora coerceant, oĩa sursum deorsumve in sua loca ferunt. Nam quodlibet mutata magnitudine sedem mutat. Sic vtiq; & has ob causas naturæ lenitati contrariæ semper generatio conseruata, horũ motũ & in præsenti & in futuro perpetuũ exhibet. Post hæc sciendũ est multa esse ignis genera, flammam videlicet, & quod ab ea est accensum, quod vrit quidem, lumen vero nullũ oculis affert, quodve extincta flamma intra illa quæ accensa fuerant, remanet. Similiter aeris genus aliud purissimũ agilissimũq;, quem ætherem nũcupant, aliud turbulentissimũ, caligine nubibusq; obscurũ, aliasq; species sine nomine esse putandũ est, propter ipsam triangulorũ inæqualitatem. Aquæ genera duo sunt pręcipua. Vnũ humidum, alterũ fusile. Humidũ qdem, qa generibus aquæ paruis & inæqualibus cõstat, facile a seipso & ab alio propter inæqualitatis conditionem & figuræ speciem moueri solet. Quod autem ex grandioribus æqualibusq; & lenibus est compositũ, stabilius illo. Et graue propter lenem æqualitatem compactum est, sed propter ignis penetrantis dissoluentisq; impetũ æqualitate amissa motus fit particeps: factũq; agile mobileq; a proximo aere pulsum extensumq; per terram duo quædam patitur: nam & liquescit & in terram decidit. primũ illud molis, purgatio, hoc fluxus cognominatur. Rursus igne hinc euolante, quippe cum non fiat in vacuũ exitus, proximus aer pulsus mobilem adhuc molem humidam in ignis sedes impellit, ipsiq; ipsam commiscet. Moles deniq; compulsa, iterũq; lenem æqualitatẽ adepta, cũ ignis inæqualitatis artifex iã abierit, in idem secũ coaceruat, atq; ignis abscessum frigefactionem, copulam vero congressumq; igni abeunte factũ conglutinationem gelidãq; rigiditatem vocamus. Ex his vero quas aquas fusiles appellauimus, qđ ex tenuissimis lenissimisq; fit densissimum, vniforme, splendidũ, flauũq;, preciosissima res est, aurum florescens per petram compactũ est. Auri autẽ ramus propter densitatem durissimus & nigro præterea colore suffusus Adamas appellat. Sed quod auro proximas habet partes, pluresq; vna species continet, auro quoq; densius, & terrenæ partis paucæ tenuisq; particeps, adeo vt asperiꝰ duriusq; sit, verũ ex eo q; interualla intrinsecus habet magna,

Ignis multa genera.

Aeris multa genera.

Ignis artifex inæqualitatis.

Gñatiões metallorũ & adamantis.

animal hinc minime agitetur,sensus expers id quod patitur extat.Id profecto circa ossa capillosq́ & reliquas partes quæ terrenæ vt plurimum in nobis sunt,accidit. Visus vero & auditus instrumenta aliter omnino efficiunt,quia illis ignis aerisq́ vis maxima inest.Quod preterea ad voluptate͂ attinet & dolorem,ita consideretur.Passio violenter præterq́ naturam abunde simulq́ nobis illata, molesta fit.Rursus quæ in naturam abunde simulq́ reuertitur,dulcis:quæ contra fit,contra.Passio vero magna cum facilitate illata sentitur quidem maxime,voluptatis autem & doloris minime particeps.huiusmodi sunt,quæ ex aspectu proueniunt. Cui quidem corpus nostrum cognatum fieri in die supra narrauimus.huic adustiones sectionesve & quæcunq́ passiones huiusmodi, dolorem non inferu͂t:nec etiam quando in suam speciem fit restitutio,voluptatem.Sensus tamen vehementes clarissimiq́ ipsi competunt,quatenus aliquid patitur,incurritq́ in aliquid & attingit. Violentia siquidem huius discretioni concretionive nulla penitus inest.Corpora vero ex partib⁹ grandioribus constituta,& vix agenti cedentia,quando motiones illatas in totum corpus traiiciunt, voluptates doloresq́ continent:quando videlicet e suo statu mouentur,dolores:quando redeunt,voluptates.Quęcunq́ paulatim abscessus euacuationesq́ sui perpetiuntur,repletiones vero simul atq́ abunde, cum euacuationis quidem sensum habeant nullum,repletionis autem habeant,mortalitate ipsius potentiæ dolores nullos,voluptates vero maximas afferunt.Quod ex suauiu͂ odorum perceptione cognoscitur.At quæ e sua natura simul & abunde pellu͂tur,paulatim vero vix in eam restituuntur, contra q̄ superiora affici solent.hoc plane in secandis vrendisq́ membris apparet.Iam communes toti corpori passiones,easq́ inferentium cognomen attractauimus.Nunc igitur eas quæ certis nostri corporis partibus accedunt,& vnde proueniunt,quibusve causis inferuntur,pro viribus exponam⁹.Principio quæ supra quando de humoribus agebamus reliquimus,cum linguæ passiones sint, siquo modo possumus declaremus. Videntur autem hæc quemadmodum & alia multa discretionibus quibusdam & concretionibus fieri,ac præterea lenitate asperitateq́ magis q̄ cætera vti. Tendu͂tur a lingua venæ ad cordis sedem,saporum nu͂ciæ:in quas siqua ita inciderint vt humidam carnis mollitiem penetrantia terrestri sua natura modice liquefacta,venas ipsas contrahant arefaciantq́, sapores huiusmodi pariunt. Videlicet si asperiora sunt,acerbos acresq́:sin aspera minus, austeros & ponticos.Quæ & illas purgant,& siqua linguæ inhærescunt,abluunt,si vltra modum id faciant,naturæq́ ipsius nonnihil liquefaciant,qualis est in nitro potentia,amara omnia nominantur. Sinautem vim nitro temperatiorem habent,leniusq́ abstergu͂t,salsa sine amaritudinis asperitate,magisq́ amica nobis apparent.Quæ autem applicata oris caliditati,ab eoq́ mollita & feruefacta ipsum vicissim feruefaciu͂t,suaq́ leuitate sursum ad sensus capitis eleuant,suoq́ attactu singula diuidu͂t,propter huiusmodi vires acuta vocantur.Quandoq́ vero hæc eadem ex putredine attenuata angustas venas ingrediunt,cogu͂tq́ partes interiores tam terrenas q̄ quodammodo aereas iactatas inuicem commisceri,permixtasq́ circu͂labi alias, & alias ingredi, ingressuq́ suo penetratas concauas tensasq́ efficere, vbi concauus & ampullosus humor aeri circu͂fundit:isq́ humor alias terreus quoquo modo est,alias purus,fitq́ ex aqua concaua vasculum aeris humidum atq́ claru͂. Sed quod ex pura nascit aqua, perlucet vndiq́, ampullaq́ vocatur.Quod autem ex lutulento magis humore simul agitato quidem elatoq́ & circu͂tenso conficit,ebullitio,bulla,fermentumq́ dicit. haru͂ omniu͂ passionum causa acida qualitas appellatur.His omnibus quæ de his dicta sunt contraria passio,a contraria causa proficiscitur. Quando vero ingredientium qualitas humida est linguæ qualitati naturaliter concors & consentanea,ac lenit mollitq́ eam,contractamq́ demulcet asperitatem,& quæ in nobis præter naturam contracta vel sparsa fueru͂t,relaxat vel colligit,ac summatim naturalem singulis restituit habitu͂,suaue huiusmodi omne amicu͂q́ est omnibus,violentarum quoq́ passionum medicina atq́ remedium,dulceq́ vocat. Circa nariu͂ vim species non sunt.Semigenia enim odorum natura. Speciei vero nulli competit odorem vllum habere.Sed nostræ circa hæc venæ ad terræ & aquæ genera angustiores sunt,ad ignis vero aerisq́ genera latiores.Quocirca nemo vnq̄ istoru͂ aliquem sensit odorem.Sed in madefactione quorundam,vel putredine,vel liquefactione, vel euaporatione gignuntur odores.Cum enim in aerem aqua,vel aer in aquam transit,in medio istorum odores fiunt, omnisq́ odor aut fumus est,aut caligo.Sed horum quod ex aere mutat in aquam,caligo:quod vero ex aqua in aerem,fumus.hinc fit vt aqua odores tenuiores sint,aere crassiores. Quod maxime perspicuu͂ fit, quando certa quadam re naribus occurrente aliquis in seipsum vehementer spiritum retrahit. Tu͂c sane nullus simul influit odor,spiritus au͂t ab odore nudus solus sequit.Duæ igitur hæ in his varietates absq́ nomine sunt,nec ex pluribus,nec ex simplicibus speciebus: sed duo ibi nomina tantu͂ manifesta sunt,suaue scilicet & molestum.Hoc quidem disturbat violatq́ omnem eam capacitatem quę a summo capitis vertice ad vmbilicum protenditur.Illud vero eandem mulcet, & amico quodam ingressu naturalem eius seruat habitum.Tertiam præterea vim sentiendi,auditum videlicet, ita con-

Linguæ passiones

Videvt in corde e͂ iudicium de sapore.

Sapores.

Quę amara sint, q̄ salsa.

Quę acuta sapore.

De ampulla.

Acida q̄litas.

De dulci.

De odore.

Quo͂ non olfaciam⁹ elementa.

Odor aut fumus aut caligo.

Species odoris.

& dissipat, cōsiderare debemus, figurę ipsius generationē memoria repetētes. ea quippe, non alia natura corpora nostra diuidens, & in partes exiguas partiens, merito passionem illam quæ legitime calor nominatur inducit. Contraria vero huic passio licet cuiq; manifesta, sua tamen explanatione non careat. humidæ nanq; partes corporum, partibus nostris humidis grandiores, cum in corpus influunt nostrum, minores quidem partes extrudunt, sed in earum sedes sese insinuare non possunt, humorem autem nostrum coagulant, atq; ex inæquali & agitato immobilem propter æqualitatem coagulūq; faciunt, inq; angustū cogunt. Quod autem præter naturam coactū est, secundū naturam renitit, seq; reuocat in contrariū. In hac reluctatione quassationeq; tremor rigorq; cōsistit, omnisq; huiusmodi passio, frigus, quodve eam infert, frigidū nominat. Durum autem dicimus illud cui caro nostra cedit, molle quod carni: resq; ipsas inuicem & duras & molles, eadem ratione vocam⁹. Cedit autem quicquid paruo nititur. Quod vero ex triangularibus basibus firmamentisq; est, vtpote plano vehementer innixum, renititur maxime atq; resistit: quodve summopere densum est, contra venientia vehementer repercutit. Graue præterea & leue cū ea natura simul quæ sursum deorsumve dicitur, commodissime declarabitur. Sed illud dictu absurdum est, esse duo quædam natura loca a se inuicem longo interuallo distincta: & vnū quidem deorsum vocari, ad quem locū ea deferant omnia quæcunq; molem quandam corporis habent: alterū vero sursum, ad quem vi omnia moueant. Cū enim cælum omne rotundum sit, quæcunq; a medio æque distantia extrema facta sunt, similiter esse oportet extrema. Medium quoq; æqualibus lineis ab extremis vndiq; distans, eregione æque omnia respicit. Quoniam igitur ita mundus dispositus est, siquis dictorum quicq; sursum esse dixerit vel deorsum, non iniuria errare videbitur. Medius enim locus in ipso, neq; sursum, neq; deorsum dici debet, sed medius. Quod rursus vndiq; circuit, neq; medium est, neq; partem in se habet aliam ab alia differentem, quo ad ipsum medium, & omnino quicquid sit eregione locatum. Ei vero quod suiipsius simillimum est, contraria nomina iure nullus attribuet. Siquid enim solidum ęquilibratum q; in vniuersi medio sit, ad nullam extremorum partem propter perfectam ipsorum similitudinem declinabit: at siquis circa illud obambulet, sæpe sibimet plantis stabit oppositis, eandemq; illius partem, tum sursum, tum deorsum vocabit. Itaq; vniuersum quemadmodum paulo ante diximus, cum sit rotundum, locum habere superiorem aut inferiorem vir prudens minime affirmabit. Sed vnde nominata sunt ista, & in quibus ea intuiti ex illis ad mundum totum transtulimus, huiusmodi quædam in primis ponentes, inuestigemus. Siquis in ea mundi regione quam vt plurimum sortitus est ignis, & ad quā vndiq; fertur, insideat, vimq; aliquam nanciscatur, per quam ignis partes arripiat libretq;, aut vbi in stateræ lancibus collocauit, vt deorsum in dissimilem detorqueat aerem, constat plane minorem ignis portionem maiori facilius coactam iri. Vbi enim duo simul vno robore suspēdunt, minus quidem magis, plus autem minus inferenti vim cedit. Et vnū quidē graue deorsumq; ferri dicitur, alterū vero sursum ac leue. Idem nobis terram habitantibus accidit. Nam terræ innixi, perq; eam gradientes, terrena genera inuicem separamus atq; distinguimus, & sępe terram in dissimilem aerem iacimus violenter, præterq; naturam, sæpe partes vtrasq; cognatæ naturę participes. Hic portio minor facilius q̄ maior ad dissimilem locū iacta, prius violentiæ cedit, eamq; leuem cognominauimus: & locū ad quem compellimus, sursum. Contrariam his affectionem graue quiddā, atq; deorsum. Hæc vtiq; differre inuicem necessariū est, propterea q; generum multitudines locū aliis contrarium obtinent. Quod enim in alio loco leue est, leui quod in loco est contrario: & graue similiter graui: & ei quod deorsum dicit, id quod deorsum: eiq; quod sursum, id quod dicit sursum. omnia enim hæc transuersa inuicem & contraria ac penitus differentia esse fieriq; reperient. Vnū tamen id de his omnibus cogitandū, q; via gressioq; singulorū ad simile atq; cognatū ferens, graue facit id qđ fertur: locum vero in quem tale quid fertur, deorsum. Quæ aliter se habent, aliter efficit. Harum igitur passionum huiusmodi quædam dictæ sint causæ. Lenis item & asperæ passionis causam quilibet intuitus aperire aliis poterit. Durities enim hanc inæquilitati permixta, illam vero æqualitas exhibet densitati. Sed earū passionū quæ circa totū corpus communiter accidunt, ea restat maxima quæ voluptatis dolorisq; est causa in his quæ diximus. Similiter quæcunq; per corporis partes sensibus patent, doloresq; & voluptates cient. Ita igitur omnis tā sensibilis q̄ insensibilis passionis causas capiamus, in primis memoria repetentes quod de ea natura quæ facile mouet, deq; ea quæ mouetur difficile, supra distinximus. hoc enim pacto ea persequi debemus omnia quæ comprehendere cupimus. Quando in id quod facile moueri solet, aliqua vel breuis incidit passio, partes eius quælibet sequentibus partibus vndiq; passionem ipsam transfundit, quousq; ad prudentiæ sedem perueniat: vbi per hos quasi nuncios potentia illius quod passionem intulit, noscit. Quod vero cōtra est affectū, & immobile quodāmodo pmanet, circularē illā transfusionē nō habet, & ipm qdē patit solū, pxima vero minime mouet. Quapropter cū partes aliæ aliis passionē primā nō impertiant, totumq;

De frigore.

Vide motū natura, & ṗter naturam.

Vide cām tremoris: quā sequutus est Galenus.

De duro & molli.

Graue.

Leue.

De eo qđ dicit sursum & deorsūvt sūt & nō sunt.

Qꝛ in mūdo est medius loc⁹: nō q deorsum nec sursum.

Vnū mūdo tributa sint noīa sursū & deorsū.

De leni & aspero.

De voluptate & dolore.

corporis sede mortale collocauerunt, atq; a pectore caput ceruice & collo interiecto separauere. In pectore igitur & thorace mortale genus animæ posuerunt:cumq; id naturaliter partim melius,partim deterius esset, disposuerunt rursus thoracis capacitatem, discernentesq; sedem tanq̃ virorum alteram,alteram fœminarum.Chartilaginem enim quãdam nomine Diaphragma,quod etiam Phrenas vocant,inter hæc mediam interiecerunt.Partem igitur animæ fortitudinis iracundiæq; participem contentiosamq; capiti propinquiorem fecere inter Diaphragma ceruicemq; mediam,vt hæc obediens rationi, vna cum ipsa cupiditatum genus vi illata coerceat, siquando rationis in arce capitis habitantis iussa cupiditas respuat. Cor vero venarum originem fontemq; sanguinis per omne corpus impetu quodam manantis in stipatorum regione suspendere voluerunt, vt quãdo iræ vis exardescit,ratione nunciante siquid extrinsecus iniuste fiat,vel intrinsecus aliqua concupiscentia turbet, tunc celeriter per angustos quoslibet meatus quicquid in corpore sensus est particeps, iussa minasq; persentiat, atq; ita obediat obsequaturq; omnino, toleretq; in omnibus præstantissimi illius imperium.Cum vero cognoscerent cor rerum terribilium obiectu trepidaturum, & ira sæpius flagraturum,idq; opus omne per ignem fore,æstus huiusmodi temperandi gratia, pulmonum tegmen cordi adhibuerũt,molle primum atq; exangue,deinde cauis intrinsecus fistulis spongiæ instar distinctum, vt spiritu potuq; hausto cordis ardorem huiusmodi respiratione & refrigerio tepefaciat. Quam ob causam Arterias tanq̃ aquæductus per pulmonum substantiam deriuarunt, eamq; cordi,quasi mollem saltum circundedere, vt quando nimia feruet ira, inde ad faciliorem obedientiam temperatum deferueat,sedatoq; tumultu rationi facilius cum ira ministrare & obsequi valeat.Postremo eam animæ partem, quæ esculenta & poculenta cupit, & reliqua omnino quibus corpus indiget concupiscit,mediæ regioni inter Diaphragma & vmbilicum applicauere,vbi quoddam quasi præsepe ad totius corporis alimoniam extare volebant, & ibidem illam vim animæ tanq̃ agreste animal alligauerunt.Hic sane illam corpus suum alere necessarium est,si quidem mortale quãdoq; futurũ est genus. Vt ergo ad præsepe semper illa pascatur,habitetq; procul a consultore,ideoq; illum clamore & strepitu suo minime turbet,sed permittat præcipuum nostri ducem tranquillo in otio communi omniũ vtilitati consulere,regionem idcirco inferiorem ipsi habitandam dii dedisse videntur.Quoniam vero videbat Deus partem illam animæ talem fore, vt rationem non exaudiret: & siquo sensu pulsaretur,nullo modo rationibus obtemperaret,sed simulacris visisq; nocte dieq; maxime raperetur: idcirco naturam iecoris procreauit, & in eius habitationem disposuit, densam inquam naturam,lenem, claram, dulcem, & amaritudinis non expertem: vt cogitationum ex mente descendens potentia in ipso iecore velut in speculo figuras suscipiente,aspectuiq; simulacra reddente,quandoq; recepta terreat ipsum, quandocunq; cognata amaritudinis parte vsa, minasq; intendens,& toti repente suffusa iecori felleos terribilesq; colores ostentat: contrahens præterea ipsum rugosum & asperum totum reddat,ac fibras eius,bilem,eiusq; ventriculum,& venas quæ portæ vocantur,sic afficiat, vt partim ex habitu recto deflectens atq; contorquens, partim obstruens & concludens, dolores detrimentaq; præbeat.Ac rursus quando mansuetudinis ex mente inspiratio cõtraria visa effingit,amaritudinem quidem sedans ex eo q; aduersam sibi naturã neq; ciere,neq; attingere velit,dulcedine vero illi ingenita vtens,& omnia recta,lenia,libera in ipso digerens,tunc sane pacatam mansuetamq; partem animæ in iecore habitantem facit,adeo vt etiam in somno moderate affecta sit,vaticinioq; vtatur,quando rationis prudentiæq; est expers.Qui enim nos cõposuerunt paterni illius mandati memores,quo mortale genus præceperat q̃ optimum pro viribus fieri, ita deteriorem nostri partem instituerunt, vt ipsa quoq; veritatis foret quodam modo particeps. siquidem in ea expleri vaticinium statuerunt. Q; autem dementiæ humanę deus diuinandi vim dederit,illud argumẽto esse nobis potest,q; nemo dum sanæ mentis est, diuinũ & verum vaticinium vllum assequitur, sed cum vel somno prudentiæ vis præpedita est,vel oppssa morbo,vel diuino aliquo raptu e suo statu dimota,fieri diuinatio solet. Prudentis vero dũtaxat officium est,quæ a fatidico furenteq; ingenio dormiendo vel vigilando pronunciata sunt,intelligere: & quæcunq; visa illuxerint,ratiocinatione ita discernere, vt qua quidq; ratione, & cui futurum aliquid,vel præteritum,præsensve bonum vel malum portẽdere videatur,explanet.Illius autem qui mansit manetq; adhuc in furore,non est officium quę viderit aut protulerit iudicare.Scitum profecto priscum id dictum.Agere sua,seq; ipsum cognoscere, solius prudentiæ est opus.Hinc lex iubet diuinis vaticiniis iudices præesse prophetas,quos Vates quidã nominant, ignorantes prorsus eos oraculorum visorumq;,quæ obscuris velaminibus inuoluuntur,interpretes esse, nõ vates.Quare qui vaticinia iudicant,non vates illi quidem sed prophetæ,id est vaticiniorum interpretes pronunciatoresq; vocandi. Atq; iecoris quidem natura ob hanc causam talis facta est,& in ea sede qua diximus collocata, diuinationis.s.gratia. Ac etiam viuẽte vnoquoq; talium signa clariora exprimi solent: vita vero priuato,cęcitas accidit,nec euidens quicq̃ fit vaticinii signũ.Proximum

Diaphragma chartilago.

Cor venarũ origo, & sanguinis fons.

Dementię humanæ datũ eẽ diuinandi munus.

Prudentis opus.

Qui prophetę, qui vates apd Timæũ.

Iecur gratia diuinãdi.

siderare debemus,vt quibus ex causis passiones eius ꝓueniant,exponamus.Oino igiť vocẽ ponamus pulsationem quandam ab aere,per aures cerebrũq; & sanguinẽ vsq; ad animã penetrantẽ.Natam quoq; ex ea motionem incipientẽ a capite,& in sedem iecoris desinentẽ,auditum vocemus. Motio quidẽ velox,acuta prouenit:tarda,grauis.Vna ęqualis atq; lenis,contraria vero aspera. Magna quæ multa, parua quę pauca. Harũ vocũ concordiã cõsonantiasq; in sequentibus declarabimus.Sequiť quartum sentiendi genus exponendũ,qđ varietatẽ in se plurimã continet:& quę sub eo sunt oĩa,colores vocãtur.Est autẽ color veluti flammula quędã fulgorq; a singulis corporibus emanãs,partes habens visui ad sentiendũ accõmodatas.Causas vero ex quibus visus gigniť,supra tractauimus. Nunc de coloribus potissimũ hoc pacto probabilia dicenda videnť. Quæ ab aliis delata partibus in aspectũ cadunt, partim minora,partim maiora,partim visus ipsius partibus ęqualia sunt.Aequalia quidẽ sentiri non possunt,quę Diaphana,id est vtriq; ꝑspicua nominanť.Minora vero aut maiora partim discernere, partim cõtrahere visum dicimus,instar eorũ quę caliditate vel frigiditate carnem,aut eorũ quę acrimonia vel acumine caliditateve linguã contrahunt vel discernunt.Atq; ea quę visum sic afficiunt alba nigrave vocamus,quę quidẽ passiones eorũ sunt quę modo narrabã,& illorũ quidẽ germana eadẽq; quodãmodo,sed in genere alio,diuersa tñ propter has causas esse videnť.Sic vtiq; appellanda sunt ista,qđ visum disgregat,album:nigrũ vero,qđ congregat.Motionẽ profecto acutiorẽ alteriusq; generis ignis,incidentẽ dispergentẽq; visum vsq; ad oculos,orbesq; ipsos oculorum meatusq; vi diuerberantem liquefacientẽq;,ignem esse dicimus ex opposito obuiantẽ,cuius occursu lachryma,corpus ex igni & aqua mixtũ,effunditur.Et vno quidẽ igne velut e coruscatione quadam exiliente,altero vero penetrãte,& ab humore extincto,varii creanť ex hmõi mixtione colores,atq; ipsam passionem fulgorem coruscationemq; vocamus:quodve id facit,splendidũ atq; coruscum.Horum mediũ ignis genus ad oculorum humorẽ perueniens,illiq; se miscens,minime quidẽ coruscum, sed ex ipsa ignei radii ad humorẽ admixtione,sanguineum creãte colorẽ,rubeum nominauimus.Splendidum albumq; rubeo mixtum flauum procreat.Quo autẽ mensurę modo singula singulis misceantur,etiã si quis nouerit, narrare prudentis non est,prȩsertim cum neq; necessariam,neq; verisimilẽ de his rationem afferre vllo modo possit.Rubeũ cũ albo nigroq;,purpureũ generat.Paulo obscurior moreus lutheolusq; fit color,quando his inuicẽ conflatis adustisq; magis est adiuncta nigredo.Fuluum flaui fuscique tẽperatione producit.Fuscũ vero albi & nigri confusione.Pallorem albi flauiq; copula generat.Splendidũ albo adiunctũ plurimaq; obfusum nigredine cęruleũ efficit.Cęruleum cũ albo glaucũ creat. Fului nigriq; tempetie color viridis nasciť.Cętera ferme ex his omnia manifesta fiunt.Siquis.n.superiores mixtiones imitatus reliquos colores exequiť,probabilib⁹ rationibus disputabit.At siquis horũ discussionẽ ꝓbationẽq; opere ipso aggrediet,quid inter humanã diuinamq; naturã intersit,ignorare videbiť.Nẽpe deus multa in vnũ colligere,rursusq; vnum in multa producere sufficiẽs est.scit.n.simul ac potest. Homo aũt nullus qui alterutrũ valeat,aut est nunc,aut vnq̃ erit.Hæc sane omnia ita tũc naturaliter affecta ex necessitate ille pulcherrimi optimiq; operis fabricator in his q̃ gignebanť assumebat,quãdo deũ seipso sufficientẽ,& ꝑfectissimũ generabat,vtens quidem causis ad hęc ministris: qđ aũt bene se habebat,ipse in singulis agens.Duas eñ causarum species distinguere decet.Vnã quidẽ necessariã, alteram vero diuinam.Ac diuinam in omnibus quęrere,vt beatã vitam quoad naturæ nostrę possibile est,adipiscamur.Necessariam quoq; causam illorũ gratia perscrutari.Cogitare.n.oportet absq; his illa in quibus studiũ ponimus,nõ posse intelligi,vel cõprehendi,vel quomodocũq; aliter percipi.Quoniam vero nobis in p̃sentia veluti fabris materia subiacet,causarum videlicet genera vicẽ ferme iam p̃paratę materię obtinentia,ex quibus est sequens disputatio contexenda,rursus ad principiũ breuiter redeamus,citoq; illuc regrediamur,vnde hucusq; ꝓcessimus,atq; ita demũ finẽ apicẽq; disputationi, qualẽ superiora exigunt,imponamus.Quẽadmodũ ab initio diximus,cum hęc ordine carerent,singulis deus,& ad sese,& ad alia inuicẽ eatenus modũ rationemq; proportionis indidit,quatenus suscipere singula poterant.Tunc profecto nihil erat ordinis nisi forte casu aliquo particeps,nec quicq̃ tunc aqua vel ignis vel aliud aliquid eorũ quę modo apud nos nominanť,iure vocandũ erat.Verũ hęc primum oĩa exornauit,deinde ex iis hoc vniuersum cõstituit,animal vnũ,aĩalia in se oĩa mortalia & immortalia continens.Et diuinorũ quidẽ ipse est auctor, mortaliũ vero generationẽ natis suis tradidit absoluendã.Illi igitur suũ imitati parentẽ,principiũq; aĩę immortale suscipientes,animã ipsam mortali corpore clauserũt,totumq; corpus aiæ,quasi vehiculũ subdidere,atq; in eo aliam animę speciẽ mortalẽ fabricauerũt,quæ grauibus necessariisq; perturbationibus afficereť.Quarũ prima foret voluptas esca maxima mali,Dolor deinde fuga impedimentũq; bonorum,Audacia p̃terea metusq; consultores amentes:accederet & implacabilis iracundia,Spes etiã blanda conciliatrixq; cũ irrationali sensu,amoreq; omniũ inuasore.Illi ergo hæc miscentes necessario mortale genus composuerunt.Cęterũ ne diuinum vlla mortaliũ cõtagione,nisi quantũ summa necessitas cogeret,pollereť,seorsum ab illo in alia

De auditu

Auditus terminať in iecore.

De coloribus.

Albũ disgregat, nigrũ cõgregat.

De mixtionibus colorum.

Duę causarũ species.

Voluptas esca malorum.

Dolor bonorũ fuga & impedimentum.

Audacia & met⁹ cõsultores amentes.

obrem inguinum,tibiarum,iliorum,brachiorum,lacertorum ossa, & cætera omnia quæ articulis carent,quæve intus latentia ossa propter animæ paucitatem in medulla,prudentiæ vacua sunt,multis sunt carnibus adoperta.Paucioribus vero q̃ prudentiã habent, nisi forte carnosa q̃dã moles proprie ad sensum aliquem aptata sit,qualis est lingua.In cæteris est vt diximus. Natura enim ex necessitate genita atq; nutrita nullo modo os compactum carnemq; multam simul & acutum sensum admittit. Maxime nanq; omnium ea capitis compositio habuisset si vna concurrere potuissent:genusq; hominum pingue,neruosum,robustumq; habens caput,vitam duplam,ac etiam multo diuturniorem,validiorem, placidiorem q̃ nos possedisset. Cæterum nostris illis fabricatoribus de nostro genere consultantibus,vtrum diuturnius quidem,sed deterius, an breuioris quidem vitæ, sed melioris, efficerent,visum fuit vitam breuem melioremq; diuturnæ & deteriori esse omnino anteponendam. Itaq; caput osse raro texere, sed carnibus neruisq;, quia flexiones non erat habiturum, non fulciuerunt. His omnibus de causis caput membris omnibus acutius ad sentiendum prudentiusq;, sed imbecillius est constitutum.Neruos autem ob hanc rationem atq; hoc pacto deus extremæ parti capitis circumponens,spinæ dorsi eos quadam similitudine circumplicauit, summasq; illis maxillas sub vultu deuinxit,reliquos per omnia membra disseminauit,articulum connectens articulo. Nostri præterea illi exornatores,oris naturam dentibus,lingua, labiis, ita vt nunc videmus, necessariorum simul & optimorum gratia ornauerunt.Nam ingressum quidem necessariorum, egressum vero optimorum gratia excogitauere. Nempe necessarium est quicquid ad alimoniam in corpus admittitur. Verborum autem effluxio ministra prudentiæ,effluxionum omnium optima est atq; pulcherrima. Caput præterea nudo osse relinqui omni alio regmine destirurum non poterat, propter caloris frigorisq; excessum: neq; rursus carnium pondere prægrauatum, sensus expers obtusumq; reddendum erat. Carne igitur non penitus desiccata residuum quod maius supererat segregatum est,cutisq; ipsa circa cerebri humorem sibiipsi iuncta & germinans caput circũuestiuit. Humiditas autem sub iuncturas scaturiens irrigauit,compegitq; ipsam ad verticem.Iuncturarum vero species varia propter circuitionum alimoniæq; potentiam facta est:& his quidem magis inuicem pugnantibus plures, minus vero pauciores.Hanc omnem cutem vndiq; igne pupugit percussitq; deus. Per cutis inde quasi sauciæ rimulas humor effluxit: quodve illic humidum calidumq; syncerum erat,abiit:quod vero ex iisdem quibus & cutis, erat permixtum, emanationis impetu extra productum, in longum extensum est, tenuitatem punctioni penetrationiq; illi æqualem habens. Sed propter tarditatem a spiritu circunstante retusum,rursusq; sub cutem reuolutum,radices egit. His vtiq; causis capilli in cute sunt nati,secundum pellis coriiq; similitudinem cuti q̃ proximi, sed propter coagulationem a frigiditate factam duriores cute atq; densiores.Nempe capillus extra cutem productus frigore riguit. Hoc pacto constipatum hirsutũq; caput nobis deus instituit,causis quidem vsus illis quas diximus:tegmen vero ipsum ad cerebri tutelam non carnibus ponderosum, sed leue esse voluit, quod ad frigoris caloris ve intemperiem repellendam sufficeret,& sensus acumen minime impediret.Ea vero quæ in digitis est nerui,pellis,& ossis complexio, aridior facta, communi quodam vno duriorique cutis tegmine est adoperta.Cuius quidem accessoria ministraq; causa in iis quæ diximus constitit:principalis autem causa in ea intelligentia quæ id futuræ commoditatis gratia fabricauit. Q; enim ex viris quandoq; mulieres & cæteræ animantes erant futuræ,nostri illi opifices non ignorabant.quinetiam q; vnguium vsum bestiæ quoq; multæ ad opera multa erant habituræ,intelligebant. Quapropter homines statim genitos vnguibus armauerunt.Hac vtiq; ratione,& his de causis pelle, capillis, vnguibus extrema membra operuere. Quoniam vero partes & membra omnia mortalis animantis in mutua quadam cognatione genita erant,vitamq; necessario in igne ac spiritu possidebant, ne animal ipsum ab his resolutum exhaustumq; cito deficeret,hoc dii consilio prouidere.Quippe humani generis naturam quandam cognatam aliis formis sensibusq; miscentes,quasi animal quoddam aliud plantauerunt.Talia sunt domesticæ arbores,plantæ,semina,quæ consita nũc cultaq; ab arte mitia nobis sunt: quondam vero sine cultura,agrestia. Quicquid enim vitæ est particeps, iure animal nominabitur. Quod autem nunc dicimus,tertię animæ speciei est particeps,quam inter Diphragma & vmbilicum locauimus.Cui opinio,ratio,mens nulla penitus inest. Sensus vero suauis & tristis vna cum cupiditatibus conuenit.Omnia siquidem continue patitur. Cum vero in seipso ad semet conuertatur,externumq; respuat motum,& proprio motu domesticoq; vtatur, idcirco huic natura non tribuit, vt quicq̃ pensi habens,suorum aliquid consideraret. Quapropter vita quidem fungitur, nec est ab animali diuersum. quia vero illa vi qua quid seipsum transfert,orbatum fuit,stetit rigens, & fixum radicibus hæsit. Cum hæc omnia superiores illi nostri ad nutrimentum nobis inferioribus suppeditassent,in nostro corpore quasi quodam horto meatus veluti aquæductus varios diduxerunt,vt liquoris deriuatiõe irrigaretur.Principio meatus occultos sub cõflatione cutis & carnis, duas scilicet

Quia caput est carne nudatũ,est acutius ad sentiendũ.

Verborũ effluxio ministra prudentię.

De capillis.

huic ad sinistram locatum est huius gratia membrum, vt purum hoc semper clarumque reddat, & instar speculi nitens, atque perspicuum, ad imaginesque exprimendas accommodatum. Quapropter quando propter corporis morbum sordibus iecur abundat, lienis raritas id purgans, eas combibit, cum membrum hoc concauum sit & exangue. Vnde purgamentis impletum, excrescit tumetque sanie. Ac rursus cum mundatum corpus est, restrictum in seipsum considet. Quid igitur anima mortale, quid diuinum habeat, & vbi, & quibuscum, & quare hæc inter se disiuncta sint, diximus. At quod reuera ita sit vt diximus, ita demum assereremus, si diuinum confirmaret oraculum: quod vero verisimile sit ita esse, & nunc & deinceps diligentius etiam inuestigando asseuerare non dubitamus, atque in præsentia ita sit nobis assertum. Quod autem hæc sequitur, similiter est tractandum. Reliquum est enim qua ratione cætera corporis membra digesta sunt, enarrare. Itaque hac potissimum ratione constare hęc decet. Cognoscebant illi profecto nostri generis fabricatores nos ad cibum potumque intemperatos fore, ac propter ingluuiē plus quam modus aut necessitas postularit, ex his sumpturos. Igitur ne subitus propter morbos interitus proueniret, atque ita imperfectum mox genus mortale desineret, inferiorem vētrem fabricauerunt ad esculentorum poculentorumve superabundantiam capiendam. Eum præterea spiris intestinorum circumplicauere, ne subito alimenta nobis assumpta defluerent, ac rursus noui alimenti confestim necessitas immineret. Ob illam enim inexplebilem perpetuamque voraginem genus nostrum philosophiæ musicæque & moderationis omnis expers relictum fuisset, illi parti quæ in nobis diuinissima est, minime obsecutum. Ossium vero & carnis cæterorumque huiusmodi ita est natura cōposita. His nempe omnibus medullæ generatio initium præbuit. Vincula enim vitæ illius quam anima corpori iuncta ducit, applicata medullæ, ex eaque per omne diducta, vinciunt fulciuntque corporis nostri constructionem. Ipsa vero medulla est ex aliis generata. Sunt quidem trianguli primi quidam & indeflexi, lenesque ad ignis, aeris, aquæ, terræ, exactissimam generationem accōmodatissimi, e quorū generibus singulis deus secernens singulos, & inuicem contemperatos permiscens, totius generationis mortalium sementem fomitemque constituit, dum medullæ ex his substantiam procrearet. Postea vero serens in ea, animarum genera alligauit. Figuras præterea quotcunque & qualescunque ex singulis speciebus adesse medullæ oportuit, tot penitus, atque tales statim in prima illa distributione distinxit. Et illam quidem medullæ partem in quam velut agrum quendam diuinum semen iaciundum erat, globosam & vndique teretem finxit: atque encephalum, id est cerebrum, idcirco voluit nominari, quia vnoquoque animali denique absoluto vasculum cerebri capax, cephalum, id est caput vocandum erat. Quod autem reliquas mortalesque animæ vires comprehensurum erat, rotundis simul oblongisque figuris ornauit, totumque medullam voluit nominari, atque ex iis quasi quibusdam ancoris iaciens totius animæ vincula circa illas iam vniuersum nostrum corpus absoluit, ossiumque textura extrinsecus eas fulciuit. Os vero ipsum ita composuit. Terram atterens puram lenemque miscuit, madefecitque medulla. Id postea in ignem iecit, deinde in aquam mersit, rursus in ignem, iterum & in aquam. Atque ita sæpe transferens in vtrunque, tale reddidit, vt a neutro liquefieri posset. Hoc igitur vsus sphæra ossea quasi torno facta cerebrum circumsepsit. Huic angustos reliquit meatus, & circa ceruicis simul dorsique medullam ex ipso rotulas vertiginesque effingens, quasi cardines subdidit, ita vt a capite per totum protenderit. Sic vtique semen omne seruauit, dum lapideo ambitu circumuallauit. Articulos insuper addidit, alterius ipsius natura vsus in ipsis tanquam media quadam existente potentia motus flexionisque gratia. Arbitratus vero ossium naturam aridiorem rigidioremque quam oporteat fore, & cum ignita euaserit atque etiam frigefacta illisuram corrupturamque cito semē internum, neruorum carnisque genus effinxit, vt neruis quidem membra reliqua vincientibus, intensis remissisque circa cardines ipsos, corpus omnem ad flexionem tensionemve promptum & agile redderet: caro vero tegmen foret aduersus frigus atque calorem: & quemadmodum externa corporis fulcimenta solent, ad casus varios munimentum: pręsertim quia talis erat futura, vt molliter leniterque corporibus cederet. Cui calidū idcirco humorem indidit, vt æstate quidem roscida madidaque extrinsecus, toti corpori domesticum præbeat refrigerium, hyeme vero rursus proprio igni exteriorem glaciem moderate repellat. Hęc cum fictor ille nostri corporis cogitaret mixtione quadam ex aqua, igne, & terra contemperata, & acuto illis salsoque fermento adhibito, succi plenam ac mollem carnem conflauit: naturam vero neruorum ex osse & carne non fermentata vnam ex vtrisque potentia mediam temperauit, flauoque infecit colore. Hinc fit vt carne quidē tensior & aridior, ossibus aūt agilior molliorque sit neruorū substantia. His deus medullam simul & ossa deuinxit, & hæc omnia carnibus cooperuit. Quæ igitur ossa animata maxime erant, paucissimis carnibus adoperuit: quæ vero minime, contra plurimis atque crassissimis. Iuncturis insuper ossium, præterquam vbi necessitatis ratio aliter postulabat, paucas carnes adiecit, ne flexionibus impedimento forent, tardaque ad motum corpora facerent, neve sua quadam solida crassitudine obtusioris mole sensuum aciem hebetarent, memoriam impedirent, ingenii acumen obtunderent. Quam

De liene.

De intestinis atque eorū spiris.

De ossib. & carne. Vide vt medulla ē mēbris fūdamētū & initium.

De cerebro.

De neruis

prehendentes vero non alium quidem motum iniiciendo perturbant, sed tardioris lationis initium secundum principium velocioris inducunt. Dum vero desinentis motionis similitudinem sibi quandam accommodant, vnum ex acuta & graui concentum contemperant. Vnde insipientibus voluptatem, sapientibus gaudium propter diuinæ harmoniæ imitationem in lationibus mortalibus repertam, tribuunt. Eadem ratio est de aquarum fluxibus, de fulminum impetu, de electri mirabili illo attractu, lapidisve illius qui Heraclius nominatur. Reuera nullius horum attractio fit: sed cum nusq̃ sit vacuum, & hæc se inuicem pulsent, atq; repulsent, concretaq; & discreta suum locum singula poscant, diligenti harum rerum inuestigatori ex his mutuis passionibus euentus illi mirabiles contingere videbuntur. Atqui respiratio, vnde huc digressi sumus, ab his causis, & hunc in modum vt supra diximus prouenit. Dum videlicet ignis cibos diuidit, eleuaturq; intrinsecus assecutus spiritum, venas a ventre communi eleuatione huiusmodi replet, ex eo q attrita inde haurit, & ob hanc rationem per totum animalium omnium corpus alimentorum liquores penitus diffunduntur. Statim vero attrita & a cognatis suis ablata partim fructibus partim graminibus, quæ deus ad alimoniam corporis nostri produxit, colores propter mixtionem omnino varios habent, sed plurimus in his rubeus præualet color, cuius natura ex ignis portione & abstersione in humido facta prouenit. Propterea eius quod in totum corpus permanat, color, talis aspectu est qualem diximus. Id sanguinem nominauimus, carnium & vniuersi corporis pabulum: vnde irrigatio distributa passim exhausta cuncta replet. Modus autem impletionis euacuationisve talis est, qualis in vniuerso cuiuslibet latio, per quam cognatum quodlibet ad seipsum se confert. Quæ enim nobis extrinsecus circunfusa sunt, resoluunt nos assidue, & singulas nostri portiones ad species suas foras emittunt. Sanguinea vero in nobis attrita inclusaq; visceribus, vt par est in quolibet animali fieri sub cælo constituto, totius lationem imitari coguntur. Cum igitur attrita quælibet in nobis cognatum poscant, exhausta quælibet implent. Porro quando abscedit plus q̃ accesserit, decrescit animal: quando contra fit, augetur. Recens igitur animalis cuiuslibet compositio cum nouos velut ex ligneo quodam contextu triangulos habeat, validam quidem eorum structuram possidet, moles autem eius tenerior tota coaluit: quippe quæ ex recentiori medulla concreuit nuper, & lacte nutrita est. Susceptos ergo triangulos illos extrinsecus incidentes ex quibus cibi potusq; conflantur, triangulis propriis antiquiores imbecillioresq;, iuniorum vi peruincit & conterit, & grande animal ipsum reddit, dum ex multis similibus alit. At cum triangulorum suorum radicem compagemq; relaxat, ex eo q magnis laboribus longo tempore aduersus multa certando fatigata & domita sit, tunc sane alimenta suscepta in similitudinem suam non potest comminuendo redigere, sua vero membra ab ingredientibus facile dissipantur. Hinc iam minui ac deficere omne incipit animal, cum superatur, detrimentumq; istud senectus appellatur. Finis vero tunc obuenit, quando triangulorum illorum ex quibus medulla conficitur, olim coaptata vincula, nihil amplius nectunt, sed defatigatione iam relaxata nexus animæ deserunt. Anima vero clam secundum naturam cum voluptate protinus euolat. Quicquid enim contra naturam fit, molestum: quod autem pro rei natura, iucundum. Similiter & mors quam morbi & vulnera intulerunt, violenta est atq; molesta: quæ vero senio paulatim ad finem deducente naturaliter surrepit, inter omnia mortis genera leuissima est, & cum voluptate potius q̃ dolore contingit. Morbi autem vnde nascantur, quis dubitet? Nam cum quatuor illa sint ex quibus compactum est corpus, Terra, ignis, aqua, aer, horum non naturalis excessus defectusq;, & ex loco proprio in alienum translatio, per quam quod sibi conueniens est, non tenent, intestinam quandam seditionem & morbos inferunt. Quando enim præter naturam vnũquodq; fit aut transfertur, calescunt vtiq; quæ ante frigebant, arida madent, grauescunt leuia, & cætera omnia similiter permutantur. Solummodo vero idem aliquid sibimet secundum idem atq; similiter & debita proportione seruata accedens vel decedens, permittet se idem sibiipsi sospes integrũq; manere. Quod autem aberrat, siue accedendo seu decedendo, mutationes varias, morbos, corruptiones infinitas inducit. Ex secundis quoq; cõpositionibus secũdum naturam constitutis secunda bonę vel malę valetudinis coniectura id quęrenti cuiq; dabitur. Cum enim medulla ex illis & os & caro & nerui constiterint, sanguis præterea ex iisdem q̃uis alio modo concreuerit, cæteri quidem euentus plurimi quemadmodum superiora contingunt, maximi vero morbi atq; grauissimi hoc pacto nascuntur. Quando videlicet ordine conuerso ista ex se inuicem fiunt, proculdubio corrumpuntur. Nempe secundũ naturam carnes & nerui ex sanguine generantur: nerui quidem a villis & ligamentis propter cognationem, carnes autem a coagulatione quadam eius quod secretum a villis & ligamentis concreuit. Quod rursus a neruis & carnibus emanat glutinosum & pingue, simul quidem carnem vt plurimũ ad ossium naturam, ac etiam os ipsum medullam circundans nutriendo exauget. Quod rursus per ossium crassitudinem stillat purissimum genus triangulorum, lenissimumq;, & pinguedine abundantissimum, dum defluit ex ossibus, atq; de

venas in tergo diuiserunt, secundum geminam corporis ipsius figuram, ad dexteram & sinistram. Has vtiq; ad spinam demiserunt, mediamq; medullam genitalem comprehendere, vt & hæc q̃ maxime vigeat pulluletq;, & vberior hinc ad alia quasi decliuis effusio, irrigationem æquabilem præbeat. Post hæc partientes circa caput venas, easq; inuicem ex opposito implicantes, partim a dextris ad sinistra, partim a sinistris ad dextera corporis dispertierunt, vt capiti ad reliquum corpus vna cum cute connexio foret, postq̃ neruis quidem non erat circulo quodam secundum verticem comprehensum atq; distinctum: atq; etiam vt sentiendi vis ab vtrisq; partibus per totum corpus vndiq; demanaret. Hinc vero aquæductum hoc ordine deduxerunt: quem plane perspiciemus, si hoc inter nos primum asseuerabimus. Quæcunq; ex minutioribus componuntur maiora detinent: quæ vero ex grandioribus, minutiora cohibere non possunt. Ignis autem præ cæteris generibus, minutissimis constat particulis. Ideoq; aquam, aerem, terram, & quæ ex his componuntur omnia, penetrat, transilitq; vsqueadeo, vt nihil ipsum valeat cohibere. Idem quoq; de nostro vtero cogitandum. Nempe cibos & potus ingestos retinet. Spiritum vero & ignem quia eius compositione tenuiores sunt, demorari non potest. His igitur vsus est deus ad irrigationem ab vtero in venas perficiendam. Rete enim quoddam ex aere atq; igne instar gibbosæ sagenæ contexuit. Vbi duo sunt ad ipsum introitum gibbi conuexa: quorum alterum bifariam bino pulsu iterum implicauit, & ab ipsis gibbi conuexis veluti funes per totum corpus vsq; ad texturæ illius extrema circuntendit. Interiora igitur ipsius tricæ omnia ex igne composuit, conuexa vero & receptaculum ipsum ex aere. Demum hæc assumens in animali formato hoc pacto disposuit. Conuexa quidem in os demisit. Cum vero conuexum gibbosumq; sit duplex, per arterias alterum in pulmonem vsq; traiecit, alterum circa arterias in vterum. Alterum vero partitus vtranq; illius partem ad fistulas narium communiter duxit, ita vt quando alterum ad os non peruenit, ex hoc ipso omnes illius fluxus meatusq; repleantur. Alteram vero gibbi retisq; capacitatem circa omnes partes corporis cõcauas esse voluit. Idq; omne alias quidem in conuexa incuruaq; confluere molliter quasi aer illic sit, effecit: alias autem conuexa incuruaq; ipsa refluere: Rete vero quoniam rarum sit corpus, penetrare per ipsum rursusq; emergere. Radios autem ignis interiores successione continua subsequi, in vtranq; partem aere transeunte. Idq; donec mortale consistit animal fieri nunq̃ cessat. Huiusmodi agitationem, merito expirationem respirationemq; nominatam esse censemus. Omne autem hoc opus omnisq; nostra hæc passio in corpore fit, irrigatione quadam & refrigerio ad vitam & nutrimentum. Quando enim expirante & respirante halitu, ignis simul interior sequitur, perq; vterum diffusus poculenta esculentaq; offendit, liquefacit protinus ipsa, partitur in minima, per exitus qua progressio patet tanq̃ ex fonte quodam educit: in meatus videlicet venarum traiicit quæcunq; exhausit, atq; per corpus quasi vallem venarum fluenta diducit. Sed videamus iterum quibus causis respiratio hunc in modum quem nunc cernimus fuerit instituta. Cuius quidem rei talis erit consideratio. Quoniam vacuum nusq̃ est, quo quicq̃ eorum quæ perferuntur, ingredi queat, spiritus autem e nobis euolat, cuiuis constat non in vacuum quidem hunc spiritum euolare, sed proximum sibi e sua sede depellere, depulsum rursus illum proximum sibi semper extrudere, ac secundum necessitatem huiusmodi quicquid in sedem illam repercutitur, atq; impellitur, vnde exclusus est halitus, ingressum illuc replensq; halitum ipsum subsequi. Idq; totum simul reuolutione quadam, quia nusq̃ sit vacuum, fieri. Quamobrem cum pectus pulmonesq; spiritum efflauerint, mox aere corpori circunfuso meatus corporis penetrante replentur. Ac rursus euolans a corpore aer & emissus anhelitus inspirationem intro retrahi cogit per oris nariumq; meatus. Causam vero quæ his principium dat, huiusmodi ponimus. Omne vniuersi huius animal in venis & sanguine calorem quasi fontem ignis aliquem possidet. Idq; reti sagenæ comparauimus, per medium extensum, totumq; ex igne contextum, cum exteriora omnia ex aere sint. Calorem sane putandum est natura sua in regionem suam extra ad id quod sibi cognatum est emanare. Cum vero discursiones duæ sint, vna per corpus extra, altera rursus per os ac nares, cum anhelitus ad alia impetum facit detruditq;, alia contra retrahit atq; repercutit. Quod autem retractum est, in ignem incurrens calescit: quod exhalauit, friget. Dum ergo caliditas permutatur, & quæ alio transitu vtuntur calescunt, ac rursus quod feruet ad naturam suam emigrat, & hac emigratione alia in aliud iter repercutit, rursusq; hæc idem perpetiuntur aguntq; semper, certe anhelitus hic circulo quodam hinc & illinc iugiter fluctuans expirationem & inspirationem continet. Quinetiam causæ passionum quæ ex attractu ampullarum ex corpore a medicis fiunt, atq; etiam potionis, & eorum insuper quæ iaciuntur, siue emittantur sublimia, seu deferantur humi, hac vtiq; ratione tractandæ videntur. Voces præterea, quęcunq; veloces & tardæ, acutæ & graues audiri solent, alias dissonæ propter motus eius qui in nobis ab ipsis fit, dissimilitudinem, alias propter similitudinem consonæ. Priorum enim velociorumq; cessantes motus, iamq; ad simile quiddam progressos, tardiores ipsæ voces succedentes illis, eosq; mouentes, occupant com-

stillatione fiunt origo est. quoniam vero plurima loca illabitur, malas gignit valetudines plurimas. Quæcunq; autem partes corporis tumescere dicuntur, a bilis incendio, & combustione vexantur. quæ cum expirat extrinsecus varios æstu suo tumores producit, intrinsecus vero cohibita, vrentes edacesq; morbos plurimos procreat. Tunc autem pessima est, quãdo pus sanguini mixta & villorum ligaminumq; fila suo ex ordine dimouet. quæ ideo in sanguinem diductæ & sparsæ sunt, vt mediocrem tenuitatis & crassitudinis habitum cõsequatur: neq; ptopter caliditatem cum ipse sit lubricus, raro ex corpore defluat, neq; si crassior sit, ad motũ fiat ineptior atq; ægre per venas fluat & refluat. Ad hanc vtiq; naturæ commoditatem, huiusmodi peropportuna sunt ligamenta, quas siquis etiam mortuo & ob frigus rigente sanguine inuicem conducat & contrahat, reliquus sanguis omnis diffunditur. Cum vero missę fuerint, illico cum præcedente frigore restringuntur. Quoniam vero hanc vim villi huiusmodi in sanguinem habent, cum bilis natura sanguis vetus euaserit, ac rursus ex carnibus in hunc fuerit resoluta, calida & humida paulatim primam incidens villorum illorum vi compressa restringitur. Compressa vero extinctaq; violenter, procellam intus tremoremq; ciet. Cæterum quando vberior affluit, calore proprio ligamenta exuperans, præterq; modum exæstuans, seruat quidem, ac si continue ad finem vsq; idonea victoriæ sit, penetrat in medullas, adustisq; radicibus inde animæ vincula, quasi nauis funes resoluit & amputat, liberamq; dimittit. Sed cum inferior adest, corpusq; liquescens ei resistit, ipsa deuincta, aut per totum corpus excidit, aut per venas in ventrem inferiorem superioremve compulsa tanq̃ transfuga ex seditiosa ciuitate, sic effugit e corpore, morbosq; eos inducit, quos Diarrhoeas vocant, & Dysenterias, id est fluxus ventris lubricos, fluxusq; mordaces, necnon multas generis eiusdem alias molestias infert. Quando igitur corpus ignis potissimum excessu languet, continua febre laborat, quando vero aeris, quotidiana discreta. Aquæ tertiana, propterea q; aqua segnior est q̃ ignis & aer. Terræ demum excessu, quartana. Terra siquidem omnium tardissima, quarto gradu cum sit, temporis circuitu quarto feruet, deferuetq;. hinc quartanas inuehit febres, quæ vix seroq; sanantur. Atq; hoc quidem pacto corporis morbi contingunt. Animæ vero morbi propter corporis habitum ita nascuntur. Morbum animæ dementiam esse censemus. Eius genera duo ponimus, Insaniam & imperitiam. Quæcunq; igitur passio alterutrum istorum infert, animi ægritudo est nuncupanda. Idcirco voluptates doloresq; admodum vehementes, morborum animæ omnium grauissimi iudicandi. Quisquis enim vel nimia gestit lætitia, vel nimio dolore deprimitur, dum illam auidius importuniusq; asciscere, hunc vitare obnixe conatur, neq; cernere neq; audire recte quicq̃ potest, sed rabie furit, & in eo habitu constitutus, minime rationis est compos. Qui vero fluido stupidoq; circa medullam abundat semine, vtq; arbor pluribus q̃ conueniat fructibus grauida nimia vbertate luxuriat, is profecto multis passim doloribus, multis item voluptatibus in libidinibus ipsis earumq; foetibus, fructibusq; affectus, per omnem ferme vitam ob ingentes voluptates doloresq; insanit, ac furit, cumq; huius animus propter corpus æger sit, atq; insipiens, vulgo tamen non æger, sed pro voluntate sua vt liber affectus falso putatur. Veritas autem sic habet. Nempe venereorum intemperantia maxima ex parte propter generis vnius habitum per ossium raritatem in corpore lubricum madidumq;, animi infirmitas est. Ac ferme omnis voluptatum incontinentia, quæ perinde ac si sponte improbi simus vituperari solet, non recte ita vituperatur. Nemo enim sponte malus, sed propter prauum quendam corporis habitum rudemq; educationem, malus omnis fit malus. Omnibus autem aduersa inimicaq; hæc sunt, & mala noxiaq; contingunt. Rursus dolore afflictus animus similiter propter corpus in prauitatem plurimam incidit. Acris enim & infesta pituita, amari item felleiq; humores, quando oberrantes per corpus non exhalant, sed per viscera reuoluti vaporem suum penetralibus animæ ipsius infundunt, languores animæ varios & magis & minus, tum plures, tum pauciores efficiunt. Perferuntur sane ad tres animæ sedes humores vaporesq; huiusmodi, ac pro loci diuersitate vnusquisq; varias species generat, difficultatis, atq; molestię, audaciæ rursus timiditatisq;, obliuionis præterea, atq; hebetudinis. Sæpe etiam ad prauũ hunc corporaturæ, & affectionis habitum accedunt mores ciuitatis iniqui, sermonesq; & priuati & publici nõ parum omnino noxii, nec vllæ doctrinæ ad tantorum malorum remedia a tenera ætate discuntur. Atq; ita quicunq; nostrum praui sunt, duabus ex causis pręter voluntatem maxime contingentibus, praui fiunt. huiusmodi quidem malorum causæ serentibus potius q̃ satis, educantibus q̃ educatis attribuendæ. Conandum tamen pro viribus, educationis, studiorum, doctrinarum, diligentia improbitatem reiicere, assequi probitatem. Sed horũ quidem tractatio alio constat differendi modo. Nunc iam conuerso quo cultu quibusve causis corporis animiq; salutem adipiscamur, decet exponere. Iustius enim est de bonis q̃ de malis verba facere. Omne bonum pulchrum: pulchrũ vero sine mensura & moderatione esse non potest. Ideoq; animal quod tale futurum est, conuenienti mẽsura moderatũ esse oportet. Ex eorum autem numero quæ cõmensurata moderataq; dicuntur, exigua quædã persen-

Diarrhoea & Dysenteria.

De febribus.

Voluptates & dolores vehemẽtes, morbi aïe grauissimi.

Nemo spõte malus, sed a malo malus.

labitur,medullam irrigat.Quatenus igitur singula hunc in modum fiunt,bona valetudo seruatur. Mala vero sequitur valetudo,quando fit contra.Nam quotiens eliquata caro tabem rursus transmittit in venas, sanguis vna cum spiritu multus ac varius in venis,coloribus diuersis amaritudineq; & acidis salsisq; infectus saporibus,bilem,cruorem, pituitam gignit q̃ plurimam. Quæ quidem omnia rursus sic genita & corrupta sanguinem ipsum in primis inficiunt,& ipsa nullum nutrimentum adhibentia corpori,feruntur passim per venas nullo prorsus naturalis circuitus ordine obseruato. Inimica sane inter sese ista sunt,propterea q; nullum sui sibi inuicem præbent vsum. Naturali præterea corporis habitudini suoq; in statu perseueranti dissoluendo & liquefaciendo plurimũ aduersantur. Portio nanq; carnis vetustissima cum liquescit,ad digestionem concoctionemq; ineptissima, propter veterem exustionem nigrescit:quia vero contabuit,penitusq; exesa est,amaritudinem contrahit, cæteris omnibus corporis partibus nondum contaminatis aduersam. & tum quidem pro amaritudine niger ipse color acerbitatem & acrimoniam habet,eo iam quod amarũ fuerat magis attenuato: tum vero amaritudo rursus sanguine tincta colorem habet rubeum,sed nigro huic admixto felleum.Præterea flauus color cum amaritudine coit, quando ob ignis flammam noua caro liquescit. Et nomen quidem omnibus his commune bilem imposuit vel medicus aliquis, vel certe eo ingenio præditus quispiam quo multa & dissimilia dispicere posset,ac rursus genus in multis vnum vno cognomento dignum inspicere.Quæ vero bilis species appellantur,pro colorum varietate rationem singulis propriam acceperunt.Cruor præterea,qui sanguinis residuum & defluxus est,lenis est ac mitis:qui vero bilis atræ acrisq;,agrestis.quando propter caliditatem salso sapori miscetur,huiusmodi quiddam acida pituita nuncupatur. Sæpe vero tenerioris recentisq; carnis portio quædam vna cum aere colliquescit,deinde vento inflatur incluso,humiditate protinus circunfusa,fiuntq; ex hoc ampullæ, quæ sigillatim propter paruitatem videri non possunt,iunctæ vero simul & in grandiorẽ tumefactæ molem,conspiciuntur,coloremq; propter spumæ generationem habent album. Omnem hanc tenerioris carnis eliquationem vna cum spiritu factam,quæ ex humiditate vento circũfusa tumescit, albam pituitam appellamus:recentis item pituitæ residuum defluxumq; lachrymas atq; sudorem, & quotcunq; alia in quæ quotidie corpus resoluitur.Atq; hæc omnia instrumenta morborum,quando scilicet sanguis non cibis & potibus secundum naturam,sed ex contrariis præter naturæ leges excrescit. Quando igitur caro qualibet circunciditur,eiusq; radix permanet,dimidia quædam est calamitatis potentia.Facile enim restauratur.Quando vero quod carnes ossibus alligat,ægrotat,& sanguis ex illis ac neruis defluens haud amplius nutrit ossa,carnemve reuincit,sed ex pingui & glutinoso asper, salsus,siccus,& squalidus iniquitate victus est factus,tunc certe quod omnia ista perpetitur, abscissum ab ossibus sub carne neruisq; riget. Caro etiam a radicibus decidens nudos relinquit neruos, & salso obductos humore,& in fluenta sanguinis permanans,morbis quos supra diximus numero etiã plures reddit.Graues quidem hæ corporibus passiones:quæ vero has præcedunt, admodum grauiores.Quando videlicet os ob carnis crassitudinem respirationem non habet sufficientem, ideoq; putredinis calore vexatum atq; restrictum, alimenta non suscipit, rursusq; ipsum in illam contra decidit frigefactum.Illa vero in carnem,caro in sanguinem rursus delabitur.Vnde acriores superioribus morbi nascuntur. Extremum vero omnium est, quando medullæ natura propter defectum aliquem aut excessum ægrotat.hinc enim omnium vehementissimi & ad mortem periculosissimi morbi proueniunt.tunc enim omnis compago corporis necessario dissipatur.Tertiam post hæc morborum speciem tripartito diuidimus.Alius em̃ spiritu,alius pituita,alius bile creatur.Nam cum spiritus ipsius custos, & quasi penuarius pulmo distillatione occlusus libera & expedita spiracula nobis non exhibet,& hinc quidem nullus mittitur spiritus, illinc vero plus q̃ oportet accipitur, tunc quæ respiratione & refrigerio carent,marcescunt.Quod vero accipitur nimium,per venas traductum eas contorquet, liquefacitq; corpus, eius in medio Diaphragma, medium scilicet interpositum occupans. hinc morbi admodum molesti multo cum sudore innumerabiles oriuntur. Sæpe etiam intra corpus discreta & rarefacta carne innascitur spiritus : qui cum foras egredi nequeat, iisdem quibus & ingressi aliunde spiritus,doloribus afficit.Sed ingentibus tunc affligit doloribus, quando neruis proximisq; venulis circunfusus hæc inflat , & ligamenta continuosq; neruos a tergo intendit atq; detorquet. Qui sane morbi ab ipsa intendente & inflante passione tensiones,& a tergo cõtortiones cognominantur,quorum difficile remedium est.Subortę enim febres hos maxime soluunt. Alba vero pituita propter ampullarum spiritum intus inclusa difficilis,ad exteriorem cutem delapsa,mitior,sed corpus variis sordibus aspergit,albisq; inficit maculis,atq; morbos alios eiusmodi generat.Atræ vero bili permixta,cum diuinissimos capitis meatus illabitur,dissipare eos solet atq; turbare. Si dormientibus id contingat,mitior:sin vigilantibus,expulsu difficilior.Cum vero sacræ naturæ languor hic fit, haud ab re sacer morbus est appellatus.Proinde pituita acida atq; item salsa, languorum omnium qui di-

bere. Ita nũc paucis concludamus, quæcunq; illarum torpet, & a suis motibus otium agit, imbecillissimam necessario reddi: quę vero agit assidue, robustissimã. Quapropter danda est opera, vt species singulæ motus suos inter se moderatos conuenienti tenore conseruent. De pręstantissima igitur animæ nostræ specie ita est sentiendum. Nempe hanc deus vt dæmonem nostrum cuiq; tribuit, hanc in summa corporis arce sedem habere dicimus, atq; ad cæli cognationem a terra nos tollere, tanq̃ animalia cælesti potius q̃ terreno semine nata. Quod quidẽ recte admodum dicitur. Vnde enim primus animę datus est ortus, inde diuina vis caput radicemq; & originem nostram pendentem suspendens, totum dirigit corpus. In eo igitur qui concupiscentię & ambitiosę iracundię affectibus explendis incumbit, necesse est opiniones omnes mortales fieri, atq; eũ q̃ maxime fieri potest mortalem prorsus euadere, cũ mortalem naturã pro viribus auxerit. At eum qui totus discẽdæ veritatis cupiditate flagrauerit, atq; omnem eius operam pręcipue in hoc vno impẽderit, necesse est omnino si quidem veritatem attingat, immortalia & diuina comprehendere: & quatenus humana natura immortalitatem assequi potest, eatenus hunc penitus immortalem euadere, nulla videlicet immortalitatis parte dimissa. quin etiam cum semper diuinũ colat, ipsumq; familiarem dæmonem in se habeat ornatissimum, præcipue beatum fore. Cultura autem cuiusq; omnino vna est, proprium cuiq; pabulum motumq; tribuere. Ei vero quod in nobis diuinũ est, motus cognati sunt, vniuersi ipsius cogitationes atq; circuitus. Hos itaq; secutum vnũquẽq; nostrum oportet discursiones illas nostras in capite olim a prima generatione corruptas, per ipsam mũdanæ harmoniæ reuolutionisq; intelligentiam ita corrigere, vt intellectæ rei intelligentem vim secũdum pristinã naturam similem reddat, per quam similitudinem vitæ a deo optime nobis propositæ, & in præsenti tempore, & in futuro finem adipiscamur. Sed iam disputatio illa de vniuerso vsq; ad generationem hominum nobis proposita finem pene suum adepta videtur. Cæterarum vero animantium generationem quatenus dũtaxat necessitas postulat, paucis perstringemus. Sic enim modum in hac disputatione tenere sibi quisq; videbitur. Verũ de his iam ita dicamus.

De generatione fœminæ. Quicunq; virorum iniusti timidiq; vixerunt, quemadmodum probabilis ratio nobis ostendit, in generatione secunda in fœminas sunt conuersi. Quo quidem tempore hanc ob causam dii coitus amorem machinati sunt. Igitur in viris vnũ quiddam, in fœminis alterum vitæ & animæ compos ita cõposuerũt. Ipsum potus discursum, quo per pulmones sub renes in vesicam defluẽs & spiritui mixtus

Potus cursus & trãsitus. elisusq; depromitur, dii in fistulæ modum in compactam medullam a capite per ceruicem & spinam

De spermate. deriuauerunt. quod quidem Sperma, id est semen in superioribus nũcupauimus. Hoc autem vtpote animatum ac respirans, qua parte spirat, per eandem vitale effluendi desiderium gignit, atq; ita gene

Generãdi cupiditas. randi amorem nobis inseruit. Quocirca pudendorum naturæ in viris insita vis, inobediens atq; imperiosa, & quasi animal non exaudiens rationem furiosarum libidinum violentia subiicere sibi cũcta conatur. Vulua quoq; matrixq; in fœminis eadem ratione animal auidum generandi, quando procul a fœtu per ætatis florem, aut vltra diutius detinetur, ægre fert morã ac plurimũ indignatur, passim q; per corpus oberrans, meatus spiritus intercludit, respirare nõ sinit, extremis vexat angustiis, morbis deniq; omnibus premit, quousq; vtrorunq; cupido amorq; quasi ex arboribus fœtum fructumve producunt: ipsum deinde decerpunt, & in matricem velut agrũ inspargunt: hinc animalia primũ talia, vt nec propter paruitatem videantur, necdum appareant formata, cõcipiunt: mox quæ conflauerant, explicant, ingentia intus enutriunt, demum educunt in lucem, animaliumq; generationem perfi

Generatio auium. ciunt. Mulieres hunc in modum & fœminę omnes sunt genitę. Auium autem genus ex nostro ita est apte formatum vt pro pilis pennas acciperet. In hoc illi homines transeunt, qui simplices & innocentes cum sint, leues tamen sunt, & frustra in rebus sublimibus curiosi: quive adeo fatui sunt, vt oculorum iudicio confisi, hoc altissima quæq; firmiter demonstrari posse non dubitent. Gressibilium vero

Generatio ferarum. ferarum genus ex his natum hominibus qui a philosophia penitus alieni ad cælestia nũq̃ oculos erexerunt, ex eo q; volutionibus illis quæ in capite peragi solẽt vsi nunq̃ sunt, sed illas animæ partes secuti quæ in ventre & pectore dominantur. Ex his vtiq; studiis anteriora membra & capita ob ipsam cognitionem humi penitus defixerunt: in longũ productum ac diuersum corporis verticem tenuere: quandoquidem ibi propter desidiam singulorum collisi sunt & confracti circuitus, & ideo q; quatuor pedum ac etiam plurium est instituta figura, vt insipiẽtioribus deus maiorẽ ex pedibus multis atq; progressu occasionem pręstet, per quam magis etiam deflectãtur ad terram. Eos autem qui horũ insipientissimi erant, corpusq; in terram penitus prosternebant, quasi nihil vltra pedibus opus foret,

Generatio aquatiliũ. in corpora carentia pedibus & humi serpentia permutarunt. Quartum genus aquaticum est, ex illis natum qui stolidissimi & imperitissimi fuerant, quos nostri illi transformatores pura respiratione dignos idcirco non iudicauerunt, quia propter extremæ transgressionis iniquitatẽ animam impurissimam prorsus habebãt. Ideo ex tenui ac pura aeris illa respiratione, in aquæ respirationem profundã turbidamq; merserunt. Vnde piscium & ostrearum ac deniq; aquatilium omnium orta est multitu

timus & iudicamus,præcipua vero & maxima ignoramus.Porro ad bonam & malam valetudinem, ad virtutes & vitia nulla moderatio vel immoderatio maioris momenti q̃ animæ ad ipsum corpus esse videtur.Horum nihil consideramus,neq; animaduertimus,ꝙ quando robustam magnamq; animam imbecillior inferiorq; vehit species,vel quando contra ista iunguntur,totum ipsum animal pulchrum esse non potest.maxima enim mensura & moderatione caret. Quod autem contra affectũ est, spectaculorum omnium ei qui id valeat intueri,pulcherrimum amabilissimũq; apparet. Corpus quidem quod grādioribus vel inęqualibus cruribus,aut quouis alio modum excedente membro secum ipso dissentit,& deforme est,& in ferendis laboribus contorquetur,vacillat,lassatur,& concidit,innumerabiliumq; malorum sibi causam præbet.Idem quoq; iudicandum de eo ex anima & corpore composito,quod animal appellamus.Quando enim anima corpore admodum potentior est,exultat in eo atq; effertur,totum ipsum intrinsecus quatiens languoribus implet.Quando etiam ad discendum inuestigandumq; collectis in vnum viribus vehementer incumbit,liquefacit protinus corpus & labefactat.Deniq; cum ad docendum differendumq; priuatim & publice ambitiosa quadam concertatione contendit,inflammat corpus atq; resoluit.Nonnunq̃ etiam distillationes fluxusq; commouens medicorum plurimos decipit,cogitq; illos contrarias causas iudicare.Rursus quādo corpus grande & pigriori mole superexcedens pusillę exiliq; cogitationi animi copulatur,cum geminę sint in homine secundum naturam cupiditates,vna quidem per corpus alimentorum,altera vero per id quod diuinissimum nobis inest,prudentię,tunc sane potentioris illius præualentes agitationes quod suum est ad augent,quod vero animi,hebes,indocile,obliuiosum reddunt,atq; ita infirmitatem maximam videlicet imperitiam generant. Vna demum est ad vtrunq; salus & cõseruatio,vt neq; animā sine corpore, neq; corpus absq; anima moueamus,vt in mutua contentione exęquatis inuicem viribus insurgentia bonam totius valetudinem tueanť.Quapropter quicũq; mathematicis doctrinis operam dat,aut cuiuis mentis indagationi vehementius studet,debet etiam motum corporis adhibere,& in gymnastica exercitatione versari.Ac rursus qui summa corpus diligẽtia firmat & roborat, animæ quoq; vicissim motus adiungere,musica & omnibus philosophiæ studiis vsus,si modo quis iure bonus simul & pulcher sit appellandus.Similiter quoq; partes curare debemus totius speciem imitati. Cum enim corpus ab ingredientibus incendatur intus,frigidumve fiat,& iterum ab extremis aridum madidumve reddatur,& quę deinceps hæc sequuntur perpetiatur, quando quis otium agens corpus motionibus his cõmittit,superatum ab his dissoluitur. At siquis in curando corpore illam imitetur naturā quā altricem vniuersi vocauimus,ita vt nunq̃ torpere permittat,sed moueat semper iugiq; agitatione internis externisq; motibus secũdum naturam vbiq; resistat,& moderata quadam cõmotione oberrantes passiones corporis partesq; cognationis ratione seruata vicissim in ordinem redigat & exornet,secundum sermonē illum superiorem quē de vniuerso habuimus,nequaq̃ sinet inimicũ inimico admotum prælia in corpore morbosq; ciere,sed efficiet potius vt amicum adhęrens amico sanitatē corporis tueatur.Omniũ vero motuum optimus ille est,qui in semet ex seipso fit.Nam & mentis, & totius ipsius motioni cognatissimus est.Qui vero ab alio fit,deterior.Deterrimus autem motus,quando iacens & quietem agens corpus,ab aliis secũdum partes mouetur.Quapropter purgationũ cõstitutionumq; omniũ corporis,quæ exercitatione gymnastica fit saluberrima est. Proxime ad hāc accedit vectio facilis,siue naui,seu quouis alio vehiculo peragatur.Tertia cõmotionis species tunc demũ cum summa cogit necessitas,vtilis,aliter vero nullo modo sanæ mentis homini suscipienda. Medicorum illa purgatio est,quę pharmacis,id est solutiuis medelis,fieri solet.Morbi eñ nisi periculosissimi sint, pharmacis irritandi non sunt. Omnis nanq; morborum constitutio animalium naturæ quodāmodo similis est.Sane animalium compositio ab ipso generationis exordio certis temporum curriculis terminatur,idq; & genus vniuersum patitur,& animal vnumquodq; ab ortu fatale viuendi spatium in seipso exceptis necessariis passionibus,continet.Etenim trianguli ab ipso initio singulorum vim possidẽtes vsq; ad certum tempus sufficienter ad vsum vitę cohærent, vltra id vita nemini prorogatur. Idem quoq; cõstitutionis modus languoribus conuenit.Quos siquis citra fatalem temporis cursum pharmacis amputare contenderit,ex paruis ingentes,ex paucis multi euadere consueuerunt. Quapropter diligentia victus corrigendi & gubernandi sunt morbi,prout cuiq; datur otium, neq; difficile infestũq; malum pharmacis instigandum. Ac de communi quidem animali & parte illius corporea,qua diligentia regenda & gubernanda sint,vt ratio viuendi seruetur, satis sit dictum. Ipsum vero qđ gubernaturum est multo magis ac prius ita pro viribus instruendum est,vt q̃ optime atq; pulcherrime ad regendum sit pręparatum.Exacta quidem huius rei discussio propriam sibi & integram disputationem exigeret.Quantũ vero forte ad id quo de agimus attinet,siquis per superiorum vestigia gradiatur,non absurde sic maxime procedendo ad commodum istorum finem perueniet.Sępe in superioribus diximus tres esse animæ species in nobis trifariam distributas,singulasq; suos motus ha

Neq; aīam sine corpore,neq; corpus sine aīa mouẽdum.

Quis optim⁹ motuum.

De purgationibus.

Morborũ cõstitutio naturę aīaliũ quodā modo similis.

Diligẽtia victus corrigendi morbi.

dam ordine, alii gentes alias gubernandas ab initio susceperunt. Ab initio inquam vel geniti mundi, vel generis humani regeniti. Siquidem post ingentes terreni orbis illuuiones, Plato homines arbitratur eiusmodi deorum opera ex ipsa terra veluti matre diuinitus generari. Posse enim illos gignere, per Ideam videlicet humanam quasi semen. Posse & terram parere, nouo abūdanteq; humore perfusam, & accedente calore fœcundā, siue post aquarū colluuiones sequantur tepidi soles, siue post vasta quædam incendia pluuiæ vberius affluant. Homines vero a diis e terra progenitos, Heroes nomināt, qui a parentibus occulta quadam mentis ad mentem persuasione recti ab initio multa per secula fuerint. Quoniam vero longo temporum tractu tam diuina virtus ingeniis insita, q̄ terræ fœcunditas minuitur paulatim, vnde & animi diuinitatis omnino expertes, & corpora antiquę fœcunditatis vacua prorsus euaderent, Deus iterum terram, vel diluit, vel incendit, genusq; nostrum in antiquam restituit dignitatem, cælestibus videlicet motionibus sic a motore contemperatis, vt cæleste fatum semper cum prouidētia diuina concurrat. Profecto quemadmodū medici de quolibet humano corpore, ita Platonici de toto genere iudicant. Medici enim aiunt, vitam in naturali quodam humore, & tanto & tali consistere, posseq; perpetuo prorogari, si modo & quantus ille instauretur & qualis: non prorogari vero, vbi non talis refluit, qualis effluxerat, etsi tantus. Perinde ac siquis ex dolio vini pleno impleret quotidie pateram, statimq; dolio, aquæ tantūdem infunderet. Sic enim continue æqualis in dolio esset humor, sed non similis, dissimiliorq; quotidie, donec tādem ex mero iam non aqueum vinum tantum, sed aqua prorsus euaserit. Similiter Platonici diuinam fœcundamq; qualitatem & ingenio adiis humano, & corpori a cælo quondam infusam, paulatim putant in qualitatem humanam verti, humano hoc subiecto eam naturaliter ita trahēte, donec sensim ad ferinam vsq; degeneret, sed degenerationem tantam non posse a deo rerum ordinatore perpetuo tolerari. Qz autem Plato deos diuersas sortes fuisse nactos & hic & alibi sæpe ait, intellige illos vni summo sortes distribuēti parere, atq; necessario assignatam prouinciam gubernare. Sed necessitatem in diuinis esse penitus voluntariam. Siquidem apud eos vna est patris summi filiorumq; voluntas. Atqui sicut elementorum partes ea necessitate ad loca propria perferuntur, quæ & voluntas futura est, si modo cognouerit: sic apud superos ipsa gubernationis assignatæ naturalisq; effectæ necessitas idem est atq; voluntas. Præterea q; & hic, & in Timęo, & Menexeno Atticam regionem esse ingeniis, inquit, in primis accommodatam, meminisse oportet in rationibus hac de re assignandis inter se Platonicos dissidere. Panętius enim tēperiem aeris inter æstum atq; gelu causam arbitratur: idq; ex ipsis Platonis verbis in quinto Legū, & Epinomide probat. Panætium Longinus arguit, quia regio illa sæpe gelu atq; æstu pulsetur: assignat q; in causa qualitatem loci commixtam ex multis atq; occultam. Quem reprobat Porphyrius q; propriam ingenii causam esse putet corpoream. Origenes in commentariis in Timæum cęlestes aspectus influxusq; assignat, id ipsum ex octauo de Republica afferens, vbi dicitur, cælestes quosdam circuitus esse causas fertilitatis ac sterilitatis, tum corporum, tum etiam animarū. At Origenem Proclus ibidē ait veram quidem ex parte causam assignasse, sed nondum integram perfecisse. Ipse vero vna cū Porphyrio rem altius repetens ait: Intellectum opificem mūdi intellectualem esse mundum, ideoq; quasi multiplicem. Animam vero mundi esse animalem rationalemq; mundum magisq; multiplicem: atq; proxime adesse vniuerso mundi spatio continuo prorsus atq; immobili ex materia prima & dimensione constanti. Rursus in ipso spatio ante omnes quæ generandæ sunt formas, animam ex rationibus suis Ideas sequentibus, alibi alias vires imprimere, quasi animæ mentis plenæ vestigia, ac peculiaria quædam receptacula formas alibi alias familiariter susceptura. Tum deos varios varias sortitos prouincias, eiusmodi hospitia illustrare, alia quidem alios, atq; formare. Animas ergo rationales, postq̄ elementalem vitam, propriāq; elegerint, si forte reuolutione cælesti ad ea loca præ cæteris dirigantur, quæ electæ iam viuendi formę potissime congruant, vitę ipsius officium prorsus implere. Itaq; quando ad Martiam vel Apollineam vergentes vitam, mox plagam a Marte vel Apolline illustratam nanciscuntur, perfecte vel fortitudinis, vel vaticinii opus absoluere. Quæ vero philosophicā vitam elegerint, si regionem afflatam Pallade, sapiētia magnanimitateq; simul excellere. Itaq; hic & in Timæo inquit, Atticam regionem rectam a Pallade sapientiæ atq; militiæ conuenire: & in quinto Legum ait inspirationem localium deorum atq; dæmonum circa loca, maximi ad ingenia & mores esse momenti. Requirit vero nonnullam aeris temperantiam, non vt causam, sed ne causę ipsius opus impediatur. Quamobrem loci huius diuersitas non tam efficit diuersitatem ingenii apud Platonicos, q̄ suscipit & declarat. Tria enim esse putant ad id potiora elementali loco, scilicet tum animæ ipsius affectionē siue naturalem siue electam, tum inspirationem numinū propriorū, tum cęlestes influxus: posse vero id impediri, vel elementali mixtione, vel planetarum noua coniunctione, vel ab ipsis hominibus illata calamitate: & quæ bona desuper infunduntur, inferiorū obstaculo reddi non bona. Qua de re in Legibus disputauimus. Sed de his iā satis. Ex omnibus aūt huius libri mysteriis collige vna

Borū quā certe mutatione illi ex sedium extremarum habitatione inscitiæ quoq; extremæ dant pœnas. Hunc in modum & olim & nunc in se inuicem animalia migrant, dum mentis & demētiæ iactura vel adeptione mutātur. Iam igitur nostra hęc de vniuerso disputatio finem habeat. Mortalia enī & immortalia viuentia mundus hic sortitus, atq; inde completus, ita deniq; factus est visibile visibilia comprehendens animal, intelligibilis dei imago, sensibilis, maximus, interminatus, pulcherrimus, perfectissimus, cælum vnum hoc atq; vnigenitum.

TIMAEI FINIS.

Argumentum Marsilii Ficini in Critiam, vel Atlanticum.



LATO Noster officiosissimus patrię suę filius laudauit eam in Menexeno ex reb9 cōtra orientales, laudat rursus in Critia ex rebus contra occidentales strenue gestis. Atq; vtrobiq; commendat ex multis, tum dei, tum naturæ artisq; muneribus: simulq; commonefacit omnes ne patrię sint ingrati: ac dum virtutem Atticam tam oriētem q̄ occidentem plagam superasse commemorat, interea docet & omnia domari virtute, & viros virtute præditos, tum in occidentibus, id est rebus aduersis, tum in orientibus, hoc est secundis recte feliciterq; se gerere. Nec iniuria post Timæum de mundi generatione, legi vult Critiam de antiquitate mundi. Videtur autē neq; huic historię finem imposuisse, neq; sequētem historiam sub Hermocratis titulo promissam composuisse. Hanc autem non fictam quidem, sed veram historiam extitisse, constat. Primo quidem, quia vbicunq; fingit aliquid, solet fabulam nominare. Hic vero tanq̄ historiam audet asseuerare. Deinde idem omnino asserit in Timæo, appellans rē miram quidem, sed omnino veram. Et a quibus accepta sit diligenter vtrobiq; recenset, scilicet a maioribus suis atq; gentilibus. Critias enim hic ab auo Critia, ille vero a Solone patruo suo, qui literis quoq; mandauit, Solo ab Aegyptiis sacerdotibus. Præterea Proclus Marcelli cuiusdam de rebus Aethiopum adducit historias, in quibus hæc manifestissime confirmantur Aethiopum rebus gestis insérta. Et si Platonicorum nullus historiam negat, Porphyrius tamen & Proclus, & ante hos Origenes, allegoriam insuper volunt physicam cōtinere. Quos equidem vereor ne si conentur singula allegorię ad vnguem accōmodare, ab ipso Platone derideantur, in exordio Phędri curiosas nimiū in huiusmodi reb9 allegorias sub persona Socratis irridēte. Verum ne Anagogicum sensum, quo prorsus neglecto nemo sit Platonicus, omnino negligere videamur, Pallas quidem sit numen intellectuali vitæ præsidens, Neptunus vero numē fouens generationē atq; gubernans. Athenienses figuræ sint animarum intellectu solo viuentium, numinumq; similium. Atlantici vero figuræ numinum generationi fauentium, animarumq; corporibus coniunctarum ad generationis officium totiusq; ornatū. Conuenientissime vero per occidēs, per mare, per insulas, per varias locorū partitiones, ipsa generationis materia mobilitasq; diuersa significatur. Bellū pręterea sit studiosa contentio, per quā superiora numina, inferiora assidue in se cōuertunt, & animas quasi ferro & igni a materia motuq; segregāt. Proinde q; Neptunus ex muliere filios procreauerit, intellige vel ex terra generauisse, vel afflatu quodam ex priori viuendi forma in alteram formam regenerasse. Quinq; vero partus, quinq; sunt formæ corporum, quas in hoc materiæ mari perpetua agitatione componit, scilicet lapides, metalla, plantæ, animalia partim ratione carentia, partim prædita ratione. Decem vero filii sunt. quolibet enim partu gemini concreantur. Nempe in quouis composito elementalis coalescit virtus, simulq; virtus quædam cælestis infunditur, quā medici virtutem nominānt specialem. Ex geminis autem quinq; partubus decem filii computantur. At quinq; zonæ siue spiræ arcem Neptuneam circūdantes, quinq; sunt sphærarum naturæ, cælestis, ignea, aerea, aquea, terrea. Partim vero terrenas ait, partim aqueas, vt statum in rebus significaret & motum. Cōmunis vero per omnes meatus, mutuam inter se rerum significat geniturā. Cōmemorat & metalla, vt per septem metalla, septem planetarū influxus intelligamus generationē omniū moderantes. Aurū quidē Soli, Argentū Lunę, Plumbū Saturno, Electrum Ioui, Ferrū & æs Marti, Veneri orichalcum, Mercurio stannum Platonici tribuunt. Mēsuræ vero earūq; numeri partim ex historia, partim ex architecturæ ratione ducantur. Nonnihil tum operis, tum eloquii gratię decoriq; attribuendū. Sed de allegoria ferme iam satis. Iam vero sic libri huius mysteria confirmemus. Platonici deos quidem alios, vt eorum verbis vtar, supercælestes, alios vero cælestes, & alios subcælestes esse putant. Et primos quidem filios dei, sequentes vero omnes deorum filios nominant. Rursus in primis amplissimam prouidentiam, in secundis minus amplam, in tertiis ad angustiora redactam collocāt, vtpote qui iam certis terræ plagis rerumq; generibus diuina distributione pręsint: quēadmodū & cælestes alii, aliis cæli partibus stellisq; pręponūtur. Hi ergo subcælestes dii certo quo

Metallā planetis dicata.


dem cogatur repetere,sciat veniam sibi esse tributam:& quasi id constet,ad dicẽdum protinus accinagatur.Prædico autem tibi o amice Critia theatri sentẽtiã, ꝙ poeta prior in eo mirifice est probatus. Quapropter plurima tibi venia opus erit si ea sufficienter es comprehensurus . HER. Idem mihi o Socrates quod & huic nuncias. Cæterum segnes pusillanimesq; nunq̃ palmam consecuti sunt Critia. Sermonem igitur aggredi forti animo decet,ac Phœbo Musisq; vocatis,antiquos ciues,excellẽtes viros,summis laudibus illustrare.CRI.O amice Hermocrates cũ postera tibi dies assignata sit,dicẽtem aliũ es secuturus,ideoq; cõfidis.Quale vero id sit,ipse tibi forsitan declarabit.Exhortãti itaq; tibi, & ad rem ipsam penitus inflãmanti parẽdum.Et vltra deos quos tu memorabas,alios insuper inuocare decet,præcipueq; Mnemosynen,id est memoriam. Ferme nãq; maxima quæq; sermonum nostrorum in hac dea consistunt.Nempe si sufficienter meminerimus recensuerimusq; nunc vobis, quæ quondã a sacerdotibus tradita,a Solone huc aduecta fuerunt,videbimur theatro huic,vt arbitror,satis quæ conueniunt peregisse.Hoc itaq; iam agendum,neq; vltra cunctandum. Primum autem commemoremus ꝙ summa erat annorum nouem milium ex quo bellum extitisse traditum est inter eos omnes q̃ vltra,& eos qui citra columnas Herculis habitabant, quod in præsentia enarraturi sumus . Horum quidem dux fuit hæc ciuitas,bellumq; omne vt dicitur confecit.Illorũ autẽ insulæ Atlanticæ reges, quam insulam Libya Asiaq; maiorem fuisse quandoq; perhibuimus:postea vero cœnũ ibi inuiũ submersa insula ex terræ concussione relictum,qđ quidem hinc illuc altum in mare nauigãtibus obstat, ne vltra enauigare liceat. Gentes quidẽ barbaras quę tũc erant,Græcasq; generatim orationis ipsius progressus passim prout occasio dabitur,enarrabit:Atheniensium autem qui tunc erant, aduersariorumq; vires in primis respublicasq;, & belli ordinem atq; successum exponere decet.Horũ vero ipsorum,nostra primum narrabimus.Dii quondam vniuersum terræ orbem sigillatim sortiti sunt,in regiones singulas distributum. Neq; partitionem hanc contentio fecit . Nam procul a ratione id esset ꝙ dii vel quæ vnicuiq; ipsorum conueniunt, ignorarent : vel cognoscentes quæ potius aliis competunt,aliena iura vicissim vsurpare contenderent. Cæterum iudicii iurisq; sortibus sua quiq; ad votũ suscipientes,curantesq; amicorum singula, regiones habitandas disposuerunt . Hosq; veluti greges ipsorum, possessionesq; & armenta nutriuere, hoc tamen excepto ꝙ corporibus corpora cogere noluerũt,queãdmodum plagis pecora iumentaq; pastores. At vero tãq̃ docile & obediens animal quasi ex puppe ratem agilem dirigentes,persuasione pro gubernaculis vtebantur,eaq; animam attingebãt, & ad mentem ipsorum ita ducentes mortale genus omne gubernabãt.Et alii quidem dii aliorum locorum gubernationem sortiti ea instituebant: Vulcanus autem Mineruaq; naturam habentes cõmunem,tum quia eodem ex patre sunt,tum quia per sapientiæ studium perq; artium diligẽtiam ad eadem tendunt,ita cõmunem sortem hanc nacti sunt regionẽ, vtpote virtuti prudentięq; natura propriam atq; congruam:procreantesq; in ea viros indigenas admodum generosos,eorum mentibus rei publicę ordinem infuderunt . Quorum dũtaxat nomina restiterunt : opera vero propter eorum qui acceperunt interitum,& longa temporũ interualla,e memoria hominũ deleta sunt. Semper enim superstes hominum genus vt in superioribus diximus,montiuagum atq; rude,cui potentum in regione virorum nomina solum audita.At præter hęc ex rebus gestis exiguę quædam notæ fuerunt. Quapropter filiis suis posteri quodam amoris affectu nomina priscorum imposuerunt, virtutum legũq; superiorum ignari. nihil enim de his habebãt præter auditum,& hunc non satis certum.Cum vero multa per secula rebus ad victum necessariis indigerent,ipsiq; & filii mentem his adhiberẽt quorum penuria premebantur,deq; his verba facerẽt,rerum antiquarum memoriam neglexerũt. Confabulatio enim priscarũq; rerum inuestigatio in ciuitatibus cum otio simul oriri consueuerũt,cum necessaria vitæ parata iam sunt,prius vero nequaq̃. Atq; ita priscoꝝ nomina sunt absq; operibus reseruata. Dico autem hęc ita coniectans,quoniam inquit Solon sacerdotes illos in veteris belli narratione plurima inseruisse nomina posteris persimilia,vt Cecropem,Erechtheum,Erichthoniũ,Erisichthonem, aliaq; ex his quæ supra Theseum memorãtur. Mulierum quoq; nomina similiter, atq; opera eadem, deæq; Palladis figuram & statuam,ita vt belli studia viris tunc essent mulieribusq; cõmunia.Nempe ea tempestate armatam deam palam elatam extitisse,exemplum daturam omnibus,ꝙ in singulis animalium gregibus,mas,fœminaq; fortis eiusdẽ,pro generis cuiusq; virtute ita natura instituta sunt, vt aggredi omnia cõmuniter valeant. Habitabant profecto tunc in hac regione alia genera ciuium, qui in artium operibus & agricultura versabantur.Milites autem a diuinis viris principio segregati seorsum viuebant,habentes omnia tum ad alimenta,tum ad educationem conferẽtia. Quoꝝ nullus proprium aliquid possidebat.Nam communia inter se cuncta existimabant.Vltra vero victus ipsius sufficientiam nihil ab aliis ciuibus exigebant,exercebãtq; ea omnia quæ heri de custodibus quos descripsimus,exposita sunt . Quinetiam vere illud & probabiliter de regione nostra est dictum, primũ quidem illis temporibus fines suos versus Isthmũ habuisse distinctos,quodq; vergebat in partẽ alte

cum prouidentia concurrere humani arbitrii libertatem. Collige & sententiam Mosaico mysterio similem, homines quondam q̃diu in eis diuina quædam gratia iustitiaq; innata vigebat, beatos in quodam, vt aiunt, delitiarum paradiso vixisse. Postq̃ vero per intemperantiã & superbiam gratia illa euanuit, in scelera simul & calamitates grauissimas incidisse. Deum autem aquarum diluuio peccata hominum diluisse. Quod vero huic historię deest, potest summatim ex Timęi procemio resarciri. Est autem historia de rebus gestis ante diluuium. Post vero diluuium narraturus, vt arbitror, erat Hermocrates. Neq; te turbabunt nouem illa annorum milia, si Eudoxum audiueris dicentem annos illos Aegyptiorum nõ solares fuisse, sed lunares. Vltima tandem huius libri sententia docet, Iouem, id est deum architectum mundi e sua sede, id est ex suiipsius intuitu remotissima quæq; minimaq; prospicere, atq; ad eandem sedem, id est diuinam contemplationem deos omnes subditos sibi conuertere, vnde instructi inferiora gubernent. Neq; vicissim duo hæc illos agere, immo vero assidue contemplando diuina, per illa simul temporalia dispensare. Hanc ipsam sedem ideo medium mundi appellat thronum, quia & inde tanq̃ a centro effluunt omnia, & illuc refluunt, & illinc facile cuncta circũspiciuntur atq; reuoluuntur.

CRITIAS PLATONIS, VEL ATLANTICVS.

TIMAEVS. CRITIAS. SOCRATES. HERMOCRATES.

TIM.



VAM Grata longum post iter defesso requies o Socrates, tam mihi post longas disputationis ambages, dulce silentium. Hunc autem scilicet mundum re quidem ipsa iandiu, sermone vero nuper deum effectum, obsecro, vt si quid decenter dictum est, seruet ipse nobis atq; custodiat. Sin autem indecens quicq̃ in superioribus non sponte protulimus, meritas a nobis exigat pœnas. Debita vero eius qui per ignorantiam negligentiamve aberrauit, pœna est, vt sciens efficiatur & diligens. Quamobrem vt posthac rectius de deorum generatione loquamur, medicinam nobis a deo medicinarum omnium perfectissimam saluberrimamq; dari scientiam exoptamus. Actis deniq; votis sequentem disputationem Critiæ vt inter nos conuenerat, iam concedimus. CRI. Accipio equidem o Timæe, & quam tu supra veniam petisti tanq̃ de rebus magnis disputaturus, eandem ego nunc peto. Immo vero maiorem quoq; veniam in iis quæ restant tribuendam existimo: q̃q̃ scio procacem quodammodo rusticamq; petitionem hanc meam videri posse. Dicendum tamen. Q; quidem non recte abs te superiora dicta sint, nemo sanæ mentis obiecerit: q; autem quæ restant dicenda, vtpote difficiliora, maiorem exigant indulgentiam, conabor ostendere. Facilius enim est, vt qui de diis differit, satisfacere hominibus videatur, q̃ qui mortalium retexit historiam. Imperitia nanq; & ignoratio audientium licentiam plurimam ad ea quæ ignota sunt, effingenda, præstare dicentibus consueuit. Quomodo vero simus circa deos affecti, non ignoramus. Vt autem quod sentio planius vobis aperiam, sic attendite. Quæcunq; a nobis dicuntur, tanq̃ imitationem quandam similitudinisq; expressionem existimare debemus. Neq; nos lateat quæ in pictorum configuratione circa diuina humanave corpora vel facilitas sit, vel difficultas ad hoc vt sufficienter ea repræsentasse spectantibus videantur. Profecto cum terram pingunt & montes, flumina, syluas, cælumq; omne, quæve circa cælum consistunt & quæ vagantur, primum quidem satis putamus effectum, siquis illorum vel exiguam quandam referre possit imaginem: deinde vtpote talium prorsus ignari, neq; examinamus pictorum opera, neq; etiam redarguimus, sed confusa quadam adumbratione fallaciq; vtimur. Cum vero quis fingere aggreditur nostrorum corporum similitudinem, tunc propter familiarem ipsam rerum nostrarum animaduersionem acutius errata persentimus, seueriq; & acres iudices exactoresq; sumus aduersus eum qui non singula lineamẽta coloresq; expresserit. Idem quoq; in sermonibus intueri licet. Nam satis agi putamus, si de cælestibus diuinisq; rebus quicq̃, vel parum quod conueniens est afferatur. Mortalia vero humanaq; opera exacte nimium examinare solemus. Quamobrem si minus pro dignitate quę statim sunt dicenda, tractabimus, ignoscere decet. Neq; eñi facile, immo certe difficile mortalia ad opinionem imitatione ipsa exprimi posse putanda sunt. Hæc itaq; omnia dixi o Socrates, cupiens & vos admonere, & maiorem a vobis veniam ad ea quæ restant, expetere. Vos autem si iusta petere videor, vltro hanc veniam largiamini. SO. Nihil obstat o Critia, quo minus tibi q̃d postulas tribuatur. Quinetiam Hermocrati hoc idem a nobis tertio detur. Constat enim hunc paulopost cum dicturus erit, eadem precaturum. Vt igitur aliter exordiatur, neq; ea

& sacra sibi instituerunt. Tunc sane Neptunus insulam sortitus Atlanticam filios ex mortali fœmina in tali quodã insulę loco progenuit. Secus mare quidẽ plana insula erat, sed in media insula planities erat, quę omniũ speciosissima feracissimaq; dicit extitisse. Prope planitiem rursus in medio mons erat breuis, stadiis quinquaginta distãs: hic vero ab aliquo eoꝝ q a principio ex terra nati sunt, noĩe Euenor colebatur. Qui ex Leucippe vxore Clitonẽ vnicã filiã genuit. Parentibus vero mortuis & matura viro puella, Neptunus eius desiderio captus illi se miscuit, circũsepsitq; collẽ quẽ habitabat spiris aquę circũfluis terręq; zonis alterne, partim amplioribus, partim angustioribus. Ex qbus duo quidẽ terræ, tres vero maris fuere circuitus, qui veluti torno descripti pari vndiq; interuallo insulã per mediam distabant, inaccessibileq; hoĩbus collem ipsum reddebãt. Neq; enim tunc naues erant, neq; nauigãdi peritia. Ipse vero vtpote deus facile mediã insulã exornauit, humoreq; duplicis aquæ ex terrę abditis per fontes exteriores iussit erũpere, partimve calidũ, partim frigidum scaturire, alimẽta item varia per terras & abũdãtia pullulare. Quinq; præterea masculoꝝ filiorũ geminos partus progenuit & nutriuit. Atq; omnẽ Atlanticam insulã decẽ in plagas partitus, primogenito maternã habitationẽ & plagam quę circũ erat tribuit, maximã profecto sortem atq; potissimã: Regeq; illum statuit reliquorũ, cæteros vero multarũ gentiũ regionũq; principes. Singulis imposuit nomina. Primogenitum quidem vocauit Atlantem, totius insulæ regem. Vnde & pelagus cognominat Atlanticũ. Eum vero qui gemino partu statim post illũ est natus, patria voce Gadirum, quẽ Græce dicimus Eumelum. Qui extremas insulę partes ad colũnas Herculis est sortitus, suoq; locũ nomine Gadiricũ nũcupauit. Secũdi partus vnum Ampherem, alterum Eudæmonem nominauit. Tertii, primũ natum Mneseum, secũdũ Autochthonẽ. Quarti autẽ Elasippum priorẽ, Mestorẽ vero posteriorẽ. Quinti demũ, primũ Azaem, Diaprepem vero secũdũ. Hi oẽs posteriq; ipsoꝝ multa ibi secula habitarũt, aliis multis p mare insulis dominãtes, & Aegyptũ vsq; Tyrrheniãq; his q citra habitãt, vt pdiximus. In maxima certe veneratione vniuersum Atlantis erat genus, sempq; rex antiquior regnũ primogenito relinquebat. qđ imperiũ multa p secula cõseruarũt. Tãta vero illis diuitiarũ copia, quãta nullis antea regũ superiorũ fuerat, nec vllis vnq̃ posterorũ facile cõparabiť. Structa ordinataq; illis erant in ciuitate toto q̃ regno oĩa quoꝝ vsus expetitur. Multa qdẽ ad eos extrinsecus ꝑpter imperiũ accedebant, permulta quoq; insula ipsa ad sufficientẽ vitę vsum ꝑtinẽtia producebat. Primũ quidẽ omnia quęcũq; ex terræ visceribus eruũtur, & quę solida ꝑmanent, & quę fundũtur, quodve nũc nominatur solũ, tunc certe plurimũ effodiebať Orichalcũ multis ex insulę locis insigne metallũ, tunc apud eos cęterorũ excepto auro preciosissimũ. Et quęcũq; sylua producit ad fabrorũ artificiũ, ferebat abunde. Pascua quinetiam animãtibus tam feris q̃ domesticis suggerebat. Elephantum præterea ingens ibi copia. Alebat nempe sufficiẽter, quęcũq; p paludes, lacus, & flumina, siue mõtes agrosve pascũtur. Pascebat quoq; vastum animaliũ genus & voracissimũ, ferebat & quęcũq; tellus nũc odorifera nutrit, radices, gramina, ligna, liquẽtes succos, flores ac fructus. Suauẽ præterea vitis humorẽ & solidũ alimentũ, quibus ipsi nutrimur. Illa item qbus pro cibo vtimur & obsonii gratia, quę legumina vocitamus. Necnon liquores ex arboribus, atq; escas ad sitim fameq; extinguendã. Neq; deerãt his vnguẽta. Accedebant & delitiarũ gratia fructus variarũ arborũ copiosissimi. Aderãt quoq; satietatis solatia bellaria, fastidiẽtibus requisita. Hęc oĩa insula quę quõdã extabat, sacra, speciosa, mirãda, vberrima producebat. Atq; hęc colligẽtes ex terra, templa, & regias ædes, portus, naualia, & vniuersam regionẽ struebãt. Profecto hoc pacto spiras illas maris disposuerũt, quę antiquã circũdabãt metropolim, hoc est matris eoꝝ patriã sedem. Primo quidẽ constructis pontibus transitũ ad exteriora & ad sedem regiã prębuere: vbi in dei ipsius maiorũq; suoꝝ sedibus statim ab initio regias ædes ædificarũt. Alterq; ab altero ornata suscipientes cõtinua successione superiores in exornãdo pro viribus superabãt, quoad machinas magnitudine decoreq; mirandas fabricauerũt. Foueam porro a mari ad extimũ circulũ deduxerunt, quæ tria iugera in latitudinẽ protendebať, centũ pedes in altũ, in longũ stadia quinquaginta. Atq; vt ex hoc mari ad circulum illũ velut ad portũ applicare naues possent, effecerunt patefacto illius ore, vt naues ingentissimas caperet. Zonas itẽ terræ, quibus spirę maris distinguebanť, pontibus secuerũt, vt vna triremi enauigate inter se inuicẽ possent: supra vero texerunt, vt subnauigare liceret. Terrenarũ nãq; zonarũ labra profunda, mare supeminebant. Maximus plane circuitus per quẽ inundabat mare, latitudine stadia cõplebat tria: proximus huic orbis terrę prorsus æqualis: sequẽtiũ vero duoꝝ, humidus qdem orbis stadia duo, aridus autẽ ħumido ꝓcedenti rursus æqualis, stadiũ deniq; vnũ, q ipsam insulam in medio positã circũdabat. Insulæ vero in qua regia erat, diametrus, stadia quinq;, & hãc circũ orbesq; & pontem latum ad plectri mẽsurã hinc atq; inde muro quodã lapideo clauserũt, turres portasq; in singulis sup põtes secũdũ maris ꝑtrãsitus fabricantes. Lapidẽ sub insula q̃ iacebat in medio, inciderũt circũ, & sub ipsis orbibus intus pariter atq; extra, partim albũ, partim nigrũ, partim rubeũ. Nauiũ receptacula duo moliti sunt concaua geminaq; intrinsecus, quoꝝ fornices hac ipsa sunt petra cõtextę.

In insula q̃ fuit vltra columnas Herculis, fuisse elephantos.

ram continentis vsq; ad summũ Citheronem atq; Parnaethen. Qui fines ipso descensu ad dexteram Oropiam habuerint, ad sinistram versus mare Asopum distinguentes. Virtute vero vniuersam terram ab hac exuperatam fuisse traditur. Quapropter potuisse tunc regionem hanc, vniuersum circa Garum exercitum alere. Argumentum plane virtutis eius euidentissimũ, quia qđ ex ea reliquum est, cũ quauis alia hoc ipso certare potest q; & fert omnia, & fructus profert optimos, pascuisq; abundat animali cuiq; accõmodatis. Tunc vero non modo speciosa hæc omnia, sed etiam vberrima producebant. Quanã ratione id ꝓbabile? Quive indiciis has esse reliquias illius terrę coniectari potest? Omnis ab alia continenti in pelagus longe potrecta, extrema quodammodo iacet. Quam altitudo maris proxima passim profunditate circundat. Cum itaq; multa ingentiaq; diluuia in annorũ nouem milium interuallo præcesserint, tot enim ex illo tempore ad pręsens anni fluxere, tellus his tẽporibꝰ colluuionibusq; ex altis defluens, & tumulos ferme nullos, vt alibi solet, exaggerat, & semper circum decidens in profundum occulitur. Quapropter relicta sunt quemadmodum in angustis insulis præsentia hæc ad illa quasi corpore per morbum extenuato ossa detersa nudataq; terra molli quondã & pingui: solum vero tenue corpus atq; aridum restitit. Olim integra terra altissimos montium colles habebat: & agri qui nunc Phellei nominãtur, solo pingui fertiles erant. Sylua in mõtiũ vertice frequens. Cuius nunc etiam coniecturæ quædã apparent. Sunt enim montes nonnulli, qui solas nunc apes pascũt, olim vero nec multo tamen anteacto tempore ingẽtes inde incisę arbores opertimentis & trabibus cõficiendis aptissimę, ex quibus ædium amplissimarũ confectę texturę adhuc extant. Erant & aliæ multę arbores domesticę mites atq; procetę. Quinetiã pascua pecorũ vberrima. Pręterea regio hęc quotannis, ab Ioue frugiferam pluuiam hauriebat. Neq; vt nunc per decliue pręruptũq; diluta ex terra in mare aquã fundebat, sed hanc ex altis abũde absorptam tenaci quadã concauitate recondens combibensq; in viscera demittebat. Vnde passim iuges fluuiorum fontiũq; liquores scaturiebant, quorum etiam nunc in veteribus fontibus sacra quædã signa relicta conspiciuntur. Quapropter in præsentia de his vera narrantur. Atq; hæc erat regionis huius conditio. Excolebatur pręterea tunc ab agricultoribus vt consentaneum est, & veris & ad eadem hęc intentis, ingeniosis profecto viris & honestorũ admodum studiosis, solum fertile nactis, aquam copiosissimam, temperiem aeris singulis anni tẽporibus saluberrimã. Vrbs autem eo tẽpore sic instituta. Primo quidem arcis tunc alia q̃ nunc erat dispositio. Hanc enim vnius noctis illuuio terra nudatam ipsam diluit, & terrę concussione collisit: & ante illud tempore Deucalionis, exitium post tertiam inundationem factũ similiter traditur accidisse. Superiori vero tempore magnitudo eius vsq; ad Eridanum Ilissumq; protensa Pnycem intus & Lycabetum comprehendebat terminũ eregione Pnycis habens. Terrena erat omnis, paucisq; exceptis plana superne. Colebantur exteriora eius sub transuersis ipsius partibꝰ ab artificibus agricolisq; qui proxime agros colebant. Superna milites soli prope Mineruæ Vulcaniq; templum inhabitabant, veluti ædis vnius viridarium vno ambitu circundati. Loca eius ad Boream versa colebant, communes ędes habentes, atq; cœnacula, quibus hyeme communia parabant conuiuia: & quæcunq; communi ciuitatis vitæ conueniebant per domorum institutionem tam in his q̃ in sacris sine auro & argento seruabant. Nulla siquidem in re vnq̃ his vtebantur. Verum medium inter superbiam illiberalitatẽq; secuti honestas habitationes struebãt, in quibus & ipsi consenescentes & nati natorũ eas posteris sibi similibus relinquebant. Hortis vero gymnasiisq; & cœnaculis austrũ versus expositis vtebantur æstate. Erat fons vnus vbi nunc arcis est locus. Quo ob terræ motum exhausto, riuuli circum exigui relicti sunt. Tunc autẽ affatim omnibus humorẽ suggerebat irriguum: cuius erat ad æstatem atq; hyemem tẽperies salutaris. Hac illi ratione loca hæc habitabant, ciuium quidem suorum custodes, cæterorum vero Gręcorũ volentium duces, obseruãtes in primis vt semper idẽ illorum esset numerus, virorum videlicet fœminarũq; iam in re bellica fortiũ: neq; minor erat vnq̃ viginti milibus numerus militum. Cum igitur tales illi essent, semperq; ratione huiusmodi patriã suã & vniuersam Gręciam iuste disponerent, per omnẽ Europam & Asiam tam egregio corporis habitu q̃ innumeris animi dotibus oĩm qui tunc erant, probatissimi & clarissimi habebãtur. Deinceps vero quales aduersariorũ ab initio res essent, nisi forte queãdmodum pueri audiuimus e memoria exciderunt, vobiscum tanq̃ amicis cõmunicabimus. Sed anteq̃ referam, admonẽdi estis ne miremini si plurima barbarorũ nomina græce nunc audieritis. Id enim ex eo contigit, quia Solo cũ cogitaret illa carminibus suis inserere, vim ipsam est nominũ perscrutatus, inuenitq; primos illos Aegyptios harũ rerum scriptores, in eorũ vocem ea nomina transtulisse. Quare & ipse rursus vniuscuiusq; nominis sensum accipiens, in vocem nostrã conuertit. Atq; hęc scripta apud auum meũ erant, & nunc apud me sunt, quę a pueritia meditatus sum. Si ergo talia nũc audieritis nomina qualia apud nos sunt, ne miremini. nã huius rei causam intelligitis. Prolixę autẽ orationis tunc exordiũ illud quod & in superioribus de deorũ sortibꝰ est inductũ. Partiti quidem sunt vniuersam terram, partim in ampliores portiones, partim angustiores, templaq;



rigabatur.Circa numerũ vero virorũ in cãpestri regione ad rẽ militarẽ vtiliũ hic erat ordo,vt suum
quæq; ducem sors eligeret pberetq;.Sortis aũt magnitudo decies stadia decẽ.Cũctarum vero sortiũ,
milia sexaginta.Sed eorũ qui montes & alia loca colebant, numerus infinitus:per loca vero & pagos
in huiusmodi sortes secundũ duces distributi erant cuncti.Igiť institutũ erat, ducẽ in bellum inferre
sextam currus bellicosam partẽ,ad milia curruũ decẽ,equos duos,& equites, rursusq; iugales equos
absq; bigis.Vbi esset & qui paruo clypeo munitus descenderet, & qui ambos habenis vicissim rege=
ret equos.Armigeros itẽ duos,& sagittarios & funditores vtrosq; duos:leuis armaturę milites,iacto
res lapidum,iaculatoresq; tres vtrosq;. Nautas quatuor,ad ducẽtarũ miliũ nauiũ complemẽtũ. Hac
itaq; ratione in regia ciuitate erãt res bellicæ præparatę. Reliquarũ vero nouẽ vrbiũ apparatus alibi
alius erat,quarũ rerũ prolixior foret narratio. Magistratus aũt honoresq; sic erant a principio insti=
tuti.Vnusquisq; decẽ regũ iurisdictione sua in ꝓpria ciuitate hominibus plurimisq; legibus domina
batur,puniebatq; ꝑ arbitrio vnũquẽq;,ac morte damnabat. Imperium profecto & cõmunio inter il=
los secũdũ Neptuni mãdata dirigebanť,quẽadmodũ leges illis,& literæ nunciabãt a maioribus in co
lumna quadã ex orichalco circa mediũ insulę,in tẽplo Neptuni ipsius inscriptæ.Illi igiť quinto quo=
q; anno interdũ & sexto alterne trãsacto cõgregabanť,tam pari q̃ impari ęquã partem distribuentes.
Congregati vero de publicis rebus deliberabant:diligentiq; examine iudicantes, siqua in re præuari
catus quis esset damnabant.Cum igiť foret iudiciũ ineundum,tali se fide inuicem astringebant.Nam
cum essent in tẽplo Neptuni dimissi solutiq; tauri,seorsum ab aliis ipsi decẽ vouebãt deo gratam illi
victimã se sine ferro capturos.Vnde lignis & laqueis venabanť.Et quẽcunq; ceperant taurum, ad co
lumnam tractum,in eius vertice,vbi scriptis erat mandatũ,ꝑrinus iugulabant.Extabat autem in co
lumna ꝑter leges iuramentũ execratioq; terribilia his qui non parerent imprecans.Quando itaq; sa=
crificiis de more paratis,expiaturi iam crematuriq; erant singula tauri membra, ex impleto cratere
guttã sanguinis per singulos diffundebant.Reliqua dabant igni,lustrãtes columnã. His deniq; actis
phialis aureis haurientes ex cratere & super ignem libantes iureiurando interposito ꝓmittebãt iudi
caturos se secũdũ inscriptas columnę leges,punituros q; eos qui antea deliquissent: Pręterea literarũ
illarũ normã sponte nunq̃ se trãsgressuros. Addebãt neq; pręter patris ipsius leges vel imperaturos
se vnq̃,vel imperanti obedituros.Hęc vnusquisq; illorũ sibiipsi posterisq; ꝓcatus,bibensq; & offerens
deo phialã,ad cœnã se & necessaria cõuertebat.Et aduẽtante nocte, igneq; victimarũ ferme extincto,
singuli cęlestẽ colore & q̃ pulcherrimã induti vestẽ,ac penes hostias ambustas humi sedentes,totũq;
per noctem ignem in sacris accensum extinguentes,iudicabanť simul & iudicabant, siquis eorũ quẽ=
piã tanq̃ legum trãsgressorẽ accusauisset.Postq̃ vero iudicauerãt diesq; illuxerat,in aurea tabula sen
tentias insculpentes,eas vna cũ vestibus monumẽta futura posteris,suspẽdebãt.Leges aũt & alię mul
tæ circa sacra,regũ ꝓprię singulorũ,sed hæ ꝓcipuę.Ne vnq̃ sibi inter se bellum inferrẽt,immo succur
rerent omnes,siquis aliqua in ciuitate ipsorum genus regiũ extirpare aggrederetur.Tunc demũ cõ=
muniter quẽadmodũ superiores deliberauissent,de bello deq; cæteris actionibus imperii ius Atlan=
tico generi tribuebant.Cædis aũt auctoritatem aduersus aliquẽ cognatorũ,regi non concedebãt,ni
si plures ex decem q̃ quinq; in eandem sententiã conuenissent.Talem itaq; tantãq; potẽtiam q̃ in illis
tunc erat locis,deus certo quodam ordine ad hæc rursus loca deduxit,tali quadam,vt ferť,occasio=
ne.Multa sane per secula,quoad natura illis diuina ꝑseuerauit,legibus obediebant,& erga diuinũ ge
nus ipsis cognatũ benigne affecti erãt.Magnificę nãq; illorũ animis,& verę cogitationes inerãt.Vn=
de & modestia vtebantur,prudẽtiaq;,& ad ea quæ accidebant,& inuicem.Quocirca spernentes præ=
ter virtutem omnia,paruifaciebant præsentia,neq; efferebantur,sed tanq̃ onus quoddã existimabãt,
auri cæterorumq; copiam.Neq; velut ebrii gemino ex alimento facti in aliquo per incontinentiã ab=
errabant,immo vero vtpote sobrii acute cernebant hæc omnia communi ex amicitia vna cum vir=
tute incrementũ suscipere:horũ vero studio & admiratione,disperdi hęc,& virtutẽ amicitiamq; de=
ficere.Quoad in eis mens talis,& natura diuina viguit,creuerũt quæ supra narrauimus omnia:post
q̃ vero diuina sors in eis longo abusu crebrisq; mortalium rerum affectibus inquinata euanuit,mos
q; humanus præualuit,tunc primum quia non possent ferre præsentia,dedecori succubuerunt.Nam
apud eos qui cernere poterant,turpiter affecti existimabantur,cum pulcherrima ex preciosissimis ꝑ=
didissent.Qui autem rectam ad beatitudinem vitam inspicere non valebant,tũc eos pręclaros beatos
q; putabant maxime,cum maxime iniqua plus habendi cupiditate,& violentia replerentur. Tũc sa=
ne deus deorũ Iupiter qui regit oĩa legibus,quive potest hæc talia cernere, cum deprauari genero
sam stirpem animaduerteret,hominesq; eos punire vellet, vt adepti temperantiam modestiores con
cinnioresq; euaderent,deos omnes in sedem eorum honoratissimam conuocauit, vnde tanq̃ ex me=
dio mundi throno,quæcunq; generationi subiecta sunt,conspiciuntur. Vocatoq; concilio sic est ex=
orsus.

Deest Finis Dialogi.

Aedificia vero partim simplicia, partim varia mixtis ex lapidibus effecerũt, ipsa varietate ludũ delectationẽq; secuti. Eius insup muri q exteriorẽ orbẽ claudebat, superficiẽ omnem ęre tenui vestierunt: eius vero q interiorẽ, stãno: eius deniq; qui circundabat arcem, orichalco igneo furore corusco. Regia vero ipsa intra arcem, ita constructa. In medio sacrũ & inaccessibile Clitonis Neptuniq; templũ, aureo ambitu circũdatum. Illuc a principio cõueniẽtes genuerũt decẽ regũ genus, atq; ibidem quotannis ex decem regionibus cõgregati vnicuiq; illorũ sacra solennia peragebãt. Erat Neptuni tẽplum stadiũ vnũ longũ, iugera latũ tria, altũ vero quãtũ longitudo eius latitudoq; exigere videbant. figura eius speciesq; barbarica. Faciem exteriorem pręter sũma fastigia argẽto omnem exornauerũt. Nã culmina ipsa & apices, auro. Intus aũt laquearia tota eburnea, auro, argento, orichalco varie cælata suspiciebant. Verũ parietes, colũnas, pauimẽta orichalco exornauerũt. Statuas quinetiã ex auro erexerunt. Deũ quidẽ curru insistentẽ, tenentemq; equorũ alatorũ habenas, laquearia alta ceruice tãgentem. Circa hunc delphinis insidentes Nereides centũ. Tot eñ esse tũc existimabantur. Aderãt & statuę donariaq; cõplurima priuatorũ. Extrinsecus extabãt imagines aureę mulierũ oĩm regiarũ, virorũq; qcũq; ex generibus decem descenderãt, multaq; & ingentia simulacra donariaq; alia regũ & priuatorũ tum ea ex vrbe tum ex aliis eorũ imperio subditis. Aderat itẽ altare magnitudine & artificio quo ad reliquũ apparatũ spectabat, decentibus. Eadẽ rõne & regia tã amplitudini regni q̃ ornamentis sacris cõuenientia. Vtebãtur aũt fontibus tã calidi liquoris q̃ frigidi, iugi humore exuberãtibus, quibus inerat ad vtrũq; vsum mirifica cũ iucũditate salubritas. Porro circa fontes habitationes constructę erãt, & aquaticę arbores cõsitæ, receptacula quoq; aquarũ circũposita, partim qdem sub diuo patentia, partim vero sub tecto calidis lauacris hiberno tẽpore accõmodata, regia seorsum, seorsum q; priuata, atq; alia mulieribus, alia itẽ eqs, cęterisve iumentis. Decens plane & cõferẽs vnicuiq; seruabat. Defluũ vero irriguũq; humorẽ in Neptuni deduxere lucũ, ob fœcũditatẽ soli, arboribus variis & altitudine specieq; mirãdis refertũ. Atq; inde in exteriorẽ circuitũ per aquęductus iuxta pontes deriuauerũt. Vbi tẽpla multa delubraq; deorũ, viridaria, atq; gymnasia, partim hoĩm, partim equorũ, seorsum in vtraq; orbiũ insula. Sed circa mediã insulã oĩm maximã pcipuus erat Hippodrom9. i. cursus equorũ. Cuius latitudo stadiũ, lõgitudo p oẽm circulum porrigebat ad equestre certamen. Circa hippodromũ vtrinq; erãt stipatorũ custodũq; dispositæ domus. Fidis quidem militibus intra ipsum angustiorẽ circuitũ arci q̃ pximũ, cõmissa custodia: his aũt q cæteris fide pstabãt, in arce ipsa circa reges habitationes cõcessę. Naualia pterea triremibus, oĩbusq; ad eas ptinentibus instrumentis referta, singulaq; sufficienter exposita. Atq; hic erat regiarum ædium apparatus. Trãseunti vero tres portus exteriores apparebat murus a mari incipiens valli instar, & stadiis quinquaginta ab amplissimo circulo ac portu vndiq; distans, qui ad os foueæ versus mare in idem concludebatur. Totum vero id colebatur. & reliquum quidem spatium multis & frequentibus ædificiis abundabat, sinus autẽ ipse portusq; latissimus plenus erat nauibus, mercatoribusq; vndiq; confluentibus. Vbi ob frequentem turbam die nocteq; clamor continuus ac strepitus ingens sentiebatur. Atq; ita de vrbis & antiquę sedis dispositione vt olim traditum est, in præsentia iam retulimus. Deinceps vero commemorare conabimur quæ natura quive cultus reliquę regionis extiterit. Principio locus omnis editus admodũ, & a mari abscissus memorabatur. Regio vero circa vrbem campestris omnis, ambiens qdem vrbem, & ambitu exteriori comprehensa. Montes enim hanc secus mare claudebãt, ipsa vero illuc vsq; ęqualis ac plana. & altera quidem ex parte ad tria stadiorum milia ptendebatur, ad medium vero a mari superne stadiorum milia duo. Situs autem insulæ ad Austrum vergebat, a septentrione Boreæ expositus. Montes eius frequentia, altitudine, pulchritudine omnes qui nunc extãt, exuperabãt. In eis vici complurimi accolarũ, atq; ditissimi. Neq; deerãt amnes, lacus, prata, quibus animalia omnia tum fera tum domestica abunde nutriebant. Sylua item crebra ac varia singulis operibus materiem affatim suppeditabat. atq; ita locus ille tam natura dispositus, q̃ multorum regum diligentia opibusq; longo tempore erat excultus. Quadrata regio fuit plurimum recte in longum vergens, sed propter foueam circum erutam recta amissa figura. Cuius profunditas, longitudo, & amplitudo incredibiles dictu. Impossibile nãq; videt tam vastum opus cum aliis collatum operibus manibus hominũ esse factum. Dicendũ tamẽ qđ audiuimus. Iugeris vnius erat pfunditas, latitudo omnium stadium: cũq; esset circa oẽm agrũ effossa, longitudo eius stadia decem milia. hęc sane fluenta ex montibus demanantia suscipiebat, perq; agros reuoluta ad vrbem hinc atq; illinc pueniens, hac tãdem erumpebat in mare. Desup aũt ab ipsa latę pedes centum foueæ recteq; excisæ per agrum rursus in foueam mari proximam demittebantur. Altera vero ab altera stadiis centum seiungebatur. Deducebãt ex syluis ligna in vrbem, & alia suis quæq; collecta temporibus duplicibus per foueas nauibus. fouearum enim tractus oblique sese vsq; ad vrbem intersecabant. Geminos ex terra fructus ac fruges annis singulis colligebant: hyeme quidem Iouis beneficio pluuiis tellus madebat, æstate riuis ex aquæductibus ir-

Equos currũ Neptunitrahẽtes alatos fuisse.

fraude & violentia cõfringant.Necessaria tãdẽ cõparãdę auctoritati diuinę,tũ sanctimonia vitę,tum pœna sup humanas vires oĩb⁹ admirãda.Quãobrẽ puidẽtia dei q̃ singulis elemẽtorũ,plãtarũ,brutorũ,mẽbrorũq; speciebus & vsib⁹ necessaria pspicit,multo diligẽti⁹ pfectissimę aĩaliũ speciei colẽti diuinitatẽ,in sanciẽdis legib⁹ apprime saluti hoĩm necessariis deesse nõ debet. Adde q̃ neq; põt princeps vllus vastã ciuitatis nauẽ quolibet momẽto pcellis & periculis innumeris agitatã, absq; cælesti flamine ad portũ vsq; pducere.Ergo de⁹ tũ occultis inspiratiõibus aĩorũ, tũ miraculis manifestis,quotiẽs necessitas exigit,& reuelat mysteria legũ,& sancit palã atq; promulgat. Propterea exordiũ Plato legũ adeo iustis felicibusq; inchoat auspiciis,deũ nõ ab re ter statim in prĩcipio nominãs. Tres eñ hic disputant fundatores legũ,singuliq; diuino indigent patrocinio. Tres quoq; imitantur auctores legũ,Minoẽ,& Lycurgũ,atq; Solonẽ.Qui & leges in tria numina retulerũt Iouẽ,& Apollinẽ,& Mineruã.Neq; id qdẽ iniuria.Sol eñ planetarũ dñs potentiã,Iupiter clementiã, Minerua sapientiam continet.Quę quidẽ tria totã legis naturã pfectionẽq; cõplectunt.Quid eñ aliud esse dicimus legem,pter rationalẽ quãdã regulã certo quodã ordine ad bonũ subditos pducentẽ? Vt aũt ratio & regula & ordo insit, necessaria oĩno sapientia est.Pręterea vt pducat ad finẽ atq; seruet,in primis potẽtia efficit. Deniq; vt ad bonũ,id ẽ vt ad cuiusq; cõmodũ,& cõmode benigneq; cõducat, magnopere clemẽtia puidet.Tria itaq; apud priscos numina diuinã referẽtia trinitatẽ,legibus necessario consulũt.Atq; idcirco tres similes dotes in principe ad ferẽdas leges necessarię iudicant. At qm̃ perfectas inuicem has oportet concurrere ad pfectas leges constituẽdas,id vero humana facultas præstare non põt,nimirũ ad legũ exactissimã sanctionẽ diuino est opus auxilio. Q₂ aũt nouenariũ annorũ numerũ Plato & in Minoe,& hic sępe repetit,quasi necessariũ ad leges ab ipso Ioue discẽdas hoĩbusq; tradẽdas, forte significat nouẽ angelicarũ mẽtiũ ordines,p quos velut interptes ipsa legis sanciendę ratio ad homines vsq; trãsfert.Oẽs vero hos ordines legũ interptes sub vno Mercurii noĩe significat in Protagora.Neq; vero te lateat nouenario hoc in angelis numero nõ Christianos solũ vti,sed & Platonicos, pcipue Proclũ atq; Syrianũ,qd in Theologia satis ostẽdimus.Quid vero? si nouenari⁹ hic significet trinum potẽtię vsum,trinũq; sapiẽtię, triplicẽ quoq; clemẽtiæ? videlicet vt triũ quodlibet tũ in lege ipsa sit, tũ in iudicio magistrat⁹,tũ in ministris & ipa executione iudicii? Pręterea in ipsis rerũ actionũq; principiis mediisq; & finibus? Tria vero ter repetita nouenariũ manifeste pficiũt.Sed curnã in Repub.ab ipsis Mineruę sacris,hic vero a sacris Iouis disputationis fundat exordiũ? An forte,qm̃ disputatio illa Athenis habet,& de antiqua Athenarũ vrbe Mineruę dicata tractat: hic vero in Creta de Cretẽsi vrbe ędificãda cõsulit,ppe ipm̃ Iouis tẽplũ,deq; legib⁹ Minois Iouis filii in principio verba fiũt? An poti⁹ forma illa Reip.prior castior erat,atq; seuerior,Palladi maxime cõgrua:hęc vero paulo indulgẽtior,& sua quadã humanitate Ioui cõueniẽs? Sũmatim & hic & ibi a votis sacrificiisq; ciuitatis nascentis felicitatẽ auspicamur.Mitto descriptionẽ longi hui⁹ itineris,& sacros lucos, & arbores tẽplo dicatas,& alia multa,q̃ cõmẽtũ desiderarẽt poti⁹ q̃ argumentũ.Post vero nõnulla q̃ allegorice docẽt res hũanas psertim publicas nõ posse absq; diuino quodã patrocinio recte cõponi,ideoq; ab ipso deo,q & legũ principiũ est & finis,esse legũ exordiũ faciẽdũ,incipit iã paulatim de legum fine pquirere, significãs harũ finẽ esse diuinũ cultũ,qñqdẽ eiusmodi legũ disputatiõe ad tẽplũ Iouis pficiscunt. Cũ igit legũ finis vltimus sit Iouis illi⁹ cult⁹ q fecit mũdũ,deditq; & mũdo leges & nobis,nõ imerito statim negat finẽ legũ esse Martis cultũ,interim modeste Minois & Lycurgi leges emẽdãs,q nõ tam ad virtutẽ ipsam simpliciter respexerint,q̃ ad bellicã declinauerint.Profecto leges debẽt illud potissimũ in ciuitate habere p fine,ad quẽ quasi ad signũ oĩa dirigãt,qd a cũctis ciuib⁹ maxime oĩm est expetẽdũ.Pugna vero atq; victoria cũ laborũ malorũq; plena sit,nõ pter se qdẽ optãda est,sed eligenda potius pter pacẽ,tutãq; vitę trãqllitatẽ.queãdmodũ nemo ita exoptat viuere,vt in ppetua cõtra morbos pugna,victoriaq; verset.Cõcludit tãdẽ nõ decere studia pacis ad bellica,sed cõtra, bellica potius ad pacis studia officiaq; referre:pacẽ vero ad expeditũ liberũq; veritatis deiq; cultũ.In his vero pbãdis ipm̃ bonorũ gen⁹ in multas distribuit species,dicẽs alia qdẽ esse humana,alia vero diuina:& a diuinis hũana pẽdere:humanorũ aũt,q̃ lõge diuinis inferiora iudicat,primũ esse sanitatẽ, secundũ formã,tertiũ vires,quartũ diuitias.horũ vero bonorũ ducẽ vult eẽ prudẽtiã,ducẽ insup diuinorũ post prudẽtiã seq existimat tẽperãtiã,post hãc iustitiã,post iustitiã fortitudinẽ.Profecto & hic significat, & in quarto de Rep.explicat tres aĩę ptes,rõnalẽ.s.irascibilẽ,cõcupiscibilẽ:& prudẽtiã qdẽ in sola rõnali,fortitudinẽ in sola irascibili esse.Tu quoq; pone in sola cõcupiscibili cõtinẽtiã.Ponit vero in cũctis simul ptib⁹ tẽperãtiã atq; iustitiã,& vtrãq; noĩat toti⁹ aĩę cõsonãtiã.Sed tẽperãtia qdẽ in affectibus,iustitia vero in actib⁹ cõsonãtia sit.Et illa sit aĩę sanitas,hęc aĩę pulchritudo.At prudentia,oculus:fortitudo vero,manus.Si substãtiã animę puritatẽq; cõtẽplationi necessariã spectas,iustitiæ tẽperãtiã antepone:si hũanã spectas cõsuetudinẽ,ppone iustitiã:Oĩno vero prudẽtiã cũctis quasi oculum pedib⁹ atq; ducẽ.At fortitudinẽ cõtinẽtię antepone.Nã fortitudo & circa difficilius versatur, dolo

Finis belli debet eẽ pax.
Finis pacis cultus dei ac veritatis.
Bona diuina,& hũana.

Argumentum Marsilii Ficini in Dialogum Primum de Legibus,vel de Legum latione, ad Laurentium Medicem.



ECVLVM Apud priscos pene idẽ magnanime Laurenti,tria potissimũ habuit sapientiæ lumina,Pythagorã,Socratẽ,& Platonẽ.Cõptũ aũt habemus sapientiã qdẽ Pythagoræ magis in cõtẽplãdo,Socratis vero in agẽdo magis,Platonis deniq; in cõtẽplãdo pariter atq; agẽdo cõsistere. Pręterea disciplinã tã Pythagorę speculatiuam,q̃ Socratis moralẽ,a cõmuni hominũ cõsuetudine videri remotiorẽ.Platonis vero doctrinã speculatiuã pariter & moralẽ,vbiq; ita diuinũ cũ humano contẽperare, vt & cõmuni hominũ cõsuetudini facile possit accõmodari,& simul hoĩes ad diuina æternaq; conuertere. Neq; verum putandũ est ꝓpterea Platonẽ a Pythagora & Socrate, quos quasi numina colit, esse diuersum,sed mixtũ potius,atq; vtriusq; ingenii quasi quendã,vt ita loquar, diuini ad humanũ moderatorẽ,vt quodãmodo dici possit,in illis qdẽ ingeniũ dũtaxat diuinũ fuisse,in Aristotele vero & cæteris post Platonẽ philosophis humanũ tãtũ,sed in Platone diuinũ pariter & humanũ.Quorsũ hęc? Vt meminerimus p̄sentẽ legũ dispositionẽ,qm̃ ab ipso Platone non p Pythagoricã p̄sonã,vel Socraticã vt solet cętera,immo vero p ꝓpriã Platonis ipsius p̄sonã nobis traditur, nõ iniuria viã quãdã inter diuina & humana mediã obtinere,neq; nos p abdita & inuia q̃dã trahere,neq; tñ ad inferiora deducere.Quãobrẽ decẽ illi de Repu.libri Pythagorici magis sint atq; Socratici:p̄sentes vero Leges magis Platonicę iudicent.Illa Resp.vouẽtis fuerit & optãtis,dispositio p̄sens sit eligẽtis:vt q in arduum illud ascendere nequeũt,ad hos saltẽ clemẽtiores colles nõ dedignent accedere.Cõsidera quãta diligẽtia humanę saluti noster Plato ꝓspiciat,q nõ solũ p ardua vult videri hoĩbus admirandus,verũetiã p decliuia q̃dã facilis & ꝓpitius esse oĩb9 atq; salutaris.Hic ergo nõ coget hoĩes si noluerint inter se facere cũcta cõmunia,ꝑmittet vt fieri solet ꝓpria singulos possidere.Neq; tñ cautissimus auriga noster oĩno laxabit habenas.Nã p̄ter summã aliarũ diligẽtiã legũ,prudẽtissime sanciet, ne cui liceat vltra certũ & illũ qdẽ mediocrẽ terminũ census amplificare:ne aliis qdẽ copia nimia, aliis obsit inopia, neve cogant,id qđ miserabile esse putat,multi inter patriæ suæ vlnas esse mendici. Q; aũt p̄sona hic Platonis sub ipso Atheniẽsis hospitis nomine,& id qdẽ modestię gratia lateat,legẽti deinceps ex multis ꝑspicue apparebit,ex eo p̄cipue,q; affirmabit se geminas tractauisse Respub.Cõditurus aũt leges græcis,iure a tribus gręcarũ legũ optimis cõditorib9 leges accipit,Minoe,Lycurgo,Solone,adimẽs, addẽs,mutãs,inueniẽs:atq; ita optimã ex cũctis cõponit formã.Et q̃uis ab initio constituat ciuitatẽ & regulã gubernandi,tñ legũ positionẽ noĩat potius q̃ Rẽpu. Qm̃ in ea ciuitate in qua possessiones sunt ꝓprię singulorũ,ꝓpter varias cõtrouersias,lites,iniurias,multis opus est legibus.In quibus constituendis admirãdũ simul & clemẽtissimũ notabis diuini Platonis ingeniũ . excogitat enim insignis benignitate vir singulis legib9 procemia q̃dã exhortatoria,qbus humanissime ciues adducti, libẽter parere velint,ac spõte velut filii legũ illis obtẽperẽt,qb9 alii solẽt q̃si tyrãnis inuiti parere,ac p virib9 vel fraudẽ vel violẽtia earũ imperiũ subterfugere.Addit vero post multa etiã minas, addit & pœnas ꝓpter illos,q patriã suã,nõ matrẽ iudicãt,sed nouercã.Descẽdemus iã ad primi Legũ dialogi proprium argumẽtũ,si prius oẽs admonuerimus,vt dialogũ Minoẽ,argumẽtũq; illius legãt, anteq̃ ad has leges accedãt,Accedãt inquã tanq̃ & lectionib9 eas diligẽter obseruaturi,& actionibus penitus seruaturi.Alioquin nisi his obediuerint,intelligãt se post tã exactã iustitię iniustitięq; notitiã & minori excusatione & maiori crimine peccaturos.Atheniẽsis hospes.i.Plato ꝓfectus in Cretã ꝓpe Cnosum offendit Megillũ Lacedęmoniũ,& Cliniã Cretẽsem,quẽ vna cũ nouẽ aliis Cnosii accersiuerãt,vt coloniam inde deducerẽt,vrbẽ cõderẽt,eiq; leges darẽt. Hi ergo duo ad sacrũ Iouis antrũ cõsulturi de hoc accedebãt:his factus obuius Atheniẽsis hospes, qdnã acturi irẽt interrogauit. Illi leges excogitaturos esse se respõderũt. Verũ cũ multa de legibus interrogati ab hospite, q̃stionẽ haud satis absoluerẽt,& hospes illis ad leges aptissimus videret,obsecrauerũt eũ,vt ad ciuitatẽ legibus instituẽdã vna cũ ipsis adiutor accederet.Obtẽperat ergo hospes,& ante oĩa principiũ a quo,& p qđ leges ad hoĩes ꝑuenerũt,exponit,deũ.s.atq; phm.Deinde legũ ꝑquirit finẽ, docẽs eiusmodi finẽ fore trãqllã aĩorũ ciuiliũ puritatẽ,veritatis cõtẽplationi quoad fieri põt sufficientẽ.Tertio ad ipsam legũ formã materiã q; descẽdit.Leges aũt a deo hoĩb9 inspirari,testis est oĩs antiqtas, testes & multi Platonis libri, testes & rõnes nostrę in multis dialogorum argumẽtis adductę,atq; in Theologia nostra,vbi de religione agit,cõfirmatę.Profecto si natura q̃ nihil aliud est q̃ infimũ diuinę ꝓuidẽtię instrumẽtũ,atq; vbicũq; ꝓuide videt incedere,nõ ducit ipsa seipsam,sed ab ipsa ꝓuidẽtia ducit,fines oĩm ordinesq; & in seipsa p̄scribente,& naturę put vult inscribẽte:si inquã natura talis neq; abũdat supfluis,neq; in rebus deficit necessariis,certe diuina ꝓuidẽtia in rebus necessariis nunq̃ deficit. Necessaria vero est hoĩm generi aliter non potẽti viuere cõgregatio mutua.Necessaria quoq; lex cõgregationi similiter ꝓcul a lege subito periturę. Necessaria rursum legibus diuina est auctoritas,ne vel negligentia obsolescant,vel

temere accesserit,& rationis officia minuit,& pturbationis impetus auget.Probat tamẽ cõuiuiũ atq; meri vsum,ea videlicet cautione adhibita,quã in libro sequẽti planius explicabit.Hic vero ad id potissimũ cõferre iudicat,vt ex liberiori interdũ vsu meri,mores hoim in cõuiuiis detegant.solet enim impudẽtiores audacesq; reddere. Illic ergo prudẽs iuuẽtutis custos deprehensis iuuenũ pſertim vitiis,impudẽtia,& mederi facilius poterit,& assuefacere iuuenes etiã in ebrietate oĩm impudẽtissima seruare pudorẽ.Quanti vero sit pudor.i.dedecoris & infamię timor,ex eo constat,q; ob eiusmodi metũ iuuenes,& turpia in primis metuũt,& honesta q̃uis ardua audacter aggrediunt.Quæ quidẽ duo Reip.maxime omnium tã pace q̃ bello necessaria iudicantur.Ideoq; ad hæc ciuium animis infundenda,legum lator diligenti studio debet intendere.

PLATONIS DE LEGIBVS,VEL DE LEGVM LATIONE,VT LIBRI VNIVS, DIALOGVS PRIMVS. PERSONAE DIALOGI.

ATHENIENSIS HOSPES.CLINIA CRETENSIS.MEGILLVS LACEDAEMONIVS.

ATHE.

Vide vt leges in deũ auctorẽ referantur.



EVM Ne an aliquẽ hoĩm o hospites cõdẽdarum legũ causam existimatis? CLI.Deũ o hospes,deũ inquã,vt decet asserere. Apud nos qdẽ Iouẽ. Apud Lacedęmonios aũt vnde hic est,Apollinem dicturos istos existimo. Nonne? ME.Certe. ATHE. An Homerũ secutus ita dicis,quasi Minos semp per nouẽniũ patris collocutionẽ petierit,eiusq; monitis ciuitatib⁹ vestris leges posuerit? CLI.Sic nostri ferũt. Fratrẽ quoq; eius Rhadamãthũ iustissimũ fuisse auditis.Eũq; nos Cretenses,quia tunc recte ius vnicuiq; distribuerit,hãc laudẽ consecutum fuisse censemus. ATHE. Egregia pfecto laus, maximeq; filio Iouis conueniẽs. Verum qa in huiusmodi moribus atq; legibus ambo educati estis,tu.s.atq; hic,spero nobis nõ iniucũdũ fore,si inter eundum de constituẽdis ciuitatibus ac legibus disseramus.Est autem a Gnoso in antrũ templũq; Iouis via satis, vt audiuimus, longa, diuersoriaq; per ipsam sub altis arboribus, vt in æstu conuenit,vmbrosa sunt. Nostræ igitur ætati cõueniens erit,frequẽter in his requiescere,mutuoq; orationis solamine sine molestia iter hoc omne trãsigere.CLI.Atqui cũ pgressi fuerimus hospes,cupressos offendemus in lucis pceritate specieq; mirabili,prata quoq; amœna,in quibus requiescẽtes libẽter cõmorabimur.ATHE. Recte nimiũ loqueris.verum hæc magis affirmabimus, cum viderimus. Sed eamus iã bona fortuna comite.CLI.Fiat. ATHE.Sed dic mihi oro, quãobrem conuiuia exercitantes, armorumq; artem lex vobis instituit.CLI. Arbitror equidẽ o hospes nostra hęc esse facillima cognitu. Naturã eñ regionis huius vniuersam videtis non esse vt Thessalię,planã.Idcirco equis illi magis,nos cursibus vtimur.Inęqualitas hęc locorum ad pedestrem exercitationem cursumq; est aptior.Quapropter armaturã quoq; leuiorem esse necesse est,ne pondere suo cursum impediat. Arcuũ ergo sagittarumq; leuitas maxime congruit.Hæc igitur omnia ad bellum nobis accommodata sunt: ad idq; respiciens legislator,cũcta,vt mihi videtur,instituit.Quippe huius gratia ipsam etiam conuiuendi legem sanxisse videtur, cum omnes videret in militia,re ipsa coactos,custodiæ suæ gratia,conuiuia habere cõmunia.In quo sane arbitror eũ stultitię crimine cæteros condemnasse,q; minime intelligãt bellum semper inesse ciuitatibus omnibus ad oẽs iuge atq; perpetuũ.Nam si dum est bellum, custodię causa cõuiuia celebrare,pfectosq; aliquos vna cũ subiectis suis armatos tueri vrbes oportet, id ipsum est pacis etiã tẽpore faciundũ.Quã eñ pleriq; pacẽ nominãt,id esse nomẽ solũmodo existimãdũ.Ratio vero ipsa, oĩbus ciuitatibus ad oẽs bellũ esse natura,ne indictum quidem.Reperies vtiq; si ita consideres:Cretensium legũ latorem omnes ferme legũ tã priuatim q̃ publice ita nobis conscripsisse, quasi ad bellum respiceret,atq; ita illis parere iussisse,quasi cæterarũ rerũ nulla esset vtilitas,nõ possessionũ,non artium,nisi quis bello superet:cũ omnia bona eorũ qui victi sunt,ad victores illico trãseant. ATHE.Probe o hospes ad perficiẽdas Cretensium leges exercitatus mihi videris.Sed id planius dicas.Recte dispositã ciuitatem tunc demum dicere visus es,cum sic instituta est,vt cæteras bello vincere possit. Nõne ita? CLI.Ita prorsus.hunc etiam arbitror consensurum.ME.Haud aliter o diuine vir Lacedæmoniorum quispiam responderet. ATHE. Vtrum ciuitas ad ciuitatem ita se habet, vicus autem ad vicum aliter? CLI.Non aliter. ATHE.Similiter ergo se habent. CLI.Similiter. ATHE.Nunquid & domus ad domum,quæ eodem in vico sunt,& singuli viri ad singulos? CLI.Similiter & ista. ATHE. Quid porro de viro quolibet ad seipsum est dicendum? Vtrum quemlibet ad seipsum quasi hostem ad hostem affici dicemus? An aliter? CLI.O Atheniensis hospes.Nõ enim ego te Atticum nominare volo. Videris nanq; deæ ipsius Athenas, id est Palladis cognomento dignior esse. Nempe vniuersam hanc rationem ad principium reductam ita planam fecisti, vt facilius inueniri queat modo probe fuisse dictum,hostes videlicet omnes omnibus esse tam publice q̃ priuatim, & singulos sibiipsis. ATHE.

Egregia ẽ laus a iustitia.

Nobilitas cupressorũ Cretẽsium

Thessalia cãpestris. Creta mõtuosa.

Cõfutatur opinio dicens leges latas eẽ ad bellum.

ris.s.tolerãtiã,& cõtinẽtię officiũ,qđ est vincere voluptates,in seipsa cõplectif. Vtrãq; vero iudicato tẽperãtia iustitiaq; inferiorẽ.Hęc eñ duo integrũ aię totius ordinẽ magis possident duce prudentia constitutũ.Ex his colligit oportere latorẽ legũ & ipsum referre,& referri iubere,humana qdẽ ad diuina,diuina vero.i.virtutes ad mentẽ veritati diuinitatiq; deditã. Dũ vero de fine legũ disputat, officiũ quoq; ipsarũ cõditoris exponit:idq; summatim esse vult,summa cum diligentia totã ciuitatẽ colere quasi agrũ,vt exqsitã de eligẽdis serẽdisq; seminibus habeat rationẽ.Deinde de opportuna plãtæ cuiusq; cultura. Itẽ de extirpandis statim ab initio noxiis hærbis & sentibus. Deniq; de oĩbus ad maturitatẽ suo ordine pducẽdis.Tu vero inter hæc aduerte,turpiorẽ haberi q voluptatibus cedit,q̃ qui succũbit doloribus.Itẽ fortis viri officiũ esse,nõ solũ metus & pericula superare, sed cupiditates etiã coercere.Pręterea neminẽ secure iudicari posse fortẽ,nisi diu ĩter labores & pericula versat⁹ strenue fuerit.adde & nisi in ipsa licẽtia & illecebris voluptatũ,in qbus pbanf ppriẽ cõtinentes,ipse quoq; fuerit cõptobatus. Aduerte nõ esse tutũ vel hominẽ q fortis sit futurus,pcul a timoribus, vel eũ q futurus sit tẽperatus,seorsum ab oĩbus voluptatũ illecebris educare.Pręterea totũ conditoris legũ studium circa voluptates & dolores oportere versari,vt duo hęc quasi bruta fręno nõ careant.Si.n. fręno cohibeanf,facile felixq; vitę iter euadit.Si nullo coerceanf fręno,difficile admodũ & infelix.Notabis & illud de Atheniẽsibus dictũ,pbos Atheniẽses esse pcipue pbos:ppterea q soli suapte natura, & diuina quadã sorte,nullo cogẽte vel pterrente,sint probi. In his Plato significat, in ciuitate male instituta,raros qdẽ fore ciues bonos,sed illos fore oĩm pręstantissimos. Qm̃ cũ nulla disciplina tales euaserint,pfecto diuina quadã sorte & pfecta natura facti sint tales.quorũ etiã tãta sit excellentia, vt cõmuni cõtagione nõ inquinenf.Post hæc singulare id cuiusq; artis totiusq; vitę pceptũ cõsiderabis. Oportere eos q pstãtes viri quouis in studio euasuri sunt,statim a teneris annis id ipsum tam ludendo q̃ studendo in singulis ad id cõducentibus meditari, adeo vt virilium studiorũ accommodatissima pueris pludia pponanf,atq; ita ludẽtiũ animi in amorẽ illius potissimũ adducanf, qđ in virili ætate serio sunt acturi.Inter hæc disciplina sic definitur.Disciplina est,ea vitæ statim a pueritia institutio, q̃ in amorẽ virtutis paulatim adducit animũ puerilẽ.Illius inquã virtutis pcipue,p quã vir fact⁹ imperare sciat atq; parere.Hominẽ vero oportere,& insuper posse,disciplinam eiusmodi a teneris annis habere,p illã quę sequif humanę naturę descriptionẽ apte confirmat.inqt eñ,hominẽ & si vnũ qddã sit,habere tñ multa in se atq; diuersa, inter q̃ sint tyrãni duo amẽtes qdẽ & inter se cõtrarii,animum distrahẽtes,Dolor atq; Voluptas:pterea opiniones futurorũ bonorũ atq; malorũ,ex qb⁹ appetit⁹ cõfidentiaq; ad bona,timor aũt ad mala nobis suborif,pturbationesq; animi similes.Pręter hęc adest iudiciũ rõnis dictãs qđ horũ meli⁹ sit,qđ peius.Iudiciũ vero eiusmodi in vnoquoq; lex priuata est,& in ciuitate lex publica.Qm̃ vero aĩal vnũ ex reb⁹ tã diuersis dixerat esse cõpositũ, haud ab re subiũgit, hoĩem inter aĩalia miraculũ esse diuinũ,Mercuriũ imitãs dicẽtẽ,miraculũ ingẽs hoĩem esse.Animaliũ tria sunt genera.Aut eñ tã ex corpore q̃ ex aĩo immortalia sũt, aut ex vtroq; mortalia,aut ex aĩo qdẽ immortalia,ex corpore vero caduca.In primo qdẽ gñe cęlestia,& æthetea,& aerea sunt, siue dii siue dęmones nominenf.In vltimo vero sunt bruta. Sed in medio hoĩes dęmonesq; aquei atq; terreni.Cũ eñ horũ quoq; dæmonũ corpora sicut hũana ex cõtrariis cõponanf,dissolui qñq; possunt, perturbationesq; aliquas afferũt.Sed cęteris iã omissis curnã hõ miraculũ? Quia & cũ diuinus sit,mirũ est eũ a mortalib⁹ infici:& cũ sit mortalis,mirũ quoq; affici ad diuina.Sed cur diuinũ miraculum appellaf?Qm̃ ita est diuina puidẽtia institutũ:& vt Timęus docet,a deo qdẽ opifice mundi rõnalis animæ substantiã ipsam accepimus,a diis aũt cæteris naturã quãdã vitalẽ rõne inferiorẽ,a dęmonib⁹ deniq; corpora.Qđ aũt addit,hominẽ a diis fuisse vel ludo vel studio quodã effectũ,sic intellige:ludo qdem factum esse, si anima semp a cęlestibus ad terrena atq; vicissim quasi ludẽdo trãsmigrans nunq̃ immutabili apud deũ sede quiescat:factũ vero studio,si mõ penes effectores deos,effectorẽ deum animus qñq; sit ĩmobiliter pmãsurus.Vtrã vero diffinitionis hui⁹ partẽ eligere debeam⁹, affirmare hic Plato nõ audet.Probabile tñ habet,vt hic alibiq; significat,hominẽ studio quodã potius q̃ ludo fuisse diuinitus constitutũ.Siqs aũt ambiguũ hũc Platonis textũ legere ita velit,vt significet vel hominẽ esse a diuinis aĩalib⁹ cõstitutũ,ab astris intelligat:vel esse ex animalib⁹ multis cõpositũ, intelligat partes affectusq; animę noĩari a Platone poetice aĩalia.Qđ qdẽ apparet in nono de Repu.& in principio Phædri.Sed ista tu videris.Descẽdit post hęc ad qdã,q̃ & si leuiora videnf, ad pfectã tñ disciplinę traditionẽ morũq; pbationẽ necessaria sunt.qualia sunt studia musicæ, consuetudinesq; psimiles. Musica vero cõmunissima quadã significatione cõprehendit pportionis cuiuslibet ordinem,non solum in sermone,cantu,sono,saltu,sed gymnastico quoq; ludo gratiaq; cõuiuii.Hæc quidẽ omnia ita in ciuitate cõposita esse debent, vt oĩni pturbationũ vitiorũq; incitamẽto sublato, corpus & spiritũ animũq; cõtempetent.Exordif autem disputationis opportunitate quadã a conuiuiis,atq; vino, dicens primo cauendum esse ne ad innatas nobis perturbationes accedat quoq; ebrietas. Hæc enim si

Disciplina qđ sit.

Dolor & voluptas aĩm ad perturbatiões impellunt

A deo accepta ẽ rõnalis aiæ substãtia. A cæteris diis natura vitalis. A demonib⁹ corpus.

in bello prçstant. Testemq; & nos poetam habemus Theognim Megarensem ciuem ex Sicilia, q ait fidelem virum omni argento atq; auro in seditione meliorem. Hunc itaq; dicimus in grauissimo bello, tanto illo esse meliorem, quanto sola fortitudine melior est iustitia, temperãtia, sapientia, fortitudini coniuncta. Nemo enim integer & fidelis sine omnium virtutum numero in seditionibus reperiri poterit. Multi aũt etiã mercenarii, qđ non negabit Tyrtæus, reperiunt̃ q externo in bello intrepide pugnãt: quorũ plurimi feroces, iniurii, contumeliosi, paucissimisq; exceptis, oĩm amẽtissimi. Quorsum hæc? quidq; ex his declarandum? Q; videlicet omnino tã ille qui leges hic ab Ioue dedit, q̃ alius omnis legũ lator, siquid modo profuturus est, ita leges cõdet, vt nõ ad aliud q̃ ad amplissimam semper virtutẽ respiciãt. Est aũt, vt inquit Theognis, fides illa, quæ maxime in periculis lucet. Quã iustitiã pfectã quis nominabit. Ea vero quã summopere Tyrtæus laudauit, & si pulchra est, & a poeta opportune laudata, virtute tamẽ & numero quarto loco rectissime honoranda est. CLI. Ergo hospes legũ nostrarũ conditorẽ inter vltimos legũ cõditores proiiciemus? ATHE. Non illũ o vir optime, sed ipsi nos ipsos, si quidẽ putemus, & hic, & apud Lacedæmonios Lycurgum, & Minoem ad bellũ respicientes leges condidisse. CLI. Quomodo igit̃ de hoc dicere nos oportebat? ATHE. Vt veritas & iustitia postulat eos dicere, qui de diuina republica differunt: non ad particulam virtutis, & pſertim ad deiectiorẽ, sed ad vniuersam ipsos virtutem respexisse putãdum, & per singulas earum species, leges quçsisse, nec eas species inuestigasse, quas multi modo proponentes, quçrunt. Id enim quisq; maxime quærere solet, quo maxime indiget, alius de hçreditate, alius de iniuria, alius de cæteris huiusmodi multis. Nos aũt tunc de legibus bene quæri putamus, cum ita vt nos modo incepimus, quçritur. Ac tuum equidem ingressum ad exponendas leges valde probo. Q; enim a virtute fecisti principium, dicens leges virtutis gratia conditas, recte quidem aggressus esse videris: q; autem ad particulam virtutis & eam minimam respexisse conditorem legũ affirmasti, haud recte mihi visus es dicere, atq; idcirco longiore postea oratione vsus sum. Quomodo autem te nobis distinguere voluissem, si vis, tibi dicam. CLI. Volo equidem. ATHE. Hunc in modũ dicere oportebat o hospes. Cretẽsium leges nõ temere omnibus græcis in primis probant̃. Recte enim positæ sunt, cum vtentes eis beatos efficiãt. Omnia enim bona his porrigunt. Duplicia vero bona sunt, alia humana, diuina alia: dependentq; a diuinis humana. Siqua vero ciuitas maiora suscepit, minora quoq; possidet: sin autem illis caret, vtrisq; priuatur. Minorum primum est sanitas, forma secundũ, Tertium vires ad cursum cçterosq; corporis motus, Quartum diuitiæ, quæ cæcæ nõ sunt, sed acute cernũt, si prudentiã sequuntur. Quç qdem prudentia diuinorum bonorũ dux primus existit. Deinde post mentẽ tẽperatus animi habitus. Ex his duobus cũ fortitudine mixtis iustitia tertio emergit. Fortitudo quartum tenet locum. Quæ oĩa humanis illis natura præponunt̃. Quare oportet vt legũ quoq; lator & ipse hũc ordinem sequat̃, & mandet omnibus vt semper ad hæc ipsa respiciẽtes in singulis operẽtur. humana enim ad diuina, diuina vero ad mentem principem referenda. Curet præterea oportet nuptias inter ciues, & generationes educationesq; liberorum, masculorũ pariter & fœminarũ, tam iuuenum q̃ ætate prouectorum: & eos qui recte in hisce se gerũt, vt decet honoret: contra vero dolores, voluptates, & cupiditates in omni conuersatione vituperet. Cõsiderabit etiã diligenter ad quæ studia quęq; raptat amor, rectaq; officia per leges laudabit, vituperabit cõtraria. Docebit item atq; definiet quid in cuiusq; affectu honestum sit, qđ turpe, circa irã videlicet atq; metũ, & alias quæcũq; vel aduersis in rebus accidunt ṗturbationes, vel secũdis delitias, atq; circa oẽs deniq; motus, qui ex morbo, bello, paupertate, vel horũ contrariis hoĩes vexant. Post hæc necesse est vt legislator quæstus impensasq; ciuium diligenter obseruet, & quomodo fiãt agnoscat, cõmercia itẽ in his oĩbus ac solutiones, quas vel sponte vel coacte faciant: quicquid horum inter se contraxerint, vbi iustitia adsit, vbi absit, animaduertat: & parentibus quidem honores, non parentibus debitas pœnas constituat. Demũ omnibus ad finem vsq; Reipubli. pertractatis, animaduertat statuatq; necesse est, quomodo monumẽta mortuis extrui, quive defunctis singulis honores impẽdi debeant. His deniq; declaratis, legislator omnibus istis custodes præficiet, alios prudentia, alios vera opinione agentes: vt mens in vnum hæc omnia colligens eo deducat, vt temperantiam & iustitiam potius q̃ diuitias ambitionemve sequantur. Ita equidem hospites voluissem, atq; etiam volo a vobis exponi, quo pacto in legibus Iouis, & Apollinis Pythii, quas Minos & Lycurgus scripserunt, insint hæc omnia, & quonam ordine posita pateant illi qui artificio vel vsu quodam legum peritiam habet, nobis vero aliis nullo modo pateãt. CLI. Quo pacto igitur hospes q̃ sequunt̃ tractãda sunt? ATHE. Ab initio rursus vt supra

ORDO BONORVM.

BONA.

Diuina	Humana
Prudentia	Sanitas
Temperantia	Forma
Iustitia	Vires
Fortitudo	Diuitiæ

Latores leg. non ad aliud q̃ ad amplitudinẽ virtutis ṗspicere.

Theognis Fides maxime i pĩculis lucet

Id qs maxime q̃rit quo maxime idiget.

Quomodo id ais o vir mirifice? CLI. Primã o hospes & optimã esse dico victoriã, vt seipsum qs vincat. Turpissimũ vero qddã & pessimũ, vt a seipso vincat. Atq̃ hęc oĩa bellum esse singulis ad seipsos significãt. ATHE. Orationẽ illã iterũ resumamus. Nã cũ qsq̃ nostrũ, aut supior seipso sit, aut inferior, dicendũ ne est eodẽ se mõ domũ, vicũ, & ciuitatem habere? An aliter? CLI. Sit ne supior aliqua seipsa, aliqua inferior, dicis? ATHE. Id ipsum. CLI. Id quoq̃ recte q̃sisti. Nõ eñ minus ciuitatibus id contingit, immo maxime hoc in eis pspicuũ. Nã vbi meliores multitudinẽ peioresq̃ supant, recte pfecto ciuitas illa supior seipsa dicet, & hac victoria nõ iniuria laudabit. Cõtra vero, vbi cõtrariũ fit. ATHE. Sed vtrũ qđ peius est, meliore aliqñ supius & potẽtius sit, ad p̃sens p̃termittat. lõgiore nãq̃ oratione indiget. Qđ aũt abs te dictũ est, sic intelligo. q̃ ciues qñq̃ cognati & ciuitatis eiusdẽ multi & improbi aduersus iustos q pauci, cõspirabũt, vimq̃ inferent vt eos subiiciãt. Ac si vicerint, ciuitas illa seipsa inferior, prauaq̃ dicet: sin autẽ victi fuerint, supior atq̃ pba. CLI. Mirũ est hospes qđ dicit. sic tñ fateri necesse est. ATHE. Age iã & hoc rursus cõsideremus. Multi ab vno patre matreq̃ eadẽ fratres nasci possunt: nec mirũ si plures eoꝝ iniusti erũt, iusti vero pauciores. CLI. Nihil mirũ. ATHE. Nec mihi mõ neq̃ vobis decorũ est in hoc verba aucupari, in quo dicit, domus & cognatio vniuersa iferior seipsa videri si praui superẽt, supior si vincant. Neq̃ eñ de his disputamus, elegãtiã vel ruditatẽ verborũ obseruaturi, qđ multi facere solẽt, sed q̃ recta ratio secũdũ naturã in legibus sit, qs error, indagaturi. CLI. Vera loq̃ris hospes. ME. Probe pfecto hucusq̃ mihi quoq̃ dictũ videt. ATHE. Hoc p̃terea cõsideremus. Vtrũ dictis modo fratrib⁹ iudex qspiam p̃esse poterit? CLI. Proculdubio. ATHE. Vter igit melior erit iudex? Nũ qui improbos pdet, efficietq̃ vt pbi sibiipsi imperẽt? An q̃ pbos qdẽ faciet imperare: improbos aũt, cũ sponte subire imperiũ psuaserit, viuere patiet? Tertiũ virtute iudicem his addamus, siqs talis reperiet, q dissidẽtẽ cognationẽ ita cõmendatã habeat, vt neminẽ pdat, sed recõciliatis leges cõscribat, qbus inter se ppetuo amici futuri sint. CLI. Longe melior talis iudex legũq̃ conditor erit. ATHE. Atqui cõtra q̃ si ad bellum respiceret ipsis leges cõscribet. CLI. Vera loqueris. ATHE. Quid aũt? Qui ad bellũ respiciẽs, ciuitatẽ cõstituit, vtrũ externa bella respiciet, & ad illa vitã ciuiũ referet? An intestina, q̃ seditiones appellant, quę minime oĩm esse in ciuitate sua quis eligat: & si accidãt, q̃ ocyus fieri põt, sedari cupiat? CLI. Ad hęc plane. ATHE. Vtrũ vero pdita ciuiũ parte pacẽ ex seditione cõseq, cũ altera pars potita victoria sit, malit qspiã: an potius p recõciliationẽ facta pace amicitiaq̃ firmata, ad externa bella totius animũ ciuitatis cõuerti? CLI. Hoc pfecto potius q̃ illud ciuitati suę accidere qsq̃ optabit. ATHE. Nõne & legũ lator similiter? CLI. Similiter. ATHE. An non ipsius optimi gratia leges oẽs ferẽdę sunt? CLI. Ipsius nẽpe. ATHE. Atq̃ optimũ nec bellũ nec seditio est: oẽs eñ depcant, neqđ horũ sibi ineũdũ sit: sed pax, mutuaq̃ beneuolẽtia. Sed neq̃ victoria illa qua ciuitas ipsa seipsam supat, optimũ qddã est, sed necessariũ potius. putare aũt optimũ ciuitatis statũ in pugnando & vincendo cõsistere, simile est ac siqs optime cũ ęgrotãte agi putet dũ curat, nec de illo oĩno qcq̃ cogitet, q nunq̃ ęgrotauerit. Et siquis similiter de ciuitatis vel priuati hoĩs felicitate existimet, nec ciuilis reuera vnq̃ vir erit, dũ externa solũ atq̃ in primis bella respiciet, nec exq̃situs legũ cõditor, nisi gratia pacis de bello poti⁹ q̃ belli gratia de pace leges cõscribat. CLI. Recte hęc hospes dicta esse vident. Ego vero mirarer, siqs forte tã nostras q̃ Lacedęmoniorũ leges nõ belli gratia sedulo positas esse cõtendat. ATHE. Fortasse ita sit. Oportet aũt nõ cõtẽtiose sed quiete rẽ inquirere, studio q̃ maxime tã a vobis q̃ ab illis hmõi rebus adhibito. Attẽdatis igit oro. Incipiam⁹ a Tyrtęo, natura qdẽ Atheniẽse, Lacedęmoniorũ postea ciue, q prę cęteris hoĩbus maxime hmõi rebus incubuit. Nullã, inq̃t, illi⁹ ipse facio mẽtionẽ, nec oĩno vllius precii existimãdũ cẽseo, etiã si ditissimus oĩm sit, etiã si multa bona possideat. oĩbusq̃ fere numeratis infert, q nõ semp optime se gerat in bello. Hæc tu quoq̃ forsan carmina audiuisti. Nã hũc obtusum iã esse audiẽdo arbitror. ME. Vulgatissima hæc apud nos sunt. CLI. Ad nos quoq̃ hæc aduecta de Lacedęmone puenerũt. ATHE. Cõmuniter igitur hoc mõ hũc poetã interrogemus. O diuine poeta Tyrtęe, sapiẽs certe ac bonus nobis esse videris, q̃a excellẽtib⁹ eos extulisti laudibus, q in bello excelluerũt. de quo iã ego & hic & Clinias Gnosius valde tibi assentire videmur. Vtrũ autẽ eisdẽ de viris dicimus, an non, plane scire vellemus. Quare nobis explana, nũ tu quoq̃ sicuti & nos, duo belli genera arbitreris, an aliter. Adhęc arbitror non Tyrtęũ solũ, sed & quẽuis illo lõge deiectiorẽ, duo p̃tinus responsurũ. Alterũ qđ seditionem appellamus, omniumq̃ grauissimũ esse modo cõcessimus. Alterũ vero belli genus, qđ omnes ponimus multo mitius illo, quo aduersus externos & alienigenas vtimur. CLI. Cui dubium? ATHE. Dic igitur nobis: quos viros in quo belli genere ita valde laudasti, & quos vsqueadeo vituperasti? Videris eñ eos laudasse, qui externa magno animo bella gerunt, Sic enim in carminibus dixisti. Eos quidẽ prorsus despicio, qui sanguinolẽtas cædes spectare, cõminusq̃ cum hoste pugnare nõ audeant. Hinc nos o Tyrtæe, eos te laudare colligimus qui in externis bellis gerendis præ cæteris clareant. Concedet ista Tyrtæus? CLI. Quid ni? ATHE. Nos autem, cum hi clari sint, lõge clariores eos existimamus, q̃ maximo

Duo belli genera.

illis seruiēt, q mediis in voluptatibus sese cōtinere assueti sunt: & illis qui inter voluptates cōuersan tes, oblectamēta sibi suppeditare possint, pessimis forsan hoib⁹. Atq; ita animū partim seruū ptim liberū habebūt, nec omino fortes ac liberi appellari debebūt. Cōsiderate igit̃ siqd ex dictis probe vobis dici videt̃. CLI. Videt̃ qdem. ATHE. Sed iuuenū, immo vero amentium penitus esset, de tātis rebus statim ac facile assentiri. Verū si queadmodū proposuimus ita nunc prosequamur o Clinia hospesq; Lacedęmonie: moderationē nāq; post fortitudinē ponebam⁹: quā differētiā inueniem⁹ inter has & cæteras Resp. quę casu nō lege gubernari videntur, queadmodū nūc in bello! ME. Nō est ferme id facile. CLI. Vident̃ tū cōmunia cōuiuia certaminaq; gymnastica cōmode vtrisq; adinuēta fuisse. ATHE. Videt̃ autem o hospites arduū esse in Rebuspub. vt verbis ita & re ipa, vndiq; tutū aliqd certūq; inducere. Nā queadmodū in corporib⁹ fieri nō pōt vt aliqd vnū vni corpori studiū accōmodetur, qđ aliis prodesse, aliis obesse eidē corpori nō videat̃: sic & in ciuitate. Nēpe exercitatiōes hę comessationesq; ad alia qdē ciuitatib⁹ cōferūt, ad seditiōes aūt obsūt oīno. Cui⁹ rei Milesii, & Bœotii, & Thurii nobis exēplo sunt. Atq studia hęc prisca ex lege vobis cōsueta sunt, videnturq; naturales venereorū voluptates non in hoībus solū, sed in bestiis puertisse. Qua in re primę ciuitates vestrę possent accusari, & alię oēs qbus maxime cura gymnasticarū exercitationū est. Ac seu ioco siue serio intelligere oportet, intelligendum est, q cū fœmina & masculus ad generandū cōueniūt, conuentus huiusmodi voluptas secundū naturā his tributa videt̃. Quotiēs aūt mares marib⁹ aut fœminę fœminis commiscentur, voluptas ea præter naturā. Et qui primū tale facinus ausi sunt, voluptatis incontinentia id fecerunt. Oēs porro Cretensiū fabulā de Ganymede vehemēter culpam⁹, q aduersus Iouē ficta sit, vt cū ab eo leges ipsorū originē habuisse credant̃, eū deū imitātes q leges tradidit, hac etiā voluptate fruant̃. Sed fabula quidē valeat: eorū aūt q de legibus cōsiderant, cogitatio pene oīs de voluptatibus & doloribus tā circa publicos q̃ circa priuatos cuiusq; mores esse debet. Duo nanq; hi fontes natura scaturiūt: a quibus qui haurit, vnde, qn̄, quantūq; oportet, felix est, priuatus scilicet & ciuitas omneq; animal. qui aūt insipiēter & pręter opportunitatem contra viuit, infelix. ME. Recte ista dicūtur o hospes, nec quid aduersus hęc dici possit, videmus. Videt̃ aūt mihi Lacedæmoniarū legū conditor recte fugiēdas esse voluptates iussisse. Gnosiis aūt legib⁹ Clinia hic si volet, opitulabit̃. Nā apđ Spartiatas, q̃ ad voluptates ptinēt, optime oīm disposita esse arbitror. Quo em̄ oēs hoīes summopere in voluptates vehemētissimas, petulātiāq; & insaniā incidūt, id ab vniuersa regione lex nostra extermināuit: nec in agris, nec in vrbib⁹ quas Spartiatæ gubernāt, cōpotationes videbis, sed nec compotationibus coniūcta, quibus ad oēs voluptates mouemur. Nec vllus est, q cuidā ebrietate lasciuienti obuiam factus, nō maximo ipsum supplicio statim afficiat, neq; Bacchanaliū occasio ipsum liberet. Queadmodū apud vos in curribus vidi, & apud Tarentinos qui nostri coloni sunt, oēm in Bacchanalibus ebriam ciuitatē. Apud nos aūt nihil tale cōspicit̃. ATHE. Laudāda hæc oīa sunt o hospes Lacedęmonie, vbi cōtinētia quędā est: vbi aūt oīno pmittunt̃, emolliūt. Cito em̄ qspiā nostra defēdēs, te reprehēdat si mulierū apud vos licētiā apierit. Vna certe in oībus his & Tarentinos & nos, immo vero & vos respōsio liberat, q hęc pbe nō iprobe se habeāt. Quisq; em̄ pegrino admirāti q isolita videat, respōdere poterit. Noli mirari o hospes. hæc apud nos extat lex. Apud vos aūt iisdē de reb⁹ forsan alia lex ē. Nobis vero ī psentia o amātissimi viri, nō de hoīb⁹ aliis sermo ē, sed de cōditorū ipsorū virtute ac vitio. Verū latius de vniuersa ebrietate dicamus. Nō em̄ exigua res est, neq; ad abiectum quęq; ei⁹ spectat iudiciū. Nō dico vtrū bibēdū sit vinū nec ne, sed de ebrietate q̃rēdū inquā, vtrū ita vtēdū sit, queadmodū Scythæ ac Persæ vtunt̃, Carthaginienses pterea & Celtiberi & Thraces, quæ oēs gētes bellicosissimę sunt: vel queadmodū vos, q vt ais oīno abstinetis. Scythę vero ac Thraces mero penitus vtunt̃ tā viri q̃ mulieres, ac mero vestes pfundūt, pclarū hoc & beatū vitę gen⁹ existimātes. Persę vero aliis quoq; delitiis, quas vos spernitis, valde vtunt̃, q̃uis moderatius q̃ isti. ME. Sed oēs istos nos tū cū arma ceperim⁹ fundim⁹ atq; fugam⁹. ATHE. Noli hæc o vir optime dicere. Permulti nāq; & fugarūt alios, & ab aliis fugati sunt, de qbus certa qđā eiusmodi causa reddi nō pōt, fiet q id sæpius. Quare nō certū, sed ambiguū argumētū signūq; de honestis officiis & contrariis in vita sumemus si ad victoriam belli fugāq; respexerim⁹, psertim cū iuniores ciuitates a maiorib⁹ in seruitutē pugnādo redigant̃, vt a Syracusanis Locrenses, q optimis inter eas gētes legibus vsi sunt, & ab Atheniēsibus Cei. similiaq; huiusmodi multa liceat intueri. Igit̃ victoria & offensione belli ptermissa, conemur de vnoquoq; officio secūdū se cōsiderātes, quod in quoq; verū est, nobis persuadere. Dicamus autē queadmodū hoc quidē tale, bonum est: illud autem tale, non bonum. Sed in primis me audiatis, quomodo in huiusmodi rebus bonum malumq; considerari debet. ME. Quo pacto id ais! ATHE. Quicunq; rem aliquā statim in disputatione ppositā vituperāt aut laudāt, delinquere mihi videntur, idemq; facere, ac siquis cerealē cibū ab aliquo laudatum vt bonum, statim vituperet prius q̃ eius effectus percipiat, & qua ratione, quibus, cum quibus, quomodo præparatus, & quomodo

Fabula de Ganymede Cretensium est.

Duo fōtes dolor & voluptas, a qbus felix & miser haurit.

Carpuntur Athenę & Tarētū ob ebrietatē in bacchanalibus.

cœpimus,tractãda in primis ea mihi videntur,quę ad fortitudinẽ ptinent.deinde aliam atq; aliam virtutis spéciẽ transigemus,si vobis etiã ita placet.Verũ iã primũ ptractemus,ad eiusq; exemplar cæ tera,vt confabulatio leuamen nobis itineris afferat.postremo vero cũ de vniuersa virtute tractaueri mus,ea quæ modo retulimus,illuc respicere,si deus voluerit, ostendemus.CLI.Recte dicis,conareq; primo nobis Iouis hunc laudatorem cõprobare.ATHE.Conabor & te simul,& meipsum.Communis enim hæc nobis oratio.Dicite igit.Nũ conuiuia exercitiaq; , ad bellũ a legũ latore inuenta fuisse diximus?CLI.Vtiq;.ATHE.An tertiũ vel quartũ ad idẽ inuentũ fuisse dicendũ?Forte eñ ita dinumerare oportet,tũ in hoc virtutis genere,tũ in cęterarũ virtutũ siue parte, siue quomõcunq; aliter declarationis duntaxat gratia nominare deceat.ME.Tertiũ vero ipse dicerem, nec Lacedæmoniorũ qsq̃ negaret,venationẽ excogitatã fuisse.Quartũ aũt & quintũ inuenire conemur. Quartũ itaq; pono apud meos pcipuũ,scilicet doloris tolerãtiã:q̃ res pugnis inter se ac rapinis quibusdã , multis cũ vulneribus quotidie adhibet.Ad hæc occultatio quędã mirabilis,& ad tolerantiam valida,nudis in hyeme pedibus,nudo etiã sæpe reliquo corpore,sine ministris die nocteq; p omnẽ regionẽ errantum enarratur.Præterea in nudorũ exercitationibus adolescentũ mirabilis apud nos tolerantia,cũ intensi caloris potẽtię resistendũ sit.Multa huiusmodi apud nos alia sunt,quę non facile quispiã enumeraret.ATHE.Probe loqueris hospes Lacedæmonie.sed vtrũ ad timores solum atq; dolores fortitudini pugna est duntaxat?an etiã ad cupiditates voluptatesq;,ac vehementes quasdã blãditias,quæ eorum etiã qui honesti vident,animos flectũt,& quasi cæreos faciũt?ME.Aduersus hæc omnia. ATHE.Si recte dictorũ meminimus,hic ciuitatem aliquã seipsa inferiorem,& virũ aliquem inferiorẽ seipso esse dicebat.Ita ne hospes Gnosie?CLI.Ita prorsus.ATHE.Vtrũ igit eũ qui dolore frangit,an eũ qui voluptate superat,deteriorẽ vocare oportet?CLI.Eum arbitror qui superatur a voluptate: omnesq; voluptate illaqueatũ hominẽ,inferiorẽ seipso magis,& quidẽ cũ opprobrio,q̃ dolore demollitũ putãt. ATHE.Quare Iouis & Apollinis legum latores claudã fortitudinẽ non posuerint,q̃ ad sinistrã quidem aduersis resistere possit:ad dexteram vero,rebus secundis,& lætis,blandientibusq; succumbat: immo ad vtrũq; sufficientem.CLI.Ad vtrunq; arbitror.ATHE.Exponamus itaq; similiter q̃nã officia vestris in ciuitatibus sunt,quæ gustent quodãmodo voluptates,non fugiãt oĩno, quẽadmodũ nec dolores refugiunt,sed perinde vt de doloribus agunt,ducant in medias voluptates,ad easq; superandas compellant,& honoribus persuadeant.Vbinam vestris in legibus id conspicit, quod æque contra voluptates sicuti contra dolores,hoĩes fortes efficiat?victoresq; quorũ oportet ostendat, nec vllomodo patiaf a proximis cuiq; intra se & grauissimis hostibus supari?Dicite obsecro,quid apud vos tale?ME.Nõ ita facile hospes,quemadmodum multas dolori oppositas leges,ita etiam voluptati possem producere:nec magnas perspicuasq; partes aduersus voluptates habeo,paruas vero forsan reperiam.CLI.Nec ego in Cretensium legibus similiter id ostendere possem. ATHE.Nec mirum est optimi hospites.Verum siquis inter nos veri & optimi diligens inuestigator nonnihil in patriis cuiusq; nostrum legibus reprehendat,non graui quidem sed æquo animo vicissim ferre debemus.CLI. Probe loqueris Atheniensis hospes.Quare tibi parendum censeo.ATHE.Profecto non aliter Clinia huius ætatis & conditionis homines facere decet.CLI.Non certe.ATHE.Vtrum recte nec ne Laconicã & Cretensem Remp.quis reprehendere possit,alia quæstio est.Quæ vero a multis dicuntur,forsitan ego magis q̃ vos referre possum.Vobis quidem si recte constitutæ sunt leges,vna certe lex erit præclarissima,quæ iubeat ne quis iuuenum quærere audeat,recte ne an contra se leges habeant, sed vno omnium ore vnaq; voce recte tanq̃ a diis positas concedi præcipiat , nec vllo modo aliter pati quicq̃ a iuuenibus cogitari:Senem autem siqd excogitarit,principibus & æqualibus,nemine iuuenũ audiente, referre.CLI.Recte loqueris hospes.ac licet tunc a mente conditoris abfueris,tamen tãq; vates scite ista nunc cõiecisse videris,veraq; penitus dicere.ATHE.Itaq; nobis ad præsens iuuenes nulli adsunt.Ipsi vero ppter senectutem,sine peccato soli de his inter nos differere a legislatore permittimur.CLI.Est vt dicis.Quare nec parcas,sed libere leges nostras reprehende. Neq; enim turpe est discere,siquid non pbe se habet,in quo delinquit.Nã hinc siqs non cũ inuidia sed cũ beneuolentia accipiat,remediũ inuenit.ATHE.Præclare tu qdem.Ego tñ nõ rephendẽdo anteq̃ pro viribus diligenter considerem,sed dubitando potius verba faciã.Solis eñ vobis græcorũ barbarorũq; omniũ quorũ notitiã habemus,legislator pcepit a maximis voluptatibus iucũdissimisq; ludis cauere,nec ex his quicq̃ gustare.De doloribus aũt & timoribus,qđ mõ tractauimus censuit : q; videlicet siquis a primis annis eos declinare assuetus fuerit,quotiens necessarios dolores,metus,atq; labores subire oportebit,fugiet quidẽ illos qui in his exercitati sunt,eisq; seruiet. Hoc ipsum vt ego arbitror oportuit eũ de voluptate etiam cogitare , ac secum dicere,q; si ineunte ætate maximarum ciues voluptatum expertes erunt,nec præmeditati continere se in voluptatibus,nihilq; turpe iucunditatis voluptarię gratia facere,ita succumbent quẽadmodũ qui timore vincuntur, & modo quodam alio ac turpiore

Cõuiuia& exercitia inuenta ad bellum.

Fortitudo aduersus quid.

Peior,qui voluptate, q̃ q dolore frangitur.

Lex.nemo iuuenũ audeat vituperare legẽ,nec qre re vtrũ bona vel mala sit.

quasi magnam disciplinę partem,cõmunem in vini potu consuetudinẽ si recte fiat,laudare. ATHE. Profecto. CLI. Poteris ergo deinceps verum id esse ostendere? ATHE. Vera hæc ita esse o hospes approbare,cũ multi de his ambigant,solius dei est. Si tñ qđ sentio dicturus sum,nulla obstabit inuidia. postq̃ de legib⁹ & de Rep. verba facere i p̃sentia statuim⁹. CLI. Age conemur qđ tibi de his ambiguitatibus videt̃,pdiscere. ATHE. Oportet aũt cum & vos discere,& ego declarare cupiam⁹,quodãmõ orationẽ ꝑtrahere. Sed primũ illud audiatis. Gręci oẽs ciuitatẽ nostrã & eloquẽtię studiosam iudicãt & verbosam: Lacedęmonẽ vero atq; Cretã,alterã breuiloquã,alterã intelligẽtię magis q̃ verbositati studẽtẽ. Vereor itaq; ne vobis tãq̃ verbosus parua de re loq multa videar,dũ de ebrietate re qdẽ parua,nimis lõga vtor oratione. Cõpotationis aũt ipsi⁹ recta secũdũ naturã cõstitutio nũq̃ poterit sine recta musicę regula aperte & sufficiẽter oratiõe tractari,nec musica sine vniuersa disciplina. Quæ oĩa ꝑfecto multis indigẽt verbis. Videte igit̃ qd agendũ sit. An his in p̃sentia p̃termissis, ad aliã quãdã legũ q̃stionẽ iã trãseũdũ? ME. Ignoras forsan Atheniẽsis hospes,domũ nostrã cõmunẽ ciuitatis vestrę hospitẽ esse. Atqui forte oĩbus etiã pueris accidit,vt cũ audiũt maiores suos ciuitatis alicui⁹ hospites fuisse,beneuolẽtia q̃dã erga illã quasi secũdã patriã cõfestim a teneris vsq; annis eorũ animis illabat̃. Quod qdẽ mihi quoq; cõtigit. Audiebã eqdẽ a pueritia Lacedæmonios quotiens aliqd vel succenserent Atheniensibus,vel laudi darent,ita dicere,vestra Megille vrbs nobis id mali intulit aut boni. Atq; hæc audiẽs,pugnabã aduersus eos q vos vituperabãt,magna erga vos affectus beneuolẽtia. Ac mihi quidem nunc vestra vox valde iucunda est,quodq; vulgo fertur,Probos Athenienses, præcipue ꝓbos esse,vere ꝓrsus mihi dictũ videt̃. Soli enim suapte natura,diuina quadã sorte,non coacti neq; ficti,sed vere ꝓbi sunt. Quare mea quidẽ causa libere quodcũq; velis enarrato. CLI. Si me quoq; audies hospes,quæcũq; in mentem tibi veniant,summa fiducia ꝓferes. Fortasse nanq; audisti Epimenidem virũ fuisse diuinũ: qui ex familia nostra fuit,ac decẽ annis ante Persicũ bellũ dei oraculo monitus ad vos ꝑuenit,& sacrificia q̃dam dei oraculo edita fecit,Atheniensibusq; Persicã formidãtib⁹ classem p̃dixit,decennio Persas nequaq̃ venturos: sed & postq̃ venerint,infecta re discessuros, plura q; perpessos mala q̃ fecerint. Tunc qdã maiores nostri vestros hospitali affectu complexi sunt,& ex illo tempore parentes nostri egoq; vobis beneuoli sumus. ATHE. Parati ergo vos qdẽ estis audire vt videmini. Ego aũt ad dicendum volũtate promptus sum potius q̃ facultate paratus. Conabor tamẽ vt potero. Primũ vero quo ad hũc sermonem,qd disciplina sit,quãq; vim habeat,definiam⁹. Per hãc eñ eundũ est disputationi nobis in p̃sentia instituto,quousq; ad deũ ipm ꝑueniat. CLI. Ita certe faciẽdum est,si tibi placet. ATHE. Dum ego qd disciplina sit dico,cõsiderate nũquid mea vobis sententia placeat. CLI. Dicas. ATHE. Assero equidem eos q p̃stãtes viri in aliquo euasuri sunt,ab ineunte statim pueritia oportere id ipsum tã ludendo q̃ studendo in singulis ipsi cõueniẽtib⁹ meditari. Nempe siqs ꝑitus agricola aut ędificator futurus est, ludẽtem oportet a prima ętate vel colere terram,vel pueriles quasdã domos ędificare: atq; eũ qui educat vtrũq;,vtriq; instrumenta quędã parua, verorũ instrumentorum imagines,præparare. Ex doctrinis quoq; eas perdiscere debent, quæ ad rem suam faciunt. Quippe futurus faber mensurare ac regula vti: Eques futurus equitare ludẽdo, aut aliquid huiusmodi facere. In omnibus enim ludendo conari debemus,vt eo voluptates & cupiditates puerorum vertamus, quo eos tãdem ꝑuenire desideramus. Caput autem disciplinæ rectã educationem dicimus,quæ ludentis animum in amorem præcipue illius ꝑducit,quod in virili ætate perfecte cõparata virtute operis est acturus. Sed considerate nunc,vt dicebã,si quæ dicta sunt hactenus, vobis probãtur. CLI. Quid prohibet? ATHE. Neq; tamen indeterminatum relinqui debet, qd potissimum disciplinã esse dicamus. Cum enim vituperamus aut laudamus singulorum educationes, dicere solemus,disciplina instructum hunc esse,illum disciplinæ expertem,q̃uis cauponariã & nauigãdi artẽ cęteraq; huiusmodi optime calleat. Quippe non hãc disciplinã putamus,sed eã quæ a pueritia desiderari amariq; virtutem facit: & quidem illã,qua perfectus quispiã ciuis effectus,iure imperare sciat,atq; parere. Hãc educationem hic sermo solam disciplinam appellandam esse determinat. Illã vero quę ad colligendã pecuniam,vel ad corporis robur augendum,vel ad ꝑitiã quandã aliã absq; mente & iustitia conquirendam tendit,mechanicã atq; illiberalem,& disciplinę appellatione ducit indignam. Sed nos de verbo quidem non contendamus: hoc autem nuꝑ assertũ,inter nos cõueniat,q; qui rectã nacti sunt disciplinã,oẽs ferme ꝓbi euadũt: q cõtra,improbi. Quare nulla in re disciplina negligenda est,quæ p̃clarissimarũ rerũ prima p̃stãtibus hoĩbus adest. Et siquis in re aliqua excidit, potestq; corrigi,seipsum emẽdet,idq; ꝑ totã vitã ꝓ viribus faciat. CLI. Recte loqueris. Idcirco q̃ dicis concedenda sunt. ATHE. Atqui olim iã cõcessimus,bonos esse illos qui sibimet impare possunt, malos autẽ q nequeunt. CLI. Scite admodũ. ATHE. Resumamus igit̃ id ipsum, vt clarius innotescat qđ dicimus. Ac vos per imaginem id vt liqueat accipiatis,siquo modo possim rem vobis hanc aperire. CLI. Dic iam. ATHE. Nonne quemlibet nostrum vnum putamus? CLI. Vnum. ATHE. Habentem videlicet

Athenę eloquẽtes & verbosæ. Lacedęmõ breuiloqua. Creta intelligentiæ studens.

affectis corporibus offerri debeat. Qđ nos mõ facere in disputãdo videmur. Qui cũ primum ebrietatis facta métio est, statim alii vituperam⁹, alii vero laudam⁹, & valde qdẽ id absurde. Testib⁹ eñ allertoribusq; vtẽres, id facim⁹. Et alii qa plures habem⁹, aliqd fide dignũ afferre putamus. Alii quia vino abstinẽtes vincãt in pugna. qđ tñ ambiguũ nobis est. Si ergo hoc mõ etiã in aliis pcedem⁹, nihil mea sentẽtia faciem⁹. Quõ aũt mihi videt, conabor ipsi⁹ ebrietatis exẽplo, viã nobis p virib⁹ ac rationẽ rectam in huiusmodi oĩbus apire, pſertim cũ gentes innumerabiles de eisdẽ dubitãtes, duabus cũ ciuitatib⁹ vestris cõtendãt. ME. Audiẽdũ est omino siqua de his recta cõsideratio inueniṫ. ATHE. Cõsideremus itaq; sic. Siqs caprarũ cultũ, & genus id animãtis habendũ ac possidendum pbet: alius vero vituperet, cũ absq; pastore eas p sata pasci dãnũq; facere viderit, & omne adeo pecus vel sine pastore, vel malis pastoribus gubernatũ cõspexerit: nunqd iustã eius vituperationẽ cẽsebimus? ME. Nullo modo. ATHE. Gubernator vero, vtrũ gubernãdę nauis pbus erit princeps si gubernãdi solũmõ artem habeat, siue nausea exagiteṫ siue non? Vel quõ aliter dicimus? ME. Nequaq̃, si ad artem hæc accedit turbatio. ATHE. Quid aũt ductor exercitus? Si bellandi probe teneat artẽ, nũquid ex hoc sufficiens dux putãdus est, etiã si timidus sit, & in periculis ebrietate quadã metus ipsius nauseet? ME. Quonã mõ? ATHE. Quid porro, si neq; artẽ habeat, & sit timidus? ME. Ignauũ & inutilẽ narras omnino, neq; virorũ, sed viliũ quarũdam mulierũ principem. ATHE. Qui vero laudat aut vituperat societatem aliquã, cuius esse dux aliqs possit, sitq; vtilis societas quotiens suũ nacta est gubernatorem, ille vero nũq̃ eã recte viderit gubernatã, sed semp aut absq; principibus, aut cũ improbis, nũquid recte vnq̃ vituperare eã, aut laudare poterit? ME. Quo pacto id faciet qui nũq̃ societatem recte gubernatã pspexerit? ATHE. Age iã attẽdite. Cõpotatores cõpotationesq; nõne de multis cõmunionib⁹ vnã ponem⁹? ME. Sũmopere. ATHE. Hãc vero nũquid vnq̃ recte gubernatã aspexit qsq̃? Sed vobis respõdere facillimũ, nũq̃ id pspexisse. Neq; eñ id vobis ex patriis legibus cõsuetum. Ego aũt multis passim interfui, diligenterq; de oĩb⁹, vt breuiter dicã, q̃siui, nullamq; ferme recte vniuersam administrari aut vidi vnq̃ aut audiui, sed particulas quodammodo paruas quasdã & paucas. Multas aũt, vt sic dixerim, penitus aberrare cognoui. CLI. Qua ratione hęc dicis o hospes? Aperti⁹ enodato. Nos eñ vt aiebas, cũ nullã huius rei peritiã habeam⁹, nõ illico qd recte, qd nõ in ea fiat, cognoscere possum⁹. ATHE. Cõsentaneũ id qdẽ, sed conare me dicẽte pdiscere. In omni conuẽtu atq; cõmunitate quarũcũq; rerũ gerẽdarũ principẽ esse oportere fateris? CLI. Proculdubio. ATHE. Atqui paulo ante dicebam⁹ fortem esse pugnãtiũ principem oportere. CLI. Dicebam⁹. ATHE. Fortis aũt vir a timore minus q̃ timidus perturbaṫ. CLI. Est ita. ATHE. Siquis modus inueniri posset vt exercitui ducem prorsus intrepidũ præficeremus, nonne ad id omni studio niteremur? CLI. Maxime. ATHE. Nunc autem non de exercitu, nec imperaturo aduersus hostes in bello, sed de gubernaturo in pace iucundam inimicorum inter se consuetudinem dicimus. CLI. Sic est. ATHE. Qua in societate, si ebrietas aderit, nonne turbatio quoq; aderit? CLI. Aderit prorsus. ATHE. Primum igitur etiam his opus est duce. CLI. Maxime omnium. ATHE. Vtrum igiṫ principem qui nõ pturbeṫ, si fieri possit, deligere oporteat? CLI. Oportet sane. ATHE. Societatis conciliandæ peritũ hũc principem esse oportet. Eius enim officium esse debet, vt & pſentem amicitiã illis conseruet, & maiorem insuper ex eo contubernio fieri pcuret. CLI. Vera loqueris. ATHE. Nonne igiṫ sobrius & sapiens ebriorũ princeps, non contra, constituendus est? Nã si iuuenis, nec sapiens, sed ebrius, ipse etiã erit ebriorum princeps, bona secum ageṫ fortuna, si temeritate sua omnia non euerterit. CLI. Optima certe. ATHE. Siquis ergo compotationes, dum quoad fieri posset, recte in ciuitate dispositæ sint, accusaret, rem ipsam accusans, recte quãdoq; id forsan faceret. Sinautem compotationem nullo ordine gubernatã inspexerit, ppterea q; omnem compotationem vituperet, primum quidem patet ignorare eũ eam non recte disponi: deinde constat oĩa hoc modo, cũ absq; sobrio dño ac principe fient, improba visum iri. An non animaduertis q; ebrius nauis aut cuiusuis rei alterius gubernator euertit oĩa, siue naues, siue currus, seu exercitus, seu qđuis aliud ab eo regaṫ? CLI. Vere omnino id dixisti hospes. sed & hoc p nobis expone. Quid nobis cõpotationes hæ, si recte aguṅt, conferent? Vt quod modo dicebamus, recte ductus exercitus victoriã in bello afferet, bonum pfecto non paruum. Idemq; de cæteris iudicandũ. Compotatione vero recte gubernata, quid magni vel ciuitati vel priuatis accedet? ATHEN. Quid autem puero vno, vel vno quodam cœtu recte instituto, magni ciuitas adipiscetur? At enim ita de hoc interrogati respondebimus, paruam ex vnius duntaxat educatione ciuitati vtilitatem accedere. Si autem vniuersaliter de iuuenum bene institutorum eruditione quid potissimum conferat Reipu. quęras, haud difficile dictu erit. Bene enim eruditi, viri pbi euadẽt. Probi autẽ facti, tũ cętera bene agẽt, tũ etiã hostes pugnando vincent. Disciplina vtiq; victoriã pſtat, victoria nõnunq̃ negligentiã & ruditatẽ gignit. Multi enim in victoria elati, alia quoq; vitia multa p insolentiã contraxerunt. Et disciplina quidem nulla vnq̃ Cadmea fuit. Victoriæ vero multæ huiusmodi & fuerunt & erunt. CLI. Videris o amice

Disciplina victoriam pſtat, victoria nõnũq̃ negligẽtiã & ruditatẽ.

enim sunt q̃ victoriã pariũt:aduersus hostes qdem audacia,aduersus amicos aũt turpis infamiæ timor.CLI.Est ita.ATHE.Intrepidũ itaq; vnũquẽq; nostrũ,& timidũ fieri oportet. Quãobrẽ vero ita vtrũq; oporteat,iã distinxim⁹.CLI.Oĩno.ATHE.Atq quotiẽs intrepidũ aliquẽ reddere volum⁹, in multarũ terrorẽ formidinũ lege impulsum,talẽ efficim⁹.CLI.Ita videmur.ATHE.Cũ vero ptimescẽtia recto iudicio aliquẽ efficere volumus,eũ pfecto debemus reb⁹ ad impudẽtiã declinãtibus tentare, exercẽtes ipsum in pugna cõtra voluptates suas aut institutũ anteactę vitę,& ad victoriã cohortantes,atq; ita vincentẽ pfectũ ad fortitudinẽ reddere.Qui vero nec periculũ sui fecerit vllũ,neq; in his certaminib⁹ exercitatus fuerit,nec mediã qdẽ suarũ viriũ partẽ ad virtutẽ habebit. Temperatus aũt quõ erit pfecte,nisi voluptatib⁹ atq; cupiditatib⁹ plurimis ad impudẽtiã & iniuriã cõpellẽtibus fortiter repugnauerit,ac ratione opereq; & arte tã iocosis q̃ seriis in rebus deuicerit? An tẽperãs erit inquã q nihil huiusmodi sit ppessus?CLI.Haudquaq̃ verisimile est.ATHE.Sed dic oro, aliqd ne ad inducẽdũ timorẽ pharmacũ aliqs deus dedit hoĩbus,vt quãto plus ex eo qspiã bibat,tãto ex qualibet potione infeliciorẽ se fieri putet,cũ oĩa tã psentia q̃ futura sibi metuat,atq; ad oẽm formidinẽ etiã si fortissimus oĩm sit,tãdem deueniat:cũq; dormierit,& a potione huiusmodi liberatus fuerit,rursus sibi idẽ quotidie accidat?CLI.Et quã o amice hmõi potionẽ in hoĩm vita fuisse vnq̃ dicem⁹?ATHE. Nullã vtiq;.Tñ si reperiret hęc potio,esset ne ad fortitudinẽ cõditori legũ idonea, vt tale qd de ipsa dicere ad latorẽ legis possem⁹?Age primũ dic legũ cõditor,siue Cretẽsib⁹,siue qbuscũq; aliis leges cõscribis. Vtrũ velles de ciuib⁹ tuis posse fortitudinis,& ignauię periculũ facere?CLI.Velle se pfecto qlibet respõderet.ATHE.Deinde vtrũ id tuto,neq; magno imminẽte piculo,an cõtra?CLI.Tuto scilicet atq; secure qlibet cõfitebit.ATHE.Nũ igit potione hac vteris ita eos ad terrores cõpellẽs,& in ipsis pturbationib⁹ arguẽs monitu tuo ac iussu,vt ciues tuos impterritos facias,alios honorãs,alios aũt vituperãs si tuis monitis nõ paruerint?Atq; eos q strenue exercendo se gesserint impunes relinquas:at eos q cõtra,dãno afficias?An nullo mõ vteris,q̃uis nihil habeas in eo aliud qd accuses?CLI. Cur nõ vtat hospes?ATHE.Exercitatio qdem o amice pter cõsuetas mirę facilitatis est,qua vnus & pauci possũt & quotcũq; volueris exerceri.Ac siue qs in deserto solus pudorẽ plurimifaciẽs,q; antea q̃ fortior sit videri ab aliis nolit,ita aduersus formidinẽ se exerceat,potione hac sola præ multis rebus aliis pręparata,probe aliqd pfecto efficiet:seu qs cõfidẽs natura se,& vsu satis instructũ, non formidet cũ multis cõpotatorib⁹ exercitatus,potẽtiãq; in necessaria differẽtia potionis ostẽdere vsque adeo pualẽs & exupans,vt in nulla re magna p impudẽtiã erret,& pper virtutẽ e suo statu nõ moueatur,ac iuxta vltimã potionẽ ante ebrietatẽ discedat apprime cauẽs meri in oẽs hoĩes violẽtiã. CLI. Certe & hic o hospes ita se gerẽs,moderat⁹ euadet.ATHE.Rursus ad cõditorẽ legũ ita dicamus.O legis cõditor,neq; de⁹ tale adhuc hoĩb⁹ timoris dedit pharmacũ,neq; ipsi excogitauimus.Ipsos nãq; veneficos in cõuiuio nequaq̃ dico.Cõfidẽdi aũt valde,& intrepide pterq̃ oportet audẽdi ĩ qbuscũq;, vtrũ est potio quędã,an nulla?CLI.Vinum esse dicet.ATHE.Porro cõtra id facit q̃ ea potio de qua modo facta est mẽtio.Nã cum biberit qs,primo alacrior fit q̃ prius erat:deinde quo plus biberit, eo maiore & meliore spe atq; insup potẽtia p sua opinione replet.Tandem quasi sapiens,ea homo confidentia,libertate,audaciaq; replet,vt intrepide & dicat,& faciat qcqd placet.CLI.Arbitror equidẽ oẽs id concessuros.ME.Certe omnes.ATHE.Recordemur itaq; nunc duo quædã esse quę in nostris animis curãda superius diximus.Alterũ vt maxime cõfidamus,alterũ vt maxime formidemus. CLI.De pudore dicta hæc existimamus.ATHE.Recte tenetis.Sed quoniã fortitudinem imperterritiq; animi habitũ in timoribus pmeditari oportet,cõsiderandũ nũqd cõtrariũ in cõtrariis pręmeditari cõueniat.CLI.Consequens id est.ATHE.In iis igit q̃ perpessi cõfidentes audacesq; maxime fieri natura solemus,cogitandũ videtur vt q̃ minime impudentes & audaces simus,sed cõtra formidolosi ad dicẽdũ aut patiendũ aut agendũ quicq̃ turpe.CLI.Ita videt.ATHE.Nõne hæc ita sunt,in quibus tales sumus,ira,amor,petulantia,inscitia,auaritia,secordia,& ad hæc illa,diuitiæ, forma,vires,& quæcũq; voluptatis ebrietate quadã homines amentes faciunt?Ad horũ omniũ facile & innocuũ periculũ faciendum,inducendamq; exercitationem,nullam habemus voluptatem cõmodiorem ea quæ in vini ludo mores examinat,si modo prudens quædam cautio adhibeat.Cõsideremus autem, vtrũ difficilis & agrestis animi,vnde plurimę perpetrant iniuriæ,in ipsis commerciis summo cũ rerũ discrimine,an potius Dionysii spectaculo faciendũ periculum sit:an vero animi ad venerea proni affectũ cõsiderare ita debemus,vt summo cũ piculo cõiũctissimos sibi,filias videlicet ac filios cõmittam⁹. Per multa insup afferre qs poterit,neq; verbis cõsequet,quãtũ pstet cũ ioco simpliciter , sine dãno hoĩm mores exqrere.Qua de re neq; Cretenses neq; alios hoĩm vllos dubitaturos vnq̃ putamus, qn hmõi morũ examinatio cõueniẽs sit,ac p̃ cæteris facilis,tuta,breuis.CLI. Verũ id qdem . ATHE.Hoc igit vtilissimũ quiddam erit,naturas & habitus animorum arte illa cognoscere qua ista curãda sunt.Est autem hoc,vt arbitror,ciuilis facultatis officium.An non?CLI.Sic est omnino.

Gradus ebrietatis.

i se cõsiliarios duos, cõtrarios atq; amẽtes, quos voluptatẽ ac dolorẽ appellam⁹. CLI. Et hoc. ATH. Ad hos futurorũ opiniões accedũt, qbus cõmune nomẽ spes ẽ: ꝓprie vero q añ dolorẽ spes ẽ, timor: q ante cõtrariũ, cõfidẽtia. Ad hęc oĩa rõnis iudiciũ, dictãs qd istorũ melius sit, qd pẽius. Hoc si cõmune decretũ ciuitatis efficit, lex nominat. CLI. Vix ego te sequor. Dic tñ quę restãt, perinde ac si sequerer. ME. Idẽ mihi quoq; accidit. ATHE. Sic aũt de his cogitemus, vt miraculũ quoddã diuinum in animãtiũ genere vnũquẽq; nostrũ existimem⁹, siue ludo seu studio quodã, nõ eñ id nouim⁹ a superis cõstitutũ. Illud aũt nõ ignoram⁹, q hi effectus in nobis quasi nerui aut funes ingeniti trahunt nos, cõtraq; inuicẽ retrahũt ad cõtrarias actiones, vbi virtus, & vitiũ discreta versant. Ratio eñ tractionem vnã sequẽdã semp, neq; vnq̃ relinquendam, sed ad illã cęteros quoq; neruos retrahendos aperte dictat. Eãq; iudicii rationalis esse pductionẽ a ureã atq; sacrã, quæ ciuitatis lex cõmunis vocat. Et cæteras qdẽ duras ac ferreas esse, hãc mollẽ, q aurea sit: & vniformẽ pterea, cęteras multiformes. Oportere itaq; pulcherrimã legis ductionẽ seq semp, eiq; fauere. Nã cũ rationis iudicium honesta res sit, & mitis qdẽ potius q̃ violenta, ministris ductionẽ ipsius egere, vt aureũ in nobis genus alia genera superet. Et sic illis fabula, qua mira res homo esse narrat, virtute seruabit: & qua ratione superior qs & inferior quodãmodo seipso dicat, planius cognoscet: & q oporteat priuatũ quenq; vera in seipso de his tractibus rõne pcepta ad eã vitã suã dirigere: Ciuitatẽ vero, vel a deorũ aliquo, vel ab hoc ipo q hęc cognouit, ratione accepta eã habere ꝓ lege, ad eiusq; normã officia sua secũ, & cũ aliis ciuitatibus instituere. Atq; ita virt⁹, & vitiũ clarius nobis distincta patebũt, qbus plane pceptis, & disciplina & reliqna studia magis forsan clarescẽt. Cõsuetudo præterea, quę in vino habet, de qua longiorẽ habere sermonẽ, vile fortassis putabit. CLI. Forte vero non videbitur ꝓlixa oratione indigna. ATHE. Probe loqueris. Quare dicam⁹ qd in ea sit dignũ. CLI. Prosequere iã. ATHE. Si miræ huic rei ebrietatẽ afferamus, qualẽ ipsam reddem⁹? CLI. Ad qd modo istud rogitas? ATHE. Nondũ dico ad quid. Sed si mira hæc res vino se misceat, qualis reddit? Verum apertius etiã qd volo dicere conabor. Tale quiddã interrogo. An vini vsus, voluptates, dolores, iras, amores, vehemẽtius cõcitet. CLI. Maxĩe quidẽ. ATHE. Vtrum etiã sensus, memoriã, opinionẽ, intelligẽtiã similiter vehemẽtiora efficiat. An prorsus extinguat, siquis ebrietate fuerit occupatus. CLI. Omnino certe extinguit. ATHE. Ad eũ igitur animi habitum redit, quem puer primis ab annis habebat. CLI. Profecto. ATHE. Quare minime tũc suiipsius cõpos erit. CLI. Minime. ATHE. Erit itaq; pessimus. CLI. Valde. ATHE. Non solũ igit senex, vt videt, bis erit puer, sed ipse etiã temulẽtus. CLI. Optime id hospes est dictũ. ATHE. Poterit ne ratio nobis aliqua suadere hãc rẽ aliquo pacto gustãdã esse? neq; esse totis virib⁹ fugiendam? CLI. Poterit forsitan, vt tu ais, & modo paratũ te dicere ostendebas. ATHE. Optime meministi. Nempe & nunc paratus sum, quandoquidem vtriq; libenter audituros vos promisistis. CLI. Quid ni audiamus, & si nõ ob aliud, tamen quia mirũ absurdũq; videt, si oportebit quãdoq; hoĩem sponte seipsum in omnẽ prauitatẽ immittere? ATHE. Animi ne dicis? CLI. Animi. ATHE. Nunqd autẽ mirabimur o amice, siqs in corporis prauitatẽ, maciẽ dico, deformitatẽ, imbecillitatẽ sponte deueniat? CLI. Quid ni? ATHE. An igitur putamus eos q vltro medicorum pharmaca accipiunt, ignorare se paulo post ita corpus per aliquot dies affectum habituros, vt si affectum similiter perpetuo sint habituri, viuere nolint? An etiam ignoramus eos qui gymnasia, & labores subeunt, imbecilles lassitudine confestim fieri? CLI. Hæc omnia nouim⁹. ATHE. Atqui & istud, q cuncti futuræ vtilitatis gratia ad hæc vltro pficiscunt. CLI. Præclare. ATHE. Nonne eodem modo de cæteris rebus existimãdum? CLI. Eodẽ prorsus. ATHE. Nõ aliter quoq; de cõpotatione vini est cogitãdum, si datur hoc in istis recte considerari. CLI. Sic certe. ATHE. Si vtilitatem aliquam habere perspiciet nihilo inferiorem q̃ quæ in corporali exercitatione inest, bene quidem. principio tamen in hoc exercitationem corporis superat, q hæc dolorem habeat, illa non habeat. CLI. Recte id qdem. Sed mirarer eqdem, siquid tale in eo possemus pcipere. ATHE. Hoc ipsum iam explanare conandum. Quare mihi dicas. An duas timoris species inuicem pene contrarias possumus cogitare? CLI. Quas dicis? ATHE. Has inquam. Timemus profecto mala, cum futura expectamus. CLI. Timemus. ATHE. Metuimus quoq; sæpenumero existimationem, cum formidamus ne dicendo aut faciendo aliquid minus honestum, mali videamur. Quem quidem timorem nos, immo omnes, vt arbitror, pudorem appellamus. CLI. Cui dubium? ATHE. Hos equidem timores duos dicebam, quorum alter contrarius quidem est doloribus cæterisq; timoribus, contrarius est & plurimis ingentibusq; voluptatibus. CLI. Recte admodum. ATHE. Nonne igitur, & legislator, & quiuis alius qui prodesse hominibus quoquo modo possit, hunc timorem maximo honore colat, vocetq; pudorem? confidentiam vero huius contrariam impudentiam nominet, ac maximum priuatim & publice malum hominibus arbitretur? CLI. Recte dictum. ATHENIEN. Is vtiq; timor & in aliis multis ingentibusq; nos maxime seruat, & in bello, si vnum vni comparetur, hic certe maxime omnium victoriam nobis salutemq; largitur. Duo

Hõ in animãtiũ genere vt miraculum.
Rõ ad vnũ intendit.

Nocumẽta a vino.

Temulẽt⁹ ẽt bis puer

res bibētiū obseruātibus, corrigētibusq;, & tūc opportune quādo p vinū molliores facti fuerīt, reformātibus. Cōcludit deniq;, si eiusmodi cautionib⁹ ciues in cōuiuiis vtant mero, tanq̄ ad ea quæ dicta sunt vtile cōcedendum: vsum vero eius ad suā cuiusq; libidinē a ciuibus suis pcul arcendum. Quippe cum sacras Palladis arces, quæ ante omnia colendę sunt, impudentissime pulset.

DIALOGVS. II. DE LEGIBVS VEL DE LEG. LATIONE. ATHE.



EINCEPS Aūt de his cōsiderādū est, vtrū id solū bonū habeāt, vt pspiciam⁹ quō naturę nostrę se habēt, an magna etiā vtilitas multo studio digna in vini cōpotatione, si recte regit, insit. Quid igitur dicimus? Inest vtiq;, vt sermo significare videt. Vbi aūt, & quomodo, attēte obsecro audiamus, ne ab eo ppediamur. CLI. Dic igit. ATHE. Repetere itaq; memoria cupio qd esse rectā dicimus disciplinā. Huius em̄, vt in psentia cōiicio, est in hoc officio quādo recte institutū est, salus. CLI. Magnū dicis. ATHE. Primū profecto puerorū sensum esse dico voluptatis atq; doloris, atq; hęc duo esse in q bus primū virtus & vitiū animo innascunt. Sicui autē prudētia, & vera opinio, ac stabilis, vel in senectute affuerint, felix est. pfectus porro vir est, q hæc, & q̄ in his sunt omnia possidet bona. Disciplinā appello virtutē q̄ primo pueris aduenit. Si voluptas & amor dolorq; & odiū recte in animos influāt anteq̄ ratione moueant, & rōne deinde psente, rōni cōsentiāt pter supiorē bonorū morū cōsuetudinē, hęc ipsa cōsensio vniuersa quidē virtus est. Ipsam vero decētē circa voluptates & dolores assuetudinē, p quā ab initio vsq; ad extremū vitæ homines oderint q̄ odisse oportet, & amēt q̄ amāda sunt, si p seipsam seorsum ratione cōsideratā disciplinā vocaueris, recte vt ego arbitror appellabis. CLI. Etenim quæ antea Hospes & quæ nūc de disciplina disseruisti, pbe dicta vident. ATHE. Bene igit est. Huiusmodi vero voluptatū atq; dolorū rectā educationē, quę disciplina dicit, trāsgrediunt homines in vita, ac sæpe peruertunt. Dii aūt genus hominū laboribus natura pressum miserati, remissiones laborū ipsis statuerunt, solennia videlicet festa vicissim in ipsorū deorū honorē instituta pbētes. Musas qnetiā, & Apollinē Musarū ducē, & Bacchū cōcelebratores, deorūq; cōsilio emēdatores iter solēnia morū adhibuere. Cōsiderādū igit vtrū hic sermo secūdū naturā nobis ac verus est, q dicit: tenerioris ætatis omnes, vt vno verbo cōplectar, nō posse nec corpore, nec voce quiescere, sed moueri semp, & loq velle, alios exultātes, ac gestiētes, & veluti cū voluptate saltantes ludentesq;, alios variis vocibus conclamātes. Ac cętera qdē animalia ordinē ordinisve defectū, q sane ordo in motibus inspicit, & rhythmus harmoniaq; vocat, nequaq̄ aduertere. Nobis aūt ab his diis quos concelebratores datos esse nobis diximus, rhythmi & harmonię participē sensum esse tributū, eosq; mouere nos cū voluptate, chorumq; nobis ducere cantibus & saltationibus nos inuicem copulantes: quem qdem chorum a Chara, id est lætitia nominauerint. Primū vero cōsiderandum, nū concedamus, disciplinam primam per Musas & Apollinem esse. An quomodo? CLI. Ita prorsus. ATHE. Disciplinæ igit expers dicendus est, q nunq̄ chorea vsus est. Disciplinę vero cōpos cōtra, q satis id fecit. CLI. Sic ponimus. ATHE. Chorea vero omnis tripudiū simul est, & cōcētus. CLI. Necesse est. ATHE. Quisqs ergo bene disciplina instructus est, & saltare, & cātare bene potest. CLI. Videt. ATHE. Sed videamus qd est qd modo diximus. CLI. Quid istud? ATHE. Cū bene cātare, & bene saltare quēpiā dicimus, vtrū etiā bona cātare, & bona saltare, addēdū est an nō? CLI. Addēdū. ATHE. Quid porro? Siqs honesta, vt sunt, ita honesta esse arbitratur, & turpia similiter turpia, atq; ita his vtit, melius choreā musicāq; tenebit q̄ ille qui corpore atq; voce qd honestum putat sufficiēter exequi passim valet, nec honestis tamē gaudet, nec odit turpia? an ille qui q̄uis voce corporeq; nō potest vt decet assequi, voluptate tamē, & dolore assequit, vt bonis qdem gaudeat, praua autem oderit? CLI. Magnū vero disciplinæ discrimen o hospes narras. ATHE. Si ergo cantus tripudiiq; bonū nos tres non ignoramus, cognoscimus vtiq;, & q disciplina recte potitus est, & qui cōtra. Sin autem hoc ignoramus, neq; si qua disciplinæ conseruatio est, & vbi est, scire vnq̄ poterimus. Nonne ita? CLI. Ita prorsus. ATHE. Deinceps igitur sicuti canes per vestigia decentem figuram, melodiam, cantum, & saltationem inuestigemus. Nam si ista nos fugiant, frustra de recta disciplina siue græca seu barbara disputabimus. CLI. Sic arbitror. ATHE. Quam igitur figuram, & melodiam bonam vocare decet? Num fortis animi, & timidi similes figuræ vocesq; in eisdem æquisq; laboribus sunt? CLI. Quomodo similes, quando neq; colores? ATHE. Scite o amice, sed in Musica & figuræ sunt, & concentus, cum circa rhythmum & harmoniam versetur. Quare boni rhythmi harmoniæq; figuram & cantum licet dicere, boni autem coloris non possumus recte dicere, perinde imaginantes, vt magistri choreæ solent. Ignaui autem & fortis viri figura quædam est & cantus: atq; hæc recte in viris fortibus honesta, in ignauis turpia nominantur. Sed ne in his longior sim, omnes simpliciter virtuti animi, vel corporis, aut virtutis

Prim⁹ sensus puerorū est voluptas & dolor.

Oēs tenerę ętatis non posse quiescere.

Qui rhythmus & harmonia

Quæ chorea.

Argumentum Marsilii Ficini in Dialogum.II.De Legibus.



LATO Noster mirifica in genus hoim charitate,nihil in disputationibus suis intẽtatũ relinquit qđ ad humanã salutẽ quauis ratione cõducere videat. Atq; dum id studiose contendit,mauult vel prolixi nimiũ,vel etiam curiosissimi crimẽ subire, q̃ negligentis.Ergo exquisitã in secundo etiã libro ætatis tenerę prosequit disciplinã. Animaduertens eñ pueros ferme vt bestias,quasi nihil pensi habere,sed & quocunq; voluptas trahit ꝓrũpere,& vndecũq; retrahit dolor,ꝓtinus aufugere, nõ iniuria prius q̃ male vel ꝓsequendi,vel fugiendi ꝓcliuitas in habitũ inolescat, aurigam pueritiæ equis imponit,voluptatis videlicet,& doloris habenas manu tenẽtem.Quẽ qdem aurigã nominat disciplinã, virtutẽ scilicet q primo pueris aduenit, qua voluptas,& amor,dolorq;, & odiũ p alienã rationẽ recte in aĩos influũt,anteq̃ ratione ꝓpria moueanť:ratione deinde p̃sente,ꝓprię insup rationi cõsentiant,ꝓpter superiorẽ bonorũ morũ cõsuetudinẽ.Hãc ipsam cõsensionẽ, vniuersam vult esse virtutẽ. Ipsam vero decẽtẽ circa voluptates & dolores assuetudinẽ,p quã ab initio vsq; ad extremũ vitæ homines oderint quę odisse oportet,& amẽt q̃ amãda sunt,q̃ diu sub alterius regiť ratione, noiat disciplinã. Deinde vero,cũ rõni ꝓprię iã expgefactę cõsentit,noie virtutis appellat.Eiusmodi vero vitæ moralis fundamẽtũ maximi esse momẽti, vel Aristoteles ipse in Ethicis magnopere cõprobat.Cum vero inqeta sit puerorũ natura,oblectamẽtorũq; p oĩa cupida,& idcirco seuerã nõ suscipiat disciplinam,merito sub honesta musicæ illius cõmunissimæ voluptate virtutis vestigia p̃ferente,iubet pueros educari,immo vero & seniores interdũ,qbus ad laboriosæ vitæ solamen oblectamẽta qdã honesta sunt adhibẽda.Hãc vtiq; ob causam inqt deos laboriosam vitã hoim miseratos,haud ab re inlaborum remissionẽ solẽnia illis sacra festaq; instituisse.Musas qnetiã,& Apollinem, & Bacchũ ad hæc cõcelebrãda duces adhibuisse,q morũ lasciuiã emẽdarẽt,& naturã auidã motionis p musicã motionũ rationẽ moderarenť,honesteq; delectarẽt.Hęc aũt verba nõ solũ musicę vsum laudãt diuinit⁹ cõmẽdatũ atq; cõcessum,verũetiã allegorice docent hoiem multis de causis brutis fore miseriorẽ, nisi diuina ꝓuidentia atq; cognatione diuinũ cultũ religionẽq; susceperit. In qua qdẽ Musę diuinã significant veritatis inuẽtionẽ religiosis a deo cõcessam:Apollo aũt inuẽtionis eius gratã expressionẽ atq; vaticiniũ:Bacchus deniq;,tũ mẽtis abstractionẽ,tũ opera religiosorũ hominũ admirãda.Aĩaduerte harmonicã rationẽ nobis p̃cipue a diuina ꝓuidẽtia esse tributam,p quã oẽs inqetę naturæ motus q suapte natura incõcinni forẽt,cõcinnaremus.Sed a Musis qdẽ habem⁹ motionis animi cõsonãtiã, ab Apolline præterea concẽtũ in sermonis cãtusq; motu, a Baccho deniq; festiuã in motu membrorum cõcinnitatẽ.Dũ vero de hac p musicã disciplina,& ad pueros oĩno,& ad seniores etiã ꝑtinẽte diligẽtissime disputat,eadẽ q & in Rep.posuit,repetit instituta,p quę poetis,musicis,pictorib⁹,nunq̃ licẽtia cõcedať quodcunq; voluerint imitãdi,sed honesta dũtaxat & grauia ꝓ salute spectãtiũ & audientiũ imitenť.Imitationis aũt iudices esse vult ꝑitos hoies,atq; grauissimos,iubetq; vt per honestam imitationẽ quotidie frequẽtatã adolescẽtes assuefiant in ludis oĩbus pariter atq; studiis semp rebus eisdẽ,qbus & leges senioresq;,gaudere atq; dolere. Quã qdẽ assuefactionẽ totũ virtutis fundamẽtũ iudicat cõtinere.Inter hæc nonnulla memorię cõmẽdato ad p̃cepta morũ plurimũ cõducẽtia. Iniustus etiã si cũcta q̃ inter hoies habenť bona,possideat,est infelix:& q̃diu ita viuit,p̃stare ei dicendũ est mori q̃ viuere.Itẽ qcũq; honestũ,vtile,iucũdũ,inuicẽ loquendo discreuerit, nõ est audiendus. Et q̃uis honesta iustaq; vita possit interdũ videri laboriosa,nunq̃ tñ id pueris est dicẽdum,immo vero iustissimã vitã fore omniũ iucũdissimã.Quod tãdẽ fore necessariũ Plato asserit,q̃uis forte iis qbus cũ disputat,aliter videať.Idq; tacere iubet. Veritas tñ pulchrũ qddã est,& stabile.Descẽdit post hæc ad vini vsum,quẽ vult a iuuenib⁹ ante annũ ætatis decimũ & octauum penitus ignorari. Alioquin ignẽ inqt ad ignẽ tã in aĩam,q̃ in corpus infũdi.Post hãc ętatẽ vinũ moderate bibi ꝑmittit.Post quadragesimũ vero annũ in cõuiuiis inter deorũ hymnos cõcedit vinũ liberius bibere,quasi remedium aduersus duritiã senectutis,p qđ reiuuenescere videamur,& mœstitiæ nos obliuio capiat,ipsaq; affectio animi,sicuti ferrum in igne,ex duritie in mollitiem deducta flexibilior fiat.Quo effici vult,vt seniores qui alioquin cãtare nollent,facti hilariores in conuiuiis ad iuniorũ aures cantare velint,atq; vna eorũ animis,vt ita dixerim,incantare.Qua qdem incãtatione per melodiam grauiter concinentem iuniorum animi temperentur.In his legendis,notabis gratiam ipsam,in rebus quidem pulchritudinem,in cognitione vero voluptatem cognominari. Notabis nullum animal præter hominem rhythmi,& harmoniæ sensum habere.Atq; rhythmum esse ordinem in tempore atq; motu: Harmoniam vero esse ordinem in ipsa vocum per acutum & graue contemperantia.Quod sæpe harmoniam dicimus,concentum latine ꝓprie dicimus.Qđ autẽ rhythmũ,commode numerum dicere possumus,modo intelligas numerũ in tẽpore atq; motu.Notabis qua in re vini cõsistat vtilitas, & qua cautione sit bibẽdũ,p̃sentibus videlicet cõuiuio conditoribus legũ siue custodibus,sobriis qdẽ & mo

bus ciuibus congregatis voluptatis gratia certamen dũtaxat instituat, præmiaq; ei ꝓponat,q̃ spectatores maxime delectabit,iudicatusq; fuerit id optime omniũ effecisse,cũ nullus delectandi modus expressus sit,quidnã ex preconio euenturũ putamus? CLI.Qua de re dicis? ATHE.Par est vt alius sicut Homerus Rhapsodiã ostẽdat,alius Citharœdiã,Tragœdiã alius,alius vero Comœdiã.Neq; deerit q miraculo ostẽdendo victoriã se opinet cõsecuturũ.Cũ tales,& alii generis eiusdẽ certatores multi cõfluxerint,possumus ne dicere,quis nõ iniuria victor euadet? CLI.Absurdũ quid petis.Quis enim scite ad id respondere poterit,prius q̃ ipse ibi p̃sens singulos certatores audiuerit? ATHE.Vultis ne igit̃ vt ipse ad absurdũ istud respõdeã? CLI.Quid ni? ATHE.Si pueri admodũ parui sentẽtiã dicant,eũ q miracula ostẽtet,vicisse alios iudicabũt.An nõ? CLI.Quid obstat? ATHE.Pueri vero maiusculi comœdũ ceteris anteponẽt.Sed mulieres erudite atq; adolescẽtuli,& ferme omniũ multitudo,Tragœdiam fortasse laudabũt.CLI.Fortassis ita cõtinget.ATHE.Seniores autẽ nos iucũdissime Rhapsodũ forsitan audiemus,qui Homericũ aliqd,Iliada vel Odyssea,aut aliqd Hesiodicum bene cecinerit,victorẽq; omniũ predicabimus.Quis ergo iure victor sit,declarandũ nõne restat? CLI.Sane. ATHE.Perspicuũ quidẽ est,vt & mihi videt̃,& vos necessario concedetis,eũ reuera esse victorẽ q vicisse a nostris æqualibus iudicabitur. Vsus enim rerũ quẽ ab ætate habemus, omniũ qdẽ ciuiliũ magnũ quiddã vbiq; est & optimũ. CLI. Proculdubio.ATHE.Concedo igit̃ ipse hoc multis,voluptate Musicam iudicandã, nõ tamẽ quorũuis hominũ voluptate,sed illã ferme musam esse dico pulcherrimã,que optimos satis q; eruditos delectet,precipue vero,que virũ virtute & disciplina prestantẽ.Quapropter virtute egere harũ rerũ iudices affirmamus.Nã & prudẽtie eos & fortitudinis oportet esse participes.Prudẽtie quidẽ,quia nõ debet verus iudex que determinãda iudicio sunt,ab alio discere, & quasi stupefactus tam clamore multoꝝ q̃ ignorãtia sua ita ferre sententiã.Fortitudinis autẽ,qa nec etiã si p seipsum intelligit,debet ꝓpter ignauiã,& formidinẽ ex eodẽ ore,quo iudicaturus deos inuocauit , desidiose iniquũ iudiciũ ꝓmulgare.Non eñ vt discipulus,sed vt magister spectatoꝝ,sicut par est, iudex sedet p tribunali,ineptis spectantiũ voluptatibus aduersatur[9].Licebat prisca Grecaq; lege,quẽadmodũ nũc Sicula & Italica:quæ multitudini spectatoꝝ rẽ pmittẽs,& manibus tensis victorẽ declarãs , deprauauit qdẽ poetas ipsos,qui ad iudiciũ vulgariũ prauã voluptatẽ cõponũt oĩa,ita vt ipsi spectatores poetas, & se ipsos erudiãt.Corrupit & ipsius spectaculi voluptates.Nã cũ eos oporteat q intersunt,meliora semp moribus suis audire,atq; ita meliorẽ cõsequi voluptatẽ,nũc eis ex theatro cõtrariũ accidit.Quid igitur hec ita dicta sibi volũt? Animaduertite nũ hoc sit qd volũt.CLI.Quidnã? ATHE.Ter iã aut quater ad idẽ circũuoluta oratio mihi videt̃,disciplinã educationẽ esse pueroꝝ,q̃ ad eã viuẽdi rationẽ pducit,quã lex rectã esse dictat,& viri æquitate p̃stantes senioresq; vsu rerũ sicuti rectã vere cõprobarũt.Vt igit̃ puerorũ animus legẽ ita sequat̃,vt nõ cõtrariis,sed iis qbus lex & senior,doleat atq; gaudeat,probus legũ conditor suadebit:& si opus fuerit, coget poeticũ hominẽ honestis in verbis tẽperatorũ,& fortiũ,& oĩno bonoꝝ hominũ gesta describere,tã figuras eoꝝ in rhythmis q̃ accẽtus ĩ harmoniis vt decet effingentẽ p eos cantus quas Odas vocamus, quæ reuera Epode.i.incãtationes circa animos sunt,de industria ad id cõposite vt hominũ animi in dolẽdo & gaudẽdo legibus obsequãtur. Quia vero teneriores animi seria studia nõ suscipiũt,ioci & cãtus ista dicant̃ & fiãt: ideq; ĩ his efficitur,qd agere solẽt qui hoĩes corpore ægrotãtes curãt.hi nãq; alimẽta cõueniẽtia qdẽ iucũdis condimẽtis illiniũt,noxia vero amaris inficiũt:vt asciscere altera,altera reiicere consuescãt. CLI.An igit̃ in aliis ciuitatibus nũc hospes seruari hec cẽses? Nã quãtũ ego scio,que tu p̃cipis,nusq̃ nisi apud nos & Lacedæmonios fiũt.Noua eñ semp & in saltationibus,& in alia musica excogitant̃,nõ a legibus mutata,sed a voluptatibus qbusdã vagis,quæ nullo pacto aut eędem sunt,aut eodẽ modo permanẽt,sed varie semp fiũt cõtra mores illos Aegyptioꝝ,quos narrasti.ATHE.Probe o Clinia.Si aũt visus sum tibi que modo dicis quasi vbiq; nũc fiãt supra dixisse,nõ mirarer si minus clare q̃ sentio exposuerim. Dixi eqdẽ q̃ in musica fieri vellẽ,& ea tibi quasi fiãt dicere visus sum. Vituperare eñ rẽ insanabilẽ & errore lõge prouectã,nullo modo iucũdũ,interdũ vero necessariũ est. Verũ postq̃ in his cõsentimus, nõne q̃so apud vos,& apud istos hec magis q̃ apud alios Grecos fieri asseris? CLI. Cur nõ asseram[9]. ATHE.Si & apud cæteros sĩliter fierẽt,nõne melius q̃ nũc agerent̃? CLI.Multo certe p̃stantius,si ita disposita essent,quẽadmodũ apud istos & apud nos,& vt paulo ante tu p̃cepisti.ATHE.Age videamus nunqd hæc sint que apud vos in omni disciplina & musica p̃dicãtur. Poetas carminibus dicere cogitis,bonũ virũ qa tẽperatus iustusq; sit, felicẽ esse atq; beatũ, siue magnus atq; robustus,siue paruus ac debilis,siue paup sit seu diues.Iniustũ aũt hominẽ etiã si ditior sit q̃ Cinyras aut Midas,miserũ esse,& in mœrore vitã ducere.Itaq; poeta nobis si recte loquat̃,inqet. Nũq̃ ego de illo mẽtionẽ faciã,neq; virũ appellabo,q nõ oĩa q̃ bona dicunt̃,cũ iustitia possideat atq; disponat.Is igit̃ iustitia exornat[9],cõminꝰ pugnare cũ hostibꝰ delectet̃.Iniustus aũt sanguinolẽtã cedẽ videre nõ audeat,neq; currẽdo Thraciũ qat Boreã supare,nec ei qcq̃ eoꝝ q̃ bona dicunt̃,vnq̃ affuerit. Quæ eñ vulgo appellant̃

Vsus ab ætate.
Que musa iudicatur optima.
Iudices oportere eẽ prudentes & fortes.
Cinyras & Midas ditissimi.
Quæ debẽt cantare poete.
Que vulgo sunt dicta bona, non bona esse.

imagini adhęrentes figuræ atq; concentus, honesti: cõtrarii vero, turpes. CLI. Recte tu quidẽ, atq; ista sic se habere in pſentia iudicamus. ATHE. Pręterea & hoc aĩaduertam⁹, vtrũ oẽs oĩbus choreis simi liter delectemur, an multũ intersit. CLI. Multũ oĩno. ATHE. Quid igit̃ esse dicem⁹, qđ in errorẽ nos impulit? Vtrũ nõ eadẽ sunt honesta bonaq; nobis oĩbus? An ipsa qdẽ eadẽ sunt, nõ tñ eadẽ esse viden tur? Neq; vero dicere quisq̃ audebit vitiosam choreã, virtutis participe meliorẽ esse. Neq; fatebit̃ vnq̃ aliquis se qdẽ figuris prauis lætari, alios aũt cõtraria quadã musa. Q̃ž q̃ pleriq; pdicant rectã musicæ rationẽ in vi quadã cõsistere, q̃ voluptatẽ animis afferat. Qđ neq; ferendũ est, neq; dicẽdũ oĩno. nefas eñ. Hęc aũt potius erroris causa est. CLI. Quænã? ATHE. Quoniã in chorea variorũ morũ variarũ q; rerũ variis in fortunis moribusq; gestarũ imitationes fiunt, quibus illa quę dicunt̃, aut decantant̃, aut sub specie saltationis exprimuntur, vel natura vel cõsuetudine vel vtrisq; probant̃, atq; animo eo rum cõueniũt, hos gaudere illis, laudareq;, & honesta nuncupare necesse est. Quibus aũt pter naturã vel morẽ vel cõsuetudinẽ aliquã, hi neq; gaudere ipsis possunt, neq; ea laudare, immo turpia appella re necesse. At vero quibus hęc natura recte cõtingunt, cõsuetudine aũt cõtra, vel cõsuetudine quidẽ recte, cõtra vero natura, isti laudes voluptatibus cõtrarias pferunt. Singula eñ horũ iucũda asserũt esse: sed & praua esse concedunt. Atq; idcirco corã aliis, quos mẽtis cõpotes putent, verentur corpus eo pacto mouere: verẽtur quoq; ea cantare, honestaq; & studio digna asserere. Ipsi vero secũ iis oĩbus delectant̃. CLI. Verissima loqueris. ATHE. Nunqd damnũ aliqđ infert̃ illi, qui prauis figuris aut can tibus delectat̃? vel vtilitas eis, qui voluptates in cõtrariis capiunt? CLI. Verisimile id quidẽ. ATHE. Vtrũ verisimile tm̃, an etiã necessariũ sit ita id se habere? sicuti cũ quispiã cũ hoĩb⁹ improbis cõflicta tur, neq; mores eorũ odit, sed delectat̃ his potius & indulget: & tñ ioci loco vituperat, quasi p somnũ ipse in se eorũ percipiens prauitatẽ. Tũc quippe necesse est vt similis efficiat̃ illis quibus gaudet, etiã si laudare vereat̃. Qua quidẽ re quidnam maius aut bonũ aut malũ ex omni necessitate accedere nobis existimemus? CLI. Nihil puto. ATHE. Nunqd arbitramur vbi leges bene cõstitutę sunt, aut & in po sterũ ita erunt, in disciplinis iocisq; musarũ eã poeticis fore licentiã, vt quicqd poetã delectet vel rhy thmo, vel cãtu, vel verbo poetico, idẽ & docere ei liceat? & bene institutorũ ciuiũ pueros adolescẽtes q; in choreis quacũq; cõtingit, vel ad virtutẽ, vel ad vitiũ flectere? CLI. Pręter rationẽ id est. ME. Cer te. ATHE. Id modo, vt breuiter dicam, vbiq; præterq̃ in Aegypto agere licet. CLI. Quo aũt pacto in Aegypto hanc legẽ sancitã esse dicis? ATHE. Mirũ hoc quidẽ auditu est. Nã id olim, vt mihi videt̃, illi cognouerũt oportere qđ nũc nos diximus, vt in ciuitate iuuenes bonis figuris & bonis cantibus assuescãt. Quę vero & qualia sint hmõi, in sacris ab eis est institutũ. ac pter illa neq; pictorib⁹, neq; aliis figurarũ, vel quorũcũq; artificiorũ fabris noua vlla licebat inducere, neq; etiã excogitare alia pter pa tria, neq; hodie licet aut in his, aut in vniuersa musica. Itaq; si curiose rimeris, inuenies ibi quæ iã de cem annorũ milibus depicta, vel aliter figurata fuerũt, quasi nõ adeo vetera sint, vt ita dicam, nec pul chriora, neq; turpiora his quę hodie depingunt̃, eadẽ arte confecta. CLI. Mirabile auditu est qđ dicis. ATHE. Immo ciuile nimiũ, maximeq; legũ positioni conueniens. Inuenies ibi alia q̃dã leuia: sed hoc circa musicã verũ est, dignũq; animaduersione: q; videlicet poterat de rebus hmõi certa stabiliq; lege caueri, atq; licebat adducere summa cũ fiducia cõcentus tales, qui natura rectitudinẽ exhiberent. Qđ quidẽ aut dei, aut diuini alicuius viri opus est. Quemadmodum & ibi ferũt antiquissimos illos apud eos cõcẽtus, Isidis esse poemata. Quãobrẽ vt dicebã, siqs quoquo modo istorũ possit rectitudinẽ intel ligere, illũ oportet bona cũ spe hęc ad ordinẽ legẽq; reducere. Nã noua semp circa voluptatẽ & dolo rẽ appetitus ipsius affectio, quę quidẽ tentat vt noua semper musica vti quęramus, haud magnã for tasse vim habet ad eas choreas vetustatis incusatione corrũpẽdas, quæ sunt sacris legibus institutæ. Nempe Aegyptiorũ choreas nequaq̃ tãto tẽpore corrũpere potuisse videt̃, sed cõtra oĩno. CLI. Ita se res habet, vt ex tuis verbis colligit̃. ATHE. Dicamus igitur confidenter: vsum ludorũ musicęq; cum chorea hoc pacto rectũ esse. Lætamur quotiens feliciter viuere nos opinamur: quotiẽsq; lętamur rur sus feliciter viuere ducimus. nõne ita? CLI. Ita prorsus. ATHE. Atq; etiam dũ ita lætamur, quiescere nõ valemus. CLI. Est vt dicis. ATHE. Nonne igit̃ iuuenes nostri choreas celebrare parati sunt? Nos aũt seniores in his spectandis decenter versari putamus, dum eorum ludis & celebritate gaudemus, quãdoquidẽ nos corporis leuitas dereliqt: quã desiderãtes, certamina his imponimus, qui q̃ maxime queant adiuuantẽ nos memoriã reuocare. CLI. Verra narras. ATHE. An igitur frustra nimiũ illud a multis de celebratoribus dictũ esse putamus, q; eum sapientissimũ & victorię cõpotem iudicare opor teat, qui nos lætari atq; gaudere q̃ maxime faciat? Nã postq̃ ludere in istis permittit̃, conueniens esse videtur, vt eum qui q̃ plurimos, & q̃ maxime ad gaudiũ prouocet, præcipue honoremus, & vt modo dicebam victorem esse dicamus. Recte ne id ita dicit̃? recteq; fieret si ita fieret? CLI. Forte. ATHE. Sed o beate ne adeo citã feramus sententiã, sed hoc ipsum in partes distinguẽtes hoc modo cõsiderem⁹. Si quis ad certamen plurimos cõcitet, nec gymnicũ, aut musicum, aut equestre determinet, sed omni

Figurę & cõcẽtus cũ virtute, honesti: cõtrarij vero turpes.

omni sermone decantet.Equidem ita sentio.Si vero vos aliter,nulla inuidia sit cõtradicere.CLI.Neu ter nostrum posse vnq̃ de his dubitare videt.ATHE.Prosequar igit,asserẽs choros oẽs qui tres sunt, teneris adhuc & mollibus puerorũ animis, & alia bona quæ diximus,& q̃cũq; narrare possimus,quasi incantatione quadam insinuare oportere.Caput autẽ illud sit,q; videlicet si vitã eãdẽ optimã & iucũ dissimã iudicari a diis asseruerimus,& vera loquemur,& magis illis q̃bus opus est, psuadebimus, q̃ si aliter diceremus.CLI.Concedẽda sunt quæ dicis. ATHE. Primus itaq; puerilis Musarũ chorus hæc studiose toti ciuitati decantaturus ingrediat.Secũdus illorũ chorus qui ad triginta vsq; annos pro uecti sunt,Pęana testẽ veritatis dictorũ inuocet,& iunioribus ppitiũ suppliciter esse pcet. Tertius eo rũ sit chorus q triginta annos inter & sexaginta ætatẽ agũt.His aũt seniores, q̃a nõ amplius de eisdẽ moribus fabulas poterũt decantare,dimittẽdos diuino oraculo cẽsemus.CLI.Quosnã hospes tertios hos choros dicis?nõ enim clare q̃d de his dicere velis cõprehẽdimus.ATHE.Hi profecto sunt,quorũ gratia plurima in supioribus sunt inducta.CLI.Nondũ intelligimus.Quãobrẽ apertius dicito.ATHE. Dictũ est in disputationis principio si recordamur,ita ardentẽ iuuenũ omniũ naturã esse, vt neq; cor pore neq; voce quiescere possit,sed sine ordine semp clamet & saltet, atq; ordinis vtrorũq; istorũ nul lũ aliud aĩal pter solã hoĩs naturã sensum habere.Ordinis autẽ q in motu cõspicit,nomẽ Rhythmus .i.numerus esse potest:sed eius q ĩ voce,acuto & graui simul cõtẽperato,Harmonia.i.cõcẽtus.Vtrũq; vero simul Chorea nominabat.Deos quoq; diximus nostri misertos choreæ cõcelebratores ac duces dedisse nobis Apollinẽ & Musas.Tertiũq; si recordamur Dionysiũ numerauimus.CLI.Cur nõ recor dari debeamus?ATHE.Atqui Apollinis & Musarũ chori dicti iã sunt. Tertius autẽ qui reliquus est Dionysio necessario tribuetur. CLI. Quo pacto? latius expone. Nam primo auditu valde absurdus Dionysiacus seniorũ chorus esse videt,si vltra trigesimũ annũ,& ad q̃nquagesimũ iã p̃uecti & vsq; ad sexagesimũ,eo vtant.ATHE.Vera loq̃ris.Sed ratione ad hęc opus eẽ arbitror,vt appareat quo pacto opportune id fieri possit.CLI.Cur nõ?ATHE.Nunq̃d superiora illa inter nos cõstãt? CLI.Quænam? ATHE. Q̃z oporteat viros oẽs & pueros,liberos & seruos,mares & fœminas, & vniuersam ciuitatẽ toti ciuitati quotidie q̃ diximus variis modis & carminibus decãtare,vt ex ĩnumerabili hymnorũ va rietate,inexplebili quodãmodo voluptate cõcinẽtes afficiant. CLI.Nihil obstat quo minus concedat ita fieri oportere.ATHE.Sed quo optima hęc ciuitatis pars,cui propter ætatẽ atq; prudẽtiã summa inest ad psuadẽdũ auctoritas,optima canẽdo maximorũ bonorũ causa erit?An id ita stulte omittem⁹, in quo optimorũ & vtilissimorũ cantuũ vis ĩnest p̃cipua? CLI. Haud omittere licet,vt modo apparet. ATHE.Quomodo igit decenter id fiet? Videte q̃so an ita.CLI.Quo pacto? ATHE.Vnusq̃sq; senior circa cãtus iã satietate affectus,his minime delectat:& cũ res postulat canere,quãto senior atq; mode stior est,tãto magis canere veret.An nõ ita?CLI.Ita prorsus. ATHE.Sed multo etiã magis ĩ theatro corã multitudine rectus cãtare p̃ pudore nõ tolerabit.Pręsertim si seniorũ chori, queẽadmodũ q de vi ctoria cõtẽdũt,& ii q̃dẽ clarificãdę vocis gratia tenues atq; ieiuni cãtare cogant. Sic eñ nõ sine mole stia & pudore cãtabũt,& ad ista tardiores accedẽt.CLI.Necessaria narras. ATHE.Quo igit pacto pa ratos eos ad cantum reddemus?Principio lege sanciemus,vt pueri vsq; ad duodeuigesimũ annũ vini vsum prorsus ignorẽt. Nẽpe eos monebimus nõ oportere ignẽ igni in corpus atq; animã suggerere, anteq̃ viri effecti subire labores incipiãt.Furiosum nãq; habitũ iuuẽtutis cauere oportet.Deĩde vino moderate vtant vsq; ad annũ ætatis trigesimũ.Ab ebrietate vero & vini repletiõe iuuenes oĩno absti neãt.Sed cũ ad quadragesimũ p̃uenerint,tũc ĩ cõuiuiis liberius discũbẽtes,cũ alios deos,tũ Dionysiũ ad sacra senũ & ludos inuocẽt,q hoĩbus vinũ quasi remediũ aduersus senectutis duritiã est largitus, vt reiuuenescere videamur,& mœstitię nos obliuio capiat,ipsaq; affectio animi sicuti ferrũ in igne ex duritie in mollitiẽ deducta flexibilior fiat. Primũ q̃dẽ sic affectus q̃sq; sumpta fiducia minus verebit inter aliquos ac suos,nõ tñ multos & alienos canere,& vna q̃d iã sæpius repetiuimus,incantare.CLI. Et maxime q̃dẽ.ATHE.Ad eos igit inducẽdos vt cãtibus interesse velint,modus hic haud indecens erit.CLI.Nõ certe.ATHE.Qua aũt voce & qua musa hi viri cãtabũt? An ea videlicet q̃ ipis cõueniat? CLI.Ea dũtaxat.ATHE.Quęnã igitur diuinis viris cõueniẽs erit?Nõne ea qua chori decantãt?CLI. Nos q̃dẽ hospes & ii nõ possum⁹ aliud canere q̃ q̃d in choro didicimus.In hoc.n.cantu assueti sum⁹. ATHE.Par est.Optimũ eñ cãtũ nõ didicistis.quasi eñ castrẽsem Rẽp.habetis potius q̃ vrbanã.Pro pterea iuuenes p̃fecto tãq̃ pullos gregatim pascẽtes habetis.Vñ nemo vestrũ arripit suũ,& ad cohi bẽdã eius ferocitatẽ cuidã quasi equorũ magistro cõmittit,q erudiat ipm leniter tractãs & mansuefa ciẽs,& cętera q̃ educationi cõueniũt pagẽs,ex quo nõ modo p̃bus miles efficiat,sed ciuitatũ quoq; & vrbiũ idoneus gubernator,quẽ q̃dẽ in principio diximus Tyrtęi militib⁹ fore bellicosiorẽ,quarto vir tutis loco nõ primo semp & vbiq; priuatim & publice fortitudinis munera colentẽ. CLI.Nescio quo mõ rursus hospes legũ latoribus nostris derogas.ATHE.Nõ ex animo id facio bone vir,si q̃dẽ facio. sed p̃ficiscamur quo ratio ducit,si vultis.Nã si musam habemus chororũ & theatri cõi musa p̃stan

Pueris interdicitur vinum.

Vinum remediũ aduersus senectutis duritiã.

bonā,non recte bona dicunt. Aiūt nēpe optimū esse sanitatem,ei ꝓximū bonū formam,vires tertium, quartū vero diuitias. Innumerabilia ferme cætera hmōi bona narrant. Nam & acute cernere atq; audire,aliisq; sensibus integre vti,bona vident,& ad hęc oīa posse tyrānica licentia facere q̄cūq; cupias. Summāq; totius beatitudinis esse ferūt,si cū istorū oīm possessione fueris q̄ citissime immortalis. Ego aūt ac vos vna cōuenimus iustis sanctisq; viris optimā esse istorū oīm possessionē, iniustis aūt omniū pessimā,ab ipsa sanitate īcipiētiū. Sanū nāq; esse,& videre,atq; audire,ac oīa facile sentire,& oīno viuere vel īmortalē,pessimū est,si cū horū oīm possessione semp vixeris expers iustitię cęterarūq; virtutū. Minus aūt malū,si q̄ breuissimo tēpore sic affectus vitā finieris. Hęc vtiq;,q̄ & ipi vestros inuitabitis & cogetis poetas dicere,perq; his cōsentaneos numeros & concentus adolescentiā erudire. Num ipsi hoc aīaduertitis? Ego eṁ assero,quæ vulgo mala dicunt,iiustis bona esse,iustis autē mala. Quæ vero dicunt bona,bonis qdē vere bona,malis aūt mala. Cōuenimus ne igit adhuc,an non? CLI. Partim qdē cōsentire videmur,partim minime. ATHE. Forte vobis nō ꝑsuadeo nō esse beatū illū, sed miserū,q iniustus & cōtumeliosus est,etiā si sanitatē habeat,& diuitias ꝑpetuāq; tyrannidē,inuictas ꝑterea corporis vires,& aīositatē,īmortalitatēq; possideat,nihilq; ex his ꝑpetiat q̄ vulgo mala dicunt. CLI. Vera loq̄ris. ATHE. Esto. sed qd deinde dicendū? Et si viribus pollet,formosusq; est & diues,cunctaq; ꝑ oēm vitā facit q̄ cōcupiscit,nōne vobis videt si iniustus cōtumeliosusq; sit,ex hoc dūtaxat necessario turpiter viuere? An turpiter qdē cōceditis? CLI. Prorsus. ATHE. Quid aūt? nōne & male? CLI. Haud similiter istud. ATHE. Iniucūde vero atq; incōmode sibi nō cōceditis? CLI. Quo pacto hæc concedemus? ATHE. Vtinā deus q̄spiā o amici cōsensum nobis animi tribuat. fere nāq; iter nos dissentimus. Mihi eṁ ista magis necessaria vident esse o amice Clinia,q̄ Cretā esse insulā: ac si Cretēsib[9] ipse leges cōderē,tā poetas,q̄ cęteros oēs ciues sic loq cōpellerē: ac pœnā pene oīm maximā intentarē, siqs ea in regione assereret esse aliquos quandoq; hoīes prauos q iucūde viuāt: vel alia esse vtilia & cōdecentia, alia iustiora. Multaq; equidē cōtra ea q̄ nūc a Cretensibus & Lacedęmoniis dici vident,īmo vero a cęteris quoq; hoībus,dicere ciuibus meis ꝑsuaderē. Agite igit ꝑ Iouē atq; Apollinē optimi viri,si hos ipos deos q leges nobis dederūt,interrogemus,sit ne iucūdissima vita iustissima: an duę q̄dā vitę sint, altera iucūdissima,iustissima altera: nobisq; ita quęrētibus ipsi duas esse respōdeāt: ab eis forsan iterū pcōtabimur,si recte sciscitari voluerimus,vtros beatiores oporteat dicere,iustissime,an iucundissime viuētes: ac si iucūdissime viuētes respōderint,turpis erit respōsio. Vellē aūt de patrib[9] legūq; latorib[9] viris poti[9] q̄ de diis tale aliqd esse dictū. Quare quę ꝑtii,a patre legisq; latore me ꝑtiisse existimetis, respōsumq; mihi esse,beatissimū esse illū,q iucūdissime viuat. Ego aūt ita deinde opponā. o pater non ne q̄ beatissime volebas me viuere? Certe. At nunq̄ cessabas iubere vt q̄ iustissime viuerē. Quisqs autē hęc vna cōcedit siue legū lator siue pater,& absurde loquit,& sibiipsi non constat. Qꝫ si iustissimā vitā,beatissimā esse respōdeat,quęret vt arbitror,quicūq; id audiet,qdnā ea in vita bonū & pulchrū,tā q̄ voluptate melius,lex ipsa laudat? Quid eṁ a voluptate separatū,iusto boni adesse potest? Dic obsecro an laus & gloria tā apud hoīes q̄ apud deos bonū qdē est atq; honestū,iniucūdū aūt? Infamia vero contra? Minime dicemus o legislator. Sed iniuriā neq; inferre, neq; pati,num iucundū quidē sit,bonum vero atq; honestū: cætera aūt iucunda qdē, turpia vero & mala. Quo pacto id? Ratio igit,q̄ neq; iucūdū a iusto,neq; bonū separat ab honesto,ꝓbabilis est: & si nō ad aliud,attū ad hoc,vt sancte ac iuste quis viuere velit,multū conducit. Quocirca legislatori turpissima,& admodum contraria oratio est,si hęc ita habere se neget. Nemo.n.sponte id aget,cui non plus lætitiæ q̄ doloris inest. Qđ vero ꝓcul aspicit,oībus vt ita dicā vel ipsis pueris caliginosam affert vertiginē. Quare vertigine tenebrisq; ablatis in cōtrariū legislator opiniones ciuiū ducet,& tū laudibus,tū cōsuetudine,tū rationibus quodāmodo ipsis ꝑsuadebit,tā iusta q̄ iniusta esse obūbrata,atq; iniusta qdē cōtra apparere q̄ iusta. Nēpe iniusto ac prauo iucūda videri,cui iusta vident iiucūdissima. Iusto aūt vtraq; cōtra oīno videri. CLI. Sic apparet. ATHE. Reuera aūt vtrā sententiā potiorē existimabimus? melioris ne an deterioris animi? CLI. Melioris necessario. ATHE. Necesse ē igit iniustā vitā nō turpiorē solū ac ꝑiorē iusta sāctaq; vita eē,verū etiā iiucūdiorē. CLI. Ita certe ex hac rōne o amice videt. ATHE. Legis itaq; lator ex quo exigua sit ꝓuentura vtilitas,etiā si nō ita id se haberet vt modo diximus, nō alienū tū sua grauitate putaret ad iuuētutis vtilitatē falso aliqd si modo qd vnq̄ aliud falso dicēdū sit,dicere,maxime cū nullum mendaciū hac falsitate vtilius excogitare possit,qđ videlicet ita trahere audiētes valeat,vt nō vi sed sponte iustitiā velint suscipere. CLI. Pulchrū certe o hospes & stabile quiddā est veritas. Videt aūt plerūq; nō facile ꝑsuadere. ATHE. Esto. At.n. Sidonii fabula illa,& si nihil verisimilitudinis habuit,facile nihilomin[9] ꝑsuasit,alięq; ꝑmultę similiter. CLI. Quęnā? ATHE. Qꝫ a dētib[9] quondā satis armati milites nati sint. Magnū.n.id legislatori exēplū ē,posse animis iuuenū qd̄cūq; velit ꝑsuadere. Quapropter nihil aliud scrutari debet,q̄ qb[9] reb[9] ꝑsuasione acceptis maximū bonū cōferat ciuitati: ad idq; oī incūbere studio,vt ciuitas vniuersa de his rebus vnū atq; idē q̄ maxime ac semp in cantib[9],fabulis, &

Qꝫ sanitas absq; virtute nō est bona.

Qꝫ neq; iucundū a iusto,neq; iustū a iucundo separatur.

Sidonii fabula.

cẽtus & numeros sentiát atq; cognoscát. Quomodo eñ aliter qspiã rectitudinẽ cãtus cognoscet cui cõuenit vel nõ conuenit circa Doricũ, & numerũ quẽ illi poeta adiunxit, vtrũ recte iunxerit nec ne? CLI. Nullo certe pacto. ATHE. Vulgus autẽ deridendum est, cũ se putet qđ boni concẽtus numeriq; compos est, & qđ cõtra, satis cognoscere: quotcũq; videlicet ipsorũ cantũ & numerũ sequi coacti sunt quidem, quoniã vero quid in singulis istorum fiat ignorant, quomodo etiam recte fiant hæc nesciũt. Quilibet eñ cantus si oĩa sibi cõueniẽtia continet, recte se habet: si non cõtinet, contra. CLI. Sic oĩno necesse. ATHE. Quid porro? Si qs rationẽ eius quidve habeat non intelligit, nunqd qđ diximus, quo pacto recte se habeat ĩ aliquo vnq̃ cognoscet? CLI. Quo pacto id fieri posset? ATHE. Hoc itaq; nũc ĩ his inuenisse videmur, ꝙ cantores eos seniores, quos prius quidẽ nolentes ita prouocamus vt libẽter quodãmodo canant, vsqueadeo hęc didicisse necesse est, vt eorũ quilibet tam numerorũ progressus & pondera, q̃ sonos fidiũ harmonicos cõsequat: vt cõcẽtus & numeros intelligẽtes illos eligere possint quos tantis ac talibus decantari oporteat, atq; ita canẽtes & ipsi voluptates innocuas cõfestim percipiãt, & iuuenes ad probos mores decantibus ꝑducãt, & oblectamẽtis. Eatenus autẽ docti, exquisitiorẽ q̃ vulgus & poetæ ipsi disciplinã habebũt. Tertiũ qdẽ illud siue bona siue mala imitatio sit, nõ est necesse vt poeta cognoscat, cõcẽtũ vero numerũq; necesse. Isti autẽ omnia tria cognoscere debẽt, vt optimũ & secũdũ eligere queant. Aliter autẽ nunq̃ sufficienter veluti incantationibus quibusdã poterũt iuuenũ animos ad virtutem allicere. Enimuero quod ab initio voluimus, vt videlicet Dionysii choro rectam opem sermo noster afferret, pro viribus dictũ est. Verum cõsideremus an hoc ita sit factũ. Talis vtiq; cõcẽtus hominũ necessario cõpotatione ꝓgrediẽte turbulẽtior reddit. Qđ & a principio supposuimus, in his q̃ fiũt hodie, necessario fieri. CLI. Necesse. ATHE. Vbi certe vnusqsq; seipso leuior factus extollit & exultat, audaciaq; replet, nec audit proximũ, sed tã suiipsius q̃ cæterorũ omniũ ducẽ se sufficiẽtẽ existimat. CLI. Absq; dubio. ATHE. An nõ diximus, quotiẽs ista fiũt, bibẽtiũ animos, sicut in igne ferrũ, ita vino feruẽtes molliores iunioresq; fieri, & idcirco facilius deduci, veluti quãdo iuuenes erãt? siqs & possit & sciat erudire eos ac fingere: Fictorẽ vero eũdẽ esse q & tũc probus legislator dicebat. Cuius in legibus compotationi modus est ꝑscribẽdus, vt possint hæ leges confidentẽ illũ audacẽq; & impudẽtiorẽ q̃ deceat, factũ, qui ordinẽ vicissim in silentio, sermone, cõpotatione, & musica seruare nõ vult, cohibere, atq; ita instruere, vt cõtra in oĩbus facere velit q̃ faciat, cõtra insurgentẽ ac turpẽ cõfidẽtiã admouẽtes timorẽ optimũ cũ iustitia, quẽ qdẽ timorẽ diuinũ, pudorẽ & verecũdiã nominauimus. CLI. Est vt ais. ATHE. Harũ legũ auctores atq; custodes a ꝑturbatione & ebrietate remotos esse oportet, vinolentorũ duces. Sine qbus cõtra ebrietatẽ pugnare durius est, q̃ sine ducibus sobriis cũ hostibus dimicare. Siqs autẽ neq; obtemperare velit his, neq; ducibus Dionysii vltra annos sexaginta natis, æquale vel etiã maius dedecus ferat, q̃ q ducibus Martis nõ paret. CLI. Recte. ATHE. Nõne si talis ebrietas talisq; ludus adhiberet, cõpotatores magnã inde vtilitatẽ cõsecuti, & maiori q̃ prius inuicẽ beneuolẽtia iũcti, nõ autẽ sicuti nũc inimici discederẽt? cũ legitime iuicẽ cõuersati essent & ducẽtibus sobriis temulẽti quoq; legibus obtẽꝑassent. CLI. Sic certe, si talis esset ebrietas qualẽ modo narrabas. ATHE. Ne igit Liberi patris munus simpliciter ita vitupemus, quasi malũ sit, neq; dignũ vt in ciuitate recipiat. Atq plura etiã ĩ hãc sentẽtiã referri possent, q̃uis maximũ illud bonũ qđ largit Dionysius, efferre in multos verear, quoniã hoĩes cũ audierint nõ recte accipiãt, nec intelligant. CLI. Quid istud? ATHE. Rumor qdã & fama defluxit ad nos, hũc deũ a nouerca Iunone ex animi sentẽtia olim deturbatũ fuisse, atq; idcirco vlciscẽdi gratia bacchationis choreã omnẽq; insaniã induxisse, & vinũ ad hoc ipm tribuisse. Ego autẽ hęc illis dimitto, q tutũ arbitrant talia de diis dicere. Illud tamẽ scio ꝙ nullũ animal cũ tãta ac tali nascit intelligẽtia, quãta & qualis sibi cũ prouectũ fuerit, cõuenit. Hoc porro in tẽpore, quo prudentiã suã nondũ possidet, furit omne, & sine ordine clamat, & fastu elatum lasciuiensq; salit. Recordemur autem ꝙ musicæ & gymnasticæ hæc esse principia diximus. CLI. Recordamur. ATHE. Nonne etiam ꝙ numeri & concentus sensum nobis solis dedisse hoc principiũ diximus? Apollinem vero & Musas, & Dionysiũ duces ad hęc nobis esse tributos? CLI. Vtiq;. ATHE. Vinũ vero vt ferũt multi, ad vltionẽ hominibus datũ est vt insaniãt. Vt autẽ sermo habet noster, remediũ, & medicina in contrariũ, vt animus quidẽ pudorem, corpus autẽ sanitatem & vires adipiscat. CLI. Egregie hospes superiorem orationẽ cõmemorasti. ATHE. Sed iam media pars eorum quæ ad choream ꝑtinẽt, dicta est. Reliquã vero vt videtur ꝑficiemus ne? An ꝑtermittemus? CLI. Quasnã dicis partes, & quomodo partiris vtrasq;? ATHE. Tota quippe chorea vniuersa nobis dicta est disciplina, choreæ vero pars vna in voce est ꝑ numeros & cõcẽtus. CLI. Ita est. ATHE. Altera in corporis motu ꝑ numerũ atq; figurã. Sed numerũ qdem habet cũ motu vocis cõmunẽ, figurã vero propriam. In prima autẽ illa parte cantus ipse vocis est motus. CLI. Vera narras. ATHE. Sed vocis qdẽ habitũ, qui ad disciplinã virtutis animi ꝑuenit, nescio quo modo musicã nominauimus. CLI. Recte admodũ. ATHE. Si autem corporis motus in ludo quem saltationẽ appellauimus, ad corporis vsq; virtutem

Sicut igne ferrũ, ita vino corpora senũ molliri.

Cur vinũ datum hominibus.

Tota chorea & choreę pars.

fiorem,hãc illis exhibere conemur,quos diximus illã quidẽ vereri,& aliã quęrere meliorẽ.CLI.Omni no.ATHE.Oĩbus igiť quęcũq; gratia q̃dã sequiť,inesse id oportet,vt vel ea ipsa gratia sola in his alliciat sitq; p̃cipuũ,vel rectitudo,vel vtilitas.Exẽplo q̃d dico,exponã. Cibus ac potus & alimẽtũ omne gratiã habet,quã voluptatẽ dicimus:Rectitudinẽ vero & vtilitatẽ,si cõfert ad sanitatẽ. CLI.Prorsus. ATHE.Sic & in discendo gratia inest q̃ voluptas noĩať.Rectitudo etiã atq; vtilitas & bonus habit⁹ atq; pulcher,quę ab ipsa veritate efficiunť.CLI.Ita est.ATHE.Quid porro in artibus, q̃bus similia effingunť,nõne idipsum inspicimus? Voluptas p̃fecto ex illis q̃nq; p̃uenit, quã par est gratiam noĩare. CLI.Certe.ATHE.Rectitudinẽ vero talium,vt vniuersaliter dicã, æqualitas ipsa tanti talisq; efficit, potius q̃ voluptas.CLI.Pręclare.ATHE.Voluptate igiť sola id merito iudicabiť, q̃d neq; vtilitatem neq; veritatẽ,neq; similitudinẽ,neq; rursus dãnũ efficit,sed solũ causa gratię illius fit quę concomitatur alia,quã voluptatẽ recte possumus noĩare,q̃n videlicet nihil istorũ ipsam sequiť. CLI.Voluptatẽ dicis solã,quę minime noceat? ATHE.Nẽpe.& iocum ac ludum rursus eã ipsam appello,q̃n nec nocumenti neq; vtilitatis aliquid affert ęstimatione dignũ.CLI.Vera loq̃ris.ATHE.Sequiť ex his q̃ diximus,nullã imitationẽ voluptate & opinione non vera iudicãdã esse. similiter etiã ęqualitatẽ nullam. Nõ eñ quia huic videatur,aut q̃m hic gaudeat,idcirco ęquale,ipsum ęquale est, aut cõmensurabile ipsum est cõmensurabile,sed nullo alio q̃ veritate sola.CLI.Sic est oĩno. ATHE.Atqui musicã omnẽ imitatricẽ,& similiũ effectricẽ esse dicimus.CLI.Cui dubiũ? ATHE.Cũ ergo q̃s sola voluptate musicam asserit iudicari,minime audiẽdus est,minimeq; hm̃oĩ musica,si alicubi coliť,q̃renda est, sed illa q̃ p imitationẽ boni similitudinẽ possidet.CLI.Vera hęc sunt.ATHE.Qui ergo cãtus speciẽ & musam quęrũt optimã,nõ eã quę iucũda,sed quę recta est,quęrere debẽt.Rectitudo.n.imitationis in hoc consistit,vt dicebamus,si tantũ & tale fiat q̃d imitatiõe exprimiť,quãtũ & quale in seipso est.CLI.Cui dubium? ATHE.Atqui illud de musica oẽs cõcederent, oĩa videlicet poemata eius imitationẽ esse atq; assimilationẽ.Q̃d & poetę oẽs,& auditores, histrionesq; concederẽt.CLI.Magnopere.ATHE.Oportet igiť circa vnũq̃dq; poema,& figmentũ vt videť,q̃d sit q̃d effingiť cognoscere illũ q̃ in ipso non sit erraturus.Nã q̃ nec nouit q̃d essentia ipsius velit,nec cuius imago sit, nunq̃ rectitudinẽ eius & errorẽ intelliget.CLI.Nunq̃ certe.ATHE.Qui aũt rectitudinẽ operis nõ intelligit,nũ bene an male factũ sit cognoscet? Obscuri⁹ eędẽ loquor.Forte vero plani⁹ ita mihi diceť.CLI.Quo pacto? ATHE.Multę ad aspectũ p̃tinẽtes similitudines fiunť.CLI.Certe.ATHE.Siq̃s corporis depicti modũ nõ teneat,cognoscet ne vnq̃ vtrũ recte sit pictũ? Vtputa vtrũ articulos corporis & singulas particulas habeat, & numerũ,& qualitatẽ,& locationẽ singulorũ p̃ut decet ad singula,colores p̃terea atq; figuras: vel contra vtrũ perturbate hęc oĩa picta sint? An censes hæc aliquẽ cogniturũ,qui aĩal q̃d pingiť minime nouerit? CLI.Nullo modo.ATHE.Sin aũt cognoscat aliq̃s hoĩem esse id q̃d pictũ,vel quoquo modo formatũ est,suasq; partes oẽs & figuras & colores ab arte accepisse,num idẽ necessario sicubi defect⁹ aliquis pulchritudinis in eo sit,cõtinuo agnoscet? CLI.Omnes ferme hoc modo hospes q̃ in aĩalib⁹ pulchre se habẽt,cognoscerem⁹.ATHE.Recte loq̃ris.Nõne igiť in imagine oĩ siue p picturã siue p musicam siue quomodocũq; aliter fiat,tria hęc prudẽtẽ iudicẽ habere oportet? Primũ vt cognoscat q̃d sit q̃d in imitationem cadit,secundũ vt recte,tertiũ vt bene quælibet similitudo verbis, concentibus,numeris effecta sit,nouerit? CLI.Videť.ATHE.Ne pigeat igitur difficultatem quæ in musica est,exponere.Porro q̃m magis hęc q̃ aliæ similitudines,celebratur,maiore q̃ in cęteris opus est diligentia. Nã qui in hac aberrat,maxime lęditur,cũ sub eius suauitate malos imbibat mores.Difficile aũt id cognitu est,quoniam poetæ non ita vt Musæ artẽ poeticã tenent.Nunq̃ eñ illæ tm̃ errare possent,vt in effingẽdis virorũ verbis,colorẽ mulierũ concentusq; redderent,vel in concẽtibus figurisq; liberorũ,seruorum & illiberaliũ numeros,vel in numeris figurisq; liberis,concentum vel sermonem numeris contrariũ.Nunq̃ insup ferarũ voces atq; hoĩm,pulsandorũq; instrumẽtorũ,& strepitus oẽs quasi vnũ aliquid imitarenť,in vnũ cõfunderẽt.Humani vero poetę hm̃oĩ multa p̃turbate & sine rõne cõmiscent, risumq; hominibus cõmouẽt:quos Orpheus delectationis gratiã secutos ait.Oĩa enim & confusa cernunt & ipsi quoq; distrahunt poetæ,numerum quidẽ atq; figuras a concentu seorsum,orationes nudas absq; concentu metrice cõponentes,atq; etiã cõcentus,& numeros absq; verbis, nudę citharę pulsationi & tibiæ sono accõmodãtes.Qua in re difficillimũ est cognoscere q̃d numerus & concentus sine verbis factus sibi velit,& cui imitationi similis sit earũ q̃ ratiõe sunt dignę.Intelligere aũt oportet multa ruditate esse refertũ id omne quodcũq; siue velocitatẽ seu tarditatẽ vocẽq; ferarũ p̃xime sequitur,vt aliter tibia citharaq; vtaris,q̃ ad tripudium opus sit atq; cantũ.Nudo autẽ vtroq; vti,abusus est miraculorũ ostentationi p̃similis, & a musis admodũ alienius. Sed horũ quidẽ hęc ratio est.Nos aũt hęc nõ cõsideramus,q; triginta q̃nquagintaq; annos & vltra nati musis nr̃is vti nõ debeãt, sed vt q̃n debeãt videam⁹.Ex istis aũt oratio hęc nobis id significare videť,q; ad quinquagesimũ annũ pueros q̃buscũq; canere opus est,meli⁹ cęteris chori musam tenere oporteat.Necesse năq; est vt acute cõ

Omne grã tũ allicere vel gratia vel rectitudine, vel vtilitate.

Quæ spectant ad iudicẽ prudẽtem.

mabile vero forsan dicit, si quis non solũ annos solares, sed etiã lunares, & dies & horas numerare cõtenderit. Satis autẽ Christiano fuerit, philosophum mũdi æternitatẽ nõ affirmasse. Sed quidnam de mille annorũ milibus his Mosaici dicẽt? Forte Platonem Aegyptiorum more breuiusculos annos cõputauisse. At vero & de his, & de mũdi illuuionibus opportunius agitur in Timæo. Iã vero ad ipsam materiã legũ, i. ciuitatem ciuilitatẽq; reuertamur. Quatuor ciuilitatis figurę præcipuę numerantur. Prima qdẽ statim post generis humani calamitatẽ in superstite quodã eius semine seruato, vel altissimorũ montiũ beneficio, vel diuina potius prouidẽtia. Tũc eñ probabile est filios neporesq; patrisfamilias imperio paruisse. Qđ qdẽ imperiũ sola constat lege naturæ. Secũda figura inter familias plures iam inter se vel oppido vel vallo quodã simili congregatas. Congregatas inquã tũ indigẽtia mutua, tũ metu ferarũ. Sed ab ipso cœtus huius exordio verisimile est tot gubernãdi formas, quot & domicilia extitisse, opinionibus inter se moribusq; lõge diuersas. Ob quã diuersitatẽ mutuis subortis iniuriis coacti sunt cõmunes quosdam arbitros & iudices rectoresq; cõstituere. Vnde tertia iam orta est ciuilis disciplinę figura, a pcedẽte videlicet iniustitia ducẽs originẽ. Probabile vero est eiusmodi rectores vrbis, cõmunes prescripsisse ciuitati leges, postq̃ honestissimas quasq; domiciliorũ leges considerauerũt, per easq; rei familiaris disciplinã ad disciplinam Reip. transtulerũt. Quarta deniq; figura est in quodã gentiũ regno: vbi plures inter se vrbes in eandẽ volũtatẽ cõmuneq; legẽ ita conueniũt, quemadmodũ in vrbẽ vnã familiæ plures. Prima qdẽ figura extra vrbẽ est p leges singulas, natura, ratione, volũtate consistẽs. Secũda vero iam in vrbe, sed per singulas adhuc domiciliorũ leges, indigẽtia quadã metuq; congregata. Tertia in ciuitate per leges iam cõmunes, occasione iniustitiæ, iustitiam colens. Quarta ex pluribus ciuitatibus per eãdẽ volũtatẽ legẽq; similẽ congregatur. Inter hæc admonentur poetæ ad canẽda diuina: Vbi dicit poetarũ genus diuinũ esse, agiq; deo. Admonẽtur quoq; auctores legum, vt neq; arduas neq; violentas ferãt leges, sed leues, quoad fieri potest atq; suaues. Præterea exẽplo quodã historico, principale prosequitur disputationis huius cõsilium, de præcipua condendarũ legũ & optima ratione. Quæ quidẽ hinc maxime sumit, exordium, si auctor in his ferẽdis vniuersam quidem ciuiũ virtutẽ spectet, maxime vero maximã omniũ atq; ducem. Nemo vero dubitat virtutes alias a prudentia tanq̃ inferiora mẽbra a capite duci. Hãc vtiq; tam necessariam nobis esse q̃ nobilem ex eo confirmat, q omnes cõmuni voto id optant in primis, vt humana omnia pro sui desiderio succedant atq; gerantur: eũq; cui ad votum cuncta succedunt, beatissimũ fore omniũ arbitrantur. Plato vero contra infert, miserrimũ fore illũ cuius cupiditates quotidie sequant̃ euentus, nisi tãta sit prudẽtia præditus, tantaq; per prudẽtiam animũ moderatione regat, vt vera discernat bona, & quę ratione secreuit neglectis aliis appetat. In his admonet non esse optandũ vel orandũ vt omnia cupiditatẽ nostrã sequantur, immo & cupiditas rationẽ. Tangit & cõgruã filii ad patrẽ, patris ad deũ cõparationẽ. Cupit certe & precatur sibi puer euenire q̃plurima quasi bona, quæ pater interea ne accidant deprecatur tãq̃ mala. Similiter vana & noxia vota hominũ cęlestis pater quotidie detestatur. Neq; refugiũ ad euitanda fallacia vota vllum nobis est, excepta prudentia. Huic ergo per ciuiũ animos propagãdę legifer in primis incũbet publicę studens felicitati. Tanta enim prudentiæ perfectio est, vt & optanda doceat exoptare atq; cõparare, & cõparatis ea potissimũ vti ratione qua prosint. In his autem felicitas ciuitatis tota consistit. Quẽadmodũ vero ciuitatẽ seruat prudentia, ita destruit imprudẽtia, quã nominat ignorantiã. Non ignorãtiã inquã vel literarũ proprie vel artis cuiusdam vel externorũ quorũdam a nobis alienorum, sed ignorantiam boni, vt alibi sæpe dicit, atq; hic significat. Sed addit eam esse & priuatim & publice perniciosissimã ignorãtiam, per quã quis nesciat ita suũ animũ temperare, vt rationis suæ tanq̃ reginæ legibus sensus quasi populus legitime educatus obediat: adeo vt nõ alia prosequatur & fugiat, nec aliis aliterve gaudeat atq; doleat q̃ rationis instituta præscribãt. Quicũq; ignorãtia eiusmodi occęcantur, etiam si ingeniosissimi atq; literatissimi sint, ignorantes a Platone cẽsentur. Qui vero temperati sunt, prudentes ab eo iudicantur atq; scientes, etiam si literas nesciant. Prohibet deinde magistratũ illi tribui gubernandum qui propter incontinẽtiã gubernare se nesciat. Neq; cõfidit ciuitatẽ sub eo recte feliciterq; cõponi, in cuius animo ciuitas quędã est incõposita simul & misera. Quis autẽ septẽ numeret deinceps rationes quę ad dignitatem imperãdi conducere apud plurimos iudicãtur. s. Paternitas, Nobilitas, Dominatio, Potentia, Senectus, Prudentia, Sors: tamẽ vnicam ipse prę cęteris eligit. i. prudentiã, dicẽs hãc esse propriã dignitatis imperatorię rationẽ. s. vt prudẽtiores vbiq; imperẽt, imprudẽtiores obtẽperẽt. Quẽadmodũ & oculorũ officiũ est ducere, pedũ vero ministeriũ pergere. Itẽ sicut in qualibet arte psertim nauigatoria & militari & medicina, eius qdem q plus intelligit, est pcipere, eius vero q min⁹ ea ĩ re cognoscit, est exeq: ita & ĩ arte ciuili, ptim vniuscuiusq;, partim familię, ptim ciuitatis gubernatrice illi apprime oẽs parere debẽt q p̃ cæteris qd potissimũ humanę saluti cõducat intelligit. Lex ergo cõmunẽ optans prudentiã, prouidebit vt pter puerilẽ eruditionẽ ad prudentiã conferentẽ, munerũ quoq; publicorũ gradus pro ipsius prudentiæ gradibus

attingit, artificiosam hanc ad id ipsius deductionē gymnasticā nominemus.CLI.Rectissime. ATHE. De musica quidē, quam mediā choreæ partē diximus, satis actū putauimus: atq; ita de ea sit dictum. Quare de reliqua iam dicamus, vel quid agendū? CLI.O vir optime, qui cū Cretensibus & Lacedæmoniis differis, quādo iam satis tractatum de musica est, sed de gymnastica hactenus minime, quidnā responsurū tibi ad interrogationē hmōi vtrumuis nostrū existimas? ATHE. Affirmabo equidē te, cum hęc interrogaueris, aperte iam respondisse. Intelligo.n.q; hęc tua interrogatio responsio quędā est vt dixi, ac iussio simul vt transigant quę ad gymnasticam pertinent. CLI. Optime intellexisti, & sic facias. ATHE. Faciundū est. neq; em̄ difficile est quæ vobis vtrisq; notissima sunt, transigere. Nempe huius artis vtriq; multo magis q̄ illius periti estis. CLI. Vera ferme dicis. ATHE. Nonne huius quoq; ludi principiū est? quia vnūquodq; animal natura saltare cosueuit. Homo autē vt tetigimus, cum numeri sensum acceperit, saltationē peperit. Cantus itē numerū excitat. Quę ambo inuicē copulata choream, & ludum pepererunt. CLI. Ita est. ATHE. Huius partē alterā iam peregimus, alterā deinceps aggrediemur. CLI. Prorsus. ATHE. Sermonē igit de ebrietatis chorea primū hac si placet sententia concludamus. CLI. Quonā pacto? ATHE. Si ciuitas aliqua tanq̄ re seria cōpotationibus & cū legū ordine vtatur, exercitationis cuiusdā ad temperantiā gratia, & alias voluptates non fugiat, sed eadē ratione vt ipsas superet exercitet, hoc vtriq; pacto omnibus his vtendū. Sin vero tanq̄ ludo vtat cōpotationibus ciuitas, & liceat cuiq; quādo velit & quibuscū velit combibere, & alia quęq; pro libidine exercere, nō essem huius sentētię, q; deceat ciuitatē istā aut hunc virū ebrietati aliquādo indulgere. Sed multo magis q̄ Cretensium Lacedęmoniorūq; vsum Carthaginiensiū legē probarē, vt nunq̄ in castris quisq̄ gustare vinum audeat, sed toto illo tēpore aqua bibat, & in ciuitate nunq̄ vini vsum seruo vel serug cōcederem: Sed nec magistratibus toto eo tēpore, quo magistratu fungunt. Gubernatores etiā atq; iudices munus suū subituros a vino penitus prohiberē. Deliberaturos quoq; de rebus nō oīno negligendis. Ac nulli penitus interdiu vinū concederē, nisi exercitationis corporeę morborūq; causa hoc potu opus fuerit, neq; etiā nocte viro vel mulieri quando liberis operā dare volunt. Plura etiam referri possent, in quibus hoīes legis rectę mētisq; cōpotes vino abstinerent. Quapropter secundū hanc rationem, nec multis ciuitati vineis opus esset. Atqui & reliqua agricultura omnisq; viuēdi norma ordinē suum teneret, ac vini vsus ferme omniū moderatissimus & parcissimus esset. Hic itaq; sermoni de vino hospites, si vobis quoq; videtur, apex allatus sit. CLI. Probe dictum. Quare & nobis ita videtur.

Mos Carthaginiensium circa vinum.

Argumentum Marsilii Ficini in Dialogum Tertium De Legibus.




Quemadmodū medicus sanitatē corporis, ita legū auctor spectat animi sanitatē. Quoniam vero oībus optabilius est valetudinē prosperam retinere ne pereat, q̄ recipere pereuntē, idcirco pcipuum vtriusq; tam ciuilis, q̄ medici institutum est, seruare siue corporis siue animi sanitatē: sequens vero vtriusq; consiliū esse videt optimum, siue corpori siue animo habitū, siquādo amissus fuerit, restituere. Quamobrem & apud Platonem & apud veritatē scriptores illi legū contēnendi censent, qui subito qua cēsura scelera perpetrata sint punienda, decernūt: Qua vero ratione homines ita oriant, nutriantur, erudiantur, vt scelera perpetrare nolint, nō puident. Nemo igitur admiretur Platonem nostrum firmissimæ sanitatis animi studiosum, tam in libris Legū q̄ de Rep. diu per multa quę vident leuia, & ad educandos pueros adolescētesq; pertinent, accuratius diuersari. Sic.n. decet diligentissimū animorū medicum facere, eosq; statim natos ita cōponere, vt vel quasi vna cū firma sanitate geniti videant, vel saltē ætate adolescente, sanitas animi pariter coalescat. Hinc itaq; præcedens illa libri Legū primi secūdiq; diligentia in omni musicæ ludiq; genere atq; conuiuiis. Dum em̄ de auctoris legū officio disputat, pcipuum eius.i. circa pueros, & adolescentes studiū, ante omnia iudicat declarandū. Vbi meminisse te volo, quāta cautione ad potū vini iudicauerit accedendū, vt non liceat quotidie bibere, neq; cuilibet neq; ad cuiusq; libidinē, sed in solennibus dūtaxat cōuiuiis, & tunc quidē viris & moderate, raro vero merū, sub arbitro tn̄ & iudice. Alioquin memineris & quantū pbet, vt nō liceat in castris militib⁹ gustare vinū, neq; in ciuitate seruis, neq; magistratibus, neq; gubernatoribus & iudicibus ipso iudicii tēpore, neq; viris mox de rebus magnis deliberaturis, postremo neq; viro vel mulieri ea hora qua liberis operā dare cōstituunt. Hęc operępreciū fuerit diligenter cōmemorasse. Pergamus iam ad propriū libri Tertii argumētū. Cū igit lex ipa ciuilitatis.i. disciplinę ciuilis forma sit, ciuilitas aūt forma sit ciuitatis, haud ab re de legib⁹ tractaturus multa de ciuitatis ciuilitatisq; initio disputat. Ambigit autē vtrū genus humanū fuerit ab æterno nec ne, similiterq; de mūdo. Et q; alicubi tēpus noīat infinitum haudquaq̄ sine principio pprie atq; fine significat, sed nostris potius cōputationibus infinitū: ideoq; dicit sępe tēpus īextimabile potius q̄ immēsum. Atqui & in sexto similiter ambigēs sententiā ita diffinit, Hominū generatio aut nunq̄ incepit, aut inextimabili ante nos tēporis lōgitudine cœpit. Inextig

cam,heri & nudiustertius adinuēta.ATHE.Vides ne Clinia pretermissum abs te esse amicū,qui vere heri fuit?CLI.An Epimenidē dicis?ATHE.Hūc eqdē.Longe eñ hic in nouarū rerū excogitatione oībus apud vos excelluit o amice. Qđ sane verbis olim Hesiodus diuinauit,re autē Epimenides ipse perfecit,vt vos asseritis.CLI.Asserimus plane.ATHE.Ex ea vtiq; deuastatione magnā terribileq; humanis ī rebus desolationē accidisse tūc arbitramur.Fertiliū agroꝝ magnitudinē desertā,cęterisq; animalibus corruptis vix boum caprarūq; genus & illud qdē rarū relictū fuisse, qbus pascēdis tūc hoīes vitā agebāt.CLI.Cui dubiū?ATHE.Ciuitatis vero & disciplinę ciuilis & legū de qbus p̄sens a nobis sermo habet,nunqd memoriā quidē vllā,vt ita loquar,fuisse putamus? CLI. Nullā prorsus.ATHE. An nō ex illis ita dispositis nobis hęc oīa ꝓuenerūt,ciuitates,disciplinęq; ciuiles,artes,leges, & vitiorū atq; virtutis nō parua copia?CLI.Quo pacto id ais?ATHE.Nunqd arbitramur o vir mirifice eos hoīes,cū multoꝝ q̄ īter ciues honesta habent,vel turpia ignari essent,sūmos,vel ī virtute,vel ī vitio extitisse?CLI.Probe dixisti,& qđ vis ītelligim⁹. ATHE.Tēpore igit̄ ꝓgrediēte ac genere hoīm multiplicato,ad eū quē nūc videmus habitū,ꝓuecta oīa sunt. CLI.Recte admodū. ATHE. Neq; tñ subito vt verisimile est,sed paulatim lōgoq; in tēpore.CLI.Valde sic decet.ATHE.In cāpos enim ex cacuminibus montiū recens formido descēdere ꝓhibebat.CLI.Certe.ATHE.Nonne & ꝓpter paucitatē illis tēporibus mutuo inter se aspectu cōgratulabant,pręsertim cū neq; terra,neq; mari transitus ad alios facilis fuerit,oībus ferme ad trāsitū instrumētis deletis vna cū artibus ? Quapropter inuicē cōuenire nō poterāt.Ferrū nāq; & æs & metalla oīa cōfusa perierāt,vt inueniri & in lucē erui nō possent.vnde & lignorū fabri nō erāt.Nā & si aliquod instrumētū relictū quādoq; in mōtibus supfuerit, cito tamē cōtritū euanuit,nec alia fieri poterāt,anteq̄ ars metallica hoībus iterū inueniret.CLI.Quo eñ pacto aliter fieri potuisset? ATHE.Quot autē generationibus postea id factū esse putamus? CLI. Profecto multis. ATHE.Igit artes quęcūq; ferro vtunt & ære cæterisq; huiusmodi oībus eodē tēpore, immo etiā maiore ignorātię tenebris obsitę ignorabant.CLI.Certū id est. ATHE.Quinetiā neq; seditio illo tēpore,neq; bellū erat.CLI.Qua ratione? ATHE.Primo q; ꝓpter desolationē ardēti se inuicē beneuolentia cōplectebant.Deinde q; cibus bellū nō cōcitabat:Pascuorū enim nulla erat inopia,nisi forte quibusdā paucis ab initio.Pascuis aūt plurimū illis tēporibus vitā agebāt.Lactis item & carniū copia nō deerat.Ac venatio facile alimēta,nec illa quidē mala suppeditabat.Vestitus p̄terea stramentorū,habitaculoꝝ,vasculorūq; tā igneorū q̄ nō igneorū copiā habebāt. Artes quippe fingēdi atq; texēdi ferro nō indigēt,qbus hæc oīa dei nutu cōsequimur,vt siquando hoīes in talē calamitatē deciderint,propagare genus humanū possint.Hac de causa nō valde inopes erāt,neq; inopia cōpellebantur ad bella. Diuites etiā fieri minime poterāt,cū neq; aurū neq; argētū haberēt.in quocūq; vero hoīm cœtu,nec inopia,neq; diuitię sunt,huic iustissimi mores aderūt.Neq; eñ ibi cōtumelia,neq; iniuria locū habet. Aemulatio quoq; & inuidia procul abest.His igit de causis boni erāt,ac maxime ꝓpter simplicitatē. Quęcūq; eñ audiebāt honesta esse vel turpia,ꝓpter simplicitatē credētes esse vera, monitis obtēperabāt.Nec vllus propter sapiētię opinionē,vt modo fit,de mēdacio suspicabat,sed quę de diis & hominibus dicebant vera putātes,quiete ad hęc vitā suā īstituebāt. Quāobrē tales erāt oīno,quales paulo ante narrauimus.CLI.Ego qdē & hic tibi ī his cōsentimus.ATHE.Diximus porro generatiōes multas ita viuētes, tā illis q ante diluuiū fuerūt q̄ hodiernis hoībus minorē peritiā habuisse cū cęterarū artiū,tū bellicarū,quę vel terra vel mari hodie exercent:Iudiciorū quoq; & seditionū quę in ciuitate & verbis & opibus sedulo contēdūt ad iniuriā aliis inferēdā. Simpliciores autē fuisse & fortiores,ac simul modestiores,& in oībus iustiores.Horū vero causam iā diximus.CLI.Recte loqueris. ATHE. Dicta igit ita hęc nobis sint,& quę sequūtur idcirco exponant oīa,vt intelligamus cur illis opus legibus fuerit,& qs leges eis cōdiderit.CLI.Probe dixisti.ATHE.An igit illi nec legū latorib⁹ indigebāt, neq; dū illis tēporib⁹ id fieri cōsueuerat?Literas eñ nōdū habebāt,illius tēporis hoīes,sed cōsuetudinē & mores maioꝝ sequētes viuebant.CLI.Verisile est.Sed ciuilis disciplinę qs modus fuit? ATHE. Hic.CLI.Quis? ATHE.Oēs mihi vident disciplinā viuēdi ciuilē illius tēporis,imperiū appellare,qđ etiā nūc multis ī locis & apud Gręcos,& apud barbaros viget,qđ qdē ī habitatiōe Cyclopū extitisse, ita testat Homerus.His cōsiliarię nullę sunt cōciones,neq; rostra iudicioꝝ: sed in altis mōtibus caua antra inhabitāt,spretisq; publicis priuatim quiq; vxoribus filiisq; dāt iura. CLI.Iucundus hic poeta vobis fuisse videt.Atq & alia nōnulla ipsius ꝑcurrimus valde illa qdē vrbana,nō multa tñ.Nos qppe Cretenses alieno poemate parū vtimur.ME.Nos autem vtimur. Videturq; nobis poetas huiusmodi superasse,quis nō Laconicā,sed Ionicā vitā potius vbiq; doceat.Bene autē modo verbis tuis attestari videt,cū antiqtatē hoīm p fabulas ad syluestrē viuendi modū reduxerit. ATHE.Attestatur nimirū. Quapropter testimonio illius inducti credamus gubernationes huiusmodi aliquādo fieri.ME.Recte. ATHE.Nōne gubernationes hę fiūt ex hoībus ipsis q per habitationes singulas,singulaq; genera ꝓpter egestatē ex vastationib⁹ factā dispsi viuūt?in qbus semp antiquior dñat,ex eo q; principiū ex pa

vbiq; distribuant. Ac ne imprudéter horũ gubernacula cõmittant, sanciet ne mera & ingés imperãdi auctoritas cõcedat, sed oẽs quidẽ subiiciet legib⁹, reges aũt cũ senatu cõiunget, senatũ cum cõsilio populari. Cauebit in primis ne vnq̃ supba lasciuia cupiens plus posse q̃ leges, dissensionẽ pariat & ruinã. Studebit vt totũ ciuitatis corpus quo ad fieri potest liberũ sit, prudẽs, & amicũ. Liberũ quidẽ vt possit quilibet patrię suę cõsulere: prudẽs aũt vt sciat, amicũ rursum vt velit. Meminerit tria hęc in ea ciuitate facilius cõuenire, q̃ inter vnius ac populi potentiã obtinet mediũ, vt neq; vnius se totã subdat imperãtis arbitrio vel potẽtię paucorũ, neq; quẽlibet absq; delectu recipiat cõsultorẽ, sed plurimũ quidem optimatũ cõstet gubernatione, nõnihil quoq; habeat regii, nõnihil insup popularis. Circũspiciet mores fortunasq; principũ, quo perspiciat ciuitatũ regnorũq; exitiũ maxime oĩm ex delitioso luxurioso q; adolescentũ virorũq; victu pcedere. Quippe cũ nemo ex hmõi vita virtute pstans euadere possit sed ęger necessario fiat, fragilis, & inflatus & cęcus. Mãdabit ppterea tẽperantiã ab oĩbus maxime coli, sanciẽs eos potissimũ honorari, qui tẽperatissimi oĩm iudicio cõprobent. Neq; patiet fortitudinem ab vllo absq; tẽperãtia possideri, quasi rẽ ciuitati valde periculosam. Quinimmo neq; multarũ rerum peritiã absq; iustitia tãq̃ grauiter nociturã. Sũmatim vero in primo honoris gradu, dotes animi si cũ tẽperãtia mixtę fuerint collocabit, his corporis subiiciet bona, bonis corporis simul & animi externa seruire mãdabit. Prohibebit quoq; nimiã libertatẽ, vetabit & nimiã seruitutẽ. Nã nimia qdẽ seruitus amicitiã. i. & beneuolentiã populi erga principẽ, & charitatẽ erga patriã e medio tollit, adeo tollit vt leui de causa vel princeps, vel patria pereat. Libertas vero nimia lasciuiã primo parit: deinde contẽptũ legũ, post hęc frequẽtes seditiones & extremã deniq; seruitutẽ. Nemo vero miret Platonẽ & hic & sępe alibi ludos, siue poti⁹ studia musicę magnifacere, quasi ad permutãdos in vtrãq; partẽ mores tã publice q̃ priuatim possint q̃plurimũ. Nã ea tẽpestate & familiare oĩbus & palã frequẽtissimũ erat eiusmodi studiũ, qđ aũt ab oĩbus fit atq; continue, nõ minorẽ ferme in animũ vim habet q̃ aer in corpus. Pręterea quę apud medicos parũ cautos habent leuia, apud Platonem obseruantissimũ humani generis medicũ haud contẽnenda censentur. Descẽdit post hęc ad superiorũ epilogum. In quo epilogo posset quispiã clausulam illam, Si vero quicq̃ & quę sequunt, ita forsitan legere. An vero quicq̃ contulerimus nec ne? Quis redarguet? Cum inter nos omnia dicta fuerint. Sed ista tu videris.

DIALOGVS TERTIVS DE LEGI. VEL DE LEG.LATIONE.

ATHE.



HAEC Quidem ita se habeãt. Ciuilis autẽ disciplinæ initiũ quodnã fuisse dicemus? An nõ hinc facillime ipm quis optimeq; inspiciet? CLI. Vndenã? ATHE. Vnde ciuitatũ quoq; incrementũ & ad virtutem & ad vitium licet inspicere. CLI. Vnde dicis? ATHE. Reor equidẽ a longitudine infinitateq; temporis, rerumq; in eo mutationibus. CLI. Quo pacto id ais? ATHE. Age dic si habes ex quo vrbes ciuilesq; hoĩm institutiones cœperũt, quanta tẽporis pcesserit multitudo. CLI. Nequaq̃ id facile. ATHE. Inexplebile vtiq; hoc & impossibile cogitatu. CLI. Sic est oĩno. ATHE. Nõne innumerę in hoc tempore cõditæ sunt ciuitates, totidẽq; destructæ? quę omni ciuilis vitę conditione passim vsę sint, factæq; modo e minoribus, modo minores e maioribus: peiores quoq; ex melioribus, & contra ex peioribus meliores? CLI. Necessarium id quidẽ est. ATHE. Huius igit mutationis causam excogitemus si possumus. Fortassis enim primã vitæ ciuilis causam mutationemq; nobis ostendet. CLI. Probe loqueris. Quare & te oportet quid hac de re sentias diligenter exponere: & nos attente auscultare. ATHE. Num igit prisci sermonis veritatẽ aliquã habere videntur? CLI. Quinam? ATHE. Multos videlicet hominũ interitus ex diluuiis morbis aliisq; pestibus olim accidisse, ex q̃bus pauci homines superstites fuerint. CLI. Valde id cuiq; verisimile. ATHE. Age iam de multis vnũ hoc exitium qđ illuuione factũ est perspiciamus. CLI. Quid in hoc cogitare nos iubes? ATHE. Nẽpe eos qui cladẽ tunc euaserunt, montanos quosdã & pastores fuisse, in montiũ cacuminib⁹ pauca semina ad propagandũ genus hoĩm conseruata. CLI. Patet. ATHE. Atqui necesse est eos & aliarum artiũ fuisse expertes, & auaritię contẽtionisq; studia inter ciues, cæterasq; aduersus alios astutias ignorasse. CLI. Consentaneũ id quidẽ. ATHE. Ponamus etiã campestres & maritimas vrbes subito illo tẽpore periisse. CLI. Ponamus. ATHE. Instrumẽta igit oĩa & quęcũq; artium siue ad disciplinã ciuilẽ, siue ad facultatem aliam pertinentiũ, extabãt inuẽta, cõcidisse illis tẽporibus asseremus. Quomodo eñ o vir optime si hęc in sempiternũ ita se vt modo habentia permansissent, nouũ quicq̃ alicui esset inuentũ? CLI. Nẽpe quia innumerabilis quędã multitudo annorũ ignorabat ab illis. Mille autẽ anni vel duo milia ex quo qcq̃ dicebat inuentũ, partim Dædalo, partim Orpheo, partim Palamedi patebãt. Sicut quæ ad musicã pertinẽt, Marsyæ & Olympo: quę ad lyrã, Amphioni attribuũtur, aliaq; aliis multa, vt ita di-

Initiũ ciuilis disciplinę.

Generatio & corruptio ciuitatum infinita.

remus,id ita esse putabamus,nūc autē obliti omnino sumus?ME.Minime.ATHE.Nonne idē magis nūc cōfirmabimus?ab historia enim rerū gestarū,in quā incidimus,ad hoc affirmandū admonemur. Quare nō circa vanū aliqd,orationē reuoluemus,cū rē gestā ac veram dicamus.Facta vero hęc sunt. Tria regna & tres gubernatę regno ciuitates legibus cōmuniter de imperando parendoq; positis iurarunt inuicē,reges qdē ne genere ac tēpore progrediente violentius regnarent, populi autē si reges iusiurandū conseruarent,ne vnq̄ regno deponerēt,immo vero defenderent siquis vnq̄ aggrederetur. Reges quoq; regibus & populis,atq; etiam populi populis & regibus se mutuo propulsaturos illatas iniurias coniurarūt.Nōne ita?ME.Ita prorsus.ATHE.Quod autē in cōstituēda disciplina ciuili maximū est,id siue reges,siue alii leges tulerint,tribus illis ciuitatibus adfuit. ME.Quid illud? ATHE. Vt duę simul contra vnā insurgerēt,quę positas leges trāsgrederet.ME.Manifestū id qdem. ATHE. Illud etiā legislatoribus multi p̄cipiūt,vt leges huiusmodi ferāt,quales multitudo & populus libēter suscipiāt, perinde ac siqs gymnasii magistris medicisve p̄ciperet,vt cū voluptate corpora curēt,eisq; iucūde medeant.ME.Sic oīno.ATHE.Satis tamē sæpius est,siquis parua cū molestia bonā habitudinem & sanitatē corporibus reddat.ME.Quid ni?ATHE.Hoc p̄terea ipsis aderat non paruū ad ferendarū legū facilitatē.ME.Quidnā?ATHE.Non erat illarū legū latoribus bonoꝝ æqualitatē efficientibus maxima illa difficultas quę cōueniętibus in vnā legē ciuitatibus multis solet accidere, si agrorū quęrāt possessionē turbare,& nouas tabulas introducere,quoniā videāt nō satis posse absq; his æqualitatem fieri.Nam aduersus eū qui mouere ex his aliqd tentat,oēs reclamāt, ne moueat nō mouēda. Agros quippe diuidenti,& nouas tabulas introducēti aperte omnes maledicūt,vt quisq; quo se versat ignoret.Doris autē hęc difficultas turbatioq; nō fuit. Nam agros abūde sine cōtrouersia possidebant,debitaq; ipsis æris alieni prisca & magna non erant.ME.Vera narras.ATHE.Quonā igit̄ optimi viri ita male constitutio illa & legislatio ipsis abiuit?ME.Quo id pacto?Quidve culpas? ATHE. Q; ex tribus ciuitatū cōstitutionibus,duę cito & disciplinā ciuilem & leges p̄diderūt, & vestra ciuitas vna relicta est.ME.Haud facile est,qđ interrogas.ATHE.Atqui opus est vt id modo cōsiderātes, differentesq; de legibus senili quodam modestoq; ioco,iter hoc quēadmodū a principio diximus sine molestia conficiamus.ME.Proculdubio faciendū est,vt dicis. ATHE. An igit̄ pulchriorē de ligibus cōsiderationē habere possumus,q̄ de his legibus quæ ciuitates huiusmodi exornarunt? aut etiā ciuitates vllas institutionesq; honestiores ac maiores his cogitare?ME.Non facile quispiā his alias anteponat. ATHE.Nemo autē ambiget quin illi ita coniūcti nō Pelopōnesum tantū, verūetiam vniuersam Gręciam,si barbarus quispiam iniuriā intentaret,defendere posse crediderint, Troianorū exēplo commonitus,qui Assyriorum potentia fręti quę a Nino traxit originem,bellum contra se cōcitarūt. Erat enim adhuc principatus illius nō cōtemnenda potentia. Quare quemadmodūnunc regem nos magnū formidamus,ita gentium illarum conspirantiū in vnū potentiam tūc omnes expauescebant. Magnā vero aduersus eos criminatione secūda Troię euersio prębuit.Assyriorū eñ principatus particula q̄dā,Troię potētia fuit.Aduersus igit̄ eā potētiā in tres diuisus ciuitates exercitus a fratribus Herculis filiis tūc regnātibus optime atq; ornatissime factus videbat̄,& multo melius instructus,q̄ q Troiam obsedit.Primū enim Herculidas excellentiores principes q̄ Pelopidas habere arbitrabantur. Deinde hūc exercitū illi q Troiā petiit,virtute p̄stare.Hos eñ vicisse, illos ab istis fuisse superatos,a Doris Achiuos.Nonne sic illos cogitasse,eaq; de causa sic se pręparasse credimus?ME.Oīno.ATHE. Verisimile igitur illos firmam quoq; constitutionem hanc suam fore putasse, longūq; tempus duraturam,præsertim quia multa pericula & labores vna subierunt,& a fratribus regibus gubernabātur. Necnō multis vsi fuerāt vatibus,tum aliis,tū Apolline Delphico.ME.Verisimile admodū. ATHE. Hæc vero quæ maxima fore existimabant̄,breui tunc vt videtur euanuerunt,præter paruā vt modo diximus,partē,quæ vestrā habitat regionē.Hæc vero nūq̄ ad hūc vsq; diem a bello contra duas partes suscepto cessauit.Nam si facta tunc constitutio concors mansisset,inuicta profecto in bello fuisset. ME.Cur non?ATHE.Quomodo igitur & qua ratione dissoluta est? Nonne consideratione dignum est,quænā fortuna tantā ac talem constitutionē euertit?ME.Nunq̄ profecto aliud considerās quispiā vel leges,vel respublicas alias intelligere poterit,quibus pulchrę magnęq; res seruētur,vel cōtra perdantur,si ista neglexerit. ATHE.Feliciter ergo in sufficiētē hanc considerationē incidisse videmur. ME.Sūmopere.ATHE.Nunqd ergo noster nos omnes latet error, & in pręsentia maxime, dū putamus singularē quādā perspicere rem,quā mirabiles sequentur euentus,siquis bene illa vti modo debito nō ignorabit?Nos autē modo neq; recte forsan,neq; secūdū naturam de hoc ipso sentimus:Et alii omnes in oībus errant,de quibus similiter cogitant. ME.Quid ais? Et qua de re istud maxime dicis? ATHE.Ipse me o bone vir nūc certe derisi.Cū enim illū exercitū de quo modo sermo habitus est, cōsiderassem,egregius p̄fecto atq; mirandus mihi visus est,& p̄clara q̄dā facinora Græcis gesturus siqs tūc ipso bene vsus fuisset. ME.An nō prudēter & tu cūcta dixisti,& nos probe laudauimus? ATHE.

tre matreq́ sumpserũt, quos qdẽ quasi aues secuti gregẽ vnũ cõficiũt, patris volũtate ꝑ lege vtentes, & regno oĩm iustissime gubernati. ME. Ita prorsus. ATHE. Postea vero cõmuniter pluresq́ confluentes maiores ciuitates constituũt, atq́ ad agriculturas primũ in mõtium radicib⁹ cõuersi maceriosos ambitus quasi muros vrbiũ ferarũ causa condũt, vnã domũ amplã cõmuneq́ cõdentes. ME. Verisimile id quidẽ videt̃. ATHE. Quid aũt hoc? nõne etiã verisimile? ME. Quidnã? ATHE. Cũ habitationes hę maiores e minoribus primisq́ sunt factæ, cõueniẽs est adesse paruarũ singulas generatim, habẽres sigillatim seniores prĩcipes ꝓpriosq́ mores, ex eo ꝙ seorsum vixerint, & idcirco alios ab aliis parẽtib⁹ educatoribusq́ mores susceperint, quib⁹ assueti sunt singuli ad deos colẽdos, seq́ ipsos curandos, modestiores qdẽ a modestis, a fortibus fortiores, & in cęteris oĩbus ꝑur singuli filios aut nepotes erudierunt, quorũ ritus quasi leges ꝓprias ad maiorẽ habitationẽ ferũt. ME. Quid ꝓhibet? ATHE. Atq́ necesse est leges suas cuiq́ in primis placere, aliorũ vero leges loco secũdo. ME. Ita est. ATHE. Sed videmur iã in ipsam quasi legũ lationẽ clam incidisse. ME. Vtiq́. ATHE. Post hęc necesse est, vt qui cõueniũt aliquos ex seipsis cõmuniter eligãt, qui oĩm instituta nouerint, & q̃ maxime ex his ꝓbauerint, ad cõmunes quosdã populi duces quasi reges deferãt. Earũ vero legũ quę cõprobatę fuerint, ipsi latores noĩabunt, constituentesq́ optimatũ gubernationẽ ex imperiis, aut regnũ aliqđ, in hac ciuilis disciplinę mutatione cõuiuent. ME. Ita certe cõueniẽti successione cõtinget. ATHE. Tertiã itaq́ disciplinę ciuilis figurã iã dicamus, in qua species oẽs & affectus rerũp. & ciuitatũ reperiunt̃. ME. Quænã ista est? ATHE. Ea certe est, quã Homerus post secũdã tertio factã ita significauit. Dardaniã vero tũc terram ille ędificauit. Nõdũ eñ sacra illi mœnia erecta in cãpis stabãt, multarũ gentiũ ciuitas. Sed ad radices mõtis Idæ fontifluę habitabãt. Profecto carmina hęc & superiora illa de Cyclopib⁹ diuinit⁹ & secũdũ naturã ipsam conscripta sunt. Diuinũ eñ poetarũ genus est: diis agit̃, & sacros concinit hymnos. Vnde vera passim cũ musis atq́ gratiis tãgere solent. ME. Sũmopere. ATHE. Pręstantẽ igit̃ fabulã prosequamur. Forte eñ aliqđ ex ea patebit ex iis quę volum⁹. An nõ sic oportet? ME. Sic prorsus. ATHE. Cõditũ igit̃ ex altiorib⁹ in magno pulchroq́ cãpo Iliũ accepim⁹, in colle quodã nõ alto, quo multi de sup ex Ida fluuii defluebãt. ME. Sic traditũ est. ATHE. An nõ lõgo post diluuiũ tẽpore id factũ putamus? ME. Quis nõ ita putarit? ATHE. Magna igit̃ eos deuastationis illius cepisse videt̃ obliuio, quando iuxta multos fluuios, & ab altioribus locis fluentes vrbẽ condiderũt, seq́ ipsos collib⁹ exiguis credidere. Vnde ꝑspicuũ est multis seculis eos post illuuionis vastitatẽ fuisse. Alię preterea multæ vrbes, iam tũc lõgius ꝓpagato genere hoĩm, colebant̃. ME. Quid ni? ATHE. Quę.s. & aduersus Ilion militarũt. Atq́ ꝑ mare forsan, quasi iã oẽs eo intrepide vterent̃. ME. Apparet. ATHE. Decẽnio autẽ Achiui Troiam oppugnãtes euerterũt. ME. Plane. ATHE. In eo igit̃ decẽnio quo Troia obsidebat̃, multa mala domi obsidentibus Achiuis ꝓpter seditiones iuuenũ acciderũt, qui nec honeste, nec iuste in sua redeũtes milites recepere, sed ita vt multi morte, multi exilio afficerent̃. Qui rursus expulsi deducti sunt, Dori ꝓ Achiuis mutato noĩe appellati, ꝓpter Doricum quẽdã a quo exules cõgregati & restituti fuerũt. Atq́ hęc oĩa vos o Lacedęmonii hinc enarratis. ME. Proculdubio. ATHE. Cũ sermo nobis de legibus institutus esset, in disputationẽ de musica & ebrietate digressi sumus. Nũc tandẽ quasi diuinitus ad idem nobis oratio reuoluta est, nobisq́ quodãmodo ansas prębuit. Ad eã enim ciuilẽ disciplinã delapsa est, quã & in Lacedęmonia, & in Creta recte quasi fraternis legibus institutã asseritis. Tãtũ vero ex hac orationis digressione lucrati sumus, vt dũ per disciplinas ciuiles vrbiũq́ habitationes transueheremur, primã & secundã & tertiã ciuitatẽ ꝑspexerimus, alterã ab altera in tractu quodã longissimo tẽporis, vt nostra fert opinio, depẽdẽtem. Nunc vero quarta hæc nobis ciuitas venit, aut si vultis quartũ hoc hoĩm genus, qđ & quãdoq́ alicubi habitabit, & nũc iã habitat. Ex quibus oĩbus si intelligere potuerimus, quid bene vel cõtra in habitatione sit institutũ, & quęnã leges ipsorũ cõseruãt ea quę conseruant̃, & quę corrupta corrũpunt, & qualis institutionũ ciuilium cõmutatio beatã o Megille & Clinia efficit ciuitatẽ, satis nobis factũ putabimus. Hæc oĩa inquã rursus tanq̃ ab initio nobis tractãda sunt, nisi forte aliquo pacto quę dicta sunt, respuam⁹. ME. Siqs nobis hospes deus polliceret̃: ꝙ si disputationẽ rursus de latione legũ aggrederemur, neq́ pauciora, neq́ peiora his quę dicta sunt, audiremus, longũ ipse hac de causa iter facerẽ, & breuis mihi hęc dies videret̃, q̃uis ab æstiuali solstitio ad hiemalia, dies modo vertatur. ATHE. Considerãda igit̃ ista vident̃? ME. Maxime. ATHE. Illa deniq́ tẽpora cogitatione cõplectamur, in qbus Lacedęmon, Argi, Messeneq́, & eis coniuncta oĩa maioribus vestris Megille subiecta fuerũt. Tũc eñ illud fabulæ ipsis, vt dicit̃, placuit, vt tripartito exercitu diuiso, vrbes tres habitarent Argos, Messenem, Lacedęmonẽ. ME. Sic factũ. ATHE. Et Argorum quidẽ rex Temenus factus est, Messenes vero Cresphontes, Lacedęmonis autẽ Eurysthenes simul atq́ Patrocles. ME. Sic vtiq́. ATHE. Iurarunt item omnes se illi repugnaturos, qui cuiuspiã regnũ depopulare aggrederetur. ME. Plane. ATHE. Dic vero per Iouem nunquid regnum vel principatus aliquis deponatur, vel depositus quãdoq́ ab aliis sit, q̃ a seipsis? An paulo ante cum in hunc sermonẽ incide-

Commendãtur poetæ.

Vnde Dori.

esse videbitur. Hęc igitur, vt paulo ante diximus, ita se habeant. CLI. Ita prorsus. ATHE. Imperantes vero & parẽtes nõne in ciuitatibus esse debẽt? CLI. Vtiq;. ATHE. Esto. rationes autẽ ꝑ dignitate imꝑãdi atq; parẽdi, quales sunt? & quot tã in ciuitatibus magnis & paruis, q̃ priuatim ĩ domibus similiter sunt? Nõne prima dignitatis recta ratio erit, vt pater ac mater, & simpliciter genitores vbiq; natis imperent? CLI. Maxime. ATHE. Secunda, vt ignobilibus generosi? Tertia, vt iunioribus seniores? CLI. Et hoc. ATHE. Quarta, vt domini seruis? CLI. Proculdubio. ATHE. Quinta, vt potẽtiores dominẽtur, imbecilliores seruiãt? CLI. Principatũ modo dixisti admodũ necessariũ. ATHE. Immo vero qui plurimus, & secũdũ naturã, vt Thebanus Pindarus ait, in oĩbus aĩalibus reperitur. Maxima vero dignitas sexto collocãda est, qua ignorãtes quidẽ sequi iubent, prudẽtes autẽ ducere atq; dominari. Qđ ego qdẽ imperiũ o sapiẽtissime Pindare, nõ pręter naturã, sed secũdũ naturã legis & spõte susceptũ, nõ violẽter fieri affirmarẽ. CLI. Probe dictũ. ATHE. Septimũ principatũ ad sortẽ aliquã producamus, eũ dei gratia & felicitate quadã obtingere asserẽtes: & iustissimũ esse ducamus, vt is quẽ sors delegerit imperet: ille vero quẽ repulerit, pareat. CLI. Vera narras. ATHE. Dicemus ergo ioco quodam ad aliquẽ eorũ q facile ferẽdarũ legũ munus aggrediunt. An vides o legũ lator quot circa imperãtes dignitates cõsiderant? & quomodo inter se oppositę sunt? Profecto nũc fontẽ aliquẽ seditionũ inuenimus, a quo tibi cauẽdũ est. Primũ igit nobiscũ diligẽter cõsidera, quidnã & quomodo ꝑter hæc male agentes Argoꝝ Messenæq; reges seipsos simul & Græcoꝝ potentiã q̃ tũc mira erat, euerterũt. Nõne qa rectissime dictũ ab Hesiodo ignorarũt, Dimidiũ nõnũq̃ plus esse q̃ totũ? Quãdo videlicet totũ cõprehẽdere noxiũ est, dimidiũ vero moderate se habet, tũc sane moderatũ immoderato plus esse censuit, vtpote deteriore melius. CLI. Rectissime. ATHE. Vtrũ regibus hoc pniciosum inesse prius, q̃ plebi credimus? CLI. Probabile est regũ maxime hũc morbũ esse, q superbe ꝑpter delitias viuũt. ATHE. Perspicuũ igit hoc primũ reges eos habuisse, ꝙ plus q̃ positę leges posse voluerũt, nec in eo cõcorditer pmãserũt, qđ verbis & iureiurãdo laudauerãt. Verũ dissensio, vt nobis videt, q̃ cũ maxima ignorantia sit, sapiẽtia tñ apparet, ea oĩa ꝑpter errorẽ & amarã incõcinnitatẽ, euertit. CLI. Videt. ATHE. Quid igit hoc de morbo timẽtẽ oportuit legislatorẽ cauisse? An p deos neq; sapiẽtię laudẽ habet nũc huius agnitio, neq; difficile dictu? Siquis autẽ id tũc ꝑuidisset, certe is nobis sapiẽtior extitisset. ME. Quid illud dicis? ATHE. Licet nũc Megille qđ olim a vobis factũ est animaduertere, atq; ĩde rẽ ipsam cognoscere, faciliusq; ita qđ tũc fieri oportuit, dicere. ME. Dic planiꝰ. ATHE. Ita certe aptissimũ fiet. ME. Quonã pacto? ATHE. Sigs minoribus maiorẽ potẽtiã neglecta mediocritate ꝑbuerit, vela nauibus, cibũ corporibus, animis principatus, oĩa ꝑuertunt. Nã supra modũ elata lasciuiũt: & alia qdẽ in morbos incidũt, alia in iniuriã elatioris lasciuię filiã. Quid itaq; dicimus? Nõne hoc? ꝙ nulla est o dilecti viri, animę humanę natura, quę si iunior sit, & nulli referẽdę rationis iure subiecta, possit principatũ inter hoĩes maximũ ita ferre, quin ignorãtia morbo extremo mẽtẽ occupãte a proximis amicis odiũ cõsequat. Qđ ita factũ cito ipm corrũpit, oẽsq; vires eius deponit. Hoc autẽ cauere mediocritatis ipsius obseruatione, excellentiũ legũ latorũ opus. Qđ igit tũc factũ, facile modo perspectu est, hoc esse videt. ME. Quidnã? ATHE. Deus quispiã vt arbitror vestri curã habuit: qui cũ futura pręsciret, geminã vobis ex vnica regũ generationẽ cõstituit, atq; ita ad mediocritatẽ magis cõtraxit. Prætera natura q̃dã humana viribus diuinis cõiũcta tumẽtẽ vestrũ perspiciẽs principatũ, moderatas vires eorũ q in iudiciali foro versant, superbę nobilitatis potẽtię iunxit, viginti & octo senũ sentẽtia, in rebus maximis regũ potẽtię adæquata. Ad hęc tertius seruator affuit, q̃ luxuriãtẽ adhuc & fremẽtẽ cõsiderãs principatũ, Ephororũ cẽsura ꝑxime ad potẽtiã sorte electã conducta quasi frẽnũ ipsi immisit. Hac igit ratione regnũ vestrũ, ex qbus decebat cõpositũ, & moderate cõstitutũ, & ipsum qdẽ seruatũ est, & salutis alioꝝ causa fuit. Alioquin Themeno & Cresphõte cęterisq; q leges eis cõdiderũt, quicũq; fuerint, nec factio qdẽ ipsa Aristodemi seruata esset. Neq; eñ satis erãt ferẽdarũ legũ periti. Quoniam si fuissent, nũq̃ iuuenilẽ animũ accepto principatu vnde tyrãnis fieri poterat, iureiurando se moderaturos existimassent. Nũc autẽ deus ostẽdit, qualẽ oportebat oporteq; potissimũ cõstitui principatum. Qđ quidẽ a nobis intelligi postq̃ factũ est, vt dixi antea, nihil mirũ. Non eñ arduũ est videre, si exemplo cõmoueris. At siquis id tunc prospexisset, moderariq; principatus & vnũ ex tribus perficere potuisset, magnificas oẽs eorũ cogitationes seruasset, nec Persica classis, nec alia vlla vnq̃ cõtẽptis nobis vt nulla re dignis, in Græciam nauigasset. CLI. Vera narras. ATHE. Turpiter ergo illis repugnarunt o Clinia. Turpiter autem dico, non quia qui tunc terra mariq; vicerũt minus q̃ deceret fortiter in pugnando se gesserint: sed turpe illud inquã, ꝙ vna de tribus illis ciuitatibus ꝑ Græcia decertauit: duæ autem ita deprauatę fuerunt, vt altera Lacedæmonẽ quoq; ne succurreret, prohiberet, nõ paruo ipsi bello illato: altera Argiuorum q̃uis prima illis distributionis temporibus in Græcia esset, tamen ad depellendum barbarum accersita, nec orantes audire voluit, neq; defendit. Multa referre possem quæ ea tempestate in Græcia facta, vt turpia possunt accusari. Neq; qui Gręciam se defendisse dicunt, ve-

Septẽ dignitates imperãdi.

Quõ intelligẽdũ, dimidium plus esse q̃ totum.

Fortasse, puto tamē oēs qui magnū aliquid & ingēti potētia prēditū viderint, statim sic affici, vt opinētur, si sciret qui ipsum possidet tanta re taliq; vti, multis pclarisq; inde rebus gestis felicē fore. ME. Nōne & hoc rectū? vel quomodo dicis? ATHE. Cōsidera iā quorsum respiciēs qui sic laudat singula recte dicat. Ac primū de quo dicebam⁹, quo pacto si recte sciuissent exercitū ordinare qui tūc prēfuerunt, feliciter vsi occasione fuissent? nōne si tutiorē illo tēpore cōstituissent, semper seruassent, ita vt & ipsi liberi essent, & alios quos vellent, subiugarēt? atq; oīno & ipsi & eorū posteri tam apud Grecos q̄ apud barbaros, quicqd cuperēt, cōsequerent? An nō oīa huius gratia cupiebāt? ME. Immo etiā valde. ATHE. Quicūq; igit cū diuitias ingētes perspexerit, aut honores generis excellētes, aut aliqd eiusmodi, eadem ipsa dixerit, ad hoc respiciens dicet, quasi per hoc ipsi futura sint oīa quę desiderat, vel plurima atq; potissima. ME. Ita videt. ATHE. Vna certe omniū hominū cōmunis quædā cupiditas est, quā præsens sermo significauit. ME. Quęnā? ATHE. Vt secūdum animi sui desideriū oīa, vel saltē humana gerātur. ME. Cui dubiū? ATHE. Quādo oēs semp hoc volumus, & in pueritia & adulta ætate & senio, sedulo id pculdubio habere pcamur. ME. Vtiq;. ATHE. Amicis etiā hęc precamur, quæ ipsi quoq; sibi precarent. ME. Et hoc. ATHE. Amicus autē filius patri, cum puer sit, viro. ME. Profecto. ATHE. Atqui eorū quę puer cōtingere sibi precat, multa pater ne accidāt, deprecat. ME. An id fieri dicis, quādo iuuenis est & amēs filius q precat? ATHE. Immo etiā quando pater siue senex siue ad modū iuuenis, cū nec honestorū neq; iustorū quicq̄ cognoscat, sic affectus vt Theseus ad infelicē Hippolytū, impēsius imprecat, filius aūt cognoscit, putas ne tunc filiū cū patre eadē oraturū? ME. Intelligo qd dicis. Dicere enim mihi videris, nō esse precandū conandūq; vt voluntatē nostrā cuncta sequātur, sed vt prudentiā nostrā voluntas. Idq; tā ciuitati q̄ singulis, precib⁹ petendū, studendūq; vt mentem habeāt. ATHE. Idq; prorsus inquā. Quinetiā q ciuilis vir legūq; lator ad hæc semp respiciens leges ferre debet, & ipse recordatus sum, & vos nunc recordari volo. Nēpe vos in disputationis principio dicebatis, pbum legū latorē ad bellū oīa referre debere. Ego autē dicebā ad vnā solūmodo virtutē cū tamē sint quatuor, id respicere, respiciēdūq; nō ad vnā tantū, sed oēs, maxime vero ad primā, quæ & cęterarū oīm dux est. hęc vero prudētia est, & itellectus, & opinio, vna cū amore & cupiditate ista sequēte. Eodē iā oratio nostra reuertit. Et ego qui tūc ea dicebā, eadē nunc etiā dico, siue ioco vultis, siue serio. Assero equidē nō esse tutū, voto vti, & ad votū cōsequi, si mentē nō habeas, sed cōtraria eorū euenire q̄ petis, satius esse. Si serio dicta hęc existimare vultis, existimate. Spero em̄ nunc vobis persuadere qd paulo ante pposuim⁹, perditionis regū, totiusq; cōstitutionis illius dissoluēdę causam nō timiditatē fuisse, nec rei militaris ignorantiā seu principū siue subditorū, sed vniuersam reliquā prauitatē, & prēsertim circa humanarū rerū maximam ignorantiā. Q hęc tunc ita contigerint, & nunc sicubi fiāt, aut futura quādoq; sint, nō aliter eueniāt, si vultis conabor, vt ratio deinceps ostēdet, adinuenire, vobisq; tanq̄ amicis, p virib⁹ explanare. CLI. Verbis te hospes laudare molestū, re autē valde laudabimus. Libēter enim tua dicta suscipiemus: qua in re, liberalis quędā laus est, quę nō maxime patet. ATHE. Optime tu quidem Clinia. Quare qd ais efficiamus. CLI. Erit ita si deus voluerit. Tu modo dic. ATHE. Cēsemus ergo, per sequentē disputationis huius viam deinceps progredientes, maxima tūc ignorantia potentiā illā fuisse perditā, similesq; rerū euētus & nūc eadē ex causa pficisci. Quapropter si hoc ita se habet, legislator conari debet prudentiā quoad fieri potest ciuibus dare, ignorantiā q̄ maxime auferre. CLI. Manifestū id quidē. ATHE. Quænā igit maxima inscitia iure dicet? Considerate si mihi assentimini. Ego enim hāc cēsco. CLI. Quā? ATHE. Quādo aliquis qd honestū sibi aut bonū videt, nō amet, sed oderit: qd aūt malū atq; iniustū, id diligat atq; amplectatur: hanc voluptatis dolorisq; dissensionē aduersus eā quę rationē sequitur opinionē, extremā esse inscitiā assero. quā etiā maximā dico, quia in multitudine animi est. Qd em̄ in eo doloribus voluptatibusq; mancipatum est, quasi plebs ciuitatis est atq; multitudo. Quādo igit scientię, vel opinioni, vel rationi quæ natura dominātur, animus aduersat, hoc ego ignorantiā appello: & ciuitatis qdē, quando principibus legibusq; multitudo nō paret: & vnius etiā viri, quādo licet bonę in animo rationes sint, nihilo tamē magis secundū ipsas agitur, sed cōtra oīa peragunt. Has equidē ignorātias perniciosissimas esse assero ciuitatis, cuiuslibetq; ciuis, nō autē opificū ignorātias, si modo qd dico hospites intelligitis. CLI. Et intelligimus o amice hæc, & cōcedimus. ATHE. Hoc itaq; ratum habeatur, q ciuibus qui hoc modo ignorant, nihil ad principatū pertinēs cōmittendū sit: immo vero vt ignorantes, improbādi, etiā si acutissimi & disertissimi sint, & quę ad ornamentū & acumē ingenii spectār, cuncta cōplexi. Qui vero cōtra affecti sunt, sapientes habēdi, etiā si neq; literas vt dicit nouerint, neq; natare sciāt. Magistratus quoq; istis quasi prudētibus cōmittendi. Quomodo em̄ o amici vel minima prudētię species sine consensu cōsistere poterit? CLI. Nullo modo. ATHE. At vero pulcherrim⁹ maximusq; cōsensuū oīm, maxima iure sapiētia esse dicet. Cuius quidē particeps sit necesse est qui secundū rationē viuere debet. Quisqs autē expers est, & suæ domus euersor, & ciuitatis nunq̄ seruator, sed cōtra oīno ad hęc semp ignatus

Nō pcādū vt volūtatem nostrā cuncta sequant, sed vt prudentiā nostrā voluntas.

Prudentia ceterarum dux.

Quę maxima iscītia ciuiū.

Prouerb. Neq; literas scit: neq; natare.

Neq; fortunã fuisse causam arbitror,sed vitam malam,qua filii valde diuitũ tyrãnorũq; vt plurimũ viuũt.Nunq̃ eñ puer & vir & senex ex huiusmodi vita virtute prẽstans euadere poterit.Quę qdẽ & legũ latori cõsiderãda,& nobis in p̃sentia animaduertẽda cẽsemus. Atqui & vobis par est o Lacedæmonii id tribuere,q; paupertati,diuitiis, regno priuatis,nullos excellẽtes honores munerave p̃betis, quę vobis ab initio dei alicuius oraculo dicta nõ sint.Neq; oportet in ciuitate excellẽtes cuiq̃ cõferre honores,quia diuitiis pręstet,aut q̃a velox,aut formosus,aut robustus sit,si virtute careat. Sed neq; etiã si virtutẽ aliã habeat quãdã,temperãtiã vero non habeat.ME.Quo pacto id hospes ais? ATHE. Nonne fortitudo vna q̃dã pars virtutis est?ME.Est.ATHE.Tu ipse igit̃ cũ audieris,iudicato.Velles ne vicinũ aut domesticũ quẽpiã habere,fortẽ qdẽ maxime,minime vero tẽperatũ,quinetiã impudicũ? ME.Dii meliora.ATHE.An vero artiũ quidem multarũ peritũ,& in his sapientẽ,sed iniustum? ME. Nullo modo.ATHE.At vero iustitia sine tẽperãtia originẽ habere nullã potest. ME.Quomodo eñ aliter?ATHE.Sed neq; etiã ille,qui modo sapiens a nobis dictus est,q; voluptates atq; dolores rectæ rationi concordes & obsequẽtes habeat.ME.Non certe.ATHE.Id pręterea cõsideremus,vt quomodo inter ciues honores recte,vel nõ recte distribuãtur,inspiciamus.ME.Quidnã? ATHE. Tẽperãtia si ab omni alterius virtutis genere ĩ alicuius animo destituta sit,honorãda ne iure est,an cõtra? ME. Non habeo quid respondeã.ATHE.Modeste,satisq; responsum est.Alterutro enim illorũ cõcesso,in cõcinne vt arbitror respõdisses.ME.Bene igit̃ factũ est.ATHE.Esto.Nẽpe accessio ipsa & honores & opprobria nõ dictu sed silẽtio potius irrationabili digna erũt.ME.Temperantiã dicere mihi videris. ATHE.Hãc ipsam dico.Qđ igit̃ ex aliis nobis prodest plurimũ, si cũ additione maxime honoretur, rectissime honorabit̃:& qđ secũdo loco prodest,secũdo honorãdũ. Atq; ita secũdũ successionis rationem,si quodlibet honores qui deinceps ordine sequũtur nanciscat̃,recte vtiq; nãcisceretur.ME.Est ita. ATHE.Quid porro?an hęc quoq; a legislatore distribuenda esse dicemus? ME.Maxime.ATHE.Visne partitionẽ cũctorũ in opa singula & minima quęq; illi relinquamus?Tripartitã vero diuisionẽ,quoniã & ipsi legũ quodãmodo studiosi sumus,tenemus, maxima & media & minima inuicẽ secernẽtes. ME.Sũmopere.ATHE.Oportere itaq; dicimus ciuitatẽ,quę pro humanis viribus salua felixq; futura sit,recte honores & opprobria distribuere.Recta autẽ distributio est,vt prima & maxime honorãda cẽseant̃ animi bona,si adiũcta illis tẽperantia sit.Secũdo dignitatis gradu corporis bona ponãtur. Tertio,externa possessio & pecuniæ.Hęc siq̃s legislator ciuitasve transgredit̃, vel pecunias p̃ cæteris honorãdo,vel posterius aliq̃d honore prius collocãdo,neq; sancte,neq; ciuiliter faciet. Rata hæc nobis habẽda?an quomodo?ME.Prorsus qdẽ. ATHE.Hęc latius dicere nos induxit Persicę gubernationis cõsideratio.Inuenimus autẽ eos peiores adhuc factos esse.Causamq; esse ducimus,quia nimiũ populi libertate sublata,dominãdiq; potestate magis q̃ oporteret adaucta,societatẽ in ciuitate & amicitiã sustulerũt.Quibus corruptis,principes quoq; nõ subditis ac populo,sed p̃prio imperio cõsulunt. Quinetiã sępe exigui sui cõmodi gratia,funditus euerti ciuitates,gẽtesq; amicas igne absumi nõ curant.Ita hostiliter & absq; misericordia oderũt,& odio similiter habent̃.Ac siquãdo opus sit vt p̃ eis populi pugnẽt,nullũ rursus cõmunẽ in ipsis cõsensum inueniũt, vt velint ex animo subire pericula, & p̃ principibus dimicare: sed cũ innumeris pene hoĩbus dominent̃,inutiles tñ oẽs habẽt ad bellũ:& tãq̃ hominũ indigẽtes,alios mercede cõducũt,p̃ mercenarios extraneosq; milites saluos se fore putãtes.Pręterea & insanire cogunt̃:cũ re ipsa p̃dicẽt nugas esse ea q̃ in ciuitate,honesta esse & honorãda dicunt̃,si ad argẽtũ & aurũ cõferant̃.ME.Ita fit. ATHE.Sed de rebus Persarũ,q; p̃pter nimiã dominationẽ seruitutẽq; nõ recte modo se habeãt,iã satis sit dictũ.ME.Oĩno.ATHE.Atticã deinceps gubernationẽ similiter p̃currere decet,vt pateat queẽadmodũ libertas nulli subdita magistratui nõ paulo deterior est,q̃ illa quę mediocritatẽ,magistratuũ dominatione cõsequit̃. Nobis enim tempore quo Persę Gręciã,immo vniuersam pene Europã aggrediebant̃,prisca q̃dã erat Respu.& magistratus aliq̃ ex cẽsu quadrifariã diuiso erãt,pudorq; inerat,quasi dñs,cuius causa legibus subiecti viuere volebamus.Pręterea magnitudo terrestriũ maritimarũq; copiarũ,vsqueadeo nos exterruit, vt obseruãtius nos legibus & magistratibus obsequi & obedire coegerit. Quibus de causis maior inter nos exorta est beneuolẽtia.Ferme nãq; decennio ante q̃ bellũ nauale in Salamina gestũ sit,Datis ipse a Dario missus classem Persicam in Atheniẽses Eretriensesq; duxit.Cui mors a Dario nisi has gẽtes ditioni suæ subiiceret,est indicta.Datis igit̃ ipse Eretrienses breui tẽpore innumerabili militũ copia penitus expugnauit,terribilisq; inde rumor ad vrbẽ p̃uenit nostrã,neminẽ Eretriensiũ effugisse,sed manibus inuicẽ milites iũctis,atq; ita vniuersa regione Eretriensiũ circũdata,oẽs penitus cõprehẽdisse.Hic rumor seu verus siue nõ,cũ cęteros Gręcos,tũ vel maxime Atheniẽses p̃terruit.Quibus cũ vniuersam Gręciã passim legationibus missis ad opẽ ferẽdã cohortarent̃,nemo p̃ter Lacedæmonios auxiliari voluit. Et isti qdẽ seu bello qđ aduersus Messenẽ gerebãt impediti,siue alia quadã causa,nõ eñ scim⁹,sequẽti ĩ post pugnam Marathonicã die opitulaturi venerũt. Post hæc magna in dies parare,multaq; minari

Modesta responsio ad duo difficilia.

Recta distributio honorũ & opprobriorum.

De Attica gubernatiõe populari.

re dicũr.Nisi enim Atheniẽsium Lacedęmoniorũq; cõmune consiliũ atq; potẽtia imminentẽ seruitutem ꝓpulisset,ferme iam oĩa confusa essent,& Gręca cũ Gręcis inuicẽ,cũ Græcis item barbara, Græcaq; cũ barbaris.Queẽadmodũ Gręca illa quę nunc Persarũ tyrãnidi subiecta sunt, sine ordine vllo cõfusa sunt inuicẽ,ac male etiã dissipata.Hæc habemus o Clinia & Megille,quæ tã priscis viris ciuilib⁹ legũq; latoribus q̃ iunioribus opponamus,vt causas eorũ rimãres,quid ꝑter hæc aliud fuerit agẽdũ inueniamus,quale est qđ nunc exposuimus,q; videlicet nõ oporteat magnos merosq; principatus cõstituere,illud semper memoria tenentes,q; liberam ciuitatẽ & prudentẽ & sibiipsi amicã esse oportet. Ad quę respiciendũ est illi qui leges laturus est.Ne miremini autẽ,si sæpe iam alia quędã ꝓposuimus, ad quę sit legũ latori respiciẽdũ,quę quidẽ nõ eadẽ esse atq; hæc appareãt.sed meminisse oportet,quãdo ad tẽperantiã,vel prudentiã,vel amicitiã respiciendũ dicimus,nõ aliã atq; aliã,sed eãdẽ nobis esse intentionẽ:ac si multis etiã aliis huiuscemodi verbis vtemur,ne turbemini. CLI.Conabimur ita facere,verba ordine repetẽtes.Sed nũc expone qđ dicturus eras,quãdo amicitiã,libertatẽ,prudẽtiãq; spectare legũ latorẽ debere dicebas. ATHE.Audiatis modo. Duæ gubernationũ ciuilium quasi matres quędã sunt,ex quibus siquis alias dixerit originẽ ducere,recte vtriq; dicet.Quarũ alterã principatum vnius,alterã populi appellare decet. Alteri⁹ quoq; summũ tenere Persarũ genus,alterius nos putãdũ. Cæterę vero ferme oẽs hinc,vt dixi,varię cõponunt.Necesse est autẽ harũ vtrarũq; participẽ fore ciuitatẽ,si libertas in ea atq; amicitia cũ prudẽtia futura sit.Qđ quidẽ ratio ꝑcipere nobis vult, cum dicit,ciuitatẽ horũ expertẽ bene gubernari nunq̃ posse. CLI.Quo enim pacto? ATHE.Cum igit altera monarchiã,vnius scilicet principatũ:altera libertatẽ dũtaxat magis q̃ oportuerit, cõplexa sit: neutra mediocritatẽ seruitutis libertatisq; seruauit.Vestræ autẽ,Laconica dico & Cretica,magis.Sed Atheniẽses ac Persę,quondã hoc fere pacto,nũc vero minus.Sed causas quoq; dicemus.an non?CLI.Oĩno, si modo qđ propositũ est,absoluere cupimus.ATHE.Audiamus ergo.Persę quidẽ quãdo Cyri tẽpore seruitutis libertatisq; mediocritatẽ magis habebãt,primũ ipsi liberi fuerũt,deinde multos alios sub iecerũt.Nã cũ principes ipsi libertatẽ subditis impartirẽt,& rẽ ad ęqualitatẽ magis reducerẽt,milites ducibus magis erãt amici,paratosq; se in periculis exhibebant. Ac siqs inter eos prudentior erat,cõsilioq; valebat,cũ rerũ inuidus nõ esset,sed libere dicendi facultatẽ oĩbus daret,honoraretq; cõsilii cõpotes,facultatẽ prudẽtię cõmunẽ in mediũ deducebat.Cũcta igit tũc illis libertate,amicitia, mentisq; cõmunione facile reddidit.CLI.Vident hęc vt dicunt,ita gesta fuisse. ATHE.Quo pacto igit Cãbisę tẽpore regnũ id fere cecidit,& rursus Darii tẽpore restitutũ est?Vultis ne vt quasi diuinatione vsi dicam⁹?CLI.Quid ni velim⁹?Cõfert.n.hoc ad illud quo tẽdim⁹.ATH.Ita igit de Cyro vaticinor:in cęteris qdẽ ipm & ducẽ bonũ & ciuilis vitæ amicũ fuisse,rectã vero disciplinã nullo pacto attigisse, nec ad rei familiaris administrationẽ animũ vnq̃ applicuisse.CLI.Cur ita?ATHE.A iuuẽta p totã vitã militia occupatus,mulierib⁹ filios tradidit educãdos:quę ipsos vt felices statim pueros atq; beatos nullius indigẽtes rei sic educabant,vt ꝓhiberent ne quis eis vtpote beatis aliqua in re aduersaret, cogentes oẽs quicqd ipsi dicerẽt aut facerẽt,laudare.Ita ipsos tales quosdã educauerũt.CLI.Bellã certe educationẽ narrasse videris.ATHE.Fœminã nempe,quã induxerũt regiæ mulieres nouis elatæ diuitiis, desertæq; a viris bello & periculis occupatis.CLI.Cõsentaneũ id qdẽ. ATHE.Pater vero ipsoꝝ,ouiũ, hoĩm,multorũq; aliorũ,quorũ ad eos spectabat possessio,greges multos habebat:sed ignorauit q; filii qbus hęc relicturus erat,paternã ipsam Persicãq; artẽ nõ docebant,cũ Persę pastores essent in regiõe aspera geniti,& ipa ars Persica dura esset,sufficiẽsq; robustos eos pastores efficere,q & custodias agere & vigilare possent,& militare si res postularet.Permisit aũt vt mulieres & eunuchi Medorũ ritu filios eius nutrirẽt:quorũ educatio ab ea quę vulgo existimat felicitas,corrupta est. Vnde tales euaserunt,quales fieri cõueniebat eos,qui in summa rerũ licẽtia nutriti fuissent.Cũ igit mortuo Cyro,rerũ potiti sunt,vtpote qui resolutis delitiis nutriti essent,primũ alter ęqualitatẽ nõ ferens, alterũ iter fecit:deinde ipse ignorãtia ebrietateq; furẽs principatũ perdidit.Medi em̃ ac quidã Eunuchus tũc dictus ipsum quasi amentẽ cõtempserunt. CLI.Sic fert,atq; sic ferme contigisse videt.ATHE. Atqui & hoc fertur,per Dariũ septẽq; illos viros principatũ in Persas iterũ rediisse.CLI.Plane. ATHE.Inspiciamus igit rationẽ sequentes.Darius nec regis erat fili⁹,nec in delitiis enutritus. Is cũ ad principatum peruenisset,septimusq; ipsum accepisset,septẽ in partes ipsum partitus est,quorũ hodie adhuc parua quędã somnia restant,censuitq; viuendũ esse sub legibus ad cõmunẽ quãdã conferentibus ęqualitatẽ, atq; id ita sanxit,distributionẽq; illã quã Cyrus Persis pollicitus fuerat,lege cõplexus est, amicitiã cõmunitatẽq; Persis oĩbus prębẽs,ac Persarũ populũ pecuniis & muneribus attrahẽs. Ita dilectus a militibus,nõ pauciores q̃ Cyrus reliquit,regiones ipse subiugauit.Post Dariũ Xerxes, qui regiis est delitiis quidẽ educatus.Sed te nunc iure appello Dari,qui Cyri malo cõmonitus non fuisti, sed in eisdẽ Xerxem moribus educasti, in quibus Cambisem Cyrus nutriuerat. Ipse igit vtpote imbutus alimonia,similia quoq; perpessus est.Ex illo tẽpore nullus vnq̃ ferme Persarũ rex magnus nisi nomine fuit.

Oportere ciuitatẽ & liberam & prudẽtẽ & sibi amicã esse.

Duæ matres ciuiliũ gubernationum

Multa de gubernatione Cyri, Cãbisæ, & Darii.

nādi,alteri libertatis addita,feliciter nimiū vtrasq; se habuisse,infeliciter vero,cū seruitus ī altera,in altera libertas ad extremū vsq; percreuit.ME.Vera narras.ATHE.Atqui huius quoq; ipsius gratia Dorici exercitus cōstitutionē considerauimus,& radices mōtium Dardani,habitationēq; maritimā, primos præterea illos qui a vastitate diluuii relicti fuerant.horūq; causa de musica,& ebrietate,deq; prioribus etiā habita nobis oratio est.Hęc eñ oīa ob eā causam dicta sunt,vt intelligam⁹ quomodo optime gubernari ciuitas possit,& quo pacto priuatim qsq; optime suā vitā disponat. Si vero quicq̄ cōtulim⁹,quęnā nobis ipsis aduersus nos o Megille & Clinia redargutio erit? CLI.Ego hospes mihi videor nōnihil inspicere.Secūda quippe fortuna superiora oīa nobis dicta videnť.His eñ ego quodā modo indigebā.Quocirca opportune ambo,tu dico & Megillus hic,me reppεristis. Neq; celabo vos qđ mihi accidit.Quasi eñ augurio his sermonibus cōfirmatus sum. Maxima ꝑfecto Cretensiū pars coloniam mittere quādā cogitat,ac Gnosiis ei⁹ rei curā cōmittit.Gnosiorū vero ciuitas mihi aliisq; nouē viris id mandat curandū.Leges autē ponere iubet,& quę nobis ex Cretensibus placeant, & quæ aliunde colligi possint.Edicitq; nobis ne peregrinas leges horreamus,modo ꝓbenť.Nunc igiť & mihi & vobis hanc gratiā prębeamus.Collectis vndiq; legib⁹,oratione cōdamus ab initio ciuitatē. Sic enim & illud,quod a nobis quæriť,diligentius considerabiť,& mihi forsitan disputatio hæc ad futuræ ciuitatis cōstitutionem cōferet.ATHE.Non bellū indicis o Clinia. Quare nisi id Megillo incōmodum,mea quidē pro viribus tibi parata sunt.ME.Probe dicis,ego quoq; paratus sum.CLI.Optime ambo dixistis.Quare conandum est primum oratione ciuitatem condere.

Argumentum Marsilii Ficini in Dialogum Quartum De Legibus.



Vartus hic dialogus,quemadmodum & tres superiores,ac etiam pars quīti prima, in ipso conditoris legum consilio officioq; versatur.Huius vero consilium circa ciuitatis materiam atq; formam. Materiam inquam,situm,& compositionem,dispositionemq; vrbis,Formam vero modum publicę gubernationis & ordinem.At quoniam forma hęc formosa esse nunq̄ potest,nisi ciuiū animi sint formosi,idcirco in formandis a tenera ætate,perq; oēm vitā suorū ciuiū animis legifer inuigilare iubetur. Materiā igiť ciuitatis paucis expedit verbis,formā vero eius & animorū ipsorū formationem accuratissime tractat,vtpote qui præ animorum dignitate exteriora oīa q̄uis amplissima videanť, nihili pendit.Profecto Plato noster si corporū esset medicus,in eligēdo aere saluberrimo ad firmā validāq; corporis habitudinē conferente incūberet diligētius.Sed q in eligēda ꝓ se Academia insalubri loco, non corpori sed animo moribusq; cōsuluit, is nimirū in vrbe condenda nō admodū accuratus apparet,in formādis vero vna cū ætate moribus,tanq̄ medicus animorū,vt ita loquar,curiosissimus. Præterea si tanti fortunæ faceret bona,quāti cęteri solēt,certe agrū,& sitū,& modū ad diuitias cumulandas amplificandūq; imperium cōmodissimū diligenter exquireret.Cōtra vero facit omnino.Sit ergo vrbs ꝓcul a mari atq; portu,nō mercaturæ præsertim cauponarię dedita,nō luxuriosa,nō diues.Sit tēperata ciuitas & sobria & pudica,præ cæteris vero pia.Quidnā aliud mandaturū putas sanctū aliquē religiosę vitę pontificem in ędificandis tēplis habitaculisq; sanctorū, q̄ qđ Plato noster iubet in vrbe condenda? Et q pauca hic de vrbis corpore verba facit,idem in beata illa Republica decē Dialogis expressa,nullū de vrbe cōdenda fecit verbū. neq; id qdē iniuria.Illa nāq; reliqt cælo, hāc in terris ędificat,ad exēplaris illius quoad fieri potest imaginē.Propositum igiť erit legiferi,quę pręter animi bona sunt,ꝓ bonis animi paruifacere,in oīiq; ei⁹ institutione ad vniuersam virtutem tanq̄ ad signū intēdere.Ideoq; nihil vel in ciuitate,vel circa vrbē ꝑmittere,vnde ciues malis aliqñ moribus assuescere possint,etiā si inde victoria multarum gentiū,potētiaq; amplissima,& copia rerū oīm abūdātissima cōsequať.Lex eñ nō extra animū, sed in animū ipsum aciē suā dirigit omni ex parte ꝑficiendū. Itaq; iubebit ne ciues habeāt sūmo in ꝑtio falsę hui⁹ vitę salutē.Neq; tā vt sint, saluiq; sint,ꝓcurent, q̄ vt q̄diu sunt,optimi sint.Ad vniuersum vero legiferi institutū ꝑficiēdū tria in primis cōducere arbitrať,deū videlicet,fortunāq;,& artē.Quę tria humana oīa gubernare dicunť.Et quo difficiliora q̄ cęteri auctor legū moliť,eo maiori ab his tribus q̄ cæteri indiget patrocinio.Qꝫ aūt Plato dicit deū, & fortunā atq; artem simul cū deo humana oīa gubernare,breuiter sic expone. Deus in oībus per oīa mouet oīa.Mouet mūdi sphęras.Quarū cōcursio fatū qdē alicubi,sed hic fortuna libētius nominať.Hinc casus varii circa externa corporaq; ꝓueniūt.Mouet & aīas,lumē mētibus inspirādo.vñ ars nō speculādi solū accendiť,sed agēdi.Ab arte tādē dispositio externorū & corporis ꝓficisciť.Quāobrē a deo qdē cūcta depēdent:q,vt ait Paulus,oīa in oībus operať. Verū ab ipso deo alia qdē ꝑ fortunā ꝓcedūt,alia vero ꝑ artē.Quo fit,vt neq; fortuna,neq; ars aliquādo deo valeat aduersari. Quippe cū semp ab ipo vtraq; moueanť.Inter se vero duo hęc ita se habēt.Aut eñ cōsentiūt inuicē,aut forte dissentiūt.Si dissidēt,aut fortuna sup̄at artē,aut ars fortunā.Id aūt accipe hoc exēplo.Dū mouet de⁹ sphęras īterdū ꝑ fortunā ī mari cōmouet tēpestatē.Tēpestas quatit nauē.Interea mouet de⁹ idē eandē

rerum dicebat.Interea Darius naturę cessisse nunciat,ac filius eius atrox iuuenis imperiũ accepisse, nec a cœptis paternis desistere velle.Cuius apparatus oẽs in se cõuerti Athenienses ꝑpter Marathoniam stragẽ credebãt.Porro audiẽtes desodi Athon,cõiungi Hellespontũ, classis immẽsam magnitudinem cumulari,nec mari,nec terra salutẽ sibi fore putabãt:præsertim q̃a in nullius pręsidio confidebant.quippe qui memoria tenerẽt,neq; tunc cũ primo illorũ ingressu capti Eretrienses fuerãt,quenq̃ sibi opem ferre,& pro eorũ salute subire periculũ voluisse.Idem igiť tũc terra sibi euenturũ putarũt. Mari vero nullã prorsus salutẽ inueniebãt,cũ naues plus q̃ mille aduehereuť. Vnã vero salutẽ q̃uis tenuẽ dubiamq; solũmodo videbant.Nam cũ respicerent quę antea gesta fuerunt,& ꝙ desperata salute,tamẽ vicerũt,hac spe euecti,in seipsis ac diis rm̃ inuenerũt sibi refugiũ fore.Hęc igiť oĩa eos maiori inter se beneuolẽtia copularũt,pręsens inquã metus,& qui a legibus iãpridem inerat,quẽ seruientes legibus assecuti sunt.Hũc sępe pudorẽ in superioribus nominauimus:cui seruire oẽs oportere diximus,quicũq; boni futuri sunt.Quo quisq́s afficiť,liber est & interritus.Ac nisi p̃sens ille metus pudori huic iũctus fuisset,nunq̃ ex hm̃oi cõcursione illi ꝑuocati & vna cõuenientes,deorũ tẽpla, maiorum sepulcra,patriã ipsam,cæterosq; familiares atq; amicos defendissent,vt fecisse narranť,sed sparsi alius alio abiissent.ME.Probe hospes,ac sicut te patriãq; decet,dixisti.ATHE.Vera hæc sunt o Megille.Nã quę tũc gesta sunt,ea par est recũ,qui parẽtũ naturã seruas,referre.Sed & tu & Clinias attẽte cõsiderate,si quę ad legũlationẽ ꝑtinẽt,dicimus.Neq; em̃ cõfabulãdi gratia hęc enarro.Cuius autem gratia ista dico inspicite. Vt scilicet videamus idẽ nobis ac Persis quodãmõ accidisse,dũ illi quidem in oẽm seruitutẽ plebẽ traherẽt, nos cõtra ĩ merã libertatẽ.Quomodo vero & q̃d deinceps dicamus,habita iã verba & cõmode dicta quodãmodo demonstrãt.ME.Probe loqueris.Sed conare quodmodo dicebas apertius eloqui.ATHE.Faciam.Nõ erat o amici apud nos ex veteribus legibus alicuius rei plebs domina,sed spõte quodãmodo legibus seruiebat.ME. Quibus legibus? ATHE.Illis inquã quę de musica positę fuerunt,vt incremẽtũ vitæ nimiũ liberę a principio repetamus.Distincta.n. nobis tũc p̃ species & figuras erat musica.Fuitq; vna species cãtus ad deos p̃cibus placãdos,quos hymnos vocabãt.Huic altera cantus continua species.Querulos hos cãtus q̃s maxime appellaret. Alia species Pęon.Alia Dionysii generatio,quã Dithyrãbum arbitror appellatã. Erat & alia cantus species,quã leges citharœdicas noĩabãt.His itaq; aliisq; q̃busdã lege statutis non licebat alio genere cantus ꝑ alio abuti.Auctoritas aũt cognoscẽdi hęc iudicãdiq;,& dãnãdi siq̃s cõtra fecisset,nec sibilo,nec ineptis clamorib⁹ multitudinis vt modo tribuebať:nec rursus laudãdi licẽtia plaudẽti strepẽtiq; turbę,sed p̃stãtibus in doctrina viris id erat cõcessum:dabaťq; ipsis ad finẽ vsq; magno cũ silẽtio audire. Adolescẽtes aũt,pædagogi,& plebs vniuersa castigatione virgę admonebanť.Hæc cũ ita ordine fierẽt,multitudo ciuiũ libẽter parebat,nec audebat tumultuose quicq̃ iudicare.Tẽpore deinde procedẽte principes quidẽ trãsgressionis a musica alienę,poetę ipsi fuerũt:qui natura quidẽ poetici erant,sed q̃d iustũ atq; legitimũ in musa nõ satis intelligebãt, debacchãtes vtiq;,& voluptati magisq̃ oportuerit,indulgẽtes.Hi sane & lugubria hymnis,& dithyrãbis pęonas cõiunxerũt,Tibiarũq; sonos & cãtus,citharæ cãtibus imitati sunt,oĩbus oĩa cõmiscẽtes.Qui & p̃ter sentẽtiã ex inscitia contra musicã mẽtiti sunt,asserẽtes eã q̃dẽ nullã rectã in se normã habere,sed audiẽtis voluptate,siue probus ille vir sit,seu contra,rectissime iudicari.Cũ igiť hm̃oi poemata cõponerẽt, & talia vulgo dicerent,iniquam adeo & audacẽ aduersus musicã,multitudinẽ effecerũt,vt se sufficiẽtes sententiã ꝓnũciare de musica crederẽt.Hinc spectacula frequẽter exclamare cœperũt,cũ silere antea consueuissent, quasi quid pulchrũ in musis,q̃d nõ,acute sentirẽt:atq; ita ex optimatũ potestate,in prauã theatri potentiã res ipsa desiluit.Si em̃ popularis potẽtia solũ liberorũ hoĩm extitisset,nullũ vtiq; ingẽs malũ fuisset. Nũc aũt ex musica nobis incepit oĩm ad oĩa opinio sapiẽtię,ꝓuaricatioq; secura est & libertas. Intrepidi enim erãt,quasi sciẽtes.hęc licẽtia impudẽtiã ꝑperit. Nẽpe si melioris opinio ꝑpter audaciã non timeť, id ipsum ꝑne ꝑniciosa est ĩpudẽtia,quæ a libertate quadã temeraria ꝓficisciť. ME. Verissima loqueris. ATHE.Hãc libertatẽ ea licẽtia sequiť,quę facit,ne magistratibus subesse velimus. Ex hac originẽ habet & illa,ꝑ quã patris matrisq; & seniorũ seruitutẽ & p̃cepta cõtẽnimus.Cũq; ꝑpe trãsgressionis huius extremũ simus, legib⁹ quoq; parere recusamus.In ipso aũt extremo,iusiurãdũ,fidẽ,& oĩno deos negligim⁹.Vñ ad priscã illã tyrãnicãq; reuoluti naturã, eadẽ illa iterũ patiemur,duraq; secula rursum degemus,nec maloꝝ finẽ vllũ reperiem⁹.Sed cur hęc nobis dicta sunt,repetẽdum mihi videť,vt oratio quasi equus retrahať,ne si os effrenatũ habeat,dicẽdi cõcitã ĩpetu, ab asino vt ꝓuerbio ferũt, excutiať.Interrogandũ est igiť,cuius causa hęc dicta sunt.ME.Est vtiq;.ATHE.Hęc ergo illorũ gratia dixim⁹.ME.Quorũ? ATHE.Diximus.Nẽpe ad tria q̃dã esse latori legũ respiciendũ, vt ciuitas q̃ legib⁹ istituiť,libera sit,sibi ipsi amica,& mẽtẽ habeat.hęc dicta sũt:an nõ?ME. Dicta prsus. ATHE. Propterea duas gubernationũ species ĩ mediũ adduxim⁹,vnã in qua arctissima seruit⁹,alterã in qua resoluta libertas.Cõsiderauimusq; vtra recte gubernareť.Perspexim⁹ aũt mediocritate alteri domi

mixtione quadã ineptiori,vel educatione puersa tales euadunt, vt quãdo a Saturno extra hoĩem se uocant,descendãt ab hoĩe potius,q̃ ascẽdant. Verũ de his alibi diligẽtius,reuertamur ad argumentũ. Addit Plato Saturnũ quondã hoĩes distributos in greges custodię dęmonũ cõmẽdasse. Id aũt pluribus modis exponiť. Primo qdẽ diuinã mẽtẽ aĩas hominũ,vt Timęus ait,in varios ordines ab initio diuisisse stellarũ,animarũ numerũ comitãtes. Differẽtiã vero nostrarũ inter se animarũ, alii inter platonicos numeralẽ tantũ esse putãt,alii etiã specialẽ,vt vnũ animarũ nostrarũ sit genus, in eo multæ animarũ species,sint etiã multę sub eadẽ specie. Vtcũq; vero distribuantur,diuersis nõ solũ stellis,sed dęmonibus etiã accõmodari dicunť. Alioq; modo exponi potest mysterium, vt videlicet vel ab orbis initio vel statim post diluuiũ rudiores hoĩes diuina ꝓuidẽtia angeloꝝ siue dęmonũ meliorum ministerio rexerit,donec paulatim facti peritiores ipsi se regerẽt. Rationi vero cõsentaneũ est,rectius feliciusq; a superis q̃ a seipsis homines gubernari. Exponiť insup tertio hũc in modũ, vt quotidie qcũq; vitę rationẽ eligũt ab aliis quodãmodo segregatã,riteq; educati fuerint,statim in cõtẽplatiuũ beatũq; Saturni regnũ cõmigrare dicanť. Sed quatenus sub cõtẽplatiõis officio in ritus varios discernunť, eatenus & in multos greges secerni videnť, & aliis atq; aliis ꝑ vitę siĺitudine inspirari numinibus atq; regi. Mitto in p̃sentia multas p̃stantiũ philosophorũ scholas,quasi greges sub Saturno pastore mirabiliter cõgregatos. Sub Saturno inquã,tribus p̃cipue modis. Sub mente diuina & angelica primũ, deinde sub aĩa planetæ primi eiusq; sphęræ,tertio sub ipsius planetę corpore. Sed mens ipsa facit, Aĩa conficit,Planeta portẽdit.portẽdit inquã,quãdo in magnis Saturni cũ Ioue coniũctionibus,Saturn⁹ ipse vel exaltatione sua,vel domicilio gaudet,& tanq̃ coniunctionis dñs fouet̃ qdem ab Ioue, vtiť & Solis Mercuriiq; & Veneris beneficio. Sic magicã Zoroastris eiusq; sectatorũ peperit,seu portẽdit potius disciplinã,Trismegisti quoq; theologiã,Orpheiq; mysteria,Arcana Pythagoræ,Socraticam sanctimoniã,Platonicã maiestatẽ. Ita esse manifestis qbusdã argumẽtis cõpertum habemus. Hinc & Plato in pręsenti libro Saturnũ esse affirmat dñm eorũ qui mentẽ habẽt. Gubernationẽ vero eiusmodi sub Saturno regiã optimatũq; extitisse demõstrat. Siqdẽ genus humanũ ab ipso deo tanq̃ rege ꝑ electos optimosq; dęmones asserit gubernatũ. Hos multi angelos appellarẽt,& Plato in Critia vocat deos,facilitatẽq; gubernationis & hic indicat:& in Critia,dicẽs occulta quadã ꝑsuasionis inspiratione fuisse homines gubernatos,gubernãdos quoq; similiter,quotiẽs ab inferioribus vacãtes motibus sese superis subiecerint ꝑducẽdos. In his Plato monet,primo diuinã ꝓuidẽtiã nunq̃ deesse hoĩbus,modo sibi ipsi nõ desint. Deinde hũanũ ingeniũ in summa rerũ licẽtia potẽtiaq; lasciuũ supbũq; euadere. Tertio sicut bestię non possunt a bestiis absq; humano quodã pastore, sic neq; hoĩes ab hoĩbus absq; duce deo optime gubernari,& q̃diu mortalis aliqs sine deo dominabiť,tãdiu laboriosam miserãq; vitã fore,quasi frustra vigilaturus sit qlibet ciuitatis custos,nisi deus ipse custodiuerit ciuitatẽ. Quarto,ipsam mẽtis distributionẽ esse legẽ,eiq; in oĩ & priuata & publica gubernatione semp obtẽperãdũ,vt ꝑ nostrã mẽtẽ feliciter a diuina mẽte ducamur. Quinto,nullas cõstitutiones appellãdas esse leges,nisi commune ciuitatis totius bonũ ꝓcurent. Sexto, q obseruãtius parẽt legibus,his magistratus maxime diuiniq; cultus munera cõmitti debere. Septimo,interitũ ciuitati paratũ esse,in qua non leges magistratib⁹,sed magistratus legibus dominenť. Octauo,iuuenes qdẽ vt plurimũ hęc obtuse videre,senes aũt acute ꝑspicere,nisi forte quãdoq; deus vel iuuenilẽ ꝓbet pietatẽ,vel senilẽ reprobet impietatẽ. Multa iã verba Plato facit ad ipsum legislatorẽ ꝓ suo officio instruẽdum. Nõnulla facit deinceps ad populũ leges eiusmodi suscepturũ,vt & accipiat libẽtius & seruet impẽsius. Cohortať aũt ad sacras leges in primis,perq; illas ad humanas a diuinis inuẽtas & cõfirmatas. Sed vna cũ exhortatione venerationẽ terrorẽq; cõmiscet,dicẽs deũ mundi totius artificẽ,totũ in seipso cõplecti,ideoq; ĩspicere singula,nequis cõfidat pręuaricãdo posse latere:pꝫ oĩa circũuolui, neqs speret manus eius post delictũ subterfugere posse. Hũc esse ostẽdit legũ oĩm fundatorẽ,vbi ait. Recta definit & ꝑagit.i. recta quadã legis regula determinat singula. Determinat inquã primo singulis naturę suę modũ,q̃,qualia, quot,quãtaq; sint,& vbi & quãdo & quõ moueanť. Deinde animis qd agẽdũ sit,qdve cauendũ. Determinationẽ eiusmodi legẽ esse cõstat rerũ oĩm penes deũ oĩm auctorẽ,eãq; eodẽ actu ab ipso deo sanciri,quo & oĩa ab eo intelligunť & fiũt,actu scilicet circulari,quẽ Timęus ait esse diuinæ intelligentię naturalẽ,ex seipsa videlicet seipsam respicienti,seq; respiciẽdo oĩa semp cõspiciẽti. Forsan vero vltra circularẽ,vt ita dixerim,motũ deo ĩtimũ, subinsinuat motũ quoq; rectũ.i.rerũ a deo ꝓcessum deiq; ꝑ res oẽs influxum.ideo recta dixit,& peragit. Et motũ rectũ a circulari pẽdere signauit. Itẽ vbi ait Deũ rerũ principia & fines & media continere,intellige deũ esse causam rerũ efficientẽ atq; finalẽ,seruare oĩa,oĩbusq; adesse. Ac nequis putet irritã legẽ,addit hanc semp iudiciũ comitari, quo & perspicaciter seruatores legis præuaricatoresq; discernanť,& efficaciter quid potissimũ debeatur cuiq;,decernatur. Qđ qdem iudiciũ,qm̃ potenter & discernit,& decernit,ineuitabilis sequiť vltio peccatoꝝ, & præmium obseruantiũ. Seruari vero maxime diuinam inquit legem ab his q humillime ceruicem

licet quot esse oporteat,& quo pacto creari,qdve magistratus cuiusq; sit officiũ,Inqt aũt diligẽtiã in his creãdis tãti esse momẽti,vt vel bonarũ cõstitutio legũ absq; magistratibus bonis, nõ modo minime ꝓfutura sit ciuitati, verũetiã plurimũ nocitura. Oportere vero ait tã eos q magistratus electuri sunt,q̃ q eligẽdi,esse ab adolescẽtia ꝓbatissimos,maioribusq; ꝓbatissimis genitos, & q cõciuiũ mores perfectissime calleant. In his notabis mirã Platonis prudẽtiã in ordine magistratuũ,eorũq; officio in rebus humanis & sacris,bello & pace,in vrbe atq; agris.Cognosceṡq; & probabis optimatũ gubernatione, aliqd regii,necnõ popularis habentẽ,& quodãmodo inter vnũ & populum mediã cõstitutam. Animaduertes in ciuilibus muneribus distribuẽdis seruãdã semp æqualitatẽ,non arithmeticã qdẽ, p quã numero vel etiã mẽsura & pondere paria singulis tribuũtur,q̃ sæpe iniustissima est:sed geometricam potius,p quã cõsiderant merita singuloꝝ:atq; ea ratione singulis distribuit,vt q̃ ꝓportio meritorũ est ad merita,eadẽ quoq; munerũ sit ad munera:neq; æqualia sint munera muneribus: sed munera meritis.Geminã ergo cõsiderabis æqualitatẽ tũ muneris ad munus,tum muneris ipsius ad meritum. Et illã qdẽ sępe noxiam,raro vtilem,& tunc demũ vtilem si fiat sorte.Hanc vero quotidie necessariã. In hac vtiq; totã cõsistere iustitię rationẽ. Atq; hãc ipsam in Iouis iudicio esse positã, eiusq; notionẽ hoĩbus vix paucisq; tribui,sed quãtacũq; nobis adsit,p hãc solã cũcta seruari. Nec ĩmerito æqualitatis huius officiũ supmi iudicis ascribit iudicio.Qui cũ solus secreta oĩm penetret, ideoq; merita perfecte cognoscat,nimirũ solus pfecte potest meritis ęqualia reddere.Idq; ita facit,in cęlo primũ,deinde in vniuerso,vt hac sola ꝑ cuiusq; naturæ capacitate vbiq; distributione fieri cũcta atq; seruari: & ab antiquis ꝓbatũ,& in Gorgia fuerit cõprobatũ.Sed inter hęc Plato iterũ,qui mos eius est frequẽtissimus,pueris educandis incũbẽs,peculiarẽ ad id procreat magistratũ,eũq; haberi vult omniũ in ciuitate summorũ magistratuũ pstãtissimũ:existimãs absq; colẽdę puerilis sementis ꝓuidẽtia,totã ciuitatis culturã fore vanã.Aduertes hic humanũ ingeniũ bene qdẽ cultũ,tandẽ mansuetissimũ diuinissimũq; euadere:contra vero si contra.Sed curnam humanũ ingeniũ ferocius euadere posse dicit q̃ ferarum? Quia qđ maximã vim habet ad bonũ,maximam quoq; habere potest ad malum.Item optimũ quãdo deprauatione sui vertit in oppositũ,fit pessimũ.Qđ qdẽ in Repu.disputat,Præterea ferocitatẽ ĩ hoĩe deprauato auget machinatio perspicacissimę mentis ad malũ.Adde ꝙ subtilitas spirituũ humanorũ in ira cõuertit in furorẽ.Accedit & quorũdã dæmonũ irritatio, qđ Plato in Epl'a ad Syracusanos significat, & Homerus Aegyptioꝝ sentẽtia frequẽter vsurpat, Heroas inducẽs a diis.i.dæmonibus ad iras & sanguinẽ animatos.Cõmẽdat iterũ numerũ illũ qnquies mille & quadraginta,in magistratuũ, domiciliorũ,agrorũ partitione oĩm cõmodissimũ:vtpote q in multas deinceps portiones integras diuidatur.Sane si vniuersum hũc numerũ in duas diuiseris partes:pars dimidia duo milia continebit, quingẽtaq; & viginti.Si vero in tres,pars tertia,mille sexcẽta octoginta.Si in quatuor,quarta quælibet,mille ducẽta sexaginta.Si in qnq;:quinta q̃libet mille cõtinebit atq; octo.Si in sex,sexta oĩs octingenta,& quadraginta.Si in septẽ:septima,septingẽta viginti.Si in octo:octaua,sexcẽta triginta. Si in nouẽ:nona,quingẽta atq; sexaginta.Si in decẽ:decima,quingẽta & quatuor. huc vsq; ptes oẽs sunt integrę.Sed si in vndecim:vndecima quatercẽta qnquaginta & octo:atq; insup duas vndecimas portiũculas.Qꝫ si in duodecim,duodecima,quatercẽtũ atq; viginti.Hic siste pedẽ.At quoniã nobis sexaginta cõmemorat:si vniuersum illũ numerũ in sexaginta partes diuiseris : pars sexagesima octoginta & quatuor cõphẽdet:ac si cõuersione quadã in ptes octoginta quatuorq; secueris,pars quęq; sexaginta tenebit.Videt aũt Plato plurimi facere,ꝙ ille numerus duodecies diuidat in quatercẽtũ atq; viginti:ꝙve hic rursus duodecies in trigintaquinq;.At vero hic duodecies ĩ duo atq; insup vndecim duodecimas vnius ptes. Atq; & ipse numerus quatercẽtũ atq; viginti multiplicat ex numero vigesies viginti & vno.Nam viginti numerus vigesies semelq; replicatus,quatercẽtum vigintiq; cõplet.Laudat duodenariũ numerũ:& vniuersum illũ,q duodenario prorsus accõmodatur,propterea ꝙ duodecim sint apud eũ mũdi sphęrę:& signa duodecim in Zodiaco,& partes duodecim in elemẽtis. Siquidẽ qđlibet ex quatuor elementis in tres diuidit regiones,in summã & infimã, atq; mediã: non solum situ, sed virtute etiam differentes.Adde elementorum alterũ duodenariũ.Quo & substantiæ elemẽtorum quatuor & qualitates octo cõphendũtur. Qualitatum vero quatuor quidem masculę sunt.s.calor frigus,leuitasq; & grauitas.Quoniam primæ duę alterationis principia sunt, sequẽtes duę principia motionis ad locum.Quatuor vero fœminæ sunt quæ passioni magis subiiciuntur.s.humor,siccitas, rarũq;,& densum.Hæc vero Aegyptiorũ mysteriis cõtineri,Iamblichus asserit. Accedit ꝙ duodenario mensiũ numero sol dñs planetarũ & cursum peragit propriũ,& varios ꝓducit effectus.Deniq; singulas vult ciuitatis partes deo cõsecratas existimari,proprie vero diis duodecim.i.duodecim sphęrarũ animabus.Itẽ diis duodecim Zodiaci signa regẽtibus.Rursus duodecim ordinibus dæmonum cælestia signa sequentiũ.Cum vero dicit partes vrbis duodecim sequi circuitum vniuersi,forte etiã intelligit totum octauæ sphęrę circuitum triginta & sex milibus annorũ ꝑficiẽdũ.Qui sane numerus

disciplina,ad rei familiaris gubernationẽ,ad remp.ad artes deniq; vniuersas tantam habet vim quantam hmõi numerorum cognitio:qđq; maximum est,somnolentos etiam:& natura rudes exuscitat:& dociles,memores,solerresq; facit,prçter naturam suam diuina arte proficientes.Quç quidem omnia, si mõ legibus aliis,atq; officiis,illiberalitas & auaritia eorũ animis extirpata sit,qui ea sufficienter & vtiliter suscepturi sint,bona rudimenta:& commoda sunt.Sin minus:malitia hinc potius q̃ sapientia clam originẽ trahet:qđ Aegyptiis & Phœnicibus multisq; aliis gẽtibus nunc videmus contingere: pter cęterarũ artium facultatumq; illiberalitatem:siue qs rudis legũ lator id fecerit,siue fortuna infensa,siue alia hmõi q̃dam natura.Nec enim illud o Clinia & Megille nos fugiat, magnã esse locorũ ad ferẽdos meliores peioresq; hoĩes differentiam.quibus diuersa put expedit legibus sancienda sunt. Quippe alii varietate ventorum & turbine difficiles & pterui sunt:alii propter aquas:alii propter cibos:qui ex terra nõ solum corporibus cõmodi aut incommodi oriunt:verũ animis quoq; nõ minus. Maxime aũt loca regionis differunt:in qbus inspiratio q̃dã diuina est,& quæ dæmones sortiti sunt:q habitãtes propitii vel cõtra suscipiunt.Quibus p humano ingenio consideratis: mentis compos legum conditor,se ad leges ferendas cõuertet.Qđ & tibi est o Clinia faciũdũ.Prius eñ hæc tibi aïaduertenda sunt,q̃ habitari facias regionem.CLI.Egregie o Atheniensis hospes hæc abs te dicta sunt. Quare & mihi ita est faciendum.

Cõmẽdatio arithmeticæ. & q necessaria pueris.

Magnã in esse locis vim ad ferendos homines meliores peioresq;.

Argumentum Marsilii Ficini in Dialogum.VI.De Legibus.



RIA Sunt gña causarũ:quib⁹ diuersa diuersis in locis hoĩm ingenia fiunt.Quæ quidẽ tria genera Plato in supioris libri fine breuiter cõprehẽdit.Ego vero operçpcium fore arbitror,hac ipsa materia quasi quodam nodo sextũ cũ qnto ligare. Sit ergo plurimũ in loco discriminis ad meliores deterioresq; hoĩes generandos. Causa vero sit vel humana,vel naturalis,vel diuina.Humana quidẽ,lex,educatio,cõsuetudo diuersa.Naturalis aũt,elemẽtorꝫ alimẽtorumq; diuersitas.Diuina vero,vt cęlum quoq; diuinum vocem,siderum numinumq; potestas. Siquidem Plato iudicat queadmodum aliæ cæli plagæ aliis reguntur stellis,aliisq; diis,i.superioribus angelis:sic alias terræ plagas, aliis quoq; dæmonibus, inferioribusq; angelis gubernari.Accedit ad hæc astronomorꝫ sentẽtia, & plagas terræ cæli plagis:& vrbes ascẽdentib⁹ signis accõmodans.Mitto in pręsentia quantũ ingeniorum discrimen afferat familiarium cuiusq; hoĩs varietas dęmonũ.Qꝫ autẽ spirituũ superiorũ vires,nostris quõcũq; id fiat, spiritibus influãt,negare nõ possumus,qñ manifeste videmus corpora nostra corporibus superiorib⁹ agitari:assidueq; ab aere aliter pmutari.Qꝫ si spũs illi in nostros agũt spiritus,agunt insuper & in corpora.Passio vero corporum humanorũ,siue a spiritibus illis,siue a corporibus superioribus inferaẽ, eatenus redũdat in aĩa,quatenus tã cõparato q̃ naturali affectu aĩus sese mergit in corpus. Verũ hoc interest,q corpora illa per corpora nostra mouent aĩas,spũs autem, tum aĩas per corpora mouent tũ p animas,tum etiam per illum spiritum,quem physici sępe nodum aĩæ iuicẽ corporisq; cognominãt. Memẽto vero vim oẽm atq; motũ a supiorib⁹ in nos descẽdẽtẽ,semp ad bonũ suapte natura conducere.qñquidẽ & cęlestes influxus,semp ad bonũ.Sed neq; tu hic vel rigidiorẽ hominũ tristitiã & parsimoniam reiicias in Saturnũ:vel temeritatem ferocitatemq; in Martẽ:vel fraudulẽtã malitiã in Mercurium,vel lasciuos amores in Venerẽ.Quid vero,si Saturni grauitas in nobis complexionis,naturç, nutritionisq; & educationis vitio,in simile quiddã grauitati vitiũ cõuertatur: similiter magnanimitas martia in audaciam magnanimitati quodãmõ similẽ,mercurialis industria similiter in malitiã,venerea charitas in libidinẽ! Nõne sub solis radiis,qui natura sua ad vidẽdũ cõferunt & viuendũ,quotidie accidit alios visum:alios vitã amittere:& q in aere libero salubriter calefaciunt:in concauis vrũt? Quemadmodum vero sub beneficio radiorum influxu ob inferiorem naturã resultat alicui malũ, nõ vniuerso:sic sub stellarũ viribus natura bonis:atq; sub numinum muneribus optimis,põt interdũ inferioris vel naturæ vel cõsuetudinis vitio,vitium vel corporis vel animi suboriri. Nihil vero vniuerso vitiũ aut malũ,queãdmodũ in cõcentu secunda vel septima vox,quæ seorsum audita dissonat, interim coniũcta cæteris consonat vniuerso.Solent vero Platonici infimos dæmones malos aliquando nuncupare,quoniam ad infimũ generationis & sensibile bonũ suo quodã, vt aiũt,officio nos alliciãt. diuertere autem a summo bono ad minimũ,comparatione summi malum iure censetur. Missum facio in præsenti q aiunt supremos dæmones ad contemplationis,medios ad actionis,infimos ad concupiscentiæ bonũ ducere:q ve his omnibus & vti possumus,& abuti:& vtentibus quidem bona contingunt,abutentibus vero mala.Appellat vero Plato dæmones & deos indigenas patriæ,non quia inde geniti:sed quia ciues inde genitos peculiari quadam cura custodiunt.Dicit præterea beatam ciuitatem a diis deorumq; filiis coli,intelligens partim quidem cælestem Hierusalem, ab angelis purisq; animis habitatam,partim quoq; felicem illorum vitam:quos in Phædone,inqt,editissimas terrę ptes incolere numinũ familiaritate beatos,Descendit post hæc in sexto ad magistratus constituẽdos, sci-

hęc? ATHE. Quia facile & intrepide rudibus hoībus leges damus, vtq; ipsas suscipiāt: iubemus: cum oibus ferme o Clinia etiā nō multū sapiētibus, perspicuū sit, nemine leges nouas facile suscepturū. Si vero tādiu expectaremus, donec legibus instituti pueri, vnaq; & diu sub eisdē legibus cōuersati suffragia vniuersę ciuitati ferre possint: atq; id p viribus recte fieret, certe & tūc, & in posterū, procul ab errore sic instructa ciuitas pmaneret. CLI. Sic ratio monet. ATHE. Perspiciamus ergo si modū quēdam ad hęc cōmodū ita ferre possimus. Gnosios oportet o Clinia p̄ cęteris Cretēsibus, nō solū quasi libando inchoare quā nūc Rēpub. cōditis: sed omni studio puidere, vt q̄ tutissime atq; optime primi magistratus cōstituantur. In aliis qdē cōstituēdis opa breuior: legū autē custodes ante alios creare summa diligētia necessariū est. CLI. Qua via istud rationeq; faciemus? ATHE. Hoc o Cretēses īquā. Oportet Gnosios quādo multarū ipsi ciuitatum primi sunt, cōmuniter cū his q in eādē cōuenere coloniā, a se ipsis & ab illis septē & triginta viros eligere. Nouē qdē decēq; ex eoꝝ numero q coloniā habitabūt, ex Gnoso ipsa reliquos. Hos vtiq; Gnosii tuę dent ciuitati, te quoq; ipsum, vt huius colonię ciuē & vnū de octo decēq; viris. hæc aut persuadēdo, aut vi mediocriter cogēdo faciāt. CLI. Quid vero? nōne & tu hospes & Megillus hic Reip. huius nobiscū participes? ATHE. Magni o Clinia Atheniēses, magni quoq; Lacedæmonii se faciūt, & longe vtriq; incolūt. Tibi autē oia cōmode se habēt: & habitatoribus aliis similiter secūdū ea q̄ de te modo dicta sunt, & q tibi atq; illis hac tempestate cōueniētissime fieri possunt, exposita. Progressu aūt tēporis & Repu. permanēte, huiusmodi magistratuū designatio fiat. Quicū p arma siue equites siue pedites ferre possunt, bellisq; ī ætatis suę ordine interfuerūt suffragiū ineant, comitiaq; in tēplo habeant, qd pstātissimū ciuitas ducat. Vnusqsq; autē in ara dei nomen suū & patris & tribus & gētis ī tabula scriptū deponat, liceatq; cuiq; si velit, quācūq; tabulā nō recte scriptā suspicabit, in loco publico ponere, vbi nō minus q̄ triginta dies pmaneat. Trecētasq; tabulas sic approbatas vniuersę ciuitati magistratus ostēdāt, q quos velit de istis iterū & accipiat & reiiciat. centū q; ita secūdo delecti rursus oib⁹ ostēdant. tertio vero nominet de cētū viris qlibet quēcūq; voluerit. Septē autē trigintaq; viri, eos q pluribus delecti suffragiis sunt, magistratus declarēt. Quinā igitur o Clinia Megilleq;, hęc oia de magistratibus eorūq; pbatione in ciuitate cōstituēt? Nū intelligimus in ciuitatibus sic ab initio cōciliatis pręesse aliquos oportere? Qui vero ex oibus magistratibus deligant, in eis nequāq̄ reperiūtur. Cū tñ eos esse oporteat, nō viles quosdā, sed summos viros atq; prestantes. Principiū eñ dimidiū totius operis esse Prouerbio dicit: atq; eū q bene cœpit oēs laudam⁹. Mihi aūt hoc plus q̄ dimidiū esse videt, rectūq; principiū nunq̄ satis ab aliquo laudatū fuisse. CLI. Recte loqris. ATHE. Quare cū nos id nō lateat, ne silentio prætereamus: sed quomodo fiat perspicue declaremus, q̄uis ego nihil in psentia nisi hoc vnū necessariū atq; perutile habeā dicere. CLI. Quidnam? ATHE. Eqdē ciuitatis huius quā cōdituri sumus, neminē aut patrē aut matrē esse aio, pter ciuitatē illā quæ coloniā mittit. Nec ignoro fuisse multas ac fore colonias, a ciuitatibus q̄ miserūt, dissidio distractas. Queadmodū vero erga parētes se gerit filius, q q̄uis aduersaturus illis quādoq; sit, ī ipsa tñ pueritiæ indigētia genitores diligit ac vicissim diligit, & ad suos semp refugiens in his solis psidiū reperit, ita quoq; nouā arbitror ciuitatem erga curatores eius Gnosios, & Gnosios erga ciuitatem nouā affici. Repeto igit qd modo dixi. Nō eñ nocet bis dicere, qd bene dicit. Oportet vt Gnosii hoꝝ oīm curā suscipiāt, & de colonis viros seniores atq; optimos nō pauciores q̄ cētū deligāt, decq; ipsis Gnosiis alios cētū. Quos ī nouā ciuitatē pfectos oportere arbitror operā dare, vt magistratus secūdū leges cōstituant, & statuti cōprobent. His factis Gnosum Gnosii redeāt: noua vero ciuitas seipsam seruare ac feliciter viuere conet. Qui aūt in septē & triginta viroꝝ numero cōputati sunt, & nūc & postea semp istas res curent. primo qdem legū custodiā habeāt: deinde etiā tabularū, vbi quisq; magnitudinē sui cēsus cōscripserit. Sitq; maximus cēsus minarū quatuor, secūdus triū: duarū tertius: quartus vnius. Qꝫ siqs plus q̄ in tabella scriptū dederit, habere dephēdat, qd supest, publicū fiat: preterea reus sit volētis eū tāq̄ infamē accusare, qñ ppter lucrū spernere leges inueniat. Atq; eū quicūq; voluerit, turpis lucri noīe, apud legū custodes accuset. Et q dānatus erit, publicatū possessionū sit expers, ac siqua bonoꝝ in ciuitate distributio fiat, nihil pter sortē primā asseq possit, damnatūq; ipm esse q̄diu viuit, ibi scribat, vbi qcūq; voluerit, possit legere. Custos aūt legū nō plus q̄ annos vigīti hūc habeat magistratū, nec pauciores natus q̄ qnquaginta, eū gerat. Ac si sexagesimū ætatis annū agēs magistratū hūc nactus est, solū psit decēniū: hac vtiq; ratione, vt q septuagesimū annū excesserit, tātū magistratū nō teneat. Hęc igit tria de legū custodibus pcepta sint, pficiētib⁹ vero legib⁹ quis poterit his viris pcipere quoq; maxime curā pter ea q̄ modo dixim⁹, habere eos oporteat. Nūc vero nos deinceps de alioꝝ magistratuū delectu dicam⁹. Post hęc duces exercit⁹ eligēdi sunt, eorūq; ministri in bello, magistri eqtū, tribunimilitū, peditūq; ordinatores, quos merito multoꝝ more pfectos ordinū nūcupabimus. Igitur ipsi custodes legū hmōi exercit⁹ duces futuros aliquos ciuitatis hui⁹ ciues pponāt, suffragiū ineant oēs q bellis ī ætate cōueniēti īterfuerūt, aut iā ītersunt. Qꝫ siqs aliquē a nullo ppositū pposito aliquō

Prouer. Principiū dimidiū operis.

Qd bene dicit: repetere nō nocet.

Maximus census ciuiū, quem vult Plato.

trib⁹ annoꝝ mille duodenariis pfecte cóplet. Adeo vt in primo mille annoꝝ duodenario intelligas ex antiquoꝝ sñia iuuenilẽ mũdi toti⁹ habitũ:in scđo virilẽ:in tertio vero senilem. Verũ de his opportu nius in Timæo. Cõuenit his,qđ in Phædro inquit:deoꝝ dęmonũq; exercitũ sub duce Ioue in duode cim ordines esse dispositũ. Concludit hic ciuitatis partes,partim qdẽ p duodenariũ tribuũ tẽplorũq; numerũ,partim vero p diuinũ cultũ bis quolibet duodecim mẽsiũ solẽniter instauratũ,sic ad dei mu nera pparari,vt diis ipsis quasi insidẽtib⁹ gubernent. Bis aũt instaurari pcipua vult publicaq; solẽnia quo & duodenario tribuũ:& ciuitatis reliquæ agriq; duodenario satisfiat. Qꝫ autem sacra iubet fieri diis deorũve filiis,deos quidẽ intelligi vult sphęrarũ aĩas:filios autẽ,dæmones puriores. Cucta vero hæc Iouis vnius oĩm principis gra iubet fieri. Neq; vero silẽtio ptereundũ est:duodenarios quos per tinẽtes ad vniuersum cõmemorauimus,a duodenario cuiusq; hoĩs pprio quasi repsentari. Qui sane ex quatuor corporis humorib⁹,totidemq; sensus ipsi⁹ pturbationib⁹:ac totidẽ virtutib⁹ cõstare vide tur. Post sacra deoꝝ ad nuptiarũ sacra descẽdit. Vbi leges ritusq; nuptiales:exhortationem ad matri moniũ:officia viri & vxoris tũ inter se,tũ erga liberos & generãdos,& educãdos considerabis. Nota bis ante oĩa:nõ decere ĩ ebrietate vel alia mẽtis pturbatiõe pcreãdis liberis operã dare. Atq; ob hmõi delictũ filios quotidie nasci tã aĩo q̃ corpore ęgrotantes. Mãdabis quoq; memorię mysterium:vbi ait. Principiũ & numẽ hoĩbus insitũ,si cõueniẽti sibi honore a singulis munere ipsius vtentibus afficiat, oĩa seruat. Quid ergo principiũ,quid numẽ insitum aut insidẽs? Prĩcipiũ qdẽ idea est formatiõis hu manę principiũ. Numẽ vero familiaris dęmon,dęmon quoq; gñationis princeps sępe sub nomine Luci næ significatus. At cur insitũ:aut insidens:aut incubans? vt intelligas numẽ nõ adesse solũ:sed inesse assidue atq; fouere. Pręcipue vero fauere:& fauẽdo seruare si grate colat ab his q munere eius vtunt. Post mutua viri vxorisq; officia,cõsequẽter ad mutua dominorũ seruorũq; descẽdit officia. Post hæc solita quadã arte redit ad mœnia,tẽpla,palatia,q̃ ante nuptias tractãda fuisse dicit. Vbi notabis in pri mis curias iudicũ magistratuũq; palatia,idcirco tẽplis pxima collocari,quo humani iudices semp iu dicando meminerint se a deo,dũ iudicãt hoĩes,iudicari,meminerint quoq; custodes vrbis nisi custo diẽte deo custodire nõ posse. Itẽ nihil in ciuitate vel minimũ sine certo quodã ordine esse debere. Siq dẽ qđ caret ordine,alia insup ordinata cõfundit. Maxime vero ordine & cõtinua cura muliebria indi gere. Aliogn si mulierũ res negligant,duplo plus,immo & supra duplũ detrimẽti puenit ciuitati,q̃ si virorum neglectæ res fuerint. Inter hæc vbi mũdi antiquitas repetit:q; dicit ipm gñationis principiũ nos inextimabili tpis magnitudine pcessisse,intellige si obseruas Moysem,inextimabili dierum hora rumq; numero. Cõclude librum ea sñia,vt triplicẽ impetũ.s.ad cibũ,potũ,coitũ,neq̃ pcipitemur,tri plici cohibeamus fręno,timore.s.atq; lege,veraq; rõne.pterea moderato honestoꝝ ludorũ a pueritia vsu. Quo per honesta solatia reuocemur a turpibus:& ad seria paulatim studia prouocemur.

DIALOGVS.VI.DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE.

ATHE.



POST Omnia q̃ hactenus diximus,ferme iã magistratus in ciuitate constituẽ di vident. CLI. Ita certe. ATHE. Duæ profecto hæ species in ornatu reipub. sunt. Prima magistratuũ constitutio:quot esse oporteat:& quo pacto consti tui. Altera legũ redditio magistratib⁹:q̃,quot,qualesq; sunt singulis consen taneæ. Sed parumper anteq̃ magistratus eligamus, cõmorati:nõnulla ad ipso rum electionem ptinentia declarem⁹. CLI. Quænam hæc? ATHE. Audi iam. Nemini dubium est,qn cũ magna res legum latio sit,siquis ciuitati per leges bene paratæ non idoneos magistratus constituat,q̃uis leges bene positæ sint: tamen non modo id nihil proderit risumq; mouebit, verũetiam calamitates maximas ciuitatib⁹ pariet. CLI. Plane. ATHE. Hoc itaq; considerandũ amice, quemadmodum in hac tua ciuitate republicaq; contingit. Vides enim eos,qui recte magistratus ac cepturi sint,oportere primo satis ab adolescentia probatos fuisse tam ipsos q̃ suos,vsq; ad ipsam ele ctionem. Deinde eos etiã qui suffragia ferũt,legitimis esse moribus educatos:vt facile queant admit tendos & repellendos cognoscere,& erga vtrosq; p dignitate se gerere. At vero qui nuper cõuenerũt, cũ nec se inuicẽ satis cognoscant,neq; adhuc eruditi sint,quõ recte vnq̃ magistratus eligere poterũt? CLI. Nullo ferme vnq̃ pacto. ATHE. Sed eñ certamẽ excusationes non facile suscipit. Hoc autem & mihi nũc:& tibi faciẽdũ est:postq̃ & tu ciuitatis Cretensibus instituendæ officiũ libẽti aĩo suscepisti, ac decimus es in hoc opere:vt ipse dicis:& ego tibi auxilium pręsenti confabulatione afferre promisi. Quare sermonẽ hũc nostrum sine capite restare nõ patiar. Nam si vagaret:deformis oĩbus appareret. CLI. Optime dixisti hospes. ATHE. Immo etiã sic p virib⁹ faciam. CLI. Faciamus sic prorsus vt dici mus. ATHE. Faciemus vtiq; si de⁹ voluerit:sic vt etiam senectam in hac parte superem⁹. CLI. At deũ velle,credendũ est. ATHE. Credẽdum pfecto. Quare ipm sequẽtes:hoc etiã dicamus. CLI. Quidnam? ATHE. Qꝫ audacter simul atq; periculose modo ciuitatis habitatio nobis constituet. CLI. Quorsum

cōsilii pars,quietē in menses vndecim habitura. Quā quidē custodiā hæc consilii pars cōmuniter cū aliis magistratibus ī ciuitate semper agat oportet.Atq; vrbana quidē probe hoc pacto ordinata erūt. Totius autē reliquę regionis q̄ cura,qs ordo? An cū ciuitas tota & vniuersa regio in partes duodecim sit diuisa,in ciuitate qdem ipsa viarū,habitationū,ædificationū,portuū,fori,fontiū,sacrorū locorū,tēplorū,cęterorūq; huiusmodi omniū cōstituere curatores oportet?CLI.Cur nō?ATHE.Dicam⁹ igit̄ tēplis ędituos,& sacerdotes tā viros q̄ mulieres ꝑfici oportere.Ad viarū aūt ædificationūq; exornandarū curā,ne aut hoīes iniurient̄,aut ipsę ferę noceant,sed vt tā in ipso vrbis ambitu q̄ in suburbiis,ciuitatibus cōsentanea quęq; gerant̄,tres sunt magistratuū species eligēdę.Et rerū modo dictarū curatores,appellent̄ ædiles.Qui vero fori vēditionisq; curā habebūt,rerū venaliū curatores. Sacrorū aūt,sacerdotes.Et sacerdotia qdē q̄ a parentibus per successionē seu viris siue mulieribus tradita sunt nequaq̄ mouēda.Si vero aut nullis aut paucis aliqua huiusmodi sunt,qd accidere par ē illis q ī nouæ ciuitatis habitationē cōueniūt,vbi hęc desunt,sacerdotes tā viri q̄ mulieres & ędituī cōstituēdi sunt. Quæ oīa partim delectione,partim sorte fieri oportet. Atq; in omni regione ciuitateq; plebs cū illis qui extra plebē sunt,p amicitiā coniūgenda,vt maxima sit in oībus his cōsensio. Et quę ad sacerdotū creationē attinēt,deo cōmittenda sunt,vt quemadmodū illi placet, ita diuina fortuna cui tributū id sit,sortes ferat.In eorū aūt q sortis suffragiū assecuti sunt,examinatione,ille est cōprobādus, q īteger sit atq; legitimus,deinde a domo q̄ maxime mūda: expers quoq; cædis oīmq; hmōi,quæ aduersus diuinā rē cōmittunt̄. cuius & pater materq; similiter vixerint.Leges aūt de rebus diuinis a Delphis petant̄,cōstituātur q; illarū interp̄tes,atq; his vtendū.Sacerdotiū,nō diuturnius sit q̄ annuū. Nec pauciores annos q̄ sexaginta natus sit,qui secūdū sacras leges res diuinas sufficienter est tractaturus.Eadēq; de mulieribus sacris,q̄ & de viris statuta intelligant̄.Interp̄tes aūt ter quatuor ferāt tribus ipsę quatuor,ex earū ordine vnaquęq; tres,ac tribus ꝓbatis,q maiori suffragio delecti sunt,reliquos nouē Delphos mittāt,vt ex quaq; trinitate vnus oraculo deligat̄. Cōprobatio ipsoꝝ ætasq; talis,qualis & sacerdotū dicta est.Hi p totā vitā interp̄tādi & exponēdi habeāt potestatē.Et in defuncti vicem quatuor tribus inde aliū eligāt,vnde prior ille defecit. Quæstores & asseruatores sacrę pecunię in tēplis singulis,q lucorū agrorūq; ipsis dedicatoꝝ,& fructuū,cōductionūq; & locationū dñi sint,tres de maximis cēsibus p tēplis maximis eligant̄,duo p minoribus:pro mediis maximeq; cōcinnis vn⁹. Qui nō aliter q̄ duces exercitus eligant̄ & cōprobent̄.Atq; hæc in rebus sacris,vt diximus,peragant̄. Danda vero opa est,vt quoad fieri pōt,nihil sine custodia sit.Ciuitatē qdē curēt exercitus duces,ordinū pręfecti,magistri equitum,tribuni,cōsilii princi pes,ædiles,atq; censores, postq̄ electi suo ordine fuerint. Reliqua regio ita custodiat̄.Duodecim in partes æquales p viribus regio tota diuisa fuit. Vna itaq; tribus parti cuilibet sorte data,quinq; in annū quasi agroꝝ curatores tribuūq; principes deligat.quorū quisq; sua ex tribu duodecim iuuenes habeat,nō minoris ætatis q̄ qnq; & viginti annoꝝ, neq; maioris q̄ triginta. his singulis singulę regionis partes p sortē mēstruo tēpore tribuant̄ vt totius regionis oēs peritiā habeāt. biennio aūt imperādi & custodiēdi curā habeāt principes & custodes. Cū primū ptes custodiēdas sortiti sunt,p mēses singulos loca pmutēt:ad ꝓximū quęq; locū,& ad dexteram primū circulariter custodię principes ducāt. dexterā vero plagā appello q̄ solē oriētē spectat. Deinde in altero anno ad sinistram cōmutent̄,ne regionis quo ad vnū anni tēpus solū periti sint,sed & qd in quolibet tēpore in quacūq; regionis pte cōtingat,agnoscāt. Tertio aūt anno qnq; alii agroꝝ & custodię principes a primatibus tribuū deligant̄ ipsoꝝ duodecim curatores. Cura vero & opera singulis in locis talis sit.Primū vt q̄ maxime aduersus hostiū impetū regio munita sit.Foueis vbicūq; opus sit effossis turribusq; & claustris pro viribus circūductis,nocere volētes arceant.Ad hæc vtiq; facienda subiugalibus seruisq; indigenis vtant̄,quādo minime in suis operibus occupant̄. nonnullos ipsis ꝑficiētes loca oīa ita disponāt,vt per ea difficile transire inimici possint,amici vero hoīes,pecudes:iugalia,facile:qbus maxime peruia regio fiat.Diligenterq; procurent,vt pluuiales aquæ non solum nō noceant, verumetiam conferant ab altis montibus cauas in valles fluentes , vbi foueis parietibusq; stagnare eas cogant,vt illic alueis pluuiales aquæ combibitæ, inferioribus locis agrisq; omnibus scatebras fontesq; aquarum efficiant,locaq; isto modo siccissima humore multo salubriq; irrigent.Fontes autem & fluuios arboribus ædificationibusq; exornent. lucos quinetiam iugi irrigatione & dedicatos diis agros aquis immissis pinguefacere curent,& metallis humorem scatebrasq; adhibeant. Atq; ita & abundantia omnia,& templa deorum reddāt ornatiora.Vbiq; autem in his gymnasia iuuenes tam sibi commodo q̄ senibus præparent,calidis balneis constitutis , & copiose siccis appositis lignis, vt & remedium ægrotantibus,& lenimen labore defessis beneuole afferatur: quæ sane curatio longe melior est, q̄ medici parum periti medela. Hæc omnia cæteraq; huiusmodi his locis ornamento vtilitatiq; sunt,grato quodam cum ludo.Summatim autē circa hæc studiū huiusmodi sit.Sexaginta viri singuli ascriptum sibi locum custodiant,non hostiū causa solū,sed eorū etiā qui se amicos dicūt.

pstãtiorẽ existimet,liceat ei loco eius aliũ noĩare,si mõ pri⁹ q̃ ita iudicet,iureiurãdo cõfirmauerit.Et noĩat⁹ maiore suffragiorũ nũero deligat̃.Tres aũt qb⁹ fauet̃ plurimũ,duces exercit⁹, bellicarũq; rerũ curatores queadmodũ custodes legũ cõprobent̃.q pfectos ordinũ duodecim,vnũ cuilibet tribui nomĩnẽt.Pronoĩatio aũt & suffragiũ designatioq; & iudiciũ ita in his fiat,quẽadmodũ in exercitus ducibus.Comitia vero in psentia anteq̃ creet̃ cõsiliũ,& pfecti cõsilio deligãtur,custodes legum in sanctissimo sufficiẽtissimoq; loco habeãt:vbi seorsum pedites & equites sedeãt:tertioq; deinceps cæteri,quicũq; in armis versant̃. Et in eligẽdis qdẽ ductoribus & magistris equitũ,oẽs suffragiũ ineãt:in pfectis ordinũ,solũmõ qui scuta ferũt:in tribunis militũ,eqtes oẽs.At leuis armaturæ aut sagittariorũ cæterorũq; hmõi pfectos,ipsi duces exercit⁹ sibi cõstituãt.Restat magistroꝝ equitũ designatio.hos igitur illi noient qui ductores etiã exercit⁹ noĩarũt:suffragiũq; ferat̃ similiter.similiter quoq; cõparatio pronoĩando fiat.Ferãt vero suffragiũ psentib⁹ peditib⁹ eqtes.Atq; duo q maiori suffragiorũ numero delecti sunt,oĩbus psint eqtib⁹.pnoĩationẽ aũt bis fieri liceat.Tertio siqs dubitet,illi suffragia iudicent,qui comitioꝝ modũ in singulos statuere.Cõsiliũ triginta cõstet duodenariis.Nã distributio huic per sexaginta trecẽtosq; viros cõuenit.Et in quatuor ptes per nonaginta distribuat̃:ita vt a cẽsib⁹ singulis cõsiliarii nonaginta ferãtur.Et primũ qdẽ necessario ferãt oẽs q maximo cẽsu sunt:& q ferre supersederit,p arbitrio cõdemnet̃.postq̃ vero delati sunt:cõscribant̃.Sequẽti die a scdo cẽsu eodẽ pacto ferant̃.Tertia a tertio ferat quicũq; velit.Necessariũ vero sit hoc triũ cẽsuũ viris.Quart⁹ aũt minimusq; cẽsus a pœna sit liber,siquis eorũ ferre noluerit.Quarta die ex quarto minimoq; cẽsu oẽs ferãt,hac cõditiõe,vt siquis ex tertio vel quarto cẽsu nõ tulerit,minime damnet̃.Sin vero qspiã primi secũdive cẽsus ferre neglexerit,condemnet̃:ita vt q secũdi cẽsus est,in triplo primi dãni cõdẽnet̃,q vero primi ẽ in quadruplo.Die qnta magistrat⁹ ad oẽs ciues descripta efferãt noĩa:de qbus oẽs ferãt.q noluerit,primo dãno cõdemnet̃.Eorũ vero q ex oĩb⁹ cẽsib⁹ electi fuerint,dimidiũ,hoc est cẽtũ octoginta , forte ad annui senat⁹ ordinẽ cõprobet̃. Sic vtiq; magistratuũ creatio facta inter vni⁹ & populi potestatẽ erit media.Quarũ mediũ tenere semp oportet Rẽp.Serui eñ & dñi amici nunq̃ erunt.Nec pbi & improbi,si equalib⁹ afficiant̃ honorib⁹.Inequalib⁹ eñ equalia inequalia fiũt,nisi mẽsurã accipiant.Nã ppter hec vtraq; seditionib⁹ replent̃ Resp. Verus eñ priscus ille sermo,ab equalitate amicitiã procreari,recte admodũ & cõcinne fert̃.qm̃ vero nõ satis aptũ est q̃nã sit equalitas qua id efficit̃ , idcirco nos valde turbamur.Duæ qppe sunt equalitates eodẽ qdẽ noĩe appellatę,sed effectu in multis pene cõtrarię.& alterã oĩs ciuitas legũq; lator sorte disponẽdo põt in distribuẽdis honorib⁹ adhibere,eã dico q̃ numero,põdere,& mẽsura est equalis.Sed verissimã optimãq; equalitatẽ nõ facile quis pspiciet: Iouis eñ iudiciũ est.& hoĩbus qdẽ pauca semp suggerit:quatenus aũt suppetit,tã priuatis q̃ ciuitatib⁹ bona oĩa reddit.Hęc sane maiori plura,minori pauciora tribuit:vtrisq; videlicet scdm eoꝝ naturã moderata.Atq; & honores,virtute maiorib⁹ semp maiores.Minorib⁹ aũt virtute & disciplina, minores: & vtrisq; secũdũ rationẽ,qd decet,impertit.Ea eñ certe nobis ea ciuilis iustitia.hanc & nos appetere debemus:atq; ad hanc ipsam o Clinia æqualitatẽ respicere,dũ hãc nouã cõdim⁹ & disponim⁹ ciuitatẽ.& quisqs aliã instituit eodẽ debet in legibus ferẽdis aspicere.Nõ aũt ad paucos tyrãnos vel ad vnũ vel populi potestatẽ,sed ad iustitiã semp inspiciẽdũ.Ea est quã mõ dixim⁹,æqualis ipsi⁹ scdm naturã quotidie inæqualibus distributio.Verũtñ necesse est,vt his duab⁹ equalitatib⁹ in denoĩatiõe similib⁹ ciuitas vniuersa vtat̃,si tota velit pcul ab omni seditiõe manere.Aeqbilitas eñ illa laudabilis,& equa diiudicatio pfecti atq; exacti,cũ pter rectũ iudiciũ fit,violatur & frãgitur.Ideoq; equalitate sortis vti etiã necesse est ad multoꝝ indignationẽ penit⁹ deuitandã. Qua in re deũ bonãq; fortunã pcibus inuocare oportet vt sors ad id qd est iustissimum dirigat̃.Sic igit̃ necessario vtrisq; equalitatib⁹ vti debeamus:sed in reb⁹ admodũ paucissimis,ea equalitate cui fortuna opus est.Hęc ita ob hãc causam o amici,necesse ab ea ciuitate,q̃ salutẽ sit cõsecutura,seruari.Queadmodũ vero nauis in medio pelago,die nocteq; custodib⁹ indiget,ita quoq; ciuitas in medio aliarũ ciuitatũ fluctu posita,variis subiecta seditionibus ac semper captiuitatis periculo pxima,perpetua eget custodia.Propterea & ex die in noctẽ, & ex nocte in diem succedere sibi inuicem magistratus & custodes oportet:vt tradentium suscipientium p custodiam successio nunq̃ desinat.Quorum nihil multitudo celeriter facere potest.Est autem necessarium,vt plurima cõsilii pars plurimum tempus permittatur in priuatarum suarumq; rerum administratione versari , duodecima vero pars eius , in menses duodecim distributione facta , alia post aliam sigillatim custodiat . Quæ vnicuiq; siue ciuitate ipsa siue aliunde venienti parata sit seu nunciare quicq̃ seu interrogare quispiam velit de his rebus , de quibus ciuitatem oporteat vel respondere cæteris ciuitatibus,vel ab eis interrogationum responsiones accipere.Nouarum etiam gratia molitionum quæ sæpe fieri solent:maxime quidem ne fiant. ac si acciderint,vt q̃celerrime sentiat ciuitas:& remedium afferat.quod per cœtum ciuitati præsidentium fieri semper oportet, vt & quæ legibus,& quæ repente ciuitati difficultates accedunt,dissoluantur . Hæc omnia curet duodecima

principes eligẽdi. Vnus aũt illi sufficit princeps, nõ pauciores q̃ quadraginta annos natus. Vnũ quoq; in monodia sufficere arbitramur, q triginta annos expleuerit, q & introducat hoĩes in certamen: eosq; sufficiẽter cognoscat & iudicet. At vero principem ordinatoremq; chori, sic oportet eligere. Qui huic rei vacãt, in cõciliũ ꝓficiscanť, mulcta ĩposita, nisi accesserint. huiꝰ rei legũ custodes iudices sint cęteros si nolint, nemo cogat. Nominent etiã q periti sunt, & in comprobatione, vna hæc approbatio reprobatio habeatur, q; peritus vel imperitus sit qui designatur. Qui vero ex designatis decem, cæteros suffragio superauerit, & deinde comprobatus fuerit, vnus annuo tẽpore choro secũdũ legẽ pręsit. Similiter etiam in monodia & tibicinio designatio fiat, electioq; & comprobatio, & qui assecutus fuerit, eodem modo a iudicibus confirmatus, anno præsit. Deinceps auctores declaratoresq; munerũ in exercitatione gymnastica tã equorũ q̃ hominũ, a secũdo tertioq; censu ita constituantur. Comitia ingredi trium censuũ homines compellantur, minimus autẽ census liber sit. Et de viginti qui præ cæteris suffragio designati fuerint, tres ante alios sorte electi, principes declarẽtur, quos cõprobantiũ suffragium confirmauerit. In cuiuscũq; autẽ magistratus sorte atq; iudicio, siquis reprobatus & repulsus fuerit, alius loco eius eodẽ ordine designetur & cõprobetur. Restat princeps, qui totius disciplinę in his quæ narrauimus tã fœminarũ q̃ marium curã habeat. Vnũ quoq; hũc secũdũ leges principem esse volumus: nõ pauciores natum annos q̃ quinquaginta, qui legitimos habeat filios, vtriusq; sexus maxime: si vero minus, alterius sexusꝰ oĩno. Cogitare debet & qui eligit & q eligitur, hunc magistratũ omniũ in ciuitate summorũ magistratuũ esse admodũ pręstantissimũ. In omnibus quippe viuentibus prima ipsa germina si apte cœperint ad naturæ suæ virtutẽ, vim habẽt summã ad finẽ sibi debitũ imponendũ. Quod & in plantis euenit, & in brutis tũ syluestribus tum etiã mansuetis, & in hominibus. Hominẽ autẽ mansuetũ animal esse dicimus. Porro si cũ natura felici rectã quoq; disciplinã fuerit assecutus, in diuinissimũ mãsuetissimũq; animal solet euadere: sin vero nõ satis aut nõ bene fuerit educatus, ferocissimũ omniũ quæ in terris nascũtur, animal redditur. Quãobrẽ nõ debet legũ cõditor rẽ summopere necessariã pueritię educationẽ postponere, sed operã dare in primis, si rẽ hanc diligenter est curaturus, vt omniũ ciuiũ ad officia quęq; optimus vir eligatur, qui q̃ maxime pro viribus educãdis pueris præponatur. Omnes igitur magistratus præter senatũ & quæstores in Apollinis templum profecti, suffragiũ clam legũ custodibus ineant, deligẽtes singuli quẽ optime pueroꝝ disciplinæ existimãt ꝓfuturũ: & q suffragio superabit, a magistratibus q delegerũt, exceptis videlicet legũ custodibus, cõprobatus: quinquẽniũ pręsit. Et in sexto anno alius princeps similiter statuatur. Siqs autẽ in magistratu publico cõstitutus pluribus q̃ triginta diebus anteq̃ munus suum peragat, e vita decesserit, illi quibus id curę est, aliũ similiter eligãt. Sin autẽ orphanorũ tutor mortẽ obierit, cognati aq; affines ex vtrisq; parẽtibus vsq; consobrinos & patrueles, qui p̃sentes sunt, aliũ intra dies decẽ cõstituãt: alioqn drachma quotidie mulctentur singuli, quousq; orphanis tutorẽ p̃ficiãt. Sed nulla ciuitas reuera ciuitas erit, nisi debito ordine iudicia fuerint cõstituta. Iudex autẽ mutus, q nec instar arbitri aliqd plus q̃ litigantes dixerint, in causis discutiẽdis percunctatur, nũq̃ ad ius declarãdũ sufficiẽs erit. Quapropter nec si multi sint, facile vnq̃ bene iudicabũt, nec si pauci & ignaui. Oportet autẽ semp, vt qd q̃riť ab vtrisq; declareť. Tẽpus autẽ & mora, frequẽsq; inqsitio, ad aperiendã cõtrouersiã conferũt. Idcirco qui litigant, ad vicinos primũ & amicos: & maxime rei de qua quęritur cõscios se cõuertãt. Q̃z si per eos nõ sufficiẽter fuerit iudicatũ: ad aliud iudiciũ proficiscãtur. Tertiũ vero, si p duo superiora recõciliati nõ fuerint, finẽ imponatꝰ. Profecto iudicioꝝ cõstitutiones quodãmodo magistratuũ electiones sunt. Oẽm nãq; magistratũ necesse est quorũdã etiã esse iudicẽ. Non tamen iudex omnis necessario est magistratus & princeps: q̃q̃ iudex ea die qua iudiciũ peragit, quodãmodo magistratus est non vilis. Igitur quasi iudices ipsi magistratus aliqui sint. De his iã q quarũq; rerũ & quot in vnaquaq; re esse debeãt, disseramus. Augustissimũ certe iudiciũ sit qd sibimet aliqui p̃fecerũt, cõmuni consensu iudicẽ eligentes. Reliqua iudicia duo sint. Alterũ quãdo priuatus iniuriã a priuato pati cõqueritur, eũq; in iudiciũ trahit. Alterũ quãdo Reipublicę iniuriã a ciuiũ aliquo fieri arbitratus aliquis cõmunibus rebus auxiliari conať. Dicẽdũ est igiť, quos & quales iudices eẽ oporteat. Primũ iudiciũ cõmune oĩbus priuatis qui tertio inter se litigant, ita fiat. Omnes magistratus tã annui q̃ maioris temporis pridie Calendas mensis illius, quo post æstiuũ solstitiũ nouus incipit annus, in tẽplum vnũ cõueniant. Vbi iureiurando interposito a singulis magistratibus veluti quasdã deo primitias offerentes, vnũ iudicẽ deligant, qui optimus esse, & optime atq; sanctissime iudicia illo anno redditurus ciuibus videatur. Ac postq̃ iudices designati sunt, ab eisdẽ q designarũt, singuli cõprobẽtur. Et siqs reprobatus fuerit, alius similiter eligať. Cõprobati, illis q p p̃cedẽtia recõciliati nõ sunt, iudicia reddãt, & apte suffragiũ ferãt: audiẽtibus spectãtibusq; necessario cõsultoribus, reliqsq; magistratibus q eos declarauerũt. De cęteris autẽ intersit pro arbitrio quisq;. Q̃z siquis aliquẽ iniustã sponte sententiã tulisse incuset, apud legum custodes hoc faciat. Et qui damnatus fuerit, dimidiam damni partẽ iniuriam passo persoluat.

Vide vt hõ est aĩal mansuetũ, & ferocissimum.

Tẽpus & mora & frequẽs inqsitio ad aperiẽdã controuersiam conferũt.

Oĩs magistratus est quorundã iudex: nõ oĩs iudex magistratus.

Vide vt initiũ anni sumptũ est a solstitio ęstiuo.

Et si qs inter vicinos ac ciues seu seruus siue liber alicui iiuriã inferat, iudicẽt in paruis qdẽ ipsi qnq; principes: in maiorib⁹ aũt decẽ & septem viri vna cũ duodecim, vsq; ad minas tres de quocunq; alter de altero cõquerit. Nemo aũt iudex magistratusve sit: qui gesti officii sui rõnẽ nõ referat: pter eos q regũ instar finẽ rebus ĩponũt. Atq; & agrorũ curatores, si qd aduersus eos quorũ habẽt curã, cõtumeliose gerãt, inęqualiter onera inferẽtes, aut vi aliqd ab agricolis accipientes, siue adulatorũ largitionibus, qb⁹ iudiciũ corrũpaẽ: munerib⁹ qdẽ adulatiõibusq; capti, opprobrio p vniuersam vrbẽ afficiantẽ: in aliis aũt iniuriis vsq; ad minã spõte sua vicinis colonisq; dẽt mulctã. Qd si nolũt ĩ maiorib⁹ vel minorib⁹ iniuriis qđ debẽt, psoluere, quia sperẽt, cũ de loco ad locũ p singulos mẽses trãseant, iudiciũ ac pœnã effugere, in cõmuni iudicio accusenẽ, & q dãnabiẽ, duplũ reddat ei quẽ iniuria oppssit. Viuant aũt tã pricipes q̃ cęteri curatores agrorũ bienniũ hoc pacto. Primũ qdẽ oĩb⁹ cõia singulis ĩ locis habeãtur cõuiuia, qbuscũq; defuerit, etiã si vno die aut vna nocte excubarit, cũ nec priceps ita ordinauerit, neq; necessitas vlla coegerit, si qnq; viri eũ dãnẽt, scribãtq; in foro deseruisse custodiã: magnis afficiaẽ opprobriis, vtpote q quãtũ ĩ se est, Rẽp. pdidit. Et a quocũq; obuiã facto, volẽtiq; cędere, impune cędatur. Oẽs aũt sexaginta viri obseruẽt, ne de principibus aliquis qcq̃ tale cõmittat, & q sensit audiuitq; si nõ accusauerit, similiter eademq; lege reus sit, qua q peccauit, & acriori iuuenũ cẽsura punit⁹ in oĩbus iuuenũ magistratib⁹ cõtẽnaẽ. Atq; hęc qdẽ oĩa custodes legũ diligenter puideãt: primo qdẽ ne fiant: deĩde vt facta, put ius postulat, puniant. Existimare de oĩb⁹ hoĩb⁹ id qsq; debet, q; q nunq̃ seruiuit, is laude dignus esse dñs nunq̃ poterit. Ideoq; gloriari quẽq; oportet magis q; bñ seruiuerit, q̃ q; bñ fuerit dñatus: primũ qdẽ legib⁹: qb⁹ q seruit, diis seruit, deĩde seniorib⁹ q honeste vixerunt. Postremo totũ hoc biẽniũ custodes agrorũ humillimũ tenuissimũq; victum agãt. Itaq; duodecim viri cum qnq; cõgregati inter se cõsultẽt, quasi alios seruos nõ habituri. Nã agricolis qdẽ colonisq; nõ ĩ pprio ministerio, sed in publico solũ vtanẽ. In cęteris sic cogitẽt, vt seruiẽtes sibiipsis victuri, æstate pręterea atq; hyeme semp armati regionẽ oẽm plustraturi, vt custodiãt diligẽtius, dũ loca oĩa nouerint. Nulla quippe cognitione minor hæc esse videẽ, qua exqsite ab oĩbus regio vniuersa cognoscĩẽ. Atq; hui⁹ grã non minus q̃ voluptatis vtilitatisq; alterius, adolescẽtes alẽdis canib⁹, & reliquæ venationi dare operã debent. Hos ipsos studio etiã illo vti oportet, qđ ab occultãdo a nonnullis appellaẽ. sed siue sic siue agri custodia sit noĩanda, siue quõcũq; aliter qsq̃ velit, oportet vt q ciuitatis suę salutẽ exoptant, in ea se re p virib⁹ diligẽter exerceãt. Sequiẽ vt de cẽsorũ ędiliumq; electione dicamus. Sexaginta illos curatores agrorũ tres sequunẽ ędiles tripertito duodecim ptes vrbis cõplexi, q sane illos imitanẽ: viarũ vrbis curã habẽt, vulgariumq; itinerũ, q̃ a regione in vrbẽ tẽdũt: ædificationũ quoq; vt secũdũ leges oẽs fiãt. Aquarũ pterea, quas custodes deduci in vrbẽ curãt: vt in fontes q̃ liqdissimę sufficiẽtesq; ducanẽ: ac ciuitatẽ iuuẽt pariter & exornent. Oportet hos esse tales, vt itermissa suorũ cura, otiũ habeãt ad publica pcurãda. Quapropter qsq; a maximo cẽsu quẽ velit ędilẽ futurũ noĩet. Et de sex q suffragio cęteros supabũt: tres sorte deligãt: quibus curę hęc sint. Deniq; cõprobati, magistratũ scđm pscriptas sibi leges peragãt. Cẽsores deinceps, rerũ venaliũ curatores, a primo secũdoq; cẽsu qnq; deliganẽ. Eorũq; electio eodẽ ferme mõ quo ędiliũ trãsigaẽ. Quippe de decẽ, q cæteros suffragio superarint, qnq; sorte designenẽ, & cõprobati, magistrat⁹ declarenẽ. Noĩet aũt quẽlibet vnusqsq;. Qui autẽ nolle accusabitur, drachmis quinquaginta dãneẽ, atq; etiã iniquus existimeẽ. Comitia cõmuneq; cœtũ quicũq; velit ingrediaẽ. atq; ad id primi secũdiq; cẽsus oẽs coganẽ. Porro qui de his abfuerit, decẽ damneẽ drachmis. Tertii vero quartiq; census hoĩes nõ coganẽ. Idcirco qui nõ interfuit, indẽnis sit: nisi forte principes vrgẽte quadam necessitate, adesse oĩbus edixerint. Est aũt cẽsorũ officiũ, fori ordinem legibus statutũ seruare. Fontiũ quoq; & tẽplorũ quę in eo loco sunt, curã habere: vt nequis illic iniuriose quicq̃ agat. & si quis fecerit, seruus quidẽ & pegrin⁹ verberib⁹ & vinculis pœnas luat. Ciuis autem a cẽsorib⁹ drachmis centũ iure cẽsorio cõdemneẽ. Maiori vero mulcta vsq; ad hui⁹ duplã isti, nisi ędiles quoq; adsint: cõdemnare nõ possint. Eadem quoq; ędilibus in proprio magistratu mulctãdi & puniendi conditio sit. Nam vsq; ad minã cõdemnandi ipsi habeant potestatem. Ad duplam vero mulctã censorum simul auctoritas requiratur. Posthęc musicę & gymnasticę magistrat⁹ duplices vtriusq; facultatis cõstituantur: alii disciplinæ, alii exercitationis causa. Qui disciplinæ præsunt, gymnasiorum doctrinarumq; ornatum & discendi ordinem curent: operamq; dent vt tam mares q̃ fœminæ in adolescentia honeste ad ista proficiscantur: honeste etiam commorentur. Exercitationis curam habeant in gymnastica & musica ipsi athlothetæ qui munera imponunt atq; declarant athletis, ipsis scilicet certatoribus. Atq; hi similiter duplices esse debent: circa musicam alii, alii circa gymnasticam, & in gymnastica quidem iidem pariter in hominum equorumve certaminibus, in musica vero alii in monodia, id est cantu & oratione funebri, & imitatione ipsa, sicut rhapsodorum, eorum scilicet qui decãtatorium componunt carmen, citharistarum, tibicinum, cæterorumq; talium, alii in chori cantu. Primum igitur in chori ludo, vbi viri, pueri, & puellæ tripudio cæterisq; musicæ modis exercentur,

Qui non seruiuit, nõ põt esse laudatus dominus.

De cẽsoribus & ędilibus.

tes, ad belli pacisq;, q̃ sine cõtrouersia est, saltationẽ ad nos pertinentẽ iã reuertamur. Genus autem illud Musę, quo in pace & ꝓsperitatis opinione vtimur deos deorũq; filios honorãtes, bipertito distĩguit. Alterũ em̃ cũ pericula laboresq; euasimus & bona adepti sumus, adhibetur, qđ maiores cõtinet voluptates. Alterũ prioribus bonis seruatis auctisq; agi solet, in quo remissior est voluptas. In huiusmodi vero rebus, ex maiori voluptate concitatius, ex minore remissius quisq; mouet̃. Modestior etiam quilibet, & ad fortitudinẽ exercitatior pacatius mouet̃. Ignauus cõtra & ad tẽperãtiã minime exercitatus, maiores vehemẽtioresq; mouẽdi ꝑmutationes agit. Cõmuniter aũt seu cãtu siue aliter qs loquat̃, quieto id corpore facere nequit. Quapropter verborũ imitatio corporis figuris expressa, artẽ omnẽ saltatricẽ peperit. qua cõcinne nõnulli, alii incõcinne mouent̃. Cũq; in aliis multis nominib⁹ bene & secũdũ naturã positis laudãda antiquitas sit, in hoc quoq; ꝓbãda est, q; saltationes cũctas moderatorũ hominũ in rebus secũdis tẽꝑate gaudẽtiũ, recte admodũ musiceq; & secũdũ rationẽ concinnitates qsqs ille fuerit, nominauit: duasq; honestę saltationis cõstituit spẽs. & belli qdẽ Pyrrichen pacis cõmode cõcinnitatẽ vocauit. Hęc debet legislator figuris qbusdã exponere, custos aũt q̃rere, & inuẽta cũ alia musica cõiũgere, atq; in solẽnibus sacrificiis distributa, singula singulis dedicare: & ita ordinata stabilire, vt nihil eorũ postea nec in saltu nec in cãtu aliter fiat, sed in eisdẽ voluptatibus ciuitas eadẽ ꝑseuerãs, ciuesq; iidẽ similes semꝑ ꝓ virib⁹ ꝑmanentes, bene beateq; viuãt. Sed iã de honestis pulchrorũ corporũ, generosorũq; animorũ choreis diximus. Deformiũ vero corporũ cogitationũq; motus q ad risum & comœdiã, verbis, cantu, saltatione, oĩbusq; huiusmodi imitationib⁹ spectãt, cõsiderate & cognoscere necesse est. Nã seria sine ridiculis, & om̃ino sine cõtrariis cõtraria cognoscere qdem impossibile est, siqs prudẽs est futurus. Fieri aũt ambo minime possunt, siquo pacto virtutis ꝑticipes euasuri sumus. Sed hęc huius gratia cognoscẽda sunt: ne ꝓpter ignorãtiã ridiculũ aliqd agat̃ aut dicat̃, cũ minime oporteat. Serui igit̃ & ꝑegrini ꝑcio cõducti talia imitent̃: studiũ vero ipsis nullum adhibeat̃. Nec adeo liber sit ciuis, seu vir siue mulier, q discere ista cernat̃, sed noua semꝑ de his appareat imitatio. atq; ita ad risum spectãtes ludi Comœdiæ vocabulo appellant̃, ratione ac lege dispositi sint. Tragœdię vero poetę q res, vt aiũt, serias narrãt: si nos sic iterrogẽt, licet ne o amici in regionẽ ciuitatẽq; vestrã nobis venire: poemataq; nostra ad vos ꝑferre? An aliter vobis de re tragica visum est? qđ ad hęc diuinis viris recte nos respõdebim⁹? Nã mihi qdẽ ita videt̃. Nos vero o viri optimi tragœdię q̃ pulcherrimę & optimę quoad fieri põt, sumus poetę. Nẽꝑ vniuersa Resp. nostra pulcherrimę optimęq; vitę imitatio est: quã rẽ nos certe tragœdiam verissimam arbitramur. poetę ergo vos estis: poetę quoq; eiusdẽ poematis ipsi sumus: & quasi æmuli ad opus pulcherrimũ tragœdię cõtẽdimus, qđ sola lex vera, vt speramus, potest ꝑficere. Verũ nolite credere, facile a nobis admitti, vt scænas in foro cõstituatis, & clamosos cõducatis histriones, q altius q̃ nos exclament, atq; ita ad liberos nostros, ad vxores, ad turbã vrbis omnẽ, de eisdẽ rebus nõ eadẽ q̃ nos, sed cõtraria sęꝑe cõcionemini. Insaniremus em̃ & nos om̃ino & ciuitas om̃is, si anteq̃ magistratus viderint q̃ cõposuistis, & dicenda ad populũ iudicauerint, admitteremini. Nũc igit̃ o viri optimi molliũ musarũ alũni istos cantus vestros cũ nostris apud principes cõparabimus: & si q̃ dicent̃, eadem aut meliora nostris esse videbunt̃, chorũ vobis dabimus. Sin vero aliter o amici, nũq̃ dare poterimus. Hęc ita de om̃i chorea eiusq; doctrina legibus & morib⁹ cõstituta sint, & seruorũ qdẽ seorsum a dominorũ officiis, si vobis quoq; videt̃ CLI. Videt̃ certe. ATHE. Sed liberis tres adhuc restãt doctrinę. Vna cõputatio numerorũ. Altera lõgitudinis, latitudinis, ꝓfunditatisq; mensura. Tertia circuitus astrorũ notitia. Quę om̃ia nõ exacte multi ꝑdiscent, sed pauci: quos ad finem ꝓgressi significabimus. sic em̃ decet. Multitudini vero, q̃ necessaria sunt, rectissimeq; dicunt̃, turpe est nescire. Sed exq̃site cũcta ꝑquirere, nec facile est, nec om̃ino possibile. Qđ ex ipsis necessariũ est, reiici nõ potest. Immo vero ad hoc ipsum respexisse videt̃, q ꝓuerbio primus ita de deo est locutus, q; nec deus vnq̃ cũ necessitate pugnabit. qđ equidẽ de diuinis necessitatibus intelligẽdũ arbitror. Nã si hoc de humanis necessitatibus dicat̃: ad quas multi respiciẽtes tale qđ aiũt, longe omniũ stultissima erit oratio. CLI. Quęnam igit̃ hospes nõ humanę: sed diuinę doctrinarũ necessitates sunt? ATHE. Illas arbitror, quas q non discit vllo modo nec experit̃, nũq̃ hominibus deus fit, nec dæmon, nec heros: vt curam hominum studiose habere possit. longe etiã aberit, vt homo diuinus fiat: si nec vnũ, nec duo, nec tria, nec paria omnino atq; imparia potest cognoscere: si nec numerare nouit, nec dies & noctes dinumerare, nec solis ac lunę cęterorũq; astrorũ lationes accepit. Quæ siquis necessaria neget homini pulcherrimarũ doctrinarũ quamlibet ꝑcepturo, stultissime cogitabit. Sed qualia horum singula sint, & quot, & quãdo discẽda, & quid cum alio, & quid sine aliis solum, & quę sit vniuersa istorum mixtura, recte ante omnia est discendum. deinde his doctrinis ducibus ad alias gradiendũ. Sic em̃ natura necessitas ipsa obtinuit, quacum deorum nullum dicimus aut pugnare nunc, aut vnq̃ pugnaturum. CLI. Recte hospes, ac secundum naturam quæ dicis ita dici videntur. ATHE. Sic se res habet o Clinia. Sed difficile est de his hoc ordine proposi-

Tragici.

Quę necessaria sunt: turpe est nescire. Nũq̃ deus cũ necessitate pugnabit.

mediũ deductas,adolescẽtũ auribꝰ cõcinãt,trahãtq; eorũ aĩos imitatione quadã pductos ad virtutis ipsius possessionẽ.CLI.Vera loqueris.ATHE.Quapropter citharistam discipulũq; eius oportet lyræ vocibꝰ vti eius expressionis gratia,q̃ ex canoris fidibꝰ puenit,& vocibꝰ voces consonas reddere.Diuersitatẽ vero varietatẽq; lyrę,cũ alios fides modulos reddãt,alios poeta cãtus ipsius auctor,vt spissitudinẽ pterea raritati,velocitatẽ tarditati,acumẽ grauitati,& oĩno cõsonũ simul & dissonũ pstent,rhythmorũq; vniuersa varietas,lyrę vocibꝰ accõmodet,afferre illis nõ licet,q trienio vtilitatem musicę sunt facile pcepturi.Cõtraria eñ cũ seinuicẽ cõfundãt,difficile discunt.Oportet aũt vt facile iuuenes discãt.Nã nec parua nec pauca sunt,quę necessario illis pdiscẽda mãdamus.Hęc autem oratio pgrediẽs cũ tempore simul ostẽdet.Hęc de musica doctores pcurẽt.Quę vero,verba cãtusve choreanũ magistri docere debeãt,ea nobis in supioribꝰ distincta sunt,q̃ dedicãda cõmode solẽnitatibus diximus,vt vna cũ felici oblectamẽto vtilitatẽ quoq; ciuitatibꝰ pbeãt.CLI.Vere hęc ẽt distinxisti.ATH.Hęc itaq; vere distincta electus ad Musam magistratus suscipiat,curetq; feliciter.Nos vero sicut musicę docẽdi modũ q restabat,adiecimus,ita nũc saltationi & vniuersę corpis gymnasticę,cũ idem reliquũ sit,idem quoq; adiiciamus.Pueros etenĩ puellasq; oportet tripudiũ & gymnasticã discere.Nonne?CLI.Sic oportet.ATHE.Saltandi igit magistri pueris,ac puellis magistrę dent,vt his apte exerceant.CLI.Dent prorsus.ATHE.Rursus virũ illũ plurima negotia subiturũ,vocemus pueritiæ curatorẽ,q cũ & musicæ & gymnasticæ curã habeat,nũq̃ otio abundabit.CLI.At quo pacto tantã cum senior sit,curã sufferre poterit?ATHE.Facile o amice.Lex eñ ipsi cõcessit,concedetq;,vt ad eã curã quos velit ciuiũ & virorũ & mulierũ accipiat socios.Ille aũt q deligẽdi sint cognoscet,voletq; socios pbos deligere,cũ magistratus ipsius magnitudinem prudenter & cognoscat & vereat,nec ignoret q; si pueritia recte educata sit,educeturq;,oĩs in vita recta sit nauigatio.Sin contra,qd cõtra sequat,nec dictu dignũ est,neq; nos dicimus,pniciosum in ciuitatẽ nouã omen fugiẽtes.Multa iam de saltatione,deq; omni motu gymnastico diximꝰ.Gymnasia eñ oẽs etiã exercitatiões bellicas appellamus,vt sagittãdi,iaculãdi,peltasticẽ quoq;,& oẽs armatorũ dimicationes,acierũ ordinationes,ductiones,exercitus,castrorũ positiones,& q̃cũq; ad equestrẽ ptinẽt disciplinã.Quorũ oĩm publicos oportet esse magistros a ciuitate cõductos,q pueros & puellas,viros & mulieres doceãt,vt oẽs q in ciuitate sunt,hęc oĩa sciãt.Et puellę qdẽ saltare pugnareq; cũ armis cõsuescãt:Mulieres aũt castra mouere ordines struere,& arma sumere atq; deponere,si nulliꝰ rei alteriꝰ gratia,attñ si res cogat vt in militiã viri oẽs pficiscant,possint ipsę interim siqd aduersi acciderit,ciuitatẽ defendere : vel si tãta hostiũ multitudo agros inuaserit vt necesse sit mulieres quoq; p ciuitate arma capere.quorũ nihil est quod nõ facile euenire possit.Magno certe Reip.vitio dandũ est,ita graue mulieres educari,vt nec veluti aues quidem p filiolis cõtra feroces audeãt bestias pugnare:moriq; potius velint,cũctaq; subire picula,q̃ statim ad aras templaq; cõfugere,opinionẽq; de gñe hoĩm dare,oĩm ignauissimũ aĩaliũ esse.CLI.Per Ioue hospes & dedecori hoc & detrimẽto est ciuitati.ATHE.Legẽ igit hãc sanciamꝰ,vt rẽ bellicam mulieres nõ negligant:sed ciues oẽs tã mulieres q̃ viri,illi dẽt operã.CLI.Sãciamus.ATHE.De luctatione qdem partim nobis est dictũ.Qđ vero,vt arbitror,maximũ est,non diximus,nec facile dictu est,nisi quis verborũ declarationi corporis gestus adiungat.hoc ergo tunc iudicabimus,qñ verba rebus cõiuncta apertius aliqd etiã de cęteris significabũt,& luctationẽ maxime oĩm motuũ pręlio affinẽ esse,& oportere nõ plio huiꝰ causa,sed huic gratia plii operã dare.CLI.Probe id qdẽ.ATHE.Sed de luctandi qdẽ facultate hactenus sit dictum.Cæteros vero corporis totius motus,quorũ plurimi saltatiõis noĩe recte appellari possunt,in duas species distribuimus.Nã alius qdẽ motus decẽtioribus gestibus corporis honestũ dignũq; aliquid imitat,alius cõtra indecẽtioribꝰ,ad vile aliqd imitãdo deducit.Et vtriusq; rursus duę sunt spẽs.Honestus eñ digniorq; motus alius est,cũ in bello vio lẽtisq; laboribꝰ egregio corpore fortiq; aĩo implicamur.Alius,dũ animꝰ in rebꝰ secundis moderate lętat.Hũc siqs pacificũ appellet motũ,secundũ naturã appellare videbit.Illũ vero a pacifico diuersum Pyrrhichẽ recte qsq; vocabit,q imitat flexus corporũ,qbus tela plagæq; vitant,declinãdo,cõcedẽdo,exiliẽdo in altũ,humiq; se cõtrahẽdo,cõtrarios item gestus,quibus videlicet aduersus alios quicq̃ infert sagittãdo,iaculãdo,cædẽdo.In his oĩbus arbitrari oportet,quãdo intrepidus & cõstãs habitus in mẽbrorũ rectitudine & fortitudine animi adhibet,recte fieri:qñ vero cõtra,nõ recte.Sed & paci cõuenientẽ saltationẽ hoc pacto in singulis cõsideremus,vtrũ recte nec ne p natura honeste saltationis decẽter qs in choreis optima lege eruditorũ virorũ versẽt.Primũ vero ambigua q̃ in controuersiã cadit saltatio,a nõ ambigua distinguẽda est.qnã igit hæc?& quo pacto vtraq; distinguẽda? Ambiguã arbitramur,q̃ bacchica,Bacchũq; sequẽtiũ est: quas Nymphas,Panes,Silenos,ac Satyros vocãt,q quidem vt aiũt vinolentos imitat,lustrationes & sacra faciẽtes.Totũ hoc saltationis genus,neq; q; bello cõueniat,neq; q; paci,neq; qd sibi velit facile determinari põt.Rectissimũ igit mihi videt,id ita distinguet,vt seorsũ a belli,seorsũ ẽt a pacis saltatiõe id ponamꝰ,negãtesq; hoc eẽ ciuile,atq; iõ reliquẽ

Cur mulieres oporteat arma & castra tractare discere.

Q; planetę nō errāt: nec qd velocissimū id tardissimum.

Conare apertissime istud ostendere. ATHE. Conabor eqdē. Non est o viri optimi vera hęc de sole & luna cæterisq; stellis opinio, q vnq̄ pererrent. sed cōtra se res habet. Vnū em̄ quoduis illorū iter nō multa circulo peragit: q̄uis videat per multa ferri. Quod vero in eis velocissimum est, non recte tardissimū, & cōtra cōtrariū iudicamus. Peccareq; ita opinātes patet. Nā si in olympico ludo, cursu certantes spectaremus, & velocissimū tardissime, tardissimū velocissime currere p̄dicaremus: laudibusq; vicisse victū caneremus: nō placerent, vt arbitror, laudes nostrę cursoribus. Nūc vero cū de diis similiter peccem⁹, nōne ridiculi sum⁹, similiterq; aberram⁹ a recto? CLI. Ridiculi qdē. ATHE. Nulloq; pacto accepti deo, dum falsa de ipsis canimus. CLI. Si hæc ita se habent, vera dicis. ATHE. Atqui si ita habere se ostēderimus, discēda vsqueadeo hęc oīa. Sin minime, dimittēda: nobisq; ita de his cōcessum sit. CLI. Prorsus. ATHE. Sed instituta iā de doctrinarū disciplina finē habeāt. De venatu autem similiter iudicandū: ac de hmōi oībus. Videt em̄ legū latoris officiū nō solū hoc esse vt leges conscribat, sed etiā vt medio vtat illo, qd inter admonitionem est & leges: quo & nos sæpius vsi sumus: p̄sertim cū de educatione infantiū loqueremur. Nā in hac re multa esse diximus, quæ non ita dici possunt, vt leges de ipsis ponant, idq; tētare demētis esse. Ita vero conscriptis legibus & Rep. cōstituta, nō est p̄stātis virtute ciuis perfecta laus, qua dicit eū bonū esse ciuem, qui legibus q̄ optime ministrauit: & q̄ maxime paruit, sed pfectior illa est, eū eē talē: q legū latoris, leges ferētis & laudātis vituperātisq; scriptis omnino per totā vitā paruit. hæc ciuis p̄cipua laus est. Nēpe oportet vt legis cōditor leges nō solum conscribat, sed etiā declaratione quādam his adiungat: qua quæ honesta turpiave sibi vident, significet. Ciuē quoq; summū oportet nō minus hæc, q̄ quæ mulcta imposita a legib⁹ mādata fuerint obseruare. Ad hoc vero rē, qua de agit, quasi testē adducimus. Magis em̄ quod volum⁹, aperit. Venatus em̄ res latior est, nomine vno cōprehensa. Alius aquaticorū, alius volatilium, alius pedestriū: nec ferarū solū, verūetiā hominū, horūq; nō bellicus tātūmodo, verūetiā q per amicitiā. & alius qdē laudem, alius vituperationē habet. Rapinę quoq; latronū, castrorūq; venatus sunt. Quāobrē qui de venatu leges est conditurus, nec ista p̄terire pōt, neq; singulis ordine certo atq; mulcta, minaces leges imponere. Quid ergo de his faciendum est? Oportet vt legislator quæ in venatione laudanda sunt, laudet: q̄ contra, vituperet, ad iuuētutis exercitationē. Iuuenes aūt cū audiuerint, ita parere debēt, vt nec labore nec voluptate reuocati aliter faciāt q̄ legislator consuluit. Immo vero magis honorent, q̄ cū laude dicta & exhortādo ꝓposita sūt, q̄ q minaci & vīdice lege firmata. His itaq; ꝓpositis cōgrua deinceps laus & vituperatio venationis cōscribi potest: vt q̄ meliores aīos iuuenū facit, laudet: q̄ cōtra, vituperet. Dicam⁹ igit deinceps ad eos sic, p̄cibus interpositis. Vtinā vos o charissimi nunq̄ marinę venatiōis hamiq; cupiditas capiat: nec omino aquaticorū aīaliū die siue etiā nocte potiosam venationē sagena capiendorū, nec piraticæ amor, per maria venatores hoīm iniquos atq; atroces vos faciat. Furti vero latrociniiq; cupiditas in vrbe vel regione cōmittendi nec in mentem quidē veniat vestram: nec volatilium iucunda venatio seruilis magis q̄ libera. Pedestrium ergo venatio vobis sola relinquitur. Sed nec dormientiū quę vicibus qbusdā interpositis fit, nocturnaq; vocat, & otiosorum hoīm est, laude digna habet. neq; etiā quæ in laboris remissione fit, & retibus laqueisq; non cōstantis animi viribus ferarū domat atrocitatē. Sola ergo quadrupedū venatio illa restat omnibus optima: q̄ equis, canibus, corporis viribus agit. Nā qbuscūq; diuina curę est fortitudo, ii quadrupedes oēs, cursu, vulneribus, telisq; manu ꝓpria venādo vincere debent. Sed laus vituperatioq; venādi ita distincta sit. Lex aūt ista. Sacros qdē hos venatores vbicunq; venari velint, nemo ꝓhibeat. Venatorem nocturnū retibus & canibus suis fidentem nemo vspiā sinat venari. Auceps per incultos agros mōtesq; vagari pmittat. A cultis locis, sacrisq; incultis a quocūq; pellat. Piscator nec in portubus, nec sacris fluuiis, paludibus, stagnisq; venetur: in aliis liceat, dummodo succorum non vtatur permixtione. Sed iā institutiones de disciplina finem habeant. CLI. Præclare loqueris.

De venatione.

Argumentum Marsilii Ficini in Dialogum Octauum de Legibus.



QVAE MODO de p̄cipuo singulariq; vnius dei cultu ex multis Platonis nostri testimoniis asseruimus, possumus p̄terea p Phædrū, Gorgiā, Protagorā, Politicū, Critiā quartū legū absq; cōtrouersia cōfirmare. In his em̄ vniuersam deorū, vt ita dixerī, synagogam, vnico subdit regi, prout vult singulis imperāti: aliaq; aliis officia iuste dispertienti: & humana p illos ordine dispensanti: nō quasi absente hinc illo, sed vt apparet in quarto legū, potius ita volēte. Iubet itaq; Plato primū qdem deum ꝓpter se adorari. Sequentes vero q participes eius dii quoq; dicunt, amari tāq; illi similiores. Honorari etiā vt vicarios immo & aduocari quasi cōciliatores. Audiri etiam vt diuinę mentis interpretes. Exaudiri deniq; ceu maiestatis diuinę p̄cones. Iubet & tēpla condi in vrbe: & vrbē ipsam quasi ędem sacram in ptes distribuit duodecim. Quemadmodū & deus tēplū sibi ipse cōstruxit, mundū, duodecim sphærarum choris ornatum: Sacerdotibus quoq; munitum, i. spiritibus præditis ratione, deum vbiq; lau

tis leges ferre. Quare in aliud tẽpus si videt̃ dilata diligẽti⁹ hęc legib⁹ sanciem⁹. CLI. Videris hospes nostrã de his reb⁹ imperitiã formidare. Neq; id iniuria. Verũtñ exponere coneris, nihil hac de causa verit⁹. ATHE. Formido eqdẽ qd dicis, sed multo magis eos phorresco: q has doctrinas gustarũt qdẽ sed male gustarũt. Nõ eñ graue admodũ qddã est & durũ rerũ oĩm ĩperitia: nec summum malũ: sed multo pnicиosi⁹ est male cõparata multarũ rerũ pitia atq; notitia. CLI. Vera loqueris. ATHE. Oportet igit̃ liberos hoĩes ea discere: q vna cũ literatura, magna puerorũ turba ĩ Aegypto pdiscit. Primũ eñ cõputationis doctrina sit ppter pueros excogitata: cũ ludo & voluptate pcipit̃. Pomorũ corona rũq; plurib⁹ paucioribusve distributio fit, iisdẽ cõpetẽtibus numeris. Pugilũ quoq; & luctatorũ cõsessus, & cõsortii alternus, & cõsequẽs ordo, vt fieri solet, digerit̃. Phialas aũt aureas, ęneas! & argẽteas,! similesq; alias ludẽdo ĩmiscẽtes, vel totas alter alteri tradẽtes, necessarios vt dixi ludis nũeros aptant atq; ita vtilitatẽ pbent discẽtib⁹, ad exercitus ducẽdos: castrorũ ordines, ad Rẽp. disponẽdã, & ad reliqua oĩa: vigilãtioresq; ip̃os reddũt. Deinde cũ natura ignoratio turpis atq; ridẽda de mẽsura lõgitudinis, latitudinis, & pfunditatis oẽs hoĩes teneat, hac eos pcul abducunt. CLI. Quã igit̃ & qualem ignorãtiã dicis! ATHE. O amice Clinia, ego etiã cũ aliqñ audiuissem, sero tãdẽ hãc nostrã ignorãtiã mirat⁹ sum: nec hoĩm sed suũ pecorũq; cõsiderãti mihi visa est. Ideoq; nõ mea solũmõ, verũetiã graecorũ oĩm causa vehemẽter erubui. CLI. Dic planius hospes, qd hoc est! ATHE. Dicã eqdẽ. Immo vero iterrogãdo aperiã. Respõde qso. Lõgitudinẽ nosti! CLI. Quid ni! ATHE. Quid latitudinem! CLI. Certe. ATHE. An q; hęc duo sunt: & pfunditas tertiũ! CLI. Et hoc. ATHE. Vident̃ tibi hęc oĩa ĩuicẽ posse cõmẽsurari! CLI. Sane. ATHE. Lõgitudinẽ inquã ad lõgitudinẽ, & latitudinẽ ad latitudinẽ, & pfunditatẽ similiter cõmẽsurari posse natura. CLI. Vehemẽter qdẽ. ATHE. Q; si aliqua neq; vehemẽter neq; remisse id possunt: sed alia possunt qdẽ, alia minime: tu aũt putas oĩa posse, quo, mõ ad hęc es affectus! CLI. Male. ATHE. Quid rursus lõgitudinẽ latitudinẽq; & pfũditatẽ, vel latitudinem lõgitudinẽq; inuicẽ! nõne gręci oẽs opinant̃ quodãmõ posse cõmẽsurari! CLI. Omnino. ATHE. Q; si nullo pacto possunt: oĩes aũt gręci, vt dicebã, posse existimãt: nõne par est nos oĩm causa rubore cõmotos ad eos dicere: hoc vnũ de illis est o Gręcorũ optimi, q̃ ignorare qdẽ turpe esse dicebam⁹: nosse aũt necessaria, nõ admodũ pclarũ. CLI. Cur nõ! ATHE. Pręterea alia qdã sunt his affinia: in qbus similiter erramus. CLI. Quęnã! ATHE. Qua natura factũ sit: vt alia inuicẽ cõmẽsurari possint quidem alia vero nõ possint. hęc sane cognoscere necessariũ est, vel oĩno inutilẽ esse illũ q ignorat. In his ergo animi causa trahere morã oportet. Senilis eñ hic lud⁹ multo iucũdior erit q̃ talorũ & tesserarũ, liberoq; hoĩe dignior. CLI. Quid ni! Multũ eñ tesserę haeq; doctrinae inter se distare vident̃. ATHE. Hęc ipse o Clinia discẽda iuniorib⁹ censeo. Nã nec noxia neq; difficilia sunt: & ludendo pcepta pderunt ciuitati. oberũt autẽ nũq̃. Attendẽdũ est aũt, siq̃s aliter dicat. CLI. Quid ni! ATHE. Si hęc ita habere se videbunt̃, pbabim⁹ vtiq;. Sin aliter, reprobabim⁹. CLI. Ita certe. Nõne igit̃ hospes hę nobis tã q̃ necessarię doctrinę modo sanciẽdę sunt, ne inanis sit nobis legũ tractatio! ATHE. Sanciant̃ qdem, sed ea cõditione vt solui a reliquo disciplinę ciuilis ordine possint, si forte nullo modo vel ponentib⁹ nobis, vel vobis, qb⁹ posita fuerint, pbabunt̃. CLI. Iusta hęc est positio. ATHE. Sed aduertamus nũc vtrũ stellarũ nobis doctrina placeat. CLI. Dic mõ. ATHE. Mirũ qd in his accidit: qd tolerari minime potest. CLI. Quid illud! ATHE. Maximũ deum, totũq; mũdum dicimus inquirendum nõ esse, nec rerum causas multo studio indagandas. nec pium id ducimus: cũ tñ cõtrarium videat̃ recte fieri posse. CLI. Quo pacto dicis! ATHE. Nempe haec aliena quidem a senioribus doctrina videbitur: sed cũ pro bam, veram, ciuitatiq; vtilem ac deo ipsi amicam putem, silere non possum. CLI. Consentanea loqueris. Sed nunquid circa stellas doctrinam talem reperiemus! ATHE. Mentimur nũc o boni viri de magnis diis, sole dico ac luna, vt breuiter dicã, graeci oĩes. CLI. Qua ratione mentimur! ATHE. Solem ac lunam nunq̃ iter idem facere opinamur: & alias quasdam cum his stellas errare dicimus quas planetas vocamus. CLI. Per Iouem hospes verum est qd dicis. Saepe nãq; ipse oculis vidi Luciferum & Hesperum & alias quasdam nunq̃ eundem facere cursum: sed omnino errare: Solem autem ac lunã errare semper, omnes cognouimus. ATHE. Haec o Megille & Clinia sunt quae iuniorib⁹ ciuibusq; nostris de diis caelestibus vsqueadeo discenda censeo: vt in eos prophanum nihil loquantur: sed sacrifficando pieq; vouendo laudibus semper honorent. CLI. Rectum quidem hoc: si modo possibile primũ est quod dicis perdiscere: deinde etiam si minus recte de his nunc loquimur. postq̃ vero didicerimus, recte loquemur. si inquam ita est, ego quoq; talem doctrinam eatenus discendam esse concedo. Haec igitur ita se habere: conare tu quidẽ diligenter exponere: nos vero audiemus atq; discemus. ATHE. Non est facile quod dico percipere: nec rursus oĩno difficile: nec longo vt discutiat̃, indiget tẽpore. Cuius signũ est: qd ipse nec nup nec iã olim audiui, & nũc in breui tẽpore significare vobis possum. Quae tamen si difficilia penitus essent, nec ego declarare, nec vos percipe in hac aetate possetis. CLI. Vera dicis. sed quęnã hęc est doctrina: quã mirabilẽ esse dicis, & iuniorib⁹ necessariã, nobisq; ignotã!

Cur alia cõmẽsurabilia: alia ĩcõmẽsurabilia.

Cur cõparandae sint mathematicę sciẽtię

Sol & luna magni dii

Quę qdē tria esse remedia cēset aduersus lasciuię & petulantię morbū admodū salutaria. Occurrit & quatto quodā p̄senti remedio: vt videlicet ab auditoribus legū magistratibusq̧ fama quotidie diuulget, p quā cūcti cōmuni cōsensu cōsuescāt existimare, cōcubit⁹ cōtra naturā, nō min⁹ turpes esse, nec minori apud deū odio haberi, q̄ cōcubitū īter filios & parētes. Putat vero Plato cōis famę cōsensum mirā ad mores habere potētiā. In his audies feliciter eū viuere, q superat voluptatē: infeliciter q superat. Audies & p̄ceptū ad abstinētiā maxime salutare a Paulo Aplo summope cōprobatū: vt si Athletę corporeę victorię studio voluptatib⁹ abstinēt, multo magis oēs gratia victorię ad animū ptinētis debeāt silr abstinere. Pręterea geminā esse bñuolētiā: alterā qdē morū silitudine, alterā vero ex quadā indigētia pcreatā. Et vtrāq̧ cū fit vehemētior, amorē cognominari. Amorē quoq̧ quātū ad ppositū spectat triplicē. Aut. n. pulchritudinē animi, aut corpis tātū, aut vtriusq̧ simul amari. In his cōsidera q̄ caute in legib⁹ ferēdis incedat: vt q nōnūq̄ in dialogis honesto formę corporeę amatori nōnihil indulserit hic tñ nihil indulgeat. Nēpe corpis soli⁹ amorē euidēter exterminat. Vtriusq̧ vero cōiuncti q̄uis moderatū, in legib⁹ nō audet admittere. Solū deniq̧ erga aīm solū manifeste approbare videt. Tū vero hoīes deprauatę naturę sui dños esse negat. neq̧ iniuria. Quisqs. n. a rōne discedēs, rōnalē hoīs dimittit naturā, nimirū & libertatē q̄ rōnis mun⁹ est, simlr amittit: neq̧ tñ amittit culpā, dū q̄si delinqt īpulsus: qppe cū ipsemet causā necessitati eiusmodi dederit. Hoīes aūt his cōtrarios. i. ītegræ naturę appellat eos: q deū colūt, & īter hūana maxīe oīm timēt infamiā: nec corpis vllius. s. vel sui vel alieni, sed animi morūq̧ pulchritudinē diligūt. Q̄z aūt in supiorib⁹ dixit officiū esse dei, eiusmodi delictis obsistere, si ab eo hęc ordinari possēt, sic accipe, vt dei naturarū ordinatoris ppriū sit: q̄ ab ordine naturæ collapsa sunt, in ordinē restituere: p̄sertim cū multoꝝ opinio sit aīam in eiusmodi scelera non tā sensib⁹ q̄ dęmonib⁹ qbusdā instigātib⁹, vel ab initio corruisse. Vbi vero ait, si ordinari a deo possēt nō de diuina potētia: sed humana diffidit. pōt qdē de⁹ quātū in ipso est ordinare, sed nō tā facile ordinari hō pōt. Posset & de⁹ cogere, si mō vellet necessario trahere, quē vult mō quodam libero ducere. Mox etiā de cōuiuiis q̄ inter solēnia sacra, ludosq̧ celebrant, mentionē facit. Itē ex cōuiuiis de victu legibusq̧ ad hūc ptinētib⁹. Opportune vero post educationē animi, legesq̧ ad hāc attinētes, ad corporis nutrimētū legesq̧ eiusmodi iā descēdit. Tū de agris, terminis, aqs, fructibus, pecorib⁹, atq̧ pascuis silibusq̧ leges tradit. Vbi vero de terminis loquēs p̄uaricatorē termīoꝝ puniri dicit ab Ioue cōtribuli atq̧ hospitali, Iouē vnū ītellige cōtribulis pariter & hospitis curatorē. Et qm̄ statutos lege termīos p̄terire, & alienū sibi dominiū vsurpare, supbię ppriū est: idcirco dicit Iouē ad hāc iniuriā vlciscendā excitari, atq̧ insurgere cū pliis inimicissimis: quasi dicat deū cōtra supbos nō tā vt iudicē q̄ vt hostē vltorē insurgere. Post vero multas cōstitutiōes inqt, ad seniorē p̄im nō ptinere, minimas quasq̧ leges accurate describere: p̄sertim q̄ ad lites rerūq̧ cōtrouersias ptinēt. Sed de reb⁹ qdē externis paucas quasdā cōmunesq̧ leges adducere, quas in minima quęq̧ iuris deriuēt interp̄tes: de morib⁹ aūt & animi disciplina ad vnguē diligētissime ptractare. Ac dū de variis opificib⁹ verba facit, tria de his p̄cepta tradit admodū memorāda. Primū qdē, nullū ciuē. i. publicis aliqñ munerib⁹ p̄fuctūrū, vllo debere opificio occupari, neq̧ etiā ei⁹ seruū. Quippe cū ars reip. gubernādę lōga exercitatiōe multisq̧ doctrīs indigēs integrū sibi hoīem vendicet. Secūdū vero, neminē artes duas vel studia exercere vel debere vel posse. Tertiū deniq̧, artificē nō decere alteri⁹ artis opifici p̄sidere. Vetat prudēter & exportare ciuib⁹ necessaria, & īportare supflua, & in primis cauponari, p̄sertim q̄stus gratia. Tū vrbis partes vicosq̧ ac templa & foros duodecim digerit: forisq̧ tam sobrias q̄ diligentes leges imponit.

DIALOGVS OCTAVVS DE LEG. VEL DE LEG. LATIONE.

ATHE.



Eqt deinceps vt leges de solēnitatib⁹ p Delphica oracula sanciam⁹, q̄ sacra qbusq̧ diis sacrificare feliciter ciuitas debeat. At quādo, & quot numero sacra facere oporteat, forte nostrum est nōnihil lege sancire. CLI. Forrasse numerum. ATHE. De numero igit primo dicam⁹. Quē ego trecentorū & sexaginta quinq̧ esse oportere cēseo: vt vnus aliqs semp ex magistratib⁹ deorum alicui, aut dęmonum, p ciuitate, p seipsis, pro rebus suis sacrificet. Interp̄tes vero & sacerdotes tā viri q̄ mulieres, vatesq̧ vna cum legū custodibus cōgregati, ea ordinēt q̄ i his legū lator necessario deliqrit. Nā derelictorum cognitores istos esse oportet. Lex ergo videbit, vt duodecim solēnitates diis duodecim qbus singulæ tribus cognominantur, ciues peragant, diisq̧ ipsis sacra per singulos menses faciant: choros p̄terea ludosq̧ musicos & certamina gymnica, put diis singulis & tpib⁹ cōuenit. Erūt aūt solēnitates distinctę. vt cōstet, quas sine viris, & q̄s nō agi oporteat. Terrestriū quoq̧ cęlestiūq̧ deorū, cęterorūq̧ q hos sequunt solēnitates miscēdę nō sunt, sed sepa

dantibus.Diuinū vero id tēplū Plato ꝑ viribus imitās, & multos in suis tēplis admittit deos:quemadmodum deus ipse multos admittit in suo,& varia disponit simulacra:sicut & deus stellas locauit in cælo:quasi suorū statuas angeloꝝ.Pręterea inter multas multorū aras altare primū consecrat primo:quēadmodū stellas inter pculiarē sibi statuā de⁹ elegit Solē,vt in Republica Plato inqt.De quo forte dictum videri possit:In Sole posuit tabernaculū suū. De sacrificiis aūt statuisq̄ diligētius alibi ptractabit:verū vt in pſentia summatim dicā,primū deū,vtpote materię aut similis naturæ nihil habentē,vnica vult mente coli.Sequētibus vero numinibus hostias & sacrificia qua ratione lex patria iubet,adhiberi pmittit.Hinc theologi gētium in numinū cęlestiū igneorūq̄ sacris: figuras & lumina multaq̄ ad visum spectātia inserebāt.In sacris aūt aereorum,musicos quoq̄ concentus,& odores vaporesq̄ addebāt.At in sacrificiis aqueorū atq̄ terrestriū,iis insup quę ad gustū & soliditatē attinent,vtebanť.Quāobrē nemini mirū videri debet,Platonē philosophū adeo grauē leges suas,omes qdē,pcipue vero sacras,nō nisi cōsultis oraculis ꝓmulgare.Principio videbať tēporibus indulgendū. Necessariū qdē erat humana diuino quodā cōsilio & auctoritate firmare.Impossibile vero ea tempestate eos hoīes ita natos,ita educatos,rōne vlla a cōsuetis alienissima in diuina reuerētia cōseruare. Deinde Plato prudētissim⁹ iudicabat:& si possent impuri spūs hoīes p oracula fallere,sępe tū abstractas ob diuinam reuerentiā a corpore mētes,quasi iā puras a puris subito numinibus corripi,& quēadmodū ligna quę casu exsiccauit vētus,sępe mox natura ignis accēdit:similiter posse aīos ex religioso quodā ritu,q̄uis apud sapiētes minus ꝓbato,pfunctos occultis modis meliori numine corripi:vt q nesciētes quō in mētē ipsam seorsum a sensibus ascēderūt,ex alto iā feliciter accēdanť.Neq̄ tam attendendū Plato vult,quo ritu colas diuina,q̄ cui⁹ gratia colas.Si.n.id summi oīm regis gratia ęternorūq̄ bonoꝝ desiderio feceris,pbabile est vndecūq̄ & quomodocūq̄ cœperis,te qnq̄ p eiusmodi venerationē ad summū ꝓpius accedentē,vel immēso illius lumine circūfundi,vel exuberāti saltē bonitate seruari.Quapropter eiusmodi Plato fiducia fretus,de sanciēdis legibus sacrificiisq̄ oracula cōsulit,pcipitq̄ quotidie aliquē ex magistratibus sacra publice facere:ꝓ salute patrię primū,deinde ꝓ sua atq̄ suorū.Et certo quodā ordine post iuuenilis ætatis rudiméta in septimo tradita, mox in octauo ad sacra descendit:vtpote q intelligi vult hoīes ob idipsum recte a primis annis institui, vt rite interesse sacris & velint pariter atq̄ possint.Siqs aūt vel cauillator vel meticulosus tot diis dęmonibusq̄ in ciuitate Platonica interesse formidat:huic pariter adire licet vrbē Peripateticā,nō dęmonū deorūq̄ tātū,sed dei etiā vacuā.Sed pfecto opęrępciū est supstitioso supcilio stomachoq̄ posito ex oībus eligere potiora,pietatēq̄ ꝓbare platonicā,neq̄ exigere christianū fuisse illū,quē solū tēporis interuallū ꝓhibuit esse christianū.Prima qdē sacra sunt duodecim,ī mēsiū Calēdis.Secūda quoq̄ duodecim, in mediis mēsibus.Tertia sunt tercētum & sexaginta quinq̄.s.quotidiana.Fiūt aūt pcipua diis cælestibus,terrestribus vero media.s.diis sub luna regētibus.Oēs em̄ sub cęlo terrestres appellat. Inferiora dęmonibus.Infima heroibus.Oportere vero putat sacra his oībus duodecim distingui generibus. Siqdem secūdū sphęrarū signorūq̄ duodenariū,etiā in qualibet sphęra dęmones, heroesq̄ duodenario distinguanť.Cōmemorationē vero solēnitatū, earūq̄ distinctionē quotānis declarari populo iubet mense vltimo:quē more cōmuni accipimus Februariū. Præcipue vero Platonico more mensem ante ęstiuū solstitiū. Vltimū mēsem merito Plutoni dicāt.Est.n.Pluto ꝓuidentia ꝓprie & separās animas & iudicās separatas.Inqt aūt cōiunctionē aīę cū corpore nō esse meliorē separatione.Intellige de corpore caduco,& quatenus caducū est:nō de cęlesti,vel cęlo simili:quali corpori cōiūgi pstat. huic autem quatenus caducū est,nō pstat.Ac si operępciū esse dicať huic quoq̄ cōiūgi:nō ꝓpter hoc ipm ꝓprie,sed alteri⁹ finis gratia id dicēdū.De his aūt in Theologia diffusius.Sed nūqd dęmonibus etiā impuriorib⁹ Platonici litāt?Nōnulli his insup,partim qa naturalib⁹ psint officiis,partim vero ne inuidia noceāt.Plato vero id nequaq̄ cōcesserit.Quippe cū purgādę mētis gratia primiq̄ dei veneratione dūtaxat sacra iubeat facere.Affirmat aūt ciuitatē legib⁹ cōsilio diuino vtentē fore felicē. Addit ad felicē tū ciuis tū ciuitatis vitā id maxime ptinere:vt nec aliis iniuriā inferat: neq̄ afficiať iniuria. Vtrūq̄ vero virtute cōseq posse.Ac ne ciuitas afficiať iniuriis,statuit sacrificia,in qbus & diuinū auxiliū impetreť,& ludi qdā solēnes festiuiq̄ frequētenť,bellicas pugnas q̄maxime imitātes.Quib⁹ exerceri vult ad pugnā tā fœminas q̄ mares: & in singulis qdē tā sinistrā manū q̄ dextrā:vt & ciuitas ex vtroq̄ sexu ęque vtili integra sit:& qlibet ex vtraq̄ manu pariter vtili,sit integerrimus.Inter hęc notabis q̄ detesteť auaritiā,ob id maxime ciuitati noxiā,q̄ ꝓpriis vilibusq̄ lucris occupatos aīos a publicę salutis cura detorqueat.Notabis iterū quāta cautione musicā,choreas,poesimq̄ in sacris bellicisq̄ ludis admittat.Deinde solū illud īperiū legitimū esse pariter atq̄ tutū,in quo volēs volētib⁹ īperat.At qm̄ in iuuenilīū ludoꝝ cœtib⁹ sępe amores incidūt,& ii qdē turpissimi, idcirco his diligētissime pcipit occurrēdū,q̄uis ex parte iā occurrerit,vbi aurū & argētū ciuibus sustulit,& in laboribus assiduis educauit,& oculis iudicū mores vbiq̄ circūspiciētiū subiecit assidue oēs,maxime iuuentutē

sed q natura modesti sunt,ad mercaturã,nauigationẽ,viliaq; ministeria cõuertant,q viriles & generosi,ad furta,latrocinia,sacrilegia,insidias,sceleraq; tyrãnica:q cũ bene a natura cõstituti fuerint,infelices tñ hac consuetudine euaserũt.CLI.Quomodo istud ais?ATHE.Immo cur nõ eos omnino infelices appellẽ:q fame cogunt p oẽm vitã suã aĩam cruciare?CLI.Hęc vtiq; vna causa est: alterã vero causam hospes,quã dicis?ATHE.Recte cõmonuisti.CLI.Ergo vt ais hæc est vna, ppetua & inexplebilis,diuitiarũ cupiditas:qua occupari singuli,phibent rẽ bellicã,vt decet,curare.Sed alterã iã expone.ATHE.Nũ vobis videor,qa ad alterã desit facultas,in hac nimiũ immorari?CLI.Nõ ita:sed odio percitus videris hos mores hoĩm ad quos sermo hic incidit,magis q̃ deceat insectari.ATHE.Optime o charissimi,me nũc increpatis.Quare qd sequit audietis.CLI.Dic tãtũ.ATHE.Cãm eqdẽ eẽ asse ro gubernationũ genera illa,de qbus sępe iã diximus,popularẽ gubernationẽ,paucorũ potẽtiã,& tyrannidẽ.Nulla certe potestas hmõi,resp.est:sed sediriones appellari oẽs rectissime possunt.Nulla.n.volentibus volẽs sed volẽs nolẽtibus semp vi aliqua dominat.In qbus cũ princeps subditos timeat,nec bonos,nec diuites,nec robustos,nec fortes,nec oĩno bellicosos sponte vnq̃ fieri patiet.Hę duę omniũ qdẽ quodãmõ,horũ certe pcipuę causę sũt. Quas vtrasq; Resp.hęc cui nũc leges dam⁹,effugisse videtur.Nã & in otio maximo est,& penit⁹ libera:& ex his legib⁹ hoĩes pecuniarũ cupidi minime fiunt. Ideo verisimile est:vt hęc sola oĩm q̃ nũc sunt Rerũpub.disciplinã bellicã, ludũq; simul, de qbus recte disseruimus,suscipe possit.CLI.Probe.ATHE.Deinceps de oĩbus gymnicis possumus certaminib⁹ dicere,vt his pmia ponant,q̃ ad bellũ cõducũt,cętera dimittant.Sed q̃ ista sunt a principio recensenda sunt,& legibus sanciẽda.& primo q̃ ad cursum velocitatẽq; ptinẽt.Nõne?CLI.Oĩno faciẽdũ.ATHE. Oĩm igit maxime agilitas corpis,altera pedũ,altera manuũ,ad bellũ cõducit:ad fugiẽdũ qdẽ insequẽdũq; pedũ,in pugnãdo aũt luctãdoq;,manuũ robore indigẽs.CLI.Certe.ATHE.Neutra tñ absq; armis,magno vsui est.CLI.Vere.ATHE.Stadiũ ergo cursurũ,quẽadmodũ nũc in certaminibus fit, pco primũ vocet.Ille vero cũ armis ingrediat.Nã nudo absq; armis certatori pmia nos minime ponimus.Primus igit stadiũ cursurus,armatus ingrediat.Deinde q diaulũ.Tertius q eqs.Quart⁹ q dolicũ.Quintus q leuiori armatura ornatus,quẽ primũ sexaginta stadioꝝ spatio ad aliqd tẽplũ Martis p uenturũ emittem⁹.Alius etiã grauiore armat⁹ armatura,breuius ac planius spatiũ cursurus. Alius sagittarius omni arcuũ ornatu munitus,cẽtũ stadia p mõtes variãq; regionis naturam ad Apollinis Dianæq; tẽplũ certãs pueniat.Certamine igit cõstituto, quousq; veniãt,expectabimus,& victoribus singulis pmia dabimus.CLI.Recte. ATHE.Tripertito hęc certamina distinguamus. Vnũ puerorũ. Alterũ imberbiũ.Virorũ tertiũ. Et imberbibus qdẽ duas cursus de tribus,partes ponem⁹:pueris harũ dimidias.Hi cũ sagittariis,cęterisq; armatis cõcertẽt.Fœminis vero,puellis qdẽ nondũ pubescẽtibus nudis stadiũ ponem⁹,& diaulũ,& equestrẽ,& dolicũ,quę in ipso cursu cõcertent: vltra vero tertium ac decimũ ætatis annũ, donec nupserint nõ longius vigesimo nec breuius decimo atq; octauo ad certamen cursus descẽdãt.quę qdẽ cõgruo vtant vestitu.Hęc de cursu & viroꝝ & mulierum dicta sint.Ad robur vero augẽdum,luctationis similiũq; loco,q̃ nũc habent,grauiora capiant.Et vnius ad vnũ,duorũ ad duos,& vsq; decẽ ad decẽ armis pugna fiat.Quę vero quoq; facere aut nõ pati victorẽ oporteat,sicut mõ ĩ palęstra determinatũ est a pfectis luctationũ,qd sit bñ aut nõ bñ luctãtis opus: ita & in his armoꝝ certaminib⁹ periti inducẽdi sunt,vt lege sanciãt,qd aliqs nõ patiẽs,aut qd faciẽs vincat,& victũ silr quisnã ordo discernat.Eadẽ hęc de fœminis quoq; ad ętatẽ vsq; nubilẽ,lege sancita intelligant.Peltastica vero vniuersa pugnę pãcratiacę opponat:cęterisq; arcu,pelta,lãceis,lapidũq; manu & fundę piectione.Et q se optime in his quoq; gesserit, huic lege honores victoriæ tribuant. Nũc de equoꝝ certaminib⁹ videam⁹.Equoꝝ vsus in Creta magn⁹ nõ est. Quare necesse est studiũ in nutriendis eqs,certãdoq; cũ eis minori curę Cretẽsib⁹ esse.Nã currus qdẽ nemo vestrũ tenet: neq; in hoc operã ponere pclarũ esse ducitis.Cũ igit cõsuetũ id nõ sit,certatores hmõi lege statuere,demẽtis esse videt.Solis aũt eqs,pullisq; anteq̃ cognitorẽ pduxerint,& mediis pfectisq;,equestrẽ ludũ p regionis natura tribuere licet.Hmõi ergo certamẽ secũdũ legẽ sit:in eoq; iudiciũ magistris eqtũ & tribunis tã de oĩ cursu equoꝝ,q̃ de his q cũ armis descẽdũt,cõiter tribuat.Nõ armatis vero,neq; ĩ gymnasticis ludis,neq; hic certamẽ pmiũq; ponim⁹.Sed nõ est Cretę inutilis q sagittã aut iaculum ex equo imittit.Quapropter in hoc etiã ludẽdi gr̃a cõtẽtio cõcertatioq; habeat.Ad hęc aũt legib⁹ fœminę cogẽdę nõ sunt.Verũ si priori disciplina cõsuetudineq; puellas virginesq; natura cõcitat ad hęc:facitq; ne abhorreãt:admittẽdę sunt.Sed de exercitatione disciplinaq; gymnastica:siue quę in certaminibus exequimur,seu quę sub magistris quotidie exercemus,satis iã diximus.De musica etiã maiori ex pte. At vero de rapsodis.i.carminũ cãtorib⁹:deq; his q eos sequũt,& de cõtẽtione chororũ,quorcũq; necessario solẽnitatib⁹ diis dęmonibusq; cõstituunt statutis dieb⁹ mẽsibusq; & annis,hęc oĩa quomõ disponẽda sint,& si p tres,aut etiã p quinq; annos fieri debeãt,cõsilio deoꝝ intelligent,agẽturq;.Tũc vero certamina musicæ vicissim fiẽt,put Athletę ipsi pmiorũ declaratores: & doctor iuuenũ,legũq;

randę in duodecimo mense: q Plutoni dicatus est,vt legitime celebrent. Non.n.abiiciẽdus bellicosis hoibus is deus est,sed colendus,tanq̃ generi hoim semp optimus.Nã animę corporisq; cõiũctio,nullo mõ melior est q̃ solutio,vt ego serio loquẽs affirmo.Pręterea qcũq; sufficiẽter hęc distincturi sunt illud cogitare oĩno debẽt,nostrã hãc ciuitatẽ talẽ esse,qualis modo & otio tẽporis & necessariorũ copia & libertate reperiri nõ possit.Verũ oportet ipsam pinde atq; hoiem vnũ bñ viuere. Feliciter aũt viuentibus hoc necessario inesse in primis oportet,vt nec ipsi aliis,nec alii ipsis iniuriã inferãt.Quorũ alterũ nõ est admodũ difficile.Alterũ vero vt nulla possis iniuria lædi,difficillimũ : nec pfecte id qsq̃ aliter asseq põt,q̃ vt pfecte bon⁹ efficiatur.Idẽ est & in ciuitate.nã si bona erit,in pace vitam aget sinautẽ praua,& intestinis seditionibus & externis bellis assidue infestabit.Cũ hęc ita ferme se habeant:non belli tempus expectandũ:sed in ipsa pace ciues ad rẽ bellicã exercendi.Ergo ciuitas nisi mente capta sit,singulis mẽsibus bellicas vires experiet,nõ minus vno die:sed pluribus etiã,put magistratibus ipsis videbit:viri simul & mulieres & pueri,nec hyeme nec æstu vitato:vt parati sint oẽs, qñcũq; vniuersum quodãmodo educere populũ magistratibus visum fuerit: ad idq; ludi etiã cõuenientes vna cũ sacrificiis excogitãdi:vt pugnę q̃dã solẽnes festiuæq; fiãt bellicas pugnas q̃maxime imitãtes:& victoribus pmia laudes,victis cõtra vitupationes fiãt,put singuli & in certaminib⁹,& in omni vita se gesserũt.Sic optim⁹ qsq; laudibus efferat,& vitupatione cõtrarius deprimat.Nec oẽs harum rerũ poetę sint:sed primũ,q nõ pauciores q̃ qnquaginta annos natus sit. Deinde q nõ solũ poeticam musam sufficienter possideãt,verũetiã pclarũ & insigne aliqd fecerint.Eorũ ergo q boni viri:honoreq; digni sunt in ciuitate:& res pclaras gesserũt,poemata etiã si minus musica sunt,decãtent.Cui⁹rei iudiciũ,puerili doctrinę pposit us,cęteriq; custodes habeãt legũ.Hi pbis viris honorẽ hunc tribuãt: vt solis libertatẽ in musis pstẽt:cęteros vero phibeãt.Nemo igit audeat musam horũ iudicio nõ pbatã canere:etiã si Thamyrę Orpheiq; hymnis sit suauior.Sed canant poemata sacra: q̃ iudicio approbata,diisq; dicata sunt. Virorũ quoq; bonorũ poemata, qb⁹ laudant vitupantq; aliq, & moderate id facere iudicata sunt.Hęc eadẽ de militia & de libertate poetica iudico mulierib⁹ & viris similiter faciẽnda.Sed oportet legislatorẽ secũ ita plerũq; loq.Cedo:in ciuitate instituẽda quales ciues educare studeo? An nõ certaminũ maximorũ Athletas:qb⁹ innumeri sunt aduersarii?Prorsus.ita recte qlibet rñdebit.Si ergo pugiles,aut pãcratiastas,aut alios siles educarem⁹, ita ne in ipsum certamen educeremus:vt cũ nullo antea vnq̃ pugnauerint?Vel si pugiles essemus,nõne plurib⁹ añ dieb⁹ pugnare didicissemus,oĩa faciẽtes qb⁹ in vero certamine vbi ad victoriã cõtẽdit,vti oporteat, q̃ proxime ad id qđ sile est,accedẽtes,p cęstibus annectẽtes sphęras & pilas,vt vulnera & inferre, & vitare pmeditatione disceremᵘ?Qꝫ si nulli qbuscũ exerceri possem⁹,socii nobis darent:nũqd stultorũ veriti risum nos cõtinerem⁹,qn inanime simulacrũ ex aduerso ad qđ exercitatio fieret,suspẽderem⁹?Ac si nec aĩati nec aĩa carẽtis aduersarii copia nobis esset,nõne ipsi soli ad vmbrã ppriã pugnarem⁹? An ad aliud qcq̃, manuum huc & illuc flex⁹,& pparatio hmõi excogitata est? CLI. Ad nihil aliud ferme q̃ ad hoc ipsum ATHE.Quid igit ciuitatis ps q militię studet? An peius q̃ certatores hmõi pparata audebit ad certũ maximũ deuenire,p vita,p liberis,p reb⁹ suis,p patria pugnatura? Nõ ergo verebit legislator,ne gymnasia hęc iuicẽ aliqb⁹ ridicula videant:sed lege statuet,vt res militaris agat maxime,qđe minori exercitatione sine armis,choros oẽmq; gymnasticã ad hęc inducẽs,& cõcitãs:maiore vero nõ rarius q̃ semel in mẽse:vt certent singuli ad capiẽda vel retinẽda loca & insidias:oẽmq; rẽ bellicã imitent, & pila se exerceãt,vndiq; se vertẽtes.ac telis vtant ad vera & piculosa tela q̃proxime accedẽtib⁹:ne oĩno absq; timore ludus hmõi inter ciues agat,sed formidinẽ inferat:atq; ita q magno sunt aĩo ignauosq; ostẽdat:vt his honores,illis opprobria,vt cõuenit,tribuant:& hac rõne ciuitas oĩs p totã vitã ad verũ certamẽ viriliter pparet.Siqs aũt cęde inuolũtaria in his certaminib⁹ moriet,q interfecit lege expiat⁹ mũdus sit in posterũ.Putare.n.debet legislator,paucis ita mortuis hoib⁹,cęteros nõ deteriores futuros.Timore vero in oĩb⁹ his extincto,nihil amplius se inuẽturũ,quo a deteriorib⁹ meliores discernat.qđ ni fiat,multo maius ciuitati malũ est q̃ illud.CLI.Cõcedim⁹ hospes ita hęc esse lege sanciẽda,& vniuersę ciuitati agẽda.ATHE.Nũqd causam nũc oẽs cognoscimus,ob quã mõ in ciuitatibus chorea talis atq; certamẽ nusq̃ ferme nisi parũ admodũ fiãt?An pter mltitudinis legũq; latorũ ignorãtiã ita fieri affirmabim⁹? CLI.Forte.ATHE.Nequaq̃ o beate Clinia.Sed duę huius rei sufficiẽtes causę sunt.CLI.Quęnã? ATHE.Vna qdẽ,q diuitiarũ cupiditate, cęteris oĩb⁹ neglectis, solũmodo rẽ priuatã curamus:ad idq; incũbẽs ciuiũ animus,nulli prorsus nisi pecuniis quotidie cumulãdis dare operã põt.Nã artes & studia q ad lucrũ cõducũt,libẽtissime cõplectunt oẽs:cętera spernũt.Hæc igit vna causa est,ne ciues id aut aliud qcq̃ honestũ bonũq; officiũ curẽt:sed isatiabili auri & argẽti cupiditate,& honesta pariter & inhonesta artificia cõplectant,& qduis agãt,seu fas siue nefas id habeat, vt pecunias cumulẽt:qbus subministrãtibus,veluti pecora,vẽtri ac veneri seruiant.CLI.Recte dicis. ATHE.Hęc inquã vna sit cã:qua fit vt nec aliud qcq̃ pclare,neq; rẽ bellicã sufficiẽter ciues exerceãt

facit,ne cupiditas qdem vlla rei huius vulgus aggrediat.ME.Vera narras.ATHE.Vnum ego verbum atq; breuissimum omnes hmõi voluptates extinxit.ME.Quid illud?ATHE. Q fas nihil horũ esse dicit:sed apud deũ odio haberi,& turpium oĩm esse turpissima.Causa aũt nõne hęc est? Quia nemo aliter pdicat:sed statim ab ineunte ætate & ioco simul & serio dicta:& sępius in tragœdiis hęc eadem audiunt,qñ vel Thyestẽ,vel Oedipodẽ,vel Macareũ mortem sibi debitã sceleris pœnam conscivisse ppter huiuscemodi venerẽ narrãt. ME. Recte istud dictũ est.Miram em̃ famę potentiam nouimus:qñ nemo aliter q̃ iubeat lex ne respirare qdẽ audeat.ATHE.An nõ recte dictũ est a nobis: q volenti legislatori cupiditatẽ aliquã earum quę vehementer sibi subigũt hoĩes, rationi subiicere facilis cognitu modus est?Quippe si famã hmõi,apud oẽs seruos & liberos,masculosq; & fœminas, & vniuersam ciuitatẽ,quasi sacrũ quiddã dicauerit,firmissimam hanc legem efficiet.ME.Ita prorsus.Qua vero ratione id asseq poterit,vt libẽter idẽ oẽs prędicẽt? ATHE.Probe obiecisti.Ideo.n.a me dictum est,artem me ad hãc legẽ habere:vt secundũ naturã ad pcreationẽ Venere hoĩes vtant.Abstinẽdum igit a maribus iubeo.Nã q istis vtunt,genus hoĩm dedita opa interficiũt,in lapidẽ seminãtes vbi radices agere qđ serit nunq̃ poterit.Abstinendũ quoq; & ab agro illo fœminino,vbi semẽ germina nolit pducere.Hęc lex si ppetuo in aliis sicut ĩ necessitudine paterna cõseruabit,innumerorũ erit bonorum causa.Nam primo secundum naturam statuta erit.Deinde ab omni amorum rabie atq; furore, adulteriis,potusq; & cibi nimio luxu repellet.Vxoribus quoq; viros cõciliabit,& alia plurima pariet bona:si apud quẽq; fuerit stabilita.Sed forsan si vehemens aliqs iuuenis multo spermate plenus hanc legẽ ferri audierit,improbabit ptinus:& alta voce clamabit,impossibilia stultaq; a nobis lege sanciri Qđ quidem cum considerarẽ,dixi artẽ me habere,quodãmodo facillimã,quodãmodo etiã difficillimã,ad legẽ hãc obseruandã.Facile nãq; intellectu est,quomodo id possibile est. Nã cũ apud oẽs legitima hęc sentẽtia dedicata fuerit:aĩos oẽs domabit:efficietq; vt metu latis legibus pareãt . Sed eo iã res puenit:vt nunq̃ effici posse videat,sicut nec conuiuii qdẽ studiũ credebat ab vniuersa ciuitate ppetuo posse obseruari.Et tñ apud nos re ipsa fieri videt,qđ inter mulieres,nec in ciuitatibus qdẽ vestris fieri posse putat.Hac eqdẽ rõne propter huius incredulitatis vim difficillimũ esse dixi hęc vtraq; lege seruari.ME.Et recte qdẽ.ATHE. Q aũt supra vires humanas nõ sunt,sed fieri possunt,vultis vt verisimilẽ quãdã rõnẽ vobis exponã?CLI.Cur nõ?ATHE.Vtrum facilius quispiam a venereis abstinebit:voletq; ordinem his impositũ moderate seruare, cũ bñ ex prudẽti aliqua diligẽtia corpus affectum fuerit:an cũ contra?CLI.Multo magis cũ bene atq; ex arte.ATHE.Num igitur de Tarentino Icco non audiuimus:q ppter olympica aliaq; certamina, artificioso circa hęc studio tẽperantiã simul & fortitudinẽ animi cõsecutus:nullã vnq̃ in toto exercitatiõis suę tẽpore venerẽ cognouit? Idẽ quoq; de Chrysone Astylo,& Diopompo aliisq; q̃ plurimis fert.q̃q̃ o Clinia multo peius aĩos bonis artibus excoluerant,q̃ tui meiq; ciues,corporibus certe multo magis vigebant.CLI.Vera narras q a priscis ita ab athletis facta fuisse pdicant.ATHE.Illi igit vt in luctando & currendo cæterisq; hmõi vincerent alios,ab ea voluptate quę beata vulgo existimat,abstinere voluerũt.Nostri adolescentes victorię causa longe pstãtioris,non poterunt?quã nos carminibus fabulisq; & soluta oratione & cantibus esse optimã statim ad puerorum aures pdicabimus, & vt verisimile est oblectãdo psuadebimus. CLI.Quã victoriã dicis?ATHE.Vt voluptate inquã victa feliciter viuant,victi aũt cõtra. Præterea metus ille,ne qđ minime fas est,cõmittat,nõne ad idẽ potissimũ cõferet: vt ea videlicet superẽt:quę alii q̃uis deteriores,supasse dicunt?CLI.Consentaneũ id qdẽ. ATHE. Postq̃ huc in lege hac ferenda deuenimus,& ppter multorũ prauitatẽ in dubitationẽ incidimus,audacter iã manifesteq; dicamus, nõ oportere vt ciues nostri auibus multisq; beluis sint peiores. Permultos em̃ greges ipsarum videmus integre atq; caste,anteq̃ pcreãdi tẽpus aduenerit,viuere:sed cũ hanc ętatẽ attigerint,mas fœminę & fœmina mari cõiũctę,iuste,sancteq; in prima perseuerãtes amicitia reliquã peragunt vitã.Oportet igit esse eos bestiis meliores.Q si a cęteris gręcis barbarisq; plurimis corrũpant,nec possint se cõtinere,cum videãt audiantq; inordinatam apud eos Venerem plurimum posse,alteram præterea legẽ custodes legũ ad ferẽdas leges auctoritatem nacti,excogitent.CLI.Quã modo ferre legẽ cõsulis,si hanc non susceperint?ATHE.Quę hanc o Clinia sequit.CLI.Quęnã illa est?ATHE.Vt q̃maxime laboribus corporis Veneris robur infringãt:& alio vires suas conuertãt.Quod erit, si non impudẽter ipsa vtentur.Nam si rarius ppter ruborem id fiat:imbecillior erit domina. Clam ergo cõsuetudo & lex non scripta hęc fieri suadeat:contra aũt fieri velut turpe dissuadeat:turpeq; sic nõ omino agere. Sic em̃ & secũdo seruabim⁹ honestũ loco,& genus vnum hoĩm,tria genera cõtinẽs,homines deprauatę naturę:quos sui dominos esse negamus:coget vtiq; ne leges contemnant.CLI.Quę tria genera? ATHE.Cultores inquã deoꝝ:honoris amatores,& q nõ corporũ sed animi morũ pulchritudinẽ diligũt.Hęc quasi p fabulã dicta votoq; similia:multũ tñ ciuitatibus oĩbus si ea seruare potuerint,collatura.Fortasse autem si deus voluerit:duorũ alterũ in amatoriis asseqmur.Vel vt nemo generosas li

Iccus Tarẽtin⁹ athleta

custodes q in his ferēdarū legū auctoritatē habēt, vna cōgregati, hęc ordinauerit. Hi nāq; & qū, & q, & qbuscū singula certamina in oībus choris choreisq; exercere debeāt, ordinabūt. Qualia vero singula hęc quo ad orationem vel cantus vel harmonias numeris saltationibusq; mixtas, esse debeāt, sępenumero a primo legū latore est dictū: quē posteriores sequētes, vt singulis sacris tēporibusq; conueniet, ita certamina quęq; distribuēt: festosq; dies statuēt ciuitati. Hęc qdem & cętera talia, nec intellectu difficilia sunt: quo pacto sint legibus ordināda, neq; si hoc vel illo mō cōmutent, multū psunt ciuitati, vel obsunt. Sūt aūt nōnulla plurimi faciēda: q̄ psuadere ita difficile est, vt dei maxime opus hoc eē videat, si ab illo possent cōstitui. Nūc aūt audacis alicui⁹ hoīs opa indigēt: q libertate dicēdi maxime frętus, q̄ ciuitati ciuibusq; optima fore cēset, ita statuat, vt corruptos ciuiū aīos ad decentē habitum legūq; obseruationē reuocet, dū ardentissimis eoꝝ cupiditatibus aduerset, oīniq; etiā auxilio carens solā solus rationē secut⁹ nō vereat. CLI. Quidnā dicis hospes? Hoc eñ nō intelligimus. ATHE. Veri simile est. Verū conabor planius dicere. Nā cū disciplinā ipsam vitę aīaduerterē, viderēq; adolescentes, & adolescētulas inuicē humaniter cōuersari: timui, vt par est, cōsiderās qua in re qspiā ea ciuitate vtat vbi adolescētulę adolescētuliq; delicati sint: q nō magnis durissimisq; laborib⁹, qbus libido petulantiaq; extinguit, domiti sint: sed festis diebus sacrificiisq; & choris oēs plurimū vacent. Quomō igit in hac ciuitate ab illis cupiditatibus abstinebūt, q̄ multos in extremū duxerunt: ita vt ratio quæ abstinere imperet, lex efficiat? Profecto si leges supiores, multas a nobis pellūt cupiditates, nihil mirū est. Nā institutio illa qua nimiæ diuitię phibent, nō parū ad tēperātiā confert, & disciplina illa omis supra a nobis exposita leges ad hęc cōmodas habet. Prętcrea & principū oculi coacti nō alio intueri, sed semp adolescētiā obseruare, cęteris qdē humanis cupiditatibus modū adhibēt, sed adolescētulorū adolescētularūq; cōtra naturā amores, & virorū p fœminis, & mulierū p viris abusus, vnde innumera hoīb⁹ & priuatim, & publice mala secuta sunt, quō aliqs euitabit? & qđ in singuloꝝ periculis remediū inueniet? Oīno difficile id est o Clinia. Nā in cęteris qdem multis vniuersa Creta Lacedęmoniaq; nobis ad leges ponēdas a multorū moribus alienas valde opitulant, sed quo ad mores ptinet, aduersant dissentiūtq; oīno. Qm̄ siqs naturā secutus legē ante Laiū illā posuerit, non dimittēs maribus p fœminis abuti, testēq; bestiarū naturā citauerit, in qbus mares inter se Veneri operā nō dent, qa secūdū naturā id minime sit, verisimili forsan rōne vteī: vestrisq; ciuitatib⁹ nō cōsonabit. Accedit ad hæc q minime id assequet, qđ a legislatore semp est obseruandū. Semp. n. obseruari oportet qd ad virtutē cōducat qđ lege sancit, & qd nō. Age vero si id honestū aut nō turpe nūc lege statui assentim⁹, quid nā ad virtutē pderit: vtrū impsuasi aīo fortitudinis habitū, an in eis q psuasi, tēperātię speciē generabit? Vel hęc qdē nullus vnq̄, sed potius horū cōtrariū credet? Quippe voluptatibus seruiētis, nec resistētis qsq; mollitiē vituperabit. In eo vero q fœminas imitat, nōne muliebrē ipsam imaginē qlibet iprobabit? Quis igit hoīm hoc cū tale sit, legibus sanciet? Ferme nullus, q verā in mēte legem habuerit. Quō ergo verū hoc esse dicim⁹? Amicitię vtriq; cupiditatis, amorūq; naturā cōsiderare necesse est siqs hęc recte sit inspectur⁹. Nā cū ipsa duo sint, & tertia ex ambobus species, vno cōprehensa nomine dubitationē oēm & tenebras faciūt. CLI. Quō? ATHE. Amicū. n. sile simili virtute, & ęquale ęquali asserimus. Amicū rursus egenū diuiti, q̄uis genere cōtrariū sit. Qñ vero vtrūq; vehemētius fuerit amorē nūcupamus. CLI. Recte. ATHE. Amicitia q̄ a cōtrariis pficiscit, dura est & aspera, & sępe vicissitudinē in nobis nō habet. Quę vero a similib⁹, placida: cōmunisq; p vitā. Vbi vero ex vtrisq; componit beneuolētia. Primo nō facile cognoscit, qd sibi velit, q tertio hoc amat amore. Deinde ab vtrisq; in cōtraria tract⁹, & ipse qd faciat, dubitat, cū ab altero, ætatis vti flore iubeat, ab altero phibeat. Nā qui corpus amat, eiusq; formā quasi fructū quendā esuriēs petit, is satiari dūtaxat q̄rit, nullūq; aīo amati pbet honorē. Sed q minus de corpore curat, & animo cōsiderat potius q̄ desiderat, cum ipsum, vt decet, animum diligat, corporis vsum petulātiā & cōtumeliā arbitrat: cūq; temperantiam, fortitudinē, magnificentiā, & prudentiā vereat & colat, cum casto amico castus viuere volet. Amor autē ex vtrisq; his cōpositus, ipse est quē modo loco tertio ponebamus. Cū ergo tres sint amores, vtrū omnes lege pellendi sunt? An videlicet eum in ciuitate suscipiem⁹ q virtutē respiciat, & adolescētē fieri q̄ optimū cupiat, duos aūt alios, si fieri poterit, repellemus? Nunqd aliter tibi o amice Megille videtur? ME. Probe admodum de his modo dixisti hospes. ATHE. Non frustra o amice coniiciebam tuum mihi consensum affore. Non oportet autem me nūc quid de his vestra lex sentit ingrere, sed qđ admittis accipere. Clinię vero postea id psuadere conabor. Qđ a vobis datum est, modo accipiat, legesq; diligenter consideremus. ME. Rectissime loqueris. ATHE. Artē in hac lege ferēda quādā habeo, partim quidē facilē, partim oīno difficilē. ME. Quō istud? ATHE. Cōstat nūc quoq; plurimos hoīm q̄uis iniqui sint, bene, & diligenter, & sponte a pulchrorū coniunctione sese abstinere. ME. Qñ id fit? ATHE. Quando frater aut soror eximia pulchritudine alicui sit, a filio quoq; filiaq; lex eadem, q̄uis scripta non sit, sufficienter repellit: prohibetq; & manifestum & furtiuum istorum concubitum. Immo vero

aliis, duas minę ptes. Vuas aũt ficusq;, quos generosos nominauimus, neq; cõmode recondi possunt, quomõ & qñ velit, si sua hęc sunt, colligat. sin vero aliena, qm̃ lex est: vt nemo moueat, q̃ nõ deposuit: q accepit, nisi psuaserit: mulctet. Q̃ꝫ si seruus qspiã, nõ psuaso agri dño, eas accepit, p singulis ficubus vuarũq; acinis ęqualia numero verbera patiat. Inqlinus fructibus emptis ad repositionẽ ineptis, si cupit, vescat: pegrinus aũt in ipso itinere si transeat solus, aut cũ vno tãtũmodo, fructus nõ reponẽdos si velit hospitali cũ venia gustet. Alios aũt gustare quos rusticos dicimus, peregrinos quoq; lex phibeat. Sin vero repositioni aptos inscius tetigerit, seruus quidẽ plectat. Liber aũt dimittat admonitus ficus vuasq; solũmodo ad repositionẽ ineptas gustare licere: eas vero, ex qbus passę vuę & vinũ & caricę fiunt, minime. Pyra vero & mala tum alia tũ punica cæteraq; hmõi clam auferre, turpe non sit. Siqs vero deprehensus fuerit, pauciores annos q̃ triginta natus, sine vulneribus verberet: atq; puniatur. nec pœna vlla ppter huiusmodi verbera libero sit. Aduenę quoq; de his fructibus perinde ac de iis quos superius diximus repositioni ineptos, carpere liceat. Si senior qspiã comederit, nec asportauerit, vt aduenę pmissum est, & ipse quoq; oĩm hmõi fructuum particeps sit. q̃ si legi nõ paruerit, ad virtutis certamẽ impotẽs habeat, si iudicibus huic rei p̃sidentibus tũc relatũ hoc fuerit. Aqua nutriendis hortis maxime oĩm cõfert: sed facile corrũpi põt. Terra vero & sol & aer, quę cũ aqua simul ea nutriunt quę terra nascunt, nõ facile veneno, vel diuersione, vel ablatione corrũpi possunt. his autẽ modis facile aquę damnũ infert: ppterea legis auxilio indiget. De hac igit hæc lex sanciatur. Siquis sponte alienã aquã, siue scaturientẽ e fontibus, siue collectã, veneno aut foueis aut ablatione corruperit, ad ædiles deferat: vbi si deliquisse cõuincit, damnũ restituat: & fontes, aut aquarũ vas, vt interp̃tes singulis semp faciũdã purgationẽ iudicarint: ita purget. In aduectione aũt oĩm q̃ ab agris colligũtur: liceat cuiq; res suas qua velit aduehere: modo aut nulli damno sit: aut sibi triplũ pueniat lucrũ eius damni qd̃ vicino infert. Horũ cognitores, magistrat⁹ sint, & cæterorum omnium quæ per iniuriam sponte qs, aut vi, aut clam, vel per se, vel per illa quæ possident ab eo, in psonam, aut in rem intulerit. Hæc inquã ad magistratus omnia deferantur: si tres damnum minas non excedit. sin vero maius sit: ad constituta publice iudicia causa deferatur: & qui iniuriam intulit puniat. Q̃ꝫ si magistratuum aliquis iniuste de damno alicuius sententiã tulerit, duplum ei q passus est iniuriam, debeat. Et omino siqd p iniuriã fecerint magistratus: causa ipsa a quolibet volente in publico iudicio agitet. Infinita pene parua restãt instituta: quibus corrigant errores in iudicii termino, in citationibus, citatoribusq;, siue inter duos siue inter multos citatio sit: & cæteris huiuscemodi, quæ nec a legibus prætermitti possunt: nec tamen seniore legum latore digna videntur. Ea igitur omnia iuniores, priscas leges imitati, & parua ex magnis intelligentes: necessariumq; vsum experientia cognoscentes legibus donec sufficienter se habeant, ordinent. Deinde sufficienter positis, immobiliter his vtantur. De cæteris autem opificibus, leges ita constituant. Primo nullus ciuis opificio vllo detineat: sed nec seruus qdẽ ciuis alicuius. Arte eñ magna, quę longa exercitatione, multisq; doctrinis indiget, occupatus est ciuis: cũ communem ciuitatis ornatum procuret: quæ res non leui quadã opera cõtenta est: sed pręcipuum studium exigit. Duas vero artes aut studia duo diligenter exercere humana natura non potest. Nemo etiam satis potest arti quidẽ vni vacare: & alterius artis opifici præsidere. Hoc igitur in ciuitate statutum sit: vt nemo ærarius simul & lignarius faber sit, nec lignarius faber fabris ærariis magis q̃ opificio suo præsideat: occasionem hinc forte nactus, q̃ dum curam gerit multorum, quasi ministrorum ipsi elaborantium, inde suę arti fiat accessus: ac p illos artem melius curet suam: sed singuli opifices singulis artibus vacẽt, & ab eis victum acquirãt. Hãc legem ædiles ita obseruari procurent: vt siqs ciuis ad artem aliquam, magis q̃ ad virtutis curam declinauerit, opprobrio atq; infamia notatum ad cursum suum conuertant. Si autem peregrinorũ aliqs duabus artibus vacet, vinculis, mulcta, expulsione, vnã tãtũ complecti cogat. De mercede autem opificum, de operis ipsorũ approbatione aut improbatione, de iniuria etiam quã vel patiunt vel inferunt, ædiles vsq; ad drachmas qnquaginta cognoscant. Maiora vero ad publica iudicia delata secundum legem iudicentur. Vectigal autem importandarum exportãdarumq; rerum, nullum penitus sit. Thus vero cęteraq; huiusmodi quæ diis incẽduntur, peregrinaq; sunt, purpuram similiter & colores alios, q a regione non pducuntur, oĩa deniq; peregrina, nisi necessaria sint, nemo adducat: nec rursus aliqd qd̃ regioni necessarium sit, exportet. Hęc oĩa legum custodes duodecim, q reliq sunt, exceptis qnq; senioribus, pcurẽt atq; cognoscant. Arma vero & instrumenta bellica si aduectitia arte est opus, conuehant. similiter quæ ad hæc idonea sunt, plantæ, ænea instrumenta, funes, animalia, quæ ad bellum conferunt. Quorum magistri eqtum & ductores exercitus curam habeant: vt ciuitas inuehendi euehendiq; simul cũ opus sit facultate non priuetur. de qbus legum custodes sufficientes decentesq; leges ferẽt. Nulla vero in re pecuniæ colligendę gratia, vel in ciuitate, vel in vniuersa regione cauponatio fiat. Annonę autem quæ ex agris percipitur distributio, recte iuxta Cretensium legem constituetur. Nam quæ a regione

Duas artes diligenter exercere hũana natura nõ potest.

beraſq mulieres pter vxorẽ audeat tangere:nec vllus nothos ex concubina ſuſcipiat:nec infœcũdos marium agros pter naturam ſerat. Vel alterum quidẽ omnino tollemus:neqs cum maribus congrediať. Siqs aũt aliis mulieribus cõmiſceať q̃ cum his quę cum diis ſacriſq nuptiis domum venerunt, emptis videlicet, vel alio quocũq modo acqſitis:niſi viros ſimul mulieresq oẽs lateat, infamis lege, omnibuſq ciuitatis honoribus,ceu peregrinus aliqs,priuatus ſit.Hęc lex ſiue ſimplex ſiue duplex ſit: de rebus venereis amatoriiſq oĩbus: quas inter nos ppter hmõi affectus recte vel non recte agimus, lata ſit.ME.Ego eqdẽ hanc legẽ valde pbo.Clinia vero hic,qd ſibi videť,nobis aperiat.CLI.Faciam o Megille cũ occaſio dabiť.Nunc aũt ſinamus hoſpitẽ vlterius in ferendis legibus pgredi. ME. Probe. ATHE.Sed adeo iã pgreſſi ſumus:vt ad conuiuia deuenerimus: quã qdem rem alibi difficilẽ eſſe dicimus:in Creta aũt nemo fruſtra exiſtimabit fieri oportere.Quõ aũt:vtrũ vt hic,aut queadmodum apud Lacedęmonios,an terti⁹ qdã modus vtriſq his melior inueniať,nec inuẽtu difficile id mihi videť:nec inuentũ cum fuerit maxime pfuturum.Enimvero concinne & nunc cõſtituta videnť.Sequitur nũc vt de victu,quomodo haberi poſſit, dicamus. Victus in aliis ciuitatibus multiplex variiſq ex locis:maxime vero duplici ex loco in cæteris comparať.Nam ex mari ac terra plurimis græcorum ciuitatibus aduehitur,cum iſtis terra ſolũmodo aduehať. Quæ res legum latori facilior. Multo eñ maior q̃ dimidia pars legum ſufficiet.Pręterea conuenientiores liberis hominibus leges ponenť.Naualium eñ & mercatorũ,cauponum,diuerſorii,publicanorum,pmutationum, fodicinarumq metallicarum,& mutui fœnoris,ac mille huiuſmodi leges ferre non admodum cogitur. Quare in ciuitate hac noſtra legum conditor his omiſſis dũtaxat agricolis,paſtoribus,apum curatoribus,taliumq cuſtodibus,atq miniſtris leges dabit,cum de nuptiis liberorumq procreatione,educatione,diſciplina, magiſtratuũq deſignatione,maxima ex parte tractauerit.Nunc ergo ad leges de victu deq iis q labore ſuo ipſum parant,venire neceſſe eſt.Et agriculturę leges primo ponanť: primaq terminalis Iouis hęc.Nemo fines atq terminos terrę moueat:nec ciuis vicini,nec finitimi pegrini,ſi agri extrema poſſideat.ſed putet id eſſe vere quod ferť,hic immobilia mouet:malitq vnuſqſq ſaxũ ingens mouere, q̃ paruum lapidem iureiurando a diis firmatũ,quo amicitię & inimicitię terminenť. Alterius eñ Iupiter cõtribulis,alterius hoſpitalis,eſt teſtis:q hoſtili plio ſemp inſurgunt. Qui legi obtẽperat: indẽnis vtiq ſit.Qui eam deſpexerit,duplices pœnas luat:primo qdem deo vindice,deinde lege:quę iubet vt nemo ſponte vicini agri terminos moueat.Eum vero qui mouerit, quicunq voluerit, ad agricolas deferat,agricolę ad iudicium ducant,a quo damnatus vtpote terminorum clam viq turbator, reddat,patiaturq,put iudices iudicauerint.Multa deinde paruaq dãna in vicinia ſępius facta, magnas inimicitias pariunt,vicinitatẽ difficilem & amarã reddunt.propterea caueat vicinus ne vicino noceat,cũ in aliis,tũ vel maxime in agris colendis.Nocere nãq nõ difficile:ſed cuiuſlibet hominis eſt, pdeſſe vero non cuiuſlibet.Quicunq vero fines egreſſus,vicini coluerit agros, damnum reſtituat, & impudẽtię atq illiberalitatis pœnas luat:duplũq loco mulctę ipſi deponat cuius agrũ coluit. Cognitores vero & iudices cẽſoreſq huius rei,agrorũ curatores ſint.In maiorib⁹ qdẽ,vt ſupra dictum eſt, vniuerſus duodecimę ptis ordo:in minoribus vero,q cuſtodiis pſunt.Siqs paſcuis noceat,illi conſideratis damnis iudicent atq condemnent.Si aliena examina quis perſequiť:atq æra pulſans delectatione apes ad ſe trahit,damnum reſtituat.Siquis ignẽ in materiam ſic immiſerit,vt vicino non cauerit,prout magiſtratibus videbiť,condemneť.Similiter q in plãtando mẽſurã vicini agri nõ reliquit, ita plectať,vt a pleriſq legũ latoribus ſufficienter eſt dictũ. Quorũ legibus vti debemus , nec putare multa & minima q̃ cuiuſlibet legũ latoris ſunt,a maiori ciuitatis conditore eſſe ſancienda. Nã & de aquis priſcæ leges & bonæ ſunt.Quę pfecto recitatione deriuãdę nõ ſunt.Sed qui aquam ad ſua voluerit ducere,a publicis fontibus ita deducat,vt nullius priuati manifeſtum fontem perturbet.Deducat aũt qua velit,pterq̃ p domos,aut ſepulcra,aut loca diis conſecrata:nec aliud damnum inferat,niſi qđ ab ipſo riuulo efficiť. Qꝫ ſi aquæ inopia ſolo inſita in locis aliquibus aquas ab Ioue prodeũtes non retinet:cum neceſſitate quiſpiam opprimatur,in loco ſuo ad Cretam vſq effodiat:& ſi hac in pfunditate nihil aquæ inuenerit,tantũ a vicinis aquetur,quãtũ neceſſitas poſtulat. Sed ſi vicinis quoq pauca ſit,aquandi modus,quo vtať quotidie,ſibi ab agri curatorib⁹ ſtatuať. Si vero aquę pluuiales abundent,& q inferiores partes habitant aut colunt,defluxum ita prohibeant:vt ſuperiorib⁹ noceant:aut contra ſi ſuperior inconſiderate fluere aquas permittens,inferiori noceat,& conuenire inter ſe nequeant,in vrbe qdem ędilis,in agris vero,q agris pręeſt,modũ imponat:quẽ ſiqs nõ ſeruauerit,inuidię & puerſitatis pœnas perſoluat:& vicino damnum in duplo reſtituat. Fructuum aũt cõmunis hmõi participatio ſit.Bina nobis gratię dona hęc dea largitur. Vnum dionyſiacum : qđ recondi non poteſt.Alterum vero qđ repoſitioni aptum eſt.Hęc igiť lex de fructib⁹ ſanciať.Qui vuas aut ficus de ruſticis fructibus ante vindemię tẽpus guſtauerit:quod arcturo concurrit,qnquaginta drachmas:ſi de ſuo agro collegerit,Dionyſio dedicãdas perſoluat:ſin a vicinis acceperit,minã:ſin ab

sericors,dolens,cõpulsus ad secandũ quasi trahit & vrẽdum:& id quidẽ tã benigna cautione,vt grauiter ęgrotãtes verbis blandissimis cõsolet:cõtendatq; verbis quasi magicis carminib⁹ sanos efficere anteq̃ medicã adhibeat manũ.quã etiã deinde sic admouet:vt lãguens & vix psentiat: & plus admodũ spei cõcipiat q̃ doloris,& ex dolore nõ pniciẽ reportet sed salutẽ.Insignis clemẽtia vir nemínẽ absq; cõsolatione punit:nemínẽ punitũ pdit:oẽs ꝑ virib⁹ seruat:& quos nece punit,pfitet a morbis animi liberare:ac minimo mortis malo,interim ingẽti & in dies crescenti obsistere animi malo.Pręstare vero asserit hinc abire,q̃ in morbo vel animi vel corporis incurabili viuere.Atqui neq; hac vita priuat,nisi quẽ cognouerit insanabilẽ:neq; suppliciũ vllũ a lege,quę bona est,illatũ tendere vult ad malũ.Quinimmo pœnã ipsam multis de causis esse bonã:tũ qa iusta est,iustitia vero bona:tũ qa vel pręsens purgat,vel futurũ p̃pedit malũ:tum quia in puniẽdo vno,interim exẽplo ꝓdest & multis,ciuitatẽq; purgat malis.Et vt summatim dicã,iustitiã vbiq; mirũ in modũ cũ clemẽtia miscet,neq; rigiditate torquet durius,neq; mollitia quicq̃ relinquit inultum.Queadmodũ vero in superiorib⁹ prius diuina p̃cepit officia q̃ humana,sic in p̃sentia prius in sacrilegia q̃ in cætera delicta prudẽter aĩaduertit.Ac dũ q̃ graue sit lęsę maiestatis diuinę crimẽ,ostendit,afflante deo significat nihil tale ab hoĩb⁹ quodã q̃diu diuina quędã in eis gratia viguit,fuisse aliquando ꝑpetratũ.Sed postq̃ ꝓpter alia delicta gratia illa est amissa,hoĩes iã quasi alienos a deo in deũ ipsum peccare p sacrilegia incepisse, vt sacrilegiũ ipsum nõ mõ peccatũ sit,sed etiã pœna peccati:pœna inquã nõ purgãs aliquem,sed interimens. Non eñ lege,sed trãsgressione legis pœna talis infert.Qꝫ autẽ dicit,priscos legũ latores fuisse dei filios,legesq; heroibus,qui etiã ex diis erãt geniti,tradidisse:exponendũ est p ea quę in Critia & Politico & sępe alibi ptractant,deorũ filios hic ĩtelligi deos sub Luna alios aliis terrę plagis gubernãdis accõmodatos.Quos possum⁹ more ẽt Platonico angelos noĩare.Per quos sub Mercurii noĩe ĩ Protagora leges genus hoĩm accepisse docet.Per quos in Critia quoq; dicit hoĩes primos ex terra natos accepisse iura:hoĩesq; illos hic nominat heroes ex diis ortos.i.deoꝝ opera ex terra ꝓgenitos.Sed leges illas inqt in Critia nõ scriptas ad aures,sed ĩspiratiõe quadã a mẽtib⁹ diuinis in mẽtes humanas fuisse trãsfusas:hominesq; sub illis q̃diu paruerũt,vixisse beatos.Addit ob huiusmodi legũ trãsgressionem hoĩes diuinã gratiã amisisse:qua quidẽ amissa felicitatẽ quoq; amiserint:& ĩfelices in sacrilegia iã proruperint:& per sacrilegia pessimi tandẽ infelicissimiq; euaserint.In his & terrestris illius paradasi,& eiectionis ex eo,mysteriũ licet agnoscere.Considera vero vbi perquirit sacrilegii causas tres assignari causas grauiũ delictorũ.Primam qdẽ cõmunẽ hominũ fragilitatẽ cõsuetuetudĩe cõfirmatã. Secundam vero dęmonicã persuasionẽ siue suggestionẽ.Tertiã deniq; culpã perniciosam ex antiquis inexpurgatisq; peccatis inustam, ad grauissima scelera stimulantẽ. Quæ qdẽ originali culpæ,de qua multi multa theologi disputant,videt esse simillima.Quamobrẽ vbi Plato diuinus sacrilegum alloquens inqt,Non humanũ ad sacrilegiũ te impulit malum:neq; diuinũ intelligi humanũ malum, humanã fragilitatẽ ad inferiora ꝓcliuem: Diuinũ vero malũ,diabolicam,vt inqunt,fraudẽ. Negat vero duo hęc,non qa non sint in causa sacrilegii,sed qa non sola sunt causę. Accedit eñ his tertia propriaq; sacrilegii causa,quam subiũgit dicens,Sed stimulus qdam exitialis a priscis inexpiatisq; peccatis ingenitus.Per quẽ videlicet animus nõ humanus amplius,sed ferinus,nimirum sacrilegio peccat in deũ,nullam vlterius dei rationẽ habẽs,quãdo rationẽ humanã iam amisit diuinę ratiõis imaginẽ. Mox vero primę ad sacrilegiũ instigationi Plato quasi nascẽti morbo trib⁹ occurrit remediis:queadmodũ morb⁹ hic tribus ex causis orit.Primo qdem,vt immanis impetus comprimat ad sacras mittit expiationes,quas christianorũ more pœnitẽtię,confessionis,eleemosynę,ieiunii nomine possum⁹ nuncupare.Deinde vt diabolicis resistat insidiis,ad orationes supplicationesq; mittit,per quas a superis liberatoribusq; spiritibus cõtra inferos pręsidiũ impetret.Postremo quo imbecillitatẽ humanã continere possit,mandat vt malorũ hoĩm familiaritatẽ deuitans,bonorũ asciscat consuetudinẽ. Proinde,quoniã post deum more Pythagorico coli patriã iusserat,merito post sacrilegia quæ in psonas aut res deo cõsecratas perpetrãtur,pergit ad punienda scelera & delicta,quæ proprie contra patriam cõmittũtur,quæ non solum sacrilegiis proxima iudicat,sed annumerat,plectitq; similiter.Hæc vero tria esse iudicat.Peccare eñ in patriam, hostemq; patriæ habendum esse, & qui posthabitis legibus principatũ ad humanã voluntatẽ libidinẽq; reducit,& q cum possit,periclitanti patriæ non succurrit:& q vel auaritia vel alia de causa pro filio euadit patriæ proditor.Inter hæc officium legiferi repetit.Id autem esse vult:vt non tanq̃ dominus seruis,sed tanq̃ pater filiis conscribat leges : nõ min⁹ persuadens q̃ minitans: nec minus docens q̃ imperans,nec minus alliciens q̃ perterrẽs:vt legislatoris opus non tam mandatorũ pręscriptio sit,q̃ disciplina morũ.finis eñ eius est,quacũq; id ratione fiat, ciues bonos beatosq; efficere:punire vero malos,necessitas est in eo potius,q̃ voluntas.Et qa solæ inter humanas Platonicę leges hęc omnia complectunt,humanarũ omnium perfectissimæ sunt: ac pene inter diuinas potius,q̃ humanas annumerandę.Neq; ab re primũ disputationis huius exordium


producunt,in duodecim partes ab oĩbus distribuenda sunt:& similiter cõsumenda. Duodecima vero pars queq;,vt tritici,hordei,cæterarũq; frugum & fructuũ,venaliũ quoq; omniũ animaliũ triperti to & cõpetẽti ratiõe distribuat:& pars vna liberis:altera seruis:tertia opificib⁹ ac oĩno aduenis tribuat.siue aliũde venerint aliquãdiu vrbẽ habitaturi,& necessariis egeãt,siue ꝑpter publicã vel priuatã ciuis alicui⁹ vtilitatẽ accesserint.Hęc igit tertia oĩm necessariorũ pars,venalis semp ac necessario tantũmodo sit.De duabus vero partib⁹ nihil necessario vendat.Quomodo igit hęc recte distribuentur?Patet autem in primis recte id fieri posse:si partim ęqualiter,partim inęqualiter distributio fiat. CLI,Quo pacto. ATHE.Meliora vtiq; vel deteriora istorũ singula,necesse est terrã ꝑducere,atq; augere.CLI.Quid ni?ATHE.Cum tres partes sint,quo ad hoc nemo plus habeat:nec dominus,nec seruus,nec aduena:sed æqualis eadẽq; similiter sit oĩbus distributio.Quilibet autẽ ciuis,cũ duas partes acceperit,seruis & liberis quot & qualia velit,suo arbitratu distribuat.Qđ vero plus istis est,mensura & numero sic dispertiendũ est:vt,cũ omniũ animaliũ,qbus a terra victus prębet,numerus habeat: ita demũ fiat partitio.Habitatiões postea seorsum ordinãdę sunt.Ordo aũt talis maxime decet: duodecim viros p media in singulis duodecim partib⁹ vnũ esse oportet:& in vnoquoq; venaliũ rerũ loca,deorũq; tẽpla & deos sequentiũ dęmonũ esse cõstructa,siue indigetũ Magnesiorũ,siue aliorũ, quorum statuæ antiquissima memoria cõsecratę sint.Atq; his priscorũ virorũ honores reddẽdi sũt. Vestę quoq;,Iouis,Mineruę,singulorũq; aliorũ singulis duodecim partibus pręsidentiũ tẽpla cõstruenda sunt.Et primũ quidẽ iuxta templa in altissimis locis ędes custodum sint vndiq; munitissimę.Reliqua deinde regio opificibus in tredecim partes distribuatur.Et pars vna in vrbe habitet,per duodecim vrbis partes diuisa:alię exteriorẽ vndiq; teneãt locũ:atq; in singulis vicis opifices ad agriculturę cõmoditatẽ idonei habitare compellant.Horũ omniũ curam magistratus qui agris pręsunt,habeãt: preuideãtq; quot quibusve singuli opificibus egent,& vbi habitãtes impedimẽto agricolis non sint, sed magnã ipsis vtilitatẽ cõferant.Vrbanorũ quoq; similiter opificum curam ędiles habeant.Res autem venales curæ censoribus sint:qui primo rem sacrã curent,deinde nequis vendẽdo emẽdove, iniuriam faciat,vehemẽter ꝑuideant:& immoderatos,cõtumeliososq; oẽs cõpescant.Hi cõsiderent nũquid ciues peregrinis res singulas cõuenienter atq; vt lege cautum est,vẽdant.Primo vero mẽsis cuiusq;,ciues eorũq; ministri duodecimã tricici partẽ emendam peregrinis ꝑponant: emãtq; peregrini pro mẽsis totius tẽpore triticũ & similia quę primo foro vẽdunt:decimo vero die vẽditio,emptioq; mensi sufficiẽs statuat.xxiii.animaliũ venditio quibus hoĩes egent,supellectiliũq;,vt corii vestiũq; ac similiũ,fiat.Necesse autẽ est pegrinos oĩa a possidẽtib⁹ emere,ne cauponatio in tritico & hordeo circa farinã ac cætera alimẽta,vlla fiat.Nec ciuib⁹ nec seruis eorũ cauponari oĩno liceat.In pegrinoꝝ tamẽ foro peregrino liceat,opificibus,eorũq; seruis vinum cibũq; cõmutare ac vendere: carnesq; coctas similiter:quę res a plurimis cauponatio nominat.Materiã vero ignis vniuersam quotidie peregrinus iis qui in agris id curãt,emere possit,cæterisq; peregrinis ꝑut velit & quãdo velit reuẽdere. Cæterarũ omniũ rerum & supellectiliũ quibus vtimur,in cõmuni foro vẽditio fiat:in locis determinatis:vbi legũ custodes,censoresq; vna cũ ædilib⁹ locũ designarint,& ꝑcia venalib⁹ imposuerint.Hic nũmi cõmutent rebus,ac res nũmis.Cõmutet autẽ vnusqsq; p seipm nemini cõmittẽs.Qꝫ si commiserit,siue receperit,siue nõ,quiescat oportet.Nullũ eñ cõmutationũ taliũ iudiciũ est.Siqd vero venditum emptũq; pluris minorisve est,q̃ lex iusserit qua rerũ venaliũ mẽsurę & ꝑcia cõstituta sunt, apđ legũ custodes plus illud cõscribat:& cõtrariũ deleat.Eadẽ ipsa de cõscriptiõe bonorũ,quæ ab incolis peregrinisq; possident,fiant : liceatq; cuiuis certa cõditiõe ad vrbẽ migrare,& hoc ita vt artẽ aliquã exerceat,nec plures q̃ annos.xx.a die cõscriptionis pmaneat:quo in tẽpore incolẽdi vestigal soluere nullũ cogat nisi frugalitatis exẽplum,nec emptionis vẽditionisq; gratia ęrario quicq; debeat.Cũ aũt viginti anni exacti fuerint,accipiat rẽ suã,& abeat. Qꝫ si magnũ aliqđ beneficiũ intra viginti annos ciuitati cõtulerit,velitq; plus tẽporis,aut etiã p vitã i ciuitate manere,fiat ipsi qđ petierit,ratũq; habeat,si modo cõcilio concioniq; persuaserit.Incolarum aũt filiis si ipi quoq; opifices sint,post quintũ decimũ ætatis annum ita colonię tempus incipiat,vt viginti postea maneant annos,deinde quo velint proficiscant,& si manere voluerint,maneant,postq̃ similiter persuaserint.Qui autẽ recedit oblita descriptione,quæ sibi apud magistratus erat conscripta,sic habeat.

Argumentum Marsilii Ficini in Dialogum Nonum De Legibus.

NOnus Dialogus post cõmunem morũ disciplinã & legum multarũ traditionem,aggreditur iam iudicia.Et valde qdem opportune.Nam & q moribus eruditi legibus q; instructi sunt,iudicare iam possunt,& q eruditioni instructioniq; præcedenti nõ paruerunt,iam sunt iudicandi.Prudenter oĩno noster hic animorum medicus seruare hactenus salutaribus studuit monitis integram animi sanitatem:iam vero perditam cunctis machinis reparare molitur.Verum quæ charitas Platonica est , mi

in mentioné de legis necessitate incidés opportune, asserit necessariá humano generi esse legé. Nam absq; legibus nihilo ab atrocissimis feris discrepaturũ. Huiusq; causam afferés, nullius hominis ingeniũ ita natura institutũ inqt, vt oĩa q̃ ad publicũ bonũ necessario cognoscéda sunt, cognoscat suffi ciéter: ac si forte nouit, vt optimũ id qđ nouit agere possit semp & velit. Q; si diuina quadá gr̃a més qdá inter hoíes surgeret, q̃ publicũ oĩno bonũ cognosceret, ad idq; generose ac semp intéderet, nullis vel huic vel patriç suç eo tẽpore legib⁹ opus fore. Mẽtẽ nãq; verá ac liberá oĩ lege pstátiore esse atq; pso iure cũctis dominaturá. At qm̃ id nulli⁹ ĩgenio est tributũ, cõcludit necessario sub legib⁹ eẽ viuẽdũ. Ait quoq; studiũ qdẽ ꝓprii boni ciuitatẽ penit⁹ dissipare: studiũ vero publici boni cõnectere. Itẽ pestẽ in ea ciuitate dominari pniciosam, vbi iudiciũ a magistratib⁹, vel mutũ agit̃, vel clamosum. Atq; vbi familiarẽ dçmonẽ inqt multis sçpe malis obsistere, si dçmonis horres nomẽ, vel cõcedẽte Platone angelũ nominato. Ac memẽto nostrũ dçmonẽ geniũq;, nõ solũ vt qdá putant, nostrũ intellectũ esse, sed numẽ. Prçcipit mox seniores paterna reuerẽtia adeo coli, vt etiam ab his verberat⁹ succẽsere nõ debeas: sed patiẽter ferre. Sed natales quos hic cõmemorat deos, nõ ascẽdẽtia signa, signorũq; dominos planetas astronomico more debemus accipere: sed ideã generis humani principiũ, dæmonẽq; nostrç vitç custodẽ. Deniq; monet timẽdã esse superorũ indignationẽ, & inferorũ punitionẽ. Monet mortẽ nõ esse supplicium vltimũ, sed vltra hãc esse supplicia inferorũ, eaq; verissime oĩno narrari.


DIALOGVS NONVS DE LEG. VEL DE LEG. LATIONE. ATHE.



IVDICIA Vero si post hçc superiorib⁹ actionib⁹ cõuenientia reddant̃, naturalis vtiq; ferendarũ legũ ordo seruabit̃. Sed de iudiciis qdem agriculturæ, similibusq; dictũ est, de maximis vero iudiciis & iudicibus sigillatim nõdũ diximus. de his ergo deinceps dicemus. CLI. Probe. ATHE. Turpe quodam modo videri potest, leges de huiusmodi rebus, quales tractabimus, illi ciuitati tribuere, quã dicimus recte se oĩno ad virtutis possessionem habiturã. Nã cui absurdũ nõ videat̃, siqs in ciuitate instituta putet hominem nequissimũ sicut in aliis nasciturũ: adeo vt opus sit legũ minis hunc puenire, ne talis fiat: neue tale cõmittat̃: & cõmissa positis legib⁹ puniant̃: quasi possint in hac quoq; repu. flagitiosissimi homines reperiri! Verũ qm̃ nõ vt prisci legũ latores agimus, q cũ deorũ filii essent, heroibus, q & ipsi e diis nati dicunt̃, leges ferebant, sed homines hominibus ista sancimus, vereri par est, neqs ciuiũ ita natura indomitus & incox nobis gignat̃, vt quasi legumina fulminis tactu ꝑdura: igni legũ etiã fortissimarũ decoqui nequeat. Quãobrẽ siqs forte sacrilegiũ cõmittere audeat, legẽ de hoc ferem⁹ q̃uis onerosam nobis atq; molestã. Enimuero educatũ recte ciuẽ, nec volumus, nec valde timemus tã graui morbo laboraturũ. Sed serui istorũ forsan & peregrini, Pegrinorũq; serui, huiusmodi multa aggredient̃. Quorũ gratia maxime, & quia vniuersa natura hominũ imbecillis est, tam de sacrilegio q̃ de aliis, q̃ aut vix aut nullo mõ sanari possunt, leges cõscribã. Sed pœmia primũ scđm ordinẽ in supioribus institutũ, his oĩb⁹ q̃ breuissime ꝓponẽda. Ad eũ igit̃ q nefaria cupiditate, & die tractus, & nocte excitus tẽpla vt furet̃, ꝑtit, hçc aliqs instructionis, & monitionis gratia diceret. O mirabilis vir, nõ humanũ te malũ, neq; diuinũ ad sacrilegia vertit: sed exitialis qdã asilus, a priscis atq; inexpiatis flagitiis innatus hominib⁹ circũagitans: quẽ cũctis viribus effugere debes. Quõ aũt effugies, audi. Cũ talis oborit̃ in aĩo cogitatio, cõfuge ad expiationes obsecro. Cõfuge ad liberatorũ deorũ sacrificia supplex. Cõfuge ad bonorũ virorũ cõsuetudines: vbi partim audias, partim tu quoq; dicas iusta honestaq; ab oĩbus esse colẽda. Malorũ vero cõsuetudines apprime fugias. Quç si feceris, cessaueritq; morb⁹, bene tecũ actũ erit. Aliter aũt mori satius fore arbitrat⁹, desine viuere. Cũ illis hæc exordia cecinerimus, quorũ in aĩos incidit impia q̃dã & ciuitati pestifera cogitatio, qcũq; ex his paruerint, eos a lege liberos dimittemus, sed hominibus pœmio nõ psuasis, ferẽtes post hçc legẽ, altius intonabimus. Qui depẽhẽsus in sacrilegio fuerit, si seruus pegrinusve erit, in facie ac manib⁹ calamitate ipsius literis inusta, verberat⁹ put iudicib⁹ videbit̃, nudus extra fines ꝑllat̃. Forte eñ supplicio cõtinẽtior factus, euadet deniq; melior. Nullũ qppe suppliciũ lege, factũ, ad malũ tendit. Sed duoꝶ alterũ fere semp solet efficere. Nã aut melior, aut certe minus prauus, q pœnas dedit, fieri solet. Si vero ciuis qspiam aliqd tale in deos, aut in parẽtes, aut in patriã ꝑpetrare, & ad maximã iniuriã induxisse animũ dephendat̃, hunc iudex, qa ex puero bene doctus educatusq; a maximo scelere nõ abstinuit: sanari nõ posse existimet. Pœna huic mors, malorũ minimum. Vituperatus aũt, vt exemplo alios iuuet, extra fines pdat̃. Filiis vero eius, & generi vniuerso si mores paternos fugerint, qa nati ex malo fortiter virtutẽ secuti sũt, honor exhibeat̃ & laus. Nullius autẽ istoꝶ pecuniç in fiscũ redigant̃, in rep. in ea q̃ sortes easdẽ semp & çquales pmanere oportet Sed qñ qs ea patrauit q̃ pecuniarũ mulcta luenda sunt, qđ supra sortẽ possidet̃, id impendat̃, sors inte

Mors malorũ minimũ.

a deo factũ est: deinde additũ a Platone, videri sibi hęc oĩa diuinitꝰ inspirata. Demũ ex hac ipa disputatione ad beatũ summi Iouis tẽplũ.i.cęlũ recto tramite puenit. At qm̃ nõ solũ in sacrilegiis parricidiisq;, verũetiã in cęteris sceleribus ꝑ aliis culparũ gradibꝰ, alii quoq; pœnarũ gradus, & a legum latore describẽdi, & a iudice sunt cẽsendi, cõmodissimã ad gradꝰ eiusmodi discernẽdos distinctionem adducit ĩ mediũ. Habitꝰ qdẽ oĩs aut virtutis est, aut vitii. Si virtutis, oĩno volũtariꝰ est: qm̃ cõsilio libero & expedita electiõe & ꝓpriis aĩ actionibꝰ est acqsitus. Sin vero vitii habitꝰ est, inuolũtariꝰ oĩno cẽset. Quia ita morbꝰ est animi, sicut humorũ intẽperãtia morbꝰ est corpis. Nemo vero morbũ dixerit volũtariũ: ꝗuis nõnulla quę ꝑter opinionẽ inferũt morbũ, possit quodãmõ volũtaria dicere. Praeterea eiusmodi habitꝰ ex impedito cõsilio, distractaq; electiõe, & passiõibꝰ potiꝰ, ꝗ̃ actionibꝰ inolescit. Ex his cõficit Platonicũ illud sępissime decãtatũ: Vitiorũ habitꝰ iuolũtarios esse, nemineq; fieri spõte malũ, queãdmodũ & nemo fit spõte ęgrotus & deformis & inops. Post hãc habituũ distinctionẽ sequit distinctio actionũ. Quę qdẽ aut ad virtutis, aut ad vitii habitũ gignẽdũ ꝓprie vergũt. Si ad virtutis, ita volũtarię sunt, vt dictꝰ est habitꝰ volũtariꝰ. Sin vero ad vitii, partim qdẽ volũtarię dicunt ꝓpterea ꝙ & aĩo quodãmodo cõsentiente fiunt, & poterãt nõ fieri anteq̃ fierẽt: partim vero inuolũtarię, tũ qa ad detrimentũ, deformitatẽ, morbũ clam deducũt: hæc autẽ vellet nemo, tũ qa ex quadã finis exitusq; ignoratiõe cõsurgũt. Quatenꝰ vero ꝑ ignorãtiã fiũt, eatenus ꝑter ipsam ratiõis volũtatẽ fieri iudicant. Distingue rursus hoc pacto. Actiões humanę quãtũ ad legũ iudiciorũq; materiã artinet, in qnq; capita redigunt. Aut eñ ex affectibꝰ cõcupiscẽtię pullulãt, aut ex ĩpetu irascibilis naturę ꝓrũpũt, vel simplici quadã veniũt ignorãtia: ꝑ quã qs res ipsas ignorat, ꝗuis se ignorare nõ nesciat, vel ignorãtia duplici fiũt, ꝑ quã qs & res ipsas nescit, & ignorãtiã suã simul ignorat, videlicet scire se putãs: vel tãdẽ ex rationali quadã opiniõe ꝓueniũt: opiniõe inquã de iustis atq; iniustis ratiõi legibusq; credẽdi. Post distinctionem eiusmodi distinguit & iudicii regulas, ꝑ quas aliter aĩaduertat in eos q cõcupiscẽtia, aliter in eos q ira peccãt: atq; in his discernat, vtrũ cõsulto, an incõsulto deliquerint. Pręterea vtrũ vi palãq;, an potiꝰ clã atq; fraude. Deĩde nũqd ꝑ ignorãtiã sit erratũ, siue ꝑ simplicẽ, siue ꝑ duplicẽ ignorãtiã. Vbi vero de homicidiorũ iudiciis agẽs priscũ adducit mysteriũ de iterfectis interfectores vlciscẽtibꝰ: attẽde ex Platonis sentẽtia, ꝑturbatiões ad sensibilia ꝑtinẽtes posse ĩ aĩa seiũcta ab hoc corpore remanere. Siqdẽ ex eiusdẽ sentẽtia remanet & prima qdã sentiẽdi natura substãtialis origo sensuũ reliquorũ, ꝑ quã aĩa & in hoc corpore in hęc ĩstrumẽta vires explicat sentiẽdi, & discedẽs ab hoc eas quodãmodo replicat ĩ seipsam, siue, vt magis Platonice loquar, exercet ĩ aereo corpore. Quo inuoluta & hoc ĩgredit & ex hoc egredit. De his Platonici ita distinguũt, vt aĩa ĩ corpore hoc crassiore ad breue habitet: in aereo vero multa ꝑ secula: in cęlesti ꝑ oĩa. Quorsũ hęc? Ne mireris ꝑturbatiões in defuncti aĩa supesse, si harũ rerũ sensus memoriaq; supsunt. Probabile vero eẽ putabãt antiqui theologi, aĩas hominũ repẽte interfectorũ, vt pote inexpiatas, ꝑturbationibꝰ agitari, qn & hostes exagitare, id videlicet nõ humana tãtũ indignatiõe efficiẽte, sed diuina etiã Nemesi ac dæmone ꝓuidẽte. Supesse vero ex antiquorũ opiniõe in anima sensum ꝑturbationẽq; vltricẽ, eãq; aereo vti corpore Platonicus noster Maro testis occurrit. Quid eñ sibi vult? Et nũc magna mei sub terras ibit imago? Platonice admodũ imaginẽ rationalis animę nominat primã ipsam sentiendi naturã. Sed cur magnã? Quia & fons est sensuũ reliquorũ cõmunisq; sensus, & magno post hoc corpus vtit corpore. s. aereo, qđ qdẽ & huic insinuatũ quodãmõ fit angustũ: hoc exutũ, explicat in amplũ, elemẽti id aerei exigẽte natura. Pręterea, Oĩbꝰ vmbra locis adero, dabis improbe pœnas. Inter imaginẽ distinguit & vmbrã. & imaginẽ qdẽ animę esse vult sensum in aereo corpore. Ipsum vero corpus aereũ, eẽ animę vmbrã. Sed terrestre corpus cęcũ nominat carcerẽ. Qđ autẽ in iudiciis de homicidio, ꝓsertim de parricidio dicit, de regressiõe animę humanę in corpora rursus humana, in qbus sępe det pœnas, pares oĩno culpis in superiori vita cõceptis, vetus magorũ Aegyptiorũq; sacerdotũ sentẽtia ẽ. Nullũ eñ cõueniẽtius humanorũ delictorũ esse purgatoriũ iudicabãt, ꝗ̃ in corporibꝰ humanis eadẽ aĩmas qñq; pati q̃ fecerint. Qua qdẽ ratione Plotinus Aegyptius in libris de ꝓuidẽtia vtit ad soluẽda dubia aduersus ꝓuidẽtiã iustitiãq; diuinã quotidie insurgẽtia. Inqt eñ: q̃ a diuina ꝓuidẽtia in ꝓsenti vita nõ repẽdunt, in altera & qdẽ humana pari ꝓrsus ratione repẽdi. Repẽdi insup & in brutis: in qbus sępe anima quondã hominis, fiat anima bruti. Sed in vltima hac sentẽtia solus extitisse videtur. Cæteris eñ Platonicis displicet animã hominis ꝓpriã, aliqñ fieri bruti ꝓpriã. Cõsentiũt tñ vicissim ĩ hoĩes alios trãsmigrare. qđ qdẽ etsi Plato nõ habet certũ, habet tñ valde ꝓbabile. Qz vero migret in bestias, sæpe qdẽ recẽset, sed dedita opa adeo ꝑter solitã grauitatẽ ridicule narrat, vt plane demõstret negãdã qdẽ esse rẽ ipsam: allegoriã vero q̃rẽdã, s. vt trãsire in brutũ duobꝰ modis accipias. Primo qdẽ in affectũ: imaginationẽ, habitũq; bruto cõueniẽtẽ. Deinde in habitationẽ cõsuetudinẽq; inter feras ad tẽpus supplicii gratia. cõsuetudinẽ nãq; affectionẽq; brutã, esse pœnã dũtaxat antiq putãt: regressum vero in hominẽ, vbi paria & simillima subeãtur, nõ solũ suppliciũ esse, sed purgatoriũ. Post hęc



omnis seu in cibis seu verbis cũ iis inita, qui ob nefaria scelera arcent̃ a sacris, q̃ & cõtaminati cęteros quoq; vel ipsa ꝓpinqtate cõtaminãt. Qua quidẽ de re in calce noni ita ꝑtractat, vt vaticinari visus sit execrationes quotidie factas a nostris prophanos a cõmunione ecclesię ꝓpellẽtibus. Proinde medicus noster aĩos impietatis morbo lãguẽtes diligẽtissime purgaturus, ĩ primis causas hui⁹ morbi ꝑquirit. Ac dũ inquirit, Euãgelicã tradit sentẽtiã. Quicũq; eñ inqt de deo crediderit secũdũ leges, religiosus erit, neq; prophanũ quicq̃ vel aget aliquãdo vel loquet̃. Q̃z recte a fide hic dedit exordiũ! & a fide legibus adhibẽda! Sed ne turbet q̃so deorũ numerus, quẽ nõ turbat numerus angelorũ. Nihil eñ plus apud Platonẽ tot possunt dii, q̃ apud nos tot angeli, totq; beati. Cęterũ qdnã leges. s. sacrę, & oĩm antiquissimę de diis. i. de deo angelisq; deo seruiẽtibus aiunt? Profecto tria. Primũ quidem, hos deos esse. Secũdũ, oĩbus ꝓuidere. Tertiũ, iuste pro meritis merita suppliciaq; rependere. In ipsa huius sententiæ fide obseruãtiaq; pietas tota cõsistit. Quis igit̃ impius? Qui videlicet vel negabit eiusmodi deos esse, vel & si sunt, ꝓuidere, vel et si ꝓuidẽt, iuste repẽdere. Id aũt est putare supos iudicũ humanorũ more solis muneribus vel ab iniusto collatis facile posse placari. Plato igit̃ tres impii morbi causas expulsurus ꝓbabit esse deos, & q̃ in mũdo sint sphęrarũ mundi rectores, & q̃ sup mũdũ dei summi cõtẽplatores. Probabit deos oĩbus vel minimis ꝓuidere. Probabit cõstãti iustitiæ rectę bilance libraq; nõ extrinseca munera manuũ, sed intima animoꝝ merita pẽsitare. Deniq; hac doctrina veluti quodã legis exordio ab oĩ diuinoꝝ cõtẽptu dehortabit̃ oẽs, & cohortabit̃ ad pietatẽ. Pręterea legũ minimis flagellisq; perterrebit impios, atq; torquebit. Principio deos esse duobus cõmunibus indicat argumẽtis. Primũ quidẽ ab vniuerso rerum genere, secũdũ vero a specie humana deducitur. Primũ igitur est eiusmodi. Cõpertũ habemus ordinẽ vbiq; a ratione ꝓcedere, & ordinẽ quidẽ nusq̃ & nũq̃ interruptũ a ratione potẽti: ordinẽ quoq; cõmodissimũ ab optima ratione. Cũ igit̃ vniuersi tũ dispositio tũ progressio ordinatissima sit, ac semp & vbiq; talis, neq; id qdẽ absq; mirifica quadã cõmoditate, necesse est mũdum ab optima potẽtissimaq; ratione disponi, atq; moueri. Et cũ vnũ sit vniuersum, vnũ vero ex diuersis nõ fiat nisi ab vno, cõsequẽs est vnã esse summã eiusmodi rationẽ. Esse præterea rationes plures diuinas sub summa ratione diuina, quẽadmodũ in vno mundano ope rationabiliter ordinato multi sunt globi inter se specie & virtute distincti: atq; oẽs rõnabiliter ordinati: adeo vt mũdi quodãmodo multi, in amplissima videantur mundi vnius circũferentia contineri. Itaq; similiter multi mundorũ quasi angustiorum rectores deinceps dispositi, sub vno amplimi mundi rectore comprehenduntur. Qui sane cũ nõ solũ ordinator sit: sed ipse, vt ita dixerim, immẽsus ordo, multo magis ordinatore gaudet q̃ ordinato. Quocirca si multis in vniuerso ordinatis ꝓculdubio delectatur, multis quoq; oblectat̃ ordinatoribus. Quippe cum amplissimi regis excellẽtissima in hoc amplitudo cõsistat, vt nõ angustos tm̃ seruos, sed amplos quoq; & multos habeat infra se reges. Secũdũ vero ad idẽ argumentũ a specie humana deductũ, est eiusmodi. Naturalis speciei cuiusq; instinctus inanis esse nõ potest. Naturale quoq; speciei animaliũ ꝑfectissimę iudiciũ oĩno falsum esse nõ debet. Cũ vero humana species animaliũ perfectissima in oĩbus vbiq; semp naturali instinctu immutabiliq; iudicio ad religionẽ feratur, necesse est esse superos, qui religione colãtur: superesse quoq; corporibus animas. Q̃d quidẽ religionis est potissimũ fundamentũ. Attende Platonis dictũ, rationes de diuinis, et si interdũ non nimis argutas, esse tamẽ veras. Item occasiones duas ad impietatẽ, Intemperantiã. s. corporearũ voluptatũ concupiscentiã, rursusq; ignorantiã ex absurdis poetarũ physicorũq; quorũdã opinionibus ortã. Poetas in tribus circa deos errasse. Primo ꝙ ex cõfusione quã chaos nominant, erupisse deos cecinerint. Secundo ꝙ alios ex aliis absq; recta ratione, & quasi per humanũ concubitũ progenitos asseruerint. Tertio ꝙ oẽs hominũ perturbationes, errata, flagitia in deos nefaria impietate trãstulerint. Physicos quoq; illos in religione peccasse, q̃ vel cũ Democrito casu quodã temerario potius, q̃ ratione diuina cõponi somniãt vniuersum, mirabili ratione digestum, vel cũ Anaxagora & Archelao cęlestia nihil habere in se diuinius opinantur q̃ elemẽta. Præterea formas eorũ quæ gignunt̃, manifeste ad finẽ vbiq; directas, aiunt ex elemẽtali potius impetu ꝓuenire, q̃ ab arte mẽtis ad certũ finẽ singula dirigẽtis. Quoniã vero ĩ his confutandis: atq; insuper in confirmandis quæ & modo ꝓbauimus, & deinceps ex mente Platonis in hoc cõpendio afferemus, in theologiæ nostræ libris fuimus longiores, idcirco in pręsentia breuiter ꝑcurremus. Cõsidera quãta sit Platonis nostri religio, & q̃ exploratũ habeat deũ esse, qui contra negantes deũ disputãs, vix ab ira cõtinere se potest: vir alioquin supra modũ oĩm & in vita & disputatione mitissimus. In his certe admonet, nõ esse eos qui deũ negauerint, tolerãdos. Nota Platonem probare illos, qui in ortu & occasu solis ac lunæ adorant non solẽ proprie atq; lunã, sed diuinam potius beneficentiam: cui quotidie gratias pro tanto luminũ dono iubet agi. Iudicat illum inter hoĩes esse quasi monstrum, qui contra tum naturalẽ instinctũ, tum educationem, tum cõmunẽ consuetudinẽ superos esse negat. Mox vero admonet iuuenes, quos forte absurdę quędam ex auditu contra deũ opiniones inuaserint: vt q̃diu iuuenes sunt, iudicio de rebus diuinis abstineant, senioribusq; credãt & legibusq;

opprobrio satis punitus videbit. Quicūq; his monitis obtēperabit, modestus & mãsuetus habebitur. Qui vero prooemia hæc spernet, hac lege coerceat. Qui aliquē viginti annis vel plurib⁹ natu maiorē pulsauit: primū quidē qui forte interfuerit, si nec iunior nec æqualis sit, prohibeat. & si nō phibuerit, scdm leges improb⁹ habeat. Sinautē verberato æqualis aut iunior sit, quasi fratrē aut patrē aut quasi superiorē defendat. ac preterea iudicio subiectus sit: qui seniorē, vt diximus, verberauit. & si dānabit, nō minore q̄ annuo tēpore vinciat. Immo etiā maiore, si modo iudicib⁹ id videbit. Si peregrin⁹ vel ĩcola viginti annis vel plurib⁹ seniorē pulset, presentes ea lege qua diximus opitulent. & qui cōdemnatus fuerit, si peregrinus quidē est, sed non incola vrbis, bienniū vinciat: sinautē incola vrbisq; habitator legib⁹ nō obtēperat, trienniū, nisi iudices decreuerint diutius detinēdū. Qui vero præsens fuerit, nec opitulat⁹ scdm legem sit, si de primo maximoq; sit censu, mina damnet. Secundi vero cēsus si fuerit, drachmis quinquaginta. Tertii, triginta. Quarti, viginti. Horū iudices sint ductores exercit⁹: præfecti ordinū, tribuni, eqtūq; magistri. Legū vero, vt videt, aliç ad bonorū hoīm doctrinā ponunt: vt per eas intelligāt, quo pacto inter se amice versent. Aliç ad cōpescendā illorū ptinaciā, qui indomiti natura sunt, spretaq; oī disciplina, nulla ratiōe mouent: quin ad oēm ruant īprobitatē. Hi sequētiū verborū causa sunt: his legislator necessitate coactus leges īponit. Ipse nāq; nullū vellet vsum necessitatēq; legū vnq̄ fore. Quicūq; igit parētibus aut auis inferre manus ausus fuerit, nec superiorū indignationē deorū, nec inferiorū supplicia veritus: sed quasi sciat q̄ nescit: dicta a priscis oībus despiciēs, preuaricat, is vltimo vt auertat expieturq; remedio īdiget. Mors autē vltimū nō est: sed extrema magis sunt inferorū supplicia: quç licet verissime narrent, auertere tamē huiusmodi aīos nequeūt. Qm̄ si auerterent, nulli q̄ parētes scelerate pulsarēt vnq̄ reperirent. Quare oportet horū flagitiorū supplicia in hac vita nō inferiora illis q̄ apud inferos sunt, sed çqualia p virib⁹ ponere. Ita igit sanciam⁹. Siqs nō furiosus patrē aut matrē, eorūve supiores pulsare audebit, primū vt in supioribus, opē presentes ferant. Et incola qdē vel peregrin⁹ si opitulabit, in publicis certaminib⁹ tanq̄ pses aliis preponat: sin minus, a regione vniuersa ppetuo extermine. Sinautē incola nō sit, auxiliatus qdē laudē: nō auxiliat⁹, vituperiū cōsequat. Seruus opitulat⁹ liberet: nō opitulat⁹, cēties publico cædat flagello. Et si ĩ foro id cōtigerit: ibidē a venaliū rerū curatorib⁹ puniat. In aliis partib⁹ vrbis siliter ab çdilib⁹ qui psentes fuerit. Eodē modo extra vrbē in agro ab his q curādis agris tūc præsidēt. Qꝫ si ciuiū aliqs parētib⁹ a filio verberatis psens fuerit, siue vir seu mulier, siue adolescēs seu senior, defendat ptinus, scelus conclamans. Qui auxiliari noluerit, Iouis patrii ac generis seruatoris impcatione p legē pmat. Demū quicunq; pulsasse parētes cōdēnabit, primū ppetuo exulet: deinde & a sacris oībus arceat. qbus si minus abstineat, a principib⁹ agri verberib⁹ & oīno vtcūq; voluerit plectat. & si ab exilio reuertat, morte peccata luat. Quisquis vero liber, cū huiusmodi hoīe comedet aut bibet, vel aliquo pacto vna qcq̄ geret, aut tāget, aut spōte loquet, is nec in tēplū ingrediat, nec in forū, nec oīno in ciuitatē pficiscat: anteq̄ mūdet. putare nāq; debet scelerato se cōmercio cōtaminatū. Qꝫ si nō obtēperauerit: sed ciuitatē & tēpla inique coinquinet: quicūq; magistrat⁹ fieri hoc senserit, nisi cōfestim punierit, maximarū iniuriarū reus est habēdus. Si seruus liberū hoīem seu ciuē siue peregrinū pulset, presens quilibet auxiliū afferat. sin minus, predicta scdm cēsum mulcta puniat. Qui ergo psentes erūt, pulsato succurrāt: vinciātq; pulsantem & ei vinctū tradant, cui fecit iniuriā. Qui in cōpedibus teneat, verberibusq; vt velit ita pulset: vt nullū dño inferat damnū. deinde ipsum dño habendū reddat scdm legē, quç ista sit. Si seruus liberū hoīem nō imperātibus magistratibus verberauerit: dominus a pulsato vinctū ea cōditione accipiat, vt non antea soluat, q̄ pulsato seruus ipse solutione se dignū esse iam, persuaserit. Hæ vero eçdē leges ad hçc omnia mulieribus inuicem ad viros, virisq; ad mulieres communes esse debent.

Mors vltimū nō est: sed extrema poti⁹ sunt inferorū supplicia.

Argumentum Marsilii Ficini in Dialogum. X. De Legibus.



EXordiū decimi epilogū supplet noni, admonēs tractanda esse iudicia de vi in rē ipsā illata, post iudicia de vi in psonā in nono disposita. Qm̄ vero nulla vis durior & intolerabilior est, q̄ quç cōtēptu quodā infert: nimirū cōtumelias & iniurias vel in personā, vel in rē ex cōtēptu pprie natas ĩ ppria capita seligēdas esse decernit: & has qdē sub quiq; capitulis. Aut em̄ in sacra publica, aut priuata sacra, aut cōtra parētum reuerentiā: vel cōtra prestantiā magistrat⁹, vel contra ciuilē gētilemq; alicuius ciuis dignitatē cōmittunt. Hæc ergo exactissime iudicāda cæteris tā auctoribus legū q̄ magistratib⁹ iudicibusq; cōmittit. Distinguit post hçc a cæteris ea, quç in deorū cōtēptū fiunt, quasi oīm vltra q̄ dici possit grauissima: in qbus decimi huius oīs versat intētio. Sed primo qdē qd intersit sacrilegiū inter atq; impietatē, innuit. Sacrilegiū sane rapinā noīat, siue res seu psona cōsecrata superis rapiat. Atq; id quidem velut species quædā sub ipso impietatis genere contine. Nam vltra sacrilegiū sub impietate cōprehēdūtur & cætera multa in deorū contēptū siue cogitata siue dicta seu facta, & cōmissa pariter & permissa atq; etiā prætermissa. Ac ne qd nos lateat, ad impietatē etiā ptinet familiaritas & cōmunio

oporteat esse angelos atq; deũ,in theologia abũde tractam⁹. Vbi vero Plato animã appellat motionẽ, generationẽq;,intellige per modũ causę,id est ꝓpriũ motiõis generatiõisq; pricipiũ.Et vbi ait a seipso moueri,esse aĩæ rationẽ.Nota ibidẽ dici etiã rationẽ aĩæ esse ꝙ possit mouere seipsam, ne actũ motio nis intelligas esse animã,sed potẽtiã.non accidẽtalẽ inquã.Nã & substãtiã ibidẽ vocat animã.Sic ergo definies:Anima est substãtia ꝓpriã habẽs potẽtiã,qua & moueat ex se,& cętera moueat.Quẽadmodũ vero res ex se mobilis rẽ ab alia mobilẽ antecedit:sic animã dico rationalẽ antecedere putat totã machinã corporalẽ,cũ nullũ corpus valeat ex seipso moueri.Antecedere Platonici aiunt,& dignitate simul & tẽpore.Siquis vero Platonẽ a Christianis minus dissentire velit,exponat animã nostrã vel momẽto quodã tẽporis,vel saltẽ dignitate creatorisq; intẽtione ꝑcedere. Ex eo autẽ ꝙ animæ substantia prior est substãtia corporis,affectus quoq;,& motus,& dotes familiares animæ, cõcludit passionibus corporis esse priores. Vbi numerat animæ propria,memẽto quę actionẽ significãt esse animæ nostræ superioribusq; cõmunia.Quę vero passionẽ,propria nostrę,vel cũ dæmonibus infimis tãtũ cõmunia. Naturalẽ tamẽ motũ qui in corpore passio est,esse in anima actionẽ. Et qd in corpore est longitudo, latitudo,profunditas,qualitas,motus,id esse in anima acumen,iudiciũ, memoriã, habitũ, & affectũ. Cętera eiusmodi habes in Theologia distinctius. Dicit & animã esse etiã malorũ causam.s.ꝑ accidẽs, & qa aĩa nostra liberũ habet arbitriũ. Caue vbi dicit mũdũ gubernari ab aĩa.s.sua, ꝙ addit geminam esse animã,vnã quidẽ beneficam,alteram vero cõtrariã,ne substantiã accipias geminã,sed potentiam. Siquidẽ in anima mũdi atq; cælesti,potentia est:altera quidem motrix corporũ, intellectualis altera. Intellectualis certe benefica est,ordine cũcta disponẽs.motrix vero eatenus benefica,id est ordinatrix, quatenus subest alteri.Cui qdẽ nisi subesset,quãto efficacior est ad motũ, tãto magis carens arte ꝑcipitaret vniuersum atq; cõfunderet. Animã vero cęlestem habere mẽtẽ, probat ex ordine quẽ in omni motu generationeq; semp obseruat. Profecto amẽtes videmus quaten⁹ a mente alieni sunt,eatenus ab ordine alienos.Ordinẽ in pñtia dicimus mutuã inter se rerũ actionũq; cõnexionẽ cõgrua successione dispositã,& ad finẽ certũ ꝓpria quadã ratione directã,atq; in cũctis quoad fieri potest,simile,æquale,idẽq; seruãtẽ.Eiusmodi ordinẽ ab his dũtaxat q mẽtis compotes sunt,seruari videmus:atq; in ipsa vniuersi ꝓgressione prorsus impleri.Impleri ĩquã tã cõmodissime q̃ pulcherrime.Ex qbus apparet ab anima,q̃ mẽtẽ habeat & artificiosissimã & optimã,gubernari.Neq; ab re circuitũ dixit ꝓpriũ esse mẽtis.In circuitu eñ indiuisibile centrũ manet,dũ circũferẽtia redit in idẽ,& in figura motuq; seruatur æqualitas.In mẽte similiter,simplex fixusq; ad ipsum verũ directus manet intuitus, dũ causæ in effectus ꝑ media explicañ,vicissimq; effectus similiter replicañ in causas.Reditq; interim animaduersio mẽtis in seipsam cõsiderandã,& simili,æquali,eadẽ,intelligẽdo,volendo,agẽdo,intẽtione, regula,progressione ꝓcedit.Postq̃ vero & cęlestes sphęras animabus & animas mẽtibus optimis præditas esse ꝓbauit,significauitq; & vniuersum anima vna,& mľtas sphęras multis agi,iã distinguit paucis modos tris,quibus animæ cęlestibus coniũgantur,dicẽs animã vel ita globo inesse sicut anima nostra corpori vt inde animal vnũ efficiatur,vel sic adesse vt nõ viuificet qdẽ globũ,sed moueat tantũ atq; regat, siue mirabili quadã solũ mouendi potentia,siue quodã insuper medio.Et si ex tribus propositis nullũ præ cæteris manifeste hic eligat,Platonici tamẽ oẽs primũ absq; cõtrouersia eligũt,idẽq; oĩno sensisse Aristotelẽ Theophrastũq; existimãt.Putant eñ Platonẽ idem probabilius habuisse.Nam argumentatio ipsa per quã hic cęlum efficit animatum,animã ipsam innuit vna cũ moto cælo moueri . Qꝫ nisi ex ea & globo vnũ fieret animal,certe non mobilis motor esset,sed motor immobilis. Idem cõfirmat in Phædro.Idem & in Timæo dicens,cũ vellet mundi architectus, mundũ intellectuale animal facere:neq; posset intellectus absq; medio adesse corpori,coniunxisse intellectũ quidem animæ,animã vero corpori,atq; adeo vt medio infuderit mundo,& inde per cuncta diffuderit.Cæterum curnam Plato hic cęlestes tantũ deos manifeste confirmat? Quoniam superiorũ contẽplatio est a legum materia admodum aliena,& per cælestes deos qui mouentur,& propriis mancipantur officiis, satis admonet superiorem esse quęrendũ,qui & immotus ipse moueat omnes,& cõmunis dux, propria singulis assignet officia.Quid plura? Manifeste sup cælestes animas diuinã esse mẽtẽ mentesq; angelicas demonstrauit,vbi ait, cælestem animã, vtpote quæ ex se non habeat, si intellectum semper diuinũ acceperit recte cũcta ꝑducere,prout apud deos recta feliciaq; habentur:alioquin penitus aberrare.Ideo Plato vbi ab anima procedit ad mentẽ,quasi qui ab oculo ad superius ascendat lumen, veretur admodum ne caligare cogatur.Postq̃ vero deos esse monstrauit,prouidere demõstrat,a singulari quadã sentẽtia sic exordiens:Natura quædã diuinitati cognata, hoĩes nõ oĩno a specie humana degenerantes ducit ad affirmandũ esse deum,q̃uis interdum de prouidẽtia dei apparens prosꝑitas improboꝝ,quæ falsa prosꝑitas est,quę & statuto tẽpore dabit pœnas,dubitare nos cogat.Profecto deus in intelligẽdo facit,consequẽter qd facit intelligit,ac si totũ facit,intelligit quoq; totũ.Si cognoscit totũ,cognoscit & partes ex qbus totũ necessario cõstat:si partes,ergo particulas ex qb⁹ necessario partes.Potest ergo &

donec ætas,experientia,ratio doceat. Affert ꝑterea in mediũ opiniones quorũdam qui sapiẽtes habi ti sunt:ꝑ quas hoĩes facile ad impietatẽ iniustitiãq; declinãt. Opiniones inquã asserentes quatuor ele mentorũ naturas fortuito quodam motu inuicẽ cõfluentes cũcta coaceruasse. Præterea religionẽ iusti tiamq; nulla veritate,sed hoĩm opinione distare. Quãobrem cõcludit,hęc tanq̃ & priuatim & publi ce oĩm pniciosissima,esse rationib⁹:cõfutãda:neq; cogẽdos hoĩes ad legũ obediẽtiã & obseruationẽ mi nis dũtaxat atq; tormẽtis:sed ꝑsuasionib⁹ insup atq; rationibus. Alioqui hoĩem rationale aĩal, ideoq; liberũ,nisi rationis vinculo cõprehenderis,neq; debere aliter, nec posse ligari. Excitãdã igit̃ legib⁹ ra tionẽ:cuius tanta vis est ad inueniendũ deũ:vt post rationalẽ inuestigationẽ certior sit rationẽ in na tura esse q̃ in seipsa,& tanto certior,quãto naturales effectus ordinatiores cõspicit q̃ humanos. Vn de etiã tanto perfectiorẽ esse in natura artem q̃ in hoĩe aĩaduertit. Hinc rursus aĩaduertit artẽ operi bus naturalibus pręsidentẽ:cũ perfectior sit humana,& humana nõ solũ sit,sed etiã vitę sit atq; intel ligentiæ particeps,nimirũ viuã & intelligentẽ esse:imo vero vitã & intellectum: adde & volũtatem. Cum eñ singula manifeste ad proprios dirigat fines,certũ est pręuidisse finẽ atq; voluisse: immo ve ro ꝓuidere semp & velle:quẽadmodũ ordo ĩ singulis semp cõseruat̃ integer: vł vbi interrũpi videt̃,ci tius q̃ dici possit instaurat̃. Hanc vero esse diuinã pronidẽtiã,minime dubitam⁹. Prouidentiã inquam neq; minima negligentẽ:non enim hæc minus sunt ordinata q̃maxima:neq; in maximis laborantem. Non eñ ordinationi resistunt ordinatori q̃ proxima:quę eodẽ nutu volũtatis assidue ordinant̃: quo & fiunt,& procul ab omni ꝓuaricatione seruant̃. Hinc illud. In altis habitat:& humilia respicit ĩ cęlo & in terra. sicut & cælũ ipm̃ dum suũ in se absq; labore peragit cursum,interim absq; negligentia ter ram vberrimo radiorũ suorũ munere circũfundit. Inter hæc vero,ꝙ ait legẽ & artẽ natura vel nõ mi nus q̃ natura cõstare:qa ꝑles sint mẽtis,ĩtellige nõ minus veras q̃ naturæ formas existere: gigniq; ab intellectu diuino tanq̃ patre,& a mente humana velut matre. Et aduerte solitam Platonis nostri pie tatẽ inuocantis deũ ad cõfirmandos deos. Deũ inquã vnũ:vt doceat deos oẽs referẽdos ad vnũ. Dicit autẽ se dei summi auxilio frętũ tutissime de diuinis disputaturũ. Prĩcipio quidẽ eos physicos impro bat,qui summa rerũ prĩcipia corporea posuerũt,ex q̃bus deinde vita intelligẽtiaq; ꝓcederẽt: cũ dice re potius debuissent,corporea a vita intellectuali pendere. Id autẽ ita esse,ꝓfitet̃ noua nõ dico senten tia,sed ratiõe se ꝓbaturum. Sentẽtia enim eiusmodi priscorũ est ante Platonẽ theologorũ. Argumẽta tio vero qualis hic fiet a motu,Platonis est ꝓpria. Distinguit autẽ ipsum motionũ genus ĩ species de cem.s.in Circuitũ,Localẽ trãsitũ,Cõdẽsationẽ,Rarefactionẽ,Augmentũ,Decremẽtũ,Generationem, Corruptionẽ,Mutationẽ,siue alterationẽ in alio ab alio factã,& mutationẽ ex se tũ in se,tũ in alio fa ctã. Admirat̃ motũ orbicularẽ. Siquidẽ in eo stat centrũ indiuisibile,mouent̃ reliqua. Itẽ in sphęra lõ ge ꝓfunda q̃plurimi circuli designant̃,alii deinceps aliis ampliores. Atq; id q̃d mirũ est,eodẽ momen to angustissimus circulus & amplissim⁹ circuitũ peragũt:adeo vt & hui⁹ tarditas in cõtinuo corpo re,& illius velocitas sit pariter admirãda. Medii vero & ad dimensionẽ & ad motũ scd̃m certas ꝓpor tiones medio quoq; modo se habẽt. Multa de his in expositionib⁹ theologię tractauim⁹. Dicit aũt & de illo:q̃d mutat locũ,mutare centrũ,id est centrũ loci,ad q̃d corporis mobilis circũferentia cõparat̃. nõnunq̃ vero præter id ꝙ centrũ mutat,seruare etiã quodãmodo idẽ centrũ: quando.s.nõ fixum,sed translatũ loco ꝑ ęqualẽ quandã circũferentiã circũagit̃. Præterea vbi de generatiõe loquit̃,ait,princi piũ,id est naturã motricẽ atq; seminariã:quãdo alteratiõe ꝑficit,ꝑ tres ꝓcedere gradus.i.in longum, latũ,atq; ꝓfundũ:itẽ attingere vsq; ad quãtitatẽ,& qualitatẽ,formãq; substantialẽ ꝑ effectus suos sen sibus manifestã,rursus ꝑuenire ad esse formale & vitale atq; sensuale. Putat autẽ in his motibus molẽ quidẽ corpoream moueri,sed non mouere:formas vero corporeas & mouere moles & moueri ab aĩa: Aĩamq; mouere q̃dẽ duo hęc:sed ipsam nõ ab alio,ĩmo ex seipsa moueri,sed ita mouere,vt vna cũ re bus mutatis ipa interim suo quodã pacto mutet̃. Præstãtiores ergo aĩabus diuinas angelicasq; mẽtes existimat,quę inferiora moueãt,ipę interim minime ꝑmutatę. Eminẽtius deniq; ipm̃ bonũ mẽtib⁹ esse iudicat. oẽs eñ boni g̃ra appetũt veritatẽ. In his tãgit multa ad naturã ꝑ se mobilẽ ꝑtinẽtia,tanq̃ ad ꝑ priũ motiõis generationisq; prĩcipiũ. In quo motio q̃dã formalis & generatio spiritalis suapte natura viget motionũ generationũq; exẽplar. Cõfirmat sup oĩa q̃ mouent̃ ab alio,eẽ naturã mobilẽ ex seipsa, videlicet ne ꝓcedat̃ ĩ ĩfinitũ. Immo vero vt quẽadmodũ vltra illa,q̃ ꝑ aliud lucẽt aut calẽt: ꝑuenit̃ ad aliq̃d ꝑ se lucidũ,ꝑ se calidũ:sic ꝑter res ab alio mobiles ad rẽ ꝑ se mobilẽ veniat̃. Quippe si nũc q̃escant oĩa,& paulopost aliq̃d ꝓ cęteris moueri debeat,quidnã primo mouebit̃? Nõ q̃dẽ diuina substãtia ꝓr sus ĩmobilis. Neq; etiã corporea vlla q̃ motũ ab alio mutuant̃. Solũ ergo q̃d ex se mobile est,prĩo mo uebit̃,exercensq; suũ in seipso motũ,traducet in alia. Id eñ ita ꝓstat corporibus,vt moueant̃,sicut im mobile rerũ principiũ rebus ꝓstat vt moueãt. Animã vero esse naturã ꝑ se mobilẽ patet tũ intrĩsecus quãdo suapte natura libere ratiocinãdo discurrit atq; cõsultat:tũ extrinsecus q̃diu sua ꝓsentia ꝓstat corpori vt per se quodãmodo moueat̃. Sed de his oĩbus,& præterea ꝙ sup animas si hærarũ rectrices

ea vtitur,anteq̃ illis persuaserit.Quintũ,cũ ciuis alicuius ciuilis dignitas læditur vel offenditur, q̃d genus omnino vltionẽ poscit.atq; his singulis cõmuniter ꝓuidere lex debet. De sacrilegio quidẽ summatim dictum est,quid fieri oporteat,si vi aut clam peragatur.De his aũt quę verbo vel opera in deorum contemptum aguntur,quomodo punienda sint,deinceps procemio quodam proposito dicendũ videtur.Huiusmodi vero procœmiũ sit.Qui deos esse putat secũdũ leges,nec facit vnq̃ sponte impiũ quicq̃,nec loquitur.Faciunt autẽ aut dicũt impium aliquid in deos,vel quia deos esse negant, vel q̃a & si putãt esse deos,de rebus tamen humanis curare ipsos minime arbitrãtur: vel tertio q̃uis & sint & de hominibus curam habeant,facile tamen placati eos votis & sacrificiis opinantur.CLI.Quid faciemus igitur?quid ad ipsos dicemus? ATHE.Audiamus o bone vir prius quid in nostrum contemptum ioco quodã dicturos illos coniicio.CLI.Quidnã dicent? ATHE.Ita ferme in nos nugabuntur. O Atheniensis hospes,vosq; Lacedæmonie,atq; Gnosie, vere illud dicitis,q; nostrum alii nequaq̃ esse deos,alii nihil nostra curare,alii muneribus facile placari existiment. Q̃d igitur vos in oĩbus legibus ferendis faciendum esse putauistis, hoc & nunc a vobis fieri volumus, vt scilicet ante legum minas, sufficiẽtibus signis deos esse nobis persuadeatis,nec posse illos ꝑterq̃ fas est, muneribus vllis moueri. Nunc enim hæc & similia quædam audientes prædicari quotidie ab iis q̃ excellere putantur, poetis, oratoribus,vatibus,sacerdotibus,aliisq; permultis,ab iniuria quidem facienda non remouemur : sed cum fecerimus,placare deos conamur.A vobis autẽ qui atroces nullo modo sed mites legum latores esse gloriamini,poscimus vt persuasione prius adhibita q; dii sint ita doceatis, vt etiam si non multo sublimiora q̃ alii,veriora tamen loquamini. Forte nãq; vobis credemus. Quare si æquum quid postulamus,morem gerite. CLI. Atqui o amice facile est veritatem hanc ostendere q; dii sint . ATHE. Quo pacto?CLI.Primũ quidem terra,sol,sidera,ipsumq; vniuersum,temporum quoq; ornatissima varietas,annis,mensibusq; distincta,id ostendunt,Græcorum præterea barbarorumq; omnium consensus,deos esse fatentium. ATHE. Timeo o beate vir scelestos homines : timeo inquam non erubesco nec vereor,ne forte vos contemnant. Vos enim differentiæ istorum causam ignoratis,& incontinentia voluptatum cupiditatũq; tantummodo putatis ad impiam animos eorum vitam corruere. CLI. Sed quænã pręter ista,alia istorũ causa hospes est? ATHE.Q̃d vos ipsius expertes,penitus fugit.CLI. Quid hoc? ATHE.Ignorantia quædam certe grauissima,quæ maxima videtur esse prudentia. CLI. Quo pacto inquis? ATHE.Feruntur apud nos sermones,partim metro, partim soluta oratione conscripti,qui apud vos propter disciplinæ ciuilis excellentiam,vt audio,non reperiuntur. Quorum antiquissimi,primã cæli aliorũq; naturam deorum factam fuisse affirmant,nec multũ progressi,deorum generationẽ consuetudinẽq; inter se narrant.Quæ quoniam prisca sunt, quantum ad alia quidẽ siue recte seu non recte se habeant,reprehẽdere non facile est,ad cultum tamen honoremq; genitorũ, nec vtilia ipsa,nec vera esse fatebor.Prisca igitur dimittamus,deq; illis vt diis placet dicamus,iuniorum vero sapiẽtum verba,sicubi mala hoĩbus afferant,incusemus.Profecto istorum verbis illud efficitur, vt cum ego & tu hæc ipsa signa esse,q; dii sint,asserimus,solẽq; ac lunam,sidera & terram,quasi deos & res diuinas in medium adducimus,tunc iuuenes ab istis sapientibus aliter persuasi,terram & lapides hæc esse dicant,nullãq; humanarum rerum curam habere posse:sed verbis tm̃ ornatis verisimiliter sermonem de istis esse digestum. CLI. Graue id certe hospes etiam si solummodo vnus dixisset. Nũc vero eo grauius & molestius est,quo plures sunt,qui dicunt.ATHE.Quid ergo dicere,quidve facere nos oportet? Vtrũ quasi apud impios homines accusati simus,q; falso deos esse,legibus affirmamus ad defensionem accingemur? An his dimissis ad legum tractationem iterum reuertemur, ne procœmiũ legum nobis hoc excrescat in longum:cũ oratio breuis futura non sit,si pronis ad impietatem hominibus quæ requirunt, sufficienter ostendere voluerimus, atq; etiam terrore illos a scelere amouere:demũ vero quemadmodum conuenit,leges ferre? CLI.Sæpenumero in hoc breui tempore hospes a nobis dictum est,breuitatẽ nõ esse prolixitati anteponẽdã.Nihil enim nos,vt dicitur,vrget. Quare ridiculum simul & prauũ esset,si breuiora melioribus præferremus. Multum enim conferet, si verisimili ratiõe sermo noster ostẽderit,q; dii sint & boni sint,iustitiãq; multo magis q̃ homines colant. quod fere optimũ pulcherrimũq; legum omium erit exordium. Quamobrem absq; vllamolestia atq; festinatione, pro viribus nihil pętermittamus, quod ad hãc rem persuadendam pertineat. ATHE.Iste sermo tuus adeo te paratum promptumq; ostendit,vt ad preces votumq; videatur prouocare,nec morã amplius patiatur.Verumquomodo sine ira esse aliquis deos disserat? præsertim cũ necesse sit,grauiter ferre odisseq; eos,qui horum verborum nobis causam præbuerunt.Hi certe a pueritia ad deos affirmandos eo maxime inducere animũ,potuerunt,q; dum lacte nutrirentur a nutricibus matribusq;, multa & illis ioco de serio dicta decantataq; in orationibus audiebant,& in sacrificiis videbant,consentanea quæq; illis fieri, quæ suauissime pueri & vident & audiunt,dum parentes eorum summo studio pro se liberisq; sacrificare,orareq; supplices,deos,quasi q̃maxime dii sint,vide-

scit vniuersum regere: qui potest & scit puidere. Vult quoque vtiliter gubernare totũ opus suum. Gubernari vero bñ nõ gubernatis ptib⁹, nunq̃ põt. Ita neque medicus, neque architect⁹ opus totũ absque partibus ad id necessario conducentibus, optime curat. Non negligit deus minima gubernare, qui facere minima nõ neglexit. Neque difficilis est gubernatio deo: cui est pcreatio facilis. Neque mollitie ad curandum tardior est, qui oĩm est fortissimus, qui accuratius cuncta gubernat, q̃ vel ars vel natura quę ab arte naturave fiunt. Nã quãto magis a deo dependent opera dei, q̃ artis vel naturæ opera ab arte siue natura, tanto deus operibus suis puidet diligentius. per cuius puidentiã cætera quoque id habẽt, vt similiter suis quęque prouideãt. Qm̃ vero ars quo perfectior est, eo facilius parua simul expedit atque magna, in deo autẽ ars est immensa, nimirũ minima simul & maxima summa facilitate gubernat. In quibus vtique dispensandis, nõ totũ gratia partiũ, sed partes totius gratia disponit, bonũque cuiusque ppriũ refert ad vniuersi bonũ. Inter omnia vero sub luna maximã habet circa humanã speciẽ diligentiã, tũ quia pfectissima est: tũ quia ipa colit deũ: quasi ipsa singulariter excolat a deo. In his notabis, a deo sũmo p singula rerũ genera speciesque diuinos distributos esse rectores, vel minimarũ actionũ passionũque curatores. Qui sicut per potentiã eius possunt quicquid possunt, ita p prouidẽtiã ipsius vel minimorũ pcuratricẽ, minima quęque pcurãt. Notabis in siderib⁹ esse sensus, & vt Plotinus Hermiasque disputant, visum pprie atque auditũ. sed in alio quodã genere longeque pstantiore q̃ sensus aĩaliũ terrenorũ. Notabis & aĩam humanã semp corpori esse coniũctã, assidue qdẽ ęthereo corpori, p successionẽ vero tũ terreno, tũ aereo corpori. Itẽ motũ aĩę, qa primus est atque ex se, ideoque liber, posse in formas varias deriuari: vsqueadeo vt aĩa alias in habitũ inferiorẽ hoĩe, alias in supiorẽ homine conuertat, & illo quidem quasi quadã grauitate ad loca inferiora descendere: hoc autem ceu leuitate sublimia petere. Ex quo apparet conceptos ex propriis motibus habitus cũ diuinę volũtatis lege cõcurrere. Sicut em̃ lex illa dictat, bonis quidẽ animis cælestia, malis vero terrestria cõuenire: sic oĩno nullo extrinsecus impellente, & quasi naturali quodã instinctu, & bonoꝝ habitus spõte supiora petũt, maloꝝ vero ad inferiora labuntur. Hic pfecto si longius cõmẽtari liceret: exponerẽ illud obscurissime dictũ, vbi inducit aliquẽ transmutare conantẽ ignẽ in aquã aĩatã, quasi difficillima molientẽ. Nã cũ & aqua igni cõtraria sit, & aĩa creari nõ possit ex igni: nimirũ impossibilia tentat, qui ignẽ in aquã aĩatã trãsmutare molit. Neque minus obscure dictũ est, qđ de resolutione & diuisione dialectica est exponẽdũ. Nẽpe siqs diuidẽdo procedat p tres gradus: scilicet a genere quodã generalissimo ad species subalternas, ab eisque ad specialissimas, denique species facile diuidit: similiter qui per eosdẽ gradus resoluit, a specie specialissima ad subalternum genus, & inde ad generalissimũ, facile quoque resoluit. At vero q per singula numero infinita peruagari voluerit, irritum opus aggrediet. Sed de his in cõmẽtariis in Philebum. Inter hęc notabis Platonis verba Dauidis pphetę oraculo q̃ simillima: neque ascensu in cælũ, neque descẽsu in infernum diuinum posse iudicium euitari. Post hęc ostẽdit deũ a prauis, nõ posse munerib⁹ iniuste placari. Vbi considerabis deum diligẽtiorẽ esse humani generis curatorem, q̃ pastores ouium, gubernatores nauium, duces exercitus, agrorũ rustici: equorũ aurigę, medici ęgrotãtiũ. Prȩterea oĩa sub cęlo plena malorũ, perpetuũque circa aĩas bellum. In quo vitia deorsum trahũt: dii vero dęmonesque sursum. Considerabis viuas esse in deo virtutes, immo vitas: quarum scintillis quibusdam in aĩa inde succensis aĩa ad sublimia eleuat. Post vero procemia seueriori censura aĩaduertit in impios, neque solũ nefarias actiones, sed impudentiã quoque verborũ, imo & cogitationes ipsas cõtra diuinã dignitatẽ diligenter explorat: ac tres species impietatis in superioribus positas, in sex deducit: videlicet in duo quãlibet partiendo. Tres enim illę in opinione cõtra deũ falsa cõsistunt. Potest aũt vna cũ falsa opinione, ĩiquitas quoque morũ cõcurrere: põt & tolerabilior ęquitas. Cognosces hic & pœnas maleficorũ, hęreticoꝝ, supstitiosorũ, illoꝝ pterea q Pseudoprophetę cognominant. Rursus quantũ plebeã dãnet supstitionẽ. Dãnauit & supra poeticã, a qua plebea etiam cõfirmat. Vbique vero Plato tam poeticã q̃ plebeam superstitionem improbat, & ante omnia humana officia, pietatem philosophicam veneratur.

DIALOGVS.X.DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE. ATHE.



Ost leges de cęde, vulneribusque & verberibus, communis lex illa de omni vi sanciatur, vt nemo ferat asporterque rem alienam, aut vicini re vlla vtat, nisi possidẽti antea psuaserit. hic em̃ mala oĩa q̃ narrauimus, depẽderũt, pẽdentque iam, & in posterum dependebunt. Reliquorum vero maxima sunt, perulãtiũ iuuenum contumeliæ atque iniuriæ. quæ tunc maxima: quando in sacra committuntur, præsertim cum in publica atque sancta, vel in tribuum aliquarum communionem, vel aliorum huiuscemodi. Secundo vero loco habenda sunt, quando in sacra priuata atque sepulchra. Tertio quæ in parentes seorsum ab his quæ narrauimus. Quartum contumeliæ iniuriæque genus est, quando quis contemptis magistratibus, rem illorum abducit, vel

atti ita suffragari, vt vel natura, vel nõ minus q̃ natura cõstare affirmet, cũ mentis ipsius proles sint, vt recta ratio monstrat: quã tu modo dicere mihi videris, & ego credo. ATHE. O paratissimi animi Clinia, nõne arduũ est, ea rationibus prosequi, quę ita per omnes diuulgata sunt, ipsaq; prolixa sunt, nec breuitatẽ patiũtur? CLI. Quid hospes? cũ tam multa de ebrietate & musica dicerentur, eam prolixitatẽ æquo animo tulimus: de diis vero talibusq; rebus plura dicentẽ nõ auscultabimus? Enimuero legum lationi prudenter dispositę, magnũ hinc patrociniũ est futurũ, cum legum mandata literis tradita quę toto tẽpore futuro redargutioni subiecta esse solẽt, sic cõprobata quiescãt. Quare terreri nõ debemus, si auditu ardua in principio sunt, quæ vel tardi ingenii hoĩes sępius repetendo animaduertere poterunt. Hæc igiť licet prolixa, si modo vtilia sunt, non videntur abiicienda. Nec æquũ est hos sermones p viribus nõ defendere. ME. Optime mihi hospes Clinia loqui videť. ATHE. Et maxime quidem o Megille, quare faciẽdum est vt dicit. Profecto nisi sermones isti inter omnes, vt ita dixerim, homines vulgati essent, nihil opus esset, deos esse rationibus demonstrare. Nũc vero necesse est. Cũ igiť maxime leges ab improbis hoĩbus corrũpantur, cuiusnã magis q̃ legum latoris officium est, auxiliũ ferre? ME. Nullius certe. ATHE. Verũ dic mihi Clinia, participẽ eñ te rationis huius esse oportet, Nõne qui hęc dicit, ignem, terrã, aquam, & aerem, prima omniũ putare videtur? atq; hęc eadẽ naturã vocare, & ex his posteriorẽ animã arbitrari? Immo non videtur solũ: sed ista nobis oratione sua vere significat. CLI. Ita prorsus. ATHE. Num igiť per Iouem quasi fontẽ quẽdam inuenimus stultæ illorũ opinionis, qui vnq̃ quæstiones rerum naturalium attigerũt? Considera obsecro, & rationem omnem scrutare. Non enim parũ interest, si ostenderimus eos qui impiis rationibus innituntur, cæterosq; ad impietatem trahunt, nõ recte sed peruerse disserere. Mihi igiť de his ita videtur. CLI. Probe dicis, sed coneris ista ostẽdere. ATHE. At videbor rationib⁹ vti nõ cõsuetis. CLI. Ne verearis amice. Intelligo eñ q putabis longe te a pposito ferendarũ legũ abire, si disputionẽ hanc ingrediamur. Verum si non aliter cõuincere possumus recte se habere quæ de diis scdm legem modo dicũtur, dicẽdũ est omnino. ATHE. Dicã iam nouã hanc pene inauditãq; rationẽ. Quod generationis corruptionisq; oĩm prima causa est, non primũ, sed posterius factum illi sermones affirmarunt, qui animos impios effecerunt. Quod vero posterius, id prius. Quare verã deorũ substãtiã ignorarũt. CLI. Nõdũ intelligo. ATHE. Qualis anima sit, & quã habeat vim, oẽs ferme ignorasse vidẽtur, tũ quo ad alia, tũ quo ad eius generationẽ, q ante oĩa corpora nata sit, & trãsmutationis decorisq; corporũ ipsa sit maxime omniũ princeps. Si hęc ita sint, nõne q̃ animę ipsius pptia sunt, necessario priora his erũt, quę ad corpus ptinent, cum ipsa corpore sit antiquior? CLI. Necesse est. ATHE. Ergo opinio, cura, intellectus & ars & lex, duris & mollibus, grauibus atq; leuibus priora sunt. Quare ingentia & prima opa, operationesq; ipsę artis in primis erũt: quę vero natura sunt, & natura ipsa, quã nõ recte sic appellant, posterius sunt, & artem intellectũq; sequunť. CLI. Cur non recte? ATHE. Quia naturã generationem circa prima dicere volunt, primaq; ponunt corpora. Si autẽ non ignis, nec aer, sed anima primo esse videbiť, anima ipsa corpore antiquior rectissime affirmabitur: & hæc ipsa ita natura constare, si animã corporibus antiquiorẽ esse cõstiterit: aliter vero nequaq̃. CLI. Vera loqueris. ATHE. Num deinceps ad hæc ita nos comparabimus? CLI. Ita prorsus. ATHE. Rationẽ cauillatoriã fallacẽq; fugiamus, ne si forte iuuenilis ipsa nos senes fefellerit, ridiculos reddat, videamurq; magna aggressi, ne parua quidem consecuti fuisse. Si amnẽ pfundũ rapidũq; tres ipsi trãsire vellemus, & ego iunior vobis, fluctusq; magis expertus dicerẽ, periculum me primũ vobis in tuto relictis facere oportere, vtrũ transiri fluuius a vobis senioribus possit, an nõ, & postea facto periculo, aut hortari vos ad transitum, aut si transiri nõ possit, me solum periculum subiisse, modeste loqui viderer. Non aliter modo cum ratio profundior adeunda sit, fermeq; vestris viribus nõ accessibilis, nec vertiginẽ tenebrasq; vobis faciat, ad eas vos quęstiones deducens, quibus consueti nõ estis, atq; hoc pacto dedecore tristitiaq; afficiat, periculũ in me primo ita faciũdũ cẽseo, vt & me ipsum interrogẽ, & mihi ipsi respondeã, & hoc pacto vobis in tuto audientibus, totam hanc de anima disputationem pertranseam, qua prior esse corpore ostendatur. CLI. Optime hospes loqui videris, facitoq; vt dicis. ATHE. Age igitur modo magis q̃ vnq̃ deũ omni studio inuocemus, cum deos esse diligenter demonstrare conemur, rationemq; ingrediamur, rudentibus tutissime tensis. In hac autem disputatione, interrogationibus huiusmodi sic securissime respondere videor, siquis roget. O amice, stant ne omnia, nihilq; mouetur, an contra, stat nihil, cuncta mouẽtur? Vel aliqua mouentur, aliqua permanent? Huic vtriq; respondebo manere alia, alia vero moueri. Nonne in aliquo loco stant & mouentur? Quid ni? Nõnulla in vna sede id faciunt, nonnulla in pluribus. Ea ne dicis quæ stantiũ in medio vires capiunt, in vno moueri: quẽadmodũ circuli stare dicunť, licet circũferẽtia eorũ vertatur? Ita prorsus. Intelligimus autem q in hac circulatione, cũ huiusmodi motus maximũ simul minimũq; circulum circũducat, secundum proportionem, se ipsum maioribus minoribusq; dispertit: & ipse quoq; proportione seruata maior est & minor. Propterea cũctorũ factus est

Reiicitur opinio dicẽtiũ oĩm principia esse corpora.

Aggrediť demõstrare deos eẽ.

rent:necnon quotidie in ortu & occasu solis ac lunę gręcos & barbaros omnes tam in rebus aduersis q̃ secũdis conspicerent,suppliciter adorare:atq; ex hoc non suspitionem ꝙ dii nõ sint afferre:sed testimonium ꝙ sint absq; controuersia perhibere. At vero qui hæc omnia,nulla ratione,vt mentis compos quilibet diceret,moti despiciunt:proptereaq; nos ad hæc dicenda compellunt:quo pacto eos nũc mansuetis verbis corrigere,& primũ ꝙ dii sint docere possumus? audeamus tamen.nec enim decet, cum illi voluptate perdanť,nos quoq; ira in eos corrumpi. Quapropter omni concitatione animi extincta procemiũ ad eos qui ita mente corrupti sunt,aggrediamur:& quasi ad vnum eorũ ita orationem mansuete vertamus. O fili,iuuenis adhuc es:nec dubito, quin progressio temporis faciat:vt de multis aliter q̃ nunc,sentias.Expecta igitur oro,vt tunc de rebus maximis iudices.Maximũ autem est qđ tumodo nihil arbitraris,vt recte de diis sentiẽtes,bene viuamus.Verum si hoc in his permagnũ tibi sacrificauero,minime mentiar.Nõ tu solus nec amici tui primi,hanc de diis opinionem habetis sed aliqui semper,tum plures,tum pauciores hoc modo laborant. Qđ vero plurimis illorum contigit,tibi narrabo.Profecto nullus eorum ab adolescẽtia vsq; ad senectam in hac opinione ꝙ dii nõ sint perseuerauit.Reliqui autem duo morbi q̃uis non multis,nonnullis tamẽ permanserunt:ꝙ dii sint quidem:sed de rebus humanis nihil curent. Vel ꝙ curent,sed facile precibus sacrificiisq; placentur. Tu igitur si mihi credes,expectabis,donec plane constet tibi pro viribus,quid de his iudicãdum sit. Vtq; id assequaris,diligenter considerabis,siue sic siue aliter se res habeat:& a cæteris omnibus,& a legum latore maxime sciscitaberis.Interea noli tam temerarius esse,vt impie de diis sentias. Is enim qui tibi leges ponit,& nũc & postea,quomodo ista se habeant,docere conabitur.CLI.Optime hucusq; hospes nobis est dictum.ATHE.Prorsus est ita o Megille atq; Clinia.Sed in mirabilem quendam sermonem nescientes incidimus.CLI.Quẽnam? ATHE.Qui a multis sapientissimus esse putatur.CLI.Dic clarius.ATHE.Res omnes nonnulli aiunt,quæ fiunt,quæ futurę,quæq; factę sunt,vel natura,vel fortuna,vel arte fieri.CLI.Et probe quidem.ATHE.Certe non absurdum est viros sapientes probe dixisse.Quare sequamur ipsos:inquiramusq; quidnam intellexerunt.CLI.Omnino.ATHE.Maxima dicũt atq; pulcherrima natura fortunaq; fieri:Arte vero minora:eamq; dicunt accepta a natura magnorũ primorumq; operum generatione,fingere,fabricareq; minora omnia,quæ artificiosa ab omnibus appellantur. CLI.Quomodo id ais?ATHE.Sic planius dicam.Ignem,aquam,terram,aerem, omnia hęc non arte sed natura & fortuna esse dicunt.Corpora etiam quæ post hæc sunt:rerum terrenarum,solis,lunæ,stellarum omnium,ex istis anima prorsus carentibus facta fuisse aiunt:fortunaq; virium lata singula casu singulis conuenisse:atq; ita frigida calidis,sicca humidis,mollia duris,& omnino contraria contrariis,duce fortuna,necessario contemperata fuisse.Hoc pacto cælum totum, & quæ in eo sunt omnia,animalia quoq;,& plantas,& anni tempora fuisse producta:non per intellectum, neq; per deum aliquem:sed natura,vt diximus,atq; fortuna. Ex quibus artem postea mortalem a mortalibus factam,posteriores quasdam res genuisse,non penitus veritatis participes,sed simulacra quædam sibi ipsis cognata,qualia pictura,musica,cæteręq; artes his similes generant.Si quæ vero artes serium aliquid faciunt,eas esse quę vim suã cũ natura cõmunicant:qualis est medicina,agriculturaq;,gymnastica.Ciuilem pręterea peritiam aiunt,parua quadam parte cum natura:magna vero cum arte concurrere:atq; ita vniuersam legũ positionẽ non cum natura,sed cum arte,cuius positiones veræ non sint cõuenire.CLI.Quonam pacto?ATHE.Deos o beate vir,non natura, sed arte & legibus quibusdam constare volunt,eosq; aliis alios esse,put singuli secum consentientes lege sanxerũt.Pulchra vero vel honesta,alia natura,alia lege consistere.Sed iusta natura minime esse:immo vero hoĩes de his semper inuicem disceptare,& noua quotidie constituere,& quæ nuper statuerũt,quatenus illis sic placet eatenus esse iusta,non natura quidem,sed arte & legibus stabilita.Hæc sunt o amici quæ sapiẽtes viri, tum poetę,tum scriptores alii iunioribus tradiderunt,dicentes iustam esse eam possessionem,quæ vi & victoria comparať.Vnde iuniorib⁹ impietas innasciť,vt credãt nõ eẽ deos,quales credere leges iubent.Hinc etiã seditiones oriunť,p quas ad eã hoĩes vitã quasi scđm naturã rectã trahunť,qua ita viuãt vt ceteros vincãt,nec scđm leges aliis seruiãt.CLI.O qualẽ hospes rẽ narrasti,qualẽq; pestẽ iuuenũ & publice ciuitatib⁹,& priuatim domib⁹ suis illatã?ATHE.Vera narras o Clinia.Sed cũ ita se res habeat,qđ legũ latori agẽdũ cẽses?An solũ minari oĩb⁹ hoĩb⁹debet?eos oĩno pœnas daturos,nisi deos esse credãt,talesq; opinenť,quales a legibus tradunť,deq; honestis & iustis & maximis q̃buscq; rebus, ac de virtute & prauitate,ita oĩno arbitrenť & agant,vt legũ lator pscripserit.Si igiť nõ paruerit,alios mortis supplicio,alios flagellis & vinculis,alios dedecore,alios exilio,egestateq; puniendos. Ita ne minabiť qđe tãtũ legũ lator,vt aũt ĩ legũ latiõe psuasionẽ minis adiungat,qua mitiget,nihil curabit? CLI.Minime hospes,sed siqua in huiuscemodi rebus vel modica psuasio inueniri põt,non debet legũ lator qui modo alicuius precii sit,labore inde deterreri,sed q̃maximo,vt dicitur,clamore potest,priscę legi auxiliũ ferre,rationibusq; ostendereq; dii sint,& q̃cq; ipse pauloante dicebas,atq; ipsi legi &

Res oẽs vel natura vel fortuna,vel arte fieri.

Quę pulcherrima, a natura & fortuna fieri: minora vero ab arte.

Vide vt medicinã ad naturã, ciuilis ad artẽ magis inclinet secũdũ veteres sapientes.

corporis vere inanimati mutatio est.CLI.Probe. ATHE.Recte igit & ꝓprie,vereq; & absolute diximus prius corpore animã factã fuisse,corpus vero posterius atq; secũdo, aię secũdũ naturã dominãti subiectũ.CLI.Verissima hęc sunt.ATHE.Recordamur nos in supioribus cõcessisse, si antiquior corpore aĩa declaret,illa etiã quę aię cõpetũt,iis q̃ corporis propria sunt,priora esse simul declarari?CLI. Maxime.ATHE.Affectus ergo,mores,volũtates,cogitationes,verę opiniones,curę, memorię,omnia hæc longitudine corporũ,latitudine,profunditate,robore,prius facta sunt,sicut & aĩa corpore. CLI. Necesse est.ATHE.Num etiã cõcedere cogimur bonorũ & malorũ,honestorũ & turpium,iustoꝝ & iniustorũ,cęterorũq; contrariorũ causam esse?siquidem causam omniũ ipsam asserimus.CLI.Cur nõ? ATHE.Animã cũcta gubernantẽ,& in oĩbus quę mouent habitantẽ:nõne & cęlũ gubernare necessario confitebimur?CLI.Omnino.ATHE.Vnam igitur an plures?Plures certe,vt ego pro vobis respõdeam.Nec pauciores q̃ duas ponere debemus,vnã beneficã,contrariã alteram.CLI.Recte admodum. ATHE.Vniuersa ergo q̃ in cęlo sunt,quę in terra,quę in mari,suis motibus anima ducit,quibus nomina sunt,velle,considerare,curare,consultare,recte & nõ recte opinari,lętari,dolere,audere,metuere,odisse,diligere,& cęteris præterea motibus oĩbus,q̃ horũ affines primiq; sunt,qui & secundos corporũ motus suscipiẽtes,oĩa in augmẽtũ decrementũq; pducũt,cõcretionẽ,vel cõdensationẽ, & discretionẽ,vel rarefactionẽ,& ĩ ea q̃ ista sequunt,caliditates,frigiditates,grauitates,leuitates,durũ, molle, album,nigrum,austerum,dulce,amarũ,& deniq; omnibus,quibus anima vsa si intellectũ quoq; semp diuinũ acceperit,recte cuncta diis recta feliciaq; perducit,sin vero amentia coniũcta fuerit,omnia his cõtraria facit.Damus ne ista sic se habere?an adhuc ambigui sumus? CLI. Nullo modo ambigimus. ATHE.Vtrũ ergo animę genus,cęlũ,terrã,totũq; orbẽ regere arbitramur,qđ mente virtuteq; refertũ est?an qđ caret vtrisq;?Vultis ne vt ita respondeamus?CLI.Quo pacto?ATHE.Ita dicamus o mirifice vir,si vniuersus cęli circuitus,& omniũ quæ in eo sunt,progressio,mentis motui & circulationi,& rationi similẽ habet naturã,& simili quadã ratione peragitur, constat optimã animã totius mũdi curã habere concedendũ esse,vnde tali ratione circũuoluat.CLI.Recte.ATHE.Sin vero furiose & sine ordine mouet,malã.CLI.Hæc quoq; recte.ATHE.Quã igit mentis motus naturã habet?Sed ad hãc q̃stionẽ o amici prudẽter respondere difficile est.Quare par est vt ego vobiscũ respondeam. CLI. Probe loqueris.ATHE.Cauere itaq; debemus,ne quasi ex opposito ad solẽ cõuersi,& in meridie noctem agẽtes,perinde respõdeamus,ac si mortalibus oculis mens sufficiẽter cõspici cognosciq; possit. Tutius enim videbimus,si ad imaginẽ eius respiciamus.CLI.Quo pacto dicis?ATHE.Videamus cui potissimũ decem illarum agitationũ similis sit intellectus,vt tanq̃ imagine hac vtamur.Eã ego in memoriã vobis reducã,& pro omnibus respondebo. CLI.Optime.ATHE.Meminisse oportet & illud a nobis in superioribus esse dictũ,omniũ q̃ sunt,alia stare,alia vero moueri.CLI.Sic dictũ fuit.ATHE. Quinetiã eorũ q̃ mouent,nõnulla vno in loco,nõnulla in pluribus agitari. CLI.Hoc quoq;. ATHE. Motus autem qui semper in vno fit,necessario circa mediũ aliquod agitur, & circuli torno confecti similis est:ideoq; mentis circuitum pro viribus imitatur.CLI. Quomodo id dicis? ATHE. Per eadẽ certe,eodem modo,in eodẽ,circa eadẽ,ad eadem,vna ratione,& ordine vno ferri vtraq; assero . Nẽpe si dicamus mẽtẽ motũq;,qui in vno fit,sphęrę torno confectę lationibus similes,nũq̃ rudes bonarum imaginũ opifices erimus.CLI.Recte admodum.ATHE.Contra ergo motus qui nunq̃ similiter,nec p eadem,nec in eodẽ,neq; circa eadẽ,neq; ad eadẽ,neq; in vno fertur,nec ordine & ornatu rationeq; aliqua,omni profecto amentiæ cognatus est.CLI.Proculdubio. ATHE.Iam ergo aperte possumus clamare,cum ab anima cũcta circũducãtur,necessarium esse cęli circuitum a procurante exornãteq; anima circũduci,siue optima illa qđe,siue contraria.CLI.At hospes ex dictis iam apparuit,nefas esse aliter dicere,q̃ ab aĩa,omni virtute referta,siue vna seu pluribus hæc oĩa circũagi. ATHE. Optime tu Clinia citoq; hęc intellexisti.sed illud adde.CLI.Quidnã?ATHE.Si solem,lunam, cęteraq; sidera anima ducit cuncta,nonne singula quoq;?CLI.Quid ni? ATHE.De vno igit verba faciamus, quæ astris oĩbus possunt accõmodari.CLI.De quo? ATHE.Solis qdem corpus omnes homines vident,animam nemo,nec etiã alterius animaliũ corporis,nec viui,nec mortui. Idq; genus cum nullo corporis sensu percipiat,sola mẽte cõprehendit.Quare & nos de ipso,hoc sola intelligẽtia capiamus. CLI.Quidnã? ATHE.Cũ solẽ anima moueat,si triũ modorũ aliquo ab ea fieri hoc asserimus,fortasse nõ aberrabimus.CLI.Quos dicis modos? ATHE.Qꝫ vel intus in hoc rotũdo corpore inest,& quo libet ipsum trãsfert, quẽadmodũ nos anima nostra quo libet ducit.Vel ipsa foris qdẽ est,& corpus aliquod ignis vel aeris nacta,vt quidã aiunt,per vim corpus corpore pellit. Vel tertio,q̃uis ipsa nuda corpore sit, quia tamen alias vires supra modum mirabiles habet,facile ducit.CLI.Certe vno istorum modorum ab anima agitari cuncta necesse est. ATHE.Præstat autem,vt siue curru quodam intrinsecus teneat corpus illud eius anima,lumenq; ita cũctis effundat,siue foris sit,seu quomodocunq; quis excogitet. Deũ esse ipsam omnes arbitremur.An aliter?CLI.Ita certe,nisi qs extrema demẽtia teneatur.ATHE.

Vniuersa quę i cælo terra & mari,anima ducit.

Quæ sint nõia motuũ aię.

Anima cõiũcta intellectui pducit oia recte, seiuncta contrariũ efficit.

Cæ reuerẽter modesteq; cẽlendum sit de deo aliisq; reb⁹ altis.

Trãslatio disputationis, vt res altior iudicet in re faciliore.

Solẽ mouet aĩa.

fons mirabiliũ. Vna em̃ cum magnis paruisq; circulis velocitates tarditatesq; cõuenientes ita transigit, vt incredibile qddam peragere videat. Vera narras. In multis vero moueri, dicere mihi videris, q̃cunq; ex alio in alium semper trãseunt locum: & nõnunq̃ alicuius centri vnius obtinent basim: nõnũq̃ plura: eo q circũuoluantur: & cũ singula sibi inuicẽ passim occurrãt, si stãtibus resistẽtibusq; obuia fiunt, scinduñt: sin vero contra latis, vnũ facta tã hęc q̃ ipsorum intermedia coniunguñt, atq; cõdensantur. Fateor vtriq; hæc ita se habere, vt tu ais. Atqui coniuncta densataq; augenẽ, disiuncta vero rarefactaq; minuuñt, qñ prior singulorum habitus permanet: qñ vero non permanet, ppter vtraq; corruptio sequitur. Fit igitur omniũ generatio, quando passio quædã fit: cum videlicet principium capto incremento ad secundã perueniat translationẽ, & ab hac in pximã: cũq; ad tres vsq; puenerit, in sentiẽtibus sensum habuerit. Hac ergo trãsmutatione atq; trãslatione quodlibet gignitur. Vere autẽ est, quando permanet. Q2 si in alium habitum permutatum sit, iam penit⁹ est corruptum. Species motuũ omnes præter duas o amici iam diximus. CLI. Quas illas? ATHE. Illos o bone vir motus nondum diximus quorum pene gratia tota hæc consideratio est. CLI. Dic planius. ATHE. Animæ gratia disputationẽ hãc aggressi sumus. CLI. Maxime. ATHE. Sit ergo alter motus, quo quid alia semp mouere potest quidem: seipsum vero non potest. Alter quo quid & seipsum semp & alia potest mouere, cõiũgẽdo, disiungendo, augendo, & contra: generando p̃terea & corrumpendo. Qui motus a cęteris omĩbus est distinctus. CLI. Sint vt vis. ATHE. Nõne motum illum nonum ponemus: quo aliquid ab alio mouetur, & alia mouet? Decimum vero collocabimus illum, quo & se mouet & alia: qui certe omnibus actionib⁹ & passionibus se accõmodat: rerumq; omnium quæcunq; sint, reuera motus & transmutatio nuncupatur? CLI. Ita prorsus. ATHE. Quẽ potissimum ex decem motibus cæteris omnibus tanq̃ robustissimũ & efficacissimũ pręponemus? Necesse est eum quo quid & se & alia mouere potest, longissimo interuallo p̃cedere, cæteros aũt omnes esse longe posteriores. CLI. Probe. ATHE. Sed vnũ vel duo nõ recte locata, aliter ponenda sunt. CLI. Quęnã? ATHE. Qđ de motu decimo dixim⁹, non recte est dictũ. CLI. Quare? ATHE. Quia qui decimo enumeratus est, tã gñatione q̃ robore scđm rationẽ prim⁹ est. Secundus vero, quẽ nono absurde loco enumerauimus. CLI. Quomodo hęc dicis? ATHE. Sic. Quando aliud ab alio mouetur: idq; rursus semp ab alio: erit ne in talibus aliquid qđ primo moueatur? Ac quomodo id cũ ab aliquo moueat, eorũ quę mouentur, primũ erit? Certe impossibile id est. Sed quando aliqđ seipsum mouens, aliud quoq; mouebit: illudq; aliud, & sic deinceps plurima mouebuntur: an aliud totius motus principiũ erit, q̃ mutatio ei⁹ qđ seipsum mouit? CLI. Egregie dictũ id, & concedẽdũ est. ATHE. Pręterea sic nos ipsos interrogemus, & ipsi nobis respondeamus. Si quouis modo vniuersa simul steterint, vt plurimi taliũ audent dicere, quẽ motũ potissimũ ex omnibus primũ in ipsis fieri asserem⁹? Eũ pfecto, quo qd seipsum mouet. Motus enim dependens ab alio, non prius incidet, q̃ alia q̃dam ipsis inciderit pmutatio. Quapropter initium oĩm motionũ primũq; motũ, qui & instantibus factus sit, & in his quę mouentur modo insit, illũ fateri necesse est, quo qd seipsum mouet: & hãc esse antiq̃ssimã oĩm potẽtissimãq; mutationẽ: secũdã vero illã: qua quid ab alio mutaẽ, & alia mouet. Verissime dicis. Postq̃ hucusq; disputando deuenimus, hoc quoq; respondeamus. CLI. Quidnam? ATHE. Si primũ motũ in terreno vel aquatico vel igneo corpore, siue simplici, seu mixto viderimus quã inesse ipsi passionẽ dicemus? CLI. Nunquid rogas, si viuere ipsum dicẽdum sit, qđ a seipso moueatur? ATHE. Id ipsum. CLI. Viuere certe. ATHE. Quid vero cũ animã esse in aliquo viderimus, num ob aliud viuere ipsum q̃ ob hoc putabimus? CLI. Ob hoc ipsum. ATHE. Attende per Iouem obsecro nunquid velis tria in re qualibet intelligere. CLI. Quo pacto? ATHE. Vnũ substantiam ipsam. Vnũ substantiæ rationem. Vnum quoq; nomen ipsum. Interrogatiões etiã de omni re duas esse. CLI. Quo modo duas? ATHE. Q2 videlicet nõnunq̃ nomine nobis proposito, rationẽ ipsam quæramus: nõnunq̃ rationem assecuti, nomen iam inuestigemus. Sed volumus ne hoc iterum dicere? CLI. Quidnam? ATHE. Bipertita distinctio, & in aliis, & in numero reperitur. Et in numero sic diuiso, nomẽ quidem par est: Ratio autem numerus in duo ęqualia diuisibilis. CLI. Certe. ATHE. Tale aliquid dico. Nõne idem in vtroq; significamus, siue nomen interrogati rationẽ: siue rationem interrogati nomen reddamus? quãdoqdẽ vnam eãdẽq; rem noĩe qdem parẽ, ratione vero numerũ in duo æqualia diuisibilẽ appellamus. CLI. Idem omnino. ATHE. Rei vero illius cui nomen est aĩa, quędã ratio est? Nũ habemus aliã rationem, pter eã quã modo diximus, q ipsa possit seipsam mouere? CLI. A seipso moueri asseris rationẽ esse illius substantię quã noĩe oẽs aĩam appellamus? ATHE. Assero equidẽ. Qđ si ita est, an ad huc desideramus sufficientius demõstrari, idẽ esse aĩam, & primã generationẽ ac motũ rerũ quę sunt quę fuerũt: quęq; futurę sunt: oĩmq; rursus istis contrariorum? quandoquidem transmutationis motusq; omnis omnibus causa esse apparuit. CLI. Minime. Nam sufficiẽtissime mõstratũ est aĩam, omnibus antiquiorẽ esse, cũ motus principiũ sit. ATHE. Nõne igiẽ motus q ab alio in alio fit: quove nihil vnq̃ seipm mouet, secũdus est, & quoto qs velit nũerorũ ĩteruallo supiori motui postponendus? sigdẽ

Quę antiq̃ssima & potentissima mutatio.

Aĩæ rõ, q pot seipsã mouere.

ATHE.Quinetiā mortalia cūcta viuētia a diis fieri possideriq; queadmodū & cęlū vniuersum, dicimus.CLI.Proculdubio.ATHE.Iā ergo seu parua hęc siue magna qs dixerit diis esse, nullo modo cū prouidētissimi atq; optimi sint,negligēda sibi sua possessio est.Sed illud ꝑterea cōsiderem⁹.CLI.Quid nā?ATHE.Nū sensus & vires cōtrario īter se modo ad facilitatē difficultatēq; se naturaliter habeāt. CLI.Quid ais?ATHE.Parua qppe difficilius q̄ magna videnť & audiunť.Facilius aūt tenenť sentiutur q; & ꝓuidētia gubernanť parua oīa & pauca,q̄ eoꝝ cōtraria.CLI.Certe multo facilius.ATHE.Quid vero?cū medic⁹ totū corpus curare velit ac possit,si magnis ꝓuiderit,parua cōtēpserit, an bene huic vnq̄ se totū habebit?CLI.Nūq̄.ATHE.Sed nec gubernatores,nec ipatores, nec patresfamilias,neq; ciuitatū moderatores,neq; vlli oīno tales,paucis paruisq; neglectis recte multa & īgētia gubernabūt. Nā lapides quoq; magnos sine paruis bene strui negāt architecti.CLI.Certe.ATHE.Caueamus autē ne deū mortalib⁹ opificibus viliorē putem⁹.Isti sane quāto peritiores sunt,tāto arte vna ī ꝓpriis ipsorū opibus & parua simul & magna exqsitius absolutiusq; pficiūt,Deus vero q sapiētissim⁹ est,& curare potest ac vult:magnis qdē ꝓuidebit solū,parua aūt q̄ facilius gubernari possunt, ꝓpter pigritiā & ignauiā negliget? CLI.Nullo mō hāc hospes de diis opinionē admittēdā putam⁹.Nefaria em̄ hæc & falsa penitus cogitatio.ATHE.Satis iā aduersus eū,q neglīgētię crimine deos incusat, disputasse videmur.CLI.Certe.ATHE.Verū hactenus quodāmō rōne coegim⁹,vt falsa se opinari cōfiteret.Indigere quoq; psuasione,qua veluti cantu quodā capiať,existimo.CLI.Quęnā hęc persuasio est?ATHE. Huic adolescēti psuadeam⁹,eū q toti ꝓuidet,ad virtutē salutēq; totius oīa ordinare,cuius pars q̄q; p viribus qd sibi conuenit agit & patiť:atq; his singulis ꝓpositi principes sunt,q minimarū etiā actionū passionūq; p singulas & extremas vniuersi particulas distributione ad vltimū vsq; pacta curā habēt. Quarū vna tua o miser pticula est,q̄ & ad totū semp respicit,q̄uis minima sit.Tu vero ignoras oēm singuloꝝ gnationē illius gr̄a fieri,vt vniuersi ipsius beata vita sit.ei⁹ substātia nō tui gr̄a est,sed illius tu gr̄a fact⁹ es.Medic⁹.n.& artificiosus opifex oīs,toti⁹ gr̄a singula facit, & ad cōem pfectiōnē dirigit oīa:nō totū ad partē,sed ptes ad totū singulas referēs.Tu autē moleste fers,qa ignoras quo pacto qđ tibi optimū est,vniuerso simul & tibi ꝓ cōis gnatiōis virib⁹ cōuenit.Qm̄ vero aīa cū corpe semp,mō cū alio,deinde cū alio cōiūcta,variis mutationib⁹,aut ꝓpter seipsam,aut ꝓpter aliā aīam cōmutať,nihil aliud harū rerū ordinatori tāq̄ talos iacięti restat,q̄ vt q̄si trāsponēdo pmutet, meliores qdē mores ī meliorē locū:in deteriorē vero deteriores,ꝓut singulis cōuenit,vt sortē sibi cōgruā singula cōsequanť.CLI.Quō id ais?ATHE.Ea ratiōe mihi dicere videor,qua facillime dii cūctis ꝓuideāt.Nā siqs ad totū semp respiciēs,fingit queq;,et ad ipm̄ oīa trāsfigurat,vt ex igne aquā aīatā, nec multa simul ex vno vel ex multis vnū,primę,aut secūdę,aut tertię gnationis pticipātia multitudine infinita trāspositi hui⁹ ornat⁹ erūt.Nūc aūt mira facilitas in eius ope est,q toti ꝓuidet.CLI.Quo pacto id rursus ais? ATHE. Ita. Qm̄ rex actiones hoīm oēs aīatas esse pspexit,multāq; ipsas in se virtutē,multā etiā prauitatē habere,quodve factū est animā & corpus,pditionē nō pati,neq; tn̄ æternū esse, qua lege dii sunt,nā si alterutrū horū pderet,oīs cessaret aīaliū gnatio.ꝑterea qđ ipsi⁹ aīę bonū est,iuuare, qđ malū,cōtra nocere:hęc inquā oīa qm̄ pspexit,idcirco excogitauit vbi ps q̄q; locata maxime,optime,facillimeq; virtuti victoriā,vitio vero ne vicat,īpedimētū in vniuerso pbere possit. Adinuenit igiť ad vniuersū hoc,q̄le factū qdlibet q̄lē sedē habitationēq; & q̄lia loca sortiri debeat. Causas vero talis cuiusdā aut talis gignēdi,volūtatib⁹ nr̄is dimisit. Vbicūq;.n.qs cupiat,q̄lisq; anim⁹ sit, ibi ferme semp habitat,& talis fit,vt plurimū.CLI.Cōgrue.ATHE.Quęcūq; igiť aīam hn̄t,trāsmutanť: qppe cū trāsmutatiōis ī seipsis cām habeāt.Trāsmutata scđm ordinē legēq; fatoꝝ ferunť.Et q̄ min⁹ peccarūt,min⁹ p funde,ac ī regionis supficie vaganť,q̄ magis atq; atrocius,decidūt ī ꝓfundū,& ī regionē īferiorē delabunť,quā īferoꝝ vocabulo silibusq; noīb⁹ appellātes,tā viuētes q̄ a corporib⁹ soluti somniāt atq; formidāt.Aīa vero q̄ maioris virtutis vel vitii cōpos est,qn̄ ꝓpria volūtate & assidua cōsuetudine vehemētius pmutata,diuinę virtuti adhęsit,talisq; pcipue facta est:in locū silr lōge meliorē sanctūq; trāsferť:q̄ vero cōtrario mō affecta est,ī cōtrariū trāslata,vitā pagit suā.Hoc deoꝝ q cęlū habitāt o puer & adolescēs q a diis negligi putas,iudiciū est,vt q peior sit,ad peiores,q melior,ad meliores aīas, tā ī vita q̄ in oī morte ꝓficiscať,patiaturq; & agat q̄ a silib⁹ ad siles fieri oportet. Quare nec tu,nec alius vllus optet,cōfidatq; se adeo felicē fore,vt iudiciū hoc deoꝝ effugiat atq; exuperet.Nā q hoc sanxerūt,firmius q̄ cętera oīa stabilierūt,vt cauēdū oīno sit.Nūq̄ em̄ ab illo negligeris,nec si ita paruus sis vt in terrę ꝓfundū ingrediaris,nec si adeo sublimis fias,vt pēnis eleuat⁹ in cęlū voles: sed cōueniētia supplicia dabis,siue hic manēs,siue ad inferos profectus,siue ad remotiorē aliquē inaccessibilēq; locū translatus.Eadē quoq; de illis ratio sit,quos p nefaria scelera ex paruis in magnos viros euasisse intuitus putasti ad felicitatē ex miseria peruenisse. Quoꝝ in opationibus velut in speculo, deorū ad oīa negligentiā inspexisse existimasti,q; videlicet ignorabas ad quid eorum progressus vniuerso conducāt. Non oportet autem hoc o vir prestātissime ignorare,quod qui nescit , nec viuēdi formā vnq̄ cōspi-

De vniuersis præterea stellis & luna, annis, mensibus, cunctisq; tēporibus, qd aliud q̃ hoc ipsum dicea mus? Qm̃ aīa aut aię oībus virtutibus prędite horū oīm causę demonstratę sunt, deos esse eas affirmabimus: siue in corporib⁹ sint, & tanq̃ aīalia q̃dam cælum totū exornent: siue quomodocunq; aliter agere id dicant. CLI. Oīno. ATHE. Ita ergo istis cōcessis, poterit ne aliqs negare plena deorum oīa esse? CLI. Nullus adeo mēte capt⁹ est, hospes. ATHE. Ei ergo q deos esse negat, positis terminis o Clinia & Megille sermonem iam relinquamus. CLI. Quos terminos īponem⁹? ATHE. Vt vel doceat nos non recte opinari, cū aīam gñationē primā oīm dicimus: cęteraq; a nobis cōsequenter dicta, vera non esse. Vel si nihil melius q̃ nos dicere pōt, nobis credat: & ita in posterum viuat: vt deos non ambigat. Verū consideremus nūc vtrū sufficienter deos esse aduersus negantes ostendimus, an non. CLI. Sufficienter dictum est hospes. ATHE. Disputatio igitur aduersus istos, finem habeat. Sed ille iam, q q̃uis deos esse dicat, curā tñ humanarū rerū negat habere, sic a nobis est suadēdus. O vir eximie, dicamus, natura q̃dam diuinitati cognata ad rem tibi coniunctā affirmandā colendāq; ducit: qñ deos esse asseris. Sed improborū iniustorūq; hoīm publice priuatimq; successus, q licet reuera felices non sint, vulgo tñ felices habent, & carminib⁹ frequenter cęterisq; sermonibus extollunt, temere ad impietatē tep̃cipitē agunt: aut etiā cū scelestos hoīes videas ad seniū vsq; ita deuenire, vt filios atq; nepotes in maximis relinquāt honorib⁹, valde turbaris. Audisti fortassis, aut etiā ipse vidisti nōnullos, q̃uis iniuste & ípie multa gesserint, ꝑpter ipsa tñ scelera ex re parua in magnā, & ex infimo gradu ad tyrānidē peruenisse. Propterea cū deos harū rerū auctores eē ꝑpter ipsam cū illis coniunctionē incusare, & aduersus eos peccare nolis, nōnulla duct⁹ absurditate, ac diis ipsis succensere non volens, huc tādē delapsus es, vt licet deos esse arbitreris, humanas tñ res ab illis negligi credas. Ne igit̃ hæc opinio ad grauiorē te trudat impietatis morbū: remediū ꝑ virib⁹, opinionē hāc refutātes, adhibeamus. Quocirca sequentē disputationē cū p̃cedēte illa rōne iungemus: qua aduersus eos etiā q deos esse negabāt, vsi sumus. Tu vero Clinia & Megille, ꝓ adolescente, vt fecistis hactenus, rñdete. Atq; ego si arduū qd inciderit, vos suscipiens vt nūc feci, trans fluuiū ducā. CLI. Recte dicis: & ita facito. nos quoq; pro viribus faciemus. ATHE. Nō erit forsan difficile demonstrare, deos non minus minimarū rerū q̃ maximarū curā habere: p̃sertim cū pauloante dictum fuerit, eos omni virtute refertos, ꝓuidētiā oīm sibi ꝓpriā vendicare. CLI. Et maxime qdem. ATHE. Qđ sequit̃, cōiter inuēstigem⁹: q̃ sit virtus eorū qua boni esse cōcedunt̃. Age, nonne tēperatū esse, mentēq; habere, virtuti dant̃, & contraria vitio? CLI. Certe. ATHE. Quid porro? Nōne fortitudo virtuti etiam dat̃: timiditas vitio? CLI. Valde. ATHE. Et horū alia turpia, alia honesta dicunt̃? CLI. Necesse est. ATHE. Et q̃ in his vitia sunt, nobis qdē inesse posse: deos vero eorum participes nullo mō dicem⁹? CLI. Hæc etiā quis cōcederet. ATHE. Nunqd neglıgentiā, delitias, otiū, animi virtutē putabimus? An aliter? CLI. At quō? ATHE. Nū contra? CLI. Ita sane. ATHE. Horū ergo cōtraria in cōtrariū. CLI. Sic vtiq;. ATHE. Qui delitiis, negligentię, otioq; dedit⁹ est, quē Hesiodus ignauis maxime fucis similē dicit, nōne odio nobis habet̃? CLI. Rectissime ꝑfecto poeta ille cecinit. ATHE. Non ergo dicēdus deus eos mores habere, quos odit, nec ꝑmittēdus est vllus ita dicere? CLI. Nullo modo. ATHE. An ille, ad quē opis alicui⁹ effectio & cura maxime ptinet, magna in eo ope curabit: parua cōtēnet? Quō si hāc opinionē laudauerimus, nō errabimus? Sed ita istud cōsideremus. Nonne siue homo siue deus, duabus de causis negligit? CLI. Quibus? ATHE. Vel qa nihil interesse totius putat, si parua negligunt̃: vel qa licet interesse opinet̃, pigritia tñ mollitieq; detētus, negligit. Aliter eñ negligētia non contingit. Nam quando qs non pōt oīm curā gerere magnorū paruorūq;, atq; ideo imbecillitate impeditus nō curat, negligentia tūc in eo esse nō dicitur, siue hō qdā sit impotens, siue deus aliquis non posse fingatur. CLI. Non certe. ATHE. Sed nūc illi duo tribus nobis rñdeant, q licet deos esse cōcedāt, alter tamē facile placabiles, alter in rebus paruis negligētes putat, primūq; sic interrogent̃. Ambo deos asseritis scire, videre, audireq; omnia: nihilq; ipsos effugere posse: eorum quæ aut sensu aut intellectu percipiunt̃? hæc ne ita se habere dicitis? An aliter? Sic. Deinde oīa eos posse q̃cunq; mortales īmortalesve possunt? CLI. Absq; dubio ita esse concedent. ATHE. Bonos etiam: immo optimos esse omnes quiq; cōfessi sumus. CLI. Omnino. ATHE. Nulla ergo pigritia, nulla mollitie capi eos possibile: quandoquidem tales sunt, quales esse cōsensimus. Nā a timiditate in nobis otium nascit̃: pigritia vero ab otio atq; mollitie. CLI. Vera loqueris. ATHE. Nullus ergo deorū otio pigritiaq; corruptus quicq̃ negligit. Nullius enim timiditatis deus est particeps. CLI. Probe. ATHE. Ergo relinquitur si paruas paucasq; in vniuerso res negligunt, vt ita negligant, aut qa contemnenda illa esse sciunt, aut quidnam aliud reliquum est, q̃ huius contrarium? CLI. Nihil penitus. ATHE. Vtrū ergo o vir eximie te dicere affirmabim⁹? an q ꝑpter ignorantiā, cū ꝓuidere debeāt, nō ꝓuideāt? an sicut īprobos hoīes dicim⁹, meliora qdē videre, sed voluptate aut dolore fractos deteriora seq, sic deos q̃uis sciāt ꝓuidēdū esse, silr nō ꝓuidere? CLI. Quō id fieri pōt? ATHE. Pręterea res humanæ, viuētis naturę pticipes sunt: & hō ipse prę cęteris aīalib⁹ dei cultor dilıgētissim⁹ est. CLI. Appet.

Deos hūanarū rerū curā habere.

Deos curā habere tā maximarū q̃ minimarū rerū.

Quę virt⁹ deorū qua boni sūt.

nocet. Ille quidem libere aduersus deos, sacrificia, iusiurādum obloquit: atq; ita alios deridendo, nisi puniat, multos forsan sibi similes faciet. Hic vero eādē habet opinionē, sed acriori ingenio prędítus vulgo putat, doloq; & insidiis plenus est. Ex istis multi sortilegi fiūt, & ad omne veneficii maleficii q; genus prōpti. fiūt pterea ex istis nōnūq̄ tyrāni, exercituū duces, cōcionatores, & q solēnitatib⁹ priuatis insidiant, & q hoīes captiūculis sophistarū decipiūt. Hor̄ pfecto multę quidē sunt species: sed legū positione dignę duę, quarū q̄ dissimulatione referta est, scelera parit nō vna tātū morte vel duabus digna, sed pluribus. Altera castigatione simul, & vinculis indiget. Similiter opinio qua dii negligentes existimant, duo gignit, & qua facile votis muneribusq; placabiles, alia duo. Cum ita impii distincti sint: eos qdē, q nō malis moribus, sed amētia quadā tales facti sunt, in correctionis carcerē non minus q̄ quinquēniū pmāsuros iudex cōiiciet. Quo in tempore nullus cū ipsis ciuiū colloquat, pter eos q nocturni cœtus participes sunt: hi vero admonētes, ad salutē aīę colloquant. Cū aūt vinculorū tēpus exactū fuerit, q modestior factus est: vna cū modestis habitet: q; si rursus impietatis crimine cōdēnabit: morte plectat. Sed sūt nōnulli q ad eā opinionē q; dii sint: vel negligētes, vel placabiles sint, immanes quoq; fiunt, hominesq; despiciūt, & viuētes ad se multos alliciūt, attrahūtq;, necnō defunctos se trahere cōsolariq; dicūt, pfitēturq; se deos ipsos cātibus, sacrificiis, votisq; mulcere. Et hoc lenocinio conant domos & ciuitates vniuersas pecuniarū gratia pdere. Eorū q dānatus fuerit in mediterraneis carceribus vinciat, nec vllus liber vnq̄ ad eū accedat: sed statutū ipsi a legū custodibus cibū serui afferāt. Vita deniq; functū, extra regionis fines insepultū eiiciāt. Quē siqs liber sepelierit, a volēte impietatis crimine accuset. Q; si filios reliqrit ciuitati sufficiētes, orphanorū tutores horū nō minus q̄ reliquor̄, ab eo die quo dānatus fuerit curā habeāt. Sed cōmunis de oībus his lex ista ponat, quę faciet vt multi min⁹ verbo & re in deos peccēt, & vt ab amētia reuocent: ex eo q; nō licebit deos sibi deorūq; sacra pter leges effingere. Sit aūt lex huiusmodi simpliciter cūctis imposita. Sacella nemo in priuata domo habeat. Cū vero animū qs ad sacrificādū induxerit: ad publica sacrificaturus accedat, & sacerdotibus hostias pbeat, q curā harū rerū castissime gerunt. Quibus cū & ipse oret, & qcūq; cū eo simul orare velit. Hęc ideo ita fiāt, qa sacella & deos instituere nō facile est. Quippe magni ingenii est recte rē istā facere. Solēt aūt mulieres pcipue, ac imbecilliores, & in periculo constituti & indigentes vbicūq; quispiā indigeat, & cōtra qn̄ facultas rei alicuius affluit: qd̄ adesse videt, semp consecrare, hostiasq; vouere: & statuas diis atq; dęmonibus & deor̄ filiis polliceri. Phātasmatibus cōmoti vigilantes: & insomniis similiter multa se vidisse prę formidine recordati, vbi remedia singulis afferre conant, & aris sacellisq; oēs domos vicosq; replerūt. Quorū oīm gratia lex ista ponēda est, ac pterea impiorū causa, ne ista sibi opationib⁹ vsurpātes, sacella & aras suis in domib⁹ statuāt putētq; deos clā votis, sacrificiisq; placare: atq; ita in infinitū suā iniustitiā augeāt, vnde tā ad se q̄ ad eos q sibi ista pmittūt, q̄uis illi meliores sint, indignationē deor̄ puocēt. quo pacto tota ciuitas iure quodāmō impietatis crimine teneat. Legū qdē latori de⁹ minime irascet. Lex. n. sit, Sacella deorū neminē in priuatis domibus possidere. Si vero qspiā habuisse, sacrificasseq; alibi q̄ in publicis dephendat: q sensit, ad legū custodes deferat. Ipsi aūt si nihil magni sceleris a fœmina siue a viro factū sit, ad publica templa iubeant priuata sacra deferri, & si nō illico delata fuerint, mulctent: donec deferant. Siqs aūt nō puerilem sed nefariā impietatē cōmiserit, siue in suis priuatim, siue in publico deor̄ cultu sacrificādo deliquerit, morte vt impure sacrificās, cōdemnet. Puerile vero esse vel non, custodes legū iudicent, tractosq; ita impios in iudicium, impietatis reos esse declarent.

Nemo sacella in domo priuata habeat.

Argumentum Marsilii Ficini in Dialogum. XI De Legibus.



Lato noster, quēadmodū & philosophor̄ oīm sapiētissimus, & eloquētissimus oratorū: ita iuriscōsultorū oīm prudētissimus, ne in cōtractib⁹ cogeret, vt solēt cęteri, vastū legū, interptationūq;, & id qdē frustra, opus cōficere, merito anteq̄ descenderet ad contractus, forēsiaq; cōmercia, studuit disciplinis, legibus, iudiciis, religiōe ciues bonos efficere, sperās iustos hoīes, vel absq; legibus sponte fidē & veritatem in omni cōmercio pstituros. Et pfecto admodū opportune post leges de iudiciis ptinentibus ad psonas, leges iudiciorum ad res spectātiū adducit in mediū, qbus tā aduenę q̄ ciues discāt iuste deponere, seruare deposita, atq; pacta: aliena nō mouere, sua cuiq; reddere: vti liberis, & libertis, & seruis, vendere, emere, reddere, ducere, militare, tueri pupillos, testari, testamēta seruare, hęreditates administrare, nuptias conciliare, diuortium facere, familiam gubernare, prae cęteris vero parentes religiose vereri, nihil adulterare, veneficia odisse, iram insaniamq; vitare, iurgia, cōtumelias, detractiones fugere, restituere damna, veritatē in testimoniis iuramētisq; seruare. atq; hęc ferme est vndecimi huius libri materia. Post hęc aūt, vt solem⁹, obscuriora qdā arbitramur breuiter exponēda. Principio deā itineris geminā esse scito, indicatricē. s. atq; seruatricē. Et illā quidē esse lucē sub nomine Lunae: hāc vero sub Dianę noīe fidē. & qcqd casu quodā alienū in itinere reptū est, deo eē dicādū: vt agno-

ciet, nec verba de vitę beatitudine vel miseria facere poterit. Quare si Clinias hic, & vniuersus hic seniorũ cœtus tibi psuasit, te qd de diis dicas penit⁹ ignorare, satis tibi de⁹ fauerit: sin vero rõnẽ adhuc aliquã desideras, audi q̃ ad tertiũ illũ dicemus, siquo pacto mẽtis es pticeps. Profecto deos esse, hoĩbusq̃ puidere, satis arbitror demõstratũ. Sed iniquorũ hoĩm eos muneribus corrũpi, nullo mõ dici permittẽdũ est, & si dicat, oĩno p virib⁹ refutãdũ. CLI. Pręclare dictũ. & sic agamus. ATHE. Age igit per deos ipsos, quonã mõ placabiles fiũt: siquo pacto fiãt: & q & quales sunt, si placant? principes em̃ esse eos necesse est: q totũ cęlũ ppetuo gubernaturi sunt. CLI. Certe. ATHE. Sed qbusnã principibus siles sunt? quive illis principes siles, vt possibile nobis sit, minores maiorib⁹ cõparare? Vtrũ aurigę aliqui certãtiũ bigarũ tales sunt? aut nauiũ gubernatores? Fortasse aũt exercituũ ducibus conferri possunt: vel medicis: qui bella morborũ ab humanis corporib⁹ arcẽt atq̃ ppulsant, aut agricolis inimicas orientibus stirpibus tẽpestates timẽtib⁹ cauẽtibusq̃, aut etiã gregũ armẽtorũq̃ pastoribus. Nã cũ inter nos cõuenerit multorũ bonorũ, multorũq̃ malorũ, & qdẽ pluriũ, plenũ esse cęlũ, immortale aliqd bellum hoc est, & mirabili custodia indiget. sed opitulant nobis dii simul & dęmones. Nos autem deorũ dęmonũq̃ possessio sumus. Verũ iniustitia & intẽperãtia vna cũ imprudẽtia nos corrũpũt. Iustitia vero & tẽperãtia cũ prudẽtia, q̃ in viribus deorũ aĩatis inhabitãt, salutem nobis afferũt. Breue aũt aliqd horũ habitare in nobis manifeste hinc licet cõspicere. Nã aĩę in terra q̃dã habitãtes iniustę, & ferarũ instar atroces, aduersus custodũ aĩas, canũ puta aut pastorũ, vel etiã p̃cipuorũ oĩno dñorũ insurgũt, verborũq̃ lenociniis, dep̃cationeq̃ quorũdã cãtuũ psuadẽt: vt fama malorũ est, licere male agendo inter hoĩes sibi plurima vsurpare, nec aliquã inde pœnã psoluere. hoc nos delictũ, quo ad vsurpationẽ pluriũ inhiat, in corpib⁹ aĩaliũ morbũ vocam⁹, in anni tẽporibus pestilentiã, in ciuitatib⁹ rebusq̃ publicis cõmutato noĩe iniustitiã. CLI. Oĩno. ATHE. Necesse est igit eũ q credit deos veniã hoĩb⁹ iniustis p̃bere, siqs ipsis rapinę partẽ tribuerit, dicere eos esse veluti canes, qb⁹ lupi ptículã rapinę cõcedãt, & illi muneribus his placati, greges diripi patiant. Nonne hic eorũ sermo est, q placabiles esse deos p̃dicant. CLI. Hic certe. ATHE. Sed qbus p̃dictorum custodũ deos aliqs cõferens nõ erit oĩm hoĩm ridiculosissimus? Vtrũ gubernatorib⁹, q libatione vini atq̃ nidore carnium deuoluti, nauẽ simul nautasq̃ euertũt? CLI. Minime. ATHE. Sed neq̃ aurigis, q dũ certant, corrupti muneribus, aduersariorũ curribus victoriã ipsam concedãt. CLI. Non certe. Turpis em̃ hęc in deos comparatio. ATHE. Atqui nec imperatoribus, nec medicis, nec agricolis, nec pastoribus similiter psuasis, nec etiam canibus astutia luporũ blande seductis. CLI. Bona verba quęso. Hęc em̃ audienda non sunt. ATHE. Nonne custodũ omnium maximi & in maximis rebus dii omnes? CLI. [illegible] prorsus. ATHE. An optimarũ rerũ custodes, & in virtute custodię nimiũ excellẽtes, deteriores e[illegible]e dicem⁹ q̃ canes hoĩesq̃ mediocres, q nũq̃ muneribus ab iniustis hoĩbus impie acceptis iustitiã pderẽt? CLI. Nequaq̃ hic sermo ferẽdus est, & q hac opinione laborat, impiorũ oĩm iure pessimus & pphanissim⁹ iudicabit. ATHE. Tria igit illa q̃ pposuimus, deos videlicet esse, omniumq̃ curam habere, nec pręter iustum p̃cibus vllis flecti posse: sufficienter ostendisse videmur. CLI. Certe: & his nos rõnibus assentimus. ATHE. Vehementius quodãmodo ppter improborũ hoĩm cõtrouersias diximus. Sed hac de causa o amice Clinia contentiosa vsi sumus oratione, ne praui dicẽdo se vicisse putãtes, licentiam sibi datã credãt faciendi quęcũq̃ velint, & qualiacũq̃ aduersus deos existimãt facienda. hac inquã de causa, noua quadã, & vehemẽtiori dicendi ratione vti voluimus. Q̃ siqd ad psuasionem attulimus, vt iam velint mores suos odisse & cõtrarios cõplecti, pbe nobis exordiũ legũ de impietate dictũ est. CLI. Speramus ita fore. sin minus, at genus orationis legũ latori dedecori nõ erit. ATHE. Post exordiũ sermo legũ interpres recte sequit: q impiis omnibus p̃dicet, vt a suis morib⁹ ad pietatẽ sese cõuertãt. Aduersus eos aũt q nõ paruerint lex ista de ĩpietate ponat. Siqs impie qcq̃ agit vel loquit, q forte p̃sens fuerit, deos defendat, magistratibus significet. Quorũ q primi audierint, ad harũ rerũ iudiciũ, secundũ leges deferãt. Q̃ siquis magistratus audierit neq̃ detulerit, ipse impietatis reus fiat, & qui velit, p vltione legũ psequat. Et siqs cõdemnatus fuerit, iudices hũc p singulis impie cõmissis, singulis qbusq̃ afficiant supliciis. Carcerib⁹ qdẽ omnes coerceant. Tres vero sunt in ciuitate carceres. Vnus plurimis cõmunis in foro rerũ vęnaliũ: vbi multi ne fugiant, custodiunt. Alter vbi cœtus eorũ fit: q nocte congregant correctiõis nomine appellatus. Tertius in media regione: vbi q̃maxime desertus syluestrisq̃ locus est, supplicii nomine notatus. Tres quoq̃ impietatis, vt supra narrauimus, causę sunt. Cumq̃ ex singulis huiusmodi causis duo q̃dam proficiscantur, sex erũt aduersus deos genera peccatorum, quę vt diiudicent digna sunt, nec æquali similiq̃ pœna indigẽt. Nã alii q̃uis deos esse nõ credant, tñ ppter iustũ aliquem naturę affectum, malos oderunt, & odio quodã aduersus iniustitiam moti ab iniuriis abstinent: iniquos fugiunt: iustos homines diligunt. Alii vero ad hanc opinionem, q̃ deorum præsentia destituta omnia sint: proniores quoq̃ ad voluptates doloresq̃ sunt: acumine etiam, & memoria pollent. Vtrisq̃ id est commune, vt esse deos negent. In hoc autem differunt: q̃ cęteris hoĩbus ille minus: hic plus

Carceres.

dictam,vbi quis in testimoniis iuramẽtisq; mẽtitur. Audies deniq; in testimonio, atq; iureiurando, veritatẽ ipsam p Themidẽ,Iouẽq;,& Apollinẽ,esse firmãdã. Per Themidẽ qdẽ significatur ius fasq;, & ciuile & sacrũ:& apud hoĩes & apud deũ:vt intelligat quisquis iurãdo testificãdoq; mentit, contra ius fasq; humanũ,diuinũ:cõtra hoĩes,cõtra deũ grauiter se peccare. Per Iouẽ vero qui nutu oĩa cõcutit,cognoscat:si peccauerit,diuinę potẽtię vltionẽ se nequaq̃ euitaturũ. Per Phœbũ aũt,ne confidat delicta sua,pñtia,vel præterita,eũ latere posse qui futura oĩa vaticinio prędsagit.

DIALOGVS.XI.DE LEGIBVS VEL DE LEGVM LATIONE. ATHE.



Equitur,vt dicamus de pactis:cõuenientẽq; iis ordinẽ tribuamus. Simplex aũt illud sit:vt nec mea quisq̃ pro viribus tãgat,nec moueat meorũ quicq̃ etiã minimũ,nisi mihi persuaserit. Atq; ego idem dũ mẽtis compos fuero, alienis in rebus efficiã.In primis qdẽ thesaurũ cũ dicimus quem sibi quisq; & suis deposuit,qui meorũ parẽtũ nõ erat,nec reperire vnq̃ optarim, nec si repererim,moueã:nec Ariolis depositũ accipere cõsulentibus credã.Nunq̃ em̃ mihi tãtũ pecunia proderit,si accepero:quãtum virtute animi, iustitia q; excellam,si nõ accepero.Pro possessione igit pecunię melior mihi possessio animi iustitia erit,si virtutem diuitiis præposuero. Quippe cũ bene de multis dicatur:q̃ ĩmobilia sunt,mouẽda nõ esse : ppulchre etiã de hoc vno dicetur.Sed vulgatę quoq; de his reb⁹ famę credẽdũ est,generationi hęc liberorũ nõ cõferre.Siqs vero de liberis nõ curet,legisq; latorẽ negligat:ac ideo quę nec ipe nec suorũ aliqs deposuit,eo inuito q deposuit,auferat:is legẽ illã optimã & simplicissimã aspernat,quã generosus vir pmulgauit,q dixit.Quę nõ deposuisti,ne tollas.Quid ergo hũc pati oportet,q hos duos legislatores despexit,qdq; ipse nõ deposuit,sustulit:nec paruũ quiddã qd abstulit,sed magnus thesaurus fuerit?Quę pœna huic a diis debeat:deus quidẽ ipse nouit. Quę vero ab hoĩbus, declarabimus. Qui pri mus inspexit,iudicib⁹ indicet.Ac si ĩ vrbe delictũ est,ædilib⁹:sin vero in agro,agrorũ curatoribus,eorũq; principibus,si in foro rerum vęnaliũ earũdẽ curatoribus id significet.Req; ita patefacta Delphos ciuitas mittat,& qd oraculo dei tã,de pecunia q̃ de illo q pecuniã mouit,dictum fuerit,id ciuitas deũ secuta cõfirmet.Et q fecit indiciũ,si liber fuerit ĩ virtutis veniat opinionẽ, & contra vitii,si sciẽs celauerit:sinaũt seruus fuerit,pcio a ciuitate dño eius collato,liberandus est.Seruus vero qui celauit,morte plectẽdus. Hãc legẽ illa deĩceps similis de paruis simul & magnis sequit. Siqs rem suã alicubi volẽs,vel cõtra,reliqrit:nõ tangat q forte repererit, sed putet deã itineris a lege sibi hęc cõsecrata seruare.Quicũq; vero hac lege spreta,domũ hęc suã asportauerit,si seruus sit & parui pcii,a quocũq; obuiã facto,& vltra annos triginta nato verberibus multis pulset.Sinaũt liber,illiberalis primo puaricatorq; habeat,deĩde etiã decuplũ pcii rei illius quã mouit,ei qui reliquit retribuat Qñ qs magnũ aliqd de suis,vel paruũ ab aliquo teneri conqrit:qd ille habere qdẽ fatet,sed eius qui petit,eẽ negat,si res apud magistrat⁹ cõscripta est scdm legẽ,vocet ad magistratus q̃ tenet.Req; ipsa patefacta,si cõscriptũ est alteri⁹ de aduersariis rẽ esse,ille ipse habeat. Qꝫ si neutrius esse,sed absentis cuiusq̃ ĩueniat,q sufficiẽtẽ fideiussionẽ nõ dederit,illi se absenti cui⁹ est,rem traditurũ,is tãtũdẽ deponere cogat.Verũ si apud magistratus res qua de agit,cõscripta nõ sit,tunc apud tres inter magistratus seniores vsq; ad latã sententiã deponat:ac si aĩal est de quo ambigit,lata sententia qui cecidit causa,magistratib⁹ ipsis impẽdiũ alimẽtorũ restituat. Trib⁹ vero dieb⁹ id iudiciũ absoluat.Mẽtis quilibet cõpos seruũ suũ ducat quo velit,honeste ipso vsurus:ducat etiã amicorũ necessariorũve,vt fugitiuũ restituat ĩ gratiã.Qꝫ siqs aliquẽ vt seruũ ductũ ad libertatẽ vẽdicet,dimittat quidẽ qui sustulit:qui vero ita ductus est, si tres fideiussores dignos pbuerit,sic iure sit ereptus. Aliter si abduxerit vim intulisse videat:dãnatusq; duplũ damni ei restituat, a quo abstulit. Libertũ quoq; suũ vnusqsq; ducere possit,si ab eo nõ colit, aut si nõ sufficiẽter colit.Cultus aũt est,primũ vt ter dñi domũ mensibus singulis veniat:paratũq; se ostẽdat facere qcqd honestum possibileq; sibi sit:deinde vt de matrimonio qcqd dño videt,faciat.Nec ei liceat maiores sibi diuitias cõparare q̃ ille possideat qui liberauit:sed qcqd plus habuerit,dño det.Libertus aũt sicut & peregrini:vltra viginti annos ĩ ciuitate nõ maneat:sed post id tpis,bonis suis acceptis abeat:nisi dño quodã suo & magistratibus persuaserit.Si aũt liberti & peregrini alicui⁹ bona tertiũ cẽsum excesserint,trigesimo die postea q̃ hoc factũ dephẽsumve sit,reb⁹ suis acceptis recedat,nec vlla ipsi vlteri⁹ manẽdi facultas a magistratibus cõcedatur. Huic legi siqs nõ obtẽperasse cõdẽnat⁹ fuerit,morte plectatur, & bona sua ĩ publicũ redigãtur. Hęc tribuũ iudices cognoscãt:nisi prius per vicinos:& arbitros,litigãtes cõciliati fuerĩt.Siqs aĩal aut rẽ aliã suã esse dicit:q habet,ad eũ referat q vẽdidit:vel legitime sufficiẽterq; donauit:vel quomõcunq; aliter valide firmiterq; tradidit:& veritas si ad ciuẽ vel vrbis incolã ille retulit:ĩtra trigĩta dies ĩueniat:sinaũt ad externos,mẽsibus qnq;:quorũ medi⁹ ille sit mẽsis in quo ab æstiuo sol circulo ad hye-

ſcas fortunã ꝓſperã,eſſe ad dei ꝓuidẽtiã referẽdã.Cõtẽplare Platonicã bonitatẽ, videlicet vetantẽ in emẽdo atq; vẽdẽdo,nõ ſolũ rẽ adulterare,mẽtiri,ꝑierare:ſed iurare etiã:immo vero & rẽ venalẽ laudare & in eadẽ die ꝓciũ ꝑmutare.Vbi illđ ediſce.Nemo diis ĩuocatis mẽdaciũ dicat,aut decipiat, aut adulterare verbo vel re qcq̃ audeat,niſi deo velit odio eſſe:cui qdẽ primũ odio eſt,q falſo iurãs deos paruipẽdit:deinde q corã maiorib⁹ ſuis mẽtit̃.Et vide iterũ atq; iterũ q̃ libera & integra Plato optet ingenia ciuiũ,a qb⁹ oẽm cauponãdi licẽtiã ꝓcul expellit.Addit quoq; tũ opulẽtiã,tũ egeſtatẽ eẽ morbũ ingeniorũ.Inde em̃ inflatiores,hic debiliores abiectioreſq; hoĩes fieri.Vbi vero ait Palladẽ,Vulcanũq;,& Martẽ artib⁹ ꝑſidere,ex multis Platonis myſteriis alibi atq; alibi traditis collige:Ioui ſummo mũdi architecto trinitatẽ quãdã numinũ,quã opificiã Platonice noĩamus,ſemp aſtare. In qua q̇dẽ trinitate prima ſit Pallas:ſecũdus aũt Vulcanus:Mars vero terti⁹. Sed quẽadmodũ trinitas tota ad Iouẽ ipſum a quo eſt,refert̃:ita ferme Vulcan⁹ & Mars referunt̃ ad Palladẽ.Mitto nũc ꝙ in Marte,potẽtiã:in Pallade,ſapiẽtiã:in Vulcano,igneũ ſpm̃ ſomniaſſe videt̃.Tria certe ad ipſam Iouis artẽ qua vniuerſum ꝑficit,regrunt̃.Primũ q̇dẽ rõ ipſa,ꝑ quã ſingula ſit facturus.Secũdũ efficax eoꝝ quæ rõne cõceperat,expeditio.Tertiũ eoꝝ q̃ in effectũ expediẽda ſunt ſalus atq; defenſio.Ideã primi,Palladã Secũdi,Vulcanũ Tertii,Martẽ noĩat.Et q̃a vtrũq;.ſ.tã cõſeruatio ſiue defenſio q̃ expeditio vel expꝛ̃ſſio rerũ indiget rõne atq; ſapiẽtia:ideo Pallas & Vulcano ꝑeſt & Marti:& qcq̇d vel a Vulcano fabricat̃,vel a Marte poſtq̃ fabricatũ eſt defendit̃,& in ſua forma ſeruat̃:Pallade duce pagit̃.Hoꝝ vero triũ in arte diuina regnãtiũ:tria quoq; in natura videm⁹ veſtigia:per Palladẽ quidẽ,ordinẽ:quo ſingula diſponũt̃:ꝑ Vulcanũ vero,efficacẽ ꝓgreſſum & prõptũ quaſi partũ: ad quę oĩa ꝓperãt ꝑ Martẽ deniq;,munitiſſimã ſtructurã a generãtib⁹ adhibitã genitis:& varia ꝓpugnacula naturã ꝓpriã a cõtrariis defendẽtia.Tria ſimiliter in arte humana q̇dẽ omni,maxime vero ciuili eſſe debẽt : vt ſingula & ſapiẽter prius q̃ fiãt excogitent̃:& mature ſtrenueq; expediãtur,& ea forma qua excogitata exprõptaq; ſunt,ſeruent̃ atq; fortiter defendant̃.Et vt cognoſcam⁹ artem humanã in his oĩbus abſoluẽdis non minus q̃ naturã ab ipſo deo ideiſq; pẽdere:inq̇t tres illos deos humanis artib⁹ ꝑſidere.At ne ſolas a diis artes habuiſſe putem⁹:addit deos vitę datores reuereri maxime oĩm oportere: adeo vt vel eorũ noĩa nõ ſint vel impudẽter vel temere ꝓferẽda:ſed oĩa vel minima ad eos ptinẽtia pure,reuerenter,caſteq; tractãda.Quibus ꝓceptis nihil põt ſancti⁹ excogitari:ſi mõ nõ deos,ſed deũ nominauiſſet. Sed ecce,vnã Iouis ſummi ſubſtãtiã ĩtroduxit:neq; multiplicauit ſubſtãtias, dũ multiplicaret ideas. q̇dnã vltra in eo deſideram⁹?Quinetiã vbi deos noĩat:nõ aliter ſentit q̃ q dixit.Millies mille miniſtrabãt ei.Neq; vero ſilẽtio ꝓtereũdũ eſt,ꝙ ait aĩam a deo vitã accipe,ĩtelligẽdũ eſſe vitã mediã inter illã q̃ in ęternitate manet,qualis eſt angelica tota ſimul,atq; illã q̃ quõdã tpe claudit̃. Mediã ĩquã ex ęternitate tẽporeq; cõpoſitã:in qua cęli inſtar ſubſtãtia q̇dẽ ſemp manet,actio vero & affectio fluit ſemp. Ideoq; ĩ libro ſupiore,aĩam dixit & eſſe ſimul & fieri,eſſeq; impedibilẽ: nõ tñ ęternã,qua lege ſunt dii .i.nõ oĩno manẽtẽ.Dixit aũt deos.i.angelos manere:nõ ex ſe q̇dẽ,ſed lege diuina,eos ꝑ ſe mobiles ęterne ſiſtẽte.Ait corpus quoq; impdibile eſſe,corpus certe cęleſte.Forte vero & elemẽtale,quaten⁹ & elemẽtoꝝ moles,& materia prima nõ diſpdunt̃:ex qb⁹ in Politico inq̇t corpus idẽ q̃nq; diuinit⁹ recreari.Notabis vbi de teſtamẽtis loq̇t̃,& pſonã & rẽ cuiuſlibet ciuis,nõ ſuiipſius eſſe,ſed patrię.Itẽ vbi de orphanorũ cura tractat̃,aĩas defunctoꝝ res noſtras ſentire,atq; curare.ſentire inquã ꝑ corpus cęleſte atq; aereũ,& curare prę aliis alia ad q̃ vel natura,vel habitu,vel diuina ꝓuidẽtia magis afficiuntur. Pręſertim aĩas q̃ cũ mediã tenuerint vitã,mediã quoq; obtinẽt regionẽ.Mediã dico tũ ſitu tũ q̃litate. Situ q̇dẽ ĩter cęlũ & terrã,q̃litate vero ĩter beatitudinẽ ſũmã extremãq; miſeriã.Meminiſſe nãq; oportet in libro ſupiore fuiſſe dictũ:quẽadmodũ certę q̃dã naturę cõgrua loca & cõueniẽtes naturas aſciſcũt,ſic aĩas cũ factę ex ſe tales fuerĩt aut tales,cõſequẽter ꝑ ſĩlitudinis ipſius natura ad gradus ſedeſq; & ſĩles & ſimiliũ trãſmigrare:vt cęleſtes q̇dẽ factę cęleſtia,terrenę vero terrena, aereę aũt aerea petãt.Profecto cũ alia nõnulla circa aĩas Plato affirmare nõ audeat,hucuſq; tñ,& hic & in libro de ſciẽtia euidẽtiſſima aſſerit,atq; alibi ſępe ſignificat.Vnde & ait cauẽdũ eſſe pupillos lędere,ne parẽtũ aĩę nobis iure ſuccẽſeãt.Ideq; ĩ nono,dũ ageret de homicidiis,inq̇t,aĩas.ſ.ĩterfectoribus indignari.Huic illud ſimile.Marianorũ aĩę Syllã ſollicitabãt.hic & tragoedię furẽtẽ Oreſtẽ agũt.Aĩaduertes poſt hęc vbi de parẽtũ cultu tractat̃,honorãdas q̇dẽ ſacratas deorũ ſtatuas, nõ ꝓpter ſe, ſed q̃a deos nobis ſignificãt,ſed magis honorãdos eſſe parẽtes,q̃ſi animata deoꝝ ſimulacra.Addit imprecationes parẽtũ in filios exaudiri a deo:neq; qcq̃ accidere filiis peſtilẽtius.Audies poſt multa iterũ, q̇d eſt valde Platonicũ.Poenis maligni vexant̃,nõ q̃a fecerunt(Nã q̇d factũ eſt,infectũ eſſe non poteſt)ſed nequid tale poſthac fiat:& vt iniuſtitiã odio tã qui puniunt̃,q̃ qui puniri intelligũt,perſequant̃, aut ſaltem minus in ſimili vitio delinquat̃. Pręterea iudicẽ legũ latoris interpretẽ eſſe,iuſtitięq; miniſtrum. Punit deinde ſuſurrones detractoreſq;,& q in ira obiurgant atq; conuiciant̃,& q graujores pſonas mordacibus iocis offendunt,& q inter iocãdum acrius iraſcunt̃. Audies maxime timẽdã eſſe diuinam vin-

quo oĩa quasi tela sibi semp dirigenda sunt. CLI.Ita prorsus. ATHE.Nũc ergo intelligimus non esse mirũ si ciuitatũ leges lõge aberrẽt.Nã ĩ qualibet ciuitate alia legũ positio ad aliud,& alia ad aliud respicit.Et aliis iustorũ finis est,vt aliqui siue meliores illi qdẽ siue peiores ĩ Rep. dominent.Aliis vt di tentur,siue seruiãt,siue nõ.Alioꝝ studiũ vertit ad libertatẽ.Alii leges ad duo condũt,vt & ipsi liberi sint,& alias vrbes subigant.Qui vero sapiẽtissimos se putãt,ad huiusmodi oĩa simul. Vnũ vero pcipuũ ad qd cętera dirigãt,nõ habẽt.CLI.Nos igit hospes recte iãdiu legibus nostris ad vnũ respiciẽdũ putauimus,id p virtutẽ appellari cõcessimus.ATHE.Ita est.CLI.Et virtutẽ quatuor q̃dã ponebam⁹. ATHE.Certe.CLI.Mentẽ vero hoꝝ oĩm ducẽ,ad quã & cętera oĩa,& tria illoꝝ respicere oporteret. ATHE.Pulcherrime sequeris o Clinia.Et ĩ cęteris similiter seqre.Mẽtẽ qdẽ gubernatoris,medici,imperatoris,ad certũ quiddã respicere dicebamus.Ciuilẽ vero redarguẽtes huc processimus.& nũc veluti hominẽ,ita ciuilẽ hanc mentẽ percontemur.O mirifice vir quo tendis! Quid illud vnũ est,qd in arte sua medicus plane assignare potest,& tu q cæteris prudẽtibus pstare te dicis,in tua facultate nõ poteris!An vos o Clinia & Megille p ipso respondere potestis qd hoc ipsum sit,vt ego sæpe ad vos p aliis feci!CLI.Nequaq̃ hospes.ATHE.An nõ quęrẽdũ putatis,qd illud sit,& in qbus! CLI.Dic plane. ATHE.Cũ quatuor virtutis species posuerimus.patet earũ quãlibet vnã esse si quatuor simul consistũt.CLI.Quid ni!ATHE.Vnũ etiã cũcta hęc nominamus.Fortitudinẽ eñ virtutẽ esse dicimus,prudẽtiã,virtutẽ,& reliqua duo similiter,quasi reuera non multa sint,sed vnũ id solũ,qd virtus est. CLI. Oĩno qdẽ.ATHE.Inquãtũ igit duo hęc ĩter se differũt,& duo noĩa accepęrũt,atq alia duo similiter, difficile dictu nõ est.Inquãtũ vero in vtrisq vnũ posuimus,idq virtutẽ vocauimus, & in duobus reliquis similiter,nõ ita facile.CLI.Quomodo istud ais!ATHE.Nõ est arduũ qd dico,explanare.Agite ergo interrogãdi respõdẽdiq munus ĩter nos partiamur. CLI.Quo pacto! ATHE. Interroga tu me quidnã vnũ appellãtes virtutẽ,duo vtraq rursum diximus,alterũ fortitudinẽ,alterũ vero prudẽtiã. Causam eqdẽ tibi affero,q alterũ circa timores versatur. Vnde beluæ quoq fortitudinis participes sunt,& infantiũ animi.Natura enim quodãmodo & sine ratione animus fortis efficitur,sed absq ratione prudens anima & mentis compos nec fuit vnq̃,nec est,nec erit. Aliud ergo hæc est q̃ illa. CLI. Vera loqueris.ATHE.Quomodo ergo duo hæc & differẽtia sunt ratione,a me accepisti.Quomodo vero vnũ & idem,tu rursum me doceas,ita vt dicturum te putes,quo pacto cum sint quatuor,rursus vnũ sint,& me postea tibi rursus quomodo quatuor sint,declararutum. Deinceps autem consideremus,vtrũ qui res aliquas sufficienter intellecturus est,quæ & nomen habẽt & rationẽ, nomen solũ modo scire debeat,rationem minime.An potius si precii alicuius est, turpe ipsi est rerũ magnitudine & pulchritudine excellentium tam nomina q̃ rationes ignorare. CLI.Ita videtur. ATHE.Legũ vero conditori atq custodi,& ei qui virtute pstare cæteris opinat,& munera pro his rebus accepit, est ne maius aliud q̃ fortitudo,tẽperantia,iustitia,atq prudentia!CLI.Quomodo aliud!ATHE.De iis igitur interpretes,doctores,legum conditores,alioꝝ custodes,nonne cæteros qui scire cupiunt,vel punitione & increpatione indigent,docere debent,quas vires virtus,quas vitium habeat,atq hæc significando excellere cæteris! An vero poeta quispiam aut iuuentutis magister vrbem nuper ingressus, eo præstantior iudicabit,qui omni se virtute excellere profitetur! & deinde mirum videbitur,si ea ciuitas vbi custodes virtutis nomen rationemq non tenent,tanq̃ deserta custode,eadem patiatur,quæ & aliæ multæ hodie patiuntur!CLI.Nihil certe mirum.ATHE.Ad hoc itaq incumbamus.Quomodo igitur custodes in virtute cæteris tam re q̃ verbo exquisitiores reddemus! Vel quo pacto prudẽtum capiti atq sensibus similis ciuitas nostra propter huiusmodi custodiam fiet! CLI. Quonã pacto hanc o hospes similitudinẽ faciemus!ATHE.Patet quia ciuitas capitis quædam capacitas erit,custodes autem iuniores sagaces solertesq supremo in vertice collocabũtur.Vnde vrbem totam circũspicient,& custodiendo quæ sentiunt,memoriæ commendabunt,omniaq senioribus nũciabũt, qui mentis ob rerum multarũ cognitionẽ persimiles,ciuitati consulent iuuenũ ministerio vsi. Atq ita vtriq cõmuniter ciuitatẽ oẽm conseruabũt.Sic ne an aliter ipsos pparandos putamus!an æquales oẽs habẽdos esse censemus!nec exqsitiori ratione educari erudiriq nõnullos volumus,eosq cęteris anteponi! CLI.At id quidem o mirifice vir impossibile est.ATHE.Ad exquisitiorẽ ergo disciplinam q̃ superior illa sit,veniamus.CLI.Sic ferme.ATHE.Atqui ea forte quam modo tetigimus,hæc ipsa est quã quęrimus.CLI.Omnino.ATHE.Dicebamus autem præcipuũ in singulis opificem atq custodem,non solum oportere,vt multa cernere possit,sed vt ad vnũ etiam tendat,illudq cognoscat, & cum cognouerit,cuncta illo quæ perspicit,dirigat. CLI.Recte.ATHE.Est ne igitur exquisitior consideratio alia rerum q̃ vt possis ad vnam ex multis dissimilibusq ideam aspicere!CLI.Fortasse.ATHE.Ne fortasse dicas,sed reuera o beate vir,nemo certiorẽ hac viã rationẽq vnq̃ habebit.CLI.Tuis rationib⁹ hospes persuasus concedo,quare ita prosequamur.ATHE.Compellendi ergo diuinę Reipub.custodes nobis sunt,vt exacte inspiciant,primũ quid in omnibus quatuor idem sit,quod cũ in fortitudine,tẽperãtia,

Videvt gubernator medic⁹ & imperator cõueniãt ĩ spectãdo proposito.

Vide vt fortitudinẽ esse contingat sine ratiõe, sed nõ prudentiam.

tres:tertii duas,quarti vnam,atq ita singulorum moderata erit impensa.Cęterum custodes legũ cũ alia multa,tum hoc maxime curare debent,vt pueri & viri,& vt summatim dicã,cuiuscũq sexus vel ętatis hoies ab illis iugiter obseruati bene viuant,& in ciuis cuiusq decessu,vnus ipsorum quẽ mortui hoïs cõiuncti elegerint,funus totũ obseruet,prouideatq vt bene moderateq omnia,nõ cõtra gerant, & illud sibi honori,hoc dedecori sit.Expositiones vtiq & elatiões & cætera oïa scdm leges de his cõscriptas fiant.Ciuilis aũt legis latori concedant ista.Lachrymis mortuos decorare aut non, turpe legũ latori cogere est:plãgere vero & extra domum vociferari,phibẽdũ est.Cadauer etiã manifeste per vias vrbis frequẽtiores efferre,& palã eiulare,aut ante diẽ extra vrbẽ se affligtare non liceat. Hæc ita de his statuta pmaneant.Quibus qui paret:indẽnis esto,q vero vni legũ custodi nõ paret, ab oïb[9] vt cõiter videbit,puniat.Cætera q̃ vel ad mortuorum monumẽta,vel ad eos q ppter parricidiũ sacrilegiũ q sepultura indigni sunt,ptinẽt,supiorib[9] legib[9] cõphẽdim[9].Quare legũ positio ferme finem habet. Oim vero finis est,nõ in eo q facta sint vel possessa vel habitata,sed ĩ eo potius,q sicut recte sunt facta,ita & firmiter stabilita sint.In hmõi eñ cõseruatione putãdũ est quantũ oportuit factũ esse:aliter minime.CLI.Probe loqris hospes,sed quorsum ista,explanatius dicito.ATHE.Multa o Clinia priscorũ pclare dicta laudant:nec minus Parcarũ nomina.CLI.Quænã?ATHE.Q2 Lachesis prima sit, Clotho altera:Atropos tertia,q̃ salutẽ pdictis affert.Hæc ad ignẽ contortis quia vim inconuertibilẽ continẽt,cõparata sunt.Quæ qdẽ in ciuitate & rep.oportet nõ solũ sanitatẽ corporib[9] stabilẽ,sed animis quoq legũ cultũ:immo vero legũ salutẽ afferre.Sed mihi videt negotio legũ adhuc illud deficere vt differatur,quo pacto illis scdm naturã vis incõuertibilis possit inesse.CLI.Nõ paruũ est qd dicis,si inuẽtu possibile est, quo pacto in vnaquaq recte id fiat.ATHE.Possibile est pfecto,vt mihi ad psens videt.CLI.Ne igit abeamus hic obsecro,anteq̃ nostris legib[9] id tribuam[9].Ridiculũ est eñ,frustra in aliqua re sumpsisse laborẽ,nec stabile aliqd fũdauisse.ME.Recte tu admones:me quoq tecũ habebis.CLI. Probe dicis.Quæ igit salus ista est?& qua rõne Reip.nostræ & legib[9] aderit?ATHE.Nõne dixim[9]cœtũ ĩ ciuitate hmõi eẽ cõstituẽdũ quo decẽ de legũ custodib[9] semp seniores cõueniãt? His accedãt oẽs q munerib[9] pmiisq honorati sunt.Præterea & illi qui multas vrbes peragrauerũt,vt aliqd ad patriarum legũ cõseruationẽ cõferẽs reperirent.sed hi ad cœtũ hmõi nõ recipiant,nisi ex ea pegrinatione ĩcorrupti & integri rediisse,& cœtu digni esse pbent.Atq horum singuli singulos sibi iuniores asciscãt, non pauciores annos q̃ triginta natos,qui natura educationeq digni esse asciscenti primum deinde & vniuerso cœtui videant.Q2 siquis indignus adhibeat,nullius momenti sententia sit.Hũc cœtũ ante lucem cõuenire diximus oportere,qñ a cęteris tam priuatis q̃ publicis negotiis vacat.An non tale aliqd in superioribus diximus?CLI.Certe.ATHE.De hoc cœtu iterum illud dicam.Aio enim,siquis hunc quasi ancoram vniuersæ ciuitatis quæcũq ad hoc exiguntur in se continẽtẽ,iaciat,oïa quæ volumus,seruaturum.CLI.Quo pacto?ATHE.Opportune modo dicemus,totisq viribus incumbem[9]. CLI.Probe dixisti,& vt cogitas facito.ATHE.Oportet sane o Clinia in vnaquaq re cõgruum singulorum operum seruatorem excogitare.Qualem maxime locum in aïalibus aïa & caput habere videntur.CLI.Qua rõne rursus id ais?ATHE.Horũ nempe virtus omni aïali salutem pbet:CLI.Quo pacto inquã?ATHE.Nã animæ quidẽ ad alia mẽs infusa est:capiti quoq ad alia visus auditusq insert[9]. Atq ita summatim pulcherrimis sensibus mẽs cõificta, & in vnũ redacta,salus singulorum efficitur. CLI.Ita videt.ATHE.Certe.Nam & mẽs sensibus coniuncta nauibus in tempestate & tranquillitate salutem afferre solet.An non vides q gubernator & nautæ simul cum mẽte gubernatrice sensum cõiungentes seipsos naueq tutantur?CLI.Quid ni?ATHE.Non multis exemplis opus est.Sed in exercitu & medicina consideremus,ad qd signum respicientes imperatores & medici , salutem rectissime consequuntur.Nonne illi ad hostium fugam & victoriam suam?isti ad corporis sanitatem?CLI.Proculdubio.ATHE.Si medicus corporis sanitatem ignoret,aut victoriam imperator, & cætera quæ dicebamus,mẽtem ne habere scireq aliqd in his videbunt?CLI.Nequaq̃.ATHE.Quid porro in ciuitate?siquis finem ad quem vir ciuilis respicere debet,ignorare videat,an primũ iure princeps poterit appellari?Deinde seruare id poterit,cuius finem prorsus ignorat?CLI.Minime. ATHE.Oportet igitur & nunc vt videtur,si nouæ huius vrbis constructio bonum exitum habitura sit,aliquid in ea esse quod cognoscat primum quisnam ciuilis sit finis:deinde quomodo illum assequamur,& demũ quę lex primum,deinde quisnam hoïm recte ad illum consulit,aut non recte:quippe quæ ciuitas his carebit,non erit mirum,cum mente sensuq capta sit,si forte casuq singula faciat.CLI.Vera loqueris. ATHE.Nunqd dicere possumus in qua maxime ciuitati nostræ parte vel quo studio huiusmodi aliquod ad salutem præsidium sufficienter constitutum sit?CLI.Q2uis non liquido id asserere audeam hospes,conicio tñ hanc orationem tuam ad nocturnũ illum cœtum quem modo dixisti,contendere. ATHE.Recte o Clinia cõiecisti.Oportetq illũ vt ratio præsens significat,omni virtute præditũ esse. Virtus autem eius prima atq præcipua est,ne per multa variaq vaget:sed ad vnum respiciat semper

Ridiculũ est frustra ĩ aliqua re sumpsisse laborẽ,nec qcq̃ stabile fundasse

sunt,non recte tentantur.dici autē non posse inquā:quoniam si dicātur,nihil planius explicant.CLI. Cum hæc ita se habeant hospes,quid nobis agēdū censes? ATHE.Qđ trito prouerbio fertur,id nobis o amici nunc cōmuniter competit,ac si de vniuersa Repu.periculum subire velimus: faciūda oīa sunt ita,vt ter sex,vel tres talos iaciamus.Equidem periculum id vobiscum subibo,dicēdo atq; exponendo quæ mihi de hac disciplina & educatione quā modo tetigimus,videbūtur. periculum autem paruū non est,nec aliis simile.Qđ tibi o Clinia curę modo esse iubeo. Tu eñ in Magnesiensium vrbe vel illa cui deus ipsam cognominem faciet,summa florebis gloria,si recte ipsam cōstitues. Certe nūq̄ effugies quin posteriorū omniū fortissimus videaris.Si ergo diuinus hic cœtus nobis o amici constituetur,huic ciuitas erit tradenda.Neq; his reliqui legū latores tāq̄ minus sufficiētibus aduersabunt. Profecto qđ paulo ante quasi somniantes verbis tetigimus, quādo capitis mētisq; cōmunionē p imaginem quādā attulimus,id pœne vigilātes pficiemus,si nobis hi viri exquisite docti cōuenerint,& in arce regionis habitauerint custodes ciuitatis cōstituti,quales nūq̄ nos ī pterita vita ad custodiā agēdam fuisse cognouimus. ME. Ex omnibus q̄ diximus,o amice Clinia patet,aut huiusmodi ciuitatis constitutionē ptermittendā esse,aut hūc hospitē non dimittēdū,sed precibus modisq; omnibus sociū ad disponendā ciuitatem accipiendū.CLI.Probe loqueris o Megille.Ego quidē sic prorsus efficiā,sed tu quoq; opem feras.ME.Feram equidem.

FINIS DIALOGORVM DE LEGIBVS.

Argumentum Marsilii Ficini in Epinomidem,id est Legū appendicem,vel Philosophum.



THesaurum diuini Platonis,magnanime Laurenti,latere in hoc Epinomide q philosophus rursus inscribitur:Platonicorū ambigit nullus. Sed ad hūc in lucē penitus expromendū,multis opus est machinis.Marsilio vero tuo argumēta pmittēti, nō licet prolixiora pstare.Pręsertim cū & scriptorum expressorūq; tabellarii opus assidue vrgeant & argumenta procacius e manibus extorquētes,vix pmittant in singulis voluminibus summa sequi fastigia rerū.Præcedentiū legū consilium est,animos ciuiū pro viribus ita cōponere,vt expeditā adepti tranquillitatē,diuinorū operū rationes & causas perscrutētur,& in his quasi speculis auctorē deum speculentur,& colant.In speculatione quidē sapiētia,in cultu vero religio,in ambobus tota consistit humana felicitas finisq; legū.Eiusmodi finē superiores qdē promittunt leges:Epinomis vero pręstat donante deo.Itaq; perfectū hūc mentis habitum in exordio vaticinatus deinceps supplici quadam oratione petit a deo. Felicitatem alii in hac vita haberi posse iudicauerunt:alii in altera,alii vero nusq̄.Profecto quicūq; in hac vita humanis eam viribus acquiri putant,totius vitæ testimonio reclamante manifeste fallūtur.At vero qui nusq̄, ii tanq̄ vani, vanum quoq; esse volunt naturæ totius instinctum.Sapienter admodū Plato noster felicitatem in altera vita sperat,tum psentis vitæ virtutibus,tum dei munere cōparandā.Non diffidit tamē paucissimos quosdam in hac quoq; vita felicitatem degustare posse.Quos in Phædro,in Phædone,in Repub.tales esse vult,vt extra corpus viuāt potius q̄in corpore,deoq; ipsi potius q̄ sibi viuant:quo efficiatur,vt aspirante deo vel inter ipsos fluminis Lethei fluctus,libare nōnihil ætherei nectaris videantur. Neq; ab re hunc Epinomidem pterea inscripsit Philosophū.Siqdem vt in Reip.sexto & septimo, & in psenti libro patet, philosophi officium est rerum omniū rationes inuestigare, vt diuinam ipsam qua factæ sunt inueniat rationem,inuentam colat,culta fruatur.In hoc autem libro dum ad felicitatem,quam in sapientia religiosa proculdubio collocat,perducere nos contendit, proprium legitime philosophātis depingit ingeniū,& conuenientibus disciplinarum gradibus erudit & format.Atq; vbiq; non minus:immo multo plus virtutis & pietatis,q̄ scientiæ a philosopho videtur exigere:& quicqd sciētiæ ab hoc exigit,idcirco requirit,vt deum ipsum verū tam scientiæ magistrum q̄ auctorem rerum quæ sciuntur,præ cæteris veneretur.Primum vero vim nobis ad diuinam felicitatem naturaliter insitam ex eo probat,q omnes in omnibus actionibus ipsam & vaticinamur & quęrimus,& aliis omnino nullis implemur.Deinde singulas ordine facultates enumerans,ostendit hanc neq; naturalibus,neq; necessariis,neq; ludicris & iocosis,neq; auxiliatricibus facultatibus comparari. Tertio demonstrat,virtutibus tum moralibus, tum speculatiuis acquiri sapientiam & pietatem beatitudinis fundamenta. Vbi vero speculatrices doctrinas enumerat, primo quidem arithmeticam non laudat solum,verum etiam admiratur,quam & in libris superioribus maxime omniū,inquit ingenium acuere, memoriam confirmare,animū ad omnē speculationē actionēq; aptissimū promptissimūq; efficere.Atq; hic addit numerū ab ipso deo hominibus traditum velut rationis discursionisq; necessarium instrumentum. Quo sublato,& animus amēs appareat,& scientię artesq; penitus euanescāt.Laudat pterea geometriā mēsuras spectātē,& stereometriā librātē pōdera,& astronomiā cęlestia obseruātē,& musicā concētum

iustitia,& prudentia insit,vno virtutis noīe iure volumus appellari.Id o amici si vultis,modo apprime teneam⁹:ne dimittamus anteq̄ satis pateat quidnam illud sit,ad quod siue quasi ad vnū,siue qua si totum,siue ad vtraq̨,siue quomodocūq̨ se habeat,respiciēdū sit.An putamus si hoc nos effugerit, satis nobis patere,quæ ad virtutem pertinent,de qua nec si multa,nec si quatuor, nec si vnum sit explanare possimus?Aut igitur si nostro consilio creditis,modum adinuenire conabimur quo id in ciuitate nobis aderit,aut si videbitur,dimittemus.CLI.Minime per hospitalem deum o hospes dimittendū hoc est.Rectissime nāq̨ id dicere videris.Sed quo pacto quis hoc inueniet? ATHE.Nōdū quo modo agendū dicam⁹:sed primū inter nos,oporteat nec ne,cōueniamus.CLI.Oportet certe si possibile est.ATHE.Quid porro de honesto ac bono?vtrum q̨ solūmodo multa sint,custodes nobis cognoscent?an etiam quomodo vnū cognoscent?CLI.Necessariū videtur vt etiā quomodo vnū sunt,intelligant.ATHE.Quid deinde?Intelligere ne solū debent, oratione aūt declarare nō posse qd̄ ītelligūt? CLI.Quo id pacto?seruilis enim habit⁹ esset.ATHE.Nū etiā de omnib⁹ studio dignis eadē ratio est, vt eos qui veri custodes futuri sunt,oporteat veritatem legū optime intelligere, orationeq̨ sufficiēter exponere,& operibus assequi,quę recte fiunt quę non,secūdū naturam diiudicantes?CLI.Cur nō? ATHE.Nōne vna de rebus optimis est ea de qua supra serio disputauimus ? Vbi q̨ sint dii,& q̨ vires maximas habeant demōstrauimus : idq̨ pro viribus homini esse sciendū ita vt multis ignoscam⁹ si legū tātūmodo sententiam sequanť:custodiam vero nōnulli committamus q̨ non multo labore fir maq̨ fide quæcunq̨ ad deos pertinent,fuerit assecutus,vt neminem vnq̄ custodem legū eligamus aut cęteris virtute anteponamus,nisi diuinus sit,diuinisq̨ studiis operam dederit. CLI.Par est igitur vt ais,siquis in re diuina tardus & ineptus sit,vt is longe a rebus pulcherrimis arceať.ATHE.Scim⁹ ne igitur duo esse,q̄ faciunt vt q̄ supra de diis exposita sunt,credanť?CLI.Quęnam? ATHE.Vnū qdē illud de anima supradictū,q̨ antiquissima diuinissimaq̨ oīm sit,quorꝫ mot⁹ generationē sortit⁹ substātiam semper fluentem produxit.Alterum de ordine:quo astra cæteraq̨ feruntť, q̄ intellectus ducēs,omnia exornauit.Nemo eñ qui hæc diligenter considerauit atq̨ percepit,adeo impius vnq̄ fuit,vt cōtra non sit affectus q̄ multi suspicenť.Pleriq̨ enim putant eos qui hęc tractāt astronomiæ & aliis huiusmodi ad hæc necessariis artibus deditі,a religione alienos esse.Quippe cū necessitatē p̄ virib⁹,qua res fiunt,inspexerint,non voluntate diuina boni gratia oīa gigni credere illos arbitrantur.CLI.Quo modo igitur id se habet?ATHE.Contra se habet penit⁹ nūc,& qñ sine anima esse hæc putabanť. Quis etiam tunc quicunq̨ diligentius aliis illa perscrutabantur,mire veritatem tangebant, q̨ videlicet nunq̄ si anima carerent tam exquisita ratione vterenť,mentis expertia : audebant affirmare nonnulli mentem cælestia omnia ornauisse.Sed iidem ipsi nescientes animæ naturam antiquiorem esse corporibus,omnia rursus,vt ita dixerim,immo vero seipsos euerterūt,cū iuniorē putauerint.Nam & q̄ ante oculos sunt,hæc & in cælo esse crediderunt.Itaq̨ terra,lapidibus, aliisq̨ inanimatis corporibus referta esse cælestia credētes,his causas totius mundi dederunt.His igitur factū est,vt qui hæc tractant philosophi,tanq̄ impii vulgo existimarenť,& a poetis compararenť canib⁹ frustra latrātib⁹, aliaq̨ in eos plena stultitię dicerentur.Nunc autem vt diximus,contra omnino se res habet.CLI.Quo pacto? ATHE.Nunq̄ mortalis quispiam poterit deum firmiter colere,qui hęc duo antea non acceperit.Primum,q̨ rerum omnium quę generationis participes sunt,antiquissima anima est: atq̨ etiam immortalis,cūq̨ talis sit,omnibus dominatur.Deinde qd̄ sępius diximus,veram esse mentē in astris nō ignoraret,& quæ antecedunt ad hæc disciplinæ ipsum non lateant.Musæ etiam his conuenientis nō ignarus ad mores componendos legesq̨ seruandas ipsa vtatur:possitq̨ earum rerum rationem reddere,q̄ rationem habent.Qui vero ad virtutes publicas,hæc insuper non possederit,is nunq̄ ferme totius ciuitatis sufficiens princeps erit:sed aliorum minister.Considerandum vero nunc o Clinia & Megille, vtrum prædictis legibus hunc vt apicē custodemq̨ illarum apponere debeamus,vt salutis gratia nocturnus principum cœtus adsit,disciplina quam prædiximus,p̄ditus.Quid ergo agemus? CLI.Quid prohibet optime vir,quo minus quantulūcunq̨ possumus,apponamus?ATHE.Certe ad id contendere omnes debemus.Ego quidem libenter vobis opitulabor.forte etiam ob harum rerum peritiam alios quoq̨ multos adiutores inueniam.CLI.Hac via o hospes maxime proficiscamur, qua deus ipse ducere videtur.Sed modum nunc quo recte hoc fiat,excogitemus.ATHE.Leges de istis o Clinia & Megille non ante scribi possunt,q̄ ciuitas vniuersa fuerit exornata.Tunc enim debita cum auctoritate constituendæ videntur.Sed eę non aliter recte q̄ doctrina multa & longo disputationis examine p̄babuntur.CLI.Quid hoc iterum sibi vult?ATHE.Primum igitur cœtus eorum hominum qui ætate,doctrina,moribus,consuetudine,ad custodiam idonei sunt,constituatur.Deinde quę discēda sunt, ea nec inuenire facile,& inuentoris discipulum fieri arduum.Tempora præterea in quibus percipere oportet singula,frustra scribentur. Nec enim possunt ipsi qui discunt,cognoscere quando quid opportune discatur:anteq̄ in eorum animo rei ipsius scientia fit.Quæ igitur in his palam dici non pos

ſuo coniúctã animal procreare.i.cõpoſitũ quiddã ex proprio corpore, vitaq́ꝫ corpori prorſus infuſa Quę quidem vita iam facta corporea a triplici dependet anima. Nã & a propria, & ab anima ſphæræ & a mundi totius anima. Q̄ꝫ autẽ cæleſtia animas habeant, argumento ſunt apud Platonẽ diuinitas ſubſtãtię cęleſtis, quãtitatis amplitudo, qualitatis virtus viuifica omniũ, motionis velocitas atq́ꝫ efficacia. Q̄ꝫ inſuper animæ cæleſtes mentem habeant, ex ordine tenoriſq́ꝫ eiuſdẽ perſeuerantia conicit. Subdit neceſſitatẽ animę mẽtẽ habẽtis eſſe q̃ maximã, duobus id modis intelligẽs. Primo qdem, quia naturalis neceſſitas, puta in hac vel illa ignis parte ad cõburendũ & aſcẽdendum, agit aliunde ducta. Animæ vero intellectualis natura, quatenus participat intellectum, eatenus ſuæ actionis eſt domina. Deinde quia motus animæ cũ ſit natura liber p̄uaricari facile poteſt, viciſſimq́ꝫ peruagari, niſi mente velut auriga regaẗ: mẽte inquã perfecta, & optimũ actionis finẽ, & electiſſimã viã ab initio ꝑuidente. Quæ quidẽ cũ optima optimę adeſt animæ, qualis eſt in ſtellis, neceſſario præſcriptũ opus aſſequitur. Nam & optimę animę.i. potẽtiſſimę nõ reluctantur corpora, & mens optima conſilium nõ p̄mutat. Hinc ergo ait tres parcas cõſeruare perfectũ quiquid certo conſilio cęleſtes dii deliberarunt. Tres ait Parcas, fatũ vnũ ad diuinarũ mẽtiũ nutũ tria diſponẽs, principia.ſ. ac media, fineſq́ꝫ rerũ. In ſupiori vero libro, q̃ fatis cõſtituta ſunt, materiis ad ignẽ elaboratis, ſiue directis, ſiue cõtortis dixit eſſe ſimilia. Nã vt hę materię in oppoſitũ vltra flecti nõ poſſunt, ita neq́ꝫ fatalia. Neq́ꝫ iniuria ad ignẽ cõtorta cõmemorauit. Nam igneę cęlorꝫ ſphęrę fati ſunt inſtrumẽta. Pręterea vbi ſtellas ait vel ſempiternas eſſe vel lõgęuas, ſufficiẽter Orphicã, & forte Mercurialẽ tãgit opinionẽ: Mũdũ.ſ. poſt multa ſecula in ignẽ reſolutũ iri. Nã & diſſolubile eſſe tãdẽ qđ cõpoſitũ, & ignẽ velut maximũ omniũ atq́ꝫ potẽtiſſimũ in ſe oĩa tãdẽ mirabiliter aſſumpturũ. Mẽtẽ vero diuinã opis huius artificẽ ex igne rurſus opus ſimile & ſimili fato facillimoq́ꝫ nutu reformaturã. Quã qdẽ ſentẽtiã Anaxagoras, Empędocles, Heraclitus, & Stoicorũ pleriq́ꝫ cõfirmauerũt, fatentes deũ qdẽ omnipotentẽ poſſe opus ſuũ ſemper in ordine ſimul tradito conſeruare: at opus ipſum, quia & finitæ naturæ eſt, & intra ſe repugnans, non poſſe ſeruari, deum vero quod formationi deeſt, reformatione rependere. Sed hęc illi viderint. Tu vero notabis hic Platonẽ eos redarguere, qui cęleſtia idcirco negãt viuere, qa ſemp eodẽ modo ferãtur. Qđ qdem non abſentis vitę, ſed p̄ſentis ſufficiẽtię atq́ꝫ ſapiẽtię eſſe oĩbus debuit argumẽtũ. Memẽto p̄terea animã a corpore adeo diuerſam exiſtimari, vt nihil ſit vtriſq́ꝫ cõmune.i. nulla cõmunis materia. Item quia anima ex materia nõ depẽdet: rurſus qa natura corporea, neq́ꝫ vera ſubſtantia, neq́ꝫ vera eſſentia iudicaẗ, appellat animas ſtellarũ deos, eorꝫ vero corpora deorꝫ ſimulacra. Proinde in diis cæleſtibus Iouẽ nominat prouidentię munus: Iunonẽ vero, vim animalẽ prouidẽtiæ ſubditã. Ait & ſtellas ſingula acute ſentire, p ſenſum videlicet a noſtro lõge diuerſum. Deſcribit quoq́ꝫ naturã dæmonũ prudẽtia, ſenſu, memoria, motu potẽtẽ: inter deos hoĩeſq́ꝫ mediã: interceſſionis, interp̄tationiſq́ꝫ gratia honorandam, cogitationes noſtras cognoſcentem, ex noſtris videlicet figuris & motibus & affectibus, diligentẽ bonos, malis infenſam. Omnes hic dæmones videtur bonos exiſtimare, quos videlicet deceat coli. Alibi vero nõnullos ſignificat eſſe malos. Et æthereos qdẽ aereoſq́ꝫ inuiſibiles: Aqueos vero, quos nominat ſemideos, videri ait nonnunq̃ & vix, viſu ſcilicet intimo potius q̃ externo. Addit admoneri animos a dæmonibus per ſomnia, voces, vaticinia, oſtenta: maxime vero quo tẽpore animus migrat e corpore. Multa his admonẽtibus religioni addita eſſe inqt. Ait p̄terea nõ licere quę in religione legibus firmata ſunt, mortali naturæ mutare. Mortali inqt, diuinę em̃ licet. Ediſce diuinũ dictũ: Ratio omniũ diuiniſſima viſibilẽ conſtituit mundũ, quẽ vir felix admirans charitate accẽditur diuinitatis inueniendæ, vnde felix & hic & in altera vita euadit, fitq́ꝫ p ſapientiã vere vnã vere vnus: ad congrua virtuti loca tranſlatus reliquũ etiã oẽ tẽpus diuina cõtẽplaturus. Mox vbi traductũ eſt, Res em̃ diuinas, & quæ ſequũtur, alibi legiẗ: Nõ em̃ prudentis eſt diuinorꝫ alia qdẽ honorare, alia vero negligere. Narrat inter hęc aſtronomica quędã notiſſima. Laudat ad ingenii virtutẽ tẽp̄ratã aeris qualitatẽ. Deinde vbi ait motionem, ad bonũ tẽdentẽ a bona aĩa ꝑficiſci, definẽtẽ vero in malũ, cõtrario ſe modo habere: ne cogites alterã qdẽ mũdi animã bonã eſſe, alterã vero malã: ſed ab ipſa mũdi anima ꝑficiſci bona, quatenus mẽtis eſt p̄ticeps. Alioquin ꝑuẽtura inde mala.i. ordine numerorꝫ oĩno carẽtia. Mala em̃ in ſuperioribus nominauit: q̃ cõcordi numero & pulchritudine carẽt. Bona vero q̃ conſentiẽtibus numeris coaptanẗ. Subdit mala.i. priuationẽ ordinis, victa fuiſſe a bonis.i. ab initio rerũ ab ipſis diuinę mentis ideis. Item vinci oportere.ſ. mundo pſeuerãte. Hęc vero fuiſſe dicta ſcđm iudiciũ impios puniẽs: quia videlicet diuinũ iudiciũ malos puniẽs iniuſtitię malũ vincit iuſtitiæ bono. Notabis virtutẽ maximã eſſe religionẽ, negligentiãq́ꝫ religionis cauſam infelicis ignorãtię hoĩbus extitiſſe. Itẽ optimũ ingeniũ eſſe qđ ex tẽp̄rãtia, & fortitudine mixtũ ſit, docile, memor, ad diuina ꝓpẽſum. Cũq́ꝫ eiuſmodi ĩgenia recte educata ſunt, religionis cultũ ab iis ĩ alios veriſſimũ ꝑficiſci, ciuitatiq́ꝫ oĩm vtiliſſimũ. Et ſapiẽtiã niſi adiuuãte deo diſci nõ poſſe: ab eo aſit q modũ ĩ docẽdo nõ ſeruat: ſatius fore nõ diſcere. Item deorꝫ plena eſſe oĩa: adeo vt ſuperi neq́ꝫ obliuiſcanẗ noſtrarũ rerũ, neq́ꝫ nos deſerãt. Quæ vero de nu-

cęlestiũ imitantẽ. Cõmẽdat quoq; physicã, vbi de corporũ generibus, cõpositionibus, aĩalibus, motionisq; & generationis principio tractat: sed ita, vt minutissima quęq; naturaliũ relinquat medicis, tanq̃ ab eo q ad diuina se cõfert, nimiũ aliena. Dialecticã deniq;, i. metaphysicã, & apicẽ huius theologiã velut reginã omnibus anteponit: videlicet singulis ceu gradibus vtẽtẽ ad inueniendũ deũ atq; adorandũ. Tria vero reginę hui⁹ circa cęteras facultates munera esse ꝓbat. Primum, vt multitudinem harũ omniũ circũspiciat. Secũdũ, q̃nã vna in cũctis comunio cõnexioq; sit cõspiciat. Tertiũ, qua ratione ad vnũ ipsum diuinũq; bonũ, & multitudo hęc, & huius vnio cõferat: manifeste suspiciat. Addit aũt, nisi eiusmodi vnio doctrinarũ ad diuinũ vnũ cõducens, comprehẽdatur, cunctas oĩno inanes euaderet: neq; quid in eis vnũ sit percipi posse nisi cõparẽtur ad vnũ, a quo & ipsam accipiunt vnionẽ. Mentem vero hęc oĩa consequutã, atq; ita vnitã sibi: rursusq; p se vnitã deo: & hic ait ꝓ viribus beatam esse, & in altera fore vita oĩno beatã. Id aũt libri toti⁹ est argumẽtũ. Paulo post exordia, vbi traduxim⁹ hæc verba. s. Breue autem tẽpus, qd̃ deĩde sequiť, alibi legitur, Ad rationis discursum idoneũ. & id qdẽ nõ solũ in deprauatis, sed & moderatis hoĩbus relinqui videť. Vbi vero cęlũ laudat tanq̃ & prudentię & bonorũ omniũ causam, eiusmodi laudes a cęlo corporeo ad incorporeũ cælum. i. ideam cęli vult trãsferri. Quã ibidẽ adorari iubet per cęlũ visibile quasi p simulacrũ significatam. Tu vero hic attẽde, homines in genere terrestriũ dæmonum iudicari, vbi inquit, Dęmones alii simul oẽs, & q̃ sequũtur. Post hęc ait, siquis qd̃ diuinũ est generatione cognouerit, verũ numerũ, pietatemq; cogniturũ. Diuina in generatione duo significat: tum spiritalẽ quãdã motionẽ q̃ in anima est, siue vim motricem, corporeę motionis, generationisq; originem: tũ speciẽ naturalẽ, quę in perpetua generationis successione seruatur. In motu quidẽ animę verus est numerus musica, vt Timęus ait, proportione cõcẽtuq; consonãs. In specie quoq; verus numerus. Rerũ nãq; species certo quodã numero & ordine disponũtur. Per hęc vtiq; religio confirmatur. Nam ex libero animę motu diuinã substãtiã per se existentẽ vaticinamur: & ex perpetua in speciebus pseuerãtia idearũ auguramur æternitatem. Audies sententiã Mosaico mysterio similẽ. Ait eñ, siquid mali ab aeris qualitate & plantis & animalibus nobis inferť, nõ diuinã naturam culpandam esse, sed humanã, quæ iniuste vitam suã distribuit. In sequẽtib⁹, legũ finẽ manifeste cognosces his verbis. Finis hic legũ tibi ꝓpositus est, vt dei cultu & vitæ puritate optimum atq; pulcherrimũ exitum cõsequaris. Mox reperit tria pietatis capita. Primũ, vt deum esse credas. Secũdũ, vt maximorũ simul & minimorum curã habere cõfitearis. Tertiũ, vt nullis p̃cibus aut donis inique flecti eum existimes. Cõfirmat & iterũ diuinitatis fidẽ ex ipsius animę excellẽti quadã diuinitate. Putat aũt quicq̃d ita corpore melius est, vt sit & diuinius. i. diuinis similius q̃ corporeis. i. corporibus cũctis antiquius esse, propterea q; in quolibet rerũ genere siue ordine, qd̃ perfecti⁹ est, esse quoq; magis possidet: ideoq; causam impfectioribus exhibet existendi. Qd̃ vero alteri esse p̃bet, nimirũ est & antiquius. Addit, q̃ñ ex cõgressu animę cũ corpore, cõficiť animal, vnã quãdã ibi formã in corpore resultare. i. vitam corpoream in subiecto ex accessu vitę incorporeę procedentẽ. Ponit & duo rerũ genera. Alterum quidẽ corporeũ, incorporeũ vero alterũ. Et huic quidẽ actionẽ, illi vero attribuit passionem. Huius item vnã esse dicit formam, ob id potissimũ: q; & simplex est, & in ipsa semper forma substãtię permanet. Sed qd̃ legitur, Nõ enim est aliud, & quæ sequũtur: alibi ita legitur: Nã qd̃ in alia trãsmutať, nõ est incorporeum, & oĩno coloris expers p̃ter diuinissimũ reuera animę genus. In genere vero corporum quinq; collocat corpora. Quę ideo vocat solida, quia & in ꝓfundũ adacta discernuntur a planis, & in omni corpore vel liquidissimo est aliq̃d solidi, tum p ipsam naturę ꝓpriæ cõsistentiam, tum Platonice p quãdam terrenę naturę similitudinẽ ad cęlũ vsq; diffusam. Cęlũ quidem ex eo ignẽ noĩat: q; ꝓpriã habet lucem, quę p̃cipua ignis est qualitas. Habet & perennẽ motum, qualẽ videmus in igne: & instar ignis non patiť mixtionẽ, & quia nõdũ naturali depelliť loco, ideo nõ cogitur ascẽsu redire; sed reuoluitur. Et actu qdem lucet, virtute vero calet. oĩno vero diuersissimi generis est a nostro. Post cęlestẽ ignẽ, alteram collocat ignis speciẽ, calentẽ iam magis q̃ lucentẽ sub luna ætheris noĩe nuncupatam. Cuius qdẽ vestigiũ quoddã est noster ignis, iam nõ solum calẽs: sed adurens: adurẽs inquã ob nimiã asperitatis terrenę permixtionẽ. Qui vero in tenui viget materia lucet purius: caletq; suauius: p̃sertim vbi a nullo coarctatus spatiatur in amplum. Huic subdit aerem: aquãq; & terram. Putat autẽ quãlibet mũdi sphęram ex his quinq; cõponi: vt perfectissima inter omnes sit, tã in substãtia cõnexio q̃ in virtute & actione cõmunio. Verũ in qualibet sphæra vnũ esse præcipuũ, ac ꝓ natura sua reliqua insup contineri. Sic & æther in terra terrenus est: & terra in æthere euadit ætherea, similiter & in cęlo. Sed de his nõnihil in Theologia: nõnihil in Timęi commentariis diligẽtius. Proinde animalia in cęlo, æthere, aere, aqua, terra rationalia collocat. Quæ dicit ab anima fieri: ab anima inquam triplici. Vult eñ vltra vnã mũdi totius animã, duodecim esse sphęrarum, duodecim animas: deinde in qualibet sphęra duodecim esse ordines animarũ. Hi ordines in cælo sidera sunt & stellę, in terra homines: in æthere, aere, aqua. s. sublimiori, sunt dæmones. In his singulis animatis animam rationalẽ corpori

huius vitæ iactati illud prædicant: humanum genus felix atq; beatum esse non posse. Attende igitur & considera vtrum & ipse recte hac de re dicere videar. Impossibile arbitror homines in hac vita pręter admodum paucos felicitatem & beatitudinem assequi. Bona tamen spes est, vt post mortem quis ea omnia consequatur: quorum desiderio accensus, optime pro viribus egit vitam atq; exegit. Nec inauditum aliquid nouūq; adduco, sed quod Barbari omnes & Græci modo quodam cognoscimus. Nemo enim ignorat quanta sit in prima generatione animalium difficultas: in conceptione & vtero primū: deinde in natiuitate & partu: postea in nutritione atq; educatione. Nam per mille labores fieri hæc non ignoramus. Breue autem tempus est, non solum respectu diuturnitatis malorum, verum etiam quocunq; modo quis cogitet, quod quasi circa humanæ vitæ medium respirare parumper nos facit. Sed cito tristis senectus superueniens efficit nequis optet rursus in vitam redire, cum pręteritas molestias cogitet, nisi puerili opinione feratur. Quæ omnia ita se habere, illud mihi argumento est, quod modo rimamur. Quęrimus enim quonam pacto fieri sapiētes possimus, quasi aliqua huiusmodi vis singulis insit. Quę quidem tunc nos fugit, quando ad aliquam earum facultatum, quę artis vel prudentiæ vel scientiæ nomine communiter appellantur, quis perrexerit, tanq̄ nulla istarum in huiuscemodi humanis rebus digna sit sapientiæ vocabulo nuncupari, animus tamen valde confidat, vaticineturq; aliquam huiusmodi vim sibi secūdū naturam inesse: quæ vero sit, & quando, & quomodo adsit, facile inuenire non possit. Nonne dubitatio & inquisitio hæc nostra de sapiētia, huc spectat maxime? plena nimirum spe in singulis, quicunq; & seipsos & alios prudenter concorditerq; possunt in omni genere sermonis disputationisq; examinare. Ita ne, an aliter hæc se habere dicemus? CLI. Nos q̄dem hospes ista concedimus, sperantes videlicet vna tecum deinceps ad verissimam de his sentētiam peruenturos. ATHE. Alias igitur artes, quę cum scientiæ appellentur, hominem sapientem nō faciūt primū percurramus, vt illis remotis, eas quibus egemus, admoueamus, cōparemusq;, & facta comparatione discamus. Atq; eas in primis videamus, quibus humanum genus maxime indiget. Vere enim hæ primæ sunt, & maxime omniū necessarię. Quarum artifices q̄uis ab initio sapientes visi sint, nunc tamen & sapientes nō habentur, & propter eas artes vituperantur. Dicēdū igitur quænā hæ sint, & q̄ quicūq; optimi viri cupiūt videri, artium huiusmodi studia fugiant. Prima vero sit, quę ab humanarum carniū esu, qui ferarum ritu quōdam inter homines inoleuerat, vt fabulę ferunt, abstinere iussit, & ad victū modestiorem nos reuocauit. In quo sane prisci homines q̄uis mansuete & humaniter nobis cōsuluerint, valeant tamē, nec sapiētię nomē vsurpent. Deinde sibi Cerealis artificiū vtile quidem & pulchrū, sed sapientē absolute virū nunq̄ efficiet. Difficultatē eñ & molestiā potius q̄ sapientiam afferet. Neq; etiam agricultura id faciet. Non enim arte, sed natura & dei quodā fauore terræ culturam aggressi videmur. Sed nec domorum cōstructio, & reliqua omnis ædificatio, supellectiliūve effectio, nec æratia, vel lignatia fabrica, aut figlina, aut textura, nec instrumentorum omniū artificia, quæ plebi accōmodata, quicq̄ ad virtutem afferunt. Venatrix etiam ars omnis q̄uis varia & ingeniosa sit, magnificentiam tamē sapientiāq; nō tribuit. Sed nec diuinatio aut interpretatio vlla. Nam & si quæ dicūtur cognoscit, vtrū tamē vera sint nec ne, non intelligit. Postq̄ vero nullā earū artiū q̄bus necessaria parantur, sapientē hominē facere nobis cōstitit: reliqua est imitatrix quædā facultas minime seria. Sæpe enim instrumētis imitatio fit: plerūq; deformibus, corporū gestibus & figuris. In eloquio etiam & musis imitatio est, & in fingendo pingēdoq;, vbi multa & varia in corporibus tā duris q̄ mollibus exprimūtur. horum nihil hominem imitationi deditū, sapientē reddit, imitatione vero sublata, artes illę restant quę in ferendo auxilio versari vident. hæ q̄dē multę & varię sunt: sed oībus bellatrix quā imperatoriā vocāt, excellit. Hęc summope p̄pter vsum p̄bat, sed felicitate maxime indiget, & fortitudine magis naturali q̄ sapiētia p̄ficit. Medicina quoq; nobis opitulat cōtra īmoderati frigoris & caloris impetū, cęterorūq; huiusmodi q̄bus natura animaliū lędit. sed horū nihil ad sapiētiā verā conducit. incertis enim coniecturis, opinionibusq; p̄cedūt. Nautas quinetiā, gubernatoresq; ferre auxiliū nō negabimus. Nec tamē eo℞ quēq̄ sapientē vocari ab aliquo permittemus. Nullus enim eo℞ irã vēto rū amicitiāve cognoscit: q̄d & optimū est, & maxime in gubernādi arte requiritur. Neq; etiā sapiētes dici eos volumus, qui litigātibus dicēdi viribus adsunt. Quippe cum memoria & vsu opinionis moribus se accōmodēt, & a verę iustitię intelligentia procul aberrent. Reliqua est mira quædam vis, quæ sibi opinionē sapientiæ similiter vendicat, quā naturam magis q̄ sapientiā multi dicerent. Hæc in eo cōsistit, quādo facile quispiā discit q̄ velit, & multa diu ac firmiter meminit, & q̄d vnicuiq; idoneū est cū oporteat, cito & cōmode reddit. Hęc enim omnia alii naturā, alii sapiētiā, alii naturę solertiā nūcupabūt. Sed nullus mētis compos vere sapientē propter hæc esse quēq̄ concedet. Verūtamē necesse est sciētiā aliquā īueniri, quā quisquis habuerit: nō solū videat, sed reuera sit sapiēs. Attētione opus est. Nam arduā omnino rē aggressi sumus, qui aliam p̄ter dictas artes scrutemur, quę iure sapiētia vera dicatur, quā qui adeptus est, nec abiectus, nec stultus erit, sed sapiens bonusq; p̄pter ipsam ciuis, mo-

De vi naturali ingenii.


meris attingit raptim, vbi opportunius fuerit, latius explicabimus. Nũc ita perstringe. Numeri in se quidẽ incorporei sunt, quando nihil aliud sunt q̃ repetita vnitas. hæc aũt indiuidua est. At cũ primũ sitũ sortiri putãtur, fingi possunt in pũcta cõuerti. Item ex tractu quodã a pũcto in pũctũ nasci lineã ex cuius ductu supficiẽ, ex cuius descẽsu pfundũ. Numeri lineares qdã sunt, superficiales alii, alii vero cubi, atq; solidi. Primi sicut binarius vnitati q̃ pximus. Secũdi sicut quaternarius, per binariũ ab vnitate pcedẽs. Tertii, vt octonarius ex binario in se reuerso pfectus. Perfecta item proportio dupla putatur. Primo qdẽ, quia prima est, inter vnũ. s. atq; duo pgenita. Secũdo, qa dũ videt̃ discessisse ab vno geminãdo restituit vnũ. Tertio, qm̃ oẽs pportiones intra se continet. Nã & sesquialtera & sesqtertia similesq; velut partes sunt infra duplã. Hãc natura obseruat in cęlo: seruat & huius gratia sesquialtera etiam sesquitertiã: ex qbus dupla cõponit̃. Pythagorici em̃, vbi sphęrarũ interualla dimetiũtur terram ad firmamentũ comparant: itẽ ad Lunã & Solẽ, Solẽ quoq; ad firmamẽtũ. In qbus sane cõparationibus interuallũ a terra ad Solẽ cõparatũ ad interuallũ ab eodẽ ad firmamẽtũ: efficit quidẽ inter terrã ac solẽ sesquialterã: inter hũc vero & firmamẽtũ sesqtertiã. & in illa qdẽ pportione diapente consonãtia nascitur: ex hac aũt diatessaron. Ex qbus certe ambabus conficit̃ pportio dupla cõsonãtiaq; diapason. Volũt & a terra ad lunã fieri diatessaron, sicut ad solẽ fit diapẽte, & a sole ad firmamẽtũ iterũ diatessaron. Queadmodũ vero natura pportiones eiusmodi obseruat ĩ sphęris: ita in actionibus passionibusq; elementorum, vt em̃ actio pfecta pueniat, oportet agens duplo potentius esse subiecto. Sed quare? Quia cũ intendat in agendo geminare seipsum, nimirũ pportione indiget geminante. Alioqn si minore spatio superarit, reluctans subiectũ perfectã impediet actionẽ. Sicut vero dupla conducit ad substãtialẽ speciẽ generãdã, ita sesqaltera ad familiarẽ speciei effectionẽ atq; figurã, & sesquitertia ad accidentia qdã cõmuniora. Preterea pportionis eiusdẽ modus in nostris seruatur humoribus. Duplũ enim esse volũt sanguinẽ ad pituitã: duplã & hanc, ad bilem: hãc similiter ad atrã bilem. Q2 si duplas habent, consequenter sesquialteras & sesquitertias, quę in dupla sunt, continent. Similes quoq; in auditu cõsistunt. In quo quatuor aeris insunt gradus: Tres ignis: Duo aquæ: Terrę vnus. Scis aũt inter quatuor atq; tres pportionẽ fieri sesquitertiã. Cõtinet em̃ quaternari9 ternariũ: ac insup vnitatẽ partem ternarii tertiã. Scis quoq; ternariũ inter atq; binariũ sesquialterã collocari, quando ternarius binariũ cõtinet, insuperq; vnitatẽ alterã. i. dimidiã binarii portionẽ. Quãobrẽ in ipsa auditus affectione pportiones oẽs manifestius q̃ aliis insunt. Itaq; & cõsonãtiæ. Diapason quidẽ. i. octauę vocis, in dupla. Diapente vero. i. quintę, in sesquialtera. Diatessaron autem. i. quartę vocis, in sesquitertia. Mitto q; in quatuor elementis pportiones possunt similes cogitari. Sed de his alias. Cõsentiũt his & medici ĩ iis quæ ad tactum & quodãmodo ad gustũ pertinent, gradus quatuor numerãtes. Primum quidem qui vix sensu percipiatur. Secũdũ vero qui manifeste percipiatur, sed non offendat. Tertiũ iam offendentem, & deinde lędentẽ. Quartum breui interimẽtem. In his quidem gradibus, dupla & sesquialtera & sesquitertia reperit̃. sed hęc medici viderint. Adducit hic Plato vnum, duo, quatuor, sex, octo, duodecim. A quatuor ad duo, dupla est, ab octo ad quatuor quoq; dupla. hi quidem excessus duo, proportione sunt pares. vterq; em̃ fit per duplã. nõ tamen pares numero: octonarius enim quatuor superat quaternario: hic vero binario excedit binariũ. Compara rursus senarium, hinc quidem ad quaternarium: inde vero ad octonarium. Hinc certe fit sesquialtera: inde vero fit sesquitertia. Hi ergo excessus pportione sunt impares, numero vero pares. Vtrobiq; enim per binarium fit excessus. Rursus compara sex ad duodecim pportione dupla, & inter hæc ad vtrũq; conferas octonarium. Certe a duodenario ad hũc sesquialtera nascitur. Ab hoc ad sex, oritur sesquitertia: ex quibus dupla inter sex duodecimq; componitur. in qua duo illi excessus tam p̃portione q̃ numero impares euidenter apparẽt. Hęc omnia in commentariis Timæi commodius pertractantur.

Proportio humorũ nostri corporis.

FINIS ARGVMENTI IN EPINO. VEL PHILO.

PLATONIS EPINOMIS VEL PHILOSOPHVS. PERSONAE DIALOGI.

CLINIAS. ATHENIENSIS HOSPES. NEGILLVS. CLI.



IAM, vt cõmuniter statueramus, huc tandem omnes tres o hospes recte peruenimus, ego & tu, & hic Megillus de prudentia quæsituri, qua ratione illud attingere valeamus: quo intellecto humanus habitus optime se quantum natura fert: ad prudentiam habet. Cætera enim quę ad ferendas leges pertinebãt, iam tractauimus. Qđ vero & inuentu & dictu maximũ est, quonam videlicet si cognitum sit, sapiens homo fiat, neq; inuenimus, neq; diximus. Verum nullo pacto pręteremittendũ cẽseo: ne forte imperfectum illud relinquamus, cuius aperiendi gratia hucusq; profecti sumus. ATHE. Scite loqueris o amice Clinia. Sermonem vero quendam nunc mirum, & rursus quodammodo non mirum, auditurum te puto. Multi enim fluctibus

Vtrũ vero sapiens bonusq; sit,qui hæc didicit,ratione q̃rendũ. CLI. Scite nimiũ loquutus es hospes cum affirmares magna te de magnis dicturũ.ATHE.Certe nõ parua sunt hęc o Clinia,& qd maius est,penitus vera.CLI.Ita sane o hospes. Labori ne cedas,quin vt cœpisti progrediare. ATHE. Dabo operam:sed vos etiã labori audiendi ne cedatis.CLI.Sic vtiq; faciemus,vt ego pro vtrisq; respondeã. ATHE.Probe.Quare altius repetendũ:& primo qdẽ siquo modo possumus,vno nomine cõprehẽdẽdũ videt̃,quęnã ea facultas sit,quã sapiẽtiã esse arbitramur.Sin minus id fieri potest,saltẽ alterũ declarãdũ,quęnã,& quot sunt artes,qbus habitis,sapientẽ more nostro hominẽ appellamus.CLI.Dic iam. ATHE. Omni crimine legũ lator carebit,si melius de diis q̃ prisci sentiat, & optima vsus disciplina, deos hymnis colat,beatitudineq; extollat,atq; ita feliciter viuat.CLI.Recte tu hospes.quãdoqdẽ finis hic legũ tibi propositus est, vt dei cultu & vitæ puritati optimũ atq; pulcherrimũ exitũ cõsequaris. ATHE.Quomodo ergo dicemus Clinia? An deos hymnis magnope honorabimus?supplicabimusq; vt sequentẽ de ipsis disputationẽ optime & pulcherrime transigamus?Ita ne,an aliter agendũ censes? CLI.Ita prorsus.sed o vir felix,diis fide habita pcibusq; præmissis, bene de diis atq; deabus loquaris. ATHE.Sic erit,si deus ipse nos duxerit.Et dũmõ mecũ ores,dubitãdũ nõ est. CLI.Prosequaris ergo. ATHE.Principio deoꝝ animaliũq; progeniẽ,quoniã male maiores nostri de diis tradiderũt,nũc melius tractãdã ita suscipe opęprecium eũ, vt supiorẽ aduersus impios disputationẽ a nobis habitã resumamus,qua asserit̃ esse deos,rerũq; omniũ maximarũ simul & minimarũ curã habere, nec pcibus vilis muneribusq; pter iustũ placari.Recordamini ne hęc dicta esse o Clinia? Profecto ita tũc accepistis, vt meminisse debeatis. pręsertim qa maxime vera esse cõstitit. Omniũ vero maximũ illud habitũ est: Antiquiorẽ omni corpore oẽm animã esse.Nũ recordamini? Vel maxime id qdẽ. Nã qd melius id & antiqus,atq; qd diuinius est,id iferiore ac viliore pri⁹ est.Et similiter dux ducto, & princeps subiecto natura prius.Id igit̃ admittamus,animã corpore antiquiorẽ esse.Qd si ita se habet.primũ primi ĩ generatione verisimilius pfecto principatũ exordiũq; esse credet̃.Quare ponamus principatũ principiũ q; principii decẽtius se habere,& sic rectissime in sapiẽtiam de deorum generatione nos ingredi. CLI. Maneãt ista pro humanis viribus affirmata.ATHE. Age igit̃,nonne verissime animã scdm naturam tũc affirmam⁹,cũ vna animę corporisq; cõstitutio,vnã suo cõcursu formã parit?CLI.Recte.ATHE. Animal ergo huiusmodi aliqd merito nũcupat̃.CLI.Certe.ATHE.Solida vero corpora qnq; conueniẽter dicere possum⁹,ex qbus pulcherrima optimaq; fingunt̃.Alterũ aũt genus vniuersum vnã possidet formã.Nõ eñ est aliud quicq̃ qd incorporeũ esse queat,& oĩno coloris expers extra diuinissimũ illud genus ĩ quo est aĩa.Cuius generi soli fingere fabricareq; cõuenit,corpori vero fingi, gigni, atq; oculis cerni.Sed aię generi,vt iterũ repetam⁹,cõuenit vt inuisibile sit,cognitionis cõpos,intelligibile, memorię rationisq; ĩ ipsis ĩparibus paribusve trãsmutationibus pnceps. Sed cũ quinq; sint corpora, ignis,aqua,tertiũ aer,quartũ terra,quintũ æther:horũ principatib⁹ multa variaq; singula aĩalia pducũtur.Qd ĩ vno sic discere possumus. ponam⁹ eñ primo terrenũ aĩaliũ genus esse hoĩes,aĩalia multipeda,pedibusq; carẽtia,pgressiua simul,& stabilia,radicibusq; cõnexa.Vnũ aũt id vbiq; existimãdũ,vt q̃uis oĩa ex oĩbus corporũ generib⁹ sint:plurimũ tñ ĩ hoc terrę solidęq; naturę insit. Alterũ aĩaliũ genus ponẽdũ,qd etiã gignit̃ cerniq; põt,& ignis plurimũ possidet:terrę quoq; & aeris cęterorũq; oĩm paruas pticulas habet,variaq; idcirco hinc oĩno aĩalia & visibilia gigni dicẽdũ. Hæc cęlestia putam⁹ aĩalia esse,diuinũ astroꝝ genus,corpore pulcherrimo,aĩaq; beatissima & optima cõstitutũ. His vtiq; animalibus e duabus sortibus alterã tribuẽdã putamus.Nã aut absq; pernicie ĩmortalia prorsus atq; diuina necessario singula sunt,aut vitã longęuã agũt,singulis adeo sufficientẽ,vt lõgiore nõ egeant. Hęc inquã duo esse aĩaliũ genera cogitem⁹.Rursusq; dicam⁹ vtraq; visibilia esse,quoꝝ alterũ ex igne totũ,ex terra alterũ videat̃.Sed terrenũ qdẽ absq; ordine:igneũ vero omni ordinis ratione mouetur. Qd absq; ordine fert̃,amẽs esse putãdũ est,qd plerũq; faciũt,q̃cũq; apud nos aĩalia sunt.Qd aũt ordine in cęlo pgredit̃,id mẽtẽ habere sufficiẽter eo vestigio demõstrat̃, q p eadẽ semp & siĩter pficiscit̃ agitq; & patit̃ eadẽ.Animę vero intellectũ habẽtis necessitas oĩm necessitatũ maxima est. ducẽs enim sed nõ ducta gubernat.Quãdo autẽ anima quæ res optima est,consilio scdm optimũ intellectũ se gerit,tũc sine peruersione id qd vere scdm intellectũ perficitur, necessario eueniet, nec adamas solidius immobiliusq; esse poterit.Sed tres profecto Parcę,qd singuli deoꝝ optimo deliberarũt cõsilio, pfectũ conseruant.Oportebat igitur hominibus argumẽto esse,q astra vniuersusq; ille circuitus mentẽ habeant,quia eadem semper agunt.Maximo eñ atq; mirabili tẽporis spatio iam ante quid sibi agẽdum sit,deliberarũt.Nec sursum deorsumq; modo hoc modo illud consilio probãt.Quare nec errãt,nec pter antiquũ ordinẽ reuoluũtur.Multis autẽ nostrũ cõtra visum est,hęc quia eadẽ & similiter semper agũt,animã nõ habere.Hanc insanã opinionẽ sequutũ vulgus,genus humanũ quia moueatur,vitam menteq; habere putauit:Diuinũ vero quia in eisdẽ permanet lationibus,mente carere. Decebat autẽ pulchriora melioraq; & diis gratiora sentire,q propterea mentẽ habeãt,quia per eadẽ similiter prog

Quę facultas sit illa quã sapiẽtiã eẽ arbitramur.

Quid pcedat ex eo qd mẽtem habet.

destusq; ciuitatis princeps & subditus. Hanc igit primā inspiciamus: q ex omnibus humanis artibus ita se habet, vt si hęc vna semoueat, amētissima & insipientissima hominis natura reddat. Non est aūt hoc inuētu difficile. Nā si vni vnā cōferes, illa q numerū mortaliū generi dedit, id pfecto efficiet. Deū autem aliquē magis q̄ fortunā ad salutē nostrā hoc munus nobis arbitror cōtulisse. Quem vero deū putem, vobis dicam: etiam si absurdus videbor, & rursus modo alio nō absurd9. Nā ipm bonorū oīm auctorē: cur nō etiā maximi boni, prudētię dico, cām arbitrabimur? Quem vero deū laudib9 o Megille & Clinia effero? Cęlum ferme. qđ par est, sicut dæmones alii simul oēs cęteriq; dei faciūt, nos quoq; honoribus colere, ac præcipue adorare. Atqui cęterorū oīm bonoꝝ cām nobis cęlū fuisse, omnes confiterent. Dedisse ꝑterea numerū, atq; etiā siquis obseruare velit, daturū, nos affirmamus. Qđ qdem is assequet, qui in rectā eius speculationē ascēderit: siue mūdū, siue olympū, siue cęlū id libeat appellare: dummodo varietates ipsius consideret, & quomō anfractu circuituq; astroꝝ diuersa efficiat tēpora: alimētaq; aīalibus largiat, ac sapiētiā vna cum numero cęterisq; bonis, hoībus tribuat. Id vero maximū est: siquis numeroꝝ munus ab eo suscipiēs, oēm pcurrat circuitū. Sed memoria repetam9, dictum & rectissime quidē in supioribus a nobis fuisse, siquis ab hoīm natura numerū auferat, nunq̄ prudētes nos fore. Nunq̄ eñ ferme aīalis huius aīa virtutē oēm pcipiet: a quo rationē abstuleris: nec aīal quod duo & tria, & par & impar, ac numerū ꝑrsus ignorat, rationē de rebus reddere vnq̄ poterit, quas sensu solum atq; memoria percipit. Reliquā vero virtutē, fortitudinē dico & tēperātiā, habere nihil phibet. Qui aūt verę rōnis est expers, is quomō sapiēs vnq̄ euadet? Cui vero deerit sapiētia, vniuersæ virtutis pars maxima, is cum bonus absolute esse non possit. nunq̄ beatitudinē assequet. Ita necesse est oīno numerū psupponere. Idq; necessariū esse, pluribus etiam rōnibus mōstrari licet. Sed recte nunc ratione hac ostendit: q; cæterę artes quas oēs paulo ante enumerauimus, sublato numero penitus euanescēt. Forte vero qui de artibus cogitabit, pauca esse arbitrabit, in quib9 humanū genus numero indiget: q̄uis & hoc magnū sit. Verū siquis, qđ diuinū in generatione, & qđ mortale est, inspexerit, qua in re pietas erga deos & verus numerus cognoscet, is pfecto inueniet, nullū vatē quantę virtutis nobis causa numerus sit, si modo vniuersus affuerit, cōphendere posse. Nā & tota musica mot9 & vocum numero indiget. Et qđ maximū est, bonoꝝ quidē oīm, mali vero nullius cām esse numerū, hinc facile cognoscere possumus, q; irrationalis & inordinata, deformis, inepta, inconcinnaq; agitatio, oīa deniq; in qbus mali quippiā inest, omni numero caret. Qđ sane qui beatus tandē futurus est, ignorare nō debet. Et qui iustū, bonū, honestū, cęteraq; huiusmodi ignorauerit, nec verā opinionē de his acceperit: ad seipsum & alios psuadēdos numeri, rationisq; vi vti nō poterit. Sed cōsiderem9 iā quomodo numero vti didicimus. Age, vnde vnū & duo percepimus? Vt illud aīaduerteremus: ad qđ cognoscendum ab vniuerso naturā vimq; accepimus. Profecto cū multis aīaliū natura negauerit, ne a patre queant vsum numeri discere, nobis id primum indidit deus, vt possimus in eo quod ostenditur, numerū intelligere. Deinde ostēdit aptius: idēq; assidue facit. In qua explicatione rerū nihil aliud, si vnū vni cōferat, pulchrius aspicere possis q̄ diei lucē. Vnde & noctē oculoꝝ officio vicissim cōsideres, vbi maxima apparet diuersitas. Nā si reuoluere hęc nō desinas, multas noctes, & multos dies videbis: quibus cęlū nunq̄ cessat docere hoīes vnū atq; duo: vt etiā q tardissimus est, hinc vti numero discat. Sic eñ & tria, & quatuor, & multa quilibet cernēdo, hęc intelliget. Sed de his vnā deus Lunā formauit: quę modo minor: modo maior apparens: ita quotidie varia ad qndecim vsq; dies ac noctes cernitur. Hic aūt circuitus est, siqs totū circulū in vnū cōferre voluerit. Quare, vt ita dicā, tardissima etiā aīalia, quibus naturā aliquā deus dedit vt possint discere, numerū perciperēt. In his igit ad hæc vsq;, qđ ałcūq; aīal discendi potestatē habet, vnūqđq; p seipsum cōsiderādo, ad numerādū idoneū maxime factū est. Sed numerū oēm ad numerū cōferre, maius opus est: atq; idcirco lunā, vt diximus, modo crescentē, modo decrescētē fecit. Hinc mēses ad annū cōstituit: numerūq; omnē felici quadā fortuna conferri ad numerū docuit. Hinc terra fœcundior facta cōcipit: fructusq; ad alimētū aīaliū oīm parit, cū & suauiter venti flant, & imbres in terrę gremiū salubriter defluūt. Ac siquid mali in his accidit, non diuina culpāda natura est: sed humana, q̄ iniuste vitā suā distribuit. Nobis autem de legibus modo scribētibus cętera q̄ hoīb9 optima sint, facilia cognitu esse vident: & quēlibet posse sufficiēter q̄ de iis dicunt, intelligere, ac præterea facere, postq̄ qđ cōfert, & qđ nō cōfert perspexerit. Cętera inquā nobis visa sunt, & modo vident nō nimiū ardua: quo aūt pacto hoīes boni efficiant, penitus difficillimū. Reliqua rursus bona, possibile est, vt dicit, & nō arduū possidere: opes quatenus oportet, & quatenus nō & corpus quale decet, & quale nō decet. Animū quoq; bonū habere oportere quisq; fatet. Quomodo etiam bonus futurus sit, interrogatus quisq; ita responderet: si iustus, moderatus, fortisq; sit, cætera q; hmōi. Sapiētem quoq; animū esse debere, quis neget? Quæ vero sapientia comparanda sit, vt nuper disseruimus, nullos de multis inter se cōuenire cognouimus. Nūc ergo ꝑter oēs quas supra narrauimus sapiētias, nō vilē quādam ad hoc ipsum inuenimus, vt qui iam dicta didicerit, sapiens videatur,

De ꝑstātia numeri in cognoscendis rebus.

Vñ didicimus nūerū

Oim stellarum virtus. spexi,nec magni aliquid feci.cuiuis em̃ hoc facile est.Harũ tres hę sunt,solis vna,lunæ vna,stellarum omniũ,de qbus ante diximus,vna,atq; alię gnq;. Has oẽs & eos q in his sunt, siue ipsi pgrediant̃,siue in vehiculis ferantur,nullus ita habere se putet,vt alii eoꝝ,dii sint,alii minime,alii legitimi,alii tales quales nefas est dicere:sed oẽs fratres,& in fraternis sortibus viuentes dicamus, iisq; honores reddamus:nõ alii annũ,alii mẽsem,alii nullã sorte,nullũve tẽpus,in quo circulũ suũ percurrit,mundũ ornatũq; vna perficiẽs,quẽ ratio omniũ diuinissima visibilẽ statuit.Hũc vir felix primũ summopere admiratur:deĩde cupiditate ardet ea discẽdi q̃cũq; a natura mortali percipi possunt: sic arbitratus optime atq; felicissime se victurũ:& cũ decesserit ad congrua virtuti loca venturũ.Atq; ita vere initiatus, & ipse vnus vnã reuera sapiẽtiã nactus,reliquũ tẽpus ĩ rerũ omniũ pulcherrimarũ cõtẽplatione versat̃.

Quæ vna vera sapiẽtia. Post hęc q̃ & quot sunt,dicẽdũ est.Eqdẽ affirmare audeo,nũq̃ nos in hoc mendaces fore.Iterum octo esse dicimus.Quarũ tres dictę sunt,quinq; restãt.Quarta vero & qnta latio & anfractus æquali ferme velocitate cũ sole ferũtur. itaq; neq; tardiores sunt,neq; velociores. Atq; harũ triũ semp sufficiẽs ductor est intellectus.Solis dico & Luciferi,& tertii illi⁹,qđ cũ ignoret̃,nominari nõ potest.Qđ ꝓpterea factũ est,quoniã primus harũ rerũ spectator Barbarus fuit.Antiqua em̃ regio illos aluit,qui propter æstiui tẽporis serenitatẽ,primi hæc inspexerũt. Talis Aegyptus & Syria fuit,vbi stellę semper oẽs,vt ita dixerim,clare cernũtur:quia cęli aspectũ nubes & pluuię nõ impediũt.Inde huc & alio quocũq; infinito tẽpore probata ista manarũt.Quapropter magna cũ fiducia hęc legibus sanciãtur.Res em̃ diuinas nõ esse venerãdas arbitrari,aut hęc nequaq̃ esse diuina,extremę demẽtię foret.Qꝫ autẽ nominib⁹ caruerũt,causa dicta est.agnomina tamen deoꝝ tenẽt.Lucifer em̃ q & Vesper est,stella Aphroditis.i. Veneris esse dicit̃.Qđ dictũ Syrio nominũ auctori valde cõgruũ est.Stella vero q̃ æqualiter ferme cũ sole,& hoc currit,Mercurii.Restant tres adhuc lationes eoꝝ qui ad dexterã cũ sole lunaq; mouẽtur. Octauũ ꝑterea circa vnũ oportet dicere:quẽ iure mũdũ supnũ qs nũcupabit,q cõtra q̃ cęteri mouet̃, cæterosq; secũ trahit:vt hominibus pauca de iis sciẽtibus videt̃.Sed necesse est ea dicere,q sufficiẽter cognoscimus. Vera em̃ sapiẽtia hac ratione quodãmodo illi apparet,qui vel modicũ qđ rectę diuinæ ꝙ intelligẽtię nactus est.Reliquę sunt stellę tres:quarũ vna,cęteris tardior est,q̃ Saturni noĩe a quibusdam cognominat̃.quę post hãc situ & tarditate ponit̃,Iouis esse dicat̃.deinde Martis,q cæterorũ maxime rubens est.Hęc intellectu,si qs exponat,difficilia nõ sunt.sed postq̃ intellexeris,ita de diis,vt diximus,existimandũ est.Illud etiã cuilibet Græco sciẽdũ est: nos regionẽ ad virtutẽ omniũ pœne optimã habitare.In hoc maxime laus regionis huius consistit,ꝙ ĩter hyemalẽ æstiuãq; naturã media est.

Laus prouinciæ Gręcię. Tardius Græci q̃ Barbari multa pcepere, sed q̃ ticqd ab illis accepere: meli⁹ reddidere. Quoniã vero magis q̃ Barbari,vt diximus,ab æstiua serenitate distamus: horum deorũ ordinem tardius intelleximus. Verũ quicquid Græci a Barbaris accepere,melius reddiderunt. Qđ & in his quæ modo tractamus,cogitare debemus : ꝙ q̃uis inuentu hæc difficilia sint, magna tamen spes nobis est Græcos præstantiori cultu q̃ a Barbaris acceperit,hos deos omnes honoraturos,ac tũ disciplina,tũ Delphicis oraculis monitos omni legitima obseruatione diligẽter ꝓsecuturos,Nec Græcoꝝ quispiã existimet nõ oportere mortales de diuinis rebus tractare:sed cõtra oĩno putet,nec mẽte carere deũ,ne ꝙ naturã humani generis ignorare.Scit em̃ se docẽtẽ ita sequuturos hoĩes, vt q̃ docẽtur perdiscant. Qꝫ aũt numerũ numerareq; docet,ꝙq; nos id ipm discimus,nõ ignorat.si em̃ id ignoraret, esset oĩm amẽtissimus:certe & qđ fert,accideret.Ipse em̃ seipm ignoraret, si potẽribus discere inuideret magis q̃ gratularet̃:ꝙ propter deũ boni efficiãtur.Profecto verisimile est,quãdo primũ hoĩes de diis cogitare cœperũt,ꝙ essent,& quales,qdve agerẽt,nõ vt prudẽtes qdẽ,nec vt secũdi iudicauisse,q antiquissima esse putauerũt ignẽ & aquã & cętera corpora:mirabilẽ autẽ animã,posteriorẽ . Vnde & corporis motũ potẽriorẽ,honorabilioreq; ducebãt.Nẽpe seipm calore & frigore,cæterisq; huiusmodi agitare. Animã vero neq; corpus,neq; seipsam mouere.Nũc vero cũ dicamus,si aĩa corpori adsit, nihil mirũ esse vt & seipsam moueat,& corpus circũferat,dubiũ nobis nullũ est qn põdus ab ea circũferri possit. Cũ autẽ vniuersi causa aĩa sit,& rerũ alię bonę sint,alię malę,lationis qdẽ oĩs motusq; causam animã esse dicẽdũ:sed lationem motũq; ad bonũ ab optima anima ꝓficisci,motũ vero ad cõtraria,cõtrariũ. Mala autẽ a bonis victa esse,vinciq; oportet.Hæc nobis scđm iudiciũ impios puniens,dicta sunt oĩa. Quãtũ vero attinet ad id qđ modo ꝓbat̃:dubitãdũ nõ est,qn bonus vir sapiẽs sit dicẽdus. Sed videamus nunqđ hãc sapiẽtiã quã iãdiu q̃rimus,ꝑ disciplinã vel artẽ aliquã assequamur,qđ si ignorauerimus,expertes,ignariq; iustitię futuri simus.Ita ꝓfecto mihi videt̃,quare dicendũ est. Qđ igit̃ sursum deorsumq; inuestigãdo cognoui,oratione vobis apire conabor. Nã maxima virtus neglecta ignorantię causa fuit,vt ꝑdicta nobis significare vident̃.Maiorẽ vero virtutẽ religione pietateq; in deũ, nullã in humano genere inueniri qsq̃ sibi psuadeat.Id ex maxima ignorãtia in optimis naturis factũ nõ est. Optimę autẽ naturę sunt q̃ rarissime reperiũtur,& siquãdo reperiãtur maxime prosunt.Animus certe facilis ille est,qui tardã cõtrariãve naturã mãsuete & mediocriter possidet:fortitudinẽ admiratur & temperantiam diligit,& quod maximũ est in his naturis,ad discendum promptus est ac memor:&

fecta, eadẽ semper agant. Hanc astrorũ naturã esse, visu pulcherrimã, quæ ꝓgressu & chorea optima vtẽs, omniũq; chorearũ magnificẽtissima, cũctis aĩalibus cõmoda pbet. Q; aũt nõ immerito aĩata hęc esse dicam⁹, magnitudo quoq; ipsoꝝ testat̃. Nõ eñ tanta sunt dũtaxat quãta cernunt̃: sed incredibili magnitudine singula sunt. Qđ ideo credẽdũ est, qa sufficiẽtibus demõstrationibus id ostẽdit̃: quibus solẽ totũ tota terra maiorẽ esse, & q̃cunq; ferunt̃ astra mirabilẽ habere magnitudinem intelligemus. Cogitemus igit̃ quomodo fieri possit, vt tãta magnitudo ab aliqua natura possit tanto tpe circũferri. Ego igit̃ assero deũ cãm esse, nec aliter fieri posse. Animatũ eñ non aliter q̃ ꝓpter deũ fieri posset, vt nos declarauimus. Qm̃ ergo id facere deus potest, facile ipsi fuit primũ oĩ corpori magnitudiniq; vitã tribuere: deinde qua rõne optime fieri cogitarit, hac ducere. Demũ de his oĩbus verã hãc sentẽtiã ferri volum⁹: Impossibile esse terrã, cęlũ, stellasq; oẽs, & q̃ ex his cõstãt moles, nisi aĩa singulis aut adsit aut insit, adeo exq̃sita ratione annis, mẽsib⁹, diebusq; circũuolui, nobisq; oĩbus bona oĩa facere. Hominem vero decet quo vilior est, eo minus de ipsis nugari: sed conari poti⁹ certi aliqd dicere. Siquis autẽ impetus corpoꝝ, aut naturas, aut hmõi quicq̃ ordinis huius agitationisq; causã esse dicet: pspicuũ nihil adducet. Verũ qđ diximus, iterũ cõsideremus, vt pateat vtrũ oratio illa ꝓbabilis sit, an oĩno futilis iaceat: qua primo dicit̃, duo q̃dam esse, aĩam atq; corpus, & quę ad vtriusq; genus ꝑtinẽt eẽ multa: eaq; ab aliis in genere suo differre, & vtraq; genera a se inuicẽ esse diuersa: adeo vt tertiũ nihil sit vtrisq; cõmune. Animã vero ita differre a corpore, q; illa mẽtẽ habeat, hoc non habeat. Illa dominet̃, hoc subiiciat̃. Illa oĩm passionũ corporib⁹, hoc nullius causa sit. Quocirca siqs cęlestia ab alio quoq̃ facta fuisse, nec ex aĩa & corpore, vt diximus, cõstare cõtẽdat, stultus oĩno imperitusq; habẽdus est. Igit̃ si rõnes in his oĩb⁹ adductę qcq̃ valẽt, atq; hęc oĩa diuina ꝓrsus iudicãda sunt, duoꝝ alterũ arbitrari oportet. Nã aut deos esse hęc & rectissime qdẽ putabimus: aut deoꝝ imagines, & quasi statuas eẽ ab ipsis diis prudẽtibus dignissimisq; artificibus fabricatas credemus. Alterũ inquã horum decernam⁹, & qđ decreuerim⁹ firmiter teneamus: multoq; magis hæc q̃ alia q̃libet simulacra veneremur. Nunq̃ eñ pulchriora cunctisq; hominibus cõmuniora simulacra reperient̃: nec in excellentioribus locis locata, puritate, maiestateq;, & ꝑpetua vita pollentia, q̃ hęc q̃ vndiq; similiter cõstructa sunt. Sed nũc id quoq; de diis asseueremus. Nẽpe cũ duo aĩalia nobis visibilia cognouerim⁹: quoꝝ alterũ immortale: alterũ vero qđ terrenũ est, oĩne mortale sit: iã tria de qnq; mediũ sortita locũ probabili ratione declarare conemur. Aethera post ignẽ ponam⁹, ex quo aĩam aĩalia gignere arbitremur: q̃ similiter vt in cæteris generib⁹ fit, plurimũ de suo habeãt, minimũ aũt copulę gratia de generibus alienis: post æthera ex aere alterũ aĩaliũ gen⁹: tertiũ ex aqua silr̃ ab aĩa fingi. Quæ oĩa cũ aĩa finxerit: totũ aĩalib⁹ cælũ impleuit, omnibus quoad fieri poterat generib⁹ vsa, q̃ oĩa vitę participia sunt. Secũda vero & tertia, quarta, & quinta a manifestoꝝ generatione deoꝝ icipiẽtia ad nos tãdẽ hoĩes deducunt̃. Deos igitur Iouẽ & Iunonẽ cęterosq; oẽs quomõcũq; aliquis velit locato. modo legẽ eãdẽ seruet, atq; hanc rõnem stabilem teneat. Visibiles itaq; deos maximos, sũmopereq; honorãdos: acutissimeq; vndiq; cũcta vidẽtes ac primos, naturã astrorũ & q̃ cũ astris facta sentimus, fatẽdũ. Deinceps vero sub his dæmones genus aereũ in tertia mediaq; regione, q interꝓtationis cã sunt, collocatos, orationib⁹ colere, gratia laudabilis intercessionis interpretationisq; debem⁹. Hoꝝ qdẽ duoꝝ aĩaliũ alterũ ex æthere, alterum deinceps ex aere est. Ac neutrũ cõspici totũ põt: sed q̃uis hi dęmones ꝓpe nos sint: nunq̃ tñ manifeste nobis apparẽt. Prudẽtię mirabilis participes sunt: acuto qppe ingenio, tenaciq; memoria cogitatiões nostras oẽs cognoscũt. Honestos bonosq; hoĩes mirifice diligũt, improbos vehemẽter oderunt, vtpote q doloris ꝑticipes sunt. Sed deus q diuinã sortẽ pfecte possidet, a doloribus voluptatibusq; liber, sapientia cognitioneq; penitus fruit̃. Cũ aũt refertũ aĩalib⁹ cęlũ sit: & dii summi & dęmones se inuicẽ interꝓtant̃. Media eñ aĩalia tũ ad terrã tũ ad cęlũ leui motu ferunt̃. Quintũ vero qđ ex aqua est, recte semideũ vocabimus. Id nõnũq̃ cernitur, nõnũq̃ aspectui nostro se subtrahit, & cũ videt̃: tenui visu pceptũ admiratiõnẽ affert. Cũ igit̃ quinq; hęc aĩalia sint, q̃ aut somniis, aut vaticinio, audituq; p vocẽ sanoꝝ, aut ægrotãtiũ auribus percepta, aut etiã i ipso e vita excessu nobis sese offerẽtia, nostros aĩos mouẽt, vnde multa multis sacra & priuatim & publice his opinionibus instituta sunt, istituẽturq; i posterũ: hoꝝ oĩm legislator q vel minimũ mẽtis habeat, nũq̃ aliqd innouabit. Cauebit eñ ne ad nouũ minus certę religionis cultũ ciuitatẽ suã vertat. Nec q̃ patria lege vel cõsuetudine de sacrificando firmata sunt: mouere audebit. Scire nãq; debet mortali naturæ non esse possibile certi qcq̃ de his cognoscere. Eadẽ ratiõe pessimi habẽdi sunt hi, q deos vere oculis manifestos nõ pdicãt, & sine sacrificiis debitisq; honorib⁹ reliq̃ eos ab hoĩb⁹ patiunt̃. perinde eñ faciũt, ac siqs Solẽ Lunãq; oĩa lustrare, nulloq; i honore haberi videat: nolit tñ p virili sua pte clara hęc hoĩb⁹ reddere, vt solẽnes dies eis sacrificiaq; agãtur, ac tẽpora maioꝝ minorũq; sępe annoꝝ certa distribuant̃. Nõne malus & sibiipsi & cognoscẽti cui q; si dicat̃, merito dici videbit̃? CLI. Immo vero pessimus. ATHE. Id ipsum o Clinia, scias nunc mihi accidisse. CLI. Quonã pacto? ATHE. Scitote octo in cęlo esse virtutes, sibi inuicẽ sorores, quas ego in-

Deoꝝ ordines.

ctā peruenerint, maximos tradi magistratus iubemus, cęteros vero seq, & deos simul deasq; laudare, ac cœtum nocturnum ad hanc sapientiā oēs diligēti examinatione peracta ꝗ rectissime adhortari.

EPINOMIS FINIS.


ARGVMENTA MAR. FICI. IN EPISTOLAS. XII. PLATONIS.

Argumentum in Epistolam Primam.



IO Syracusanus vir profecto magnus, Platonis non auditor solū, sed etiam imitator, a tyranno expulsus, & magno animo pecuniā quā miserat tyrannus statim remittit: & vtpote Platonicus, pro summa iniuria, summo quodā Dionysium afficit beneficio, tribus. s. pręceptis salutaribus admonēs. Primū est, principes non pecuniarum, sed amicorum defectu perire. Secundum: nullam potentiam maiorem esse bonorum prudētiumq; cōsensu. Tertium, oportere errata pręterita recognoscere, & quanto nobis detrimento sint augurari, quo a futuris delictis absterreamur.

Argumentū Marsi. Ficini in Epistolā Secūdā: quę est Platonis ad Dionysium Sicilię tyrannum



N hac epistola quā Plato scribit ad Dionysiū iuniorē post primū ab eo discessum, & expulso Dione, quatuor sunt prae caeteris obseruanda. Primū quidē, ꝙ ait magnā potentiam naturali quodā instinctu, atq; sapiētiā sese inuicē petere, quo in vnū congrediant. Id qdē in diuinitate, in natura, in arte cōpertū habemus. Principio penes deū infinitā dei potētiā īmēsa sapientia comitatur. Qđ hic sub Iouis & Promethei noīe indicat: Iouē qdē potētiā, Prometheū vero ꝓuidētiā esse iudicās. Nēpe diuinę intelligētię fontē atq; spectaculū eiusdē potentiā esse putat. Siqdem & qa potest intelligere, iccirco intelligit, & potētiā eandē contemplat intelligendo. Apparent & horum vestigia in natura. In his. n. quę naturaliter composita sunt, siue lapides & metalla, siue plātę & aīalia, imo & in primis in ipso caelo, ita natura comparatū est, vt ex intima naturę potētia naturaliq; vigore procedat ordo qdā tū in ipsis horū formis, tū in actionibus atq; effectib⁹. Ordo vero eiusmodi extrinsec⁹ euidēs, interiorēq; vigorē potētię comitās, sapiētiā quandā prę se ferre videt. Non. n. aliter in ꝓgressibus ordinatis natura ꝓcedit, aliter sapientia: sed similis oīno est vtriusq; ꝓgressio. In arte quoq; humana siue priuata siue publica, silis qdā videt potētię sapiētięq; cōgressus. Naturalis qdē ingenii, memorię, voluntatis virtus ad potētiā ꝑtinet. Ex hac vero acqsita oritur sapiētia, & in actionib⁹ ipse ad sapientiā ꝑtinēs ordo seruat. Huius aūt mysterii diuinitate, natura, arte cōstātis, in cōsuetudine eleganti habemus exempla, qualia hic Plato recenset, in mutua videlicet potentū sapientumq; familiaritate, & quasi naturali quadā necessitudine. Qua de re nos admonet caelū, in quo planetae significatores princípū his ꝓximi sunt, q significāt sapientes. Nā & Iupiter Saturno est situ ꝓximus, & Sol ferme a Mercurio nō discedit. Morale igit apud Platonē ꝓceptū esto: Principes sapiētes honorent: sapientes libenter principibus cōsulant. Nam & sapientia absq; potentia ꝓdest paucis, & potētia remota sapientia obest multis. Potētia qdē expers sapiētię quo maior est, eo ꝑniciosior. Sapiētia vero ꝓcul a potētia manca videtur. Docēt hoc magnę planetarū cōiunctiones. Iupiter qdē dn̄s est: Saturn⁹ vero Philosoph⁹, hi ꝓfecto nisi coniungant, nihil vel magnū vel stabile moliunt. Felicē quidē familiaritatē Plato vult esse ex potente sapienteq; conflatā. Felicissimā vero copulā, vbi vtraq; in eodē aīo cōiungunt. In quo & ipsum Palladis sedet numē, potētiā vna cū sapiētia copulās. Pallas. n. sola & artes callet simul, & vibrat hastā. Hactenus de primo epistolę huius mysterio dictum sit. Ad secūdū iā ꝑgam⁹. Animi bonitate excellētis, est gaudere bono, maxime vero diuino, hoc est amplissimo. Tale vero est, qđ & ꝗplurimis, & ꝗ diutissime ꝓdest. eiusmodi est vera virtutis gloria ad doctrinā & mores tā posteris ꝗ ꝑ̄sentib⁹ conferēs. Hac ergo viri optimo ingenio ꝑ̄diti duabus de causis maxime omniū delectantur, tum quia sicut intimā virtutis lucē amant, sic exteriorē quoq; diligunt virtutis splēdorē, tū qa splēdore hoc optāt semp ꝓdesse ꝗplurimis, & hoc certe ꝑpetuo in genus humanū beneficio gaudent. Gaudent inquā quatenus sentiūt. Cum vero sempiterna gloria studeāt posteritati ꝓdesse, sperantes videlicet, sicut nunc ita & tunc splendore hoc & beneficio se gauisuros: profecto id se post hāc vitam ꝑ̄sensuros vaticinant. Naturę siqdem diuinioris instinctu ad tantum beneficium instigātur, non tam qa hoc ipso gaudent, ꝗ vt gaudeant. Ac si multae aīalium species in ipsa nidorum esca rūq; opa instigāte natura non frustra futuro vsui consulūt: multo minus diuinos animos sperantes se sempiterno quodam officio gauisuros, frustratur euentus. Eiusmodi vero virtutis splendorem, & beneficium tam in doctrina ꝗ in moribus his verbis Propheta Daniel cōprehēdit. Fulgebūt docti tā ꝗ splēdor firmamēti, & q multos erudierint ad iustitiā, sicut stellę in ꝑpetuas ęternitates. In qbusdā vero animis a sua diuinitate degenerantibus beneficum verae glorię studium vel extinguitur vel in vanam gloriam ꝑmutatur. Tertium epistolę huius mysteriū surgit altius. Sed quoniā in Theologia, & in libro de Amore latius exposuimus, satis fuerit in pręsentia leuiter delibasse. Quādo diligenter formas ab artifice factas cōsideramus, paulatim qua ratione factę fuerint adnimaduertim⁹, &

huiusmodi reb⁹ maxime delectatꝰ,discendi studio deditus,Hęc vtiq; nec facile innascunt̃, & cũ innata fuerint, si educationẽ disciplinãq; idoneã cõsequant̃, plurimos inferiores ita moderari & cõtinere possunt,vt cogitãdo,loquẽdo,atq; agẽdo singula erga deos vt oportet,& qđ oportet,ĩ sacrificiis purificationibusq; eoꝝ q̃ in deos & hoĩes facta sunt,nõ simulatiõe,sed veritate virtutẽ maxĩe colãt,qđ ciuitati oĩm vtilissimũ est.Hanc igit̃ partẽ natura principalissimam esse asserimus, posseq; q̃ maxime atq; optime siqs doceat,discere.Nemo autem docebit nisi deus adiuuerit.Ab eo vero q modum in docendo nõ seruat,ꝑstat nõ discere.necessariũ tñ ex his quę modo dicta sunt,videt̃ hęc discere, & a nobis naturã hãc optimã dici.Quare conemur exponere quę & qualia sint,& quomodo ꝓdiscẽda,idq; pro virib⁹ & meis differẽtis agat̃,& eoꝝ qui exaudire poterũt quo pacto cultus diuini nõnulla discãtur.Inusitatũ quid forsan audietis,nomẽ tñ rei dicamus, qđ nullus ꝓpter huius rei imperitiam arbitraret̃.Nolite ignorare Astronomiã sapiẽtissimũ quiddã esse.Nẽpe necesse est verũ astronomũ eẽ,nõ eum qui secũdum Hesiodũ oẽsq; hmõi, occasum ortumq; cõsideret,sed eum potius q circuitus octo & quõ septẽ sub primo versent̃,quove ordine circulos suos singuli peragãt.Qđ nulla natura nisi mirabilis sit facile vnq̃ inspiciet,vt modo diximus,& dicemus, declarãtes qđ oporteat & quõ oporteat discere.Primo igit̃ id dicatur,ꝙ Luna celerrime circulũ suũ euoluit, atq; ita pleniluniũ primũ & mẽsem peragit.Sol deinde inspiciẽdus est,qui solstitia versionesq; tẽporũ circuitu efficit suo.ꝑterea & q vna cũ Sole currũt,cõsiderandi.Deniq; ne eadẽ de eisdẽ sæpius differamus,cursus omnes quos paulo ante tetigimus,quive non facile intelliguntur,contemplari debemus,ita vt naturę pri⁹ doctrinis ad hęc ptinẽtibus longo vsu laboreq; a iuuẽta,immo vero & a pueritia ꝑparent̃.Quocirca doctrinis quę mathematicę appellant̃,opus est,primo vero ac maxime numeris.non iis dico numeris qui corpus habẽt,sed q oẽm paris ĩparisve generationẽ atq; virtutẽ,quã ad ꝑficiẽdã cognoscẽdãq; rerũ naturã conferunt.Quibus ꝑceptis illa deinceps quã ridicule Geometriam appellant,discenda est. Numerorum vero inter se natura dissimiliũ similitudo ad planorũ partẽ relata clarescit.Qđ qdẽ nõ humanũ sed diuinũ miraculũ,siquis plane intelligat,videat̃ oportet.Post hãc numeri, qui ĩ tres vsq; dimẽsiones adaucti sunt,naturę solidę similes,ac rursus dissimiles,alia quadam arte,stereometria videlicet huic simili,considerandi sunt:sed hanc quoq; qui in ea versati sunt,Geometriã noĩauerũt. Illud aũt mirũ diuinũq; intelligẽtibus est,ꝙ cũ rerũ virtus in duplo semp,& in suo opposito reuoluatur, in singulis ꝓportionibus ꝑ genera speciesq; vniuersa natura format̃.Prima igit̃ dupli virtus secundũ numerũ,per vnũ ad duo ꝓportione ꝓcedit,duplũ potẽtia possidẽs.Sed in solidum & tãgibile rursus ab vno in octo dupli rõ ꝓficiscitur,alio vero dupli in mediũ:sed forte minore maius, & minus maiore ęqualiter.Verũ aliud eadẽ pte extremitates excedit,ab eisq; excedit̃.In medio vero senarii ad duodenariũ numerũ,sesquialtera,& sesqtertia emersit ꝓportio.horũ in medio vis hmõi ab vtraq; versa cõcinnũ hoĩbus vsum cõmodumq; attribuit,ludi & tẽporalis numeri cõcentusq; gratia,chorecę musarũ felici tributa.Hęc igit̃ ita fiant,& ita se habeant.horũ finis est vt ad diuinam generationẽ,& eorũ quę cernunt̃ oculis pulcherrimã diuinãq; naturã considerandam nos cõferamus,quatenus hanc hoĩbus inspiciẽdã deus largitus est,quã nũq̃ sine dictis artibus assequemur. Ad hęc singula quæq; ad species suas, oĩa deniq; ad vnũ in disputationibus referenda,interrogãdo & arguẽdo siqua min⁹ recte dicant̃.Recte enim oĩm pulcherrima & prima hoĩb⁹ hmõi examinatio est.Vbi vero nõ talis reuera,sed simulata inqsitio est,frustra contendit̃.Pręterea tẽpoꝝ considerãdus est ordo, q̃ exacte cęlestia oĩa ꝑficit,vt quicũq; vere dictũ fuisse crediderit antiqorẽ diuinioreq; corpore animã esse,putet præclare sufficienterq; illud quoq; esse dictũ,Deorũ plena esse oĩa,adeo vt superi neq; obliuiscant̃ nostrarũ rerũ,neq; nos deserãt.Sed hoc in his oĩbus aĩaduertẽdũ est,maxĩe illi q recte ꝑceperit,ꝑfutura:ei vero q non recte,deũ inuocãdũ esse.Modus vero hic est.(Necesse.n.est id quoq; tãgere.)Omnẽ lineарum descriptionem,constitutionẽq; numeri,& cõcẽtus rõnẽ,circuitusq; astrorũ cõuenientiã, & quæ vna cũctoꝝ cõspiratio est,ꝑspici oportet ab eo q mõ cõgruo discit.ꝑspiciet̃ aũt siqs qđ dicim⁹ad vnũ recte respiciẽs discat.Vnũ eñ horũ oĩm intelligenti vinculũ apparebit. Qui vero aliter hæc adipisci studet,fortunã vt dicimus inuocet.Nunq̃ eñ absq; his natura in ciuitatibus vlla felix efficiet̃.Etenĩ hic modus est,hęc educatio.hę disciplinę.Per hæc itaq; siue facilia siue difficilia sint,eũdũ.Nefas aũt est deos negligere,cũ felix oĩm illorũ doctrina oĩbus recta rõne patuerit.Eũ sane qui cũcta hęc ita ꝑcepit,vere sapiẽtissimũ appellam⁹.Quẽ ego etiã ioco & serio affirmo,cũ diẽ suũ obierit,non amplius multoꝝ sensuũ vt nunc,sed vnius sortis participẽ fore,vnũq; de multis factũ,felicẽ,sapiẽtissimũ,atq; beatũ,& siue qs ĩ cõtinẽti siue ĩ insulis seu publice seu priuatim vixerit,mõ ita se gesserit, eadẽ a deo sortẽ reportaturũ.Sed qđ in principio diximus,nunc quoq; verũ nobis apparet,nõ posse hoĩes ꝑter paucissimos ꝑfecte beatitudinẽ conseq.Qđ qdẽ recte nobis assertũ est.Nam q diuini modestiq; simul, aliisq; virtutibus natura ꝑditi sunt,disciplinas ꝑterea felices consecuti,quas dixim⁹,iis solũmodo satis ad felicitatẽ oĩa se habere videt̃.His igit̃ q ita & priuatim & publice in his elaborarũt,cũ ad sene

Astronomiã esse sapiẽtissimũ quiddam.

Vide vt male appellata sit geometria.

Deorũ plena omnia.

tranquillo,& erudito ad deũ intellectu se conferat,ita ferme ab ipsa intelligẽtia circa deũ decipitur, quẽadmodum & vulgus sensu imaginationeq; fallitur,& plerią; docti pturbationib⁹ repelluntur.Intelligẽtia eñ pro natura sua iudicans,cõpellit nos deũ ipsum,vel intellectũ quẽdam, vel intelligibile quiddã asseuerare.Immensum vero bonum,neq; intellectus est,q velut egenus ad intelligibile se vertit tanq̃ bonum quo illustrante proficiat,neq; intelligibile est dicẽdum, qđ quidem cõmunem quãdam cum intellectu naturam habet, per quã etiã proportionem habet cum intelligentia congruã. At nulla est immenso bono ad finita bona naturę cõmunio,nulla proportio.Hinc in Parmenide probat nos neq; nomen,neq; definitionem,neq; scientiam habere de deo,vtpote q sit super intelligẽtię limites.Idem ante ipsum Mercurius asserit.Idem post ipsum Dionysius Areopagita,probãs deum nõ esse dicẽdum ens atq; intelligibile,sed super vtrũq;. Quãobrem cũ deus intellectum atq; intelligibile infinito superet interuallo,nemo vlla intelligentię actione diuinam substantiam potest consequi,potest tamen quãdoq; assequi passione. Passione inquã benigna,per ipsam beneficam infiniti boni actionem nobis illatam.Illatam inquã in vnitatẽ ipsam nostrę mentis caput,quando videlicet mẽs in vnitatem suam,quę expressa est diuinę simplicitatis imago,totam vndiq; se collegerit. Verum qđ menti vnitatem hanc indutæ sub diuino Sole subrutilat,tunc ferme abit,cum vnitatẽ exuta rursus induit multitudinem.Ex his vtiq; patet ex Platonis nostri sentẽtia diuina a nobis non inueniri,sed potius desuper reuelari,neq; mente comprehẽdi posse substantiam proprietatemq; diuinorum,nedum verbis,& literis explicari.Ideoq; de his ea mẽte disserendũ describendumq;,vt per verba & literas exhortari & pręparare animos ad diuina speremus, potius q̃ demõstrare.Sic & Plato de substãtię proprietatisq; diuinę definitione scribit nihil.Scribit tamen multa,quę vel per negatiões,vel per relationes,vel adhortãdo,vel instruendo ad eum mentis statum quãdoq; perducant,cui tandẽ ex alto panditur domus oñipatẽtis olympi. Vbi postq̃ se & ab inferiorib⁹ receperit ad seipsam, & a seipsa ad superiora conuerterit,statim vno quodam statu simplici ipsam vnitatem, stabilitatem, simplicitatem, vt ita loquar,attingit.Sed quę attigerit,non licet apud Paulũ homini loqui,& apud Platonem multo minus licet scribere,ne detur sanctum canibus.Cũ vero neq; verbis neq; literis in diuinorũ explicatione confidat,tutius tñ cõmittenda verbis censet q̃ literis.literę nãq; cuiuis cõmunia faciunt. At qui & q̃ electissimis dicẽda pmittit.Oĩno vero iudicat diuinorũ dignitatem exigere,vt ex mente in mentẽ verbis potius q̃ scribendo in exteriores materias traducantur.Hac ratione Iudęi aiunt mysticum suę legis sensum ab ipso deo p Moysem nõ tam literis traditum,q̃ animis cõmendatũ. Sed hoc illi viderint.Pythagorici certe id obseruabãt,& Plato seruauit.Nã & hic pollicet̃ nõnulla p Archedemũ potius q̃ per literas se missurũ. Asserit autem quæ ab ipso scribuntur,esse Socratis,cuius proprium in purificando erat officium.Sed cur additum est Socratem etiam & in iuuentute fuisse pulchrum,id est diuinitus illustratũ? Vt intelligamus,Socratem tam educationis primæ perfectione q̃ naturę felicitate a deo per familiarem dęmonẽ mox accepisse,quę cęteri vix tandẽ multis laborib⁹ assequũtur.Rursus,mysteria eadẽ p diuinã reuelationẽ accepta in Platonem transfusa fuisse, & p Platonis exhortationes in homines similiter affectos posse transfundi.At neqs me in hac expositiõe existimet somniare,audiendus est Proculus hęc ita confirmans.His q ad summũ bonũ puenire cupiunt non scientia,& exercitatione ingenii opus est,sed firmitate,quiete,tranquillitate. Quę quidem diuina fides est,quę nos ad summũ bonũ diuinaq; omnia ineffabili ratione trahit,atq; coniungit. Profecto non per scientiam,aut actionem vllam ingenii exquirere summũ bonum, aut ad ipsum aspirare debemus,sed offerre cõmẽdareq; nos diuinę luci,& pręclusis sensibus, in illa incognita & occulta entiũ vnitate quiescere.Hoc eñ fidei genus omni doctrina antiquius est.Hæc Proculum a Plotino accepisse constat.Siquis aũt hæc diligenter considerauerit,non exigat a Platone in dialogis suis cõsuetũ illum apud humanos disputatores ordinem doctrinalem,sed eo dũtaxat stylo contentus erit,qui rectiori tramite pducat ad deum.Eiusmodi vero stylus siue ordo in purgando & conuertendo consistit.Oportet enim mentis oculum,& purgare a caliginosis materię sordibus,& purgatum in ipsam diuini Solis lucẽ rite dirigere. Vlteri⁹ vero pgrere,aut cõtẽdere non oportet. Immensa eñ lux vbiq; psens sua prorsus natura,creato ad ipsam mẽtis oculo,cũ primũ in eã pur⁹ rite respexerit,se infundit.Ac si ad suscipiendũ deũ intellectus assidue actione vtat̃ ppria,quæ & accidens quiddam est, & multiplex,& modo quodã suo mobilis,pfecto p ipsam a dei substãtia simplicissima, & ab omni motionis imagine remotissima,quodãmodo disiunget̃. Sat ergo fuerit post cõuenientem inqsitionẽ purificasse mentẽ,atq; direxisse.Reliquum Mercurius sacro mentis silentio tribuit. Deum eñ a mente suo quodam silentio potius q̃ sermone suo censet pronũciari. Omnes itaq; Platonis dialogi in hoc ipso versantur,& alii quidem in purgando solum,alii vero solum in conuertendo,alii in vtroq; consistunt.Mysteria vero hæc in epistola ad Syracusanos iterum confirmantur. Atq; hæc confirmata mirum in modum præcepta euangelica comprobant.

quando rationes per quas efficit formas apprehendimus, facile per eas ad ipsas ideas artificiosę mētis accedimus, ad quarũ exemplar rationes suas ad formas direxit efficiendas. Queadmodũ vero in artificiis a formis ad rationes, ab his ad ideas, id est exēplaria pficiscimur: sic in ipso rerũ ordine contemplando pulcherrimas rerũ formas cognoscimus artificiosissimis rationibus esse cōpositas. ac si rationibus, ergo ideis id est exēplarib⁹, ad quorũ silitudinē ipsa ratio formas pducit ĩ ordinem. Tres ergo in vniuerso sunt ordines, Formarũ. s. & rationũ, & idearũ. Ordo qdē formarũ quę patent sensibus: ad animam ipsam mũdi reducit, q̄ vtiq; velut principiũ motus, formas in materia generat. generat autem alias aliis rationibus atq; seminibus. Hunc vero ordinē in aïa rationũ ad mentē redigim⁹ aïa altiorē, a cuius ideis aïa gubernandarũ rerũ suscipit rationes. Ordo deniq; idearũ in mentē ab immenso & simplici diuini boni splēdore descēdit. Siquidē vna hoïm idea bonorũ, id est ipse deus, alias aliorum bonorũ mēti angelicę ideas infundit. Quãobrē tres rerum ordines ad tres principes fontesq; reducũtur. Ordo qdem formarũ ad mundi animã, ordo vero rationũ ad mentem angelicam, ordo deniq; idearũ ad ipsum bonum. Et quia p ideas cuncta referũtur ad bonũ, ideo Plato inquit: Circa oïm regē cuncta sunt, id est circa ipsum bonũ sunt ideæ, perq; ideas omnia. Circa secũdum. i. mentem sunt secunda, id est rationes quę sequunẽ ideas. Circa tertiũ vero tertia, id est circa animã mundi formæ. Significauit aũt deum esse rerum causam exēplarē, vbi dixit circa. Item finalem, vbi ait, Eius gratia. Rursus efficientē, quando subiunxit: Ipse causa est pulchrorũ omniũ. q̄ enim nõnulla sint deformia non ob id habēt q̄ ab ipo sunt, sed quatenus ab eo degenerãt. Neq; mirum Platonici videri volũt, q̄ Plato quodlibet illorũ triũ principiũ nominauerit. Nominasse eñ similiter, sed non ęque. Deum quidem per se vnum bonumq; existere. Cum vero vnitas bonitasq; amplissima sint, sequitur vt deus per se sit omnino. Mentē vero summã deo proximã p deum esse quatenus vnũ quiddam est & bonũ, prætera & per se, quatenus mens est & ordo naturę secũdę. Mũdi deniq; animam productam quidem & ipsam a primo deo, qua vnũ atq; bonũ. Productã quoq; ab ipsa mēte, qua mens. Sed qua per se mobile est, a seipsa productã. Hucusq; ait Plato pcedere diuinorũ origines, rerumq; principia. Pręterea animũ nostrũ esse diuinũ, quãdo addidit affectare diuina, verũ non comprehēdere q̄diu aspicit in ea q̄ sibi cognita sunt. i. vel sensus & sensibilia, vel formas horũ obiectu conceptas ab anima. Hęc eñ oïa a diuinis longe diuersa sunt. vnde animus in hæc aspiciens cogitur de diuinis aliter sentire, & pnũciare q̄ sint. Sequiẽ quartũ mysteriũ de diuinoꝝ perceptione. Primo qdē ait inuestigationē diuinoꝝ non recte factam, id est non debitis, tum purificationis, tum disciplinarum gradibus instructam, malorũ esse omniũ causam. Quia videlicet qui sic inuestigant deum, tandē eo perueniunt, vt vel negent deũ esse, vel de deo affirment quæ non sunt dei. Hinc vera perit religio: extincta religione mala oïa confluunt. Deinde ait stimulũ inuestigandoꝝ diuinoꝝ esse malorũ causam, id est si hoc abutamur, & omno quomodocũq; vtamur, nõ pmittit psentibus oblectamētis frui, & hac in vita quiescere, altiorib⁹ anhelãtes. Verũ qd sibi vult vbi ait, Nisi qs hũc ex aïo stimulũ eruat, veritatē nũq̄ asseqẽ! Profecto negat veritatem rerum a deo dependētium haberi posse, nisi ipsa de deo veritas habeaẽ. Pręterea p illa quę mox subiungit, scito Platonē ipsum assidue in diuinorum inuestigatione versari consueuisse, & qui Platonē primo audiebant diuina contemplantem, solitos sub nimio diuinoꝝ splēdore primus caligare, diuq; vexari, donec videlicet mentē deniq;, tum ab affectib⁹ sensuum, tum a phantasię imaginibus segregarent. quo quidem facto diuina quadã sorte, id est luce veritatē non prius inuentã reperiebant. Propterea Pythagoras quem Plato noster in omnibus venerat, sacra doctrinarum mysteria ab exactissima expiatione mētis exordiebaẽ, præcipiebatq;, & Plato similiter præcipit, ne efferãtur in vulgum, ne vulgus accepta peruerse vel cōtēnat vel incidat in errores. Si eñ in vulgum edideris, de um nihil ex iis q̄ sentiunẽ in se habere, vel te ridebũt, vel deũ esse negabũt. Hinc illud Lysidis pythagorei ad Hipparchum. Haud pium est, mysteria philosophię cũ his cōmunia facere, qui ne somniare quidem purificationem animi potuerunt. Sunt pterea nõnulla mysteria Theologorum circa deũ, quę non vulgũ modo, verũetiam elegantes plerosq; fatigēt. E qbus id vnum est, nihil ex his quæ intelliguntur, absolute de deo affirmari debere. Quicquid enim intelligentia definitum est, infra infinitum deum extare compellitur. Ad hęc itaq; secretiora mysteria ita pleriq; docti adhuc sunt inepti, sicut & vulg⁹ ad leuiora, vsqueadeo vt etiã nõnulli q̄uis acumine, memoria, iudicio valeãt, diuq; hęc audierint, nõdum tamen perfecte comprehendant, quia videlicet & si ad alia quędam, tñ ad Theologica nati nõ sunt, vel si nati, nõ tñ cōgrue ad hęc eruditi atq; educati, vel si educati & eruditi nõdũ tamen ętatis maturioris beneficio a perturbationibus segregati. Perturbatio vero, quia & mouet, & per diuersa distrahit, & ad materiam trahit, iccirco alienam reddit mētem a deo, quo nihil a motu, a diuersitate, a materia põt remoti⁹ cogitari. Non ergo iniuria Lysis Hipparchũ sic admonuit. Operępretium est recensere, quãtum temporis in abstergendis maculis, quę nostris iniustę pectorib⁹ erãt consumpserimus, anteq̄ pcepta Pythagoræ percipere digne possemus. Accedit ad hæc, q̄ siqs etiam



eo consilio iubet incumbere, vt per hæc quasi vestigia odorem diuinum inuestigantes ipsum solum ament, & amando saporem insuper consequantur. Inquit ergo, si vere vel si ita deū philosophemur, id est vel amādo inuestigemus, vel inuestigando amemus, ipsum deniq; omnes proculdubio cognoscemus. Profecto philosophiæ nomē, & si indagationē quandam præ se ferre videtur, amorem tamē fert proprie amatoriamq; indaginē. Cognouit ergo Pythagoras, cognouit & Plato aliter nos habere ad finita bona, aliter ad infinitū bonū: & finita quidē bona cognosci a nobis priusq̄ amentur, & vt cognoscantur amanda, infinitum vero amari anteq̄ cognoscatur, neq; tātū vt cognoscatur quātum vt ametur inuestigādū. At cur amandū prius q̄ intelligatur? Quia videlicet amor amantē trāsferēs in amatum, qd̄ pportioni deerat, transformante supplet affectu. Nonne deus in sacris, ignis sæpe cognominatur? Eadem ergo metaphorica venia, angelus quidem corpus diaphanū, Anima vero opacū corpus cognominetur, q̄diu videlicet cæco hoc carcere clauditur. Itaq; quemadmodum sub igne corpus diaphanum, id est perspicuum, velut aer, & aqua subito lumen & extra & intus admittit: terrena vero corpora vehementer calefacienda sunt prius, & calore in diaphani similitudinē prius extenuanda q̄ igneam suscipiant lucem, sic spiritus a corpore segregati diuinum lumen subito capiūt: spiritus vero terrenis coniuncti corporib⁹ transformantis amoris incēdio idigent. quo quidem purgati, & in diuinam translati similitudinē, diuinitus tandem splendore scientiæ collustrenť. Hinc Porphyri⁹ ait. Inqsitio quidē diuinoꝝ purificat animū, amor vero deificat. Proprio eñ rem sic exprimit verbo. neq; id quidē iniuria. nam & nulla materia ex eo fit ignis ꝙ lumen, sed ex eo ꝙ calorem suscipiat igneum. Platonica ergo sententia est, inuestigāda esse diuina, scilicet illa esse, & qualia quoq; sint cōmuni quadam perceptione: sed interim nō cōmuni, sed singulari incomparabiliq; charitate amanda. sic eñ dūtaxat ea nos alicubi aperte quid sint intelligere posse, atq; fore beatos. Quātum vero hęc sacris consonent literis, nemo nisi prophanus ignorat.

Argumentum in Septimam Epistolam.


SEptima Epistola Platonis est ad ppinquos amicosq; Dionis scripta, iā liberata per Dionem patria, & inique occiso Dione. Verum vt multa ad historiā pertinentia, tum in hac epistola, tum in aliis plane intelligantur, paulo altius repetēdum. Plato ter Syracusas profect⁹ est. Semel quidem superioris Dionysii tempore quadraginta ætatis annos natus. Bis vero postea iuniore Dionysio tyrannidē obtinēte. Quid aūt in singulis profectionibus egerit, aut qua de causa profectus sit, partim in ipsa eius vita a nobis scripta, partim in his apparet epistolis. Dio vero ex eadē familia, qua & Dionysius, fuisse videtur: affinitate insuper cum illo varie implicatus. Quoniam Dionis sororē Aristomachē superior in matrimonio Dionysius habebat. At ipse Dionysii filiā nomine Areten habebat vxorē. Dionysius autē iunior non ex sorore Dionis, sed ex alia vxore nat⁹ erat nomine Dorade. Prima profectione Dio auditor Platonis effectus, vitam ad virtutem traduxit, & concupiscere cœpit publicum patrię bonum. Itaq; defuncto Dionysio seniore, cum iunior Dionysius in tyrannidem successisset, ac puer adhuc fere consilio Dionis gubernaretur, optās Dio ipsum in philosophicę vitæ cupiditatem traducere, Platonem multis precibus Syracusas vocauit, ac Dionysium vt accerseret induxit. Paruit ergo Plato hac in primis spe ductus, se suis consiliis effecturum, vt illic ex tyrannide resp. fieret aut regnum. Sed quarto fere post Platonis accessum mense Dionysius falsis adductus calūniis Dionem quasi tyrannidi insidiantē expulit. Platonem tamen libenter amplectebatur. At Plato indignatus re infecta in patriā rediit. Tertio accessit, Dionē Dionysio reconciliaturo⁹, & ab vtroq; iterum atq; iterum obsecratus, rogatus etiam ab Archita & Archedemo Pythagoricis, nobilibusq; permultis. Tunc & Dionis reuocationem pollicitus est Dionysius, & optimā insuper gubernādi formā se seruaturum. Sed nihil eorum quę pollicitus fuerat, pręstitit. Cum vero Plato palā Dionysium redargueret, ꝙ fefellisset fidem, tum sibi de reuocando Dione, tum Theodoti suo de Heraclide seruando, infensum deinde habuit Dionysium. Itaq; in summo viuebat discrimine, ne a militibus interficeretur. Sed Architas Tarētinus Salmiscū oratorem misit ad Dionysiū vna cū naui, rogās vt Platonem dimitteret. Ille eum dimisit, ac prębuit cōmeatum. Plato in patriam rediit sospes. Dionysium paulo post Dio clam collectis copiis, Syracusasq; profect⁹ expulit, Syracusanis reddita libertate. Ipse vero paulo post dolo suorū inuidiaq; interficitur. Post hęc Hipparinus Dionis filius, & Hipparinus Dionysii frater, Dionis ex sorore nepos, Syracusas tenētes cōsilio nobilium fręti de honestiori gubernandi forma deliberabant. Interea Dionysius hostibus cōiunctus redire in principatum conabatur. Plato igiť ad hos scribit, cohortans eos & instruens ad optimam speciem gubernādi, id est regnum parens legib⁹, & optimatum auctoritate suffultum. Sparsim vero pręcepta eiusmodi in hac epistola colliguť. Non est alienum a bono ingenio optare gubernacula reip. pręsertim quādo necessitas postulat. A bono ciue alienū est optare hęc cum omni licentia obtinere. Nō est prudentis temere publicis se negotiis iplicare. pręsertim vbi absq; salutis publicę spe periculū subeať. Sola philosophia i re tā

Argumentum in Tertiam Epiſtolam.

HAec Platonis Epiſtola ſcribit̃ ad Dionyſium iuniorẽ poſt ſecundũ Platonis ab eo diſceſſum. Et primo qdem ad Dionyſii quęſita reſpondet: deinde calũniã in ſe a Dionyſio conflatã diſſoluit. In reſponſione igitur ad qſtionẽ, docet nõ eſſe in deo voluptatẽ. Illã ſcilicet quę dolorẽ habet oppoſitũ, & in motu quodã, vel indigentię expletione verſat̃. Eſſe aũt in deo totũ id bonum cuius cauſa bona videt̃ voluptas, nõ negat. Addit voluptatẽ, ſcilicet mobilẽ, eſſe cauſam detrimẽti, ſcilicet in pecuniis & honore. Itẽ doloris in corpore. Rurſus auferre acumen, memoriã, iudicium, grauitatem. Poſt hęc cõtra Dionyſii inſimulationẽ probat ſe iuſtiſſimis de cauſis in Siciliam profectum, de reſtituẽdis vrbibus olim dirutis, ac de æqua gubernandi forma cõſiliũ manifeſte dediſſe.

Argumentum in Quartam Epiſtolam.

POſt Dionyſium expulſum tyrannide, ſcribit ad Dionẽ in patriam iam reuerſum, admonens eum atq; etiam Heraclidem & Theodotem cæteroſq; amicos, penes quos rerũ poteſtas erat vt procul a tyrannide viuerent, formamq; gubernandi tenerent ex optimatiũ gubernatione plurimum, atq; ex populari quodãmodo tẽperatam. Sunt hic pręcepta quędam memorię cõmendanda. Primum quidem, ad principes proprie pertinere, cunctis excellere veritate, iuſtitia, magnificẽtia, temperantia. Omnino autem prudẽtia tantum cæteros ſuperare, quãtum viri pueros prudentia ſuperant. Secũdũ vero, oportere tales pſtare ſeipſos, quales videri volunt. Tertium, circũſpicere oculos omnium in ſe eſſe cõuerſos, vt meminerit, neq; vitia ſua latere poſſe, neq; mediocri dũtaxat virtute ſe expectationi maximę ſatiſfacturos Quartũ, probatiſſimos imitari legum latores, & diſcordiam inter collegas quaſi peſtem vitare. Quintum, meminiſſe cõmunẽ beneuolẽtiã eſſe ad res agendas ſummopere neceſſariam. Hanc vero ſola humanitate comparari poſſe atq; ſeruari.

Argumentum in Quintam Epiſtolam.

ET ſi quintã hanc conſuetudo quædam Platoni inſcribit Epiſtolam, videt̃ tñ potius eẽ Dionis Platonem in ſeipſo totum pro viribus effingentis. Inſtruit autẽ Perdicã principẽ conſtitutum in monarchia, vt meminerit ſe iuuenem eſſe, ideoq; conſilio ac miniſterio ſeniorũ indigere, non quidem omniũ, ſed probatiſſimorũ, non quauis in re, ſed in gubernãdi forma, qui intelligant, quid potiſſimũ gubernationis cuiuſq; ſit proprium, ſiue gubernet vnus, ſiue pauci, ſiue multi. Vocem vero gubernationis eſſe vult ſpiritum vitãq; eius. i. legem, quæ officia & erga deum & erga homĩnes congrua inſtituere debet & exequi. Alioqn ſalua eſſe nõ poſſit. At quoniam ſignificat ſe & Euphreũ diſciplina Platonis imbutos, tenere quæ ad ciuilem pertinent diſciplinam, iccirco ne Perdicas hac de re diffideret: ꝓpterea ꝙ Plato ipſe nunq̃ populo ſuo in ciuili diſciplina profuerit, ſubiũgit Platonem coguouiſſe populum ſuum morbo inſanabili laborare, ideoq; medicorũ prudentum more noluiſſe, & fruſtra, & cum ſui diſcrimine beſtiam inſanibilem curandam ſuſcipere.

Argumentum in Sextam Epiſtolam.

PLato diuinus, Hermiam, Heraſtum, Coriſcum, finitimos inter ſe principes, ad veriſſimã concordiam cohortatur, hac ſola ſaluos fore vaticinans, perq; hanc aſpirãte deo, q̃ vnione gaudet, bona omnia conſecuturos, pterea eo deniq; peruenturos, vt rebus rite compoſitis diuinam ſapientiam propenſiori ſtudio q̃ humanam, vt par eſt, proſequi valeant. Concordiam vero ſtabilem firmari inter illos poſſe tradit pacto dũtaxat atq; lege, pacto inquã legitimo ſacris rite peractis inuicem ſtabilito, ac iureiurando interpoſito, deum ipſum teſtando, atq; obſecrãdo tanq̃ vnionis auctorem omnis, atq; ſeruatorem. Teſtando inquã, & obſecrãdo ſub impari, quo deus gaudere dicitur, numero. Tria enim ſumma rerum principia, quę in prima quoq; epiſtola attigit, hic adducit. Vbi. n. ait, omnium ducem pręſentiũ atq; futurorum, mundi animam vult intelligi, quæ vtpote principiũ motus, res oẽs a futuro in præſens, a pręſenti in pręteritum tẽporali ratione perducit. Vbi vero patrem dicit, & dominum, ſummũ deum ipſumq; bonum ſignificat. Sed mediam inter duo hæc mentem quandam diuinam videtur inſerere, quãdo dum repetit ducis, ſubiungit, & cauſæ. Nam apud Platonem ſæpe rex ſignificat ipſum bonum, cauſa vero mentem, dux deniq; animam. Et quoniã cauſam refert ad mentem, ideo in Timæo Platonici diſputant, Intellectum ipſius boni filium, mundi architectum proximum extitiſſe. De quo in Epinomide ſcribitur, Ratio diuiniſſima, ſiue diuiniſſimum verbum, mundum viſibilem exornauit. Appellat autem hic ipſum bonum, tum patrem, tum dominum, vt per primum quidem deſignaret mentis patrem, per ſecundum vero animæ dominũ. Ita forſan Platonicus numerus exponet. Ita quoq; Platonicus chriſtianus, ſed Arrian⁹. Poterit & quiſpiam per ducem, Sanctum ſpiritũ intelligere, per mẽtem vero filium. Nam vbi Plato patrem dicit, filium pariter ſubintelligit. Ac ſiquis vnam trium ponat eſſentiã, Platonicis quidem multis videbitur aduerſari, Platoni tñ manifeſte nõ repugnabit. Exhortat̃ aũt ad grauiora ſimul ſtudia doctrinarũ atq; ad iucũdiores quaſdã diſciplinas his cognatas, ſcilicet eloquentię, poeſiſq;, & muſicæ. Quib⁹ omnib⁹

Ipsa sane cælestes suspiciens radios, non conabitur apud cæcos radiorũ formas frustra describere, immo si insanabiles sint, dimittet, si sanabiles, dũtaxat purgare aciẽ aggredietur sursumq; erigere, vtpote quæ intelligat alio se pacto frustra laboraturam.

Argumentum in Epistolam Octauam.

IN superiori Epistola principes Syracusanos instituẽs, latius in cõnubiis, præceptis, & in rebus a se Dioneq; gestis versatus est. In hac vero ꝓpria iam instituta breuioribus cõprehendit, mediũ semper inter vnius ac populi gubernationẽ obtinens, maxime vero omnium studẽs, vt cõcilient ciues potiꝰ q̃ expellant, & quãtũ fieri potest sine aliena iniuria reipub. statꝰ rite stabiliatur. Mox in principio asserit homines impio scelere pollutos insanabiles esse, neq; his vllum consilium profuturum. Item omnibus in rebus & dicendis, & cogitandis a deo principium faciendum. In tota vero epistola obseruabis q̃ cautus simul, & clemens gubernator sit Plato, q̃ve diligẽs animorum cõciliator. Comprobat vt sui moris est gubernationem Lacedæmoniæ similem. In qua plurimum sit optimatum, sit quoq; regia quædam forma, sit & populare nonnihil. Damnat extremam seruitutem, per quã omnia libidini humanæ subduntur. Improbat & extremam libertatem siue licentiam, in qua quilibet ferme absq; delectu sortitur reip. gubernacula. Medium vero ꝓbat. Nota aureũ dictum. Moderata seruitus est, qua seruitur deo, immoderata qua hominibus. Temperatis quidẽ hominibus lex deus est, intemperatis vero libido.

Argumentum in Nonam Epistolam.

IN epistola ad Architam Philosophũ publicis rebus occupatissimum, consilium dat contemplanti, ne honestam simul & necessariam deserat actionem, Prodesse enim hominibus, & publice & priuatim. actionem honestam vocat, & necessariam. Honestam quidem, quia quemadmodum quodlibet corporis membrum non suiipsius tantum est, sed aliorum etiam, maxime vero totius, ita homines alii aliorum sunt, ac potissimum speciei. Necessariam vero, q̃a & nisi aliis vixeris non potes tibi viuere, & nisi domesticis patriæq; succurreris, res profecto familiaris & publica vel destituta gubernatore nutabit, vel a deterioribus gubernata periclitabitur, at deniq; faciet naufragium.

Argumentum in Decimam Epistolam.

ARistodemum Dionis familiarem elegantia morum in primis philosophãtem in sua opinione, & vita confirmat, asserens substantiam quidem philosophiæ moralem virtutem esse, q̃d & nomen ipsum declarat, amore quodam cultuq; definitum. Speculationes vero humanas esse vel ornamenta quædam philosophiæ extrinseca, vel vias ad ipsam mentis firmã puritatẽ quæ ad mores pertinet, comparandam. Qua comparata diuina potius q̃ humana. & infusa desuper potius q̃ acquisita, sequitur contemplatio: ad quã speculatio illa prior si conferatur, ludus quidam a Platone cognominatur. Id aũt Pythagoræ Socratisq; maximũ est præceptum. Vbi vero ornamenta traducimus, græcum vocabulum ornamẽtum significat argutæ cuidam vanitati, & superbiæ mixtum. Quasi dicat: Scientia inflat, charitas ædificat. Item, In maleuolam animam sapientia non intrabit. Syncerita tem quidem siue sanitatem ponit in animo simplici, & tranquillo: fidem vero in verbis: firmitatẽ deniq; in gestibus, atq; actionibus.

Argumentum in Vndecimam Epistolam.

PRincipi Laodamanti de gubernatione optima consultanti consuetum illud suum dat consilium, leges quidem omnes fore vanas, nisi præterea probatissimi viri per quos viuunt leges ingentem in rep. habuerint potestatem, ac nisi constitutus sit magistratus q̃dam in ciuitate & is quidem maxima cum auctoritate, qui morum censor, per exploratores singulorum actiones diligenter obseruet, ad id semper intentus, vt quotidiana ciuium vita animos ad fortitudinem temperãtiamq; perducat.

Argumentum in Duodecimam Epistolam.

EPistola duodecima nobis argumento est, q̃ liberalis & simplex Plato fuerit: vtpote qui secretiora quædam commentaria sua nondum absoluta Architæ crediderit. Argumentum quoq; id est Architam non minus moribus q̃ verbis philosophantem dignum fuisse, cui charissima quæq; cõmodo traderentur. Forte vero cõmentaria hæc ad explendum Critiam non absolutum & ad conscribendum Hermocratem nondum compositum pertinebant. Epistolam vero ad Dionysiũ quæ ab ignorantibus his adiungitur, ideo non traduximus, quia & ipsa epistolæ verba, & docti oẽs negant esse Platonis. Est autem operæpretium in his epistolis animaduertere, q̃ magno & constanti animo Plato noster, præsertim in amicorum rebus fuerit, & q̃ grauia sæpe discrimina pro amici salute subierit. Præterea q̃ libere atq; benigne tyrannum sæpius corripuerit, ab adulatione quidem maxime omniũ alienus, charitate vero, atq; officio nemini cedens, vt non minus vita & moribꝰ q̃ disputationibus conducere nobis possit ad bene beateq; viuendum.

publica q̃ priuata quid bonum iustumq; sit, quid non sit eiusmodi, potest discernere. Humanum ge=
nus nõ prius desinet in malis versari, q̃ aut philosophi dominentur, aut qui dominãtur, deo illustrã
te philosophẽtur. Delicata luxuriosaq; educatio ingenia vel diuina deprauat. Nullus intẽꝑrãs po=
test esse prudẽs. Ciuitas in qua ciues incõtinentes sunt, nulla legum potentia contineri potest, quin
frequẽtes mutationes, ac semper in deterius patiatur. Violentia neq; patrię, neq; parentibus inferen=
da. Sed vtrisq; procul a violentia cõsulendũ. Auctoritas antiquorum sacrorumq; sermonum cæteris
opinionibus anteponenda est. Bono viro nihil mali potest cõtingere. Anima ab hoc corpore seiũcta
sub diuini iudicis sentẽtia scelerũ luit pœnas. Præstat grauissimas iniurias pati, q̃ inferre. Auari atq;
intemꝑrati, ad res diuinas cæci surdiq; sunt, adeo vt neq; ipsi videãt, neq; ab aliis vel audire sustine
ant, vel auditas ꝑcipiãt. Impietas omĩbus ꝑccatis mixta est, atq; vicissim. Impietas ipsa mixta pec=
catis, stimulus est quo præcipue ꝑccatores tum in hac vita solicitantur, tum in altera cruciantur.
Post hęc vbi de consuetudine sua cum Dionysio, ac de philosophię studio scribit, probat neminẽ in
philosophia aliquid profecturum, nisi amore sapiẽtię accensus, omnes eius gratia & labores sustine=
at, & oblectamenta contẽnat. Tum vero quoniam sapiẽtis est contemplari diuina, opportune ostẽdit
diuina, neq; literis vnq̃ vulgo, neq; verbis exprimi posse, immo etiã nõ debere. Nõ posse quidẽ, q̃a q̃d
maius est, neq; etiã mẽte omnino comprehendunt. Nõ debere etiam, quia & qui in plebe infimi sunt
tanq̃ mõstrosa riderẽt, & qui paulo in plebe supiores, his auditis vel in hęresim falsam inciderẽt, vel
ob leuẽ quãdã altiorum rerũ opinionẽ vani supra modũ cõtentiosiq; euaderent. Non inq̃t Plato vsq̃
nihil veri certiq; de diuinis intelligi posse: sed neq; posse exprimi, q̃d de his intelligitur: neq; propriã
horũ veritatem intelligi eadem ratione qua cętera. Formę quidẽ alię omnino sunt cõiunctę corpori=
bus, alię penitus segregatę. Illæ naturales, hę diuinę vocantur. Sunt & mediæ coniunctæ quidem quo
dãmodo, & quodãmodo separabiles, id est rationales animę, inter diuina & naturalia medię. Quę qua
tenus corporibus coniunctę sunt, eatenus a diuinis necessario disiungũtur. Coniungi enim formis a
materia separatis, nisi separatione non possunt. Separãtur aũt a materia duobus præcipue modis, tũ
morali purgatione, tum resolutione cõtemplatiua. Philosophię studium vtrũq; facit, & quemadmo=
dum qui humidum lignum exiccat prius sole, deinde admouet igni, occasionem quidem ligno præ=
bet, vt accendatur, neq; tamen ipse, sed ignis accendit lignum, ita studium philosophicum & per mo
ralem disciplinam, & purificando præparat animam ad diuina, & ꝑ contemplatiuam resoluendo
admouet mentem diuinis, atq; coniungit: neq; tamẽ ipsum diuina veritate format mentem, sed deus
ipse ignis instar mẽtem quasi materiam philosophię beneficio paratam, & propinquantem, veritatis
suę luce ꝑlustrat. Plato igitur cũ dixisset diuina neq; literis, neq; verbis exprimi posse, significauit:
præterea neq; posse doceri vel inueniri eadem ratione qua cætera. In aliis eñ ꝑcipiendis inquisitio
nostra intellectum & parat & format: cum tamen in diuinis ꝑcipiendis inquisitio vel purgatissi=
ma atq; eminentissima, paret q̃dem, sed non formet. Iccirco inquit opus esse diuturna cũ diuinis con
suetudine, significãs speculationis assiduitatem, item vitę coniunctione, siue cõmunione, significãs
purificationem morali disciplina ꝑfectam. Addit, in mentem deniq; sic affectam non paulatim qui=
dem humano quodam more, sed subito lumen veritatis accendi. Sed vndenam? ab igne, id est deo,
prosiliente siue scintillante. Per scintillas designat ideas exempla rerum in mente diuina. Designat &
formulas idearum nobis ingenitas. Quę ꝑ desidiam olim consopitæ, excitantur ventilante doctri=
na, atq; velut oculorum radii emicantes, ideis velut stellarum radiis collustrantur. Subdit eiusmodi
lumen non accendi solum, sed fieri in anima, vt ostendat tum formulas esse innatas animę, tum splẽ=
dorem eiusmodi familiarem euadere. Ac ne putes in eo statu mentem ambiguam sollicitamq; esse ad=
didit. Seipsum iam alit, id est lumen hoc primum diuinitus in mẽte accensum, deinceps sua virtute
diuinorum haurit copiam radiorum, atq; almo mẽtem gaudio complet. Hic animus seipsum nutrit
id est nihil quęrens extrĩsecus viuit seipso cõtentus. & q̃ beate intus afficiatur, & si velit, nequit ta=
men, & nescit exprimere. Plato quinq; in hac cõtemplatione meditatur grad⁹, quos in Theologia le
gito diligentius a nobis expositos. Iubet eñ cupidum veritatis, tum ꝑ auditum ab ipso rei nomi=
ne, tum per visum aliosq; sensus a rei ipsius accidẽtibus ad ipsam rei definitionem ꝓcedere, ꝑ hanc
ad formulã rei innatam mẽti, ꝑ formulã deniq; ad ideã tam formularũ q̃ rerũ ꝓcreatricẽ. Docetq; in
terea ideã a reliq̃s longe differre, quatuor ꝓcipue modis. Quia. s. idea substãtia est, simplex, ĩmobilis
contrario non ꝑmixta. Reliqua vero q̃tuor. i. nomẽ & accidẽtale simulacrũ & definitio & formulę no
tio, a substãtia, simplicitate, stabilitate, puritate ideę degenerãt. Iccirco haud sufficienter ideã nobis
imprimunt, sed ad diuinã ĩpressionẽ nos vtcunq; possunt accommodãt. Deniq; mens impressa diui
nitus, siquãdo studeat idearum characteres verbis literisq; exprimere, pulcherrimarum rerũ defor=
mes reddet imagines, Verum si crediderit Pythagoricis, nõ tã cõtẽdet vt depigat ideas, q̃ vt audiẽ
tium aĩos excolat, ac velut tabellas expoliat, quibus tandem diuinę formæ diuino digito depigant.

Quando in Siciliã veni,fama erat me pmultũ inter eos q tũc philosophabant̃,excellere.Cupiebã etiam cũ Syracusas venissem,opinionis illi⁹ testẽ habere te: vt etiã apud multitudinẽ philosophia mihi honoraret̃.Verũ nõ satis pspere mihi res illa successit.Causam vero huius nõ illã fuisse dico quã plerique existimarẽt,sed illã fuisse causam assero:q tu nõ satis mihi credere visus es,sed me quodãmõ dimittere velle:alios vero vocare,& quęrere qd mihi esset negotii,cũ diffidẽtia quadã,vt mihi videbat̃.Et q de iis loquebant̃,pmulti erãt,affirmãtes q me qdẽ cõtẽneres:atque ad alia animũ intẽdisses. Hęc igit̃ tũc fama increbuit. Quid aũt post hęc fieri oporteat,iã audi:vt ad illud qđ ĩterrogasti respõdeã quo pacto nos inuicẽ gerere debeam⁹.Si tu qdẽ oĩno philosophiã spnis,valere finam⁹. Sin autẽ vel ab alio audisti,vel ipse p te ĩuenisti meliora q̃ ea q̃ a me tradunt̃,illa cõplectere. Qz si nostra tibi placẽt nos quoque maxĩe honorare debes.Nũc aũt tãq̃ ab initio tu ducas,ego sequar. Honorat⁹.n. a te,te honorabo:nõ honorat⁹ aũt,cõquiescã.Pręterea si tu honorare pri⁹ me cœperis, philosophiã videberis honorare:idque apud multitudinẽ,qđ tu ĩ primis cupiebas,tibi gloriã pariet,tãq̃ sapientiæ amatori.Sin autẽ ego te honorauero me minime honorãtẽ,diuitias admirari videbor & seq.hoc vero q̃ turpe ab oĩb⁹ cẽseat̃,nõ ignoram⁹.Vt aũt sũmatim dicã,te honorãte,ambob⁹ honor erit:me autẽ honorãte,ambob⁹ ĩfamia.Et de his qdẽ satis.Sũma vero ipsa nõ recte se habet.Narrabit vero ipse tibi Archedem⁹,cũ ad te redierit.Illud aũt p̃ciosi⁹ & diuini⁹,de quo p illũ me ĩterrogas,oĩno ipsi est ostẽdẽdũ.Ais em̃ vt ille fert,nõ sufficiẽter tibi a me de prima natura demõstratũ fuisse.Dicẽdũ est igitur tibi nũc p ęnigmata q̃dã:vt siqd huic tabellę vel mari vel terra cõtingat,q eã legerit, intelligere nõ valeat.Est aũt ita.Circa oĩm regẽ cũcta sunt:ipsi⁹ gratia oĩa:ipse pulchrorũ oĩm causa:circa secũdũ scđa,tertia circa tertiũ.Humanus anim⁹ affectat q̃lia illa sint,intelligere:aspiciẽs ĩ ea q̃ sibi cognata sunt.Quorũ nihil sufficiẽter se habet.Sed ĩ rege ipso & ĩ his q̃ dixi,nihil est tale.Qđ aũt post hoc est anim⁹ dicit.At em̃ qualis hęc tua interrogatio est Dionysii & Doradis fili, q̃ maloꝝ oĩm causa ẽ. Immo vero magis hui⁹ stimulus qdã aĩo nostro ingenit⁹.Quẽ nisi qs eruat,veritatẽ certe nunq̃ assequet̃.Tu hoc ad me in hortis cũ essem⁹ sub lauris,excogitauisse dixisti,ac tuã fuisse ĩuẽtionẽ.Et ego inquã,si hoc ita se habere tibi videret̃,multis me disputationib⁹ liberasses.Nec aliũ vnq̃ huius inuẽtorẽ reperisse:plurimãque inuestigationẽ meã circa id versari.Tu forsan aliquo audito diuina quadam sorte inde pgressus es.Demõstrationes aũt eius rei nũq̃ firmas,sed alias aliter ptulisti:quaten⁹ phãtasia cõlectabas.Hoc aũt nihil est tale.Et hoc nõ tibi soli cõtigit.Sed certe scito neminẽ qñ primũ me audit:aliter affici.Et alius qdẽ magis,alius vero minus defatigat⁹ vix tandẽ a labore cessant.Oẽs aũt ferme laborãt non parũ.Hęc aũt cũ ita sint & fuerint,fere inuenim⁹ vt opinor,qđ tu p epistolã pętisti:quẽadmodũ oportet inuicẽ nos habere.Postq̃ vero hęc & p se discusseris:& cũ aliorũ opinionib⁹ cõparaueris:mõ rectũ examẽ peregeris,cõsentiẽtẽ nobis te & nostris p̃bebis.Quonã igit̃ pacto hęc & alia q̃ diximus fient?Recte tu qdẽ ea de causa Archedemũ ad nos misisti.Ac postq̃ ad te reuersus sententiã tibi meã retulerit,dubitatiões alię te forsitã capiẽt.tu vero si recte tibi cõsules,mittes iterũ ad me Archedemũ.ille rursus quasi mercator,nõ sine lucro redibit.qđ si bis aut ter feceris,atque illa quæ mittimus,diligẽter examinaueris,mirabor eqdẽ si nõ multo melius q̃ nũc ad ea q̃ dubitas,te habeas. Audacter igit̃ id agatis.Neque em̃ vel tu vel Archedemus negotiationẽ vllã suscipere potest,quę aut honestior sit,aut deo acceptior.Caue tamẽ ne excidant hęc vnq̃ in aures hominũ disciplinę eruditionisque expertiũ.Nulla sunt em̃,vt mea fert opinio,quę dicta ad populũ,magis ridicula videant̃ : neque q̃ apud ingenuos prolata,magis mirabilia & diuina.Sępe vero dicta semperque audita & multis annis,vix tandẽ velut aurũ cũ magno labore purificant̃.Nã qđ in hac re mirabile contingere consueuit, id audi.Sunt complures hoĩes qui ista iam audiuerũt,pollentes acumine,pollentes memoria,in examinãdo & iudicando solertes,prouecti iam ætate,neque minus triginta annis hęc audiuerunt.hi tamẽ affirmant,quę auditu quondã incredibilia maxime videbant̃, ea sibi nunc primũ valde credibilia videri atque pspicua,& quæ tunc pbabilissima,ea nunc sibi contra videri.Hæc igit̃ intuens,caue nequãdo te pœniteat eorum quæ tibi indigne nunc exciderũt.Maxima vero huius rei custodia est, nihil scribere,sed addiscere.Nã quæ scribunt̃,contineri non possunt.hac de causa nihil ego de iis scripsi vnq̃,neque est Platonis opus pscriptum aliquod,neque erit.Quæ autẽ modo dicunt̃,Socratis sunt,qui vir etiã dum iuuenis esset,virtute claruit.Vale,& nobis crede.Atque hanc epistolã,cum sæpius eam legeris, statim combure.Et de his quidem satis. Miraris autem q ad te Polyxenum non mittã.Ego autẽ de Lycophrone etiã & reliquis qui apud te sunt,idem iãdudum & nunc prorsus affirmo,te scilicet istis tum ingenio,tũ differẽdi arte pręstare q̃ plurimũ:nec illorũ quenq̃ sponte tibi in disputãdo,vt aliq suspicãtur,cedere,sed inuitos.Atqui videris admodũ modeste illis fuisse vsus,& honestis eos muneribus psecutus.Sed de iis quidem pinde atque de talibus talia multa licet dicere.Philistione si vti cõtigerit,vtere q̃ maxime.Et si fieri potest,Speusippi vtere opera,atque remittas.Eget qdẽ tui & Speusippus.Pollicitus autẽ mihi est Philistio,si abs te dimittat̃,se Athenas e vestigio petiturũ. Lithotoniẽ

Vide vt honor icipere debeat a superiore.

Vide modestiã Platonis.

LIBER.XXXVI.PLATONIS EPISTOLARVM.XII. EPISTOLA.I.

Dio Dionysio bene agere.



GO Dum apud vos diuturna opa ita imperiũ vestrũ administrarẽ: vt cæteris vtilitates vestras captãtibus fidei dignitate prestarẽ, grauib⁹ calũniis me suppoſui. Sciebã em̃ ꝙ me vobiſcũ vna res vestras administrãte crudele nihil commiſiſſe vnꝗ̃ videremini. Oẽs aũt q eadẽ in gubernatione verſati sunt, testes mihi eſſe poſſunt. Quorũ ego pmultos summo conatu a dãnis nõ mediocribus liberaui. Imperio quinetiã apud vos fungẽs, ciuitatẽ vestrã ſępius custodiui. Tandẽ vero ignominioſius a vobis expulſus sum, ꝗ̃ viliſſimũ aliquem expelli cõueniat. Ipſe ego iuſſus a vobis abire, qui tã diuturnã operã vestris sum cõmodis impẽtitus. Igit̃ post hac modo quodã inhumaniori mihi ipſi cõsulã. Tu aũt talis tyrãnus gubernabis solus. Pecuniã vero illã egregiam abs te in viaticũ miſſam, p Bacchiũ hũc vna cũ his literis ad te remitto. Neq; em̃ ad viaticũ sufficit: neq; ad cæterã vitã ſatis est vtilis: tibiq; dãti dedecus allatura maximũ, & mihi non multo minus accipienti. Itaq; illam accipere nolui. Tua vero nihil intereſt, & dare & accipere tantũdẽ: ſed illa recepta tuoꝝ quẽuis alterũ honorabis, quẽadmodũ me honorasti. Ego em̃ abs te ſatis iã sum honoratus. Et mihi opportune nũc Euripidis illud venit in mẽtẽ: te rebus qñq; poſcẽtibus talẽ tibi virũ aſſistere optaturũ. Meminiſſe aũt te volo, & alios tragicos plurimos: cũ tyrãnũ aliquem pereũtem inducunt, huiuſmodi illi voces attribuere. Heu miſer, pereo nullis fultus amicis. Auri vero defectu pereũtem aliquẽ nullus adhuc retulit poetarũ. Illud quoq; poeticũ, mentẽ habẽtibus valde pbat̃. Nõ auri fulgor ĩ miſera mortaliũ vita rariſſimi, nõ adamas, nõ argẽteę mẽſę ꝗ̃ apud homines habent̃ in pcio, ita oculis coruſcãt: neq; lati fundi aut pinguia culta tantũ valẽt ad vitam, quantũ mẽs bonorũ virorum cõsentiens. Vale: atq; cõſidera tantũ erga nos erratũ, quo erga cæteros probabilius te geras.

Plato Dionysio bene agere. Epistola. II.



AVdiui ex Archedemo te censere non solũ me, ſed familiares etiã meos p̃ter vnicum Dionẽ nihil mali aduersus te loq debere vel agere. Hoc autem qđ de Dione excipis, ostẽdit me in familiares meos imperiũ nõ habere. Si em̃ haberẽ cũ in alios tũ in Dionem ac te ĩperiũ, tã vobis ꝗ̃ cęteris gręcis bona, vt arbitror, plurima puenirẽt. Nũc aũt hoc dũtaxat magnus sum, ꝙ meipm̃ p̃sto ratiõi meę obediẽtẽ. Atq; hęc dico qa nihil synceri Cratistolus & Polyxen⁹ ad te detulerũt. Quorũ alterũ dicere ferũt, audiſſe Olympiis multos eorũ q mecũ erãt de te obloquẽtes. Forſitã acuti⁹ ꝗ̃ ego, ille audit. Ego em̃ tale nihil audiui. Videt̃ aũt mihi posthac quotiẽs huiuſcemodi aliqd ad te defert̃, te ita facere oportere, vt ſcribas ad me: & rẽ ipſã pquiras. Ego em̃ verũ fateri nec formidabo, nec erubeſcã. Mihi autẽ & tibi ita ſe res inuicẽ habet. Neq; nos alicui vt ita dicã gręcorũ incogniti sum⁹: neq; familiaritatẽ nostrã hui⁹ ſeculi hoĩes cõticeſcũt: certũ quoq; illud habeto, neq; posteros tacituros. Tales ſũt q eã exceperũt, vtpote neq; paruã neq; obſcurã. Quorſũ hęc? Statim aperiã, ſuperi⁹ aliquãto exorſus. Naturę qdẽ lege ſapiẽtia potẽtiaq; excellẽs in idẽ tẽdũt. Sẽpq; ista duo ſe inuicẽ affectãt, pſequunt̃, cõgrediũtur. Deĩde etiã istis hoĩes admodũ delectant̃: quotiẽs ſiue in carminibus poetarũ, ſiue priuatis colloquiis hmõi quædam rẽferũt aut audiũt: ceu cũ de Hierõe & Pauſania Lacedęmonio loquunt̃ hoĩes, gaudẽt Simonidis familiaritatẽ ꝗ̃ cũ illis fuit, cõmemorare: & ꝗ̃ ad eos dixit fecitq;, referre. Similiter Periãdrũ Corĩthiũ, & Thaletẽ Mileſiũ vna celebrare cõſueuerũt, Periclẽ & Anaxagorã, Crœſum atq; Solonẽ: vt ſapiẽtes, & Cyrũ vt potẽtẽ. Atqui hęc imitati poetę Creontẽ & Tiresiã ſimul inducũt, Polydũq; & Minoa: Agamẽnonẽ & Nestorẽ: Vlyſſem & Palamedẽ: atq; vt mihi videt̃, eadẽ ratiõe priſci hoĩes Ioui Prometheũ cõiũxerũt. Horũ vero alios cõsentiẽtes, alios diſſentiẽtes inducunt: alios autẽ quãdoq; cõcordes, quãdoq; vero diſcordes. Eorũq; tã diſſenſiões ꝗ̃ cõsenſiões canũt. Cũcta vero hæc ideo dixi, vt illud ostẽderẽ: ꝙ etiã cũ mortui fuerim⁹, de nobis hoĩes nõ ſilebũt. Quocirca non est negligẽdũ a nobis: ſed curã habẽdũ tẽporis ſubſequẽtis. Fit em̃ natura quadã, vt ignauiſſimi hoĩes nihil curẽt ꝗ̃ ſit de ipis futura opinio, pbatiſſimi aũt viri cũcta faciãt quo ĩ futuris ſeculis bene de ſe loquẽtes hoĩes audiãt. Quã ego cõiecturã facio eſſe aliquẽ ſenſum iis q mortui sunt, rerũ nostrarũ. Q̃m optimi aĩ ſic fore diuinant: deterrimi aũt nequaꝗ̃. Validiora vero sunt diuinorũ virorũ p̃ſagia, ꝗ̃ aliorũ. Puto aũt ſi liceret ſupiorib⁹ illis defũctis de qb⁹ loquor ſuã cõſuetudinẽ emẽdare: plurimã operã adhibituros, vt meliores de ſe ꝗ̃ nũc opiniões circũferrent̃. Hoc nobis qdẽ etiã nũc fauẽte deo facere licet: & ſiqd in ſupiori familiaritate nr̃a nõ recte factũ est, tã factis ꝗ̃ dictis emẽdare illud atq; corrigere, vt vera & optima p̃ſertim quãtũ ad philoſophiã attinet, de nobis ſuſpit opinio: ac fama nostratũ rerũ ſi qdẽ bona est, melior: ſin mala, bona efficiat̃. Atq nos ista curãtes, nihil religioſi⁹ agere poſſem⁹ & negligẽtes, nihil pphanius. Quẽadmodũ aũt hoc fieri cõueniat, ac iuste fieri poſſit, ego iã dicam.

Vide vt cura habẽda ſit futuri temporis.

Optimi aĩ diuinant. Cõiectura ꝙ ſenſus aliqs ſit terũ nostrarũ iis qui mortui ſũt

tim amor planius audiēdi eū inuaserat:partim cupiditas gloriæ stimulabat.Quā vero ob cām in prima illa peregrinatiōe mea nō audiuerit,in supiorib⁹ enarraui.Cū ergo domū ego sospes rediissem:at ꝙ illi iterū reuocanti negauissem vt dixi,visus iā mihi est Dionysius honoris sui cura ꝑsus ardere: veritus ne sic acciperēt hoīes negationē meā,quasi illū ꝑsus cōtēnerē:cū ei⁹ ingeniū moresꝙ & vitā ipsa experiētia cognouissem.Iustū est aūt me verū fateri:ferreꝙ ęquo aīo,siqs q̄ cōtigerit audiēs, meā quidē spernat phiam,tyrānū vero mētē putet habere.Misit em̄ Dionysi⁹ tertio ad me triremē, qua facile nauigarē.Misit & Archidemū:quē ex oīb⁹ Architę in Sicilia familiarib⁹ plurimi a me fieri existimabat:atꝙ vna alios ex Sicilia nobiles.oēs iisdem mihi verbis affirmarūt Dionysiū mirū in modum phiæ deditū esse.Misit ipse ꝑterea pgrādē epistolā,cū sciret queādmodū & ipse erga Dionē afficerer, & Dionis cupiditatē id prorsus expetere,vt Syracusas me cōferrem.Ad hęc igitur oīa cōposita epistola fuerat,tali quodam exordio.Dionysius Platoni.legitima & cōsueta rōne in his ꝑfat⁹:nihil deinceps prius,ait,q̄ si in Siciliā ꝓ nostra volūtate veneris,Primū qdē de Dione ita fiet vt ipse volueris. Voles aūt,vt arbitror,moderata:atꝙ ego cōcedā.At vero nisi veneris,nihil īpetrabis eorū,q̄ ꝓ Dione optas:neꝙ in rebus aliis,neꝙ in iis q̄ ad ꝑsonam ei⁹ spectātia in primis desideratis.Hęc ita scripsit. Cętera vero prolixa forent:neꝙ satis opportuna relatu.Venerunt alię quoꝙ epistolę ab Archita aliisꝙ Italis & Tarentinis,laudantes in Dionysio sapiētiæ studiū.ꝑterea his addebāt:nisi ꝓficiscerer amicitiā illam quā ipsis cū Dionysio cōflauerā:neꝙ paruā qdē quantū ad ciuilia spectat,me oīno calūniis subiecturū.Cū igiť eo tempore sic accerserer,aliis quidē ex Sicilia atꝙ Italia me trahētibus, aliis vero ꝑcibus Athenis q̄si me impellētib⁹,ratioꝙ mihi dictaret nō decere Dionē Tarētinosꝙ hospites & amicos ꝑdere,atꝙ mihi ipsi succurrerer,nō esse mirū siqs ingeniosus iuuenis cū prius sermones de reb⁹ magnis audire noluerit,mutata deide sentētia ardore quodā vitæ optimæ accendať,oportereꝙ ipm euidenter arguere,vtrā in prē declinet:nec ipm ꝑdere:nec meipsum cām illi ꝑbere tātę vituperatiōis suę,si modo res eius reuera ita vt ferť,sese habeāt:harū inquā rōnū patrocinio ꝓtectus,iter īgredior multa qdē timēs,multaꝙ fore diuinās,nec recte qdē vt videť.Profect⁹ deniꝙ sū tertio sub seruatore. Id em̄ reuera cōsecut⁹ sum.nā rursus feliciter sum seruatus.Atꝙ hoꝝ post deū Dionysio habeo gratiā.qm̄ cū pleriꝙ me interficere cuperent,restitit ipse:parteꝙ aliquam pudoris sui meis in rebus exhibuit.Cū itaꝙ ad eū peruenissem,opepciū in primis fore cēsui,hoc ipm examinare: vtrū reuera Dionysius amore philosophię accēsus velut igne flagraret:an van⁹ de eo rumor Athenas vsꝙ fuerit ꝑuagatus.Est modus quidam experientiæ circa hæc sumendæ,non ingenerosus ille quidem,sed tyrannis reuera conueniens,his præcipue qui plurimos iam audiuerint.qđ quidem ego statim veniens ꝑsensi prorsus Dionysio contigisse.Ostendendū est vtiꝙ illis q̄ magna res phia sit:quantoꝙ studio egeat:& quantis laboribus cōpareť.Qui igitur hæc audiuerit,si reuera sapientiā amet,eiꝙ natura cognat⁹ atꝙ ipsius possessione sit dignus,quasi qui diuinus sit,viam sibi mirabilē esse putat ostensam, perꝙ eam sibi omni conatu existimat gradiendum,aliterꝙ facienti viuendum esse non censet.Itaꝙ seipsum atꝙ etiam huius vię ducē impensius cohortatur:neꝙ prius desinit,q̄ vel finē oīm fuerit cōsecut⁹, vel saltem eā sibi cōparauerit facultatē,ꝑ quā ipse se iā sine duce ad terminū ꝑducere valeat.Hęc igitur atꝙ eiusmodi rationibus ille considerans,per vniuersam vitam,quicquid oīno agat,ante oīa est phię semp intentus,victuꝙ quotidiano vtiť quo maxime queat ingeniū & memoriā & iudiciū cōseruare,sese sobriū ꝑstans,cōtrariūꝙ huic victū semper odio habens.At vero qui non sunt reuera sapientiæ amatores,sed opinionibus dūtaxat extrinsecus colorati,instar eoꝝ qui sub sole vruntur atꝙ colorantur,cū audiuerint quot discenda sint,quanto labore,qua quotidiani victus tēperātia philosophię studiis necessaria,rē ꝓtinus sibi durā impossibileꝙ rati,vt operā dent adduci nō possunt.Pleriꝙ vero sibimet ꝑsuadent,sufficienter se oīa iam audiuisse,neꝙ studio prorsus vllo vlterius indigere.Hęc vtiꝙ faciendi ꝑiculi rō ꝑspicua est & minime fallax aduersus eos qui ꝓsequi præ mollitie nequeunt: vt crimē in ꝑceptorē reiicere nunq̄ possint:sed ipsi iam seipsos ad ea quę philosophiā decēt ꝑagenda redarguant vt īpotētes.Hac vtiꝙ examinis ratione apud Dionysiū tūc vsus sum,cūcta vero nec ego ꝑcurri, neꝙ Dionysius requirebat.Nam erant ꝑmulta & maxima,in qbus se satis doctum ob ea quæ ab aliis audiuerat,existimari studebat.Audio vero ipm de his quæ tunc audiuit scripsisse postea,quasi artem ꝓpriā componentem,cū nihil tn̄ horū reuera ipsoꝝ inesset,vt eqdē audio.De his vero ego nihil certi scio.Alios tn̄ quosdā noui de rebus eisdem scripsisse.quicunꝙ vero hi fuerint,ne ipsi quidem seipsos. Tantum vero dicam de his omnib⁹ qui aut scripserūt,aut scripturi sunt,se scire affirmantes quę sint ea quæ ipse tanq̄ seria studiose meditor,siue a me siue ab aliis audiuerint,siue tanq̄ inuētores ipsi fuerint,nihil eos ipsa de re meo iudicio ꝑcipere posse.nec enim de ipsis scripsi vnq̄,neꝙ scribam . Id nāꝙ nullo pacto verbis exprimi pōt,queādmodum cæteræ disciplinæ:sed ex diuturna circa idipsum consuetudine,vitaꝙ ad ipsum cōiunctione:subito tandem quasi ab igne scintillanti lumen refulgens in aīa seipsum iam alit.Atqui tantum equidem scio,Videlicet scripta a me vel dicta optime dicerentur

Futuri philosophi signa.

male vero scripta non minimam mihi afferrent molestiam. Qz si scriptis vel voce proferenda mihi in vulgũ viderenť:qdnã pulchrius nobis in vita fieri posset,q̃ rẽ valde vtilẽ hoĩbus afferre, atq; naturã oĩbus proferre in lucẽ?At vero studiũ in his edẽdis,vtile esse nõ reor hoĩbus,nisi admodũ paucis qui videlicet exiguis ante vestigiis demõstratis,ad inueniẽdũ ipsi sagaces sint. Alios vero partim cõtẽptu nefario,partim elata spe vanaq; impleuisset,quasi p̃clara qdã iã didicissent. Proinde lõgiora de ipsis dicere cogitaui. Forte enim si hęc dicanť,nõnihil de his q̃ dico clarius apparebit. Est nãq; sermo quidã vetus,obstãs illi q de rebus eiusmodi nihil oĩno audet scribere,sæpe qdẽ a me alias dictus, & nunc,vt videtur,dicẽdus. Vnicuiq; ipsoꝝ q̃ sunt,tria sunt,ex qbus sciẽtiã fieri necessariũ sit. Quartũ ipsa sciẽtia est. Quintũ vero oportet ipm ponere,qd q̃ ẽ cognoscibile.i.qd agnosci potest,atq; vere existit.horũ vnũ est nomen,secũdũ oratio siue ratio quędã,tertiũ simulacrũ,sciẽtia quartũ. De vnoquouis igiť accipe,cupiẽs qd modo dictũ est discere,deq; oĩbus similiter cogita. Circulus aliqd diciť,cui nomen id est qd modo p̃nũciabamus. Sequiť aũt eius oratio siue ratio q̃dã ex noĩbus verbisq; cõposita. Qd eñ ab extremis ad mediũ æqualiter vndiq; distat,illius ratio est: qd rotũdi & circũferẽtiæ & circuli noĩe designamus. Tertiũ vero est,q̃ pictus circulus sit vel deletus,aut torno factus vel destructus. Quorũ nihil ipse circulus circa quẽ hęc singula sunt,patiť,vtpote aliud qddã existẽs. Quartũ autẽ sciẽtia est & intellectus,atq; vera circa hęc opinio. Hoc rursus totũ tãq; vnũ est ponẽdũ,qd nec ĩ vocibus nec in corporũ figuris est,sed animis. Ideoq; manifestũ est aliud esse q̃ sit ipsa circuli natura,rursusq; aliud q̃ tria illa q̃ supra diximus. Hoꝝ vero ex numero,intellectus cognatione similitudineq; quinto p̃ximus hæret,cætera remotiora sunt. Idẽ quoq; de recta & curua dici potest figura,atq; colore: deq; bono & pulchro & iusto. rursus de quocũq; corpore,vel manu facto vel naturali,siue igni,siue aqua,cæterisq; huiusmodi. similiter de omni aĩali, ac de moribus aĩorũ, atq; de actionibus passionibusq; vniuersis. Nisi eñ qs in his illa quatuor quodãmodo capiat,nunq̃ sciẽtię circa qntũ p̃fecte p̃ticeps erit. Proinde illa nos minus quale qd sit vnũquodq; q̃ qd sit aggrediunť ostẽdere,p̃pter rationũ debilitatem. Quapropter nemo mẽtis cõpos audebit vnq̃ in idẽ atq; id qdẽ ĩmutabile,referre q̃ ab ipso intelligunť,atq; quatuor illa. Qd vtiq; patiunť,q̃ designanť figuris. Id vero qd nũc dicimus,rursus est considerandũ. Sane circulus qlibet hoꝝ q inter hoĩm manus vel pingunť vel torno fiũt,plenus cõtrarii est ad qntũ. Recti nãq; vndequaq; fit p̃ticeps. Ipsum vero circulũ affirmamus neq; minus neq; magis aliqd,id est nihil oĩno habere ĩ se naturę cõtrarię. Prȩterea nullius hoꝝ nomẽ firmitatem dicimus vllam habere. Nihil eñ p̃hiberet,q̃ nũc rotũda noĩamus,recta vocari,rectaq; rotũda,nec firmitatẽ vllã maiorẽ fore noĩbus in cõtrariũ p̃mutatis. Eadẽ quoq; de oratione ratio est:cũ ex noĩbus verbisq; cõponať nullam oĩno habẽtibus firmitatem. Multipliciter rursus p̃bari potest,nullũ hoꝝ quatuor certũ firmũq; esse. Maximũ vero omniũ,qd paulo ante dicebamus,q̃ cũ duo sint,essentia & qualitas, quãdo animus nõ quale,sed quid sit q̃rit,nisi quolibet hoꝝ quatuor quęsitũ prius ab anima tã ratione q̃ affectu,deniq; sensibus bene discussum,p oĩa quę dicunť atq; ostẽdunť euaserit,omni ambiguitate & obscuritate,vt ita dixerim,oẽs ĩplebit. In qbus igitur haudquaq̃ cõsueti sumus ob prauã educarionẽ verũ p̃quirere, sed satis nobis factũ putamus si apposita simulacra attigerimus,minime derisui sumus inuicẽ interrogati interrogantibus,potentibus dũtaxat quatuor illa discutere atq; arguere. Vbi vero necessitas cogit quintum ostendere,quiuis eorum qui possint subuertere atq; retractare,peruincit: facitq; vt qui exponit sermonibus vel literis vel disputationibus,apud audientiũ multos nihil eoꝝ quæ vel dicere vel scribere aggrediť,intelligere videať. qua in re sæpe ignoratur nõ animũ scribẽtis vel dicẽtis redargui,sed naturã potius cuiuslibet illorũ quatuor se male habẽtis. Traductio vero p omnia illa sursum deorsum in vnũquodq; discurrendo perueniens, vix tandem scientiã parit intrinsecus. scientiã inquã ipsius quod naturaliter bene affectũ est in animo ad ipm quoq; naturaliter bene affecto. At si qs male affectus sit natura,qualis naturaliter animę habitus inest multis,tũ ad illa q̃ discẽda sunt, tũ ad mores,corruptiq; illi sunt,ne Lynceus qdẽ,vt eiusmodi anim⁹ videat,efficere posset. Atq; vt summatim dicã,neq; acumen,neq; memoria faciet vnq̃,vt q rei ipsius qua de agiť,non est cognatus,ipsam inspiciat. Principium etenim in habitibus alienis non sortitur. Quamobrẽ quicunq; iustis aliisq; quorcũq; sunt pulchra,non sunt apti natura atq; cognati, licet alii ad alia ingeniosi simul & memores: rursus quicunq; cognati sunt quidem,sed hebetes & memoria parum validi, nunq̃ ad summũ discendi veritatem peruenient vel virtutis,vel vitii. Necesse enim est ea simul perdiscere, & falsum simul & verũ totius essentię cũ omni exercitatiõe atq; lõgitudine tẽporis,qd & ab initio dixi. Postq̃ vero singulatim ipsorum nomina,rationes,visusq; & sensus agitata inuicem tritaq; fuerint, benignisq; rep̃hẽsionibus redarguta,& absq; inuidia interrogando respõdẽdoq; discussa,vix tandem refulget circa vnũquodq; prudẽtia atq; intelligẽtia,ad summũ omnino p̃ro humana facultate contendẽs. Quamobrẽ permultũ abest,vt vir studiosus de iis quæ reuera digna sunt studio,scribens,hoĩbus,se simul & sua inuidię ambiguitatiq; subiicere debeat. Vno vero ex his sermone id intelligere licet. quãdo videlicet q alicuius

scripta cernēs siue legū latoris in legibus,siue in quibuslibet aliis aliorum,aīaduertat illa non esse illi tanq̄ omnino seria studiosissime ptractata,siqdē sit ipse studiosus.iacēt aūt iter sua in regione pulcherrima.Sinaūt reuera ipsi hęc tanq̄ seria studiose literis tradita sunt,dii qdē minime,sed hoīes mentem eripuerunt.Hāc vtiq̧ fabulā digressionēq̧ qcūq̧ sequet̄,plane intelliget,siue Dionysius aliqd de summis & primis naturę scripserit,siue quis ali⁹ aut minor aut maior,nihil eū syncerū audiuisse vel didicisse eo℞ q̄ scripsit,vt mea fert opinio.Alioquin pariter atq̧ ego ipsa veneratus fuisset : neq̧ ausus fuisset vnq̄ temere edēdo absurditati indecētięq̧ subiicere.Neq̧ vero quasi in memorię subsidium illa scripsit.Nō em̄ hac in re memoriæ diffidendū:si id semel aīo fuerit cōphēsum.Nā id totū breuissime omniū est collectū.Forte vero turpi quadā ambitione id fecit:vel tanq̄ sua hęc asserēs,vel tanq̄ particeps disciplinę,qua indignus erat,q̄rēs gloriā ex pticipatiōe q̄sitā.Verū si ex vna dūtaxat congressione id Dionysio cōtigit,esset id forsan cōcedēdū.Qualis aūt fuit?Proh Iupiter,inquit Thebanus.Percurri eqdē hęc illi,eo quo dixi mō,semelq̧ tm̄.postea vero nunq̄.Post hęc aūt cōsiderādū est,sicui cura sit inuenire eius qđ nobis circa illa accidit,cām:cur videlicet & secūdo,& tertio,& sępius ea nō ptractauimus:Vtrū Dionysius,ipsis semel dūtaxat auditis,adeo sufficiēter ea se scire putauerit satisve norit siue inuenerit ipse siue ab aliis ante didicerit:an friuola q̄ dicebant̄ existimarit.An forte pręter hęc tertiū quiddā acciderit:videlicet vt ipsa haud suis ęqualia virib⁹:sed maiora censuerit: ac reuera se minime idoneū esse q sub prudētię virtutisq̧ diligentia viuat.Si em̄ friuola existimasse dicatur, multis certe testib⁹ ꝑ cā nostra cōtra pugnabit:q in reb⁹ eiusmodi iudicādis lōge maiorē q̄ Dionysi⁹ auctoritatē habeāt.Q̧ si iuenisse vel didicisse,atq̧ ipsa qdē digna videri,q̄ liberali aīo in disciplinam adhibeant̄,quis nō id mirū putet?Dionysiū sic affectū ho℞ aliqñ ducē & auctorē tā facile contempsisse?Quo aūt pacto cōtēpserit,iā dicā.Profecto nō multo post hoc tpe patrimoniū Dionis,qđ prius eū libere possidere,fructusq̧ inde pcipere pmittebat,iā vetuit oīno p eius pcuratores attingi:pecuniasq̧ vt cōsueuerāt ad ipm in Pelopōnessum mitti:quasi epistolę illi⁹ prsus oblit⁹,quā mihi scripserat.Asserebat em̄ res illas nō Dionis eē sed filii,q cū eēt ex sorore nepos,eū ex lege sub tutela ipsi⁹ eē.Hęc igit̄ vsq̧ ad illud tp̄s acta fuerūt.q̄ ego cōsiderās iā plane pspiciebā quo pacto erga philosophiā Dionysi⁹ fuisset affect⁹,cōturbariq̧ licebat siue spōte siue iuite.Erat iā tūc ęstas,& frequēter nauigabatur:videbaturq̧ mihi nō tam de Dionysio q̄ de meipso cōqrēdū,& de his q me impulerant vt in arctū Scyllæ tertio deuenirem,Charybdimq̧ remetirer pniciosam.Compulsus itaq̧ sum Dionysio dicere,non posse me vllo mō apud se fore,Dione tā ignominiose cōtēpto.At ille me consolabat̄,rogabatq̧ vt manerē,nō putās sibi honestū,vt ego ipse tā cito horū a se factorū nūcius irem.Cū vero mihi manendum persuadere nō posset,ipse mihi se paraturū ait,q & quo pacto me deferrēt.Ego aūt in transmissoriis nauigiis traiicere cōstituerā,oīa esse pferēda ducēs si abire me prohiberet.quippe cum manifeste ipse nulla Dionysium iniuria afficiens,ab eo iniuria affectus fuissem.At ille cum me nullo modo manere velle cognosceret,quo nauigationem tūc meā impediret,talia machinatus est.Postridie sermonem ad me habuit gratiosum atq̧ probabilem.Mihi & tibi inqt,Dio Dionisq̧ res,quaten⁹ discordiæ nostræ causam pbent,tollant̄ e medio.Dioni eqdē tui gratia hęc faciā.Decerno Dionē recipientem sua habitare in Pelopōnesso,nō tanq̄ exulē,sed tanq̄ cui liceat huc pficisci,qñ illi & mihi vobisq̧ amicis cōiter videatur:dūmodo nullam mihi iniuriā faciat.Huius aūt rei fideiussores mihi fore te familiaresq̧ tam tuos q̄ Dionis q hic habitant.Dionē quoq̧ ipsum id vobis obseruaturū,sufficienter confirmare debere.Pecunię vero oēs quas ille acceperit,in Pelopōnesso & Athenis deponant̄ penes quos vobis videt̄.Harū qdē pecuniarū fructus accipiat Dio,sed ipsas tollere nisi vobis cōcedentibus nequeat.Nō enim confido,si pecunias susceperit,eū mihi fidem seruaturū:cum nō paucę futurę sint. Maiorem vero tibi tuisq̧ habeo fidem.Cōsidera igitur an tibi hæc placeant:maneq̧ ho℞ gratia hic annū.quo pacto,susceptis his pecuniis abibis.Dionē equidē scio magnā tibi gratiā habiturū:cū hęc sibi perfeceris. Cum igitur hęc audissem,q̄q̄ ægre omnino ferebā,rn̄di tn̄ hac in re me cōsultaturū, tēpusq̧ rn̄dendi in crastinū sumpsi.Atq̧ in hoc cōsentientes tūc discessimus.Cōsultabā itaq̧ posthac ipse mecū. valde qdem ambiguus,Occurrebat autē quasi cōsilii dux prima mihi eiusmodi rō.Age vtiq̧.etsi Dionysius nihil eorum q̄ pmittit,seruare cogitat,si tn̄ abeūte me,per se ac per amicos probabiliter ad Dionem scribat,quæ nunc mihi dicit,se qdem obtulisse vltro,me vero noluisse,resq̧ suas penitus neglexisse.Præterea his addebam.Si Dionysius me nolēs dimittere,ideoq̧ nauigium nautasq̧ non dederit:immo facile cunctis significet,velle me ipso nolente discedere,quisnā me naui asportare ex ædibus ipsis Dionysii audeat?Habitabam equidem,nequid deesset incommodi,in ipsis qui circa ædes erant, hortis.Vnde ne ianitor quidem nisi iubente Dionysio egredi permisisset.Q̧ si annum permāsero, habeo equidem quid Dioni significē,notūq̧ faciam in qbus sim cōstitutus,quidve agā.Ac si Dionysius non nihil eorum quæ promittit,seruauerit,opera tolerantiaq̧ hæc mea nō oīno deridenda videbitur.patrimonium nāq̧ Dionis non pauciorum q̄ centum talentorum,siquis recte æstimare velit, cēsebitur.

At vero si ita res cadant vt eas verisimile est casuras, quo me vertã nescio. Verũtamen forte necesse est me annũ adhuc tolerantẽ machinationes Dionysii re ipsa pro viribus redarguere. Cum ita mecũ consultauissem, sequenti mox die ad Dionysium retuli, videri mihi manendum. Sed addidi, ne existimaret me posse apud Dionẽ prorsus omnia quasi dominũ: ideoq; operęprecium esse vt vna mecũ ipse quoq; ad eũ scriberet significans hæc nostra consilia, atq; interrogans vtrum sibi hæc satisfaciant nec ne: & nũquid aliud præter ea quiddã exigat. Idq; q̃ primũ inquã scribẽdũ esse. Interea vero nihil in re Dionis ab eo noui esse tentandum. Hæc inter nos dicta sunt. In his ferme vt nunc dico conuenimus. Post hæc autẽ cũ iam naues abiissent, ideoq; nulla mihi foret vlterius nauigandi facultas: Dionysius quasi nõnihil prætermissi reminiscẽs, dimidia inquit bonoꝝ Dionis pars pro filio iure manere debet, dimidia vero ad Dionẽ mitti. hãc ergo vẽdi curabo. Qua vẽdita, pecuniarũ dimidiũ tibi tradã, qđ ad Dionẽ perferatur: reliqua vero pars penes nos pro filio reseruabitur. ita enim ius ipsum exigit. His ego illius dictis percussus, ridiculũ putaui amplius ea de re loqui. Dixi tamen decere nos expectare a Dione responsum, atq; rursus hæc ipsa ad illum rescribere. At ille post nimis audacter patrimonium Dionis totũ quãto libuit precio & quo pacto hæc de quibus placuit vendidit. Mihi vero ea de re verbũ omnino fecit nullũ. at ego similiter posthac de re Dionis nihil vlterius locutus sum. quippe cum nihil amplius me profecturũ existimarem. Hactenus hac ratione & phiæ & amicis auxilium pæstiti. Post hæc autẽ ego & Dionysius ita viximus, vt ego qdẽ semp extra spectarẽ, quasi auis quędã alicũde cupiẽs euolare: ille vero assidue, quo pacto me cohiberet machinaretur, de rebus qdẽ Dionis concedẽs nihil. In cęteris tamẽ negociis p vniuersam Siciliã amicos inter nos esse fatebamur. Eo aũt tẽpore Dionysius veteranis militibus stipẽdia minuere tẽtauit, pręter parẽtis cõsuetudinẽ. Irati vero milites in vnũ cõuenerũt, neq; id se toleraturos cõminabãtur. Itaq; ille clausis arcis ipsius portis, coercere illos conabaẽ. At illi repẽte aduẽtarũt ad mœnia, clamorẽ quẽdã barbarũ ac bellicũ attollẽtes. Quo metu cõterritus Dionysius, cũcta illis consueta, atq; etiã plura cõfluẽtibus illis cõcessit. Rumor aũt fuit Heraclidem tumultus omnis causam extitisse. Quod Heraclides qdẽ psentiens clam fugam arripuit. Dionysius vero cũ illũ capere affectaret, neq; inueniret, Theodotẽ ad se i hortos accersiuit. Erã forte tũc & ipse in hortis pambulans. Cętera qdẽ, q̃ inter illos tractata sunt, neq; scio, neq; dũ colloquereẽ, audiui: sed q̃ me pręsente inqt Dionysio Theodotes & noui & memini. O Plato ait, Dionysio suadeo huic, si Heraclidẽ huc adducere potero, criminibus in se delatis respõsurũ, ac si nolit deinde eũ Dionysius in Sicilia pmanere, saltẽ pmittat vxorẽ filiũq; suscipere, atq; in Pelopõnessum abire: ibiq; habitare, nihil ibi molientẽ cõtra Dionysiũ, & bonoꝝ q̃ hic possidet, fructus percipientẽ. Hac ergo fiducia Heraclidẽ iã vocaui, atq; iterũ vocabo. Siue igiẽ ex prima vocatiõe siue ex secũda huc ille venerit, cũ Dionysio cõstituebã rogabãq; neqd mali Heraclidi inferaẽ vel extra vrbẽ vel in vrbe. tãtũ vero si videbitur extra fines mittaẽ: donec aliter Dionysio videatur. Hæc inqt o Dionysi, cõcedis ne? Concedo respõdit, neq; etiã siquãdo in ædibus tuis appareat, aliud quicq̃ mali esse passurũ. Sequẽti vero die in ipso crepusculo Eurybius & Theodotes ad me mirũ in modũ pterriti cõuolarũt. Confestimq; Theodotes, o Plato inqt affuisti heri cõditionibus in qbus de Heraclide Dionysius mecũ tecũq; conuenit. Affui inquã. At ille, nũc inqt discurrũt satellites ad Heraclidẽ cõprehendẽdũ, atq; periculũ est ne ille prope alicubi sit. Sequere ergo nobiscũ omni studio ad Dionysiũ. Iuimus itaq;, & ingressi ad ipsum, illi qdẽ silentio stabant lachrymantes: ego vero inquã, verentur hi Dionysi ne tu cõtra q̃ heri conuenerit, noui quicq̃ agas aduersus Heraclidem. Nã videẽ ille mihi prope alicubi diuertisse, manifesteq; adesse. Dionysius vero his auditis exarsit in iras, in variosq; se mutauit colores, quales ira consueuit afferre. Et Theodotes apud pedes eius procũbens, manu eius apprehensa multis cũ lachrymis ne qd tale faceret deprecabatur. Tũc ego sermonem suscipiens eũ consolaturus, Bono sis animo inquam o Theodotes. Non enim aliter facere audet Dionysius q̃ heri promisit. At Dionysius tyrãnico nimiũ vultu me intuitus, tibi inqt promisi nihil siue magnũ siue paruũ. Immo vero p deos inquã promisisti non facturum te hæc ipsa, quæ nunc ne facias hic deprecatur. Hæc ego locutus egredior. Post hæc Dionysius qdẽ Heraclidẽ capere conabatur. Theodotes autẽ hæc per nũcios illi significãs, vt fugam arriperet admonuit. Miserat quidem Dionysius & Tisiam quendam cum satellitibus, iubens passim Heraclidem insequi. Sed ille, vt fertur, anticipans, & paruo quodã diei spatio satellites deuitãs, intra Carthaginiensiũ fines se recepit. Iam vero ex inimicitiis contra me exortis probabilẽ Dionysius occasionem quã per insidias diu captauerat, ne videlicet ad Dionẽ pecuniæ mitterenẽ, affecutus fuisse videtur. Ac primũ qdẽ ex arce me emisit, occasionẽ pferens q; mulieres sacra decem dierum in quibus habitabam hortis essent facturæ. Itaq; me per eos dies extra arcem apud Archedemũ manere iussit. Interea Theodotes me ad se vocans, multa circa ea quę tũc facta erant, de Dionysio conquestus est. Dionysius vero cum audisset ad Theodotem me profectum fuisse, nactus & hanc rursus occasionem contra me odii priori similem, misit ad me, qui percontaretur, nũquid apud Theodotem vocatus alis

quãdo fuissem. Atq; ego adfuisse libere cõfessus sum. Tũc ille, iussit ergo, inquit, Dionysi⁹ me tibi edicere, non recte facere te, q Dionem Dionisq; amicos pluris q̃ ipsum semp ęstimes. Hæc dicta fuerunt. Nec vnq̃ posthac me in suas ædes vocauit, quasi manifeste Theodotis, Heraclidisq; amicũ, sibi vero inimicũ, ac propterea infensum, q res Dionis iã oĩno perissent. Habitabã deinde extra arcẽ inter milites mercede cõductos. Adeũtes vero me, & alii qdã, & ministrorũ aliqui Athenienses patria significarunt calumnias aduersus me inter milites fuisse diffusas. Prętere a quosdã cõminatos esse, sicubi me nancifcantur interfecturos. Excogito igitur euasionẽ eiusmodi. Mitto Tarẽtũ ad Architã, aliosq; amicos, significans in quo essem discrimine cõstitutus. Illi vero occasionẽ quãdam legationis patriæ nomine excogitãtes, Salmiscum eoꝝ vnũ, vna cũ naui ordinis triginta remorũ mittũt. Qui veniens ad Dionysiũ, rogauit vt me oĩno ꝑ volũtate mea saluũ abire permitteret. Ille aũt assensus me dimisit cõmeatum prębens. Pecunias vero Dionis neq; ego petii: neq; quisq̃ dedit. Post hæc cum in Peloponnesum peruenissem, ibiq; offendissem Dionem ludos spectantẽ Olympicos, quæ facta fuerant, enarraui. Ille vero Ioue testatus, statim mihi meisq; ꝓpinquis & amicis edixit, se pœnas a Dionysio exacturũ, cum q me illic hospitem decepisset: sic eñ ille & dixit & sensit, tũ q ipsum iiuste admodũ expulisset. Hęc ego audiens, suasi vt ad hęc si videret, amicos alios cõuocaret. Me aũt quoniã & sua & aliorũ opera quasi violẽta impulissent in Dionysii familiaritatem, habitationis, victus, sacrorũ cõmunione astrictum, putarent quasi medium quendam, ęquũq; vtrinq; esse debere: pręsertim cum iãdiu multis apud Dionysium me calumniantibus quasi tecũ ipsi tyrannidiq; eius insidiantẽ, ipse non occiderit quidem, sed reueritus sit. Ad hęc ætatẽ meã rebus bellicis ineptã esse addidi: simulq; medium quẽdã me inter eos esse, siquando conciliatore quodam opus sit, qui resarcire optãtibus amicitiã possit. Q̃diu vero odiis certabitis, ad hęc tanq̃ propugnatores alios aduocabitis. Hęc ego inquam, ꝑrosus errorẽ fortu namq; in Sicilia mihi aduersam. Quoniam vero illi rationibus meis non obtemperauerũt, omniũ quę sequuta sunt malorũ ipsimet sibi causam ꝑbuere. Profecto si Dionysius res Dioni suas restituisset, vel potius si omnino placatus fuisset, nihil prout conditio fert humana, accidisset aduersi. Nã Dionem q dem pro voluntate mea, & consilio, & auctoritate facile cõtinuissem. Cõtra vero nunc, in se inuicem impetum facientes omnia calamitatibus impleuere. Dio certe eandẽ habebat voluntatẽ, quã ego dicerem & mihi & aliis quicũq; moderati sunt, habẽdam esse. Videlicet vt potestas vel ꝓpria, vel amicorum, vel ciuitatis optetur, quo in ipsis honoribus & potẽtiis quis cõstitutus præsertim in maximis, se & suos & patriã beneficiis iustis afficiat. Neq; vero id fit, siquis ad id dũtaxat incumbat, vt diuitiis se amicosq;, & vt libet ærariũ expleat per insidias crudeliumq; coniurationes: ipse pauper videlicet ĩpotens se continere, sed præ animi angustia voluptatibus succũbens, præterea opulentos hoĩes tanq̃ inimicos decernẽs trucidet, rapiatq; pecunias: atq; interea sociis, familiaribusq; edicat, sibi quidem in his cum sit egenus, succensendum non esse. Eodẽ modo siquis similiter ciuitatẽ suã beneficiis afficiẽs honoretur ab ipsa: dũ multis res paucorũ ciuium per sua decreta distribuit: vel siquis magnę ꝑsidens ciuitati pluribus minoribusq; ciuitatibus imperanti pecunias minorũ ciuitatũ iniuste attribuat suæ. Hoc eñ pacto, neq; Dio, neq; alius vnq̃ sponte sua ad potentiã ꝓgreditur perniciosam & sibi & posteris perpetuo futuram. Prudens vero ad constituendã accedit rẽpublicã, legesq; condendas iustissimas atq; optimas, & id quidem absq; cędibus, expulsionibusq; ciuilibus. Quę modo cum ageret Dio constituens pati prophana potius q̃ facere, cauens quoq; ne ipse pateretur, cecidit tamen cum iam ad summam superandorũ hostium peruenisset. Neq; mirum alicui qđ accidit Dioni, videri debet. Pium eñ virum temperatumq; & prudentem, omnino quidem in rebus eiusmodi impii nunq̃ fallunt. Sed neq; mirandum est si idem ipsi, qđ probo gubernatori forsan acciderit: quẽ futura tempestas haud admodum latet: sed insueta & idcirco improuisa tempestatũ magnitudo latere potest: ac vi latẽdo submergere. Hoc vtiq; modo Dionem sors aliquantum fefellisse videtur. Q̃ enim mali essent, cum non latebat: q̃uis q̃ profunda esset in eis inscitia & iniquitas voracitasq;, latuerit. Qua quidem in re deceptus occubuit, Siciliam incredibili dolori subiiciens. Quę igitur post hęc quę narrata sunt vobis consulo, hactenus quidem dicta sint. Quibus autem de causis ipse in Siciliam quasi compulsus redierim, ostẽdere arbitratus sum oportere, necui reuersio mea absurda, ac ꝑter rationẽ suscepta videretur. Quam obrem sicui quæ nunc dixi probabiliora visa sunt, ac sufficientes extitisse occasiones cur ita fieret, videantur, satis quidem sufficienterq; iam fuisse dictum putabimus.

Plato Dionis propinquis & amicis. Epistola. VIII.



Qua potissimum viuendi ratione prospere succedant res: reuera conabor vobis pro viribus enarrare. Spero autẽ non vobis solum, quę in re vestra sint, me cõsulturum: sed vobis quidem maxime: secundo vero loco omnibus qui sunt Syracusis: tertio inimicis etiam vestris & hostibus: præterq̃ siquis illorum impio seipsum scelere polluit. Hæc enim insanabilia sunt, neq; expiare vnq̃ hæc quisq̃ posset. Considerate

vero qđ in pſentia dicā, omni iam veſtrū circa Siciliam omnem diſſoluta tyrānide cōſiliū atq; ſtudiū in his verſatur. Nēpe alii quidē affectāt tyrānidē iterū ſuſcitare, alii tyrānidis memoriā omnem proſ ſus extinguere, conſiliū vero in eiuſmodi rebus apud multos rectū vbiq; videri ſolet, ſi ita res conſtituantur, vt hoſtes ǭmaximis afficiāt malis: amicis autē beneficii plurimū afferatur. At vero nequaǭ id facile eſt, vt qui multa aliis inferūt damna, ipſi nō multa viciſſim ab aliis patiantur. Neq; nūc opus eſt horū exēpla lōge perqrere, quippe cū quę nuper in Sicilia acciderūt, ſatis exēplo nobis eſſe poſſint. Cūcta eñ ſic accidiſſe videnť, dū alii qdē inferre mala: alii vero repellere & vlciſci contēderēt. In qbus enarrādis idonei alioꝝ magiſtri vbiq; eſſe poteſtis. In his ergo percipiēdis nulla ferme eſt difficultas. Quæ vero aut cunctis tam inimicis ǭ amicis vtilia ſint, aut ſaltē quæ his ǭ minimū obſint, hæc certe ipſa, nec facile eſt perſpicere, neq; poſtǭ perſpexeris, ad votum perficere. Hæc igitur conſultatio atq; inquiſitio voto perſimilis eſſe videtur. Ideoq; ſit nobis ipſa omnino tāǭ votum & depcatio quædam. Omnibus eñ in rebus & dicendis & cogitandis principiū ſemper a diis eſt faciendū. Votū vtiq; eiuſmodi abſolutū talē nobis ſignificabit rationē, quę vobis ſimul, inimiciſq; conducat. Principio ex quo tempore bellū in Sicilia geſtū eſt, familia vna cōtinue dominata eſt, quam publicis rebus pręfecerunt veſtri maiores, in ſummo tūc periculo conſtituti, cum a Carthaginiēſibus pmerētur, veniſſetq; res in extremū diſcrimē ne Sicilia quę excolebať a Græcis, iam a barbaris cōfunderetur, atq; deuaſtaretur. Tūc igitur Dionyſium quidē elegerūt, vt iuuenem bello ſtrenuū, qui rebus bellicis cōueniētibus ſibi pręeſſet: Hipparinū vero vtpote ſeniorē, conſilio res moderari voluerunt. Atq; pro totius Siciliæ ſalute abſolutā his auctoritatē concedētes, tyrānos, vt fertur, appellauerūt. Proinde ſiue quis fortunam quādā diuinā deūq;, ſiue eoꝝ quibus commiſſa res eſt, virtutē, ſiue vtrūq; vna cū tēporis illius ciuibus, ſalutis illius cauſam extitiſſe cēſeat: eſto id quidem, vt quiſq; exiſtimat. Salus certe hoc pacto tūc illis parta eſt. Quamobrem cū ita ſe illi geſſiſſent, iuſtū erat gratiam ab illis qui ſeruati erant, referri. Siquid autē poſtea mali tyrānis ipſa munere ciuitatis abutens patrauit, habet quidem ſceleris ſui iudices: vnde & pœnas perſoluat. Sed quęnam illis pœnę ob ea quæ acta ſunt, neceſſario recteq; admoueri poſſunt? Si enim vel vos illorum vim facile propulſare poſſetis, & abſq; magnis periculis laboribuſq; id facere, vel illi ſe dominationem facile recepturos arbitrarētur, haud ſane poſſemus ea vobis quæ nūc dicturi ſumus conſulere. Nūc vero vtriq; conſiderare atq; meminiſſe debetis, quotiens iam alterutri in ſpem prope certam perueniſtis conſequēdi qđ optabatis, paulū deeſſe opinantes ad cūcta pro arbitrio conſequēda. Id ipſum tamē paulū ingentiū plurimorūq; malorū vbiq; cauſa extitit, neq; dum peruenit ad terminū: ſed cōtinuata quadam ſucceſſione, inueterati iam mali apparenti termino principium ſuboritur nouū. Eiuſmodi vero circuitus perditurus videtur tyrannicum genus ſimul atq; populare: & quātū veriſimili ratione formidandū portēditur, tota Sicilia in gręcę linguę obliuionem lapſura videtur, ad Phœnicū Opicorūq; poteſtatē, dominationēq; tranſlata. Quāobrē cōtra hæc Græci omnes omni prouidētia remedium afferre debent. Siquis igitur rectius meliuſq; conſilium eo qđ a me dicetur, adducat in medium, merito Græcorum amator cognominabitur. Quę vero quodā modo ſit mea ſententia, conabor nunc libere prorſus communi ratione, legeq; frętus exponere. Ego igitur perſonam mihi arbitratoris aſſumens, quēadmodū iādiu conſueui, tā exercenti ǭ patiēti tyrānidem cōmuniter conſulam. Atq; in primis omni tyrāno, vt appellationē hāc, rēq; ipſam fugiat: atq; in regnum ſi poteſt fieri, transferat. Fieri vero poſſe, Lycurgus vir bonus & ſapiens re demonſtrauit. Is enim cū videret genus propriū Argis ineſſe, neq; ex regno in tyrannidē iam tranſlatū, ideoq; hos populos vtroſq; tā ſeipſos perdentes ǭ ciuitates vtrinq; vtraſq;, timens patriæ ſimul & generi remedium adhibuit, ſenatum procreans, Ephororūq; magiſtratum in regni ſalutem. Quapropter tot iam ſecula ſeruatur cum gloria: poſtǭ videlicet lex auctoritatis plena hominū regina facta eſt, non autem homines legum tyranni. Ad hoc ipſum in præſentia ratio mea omnes homines cohortatur, ſuadens his qui tyrannidem affectant, declinare ac fugere indefeſſo quodam fugiendi ſtudio eiuſmodi fameſcentium ſtultorumq; hominū felicitatem: atq; ad regiam gubernationis formam pro viribus ſe trāſferre, legibuſq; regiis obtemperare, maximos honores ab hominibus, legibuſq; volentibus quandoq; reportaturis. Qui vero omnibus viuendi præferunt libertatem, iugum vero ſeruile fugiunt tanǭ malum, ii caueant moneo, ne inſatiabili importunæ libertatis auiditate in maiorum ſuorum incidant morbum. Quem quidem illi propterea paſſi ſunt, q; nulli parere volentes libertatis amore intemperanter abuſi ſunt. Qui enim ante Dionyſium & Hipparinū in Sicilia gubernabant, beate ſibi viuere videbātur, libidinibus diſſoluti, pręſidētiūq; pſidentes. Pręterea decem ante Dionyſiū pręfectos depoſuerūt, atq; pepulerūt, neminē ſecūdū legē iudicātes, quo nulli ſubeſſent homini iuſte iudicanti, aut dominārī legi, ſed omnino in ſingulis liberi forent. Qua qdemde cauſa illis tyrannides ſurrexerunt. Seruitus eñ ac libertas, ſi modū excedat, vtraq; mala eſt. Si modum obſeruet, vtraq; bona. Moderata quidē ſeruitus eſt, quę deo exhibetur: immoderata vero quę hominibus. Deus quidē hominibus tēpe

Qui multa damna aliis afferūt multa ab aliis patiuntur.

In oīb⁹ dicēdis & cogitandis principiū eſſe debere a diis.

Seruit⁹ ac libertas, ſi modū excedat, vtraq; mala ē.

ratis lex est,intemperatis vero voluptas. Cum igitur hęc ita natura se habeant,quæ consulo,mando Dionis amicis,ea Syracusanis omnibus promulganda,ex communi Dionis meaq; sententia. Equidem vobis exponā quæ ille adhuc spirans loquutus est.Quā igitur rationē,quęret quispiam,circa pręsentia,nobis Dionis consilium affert? Hanc vero omniū primā nunc accipite.Principio leges tales sint:q̄ non ad opes pecuniasq; comparandas:neq; ad libidines mentes conuertant:sed cū tria sint,anima,corpus,pecunia,virtutem animi maxime anteponāt:Secundo vero loco virtutem corporis virtuti animi seruientē:Tertio vltimoq; gradu pecuniarum p̄cium collocent,animo,corporiq; ministrans.Quę cūq; lex hæc efficit,recta est,reuera beatitudinem vtentibus afferens.Locupletes vero beatos appellare,sermo amens est,& infelix,mulieribus,puerisq; conueniens:atq; eos qui id credunt,tales efficiens. Qz autem ego nunc ad vera vos bona cohortor,si quę modo dixi de legibus degustetis,opere ipso intelligetis.quæ quidem examinatio in cunctis verissima esse videtur.Receptis vero huiusmodi legib9, cum Sicilia in discrimine posita sit,neq; sufficienter vos superetis, neq; rursus admodum superemini,iustum forte atq; vtile vobis omnibus erit medium incidere,tum vobis dominatiōis acerbitatem fugientibus,tum aliis dominationem adipisci desiderantibus.Quorum maiores olim, q̄d maximi faciendum est,Græcos a Barbaris seruauerunt:adeo vt in præsentia liceat de republica cōsultare.Alioquin si tunc perditæ res fuissent,neq; nunc de his loqui liceret:neq; spes vlla superesset. Nunc igitur aliis quidem libertas sit cum regia potestate:aliis autem potestas regno subiecta, legibus dominantibus non aliis tantū ciuibus,sed ipsis etiam regibus siquid egerint contra leges. In his autem omnib9 mente a dolis aliena,atq; sana cum diis reges create.Primum quidē filium meum duplici gratia, mei scilicet gratia atq; aui sui.Ille enim sua tempestate patriam a barbaris liberauit:ego vero iam bis a tyrannis.Quorum quidem testes mihi vos ipsi estis.Secūdum vero regem create eum qui idē q̄d & pater meus nomen habet:Dionysii inquam filium.Atq; id facite præsentis eius in patriā officii memores,piorumq; eius morū:qui patre tyranno natus,patriam spōte liberare aggreditur, pro breuissima iniustaq; tyrannide gloriam sibi,generiq; comparans sempiternam.Tertium deniq; ad regnum Syracusanum inuitare oportet volentem ciuitate volente Dionysium Dionysii filiū,nūc exercitus hostiū ducem.Si velit inquam regiæ dignitatis forma cōtentus viuere,timens videlicet fortunę vices, & patriam miseratus,sacraq; & sepulcra maiorq;:ne contentione prorsus omnia perdat,Barbaris ex patriæ infelicitate gratificans. Hos vero tres reges, siue illis auctoritatem eandem quā Lacedæmonii reges habent dederitis,siue quid ademeritis,communi cōsensu constituetis tali quodam pacto, vt prius dictum est:atq; iterum nunc audite. Si Dionysii & Hipparini genus voluerint pro Siciliæ salute his calamitatibus,quæ nunc vrgent,finem imponere,honores sibi totiq; familiæ comparantes non ad p̄sens solū,sed in posterū:hac inquā conditione,quēadmodū & prius dictum est,ad regnū vocate,& legatos quos ipsi velint concordię gratia cū publica auctoritate deligite:siue ex vestris ciuibus,siue ex alienis,siue ex vtrisq;,totq; præterea quot illi cōcesserint.Qui cōmuni sententia leges cōdant, atq; rē publicam ita constituant,vt in ea reges esse deceat sacrorq; dn̄os,aliarumq; rerum quascūq; decet his concedi,quorum beneficia in patriam extant.Proinde belli pacisq; arbitrium habeāt custodes ipsi legum creati numero quinq; & triginta vna cū populo atq; senatu.Iudicia vero distincta sint alia aliorum.Mortis quidem atq; exilii auctoritas sit penes triginta & quinq; viros,& præter eos, penes alios quosdam iudices ex illis electos qui magistratibus proxime p̄functi sunt:ita vt vnus ex quolibet magistratu eligatur,qui optimus iustissimusq; appareat. Hi sequenti anno de morte & carcere & exilio sententiam ferant.Regi vero his iudiciis interesse non liceat,vtpote sacerdoti: quem in ferenda necis,carceris,exilii sententia contaminari nefas sit.Hæc equidem & dum viuerem,cogitabam:& nunc etiam cogito facienda:atq; tunc,cum inimicos superauissem vna vobiscum,nisi externi, furiæq; obstitissent,vt decreueram,constituissem. Proinde si ad votum res processissent, colonis reliquam Siciliam repleuissem, Barbaris quidem ex his locis quæ nunc occupant expulsis: præterq̄ si qui eorum pro communi libertate contra tyrannidem pugnauerunt.Priores autem Græcorum locorum colonos in antiquas,patriasq; sedes restituissem.Hęc igitur eadem in pręsentia omnibus consulo communi consilio deliberare & agere,atq; ad hęc agenda omnes cohortari:q; siqui dissenserint,eos communi sententia hostes existimare.Neq; vero hæc talia sunt,vt fieri nequeant.Quę enim in duorum animis consistunt,atq; his qui consultando perquirunt optima,mox,facileq; occurrūt,ea qui impossibilia iudicat,non recte sentit.Dico autem duos,Hipparini.f.Dionysii filii,atq; insuper mei filii animos. Arbitror enim si hi consenserint,alios quoq; Syracusanos & omnes quibus patria curæ est, cōsensuros. Sed diis omnibus honores cum precibus offerentes,& aliis præterea quibuscūq; vna cum diis vouere decet.Præterea cohortātes,inuitantesq; amicos & inimicos omnino atq; benigne,nolite prius desistere q̄ ea quæ a nobis nunc dicta sunt,quasi diuina somnia vigilantibus superuenientia, perspicua q; dem atq; felicia perfectissime impleatis.

Plato Architæ Tarentino, bene agere. Epistola. IX.



Enerunt ad nos Archippi Philonidisq; familiares, ferentes epistolam quam eis dederas, ac de rebus tuis quæ oportuit nunciantes. Publica quidem ciuitatis negocia absq; difficultate peregerunt. Neq; enim admodum laboriosa erant. Te vero narrauerunt permoleste ferre, q a publicis ciuitatis occupationibus te liberare nõ valeas. Q; igitur dulcissimũ vitæ genus sit agere sua, præsertim siquis talia elegerit facienda, qualia tu, omnibus ferme est manifestum. Sed illud quoq; te considerare oportet, nullum nostrum sibi soli natum esse, sed ortus nostri partem sibi patriam vẽdicare, partem parentes, partem amicos. Multa insuper pro tẽporũ diuersitate nobis accidere, quibus vita nostra occupata est. Vocãte igit͛ te patria ipsa ad rẽpublicã gubernãdã, absurdũ forsan esset nõ parere: pręsertim cũ simul accidat, vt aditus prauis hominibus relinquat͛, qui nulla ipsius qđ optimũ est ratione ꝓficiscũtur ad publica. De his ergo iam satis. Echecratis autẽ curam habemus in pñsentia, habebimusq; in posterum, & tui gratia, & patris eius Phrynionis, & propter ipsum adolescentem.

Null⁹ sibi soli natus.

Plato Aristodoro bene agere. Epistola. X.



Vdio te ante alios & nũc familiarem esse Dionis, & per omne tempus sapientiã morum ad philosophiã spectantiũ in primis exercuisse. Nam firmitatem, fidem, synceritatem, veram esse philosophiam existimo. Alias vero & ad alia declinantes sciẽtias & facultates siquis ornamenta dixerit, recte, vt arbitror, apellabit. Sed vale iam, & in præsentibus his perseuera moribus.

Quę vera philosophia, & q̃ animi ornamenta.

Plato Laodamanti bene agere. Epistola. XI.



Cripsimus etiam prius ad te, referre multũ ad ea quæ dicis omnia, vt Athenas ipse proficiscaris. Quoniam vero ais te venire non posse, secũdo id loco foret, si vel ego, vel Socrates, vt per tuas literas significasti, istuc nos conferre possemus. Verum Socrates quidem hoc tempore morbo strangurię impeditur. Mihi vero istuc proficiscenti dedecus foret, si illa quorum gratia me vocas, nequaq̃ perficerentur. Quę q̄dem perfici posse haud admodum spero. Siquis autẽ ea omnia referre aggrediatur quarum de causa ita diffidam, prolixa opus erit epistola. Præterea per ætatem non satis corpore valeo ad iter conficiendum, periculaq; mari terraq; obeunda, qualia iter solet obiicere, præsertim vero per id tempus omnia iter agentibus plena periculis sunt. Consulere tamen tibi colonisq; possum, qđ nunc me referente, inquit Hesiodus, putare quidem fallax quiddam esse, difficile vero intelligere. Nã si putant aliqui legum quarũlibet positione ciuitatem bene quãdoq; constitui posse, nisi sit aliquis cũ auctoritate præsidens ciuitati, quotidianę omniũ vitę moderator, adeo vt sit temperata & fortis tam in seruis q̃ in liberis, non recte putant. Proinde si sint iam apud vos viri hac potestate digni, id fieret. Sinautẽ ad disciplinã opus sit aliquo, neq; qui doceat, neq; qui doceantur, vt opinor, apud vos sunt, reliquũ est deos ꝑcari. Nã fere q̃ ante hoc tẽpus fuerũt ciuitates, sic ab initio cõstitutę sunt, ac postea bene excultę pro cõtingẽtia magnarũ rerũ, tum bello, tũ pace, quando in huiusmodi temporibus vir clarus & probus magnam adeptus fuerit potestatem. Prius autem ipsa promptissime curare oportet atq; necesse est, considerare tamen ea qualia dico, neq; temere aggredi quasi leuiter peragantur, cogitare vero quid commode fieri possit. Vale felix.

Putare fallax intelligere difficile.

Plato Architæ Tarentino bene agere. Epistola. XII.



Irum est q̃ libenti animo commentaria abs te missa accepimus, eorumq; auctoris ingenio delectati sumus. Visus quidem nobis est vir ipse dignus maioribus illis antiquis. Fertur autem eos virorum decem milia fuisse, qui ex numero Troianorũ omniũ qui sub Laomedonte surrexere, vt fabula tradit, præstantissimi fuerunt. Commentaria vero quæ tu per literas a me petis, nondum absoluta sunt. Qualiacunq; tamen sunt, ad te misi. De custodia vero idem sentimus ambo. Quapropter nihil cohortatione opus esse videtur.

FINIS LIBRI EPISTOLARVM PLATONIS.

Reliqua ab interprete addita, cum Platonis non sint, consulto prætermisimus.
Hæc autem rursus impressa sunt solertiore cura in ædibus Ascensianis
Anno domini. MDXXII. ad Idus Septembris.

DEO GRATIAE.

